
ALFONSI SALMERONIS OPERA.



ALFONSVS SALMERON TOLETANꝰ

Vnus ex primis decẽ patrib' Societatis Ieſu;
obijt anno 1585. ætatis 70.



ALFONSI

SALMERONIS

TOLETANI,

E SOCIETATE IESV

Theologi Præclariſsimi;

COMMENTARII

IN EVANGELICAM HISTORIAM,

Et in Acta Apoſtolorum:

Nunc primum in lucem editi.

Addita eſt Auctoris Vita per R. P. Petrum Ribadeneiram conſcripta.

Cum duplici Jndice locupletiſſimo.

AD REVERENDISS. & ILLVSTRISS.

D. D. Julium, Epiſcopum Herbipolenſem, Franciæ Orientalis Ducem, et S. R. Jmperij Principem, &c.

COLONIÆ AGRIPPINAE

Apud Antonium Hierat, et Ioan. Gymni.

ANNO. M. DCXII.

Cum gratia et priuileg. S. Cæſareę Maieſtat.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. IVLIO EPISCOPO HERBIPOLENSI, FRANCIÆ ORIENTALIS DVCI, &c.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

QVANQVAM inter diuinos codices, Reuerendiſſime & Illuſtriſſ. Princeps, nulla ſit odioſa inſtituenda comparatio, cùm omnes libros tam veteris, quàm noui Teſtamenti (libet SS^ti^ atque Oecumenici Tridentini Concilij verbis vti) cùm vtriuſq; vnus Deus ſit auctor, Eccleſia Catholica pari pietatis affectu ſuſcipiat ac veneretur; tamen quin pro diuerſitate materiæ maior prę alijs reuerentia quibuſdam debeatur, nemo vnquã inficias ierit. Hinc Euangelium, quo res à Chriſto Domino, æterni Dei æterno filio geſtæ cõtinentur, ſingulariter aſſiduò ſuſpexerunt, & cæteris cenſuerunt eminere ſcripturis, quotquot vnquam ſanctitatis ac doctrinæ laude in Eccleſia floruerunt. Quam in ſententiam ita quondã ſcripſit fulgidũ illud Eccleſiæ iubar ac columen B. Auguſtinus: *Inter omnes diuinas auctoritates, quæ ſanctis litteris cõtinentur, Euangelium meritò excellit; Quod enim lex & Prophetæ futurum prænunciauerũt, hoc redditum atque completũ in Euangelio demonſtratur.* Hactenus ille. Cui meritò hunc in modum S. Hieronymus ſuffragatur. *Euangelium,* inquit, *abbreuiatus atq; perfectus eſt ſermo, qui pro cunctis lacinioſæ legis cæremonijs dedit præceptum breuiſſimum dilectionis & fidei, vt quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri.* Et ne quis hoc calumniam interpretetur, alibi pro ſe ita ſatisfacit: *Hæc diximus, non ſeparantes legem & Euangelium, vt Marcion calumniatur, ſed vnum atq; eundem ſuſcipientes Deum, qui pro varietate temporum ac cauſarum principium & finis, ſerit, vt metat; plantat, vt habeat quod ſuccidat; iacit fundamentum, vt ædificationi conſummato ſæculo culmen*

Seſſ. 4. decret. de Can. ſcrip.

De conſenſu Euangeliſt. lib. 1. cap. 1.

Comment. in Iſaiam, lib. 4. c. 10.

ad O. rom. de Nona tem.

Lib. 1. aduerſ. Pelag. *imponat.* Et alio loco ſe purgans. *Tu,* ait, *nos Manichæos vocas, cur legi Euangelium præferentes, in illa vmbram, in hoc veritatem eſſe dicamus, & non intelligis ſtultitiam tuam impudentiæ copulatam. Aliud eſt dãnare legem, quod Manichæus facit, aliud legi præferre Euangelium, quæ Apoſtolica doctrina eſt. In illa enim ſerui, in hoc præſens Dominus loquitur; ibi promittitur, hic impletur: ibi initium, hic perfectio eſt: in illa operũ fundamenta iaciuntur; hic fidei & gratiæ culmen imponitur.* Quam S. Hieronymi ratiocinationem egregiè explicat ac confirmat Apoſtolus, dum inquit: Ad Heb. 1. *Multifariã, multiſq́ modis loquẽs Deus patribus in Prophetis, nouiſſimè in diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorũ, per quem fecit & ſecula.* vbi meritò ſingulare beneficium à Chriſto nobis pręſtitum deprædicat atq; extollit, vnde eximia dignitas ac maieſtas Euangelij facilè eluceſcit. Nam cùm aliæ ſcripturæ aliorum ferè dicta factaq́; euoluant, hoc ipſius Filij Dei, qui eſt æterna Patris ſapientia, res in terris geſtas, voceſq́; de cœlo profectas exponit. Quibus ſanè reb. (ſi, quod Auguſtino teſte, ſumma Religionis eſt, imitemur quod colimus) omnis noſtra ſalus indubiè continetur: vt expreſſè enunciat Euangelicæ fidei ac veritatis illa tuba his verbis: Ad Rom. 1. *Non erubeſco Euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutẽ omni credenti: Iudæo primũ & Græco, Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem.*

Sed de Euangelij laudib. non eſt nobis propoſitum hic multa dicere, tum quod eius panegyricum enarrare humana lingua pro rei dignitate non poteſt, tum quod neceſſe non ſit apud Chriſtianum Principem eius rei præconiũ texere, ſine qua nec Chriſtianus eſſe, nec ſalutem aſſequi valet.

Hoſce autẽ ſacros noui fœderis libros licet cõplures antiquorum Patrum ſuis commentarijs illuſtratos ad piam poſteritatem tranſmiſerint, tamen haud ita poſteriorum deterruère conatus, vt nihil amplius ſuper

ijs ten-

ijs tentare liberet: Sed cum pro diuerſitate temporum
diuerſimodè tractari ſcripturæ debeant (*Nulla .n. enũcia-
tio Spiritus ſancti,* vt rectè loquitur Tertullianus, *ad præſentẽ* ...e cul
tantum materiam, & ad omnem vtilitatis occaſionem dirigi ac ſuſcipi ...uſem.
poteſt) tantum abeſt vt ſtudia poſteriorum hominũ Pa- ...ap. 2.
trum laboribus reſtincta ſint, vt potius calcar quoddã
additum ſit ad ſimilem operam in diuinis literis expo-
nendis ponendam, eoſq; fideli imitatione referendos,
quorum opera atq; induſtria primũ hæc via aperta fo-
ret atq; munita. Ita nimirum factũ eſt, vt nec illorũ ve-
nerãda deperiret auctoritas, nec horum ſuperuacaneus
aut inutilis labor exiſteret. Illi quippe pro primis Patri-
bus, ac magiſtris populorũ, imò perẽnibus fontibus Iſ-
raelis perpetuo habiti ſunt; hi verò & ea, quæ illi rectè
ſapienterq; docuerunt, fideli opera retulerunt, idq; vel
maiori ſępenumerò cõpendio, vel diſtinctione; ea ve-
rò, quæ minus cõmodè, vel ſaltẽ accõmodatè protule-
rũt, in cõmodiorem, vel ſuis temporibus accõmodati-
orẽ ſenſum explicarũt. Vt omittamus quòd nouos in-
terdum Scripturæ ſenſus (ſi illi noui dicẽdi ſint, qui ve-
teribus minimè repugnãt) eruere nouę hæreſes cogant.
Cùm .n. hęreſeon architecti noua ſemper monſtra pro-
cudant, eaq; nouis & inauditis ſcripturarũ expoſitioni-
bus armare conentur, quis vitio verterit, ſi è contra Ca-
tholicæ fidei defenſores nouas quoque acies ex iiſdem
ſcripturis educant in cãpum, quibus vaniſſima illa cõ-
menta ſubruant ac labefactent? Quẽ laborẽ veteres Pa-
tres nouis Auctoribus nòn præripuerunt, ſed potius rẽ-
liquerunt. Cùm .n. ipſi de ſacrarum Scripturarum recõ-
ditis illa eruiſſent, quæ ad ſui ſæculi hæreſes iugulandas
valebãt plurimum; reliqua quę ad oboritura eiuſdẽ hy-
dręcapita cõterenda multũ erant allatura momẽti, ſuc-
cedẽtibus ſęculis ex eodẽ armamẽtario depromẽda, &
accuratiùs enucleanda permiſerunt. Vt aduerſus ſtultas

hæreticarũ fabulationũ doctrinas Eccleſ. ſapiẽtia quouis tẽpore exerceretur exacueretuŕq;, atq; ita deſcẽderet quouis tempore Iſrael ad Philiſthijm, vt exacuat vnuſquiſq; vomerẽ ſuum, & ligonẽ, & ſecurim, & ſarculũ. Quid quod non vno loco ſcriptũ reliquerit B. Auguſt. expedire, vt plures ijſdẽ de rebus cõmentarios edant, vt videl. ita veritas ad plures melius certiuſq́; proueniat? Quod haud dubiè quoq; in cauſa fuit, cur, vt M. Tullius ſcribit, Nec in Poëtis ſoli Homero locus ſit, Nec Ariſtotelem in Philoſophia à ſcribendo deterruerit amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia cæterorum ſtudia reſtinxerit.

l. de Trinit. c. 3. Contra Mend. cap. 6.

In Oratore ſub init.

Inter eos verò, qui noſtra hac tẽpeſtate ſacras Noui teſtamẽti literas ſibi explicãdas ſumpſère, ſi nõ omnibus antecellere, certè nulli ſecũdus eſſe videtur R. P. ALFONSVS SALMERON Toletanus, vnus ex decẽ primis Societatis IESV Patribus, qui eã toto iã orbe coruſcãtẽ primũ ſuo nomine illuſtrarũt, ac tã excellentis ædificij ſolida fundamẽta iecerunt. Cuius in omni doctrinæ genere ſpectata virtus ipſis Trid. Cõcilij Patribus admirationi fuit, dũ comes Præpoſiti ſui generalis Iacobi Laines, cuius aſſiduus laborũ vigiliarũq; ſocius fuit, de abditiſſimis fidei myſterijs in ampliſſimo iſto orbis terrarum cõſeſſu, tanquã Theologus à Põtifice miſſus diſſereret. Tãta erat lactei ſermonis vbertas, vt te nõ humanã, ſed angelicã quandã facũdiã audire crędеres. Tã ſtupẽda eruditio, vt pręter exactã trium linguarũ peritiam, quã etiãnum iuuenis indefeſſo labore perceperat, nihil in vniuerſa Theologia illi nõ perſpectũ ac penetratũ foret: Præcipuè verò contra naſcẽtes ac natas iam hæreſes ſummâ ſeſe cõtentione exercuerat, ita vt feliciſſimus hac in parte pro domo Domini zelator ac præliator exiſteret. Teſtes huius rei nõ modo grauiſſimi illi ac doctiſſimi Senatores orbis terrę, TRIDENTINI CONCILII

Vide Ribadeneirã de vita P. Alfõſi, quam ſubiecimus.

Patres

Patres, qui eũ vt libentiſſimè, ita & frequẽtiſſimè audiuerunt; ſed & vniuerſæ propè Italiæ ſcholæ atq; tẽpla, quæ eius voce ac doctrina lõgè exquiſitiſſima ſæpenumerò perſonàrunt. Teſtis Gallia atq; Belgiũ, vbi Sedis Apoſt. Legatis ac Nuntijs, nõ infelicem operã perſæpè nauauit. Teſtis deniq; natale ſolum Hiſpania, quæ tãto alũno meritò ſe extollit. Sed quid aliunde teſtimonia arceſſimus? Teſtes hę ipſę literæ ac ſermones, quibus Euangelium Chriſti ita illuſtrauit, vt neq; noſtra nec Patrum memoria vllus videatur ad intelligendam Hiſtoriam Euangelicam tot commoda attuliſſe.

Huius tam prępclari Auctoris vbi primùm veſtigia quędam obſeruare licuit, cõfeſtim in eius amorem ac deſiderium ſummopere exarſimus, ſtatimque operam dedimus, vt eum noſtræ Germaniæ, cui tam nobilem ſcriptorem inuidere non potuimus, cõmunem faceremus. Nacti ergo quãtumcunq; licuit (licuit verò duntaxat hactenus tres priores tomos) e veſtigio illud prælo ſubijciendum atq; euulgandum cenſuimus, nihil ambigui quin cætera propediem conſequerentur.

Cogitantibus autem, vt fit, cuiuſnã potiſſimũ patrocinio ac tutelæ hoſce noſtros ſudores Typographicos ſacraremus, Tua imprimis, REVERENDISS. & ILLVSTRISS. PRINCEPS, Celſitudo occurrit, quæ vt omnibus ſtudijs, nullius ignara, inſignem fauorẽ iuxta & amorẽ accommodat, ita præcipuè rerum ſacrarum cura ac ſtudio tangitur ſingulari: vtpote quæ non ignoret, & quid ſui nominis atq; officij ratio exigat, & quid ſuæ ditioni & toti omnino Germanię maximè ex vſu ſit. Vnde inuicto ſemper animo inter medias procellas illud ſolicitè egit, vt rerũ ſacrarum intemerata cognitio priſtinis ſedibus inuecta feliciter, ſarta quoque ac tecta perpetuò conſeruaretur: cui rei & Academiam iam iacentem in ciuitate Epiſcopali, euocatis etiam Societatis IESV Pa-

tribus, qui Philoſophicas iuxta ac Theologicas traderẽt diſciplinas, ſumma cum laude excitauit, & Bibliothecam tãta librorum mole ac multitudine adornauit, vt vniuerſa Germania vix ei parẽ poſſideat. Heroicum ſanè ac Principe viro, præſertim Eccleſiaſtico dignum opus, quod vtinam multi, qui eiuſdem ſunt Ordinis, ſerio perpenderent, ac imitarentur. Profectò nõ tam vanum imò & pernicioſum rerum inutiliũ, ac turpium quiſquiliarum multos ſtudium occuparet. Sed commiſeratione potius, quàm indignatione proſequẽdi ſunt miſeri iſti, qui vera rerum pretia ignorãt, nec recti ſcientiam habẽt, vel vſum nôrunt, quibus meritò dicitur à Propheta: *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborẽ* Iſa. 55. *veſtrum nõ in ſaturitate?* Tua vero Illuſtr^ma^ Celſitudo vt lõge ſecus animata eſt, ita non dedignabitur, vti confidimus, nouum hũc Typographiæ noſtræ fœtum in protectionem ſuam & patrocinium ſuſcipere, noſque in clientum ſuorum numerum, vel infimo ſaltẽ loco, adſcribere. Quod ſi intellexerimus, nõ leue profectò calcar nobis addetur, ad ceteros eiuſdem Auctoris tomos, qui iam præ manibus ſunt, propediem luce donandos, & Illuſtriſſimo nomini Celſitud. Tuæ ſimiliter conſecrãdos. Interim vouemus, optamus, vt Illuſtr^mam^ Celſit. Tuam ouibus ſuæ fidei commiſſis in æterna paſcua deducendis perpetuo incubantem, Princeps Paſtorum Chriſtus habeat ſibi iugiter commendatam.

Coloniæ ex officina noſtra Typographica, 4. Non. April. Anno Chriſtianæ ſalutis ſupra milleſimum ſexcenteſimo ſecundo.

Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Celſitud. Tuæ humillimi clientes

Antonius Hierat, & Ioan. Gymnicus Ciues & Bibliopolæ Colonienſes.

PATRI NOSTRO CLAVDIO AQVAVIVAE, PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV,

BARTHOLOMAEVS PEREZ, EIVSDEM SOCIETATIS THEOlogus, ac minimus filius eam, quæ in Chriſto eſt, precatur felicitatem.

ALFONSI Salmeronis opera, pietatis iuxta atque doctrinæ plena, incredibili cura, & infinito propè ſtudio quōdam elaborata, & ingenio ſingulari polita atq; perfecta, à tineis & blattis vindicata, te autore atque impulſore, Pater venerande, nunc primum & liberam lucem, & hominum conſpectum inruentur: & quæ abs te hoc beneficiū conſequuta ſunt, eadem rurſus ad te redeunt, vt & gratias habeant nō minùs piæ, quàm ſolicitæ benignitati tuæ, cui acceptum omninò referunt quòd ſint, & quòd viuant: & ſi quid adhuc ſupereſt ad vitam & dignitatem, id verò per te obtineant, à quo quidquid recentis habent ornamenti, profectum eſſe totum agnoſcunt. Accident tibi, credo, non iniucūda, tum quod ab eo edita, qui ad Societatem Ieſu inſtituendam (cui tu Generalis Præpoſitus, cum bonorum omnium lætitia & approbatione, ſingulari Dei prouidentia præes) Ignatij ſocius è decem primis vnus fuit; tum quod illum propter eximia merita, & amaſti dum viueret, & vita iam functum, præcipua quadam obſeruantia coluiſti. Accedit huc, quod illa tuæ fidei atque tutelæ ab autore ſuo iam ante commiſſa, nunc fide, mandatis prælo libris, egregiè liberata, in te, nō minùs fideli, quàm liberali patrono ſuo libenter acquieſcunt. Neque ego interim mediocrem fructum conſequutus exiſtimabor, cui tu ex Vrbe in Hiſpaniam decedenti in mandatis hoc primum ac præcipuum dediſti, ſi auctum aliqua ex parte, & excuſum reddidero eidem, à quo acceperam Salmeronis opus: quod tum ſuopte merito commendatum; tum tuo nomine & commendatione poſteritati probatum iri confido. Amplectere igitur hunc librum, qui ex tuo profectus antè complexu, in tuum ſe ſinum atque clientelam poſtliminio dat: vt & alijs, qui latent adhuc in tenebris, ad bene ſperandum certum aliquod ſignum oſtendas, quòd propediem tuo quoque beneficio viuent; & ſtudium meum ſatis ad nauandam ſedulam, & conſtantem operam reliquis euulgandis incitatum, tua beneuolentia ac benedictione incendas quotidiè magis, & inflammes.

Vale.

BENI-

BENIGNO ET SACRARVM literarum ſtudioſo Lectori. S.

HAbes, optime Lector, initium Commentariorum R. P. Alfonſi Salmeronis Toletani in vniuerſam hiſtoriam Euangelicam, quæ quanta, quamq́; multiplici referta ſint eruditione, volumen hoc, quod inter alia duodecim primum locum tenet, vel me tacente ſatis ſuperq́; loquetur, & quid de reliquis voluminibus ſperare debeas, abunde edocebit. Opus eſt adeò abſolutum, vt cum multa, quæ in vniuerſa Scriptura intelligentiam conducunt, tum præſertim, quæ in hiſtoria Euangelicæ explicationem dici, aut cogitari poterant, abundantiſſimè complectatur; vt ex duplici elencho hic ſummatim colligere poteris, quorum prior argumenta cuiuſq; voluminis, alter ſingula huius tomi capita, & quid in eis tradatur, explicat. Fuit hic Alfonſus Salmeron vnus ex primis Patribus, qui patri Ignatio, Societatis noſtræ parenti, Lutetiæ Pariſiorum primos ſe ſocios adiunxere, vt hic in vita eius latius traditur: qui contentus hoc opus, dum viueret, confeciſſe, nobis poſteris ſuis eiuſdem euulgationem egregius famæ ſuæ contemptor reliquit. Tuum eſt, amice Lector, quæ non indiligenter ſcripta ſunt, diligentiſſimè lectitare (quando Autor labores ſuos tuæ vnius vtilitati ſeruire voluit) vt tanti viri laboribus ingenium excolas, & animum inſtituas. Hinc petes, & ad componendos proximorum mores, & ad ſtudium virtutis excitandum, ſententiarum atque rationum copioſum ſanè theſaurum; ad eludendas hæreticorum nugas, vaſanoſq́; ſpiritus contundendos, & è ſacris oraculis accommodatiſſima loca, & rationum non leuia momenta; ad Scripturæ difficiles locos enucleandos non difficilem viam; ad vitam denique tuam, ad religioſam normam, & diſciplinam effingendam documenta non pauca. His tu rationibus pectus comple; has ad concionandi partes, & munus accommoda; has confer ad augendum in te ipſo & confirmãdum pietatis ardorem: ſic tandem conſequere, vt neque quantum in alijs pietatis ſtudia promoueris, neque quanta tibi facta ſit ad religionem acceſſio, aut pœnitere aliquando propter magnitudinem, aut occultari diu poſſit propter ſplendorem. Vale.



VITA
PATRIS ALFONSI SALMERONIS TOLETANI, EX IIS, QVAE PATER PETRVS RIBADENEIRA,

lib. 3. de Vita P. Laynis, ſecundi Societatis IESV Præpoſiti Generalis, fuſius ſcripſit, potiſsimùm collecta, & breuius contracta.

ALFONSVS Salmeronius Toleti natus eſt, ante diem ſextum Idus Septembris, anni noſtræ ſalutis milleſimi quingenteſimi decimiquinti, tenuibus quidem parentibus, at honeſtis. Patrem nomine retulit: mater illi Marina Diaz fuit. Toletani agri pagis, Olias & Magano, vtriq; oriundi, filium ingenuè, pieque educârunt. Pueri iam indole, promptoque ingenio perſpecto, parentes iam ijs literis, quibus ætas puerilis informari ſolet, illum erudiendum curant, Complutumque mittunt. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenij, ſumma ſuauitas vocis, & actionis venuſtas: vt non celeriter ſolùm arriperet, quæ tradebantur, ſed etiam excellenter pronuntiaret. Benè dicendi vim, humanitatis artes, Græcasque literas ſupra ætatis captum auide ita imbibit, vt vtraque lingua declamitans, non rarò cæteris vnus in Gymnaſio antecelleret, & propoſita præmia præriperet: qua laude nobilis etiam tum puer inter æquales ferebatur, clariusque ſplendeſcebat, quàm illi æquo animo ferre poſſent: quos tamen ad laudem ſtudio ſuo inuitabat. Deinde Lutetiam Pariſiorũ, ſtudijs tum florentem atque ingenijs Academiam, vnà cum Iacobo Layneſio, tanquam ad laudatarum artium mercatum proficiſcitur, vt Philoſophicas, ſacrasque literas ſuo, & Eccleſiæ commodo perdiſceret, moresque hominum, ingenia & vrbes videret, ſcholas, bibliothecasque diſcendi flagrans, cupiditate luſtraret; ſic enim ſapientiam, tanquam è terræ venis laborando hauriri, prudentiamque peregrinando pari inaudierat. Hic Ignatium Loyolam, tanquam vitæ, conſilio rumque ducem nactus, in illius ſe diſciplinam exemplo Laynis tradidit: cuius etiam noſcendi gratia, famæ adhuc celebritate in Hiſpania vigente, eòdem acceſſerat. Confectis Theologiæ ſpatijs, cum cæteris ad Ignatium adiunctis ſocijs, Lutetia pedibus iter faciens in Italiam venit ante diem XVII. Calend. Decembr. anni M. D. XXXVI. euocatis cum alijs ab Ignatio Venetias. Hic tum in Noſocomio ægrotis, & inopibus miniſtrauit: inde Romam contendit, reuerſusque Venetias ſacris ritè initiari cœpit. Deinde Monteceſſo in oppido vnà cum Franciſco Xauerio; pòſt etiam Senis cum Paſchaſio Broethſio vilibus ſeſe officijs, pietatis tamen, & amoris plenis, exercuit. In Societate conſtituenda Ignatio adiutor fuit, eumque ſuo ſuffragio cum cæteris, & Laynem inde Præpoſitum Generalem creauit: quæ officia in vita vtriuſque Præpoſiti tractata, prudens omitto. Quare non hic communia omnium ſociorum colligam, ſed quæ Salmeronis propria, ſeligam.

Ante diem quartum Idus Septembr. anni humanæ ſalutis 1541. in Hiberniam à Pontifice Paulo III. Maximo, cùm nuntij Apoſtolici poteſtate Roma cum Paſchaſio mittitur. Quæ non hic pericula terra, marique adieruut? Illinc à Gallia, quæ bello tunc flagrabat: Hinc à Britannicis nautis, victus ſæpenumero, ſtratumque quieti defuit, dum variè per ſola loca ſummo vitæ diſcrimine iactatur, vti neorationi quidem vacuum ſpatium daretur. Cognito tandem ab Anglicis mercatoribus hoc agi, vt Henrico Regi Octauo, Pontificiæ tum ſedis acerrimo hoſti, pretio traderentur, in Scotiam ex Hibernia fugere coacti ſunt iuſſu Pontificis, vt pari illic fide, & integritate Apoſtolici Nuntij munus obirent. Verùm corruptis iam Scotorum animis, & inſana hæreſis opinione occupatis, infecta re Lutetiam repetunt. Hinc pedibus ſine viatico, vt Nuntios verè Apoſtolicos diceres, in ſequentis anni menſe Quinctili Romam properant: cùm ecce tibi Lugduni quaſi exploratores capti in cuſtodiam traduntur. Poſt cogniti à Turnonenſi & Gaddio Cardinalibus ampliſsimis, qui tum fortè Lugduni agebant, vinculis liberati, honorificeque Romam verſus dimiſsi, viatico etiam inſtructi. Nec Romæ ceſſatum eſt à Salmeronio; aures ritè confitentibus dare; de verbo Dei ad populum verba facere, cætera Societatis munia exequi grauiter. Aprili verò ſequentis anni 1543. Mutinam, poſtulante Ioanne Morono, eius tunc ſedis Epiſcopo, poſteà etiam S.R.E. Cardinali, proficiſcitur: qua in vrbe deprauatarum de religione opinionum virus, clam (vt ſolent) factioſi homines diſſeminârant. Necdum enim ea tempeſtate Italia Sectariorum fraudes, dolosque, quibus imperitum vulgus ineſcare ſtudent, cognouerat, vt hoc ſeculo animaduertere eſt: quo rerum vſu edocti

Principes,tanquam ad commune animorum incendium reſtinguendum accurrere didicerunt. Sudatum hic à Salmeronio,vt & hæreticorum occultas refelleret fraudes, & nutantium ciuium animos in religione maiorum confirmaret. Aemuli tamen dæmonis artibus inſtructi in tam honeſto Salmeronis labore non deerant, qui de eius exiſtimatione detraherent, quo impuniùs inter incautos graſſarentur. Romam itaq; extremo anno quarto & quadrageſimo, ſui purgãdi gratia aduolat: rei omnis geſtæ rationem conſtare vult,innocentiam probat,ſilentium maledicis facilè indicit. Romæ in Societatis æde ſacra aſsiduè concionatus ad annum vſq; ſextum & quadrageſimum, quo vnà cum Layne in Synodum Tridentum indictam,vt Pontificius Theologus ſeſe contulit. Hic conuẽtu Patrum habito,& deinceps,ob infecti aëris peſtilentiam Tridenti ortam, Bononiam tranſlato, vterq; quà differendo,quà ſententijs dicendis operam præclarè nauârunt, quemadmodum in Laynis vita oſtendimus. Intermiſſus conuentus eſt, vacuumq; Alfonſo ſpatium datum concionibus, cęterisq; Societatis officijs præſtandis. Afflictis enim ſuccurrere,ſubſidioq; eſſe, ſemper ſtuduit. Exinde Venetijs Laynem comitatus negotium geſsit, vnaq; impetrauit à Senatu Veneto, vt opimum Sacerdotium diuæ Magdalenæ cedere vellent, collegio Patauino extruendo, ex gratuita Andreæ Lippomani munificentia Societati attributum. Sequuta eſt quadrageſima anni(vt opinor)1549. qua magna hominum concurſu,atque frequentia,Belluni,(oppidum id ditionis eſt Venetæ)aſsiduè cõcionatus,zizania, quæ finitimarũ gentium opera in agro Domini humani generis hoſtis noctu diſſeminare cœperat,à radice ſuſtulit magno incolarum bono:quibus & animum, acri oratione in religione maiorum conſtanter retinenda,addidit. Bononiam hinc reuertit,menſibusq; aliquot conſumptis,ab Ignatio in Germaniam mittitur, vt collegij fundamenta ſocijs iaceret, quod Ingolſtadij Gulielmus Bauariæ dux liberaliter, pieque conſtruere decreuerat. Salmeronius hic ſacras docendi literas munere,poſt Ioannem Eckium (validum illum Catholicæ fidei in Germania aduerſus Lutheranam peſtem athletam)ſuſcepto,diui Pauli epiſtolas de ſuperiori loco, magna, & audientium corona,& admiratione, fructuq; eximio explanauit. Tridentum iterum in Concilium (quod inſtaurandum Iulius III. mandârat,redijt: ibique tamdiu hæſit, quouſque ciuilibus iterum tumultibus interrumperetur, Aprili menſe,anni 1552.

Hinc Neapolitanum in regnum Prouincialis Præpoſitus Ignatij iuſſu proficiſcitur. Humilè hic domũ ſubijt,&,qua erat animi demiſsione,cùm terra iaciendis fundamentis erueretur,ipſe dies aliquot cophino humeris impoſito,baiuli vices ſubibat. Ibidem ita perpetuò vixit, vt meritò, omnibus ad extremum vſque diem eſſet chariſsimus. Occupârat tum fortè in frequentiſsima illa vrbe, nobiliſsimorum quorundam virorũ animos peſtilens virus damnatarum Lutheri opinionum,clãdeſtini Sectarij cuiuſdam conuenticulis,atq; ſermonibus. Hic Alfonſus periculi non ignarus,ad excellentem doctrinam(qua plurimum valuit)zelo etiam domus Dei, religioniſq; Catholicæ accenſus,conciones, lectiones, ſermoneſq; inter ciues ita moderabatur, vt dicendi vehementia concitatus,nutantes retineret,lapſos erigeret,conſtantes magis confirmaret. Itaq; ignorantiæ, errorumq; caliginem diſsipauit,lucemq; reddidit,Rem denique publicam, fidemq; fartam tectam conſtituit. Quod vnum è multis Salmeronij eximium in Neapolitanum regnum beneficium extitit, meritoq; illi,cùm à Deo diſceſſeris,acceptum eſt referendum. Tanti enim refert in primo ſtatim ortu errores opprimi,quanti ad valetudinem tuendam venienti morbo occurrere,& nata ſtatim incẽdia reſtinguere,priuſquam domum, ædeſque vicinas populetur. Cancer enim hæreticorum ſemper, teſte Apoſtolo,ſerpit. Quod exemplum ſi in alijs prouincijs ſecuti Principes,qui & poſſunt,& debẽt, ad communem flammam continuò opprimendam aduolaſſent, melius ſanè ſe res Chriſtiana, conſtantiuſque haberet. Tertio iam & quinquageſimo ſupra milleſimum & quingenteſimum anno, Quadrageſimalibus ieiunijs in æde ſacra annuntionis B. Virginis: in ſequenti verò anno ad diui Ioannis Maioris,poſt in æde ſumma,ſummo concurſu ciuium,nobiliumq; vrbis inclytę concionatus Alfonſus,in corona etiam religioſorum hominum,qui quotidie conſluebant,& à dicentis ore pendentes,quæ dicta præclarè eſſent,calamo excipiebant. Dominicis verò,feſtiſque diebus aſsiduè de verbo Dei è ſuggeſtu ſumma contentione,dicendique vi,ad populum differuit: pomeridianis etiã horis ſacræ Scripturæ libros explanandos ſuſcepit:idque non tam fucata, & ad pompam comparata oratione(quaſi hominis diſerti,& non perinde pij nomen affectaret)quàm vt hæreticorum fraudes detegendo,cauſam illorum iugularet, labantes attolleret, pios tandem confirmaret. His in adminiſtranda prouincia rebus ex animi ſententia, reique publicæ, & Eccleſiæ commodo geſtis, Romam,Pauli Pontificis IIII. autoritate anno 1556. accitus Cardinali Piſano in Belgium Legati nomine Apoſtolici proficiſcenti comes datus.

Ex longa peregrinatione Romam vix redierat, cùm illum idem Pontifex vnà cum Apoſtolico Nuntio Aloyſio Lippomano, Veronenſium Antiſtite, ſingulari pietate & doctrina prædito, meritiſq; in Eccleſiam claro, in Poloniam mittit; quo Sociorum primus Alfonſus penetrauit, hodieque tot collegia ſpectantur egregia, vt prouinciæ Societatis formam conſtituant. Ex Polonica profectione redeuntem mox Alfonſum collaudatum rurſum Pontifex in Germaniæ Inferioris prouin-

ciam allegauit, anno ſalutis 1557. inita iam recens, optata pridem ab omnibus pace cũ Philippo Rege Catholico, comes enim datus honoris gratia Salmeronius, vnà cum Petro Ribadeneira Carolo Caraffæ, Pauli IV. agnato, quem ad Regem in Belgas Legatum miſit. Igitur ante diem xv. Calend. Nouemb. 1557. in viam ſe, Galliam Belgicam verſus, dederunt. Hic in Regia Bruxellis Alſonſus Italicè ad Legatum de verbo Dei diſſerebat: hinc (Ribadeneira in aula relicto) Romam reuertit. Qua in vrbe inſequenti anno in Iacobo Layne Præpoſito, Generali eligendo præſens Alſonſus Comitijs interſuit. Quo ſociorum conuentu tandem dimiſſo, Neapolim & ille redijt, manſitq; ad annum vſq; alterum & ſexageſimum; quo quidẽ anno Laynem Pius IV. qui Paulo item IV. ſucceſſerat, in Galliam Celticam, vnà cum Hippolyto Eſtenſi Cardinali Legato miſit, vt Galliam hæreticorũ armis, ſeditionibusq; vexatam, ad fidei conſtantiam retinendam opera, ſtudio, conſilioq; reuocarent. Romam itaq; accitus Alſonſus eſt, vt vicariam Societati, abſente Layne, operam præſtaret. Geſsit hoc munus egregiè, dum Tridentum tertiùm iam ad inſtauratam Synodum à Pontifice ſummo amandatur. Hic Laynis aſsiduus ſocius fuit laborum, vigiliarumq;. Concilio quoq; ad exitum adducto, dimiſſoq; Patrum cœtu, Neapolim rurſum redire iuſſus Alfonſus eſt, quem ſeceſſum amœnũ, ac ſalubrem, valetudinis, & publici commodi gratia adamauit, habitauitq; perpetuò, niſi ſi quando Romam excurrere cogeretur, dum conuentus Sociorum haberetur Præpoſitis deligendis. Anno item 1569. à Pio V. euocatus Pontificis Eccleſiaſtem egit: ſed quòd ætate ſeſſus, ſtudijs, laboribuſque fractus, nec ſatis firmis iam lateribus ad concionãdi labores eſſet, & aulam iam natura ſugeret; miſsionem, licèt ægrè, à Pontifice impetrauit, & in Neapolitanum ſuum illud quaſi perſugium reuerſus, in bibliothecam ſeſe abdidit, vt qui viua iam voce docere præſentes corporis imbecillitate nõ poſſet, ſcriptis ſaltem, ingenijq; monumentis, poſteritati etiam prodeſſet. Animum itaq; ad ſcribendum appulit, & ſacrarum Scripturarum, noui potiſsimùm Teſtamenti volumina illuſtranda ſuſcepit. Studiorum verò ſacrorum hanc ſemper rationem tenuit, vt orationem ſacra lectio, lectionem oratio exciperet. Solis enim ortum antelucana diligentia longa precatione anteuertere ſolitus, hinc diurnarum penſum horarum perſoluere, litaniamq; Sanctorum recitare, mox rem diuinam quotidie facere: nec dies vllus temerè interceſsit, quo non rebus omnibus, negotijsq; vel omiſsis, vel intermiſſis, Liturgiam ageret, ſacris ritè, attenteque operatus. Diei mox reliquum, pomeridianumq; tempus ſtudijs continẽter impertiebatur, integra ſemper, & firma vſus valetudine. Pertinaci hoc labore atque vigilijs tandem debilitatus, pituita primùm tẽtatus eſt, quæ in ardentẽ mox ſebrem, laterumq; dolorem vertit, lectuloq; ſenem affixit. Ille mortem animo pręſagiens, familiaribus ſuis multis, *Velox*, inquit, *eſt depoſitio tabernaculi mei.* Sanus adhuc, valenſque, priuſquam in lethalem morbum incideret, nulla dẽ re, aut libentius, aut frequentius, quàm de morte ſermonem ſerere, & audire ſolebat: vt hinc facilè ſocij diuinarent, mortẽ iam tum in votis habuiſſe. Iuniores aliquando alloquens Patres, *Laborate*, inquit, *iuuenes, dum integra vobis ab ætate ſunt vires.* Ego autem expecto, donec veniat immutatio mea. Libris itaq; clauſis, rebusq; alijs omnibus valere iuſsis, hoc agebat vnum, quaſi iam vniuerſæ carnis viam ingreſſurus. Dicente Medico: *Conſide Pater, equidem dabo operam, vti conualeſcas*; *Da*, inquit, *potius operam, benè vt moriar, cœlumq; petam: id enim mea permagni refert*: quoniam melior eſt miſericordia Domini ſuper vitas. Alio quærente, libenterne mortem obiret? dictum illud Epiſcopi cuiuſdam apud Auguſtinum intulit: *Si aliquando, cur non modò?* His perſimilia mentem animi teſtabantur, quidq; illo fieri vellet Deus. Igitur licèt ritè confeſſus ægrotans, ſacra diuinæ hoſtię myſteria ſumpſiſſet, iterare tamen Sacramenta, totiusq; anteactæ vitæ errata in Sacerdotis auribus deponere voluit. Allato itaq; pane Angelorum, viatici nomine, cùm virium imbecillitate membris vti non poſſet, in cubitum tamen nixus, admirantibus qui aderant ſocijs, aſſurrexit, ac venerabundus, cœleſtisq; ſpiritus plenus, Deum adorauit, ac percepit: mox ſeſe colligens, & blandè, ſuauiterque cũ illo colloquens, verſus aliquot è Pſalmis vſurpabat, vt illum: *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Et, *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima ad te Deus.* Crucis ſe ſigno frequenter muniebat: aqua item luſtrali aſpergens, tranquillo ſemper animo, & quieto. Rogante ſocio: Memineris ne orare pro nobis, Pater? *Dubitare mihi videris*, inquit, *Quaſi verò tã ingratus ſim futurus.* Chriſmate iam ſacro cùm vngeretur, quietè ad ſingula reſpondit: rogauitq; ecquando octauus eſſet à B. Agathæ feſto dies? Cras, inquit Socius. Tum ille: *Hic vita noſtra terminus eſt.* Nocte quæ ſubſecuta eſt, identidem illud balbutiens repetijt: *In vitam æternam.* Et: *Hodie vita ærumnis tandem eripiar.* Iterabat & illud: *Lætabitur anima mea in Deo meo.* Quid ita hilaris eſſet interrogatus? Quod, inquit, miſericordiæ vias mihi patefacere inceperit Deus. Sanctorum litanias frequenter recitari iuſsit, quodq; attentiſſimè auſcultauit, de Chriſti cruciatibus Euangelium, in quo & repetere quędã lectorem iuſsit. Cùm vox iam defeciſſet, labia agitare, crucisque ſignum manu effingere. Deficientibus tandem membris, oculos in Chriſti de cruce pendentis, Deiparæque virginis effigiem defigens, acquieuit: quibus tandem oculis fractis, clauſisque, placidè in Domino obdormiuit, vt ſomno tandem captus videretur, iuxta illud Prophetæ: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* Erat is dies Iduum Febr. annus 1585. ætatis verò ſeptuageſimus. De morte verò vbi increbuit, Neapolitani ciues cõfluxere ad ſpectaculum

vniuerſi: Patritij etiam viri manus oſculabundi. Archiepiſcopus item ſua ſponte venit, & ſolenni ritu, & habitu, omnisque adeò Clerus funus deduxit. Reſpublica denique tota lachrymis exequias eſt proſecuta, iuſtaque perſoluit. Facta re diuina, is populi concurſus fuit, vt alijs capillos mortui vellentibus, alijs lacinias veſtis, & vngues, quę religioſè omnia ſeruarent, pręcidentibus, humo corpus mandari non potuerit: ſed dimiſſa plebe, noctu ſub aram maximam conditur, in capſa cum hac inſcriptione:

P. ALFONSVS SALMERON TOLETI IN HISPANIA NATVS, VNVS EX PRIMIS DECEM SOCIETATIS IESV, PRIMVSQVE IN REGNO NEAPOLITANO PROVINCIALIS, VIXIT ANNOS LXIX. MENSES V. DIES V. OBIIT IN NEAPOLITANO EIVSDEM SOCIETATIS COLLEGIO IDIB. FEBR. ANNO A CHRISTO NATO M. D. LXXXV.

Duo de quinquaginta annos in Italia conſumpſit, concionibus aſsiduis, & confeſsionibus, ſtudijs denique, & commentatione ſacrarum literarum. Illud in confeſſo eſt, Neapolitanis omnibus flebilem eius mortem accidiſſe, vt de regno illo tam benè meriti, quàm qui maximè. Rectam concionandi viam commoſtrauit: frequentem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ vſum, iam pridem obſoleſcentem tanquam poſtliminio reſtituit: ciuibus afflictis ea perpetuo præſtitit officia, vt plura à parente proficiſci non potuerint: vitæ ſanctimonia atq; innocentia omnes ceperat, etiam nobiliſsimos, vt animos omnium moderari facilè poſſet. Principum gratia non ad ſuum, ſed tãtùm ad aliorum emolumentum vtebatur, vel deprecandis miſerorum iniurijs, vel incommodis pauperum depellendis. Beneficiorum, quæ in alios contuliſſet, ſumma erat in illo obliuio: quæ accepiſſet, perpetua memoria. Corpore fuit cõpacto, & robuſto, ad labores omnes, ſtudiorumq; vigilias perferendas apto. Iam inde à puero, Incredibili diſcẽdi flagrans cupiditate, excelſo ingenio, diſciplinas omnes homine Theologo dignas perdidicit, memoriaq; eſt complexus: Poëtas, Oratores, Hiſtoricos omnes, præſertim Eccleſiaſticos, Philoſophos, Theologos, qui via, & ratione in ſcholis vtũtur, Sanctorum Patrum ſcripta, Concilia denique, & Pontificum decreta, tenaci memoria, qua pręditus erat, habebat in promptu. His artibus inſtructus Tridentina in Synodo, cui cum Layne interfuiſſe oſtendimus, ſententiam, Theologos inter, & Epiſcopos, de maximis Fidei, controuerſisq; dogmatibus rogatus, ita reſpondit, vt Patribus etiam admirationem concitaret. Linguas, Latinam, Græcã, & Hebræam, quas Chriſtus ſuo in Cruce ſanguine cõſecrauit, apprimè calluit. Lectione diuinæ ſcripturæ mirificè capiebatur, illiq; maximam ætatis partem impendit. Quindecim vitæ poſtremos annos commemorationi eius tribuit: ſcripſitq; eruditiſsimè in totum Ieſu Chriſti Teſtamẽtum, in decem quoq; priora Geneſis capita reliquit commentarios: cætera meditantem mors oppreſsit. Quæ quidem lucubrationes ſi, vt ſpero & opto, lucem aſpicient, incredibiles legentibus vtilitates afferẽt, ad difficillimos ſacræ Scripturæ intelligendos locos, ad ſanctorum Patrum reconditos ſenſus eruendos, ad hæreticorum inſanias refellendas. Quid dicam de illius moribus, vitaque ſanctiſsima? eximius in Alfonſo candor ingenij fuit, ſumma facilitas, egregium virtutis, religionisq; ſtudium, zelus Catholicæ fidei admirabilis, odium hæreticorum acerrimum, paupertatis ad extremum vſque diem amor, honorum magna contemptio, ambitionis, adulationisq; neglectus, rituum, & ceremoniarum Eccleſiaſticarũ diligens inueſtigatio, obſeruatioque: in ſuſceptis pro Chriſto laboribus mira conſtantia: tanta porrò abſtinentia, & ieiunij ſeruandi cura, vt cùm per duo de viginti Quadrageſimas quotidie ſit concionatus, idque magna vocis laterisque contentione, adduci nunquam potuerit, vt vel ieiunium ſolueret, vel ouis veſceretur, piſciculos tantùm eſitabat, & olera. Extremo tamen anno, quo vita functus eſt, ętate iam ingraueſcente, & corporis imbecillitate, oua adhibere coactus eſt. Affinium, agnatorumque, ne quid caro, & ſanguis ſpiritui officeret, prudens, & cauta dilectio. Denique cùm tantus eſſet, eumque in oculis alij, & laudibus etiam in cœlum ferrent, ipſe de ſe humiliter ſentiebat, ſua occultabat, aliena, etiam minuta, laudabat, & ab indoctioribus percunctando doceri non erubeſcebat. De rebus diuinis, atque cœleſtibus, ſed pręcipuè de vita Chriſti, ac meritis, ita diſſerebat auidè, vt ſi quando de ea materia (quod fiebat non raro) ſermo incidiſſet, vi quadam admirabili illum à ſenſu, & mente penitus abſtractum eſſe crederes. De Chriſto verò Seruatore ita loquebatur ardenter, & coploſè, ita clarè, atque diſtinctè, vt ſpectaſſe oculis, quæ de illo traduntur facta, & ab eiuſdem ore omnia percepta, ac verba ſingula hauſiſſe videretur. Pranſus quoq; & cœnatus ſumma temperantia, nulla de re libentius, quàm de Chriſto, eiusque matre Virgine (cui perpetuo vixit addictiſsimus) & loqui, & audire conſueuerat. Hinc & Sabbatis quadragenarij ieiunij in Deiparæ laudem conciones inſtituit.

Hæc habui, quæ de Alfonſi Salmeronij vita, & obitu perſtringerem, & Iacobi Laynesij vitæ, quo cum vixit coniunctiſsimè, communiaque multa habuit, adnecterem: vt innocentię, ſanctiorisque vitæ in his primis ædificij Societatis lapidibus, (cuius angularis lapis Chriſtus eſt) exemplum nobis alterum, quod legendo Socij miremur, & inſpiciendo imitemur, ſuppeteret. Quod benè omnibus, feliciterq; euenire volo.

AVTORIS AD CANDIDVM LECTOREM

PRAEFATIO.

VAS Electionis Apoſtolus Paulus ſingularem diſcipuli ſui Timothei pietatem, ac doctrinam commendans, in poſteriori epiſtola eum, & in illo nos omnes ad perſeuerantiam in Catholica doctrina ſemel ſuſcepta, his verbis adhortatur: Tu verò permane in ijs quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris; & quia ab infantia ſacras literas noſti, quę te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quę eſt in Chriſto Ieſu. *Præclara ſanè verba, & tanto Chriſti Apoſtolo digna, & ad ſcopum ſcriptionis noſtræ maximè accommodata. In primis enim ad hominem in fide Catholica doctrinaq́; Eccleſiaſtica retinendum, nihil inueniri poteſt tam validum, ac primum, quàm quis ille, à quo acceperit, quæ vel credit, vel de religione ſentit, & profitetur, cognitum & exploratum habere. Nam Timotheus Paulum ipſum habuerat inſtitutorem, & magiſtrum, quemadmodum & ipſe paullò ante prædicta verba declarauerat:* Tu autem, *inquit*, aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, &c. *Vbi ſeipſum Timothei præceptorem, non tantùm verbo, quod illi cum multis commune erat, ſed etiam multarum ac heroicarum virtutum exemplo, quod perpaucorum eſſe ſolet, fuiſſe, apertè oſtendit. Vnde multum refert à magnis & excellentibus didiciſſe Doctoribus, quod vel ipſe Apoſtolus alibi explicauit, dum ſe nutritum in ciuitate Hieruſalem docuit, & ſecus pedes Gamalielis, iuxta veritatem paternæ Legis eruditum. Id etiam mundi ſapientibus non fuit vſquequaque ignotum. Nam & Philoſophus quidam ſerio gloriabatur ſe in tempora Platonis præceptoris incidiſſe, & pro eo quaſi ſingulari beneficio Dijs immortalibus gratias agendas eſſe cenſebat. Alexander verò Magnus præferendum imperio putabat ſuo, quòd Ariſtotelem Philoſophum maximum nactus eſſet magiſtrum; cuius ſe diſcipulum & auditorem eſſe iactare ſolebat. Quid dicam de magna illa Eccleſiæ columna Hieronymo? quoties de Gregorio illo Nazianzeno, Didymoq́; Alexandrino in ſacris literis enarrandis præceptoribus ſuis, & magiſtris perſanctè gloriatur?*

Commendat deinde idem Paulus Timotheum quòd ab infantia Sacras didicerit literas: ne quis enim Paulum, hominem heri notum Timotheo obijcere poſſit, explicat, eum ab infantia Sacris literis imbutum; quæ ſanè non heri, aut nudiuſtertius, ſed antè multa ſecula per Prophetas viros ſanctiſſimos ſunt & conſcripta, & poſteritati commendata. Magnum profectò eſt, vel in ipſa adoleſcentia, vel in virili, ac matura ætate, vel ſaltem in ſenectute de ſaluberrimo Scripturarum fonte potaſſe, vt illarum ductu, ad meliorem vitæ frugem reuoceris, ac proinde ad ſalutem peruenire poſſis ſempiternam. Sed illud longè maximum, ab infantia, & quaſi cum lacte verba Dei ſuxiſſe atque deguſtaſſe: nimirum quòd ea quæ à teneris annis didicimus, tenaciùs menti noſtræ hæreant, & maiori lumine intellectæ poſſideantur, totumq́; humanæ vitæ curſum per virtutum ſemitas promptamq́; diuinorum præceptorum obedientiam, ad portum felicitatis æternæ dirigant, atque perducant. Poſtremò ſubdit Apoſtolus: Quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu: *diuinas videlicet literas diſcernens ab externis, humanoq́; ingenio inuentis diſciplinis, atque artibus; quæ magna ex parte, vel in ſermone polito, & eleganti ſunt ſita, vel in doctrinis inanibus ac perniciofis plerunque verſantur: ſola diuinarum literarum cognitio illud abundè præſtat, vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuere doceat homines in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nam quemadmodum ad humanas diſciplinas percipiendas, ſine naturalis rationis lumine peruenire nullus poteſt; ita ſanè abſque diuino, & altiori fidei lumine nihil eſt in ſacris literis, quod ad æternam ſalutem proficere queat. Cuius rei tum Iudæi, tum Hæretici, atque Pagani, qui eo lumine deſtituti ſunt, abundè fidem facere poſſunt. Nam etſi illi Scripturas legant, ac verſent dum fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu, non habent, Scripturas proculdubio non habere cenſentur: quia non ad ſalutem, ſed ad exitium ſuum habent.*

Dices forſitan prudens Lector; Quorſum hæc tam longè repetita? Dicam paucis. Cum ad hoc ſcribendi munus animum appuliſſem; teſtatum omnibus hac mea Præfatione eſſe volui, me ſingulari Dei beneficio præſtantes, & Catholicos in ſacris literis magiſtros, ac duces habuiſſe, quos viua voce in præclaris, & nominatis Catholicæ Eccleſiæ Academijs docentes olim audire contigit: adhuc

2. Tim. 3.

Quare Timotheum ad perſeuerandum in Apoſtolica à ſe tradita doctrina hortetur Apoſtolus.

Timotheus Paulum & dicendi, & benè viuendi magiſtrum habuit.

Act. 22.

Bonitatẽ præceptoris atq; præſtantiam maximè ad diſciplinam cõferre, quibus fiat exẽplis perſpicuum.

B. Hieron. in catalog. ſcript. Eccleſ. tom. 1. poſt med. Idem Apolog. aduerſ. Ruffinum priori, tom. 2.

Cur etiã laudet Paul⁹ Timotheum, quòd ab infantia ſacras literas nouiſſet.

Idẽ diuinas ab humanis diſciplinis, quomodo diſtinguat.

Tit. 2.

Sola diuinarum literarũ cognitio, qd præſtet.

Quæ in ſacro traduntur eloquio, abſq; diuino fidei lumine nemo aſſequi poſſe.

xi etiam illis ſanctorum Patrum, ac veterum Doctorum (qui tanquam muti magiſtri haberi poſſunt) ſtudium atque adminiculum, quorum admirabilem, & in explicandis Scripturis ſolidam, atque conſtantem doctrinam mihi ante oculos imprimis eſſe habendam, exemplo Magni Baſilij, & Gregorij cognomento Theologi, neceſſariò exiſtimaui. Nam qui in Scripturarum ſanctarum naui moderanda non hunc clauum tenuerunt, in multos, & abſurdos errores ſcopulos impegerunt, multaque contra Orthodoxam fidem, atque Catholicæ Eccleſiæ ſenſum docuerunt. Ruffin. lib. 11. hiſtor. Eccleſ. cap. 9 prope init. tom. 1.

In quoſdam noſtri ſeculi ſcriptores, qui in Scripturis interpretandis veterũ Patrum atque Doctorum nunquã facere mentionem dignantur.

Quamobrem ſatis admirari non valeo quorundam recentiorum ſcriptorum confidentiam, ne dicam audaciam & temeritatem, qui Vetus, ac Nouum Teſtamentum ita enarrare aggreſſi ſunt, vt nuſquam in eorum Commentarijs Baſilij, vel Athanaſij, nuſquam Hieronymi, aut Ambroſij, nuſquam Auguſtini, atque Chryſoſtomi, aut denique aliorum antiquorum Patrum facere mentionem dignentur, ſuas tantummodò cogitationes, ſua inuenta, aut potius ſomnia nobis obtrudentes, quaſi aut primi fuerint, qui Scripturas diuinas in Eccleſia Dei cœperint interpretari, nec Patres habuerint, quorum expoſitionibus uti tutò poſſent, eorumq́; ſenſus locupletare: aut ſoli, ad quos ſacrarum literarum codex peruenerit, vt ad ipſos ſolos Scripturas enarrare ſpectauerit. In quos ſanè verbum Apoſtolicum ad Corinthios ſcriptum obijcere magna ratione poſſumus, An à vobis (inquit) verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit? *Quaſi apertiùs Apoſtolus diceret: Neque ſoli eſtis, neque primi. Non primi, vt à vobis ad alios verbum Dei promanauerit: quia* De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. *Non autem ſoli, quoniam* In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Vnde beatus Hieronymus Nepotianum laudat, quòd de Scripturis ea differens, libenter Patrum teſtimonia in illarum expoſitione produceret. Vnde ſcribens ad Heliodorum Nepotiani Epitaphium, ſic ait:* 1. Cor. 14. Iſai. 2. Pſalm 18. Rom. 10. D. Hieron. to. 1. prope init.

Laus Nepotiani.

Sermo eius per omne conuiuium de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, reſpondere verecundè, recta ſuſcipere, praua non acriter confutare, diſputantem contra ſe magis docere, quàm vincere; & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid cuius eſſet, ſimpliciter confiteri. Atque in huius modum eruditionis gloriam declinando, eruditiſſimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, iſtud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij eſt; ſic Minutius Felix, ita Victorinus: in hũc modum eſt locutus Arnobius. Me quoque, quia pro ſodalitate auunculi diligebat, interdum proferebat in medium. *Hactenus ille.*

Deinde profiteor, me ab adoleſcentia ad hæc diuina, & ſacra ſtudia magnoperè fuiſſe incenſum, eorumq́; comparatione cæteras diſciplinas mihi ſorduiſſe. Cùm autem temporis progreſſu Societatem IESV *profeſſus eſſem, atque ad prædicandi verbi Dei munus per ſuperiores meos euocatus, coactum fuiſſe, Scripturarum lectioni, earumq́; Commentarijs, Scholijs, & Annotationibus, tam veterum, quàm recentiorum autorum, maiorem operam impendere. In quibus, quos progreſſus fecerim, non eſt meum dicere; aliorum potius quàm meum eſto iudicium: propterea quod minus ſibi quiſque notus eſt, & difficillimè de ſe ſentit. Illud certè negare non poſſum, nec debeo, huic vni operi (nempe intelligendo, explicandóque Dei verbo) me ipſum penè per omnes vitæ ætates dedicauiſſe: partim quidem concionibus de ſuggeſtu, per multas Italiæ ciuitates ad populum; partim verò publicis de Cathedra lectionibus, ad ſacræ Theologiæ Candidatos (apud quos res ſacræ preſſiùs, & ſolidiùs de more tractari ſolent) habitis, vt interim omittam diuturnam moram, quam in Concilio Tridentino ſub tribus Pontificibus Maximis, Paulo Tertio, Iulio Tertio, ac Pio Quarto, vtpotè eorum Theologus, trahere fui coactus. Certè, ne quid diſſimulem, hac mea diligentia illud mihi aſſecutus videor, veriſſimam eſſe Salomonis ſententiam:* Cum conſummauerit homo, tunc incipiet, & cùm quieuerit, operabitur. *Intelligat ergo prudens Lector, quanto in errore verſentur noſtræ tempeſtatis hæretici, qui nobis Scripturas ſacras apertas, per ſe ipſas perſpicuas, ac manifeſtas perſuadere conantur: in quibus tamen multa indiſſolubilia, agnouit Hieron. ad Damaſum. Sed vt eò redeat oratio, vnde digreſſa eſt; cùm ad hanc ætatem grauiorem, & ſenectuti proximã, Deo dante, peruenerim, nec ad verbum Dei populo proponendum tam validæ vires, & tam firma latera, vt antea, mihi ſuppeterent, nonnullis magnis viris è re Eccleſiæ Catholicæ fore viſum fuit, ſi me ad ſcribendum conuerterem; vt ea, quæ diuturna ſacrarum Scripturarum meditatione, & longa veterum Patrum lectione eram aſſecutus, ad communem ſanctæ Dei Eccleſiæ vtilitatem ſcripto proderem.* Eccleſ. 18.

Minus ſibi quiſque notus eſt, & difficillimè de ſe ſentit.

Hieron. ad Damaſum, epiſtola quæ incipit: Poſtquam epiſtolam tuæ ſanctitatis accepi, quæſt. 5. tomo, rom. 3. circa init.

Agnoſco prorſus pulcherrimam, & per ſe honeſtiſſimam prouinciam, & quam ſi ego ex parte æquarecté adminiſtrare poſſem, Chriſtianæ Reipublicæ, & ſacrarum literarum ſtudioſum, non inutilem arbitrarer futuram. Verùm cùm in me ipſum deſcenderem, & quod opus moliendum eſſet, quodq́; onus humeris meis imponendum, cogitarem, prorſus refrigeſcebam, animumq́; meum ab eo ceptis alienatum perſpiciebam. Nam in primis aliud eſt, concionem vnam aut alteram apud paucos auditores habere, quorum plures, vel ſimplices ſunt, & idiotæ, vel ſaltem in Scripturarum ſtudijs parum verſati, quibus facilè eſt, vel orationis ſplendore, & linguæ volubilitate, vel rerum quæ dicuntur, nouitate, interdum etiam vtilitate, aut ſubtilitate placere; aliud verò eſt, ad

præ-

præſentes omnes mortales, & ad omnem poſteritatem ſcribere; vniuerſorumq́; proinde ingeniorum aleam, & cenſuram ſubire: hu enim ſatisfacere, vt eſt longè maximum, ita certè difficillimum, ac rariſsimum. Deinde, quæ ego de Scripturis diſſerendo adducebam, & quæ multi admirabantur vt noua, vel laudibus immodicis efferebant vt ſolida, eruditaq́;, non tanti erant apud me, vt exiſtimarem illa digna eſſe quæ lucem promererentur. Nam cùm magna ex parte illa ex antiquorum Patrum lectione, quaſi ex ampliſsimo quodam promptuario, quiuis ſibi deſumere poſſet, iudicabam de his libros edere, nihil eſſe aliud, quàm actum agere. Præterea, huic ſcribendi prouinciæ (in qua parum me exercitatum fuiſſe, affirmare minimè erubeſco) non mediocriter ſanè meum ingenium refragabatur: nam ferè quantum propenſus, & promptus extiti ad viua voce dicendum, tam piger, ac tardus fui ad meas cogitationes ſcriptis conſignandas: difficile autem eſt cuiquam illi rei ſtrenuam operam impendere, ad quam ferè inuitus accedat, & ingenio ſuo vim inferre cogatur, cùm acutè Ethnicus quidam dixerit:

Horat. in Arte, à med.

Tu nihil inuita dices, faciesve Minerua.

Quàm difficile, & arduũ hoc ſeculo ſcribendi munus.

His accedebat noſtri huius ſeculi conſideratio, quæ me à ſcribendo deterrebat. Eſt enim omni diſciplinarum genere excultum, eruditionis, & humaniorũ literaturæ ſtudio perpolitum, linguarum trium peritia ad miraculum eruditum, Sacrarum verò literarum cognitione in primis inſtructum, & ornatum: quamobrem qui hoc tempore aliquid vellet in medium adferre, quod non ſit vel ingenio elaboratum, vel induſtria perfectum & limatum, atque adeò eloquentiæ viribus fultum, verborumq́; floribus decoratum, oleum ſanè & operam perdidiſſe videri poſſet. In quem fortaſſis verba Ciceronis torqueri poſſent: Fieri autem, inquit, poteſt, vt rectè quis ſentiat; & id, quod ſentit, politè eloqui non poſsit. Sed mandare quenquam literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſsit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & otio, & literis. Itaque ſuos libros legunt ipſi cum ſuis, nec quiſquam attingit præter eos, qui eandem licentiam ſcribendi ſibi permitti volunt. Hucuſque Cicero. Hæc erant quæ animum meum ab hoc arduo munere retardabant, ne dicam, auocabant: nam explorans me ipſum, cognoſcebam quantum eſſet mihi curta ſupellex, & quàm parum haberem in bonis, vt tantæ prouinciæ ſatisfacerem.

Cicero in 1. Tuſcul. quæſt. prope init.

Quænã cauſæ ſuſcepti huius operis extiterint.

Verumtamen hæc omnia impedimenta perniciit quorundam magnorum virorum autoritas, qui me ad hoc parum propenſum, nonnihilq́; repugnantem, imperioſis vocibus adhortabantur; multorum etiam noſtræ Societatis Fratrum & Patrum importunæ preces additæ ſunt, qui cùm me magna ex parte propter diuturnam conſuetudinem familiaritatemq́; agnoſcerent, putabant rem Eccleſiæ Dei non inutilem futuram, ſi ego eorum ſententiæ cederem. Videbam præterea, multa ex his, quæ verbo, aut prædicanda, aut legendo dixeram, à nonnullis fuiſſe excepta, & paſſim multorum manibus teri, & quoſdam etiam aliquando tentaſſe, inſcio me, quædam ex illis in publicum edere, niſi mea diligentia eſſent auocati & prohibiti: eorum verò pleraque erant lacera, imperfecta, & minus aptè expreſſa, quàm à me dicta fuiſſent. Propterea, ne quid mihi, vt fieri aſſolet, affingeretur, aut quæ benè dicta erant, ineptè, aut indoctè proderentur, conſultum putaui, ſi ipſe meis verbis, & rotundis (ſi quæ ſunt) ſententijs animi mei ſenſa explicarem: quæ via & ratione (ne quid diſsimulem) libenter aſſero me ad ſcribendum fuiſſe permotum. Coniunctum poſtremò fuit religioſæ obedientiæ imperium. Nam reuerendus admodum Præpoſitus noſter Generalis Franciſcus Borgia, vir ſumma vitæ integritate, atq; prudentia cumulatus, aliquoties me & verbo præſentem, & ſcripto abſentem ſolicitauit, ne talentum quod à Domino acceperam, ſub terra abſconditum reponerem, occaſionemq́; oblatam de Republica Chriſtiana benè merendi, illamq́; meis laboribus iuuandi, prætermitterem: quam ſanè Paſtoris mei mollem, ac mitem vocem, ſi præcepti rationem habere, interpretari debui, nullam reprehenſionis notam apud prudentes lectores, & æquos iudices, me incurſurum arbitrabor.

Compellor igitur, & mei ingenij naturam expugnare, intellectumq́; meum quaſi collum obedientiæ ſupponere, imbecillitatiq́; meæ atque ignorationis nulla ratione habita, rem longè difficilem, & viribus meis imparem, de Domini auxilio, & obedientiæ merito confiſus, aggredi. Cogor in diui Hieronymi aduerſus Vigilantium ſcribentis pulcherrimam ſententiam animum non intendere: Nõ parum eſt, ait, ſcire quid neſcias: prudentis hominis eſt noſſe menſuram ſuam; nec zelo diaboli concitatum, imperitiæ ſuæ cunctum orbem teſtem facere. Cogor oculos claudere ad infantiam meam, ruditatem in ſcribendo, ac impolitum ſtylum. Quanquam, vt verum fatear, me maximè ſolantur Apoſtolorum tum ſermones ad populum habiti, tum libri, quos non in perſuaſorijs humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis compoſitos ediderunt. Recreant etiam me quædam M. Tullij ſententiæ, quas à viro illo doctiſsimo, atque eloquentiſsimo vis ipſa veritatis expreſſit. Grandiores, inquit, res dicere ornatè, puerile eſt: planè autem, & perſpicuè expedire poſſe, docti eſt, & intelligentis viri. Rurſus in alio loco ſcribit: A Philoſopho ſi adferat eloquentiam, non aſpernèr: ſi non adferat, non admodum eſſlagitem. Quidam etiam ex Fabij ſententia acutè dixit: Etſi interdum compti & elegantes ſermones res ipſas quæ di-

D. Hieron. 10. 1. circa fin.

Hieronymi pulchrè dictum.

1. Cor. 2.

Cicero lib. 3. de Finibus.

Idem 1. Tuſc.

Egregia ſimilitudo.

cuntur

cuntur, non aliter atque ſplendidæ veſtes plebeios & humiles homines ornare ſoleant: tamen, vt Principes & Magnates honorem à veſtibus non accipiunt, ſed ipſæ potius ab illis eum mutuantur, ad hunc modum grandes ac graues materiæ verba ipſa humilia, & de media plebe deprompta frequenter illuſtrant. *Cùm ergo de maximis, & altißimis fidei noſtræ myſterijs in Scripturarum enarratione agendum ſit, non debent moroſi iudices verborum delectum ſplendoremq́; exigere. Quid enim eſt omnis Eloquentiæ vis, Rhetorum ornamenta ac lenocinia, atque fucatus & picturatus ſermo, ad tantam diuini verbi maieſtatem, & altitudinem exprimendam, ne dicam, exornandam?* Ornari res ipſa vetat, contenta doceri, *vt dixit Manilius. Ex noſtris verò Baſilius Magnus ſcribens ad Diodorum, quo pacto liber eius ordinandus eſſet, ait:* Et præterea dictionis inaffectata, & incompoſita ſimplicitas decora mihi videbatur, & conueniens profeſsioni Chriſtiani hominis, cuius eſt non ad oſtentationem magis ſcribere, quàm ad publicam vtilitatem; *& in epiſtola præfationis ad Leandrum Gregorius Romanus:* Quæſo autem, *ait*, vt huius operis dicta percurrens, in his verborum folia non requiras, quia per ſacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuoſæ loquacitatis leuitas ſtudioſè compeſcitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti proculdubio ſcimus, quia quoties in folijs malè lætæ (aliàs legitur lactæ) ſegetis culmi proficiunt, minori plenitudine ſpicarum grana turgeſcunt. Vnde & ipſam artem loquendi, quàm magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſeruare deſpexi. Nam ſicut huius quoque epiſtolæ tenor enuntiat, non metaciſmi colliſionem fugio; non barbariſmi confuſionem deuito, ſitus, motuſque præpoſitionum caſuſque ſeruare contemno: quia indignum vehementer exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. *Hæc ille, cuius ſententiam Hieronymus in quadam epiſtola ad Damaſ. vbi cùm quendam ſacræ Scripturæ locum ex Hebraicis literis excußiſſet, ſubiungit:* Scio, *inquit*, hæc moleſta eſſe lectori, ſed de Hebraicis libris diſputanté, non decet Ariſtotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tulliano, eloquentiæ ducendus eſt riuulus, nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ: pedeſtris & quotidianæ ſimilis, & nullam lucubrationem redolens, oratio neceſſaria eſt, quæ rem explicet, ſenſum ediſſerat, obſcura manifeſtet, non quæ verborum compoſitione frondeſcat: *Ita ille ſanctus Pater.*

M nil. in lib. 1 ſua aſtrolog.

Baſil. epi 167. init. tom. vlt.

Greg Roman. ad Leandrum in lib. Iob, c. 5. tom. 2.

Grammatica in ſacris literis non obſeruanda, teſte Gregorio.

Quænam oratio tantùm deceat ſacrarum literarū tractatorem, teſte Hieronymo.

B. Hieron ep. ad Damaſum quæ incipit Poſtquam epiſtolam tuæ ſanctitatis accepi, q 2 in fin. to. 3. ſub init.

Neceſſariò autem hæc pauca mihi eſſe præfanda exiſtimaui, vt prudens lector intelligat, qua ratione ad ſcribendum in ſacros libros fuerim inductus nulla prorſus dicendi facultate, aut eloquentiæ inſtructus ſupellectili. Quare quicunque hæc noſtra legerit, ieiuna & humili oratione ne offendatur, doctrinæq́; noſtræ tenuitatem æquiori animo ferat. Confido tamen de ſingulari Domini bonitate, nihil me dicturum, quod à Catholica Eccleſiæ fide ſit alienum, vel à veterum Patrum traditione diſſentiens: etſi nouam ſcribendi rationem, ac methodum polliceamur. Semper enim Catholica illa ſententia Vincentij Lyrinenſis, acerrimi Hæreticorum inſectatoris, mihi mirificè placuit: Depoſitum cuſtodi. Quid eſt, *inquit*, depoſitum? Id eſt, quod creditum eſt, non quod à te inuentum: non ducens, ſed ſequens. Per te poſteritas gratuletur intellectum, quod ante vetuſtas non intellectum venerabatur. Eadem tantùm quæ didiciſti, doce, vt cùm dicas nouè, non dicas noua. *In hunc modum ille in libro contra profanas hæreſeon nouitates. Hanc regulam ſi quidem noſtri ſeculi ſcriptores obſeruaſſent, & nomini ſuo, & fidei Eccleſiæ Catholicæ atque orthodoxæ magis conſuluiſſent.*

Paulus ad Timotheū cum inquit: Depoſitum cuſtodi, quodnam depoſitum illud ſit.

Vincent. Lyrinenſ.

2. Tim. 1.

Præterea polliceri poſſum, nihil plus me aſſeueraturum, quàm res ipſa ſuo iure poſcere videatur ſed ita ſtylum noſtrum temperaturum, vt quæ fidei ſunt, pro fido, id eſt, pro his quæ omni acceptione digna, & omnibus neceſſariò ſunt credenda, tradamus: quæ verò ſalua Fide, & Charitate, in opinionibus Patrum verſantur, non niſi vt probabiles ſententias proponamus: quaſanè moderatione plurima, difficileſq́; ac obſcura quæſtiones, quæ in interpretandis Scripturis occurrunt, ea ratione tractanda à nobis ſunt, vt odium & inuidiam declinemus eorum, qui pluſquam par ſit, affectibus ſuis indulgentes, in vnam ſententiam mordicus tenendam inclinant: alij verò ita oppoſitam tuentur, vt pro ea, quaſi pro aris & focis dimicare videantur.

Præſtabimus & illud, vt, quorum præſertim veterum Patrum, & interdum etiam recentiorum (quanquam hos parciùs & rariùs) ſententias expoſitionéſque ſequamur, explicemus, lectoribuſq́; aperiamus. Quod mihi neceſſariò faciendum eſſe duxi, tum quòd in ſenſibus Scripturæ eruendis maximè ſit Eccleſiæ traditio ſeruanda, ne nobis plus, quàm Patribus Eccleſiæ tribuere velimus. Deinde vt vitemus inuidiam eorum qui aliter interpretantur: nam vbi illis cōſtiterit, quiſnam ex Patribus aliter atque ipſi intelligunt, interpretatur, fortaſſè minus turbabuntur, & ſententiæ Patris illius acquieſcent.

Poſtremò, ne nos quiſquam exiſtimet corniculam Æſopi, alienis plumis indutam imitatos gloriari, audiat potiùs nos aliorum laboribus adiutos fuiſſe, libenter profiteri. Nam illa Pliniana

ſenten-

Plin. ſecundus in Præfat. Naturalis hiſtor. circa fin.

ſententia mihi ſemper vehementer arriſit: Benignum (vt arbitror) & plenum ingenui pudoris eſt, fateri per quos profeceris. *Et rurſus infra*: Obnoxij profectò animi, & infelicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere; cùm præſertim ſors fiat ex vſura. *Ita Plinius inquit. Et Baſilius Magnus ad Gregorium Theologum eleganter ſcripſit*: Neque verò ad diſcendum verecundum eſſe oportet, nec ad docendum malignum: quod ab alio tutè didiceris, nequaquam clam habendum: cuiuſmodi facere mulieres improbæ ſolent, quæ ex alijs ipſæ quæſitos liberos viris ſuis tollendos ſubijciunt, patrem ementientes: autorem verò ipſum prodere grata commemoratione decet, verumque ipſius ſcientiæ parentem. *Sic inſigne illud Eccleſiæ lumen Baſilius.*

Baſil. Magnus epiſt. 1 circa med. 10. vlt.

Qui quod ab alijs tutè didicerunt, nec produnt autores, quales nam illi ſint Magno Baſil.

Cùm autem his qui adhuc ſuperſtites ſunt, vt paullò antè vita ſunt functi, multa me debere non ignorem, nonnullóſque conſultò nominatim enumerare poſſem, vnum tamen præ cæteris non putaui mihi eſſe ſilentio prætereundum, nimirum venerandum admodum, religioſiſſimumq́; pariter ac doctiſſimum patrem Iacobum de Laynis felicis recordationis Generalem quondam noſtri inſtituti Præpoſitum, virum profectò ſingulari, ac penè diuino ingenio præditum, multarumq́; diſciplinarum eruditione penè ad miraculum inſtructum; præſtantiſſimoq́; iudicio, atque eminentiſſimo in Scripturarum ſacrarum, ac veterum Patrum lectione cumulatum. Quem ego ſi pro eius meritis celebrare vellem grandiori, ac faciliori eloquentia, quàm quæ mihi contigit, commendandum, exornandumq́; eſſe non dubitarem: parco tamen, ne quiſquam me illi plus aliquid tribuiſſe ob amicitiam exiſtimet, præſertim eorum qui illum non agnouerunt; aut, vt veriùs dicam, ne me tantis eius ſanctæ vitæ, ac ſingularis doctrinæ ornamentis (quæ toti Eccleſiæ in Synodo Tridentina compertiſſima atque exploratiſſima extiterunt) imparem & minus cultam orationem attuliſſe iudicare valeat. Cæterùm cùm mihi coniunctiſſima quadam atque indiuidua vita, inſtituti quoque, ac ſtudiorum ratio, & communio, etiam ante noſtræ Societatis inſtitutionem, cum eo, planè ſingulari Dei munere interceſſerit, ingrati profectò animi notam euadere me poſſe non putarem, niſi præſenti præfatione teſtatum omnibus redderem, me illius planè magni quondam in Eccleſia Dei viri ſtudijs ac laboribus magnoperè adiutum, atq; ſubleuatum fuiſſe.

Iacobus Laynis Societatis Ieſu olim Præpoſitus Generalis, qualis ac quantus vir ille fuerit.

Cæterùm cùm duplex poſſit contingere in citandis Patrum teſtimonijs extremum: nam quidam immodicè, ac densè hoc faciunt, & interdum vbi minimè eſt opus, cùm res quæ de agitur, in aperto ſit atque conſpicua, nulliuſq́; probationis aut teſtimonij indiga; alij verò etiam in locis obſcuriſſimis, & ad intelligendum difficillimis, atque adeò antiquorum Doctorum expoſitiones exigentibus, hoc tam ieiunè ac parcè faciunt, vt cogitare in illis iudiciũ deſiderare, & maiorem antiquitatis cognitionem: nos viam mediam amplectemur, ita vt neque prolixitas, neq; parcitas, vt exiſtimo, reprehendi valeat: quanquam vbi cum Hæreticis congredimur, aut dogma fidei aliquod confirmamus, denſiores atq; longiores conſultò eſſe voluerimus.

In proferendis Patrum teſtimonijs duo extrema vitanda ſunt, & quænam.

Ad hæc, cùm in venando, ac eruendo germano, & literæ congruo Scripturæ ſacræ ſenſu Catholicus interpres ingenium intendere debeat; nemo mirari debet, ſi interdum quorundam interpretum ſenſus, vt improprios, & minus literæ congruentes, vel negligamus, vel etiam refellamus: atq; ob eam cauſſam paullò prolixiores quàm vellemus, eſſe compellamur. Nec enim ita affectanda breuitas eſt, vt tenebras & obſcuritatem orationi ingeramus: prolixitas tamen, vt ſpero, vtilitate penſabitur. Quanquam autem ſimplicibus, & parum eruditis, noſtrum laborem non inutilem futurum ſperemus: quædam tamen exactiùs & luculentiùs tractanda ſunt, quæ etiam doctos, & in Scripturis exercitatos, vel allicere, & remorari poſſint, vel certè vt de quibuſdam iudicium ſuum liberè ferãt, aut ſaltem vt meliora, & ſolidiora cogitent & meditentur, inuitare.

Breuitas orationis quæ ſit euitanda, ac fugienda.

Quòd verò in Hæreticorum expoſitiones confutandas, vel eorum noxia pernicioſáque dogmata digrediendo interdum excurramus, nullus verè Catholicus, vt arbitror, mihi vitio vertet. Nam ſi rectè expendat, quid illi Scripturæ teſtimonijs abutendo (quod eſt vaſa Dei, inſtar Balthaſar, in conuiuijs contaminare, vt Hieronymus tradit) verbúmque Dei peruertendo, & interdum promereantur: quos item ſancti Patres, præclari diuinarum expoſitores Scripturarum, in ſuis Prophetarum, Apoſtolorumq́; Commentarijs, cum huius farinæ hominibus congreſſus habuerit, qua ratione illis minimè pepercerint, peruerſoſq́; illorum ſenſus iugulauerint, facilè intelliget nos illorum veſtigia non ſine ratione & fructu ſecutos fuiſſe. Perpende quàm prudentem, & Catholico ſcriptore dignam vocem Hieronymus in Proœmio librorum aduerſus Pelagianos ediderit: Aduerſus eos autem qui me dicunt, hoc opus inflammatum inuidiæ facibus ſcribere, breuiter reſpondebo, nunquã me Hæreticis pepercisse, & omni egiſſe ſtudio, vt hoſtes Eccleſiæ, mei quoq; hoſtes fierent. *Hæc Hieronymus.*

Hieron. in c. Dani. 5. prope init. tom. 5. iuxta fin.

Vaſa Dei inſtar Balthaſar in conuiuijs contaminent myſticè qui, ſecundũ Hieronymum.

Idem tom. 2. circa fin.

Nemo ergo conuitia eſſe, vel detractionis morbum interpretetur, quæ non tam accuſandi, aut reprehendendi ſtudio, quàm ſanandi, corrigendiq́; dixerimus. Hic enim vnus potiſſimùm eſſe debet (ſi Eccleſiam, & veritatem amamus) Scripturæ enarrandæ fructus: atque huius rei vtilius

præſtandæ gratia, non grauabimur pleroſque eiuſdem Scripturæ ſanctæ locos ad aliquid confirmandum, vel infirmandum ab Hæreticis obiter allegatos, latiùs & diligentiùs excutere.

Hoc opere ſi interdum ſecularium auctorũ ſcripta proferantur, cur id factũ ſit.

Admonendum præterea Lectorem prudentem exiſtimamus, ne admiretur, ſi interdum ab externis ſcriptoribus quædam in medium ad noſtra illuſtranda adferamus: nam id Patribus veteribus familiare fuit, & ſæpè magna luce perfunduntur diuina ſcripta, & melius explicantur illorum ſententijs, vel ex Philoſophis, vel ex Poetis, vel Oratoribus, & Hiſtoricis depromptis idq́; vt faceremus, docuit Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana: Philoſophi autem, *inquit*, qui vocantur, ſi qua fortè vera, & fidei noſtræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non ſolùm formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda. Sicut enim Aegyptij non ſolùm idola habebant, & onera grauia, quæ populus Iſraël deteſtaretur & fugeret, ſed etiam vaſa atque ornamenta de auro, & argento, & veſtem, quæ ille populus exiens de Aegypto, ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculo vendicauit, non autoritate propria, ſed præcepto Dei ipſis Aegyptijs neſcienter commodantibus ea, quibus non benè vtebantur: ſic doctrinæ omnes Gentilium non ſolùm ſimulata, & ſuperſtitioſa figmenta, grauesque ſarcinas superuacanei laboris habent, quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto de ſocietate Gentilium exiens, debet abominari atque deuitare; ſed etiam liberales diſciplinas vſui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtiliſsima continent, deq́ue ipſo vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos. *Sic habet Auguſtinus. Eandem ſententiam confirmat Theodoretus his verbis:* Vt qui roſaria demetunt, ſpinas quidem intactas dimittunt, roſarum verò calices legunt. Ipſis quoque apibus hanc natura legem inſtituit, vt non ſolùm floribus qui ſunt dulces inſidant, ſed qui etiam amarulenti, cum tamen ſolam dulcedinem hauriant, amaritiem autem auerſentur ac ex diuerſis qualitatibus, amaris videlicet, acerbis, auſteris, acutiſque, mel quod hominibus dulciſsimum eſt, conficiant. Harum itaque & nos exempla ſectati, è veſtris illis amarulentis pratis, dulce nobis ac perquam vtile mel componimus. Ac veluti corporum curatores, è venenatis feris, atque ſerpentibus ſalutares medicinas conficiunt, deq́ue ipſis viperis alia quidem reijcientes, alia verò elixantes, multos harum rerum præſidio morbos propellunt: ita & nos veſtrorum Poëtarum, Hiſtoricorum, Philoſophorumq́ue monumenta verſantes, alia ex ijs vt noxia, & peſtifera declinamus, alia verò ſparſim noſtræ inſerentes doctrinæ, auxiliarem vobis ac ſalubrem curationem afferimus. *Iſta Theodoretus perquàm venuſtè, & eleganter.*

Ab Ethnicis ſi quid benè dictũ, in noſtrum vſum eſt cõuertendum, vt tradit Auguſt.

Aug. lib. 2. de doctr. Chriſt. c. 40. inst. to. 3. prope init.

Exo. 3. & 12. diſt. 37. c. legimus.

Egregia ſimilitudo.

Theodo. lib. 1. de Græcarum affect. curatione, in ſin. parte 2. longè à med.

Apum ingenium quoddam.

In Ethnicorũ libris euoluendis quales eſſe debeamus. Altera ſimilitudo.

Et vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, tertius teſtis adhibendus eſt Hieronymus, qui & hoc ipſum frequenter fecit, & ſuo exemplo faciendum eſſe docuit: & in epiſtola ad Damaſum duobus ſiquis ſic ait: Huius ſapientiæ typus, & in Deuteronomio ſub mulieris captiuæ figura deſcribitur: de qua diuina vox præcipit: vt ſi Iſraëlites eam habere voluerit vxorem, caluitium ei faciat, vngues paſcet, & pilos auferat: & cùm munda fuerit effecta, tunc tranſeat in victoris amplexus. Hæc ſi ſecundùm literam intelligimus, nonne ridicula ſunt? Itaque & nos facere ſolemus, quando Philoſophos legimus, quando in manus noſtras libri veniunt ſapientiæ ſecularis: Si quid in eis vtile reperimus, ad noſtrum dogma conuertimus, ſi quid verò ſuperfluum, de idolis, de amore, de cura ſecularium rerum, hæc radimus, his caluitium inducimus, hæc in vnguium morem, ferro acutiſsima deſecamus. *Ita Hieronymus. Rectè proinde admonet Damaſcenus:* Si autem ab ijs, *inquit*, qui foris ſunt, decerpere quippiam vtile valuerimus, non aſpernabile eſt. Efficiamur probati trapezitæ, legitimum & purum aurum aceruantes, adulterinum autem refutantes. Sumamus ſermones optimos, deos autem ridiculos, & fabulas alienas, canibus proijciamus. Nam plurimam ex ipſis contra ſeipſos fortitudinem habere valebimus. *Accedat his antiquior Clemens Romanus epiſt. 5.* Cùm ex diuinis ſcripturis integram quis, & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione, & liberalibus ſtudijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet. *Hactenus magnus ille Petri ſucceſſor, & Romanus Pontifex.*

Deut. 19. Matth. 18.

Secularium vſus optimus ſcientiarum vbi delineatus.

D. Hieron. to. 3 paulò ante med. epiſt. quæ incipit: Beatiſsimus tua interrogatio eſt, inter med. & princ.

Deut. 21.

D. Damaſc. li. 4. de orthod. fide, c. 14. circa med.

Poſtremò omnes ſtudioſos lectores, qui in hoſce noſtros Commentarios inciderint, exoratos mihi eſſe velim, ne fortaſsis, aut offendantur, aut à lectione reuocentur, quòd in verborum ac nominum propria ac Germana ſignificatione explicanda diligentiorem operam, ac ſtudium poſuiſſe videamur. Interdum enim eſt nobis de vocibus Hebraicis, quandoque de Græcis, ſæpius verò de Latinis Philoſophandum: poſtea tamen meritò cenſere hæc parua eſſe,

leuioráq;

leuioraq́; atque minutiora, quàm rei quam tractamus, argumentum ſuo iure poſcere videretur, & ad Grammaticorum potius controuerſias, quàm ad Theologorum cenſuram ſpectare: non enim ignoramus hæc parua eſſe, & exigua. Sed profectò parua non ſunt, ſine quibus magna conſtare nequeunt. Hoc dandum fuit, vel ſeculo noſtro linguarum peritiſſimo, in illiſq́; inſtructiſſimo, ac exercitatiſſimo. Hæreticis quoque hoc potiùs, quàm nobis venit imputandum, qui nullis magis armis, quàm linguarum adminiculo nos aggrediuntur. Sicut enim Dominus linguarum dono Apoſtolos ad Euangelium per vniuerſum Orbem propagandum vti voluit; ita Diaboli conſilium fuit, vt linguarum cultu atque peritia verum C H R I S T I *Euangelium obſcurare, Eccleſiæq́; Catholicæ negotium faceſſere conaretur. Quare qui Hæreticorum conatus infringere, & eorum argumenta demoliri volunt, ad hæc minuta, ac leuia prorſus ſeſe demittere coguntur: quod quidem ſine linguarum peritia præſtare quiſquam nequaquam poteſt. Ad hæc, ſi magnos Eccleſiæ Patres conſulas, videbis eos plerumque hoc certamen minimè detrectaſſe. Nam Arriani de vna tantùm vocula, vt ipſi dicebant, nempe an dicendus ſit* C H R I S T V S *Patri ὁμοούσιος, an ὁμοιούσιος, cum Orthodoxæ Eccleſiæ Patribus moleſtiſſimas, acerbiſſimaſq́; congreſſiones habuêre. Baſilius verò, magnum Eccleſiæ lumen, in libris de Spiritu ſancto, de quam minutis ac exiguis dictionibus (bone Deus) id eſt, de Præpoſitionibus illis à, ex, ſine, de, per, in, iuxta, propter, ſeriam diſputationem, ac tractationem cõfecit, vt Hæreticis obuiam iret. Hieronymus verò cùm de Hebraicis differere vocibus compellitur, ille veniam priùs deprecatur! atque in ſuis illis ampliſſimis in Prophetas Commentarijs Hebræa frequenter ad viuum reſecat vocabula, & qua ratione nunc à Septuaginta, modò ab Aquila, Symmacho, Theodotione quinta, & ſexta Editionibus fuerint in Græcum idioma conuerſa, diligentiſſimè explicat, magnaq́; ex variarum translationum collatione eruditionem ſpirat, quo Scripturas illuſtret, illaſq́; nobis reddat apertiores! Quòd ſi hæc illo ſeculo non ſolùm tolerata ſunt, ſed etiam magnoperè commendata, quòd ad euertendas atq; iugulandas hæreſes magni eſſent ponderis, atq; momenti: quanto magis noſtro ſeculo, quod plenum eſt nouarum rerum ſtudioſis, ſciolis, & ardelionibus, quiq́; nullis prorſus ſolidioribus argumentis, quàm quæ ex cognitione linguarum, natiuaq́; ac ſyncera vocum proprietate depromunt, ſibipſis vehementer niti videntur, hæc ſtudia noſtra, & conatus, nullus iure valeat reprehendere, dum eos non tantùm in rerum, ſed etiam in verborum comprehenſione ac ſcientia valdè hallucinatos fuiſſe, perſpicuè oſtendimus?*

Parua non ſunt, ſine quibus magna conſtare nequeunt.

Quibus ferè Hæretici nos armis aggredi ſoleant.

Baſil. lib. de Spiritu ſancto, cap. 3. & 4. tom. 1.

Reliquum eſt, vt ad rem propius accedamus, operiſq́; noſtri, & laboris cœpti ſcopum aperiamus. Eſt enim mens noſtra, Deo nobis benè fauente (à quo eſt omne bonum noſtrum) bonam Inſtrumenti noui partem Commentarijs noſtris enucleare, atque explicare, hoc eſt, ſacroſancta Euangelia cum actuum Apoſtolicorum libro: quod non tam noſtrum, quàm aliorum conſilium fuit. Nam etſi hæc pars permultis & veterum Patrum Commentarijs, & recentiorum autorum ſcholijs ſit illuſtrata: tanta tamen eius maieſtas exiſtit & amplitudo, vt ſemper poſterioribus aliquid meditandum atque ſcribendum ſuperſit. Eſt enim Euangelium, nucleus omnium Scripturarum, & compendium; clauis omnia recondita & abſtruſa myſteria aperiens; Sacramentorum inexhauſtus, infinitusq́; ſpiritualiũ opum theſaurus; ſplendidiſſimus Sol iubare ſuo vniuerſa veteris legis ſcripta perfundens, & vmbris illis ac tenebris lucem ingerens; panis noſter quotidianus ad eſuriem noſtram ſubleuandam ſemper frangendus, atque ruminandus; fonſque indeficiens, aquis ſcatens viuentibus, de quo quotidie ad extinguendam ſitim potandum; denique, pelagus quoddam immenſæ Dei ſapientiæ, de quo illud rectè dictum eſſe intelligi poteſt: Neque in quo haurias, habes, & puteus altus eſt.

Autoris mẽs atque inſtitutum in hoc opere quod ſit.

Euãgelij maieſtas, dignitas, & amplitudo.

Ad hæc, etſi maximè daremus, vniuerſa, quæ ad hiſtoriæ Euangelicæ doctrinam explicãdam atq; elucidandam attinent, à vetuſtis Patribus fuiſſe excogitata, & ſcripto mandata; cùm tamen in eorum expoſitionibus graues plerunq;, & non paucæ inſidant dubitationes ac controuerſiæ, cùm inter ſe diſſideant, ſibiq́; inuicem cõtradicant, certè ſi non inueniendi, ſaltem dijudicãdi nobis relicta eſſet poteſtas & arbitriũ. Ita enim olim Fabius, cùm oratorias inſtitutiones ſcribere detrectaret, eò quòd de illis clariſſimi viri quæ ad illud opus condendum pertinerent, diligentiſſimè ſcripſiſſent, reſpondit: Sed quia ego ex cauſa faciliorẽ mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis, quòd inter diuerſas opiniones priorum, & quaſdam etiam inter ſe contrarias, difficilis eſſet electio; vt mihi ſi non inueniendi noua, at certè iudicandi de veteribus, iniungere laborem non iniuſtè viderentur. *Talia aliorum nomine ſibi obiecta prudenter ſcripſit Fabius, quæ nobis iuſtius congruere poſſe videntur, quanto rerum diuinarum cognitio artis eloquendi præſtat. Interim non omittam, nouas Hæreticorum indies inſurgentium interpretationes, nouis rationibus, ſiue ex ipſo literæ contextu, ſiue aliunde petitis, in Eccleſia Dei refellendas eſſe ac labefactandas. Fateor enim me ad hoc opus moliendum vehementer fuiſſe permotum, ex quo in manus noſtras recentiorum quorundam Hæreticorum, id eſt, Theodori Bezæ, & Auguſtini Marloratì, peruenerunt noua quædam in nouum Teſtamentum, cum amplis ſcholijs, & Catho-*

Fab. lib. 1. in Præfat. init.

Quid de nouellis noſtri

ſeculi Hæreticorum in ſcripturas cōmētarijs ſentiendum ſit.

ca expoſitiones Eccleſiaſtica, ſiue Bibliotheca expoſitionum noui Teſtamenti: ſic enim poſterior ingens volumen inſcripſit, quod ille, dei relicto fonte aquæ viuæ, tradit omnium minimè orthodoxa, ex ciſternis diſſipatis, quæ continere aquas non valent, & fœtentibus lacunis noſtri ſeculi Hæreticorum, id eſt, Lutheri, Buceri, Zuinglij, Oecolampadij, Melanchthonis, Caluini, Brentij, Muſculi, Bullingeri, & aliorum huius farinæ, magnis laboribus, & impenſis conſarcinauit, & in vnum veluti corpus compegit. Quare illis viſis, ſtudio & zelo incenſus ſui, ad quamplurimas illorum expoſitiones & annotationes, vtpote falſas, leuiſſimas, & ſpiritu Dei deſtitutas, infirmandas, ac teſtimonijs veterum Patrum, qui tanquam vera Eccleſiæ lumina, columnæ & doctores nobis Dei munere in hoc ipſum dati ſunt, ne omni vento doctrinæ circumferamur, demoliendas prorſus atque confutandas. Hierem. 2. Epheſ. 4.

Magna hæc ſunt profectò, longéque ſupra vires hominis poſita, quæ pollicemur, non diffiteor: ſed cùm non ſit impoſſibile apud Deum omne verbum, in illo vno ſpem omnem noſtram collocantes, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, ac de illius larga manu, deque eius inexhauſto penu, ad ea quæ promiſimus præſtanda, nos accepturos confidentes, non putamus nos aliquam temeritatis notam promerituros, quaſi montes aureos polliceri videamur. Omnia, *inquit*, poſsibilia ſunt credenti; *& in alio loco:* Dilata os tuum, & implebo illud; *ac rurſus:* Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. *Magnificis iſtis Dei pollicitationibus magna quadam fides, quæ omnia impetrat, ex parte noſtra reſpondere debet.* Luc. 1. Coloſ. 2. Marc. 9. Pſalm 80. Iacob. 1.

Fides omnia impetrat.

De his ergo paucis, optime Lector, noſtra præfatione te admonendum exiſtimaui, vt ſi quid boni hic inueneris Deo omnium bonorum, & ſcientiarum largitori gratias, & agas, & habeas; ſin verò aliquid te offenderit, ad noſtram imbecillitatem referendum ne dubita. Homines enim ſumus, & in omnibus rectè ſentire, & omnibus horis ſapere, plus quàm humanum eſt. Quamobrem quæcunque a me hoc loco ſcripta ſunt, vel alibi ſcribentur, atque adeò me ipſum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, [illegible] omnium matri ac magiſtræ, iudicio (vt veri Catholici, & Eccleſiæ ſanctæ filij facere conſueuerunt) volens & prudens ſubdo atque ſubmitto: neque grauabor feram a quocunque admoneri, vel corrigi, dummodò ſolidiora, doctiora, & propriora veritati proferat, modeſtiamque Chriſtiano viro dignam, per quam ab omni [illegible], & contumeliæ ſpecie abſtineat,

& quam nos hic profitemur, ac præſtare contendimus, cum

doctrina coniunctam adferat. Benè vale,

& noſtro labore fruere.

SVMMA TOTIVS OPERIS proponitur, atque in duodecim Libros diſtribuitur.

HACTENVS quidem Præfatione ſuperiori conſilium noſtrum, propoſitumq́; ſcopum in hoc opere obſeruandum, atque rationes quæ nos ad ſcribendum impulerunt, vtcunque aperuimus: iã verò compendioſius totius operis ſummam perſtringemus, & in ſuas partes, vt par eſt, ſecabimus. Hanc igitur Euangelij Sacroſancti enarrationem, duodecim Commentariorum libris volumus eſſe comprehenſam. Nam cùm ſancta Dei Euangelia nonniſi geſta, dictaque Verbi æterni Chriſti Domini noſtri per modum hiſtoriæ tradant, atque ipſius per carnis aſſumptionem in mundum ingreſſum, vitæ progreſſum in Euangelio proponendo, ſigniſque firmando, eiuſque de hoc mundo per mortem egreſſum, rurſumq́ue eiuſdem per Reſurrectionem, & Aſcenſionem ad Patrem regreſſum: quædã etiam quæ ſubſecuta ſunt eius ad Patrem reditum: quædam verò quæ eius in mundum introitum præceſſerunt: magna ratione conſtat ex his ſex præcipuis membris duodecim libros propoſitos nobis eſſe conficiendos. Qui quidem in hunc modum digerendi, & partiendi videntur.

PRIMVS, *Prolegomena quædam ad ſacra Euangelia interpretanda, & conducibilia, & in primis neceſſaria dilucidè explicabit.*

Secundus liber de his quæ Euangelia tradunt Verbum æternum apud Patrem egiſſe, antequam hominem indueret, edisſeret.

Tertius, æterni Verbi in mundum ingreſſum per incorporationem, cum reliquis quæ ad eius infantiam & pueritiam ſpectant myſterijs, explanabit. Progreſſus verò Dei in Euangelio prædicando, atque confirmando, Quinque integris libris abſoluetur. Quorum primus, qui etiam eſt liber Quartus, Ioannis Præcurſoris Domini miſſionem ad prædicandum, eiusq́; teſtimonia de Meſſia pronunciata cõplectetur: tentationem item Domini in deſerto, Apoſtolorum vocationem, & cætera omnia, quæ ad hiſtoriam vitæ Chriſti, vſque ad eius inſtantem mortem protenduntur, comprehendet, exceptis tamen illis omnibus, quæ in proximos quinq; ſequentes libros ſeorſum ab alijs explicare conſultum, rationiq́; conſonum fore exiſtimauimus.

Quintus liber ſermonem Domini in monte ad diſcipulos & ad turbas habitum, latè exponet.

Sextus, ſigna omnia, & miracula, quibus doctrinam ſuam filius Dei tanquam de cœlo profectam confirmauit, enarrabit.

Septimus, ſingularem & reconditam parabolarum omnium doctrinam, quibus Dominus Euangelij ſummam comprehenſam eſſe voluit, copioſè explicabit.

Octauus, quàm plurimas cum Iudæis, & Phariſæis diſputationes in medium proferet, atque interpretabitur.

Nonus, quæcunque in cœna Dominus coram Diſcipulis, & fecit, & dixit; hoc eſt, ablutionem pedum Diſcipulorum, Sacroſanctæ inſtitutionem Euchariſtiæ, atque ſermonem Domini in cœna explicatè tradet.

Decimus, hiſtoriam paſſionis Dominicæ per quatuor Euangeliſtas enarratam, luculenter euoluet.

Vndecimus, Chriſti Domini ad vitam immortalem reditum, omnesq́; ſuſcitati filij Dei apparitiones ad firmandam in Apoſtolorum cordibus fidem; regreſſumq́; eius per aſcenſionem ad Patrem, continebit.

Duodecimus, & vltimus liber ea proponet, & explicabit, quæ Chriſti ad Cœlos aſſumptionem ſubſecuta ſunt: Qualia ſunt, Spiritus ſancti in Diſcipulos miſſio, Apoſtolorum in varijs linguis nouella prædicatio, Eccleſiæ ex Iudæis in Hieruſalem congregatæ inſtitutio, progreſſus & amplificatio: Apoſtolorum prætereà in mundũ vniuerſum cum prouinciarũ diuiſione diſperſio, vt Eccleſiã ex Gentibus colligerent, Euangelij doctrina irrigarent, miraculorumq́; virtutibus, atq; miniſtrorum ad verbi Dei diſſeminationem, & Sacramentorum adminiſtrationem, legitima vocatione, neceſſariaq́; conſtitutione confirmarent, corroborarentq́;. Hæc autem omnia liber actuum Apoſtolicorum ad exponendũ nobis ſuppeditabit, atque in eo Euangelicæ hiſtoriæ finem imponendum nobis eſſe exiſtimauimus. Quanquam enim in Epiſtolis Apoſtolicis, tum Pauli, tum aliorum Apoſtolorum, Iacobi, Petri, Ioannis,

& Iudæ,

& Iuda, pleraque inueniantur, quæ ad explanandum, & illuſtrandum pertineant Euangelium; illa tamen alia ratione à nobis pertractanda eſſe duximus, ſicut videre lector poterit, in ijs Commentarijs, quos in vniuerſas D. Pauli epiſtolas, & in cæteras Canonicas ſcripſimus, & in libros nouem diſtinximus: atque idcircò in præſentia, quod ad hos libros attinet, quia non traduntur per modum ſimplicis enarrationis, qualis in conſcribenda obſeruari conſueuit hiſtoria, omittenda eſſe cenſuimus. Ne verò Commentariorum prolixitas & continuatio lectori moleſtiam adferre ac laborem valeat; illam in tractatus ceu tomos quoſdam partiri decreuimus, & in cuiuslibet tractatus initio, quid in eo ſit explicandum, aut diſſerendum, ſuccinctè proponere, vt hac partiendi ratione lectorum commoditati, atque vtilitati proſpicere magis poſſimus, ne vnum aut alterum locum volens conſulere, totum librum cum tædio cogatur euoluere. Porrò in cuiuslibet voluminis exordio tractatuum omnium Indicem ſubiungere conſultum putauimus; ne quid omninò, quod adiumento lectoribus eſſe queat, deſiderari poſſit.

Præter hæc autem in Sacroſanctam Euangelij, & actuum Apoſtolorum hiſtoriam volumina: nouem Commentariorum libros ſcripſit P. Alfonſus Salmeron in Apoſtolicas Epiſtolas, & in Apocalypſin, quorum qui ſequitur eſt Index.

PRIMVS liber in Prolegomenis conſumetur.

Secundus, Tertius, & Quartus, in Epiſtolam ad Romanos.

Quintus, in Epiſtolam ad Corinthios vtranque.

Sextus, in Epiſtolam ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, & Theſſalonicenſes.

Septimus, vtranque ad Timotheum explanat, ad Titum, & Philemonem.

Octauus, Epiſtolam ad Hebræos.

Nonus, in ſeptem Canonicas, & Apocalypſin.

LIBER

LIBER PRIMVS, QVI INSCRIbitur, de Prolegomenis in Sacroſancta Euangelia.

NE Illotis, vt aiunt, manibus, & imparati, ad exponendum ſacrum & auguſtum Chriſti Euangelium per quatuor diſcipulos conſcriptum, quaſi ad magnificam, & ſplendidam menſam inuitati accedere videamur; operæpretium nobis viſum eſt, prudens Lector, & in rem tuam non mediocriter facere, ſi quædam in genere præmittamus, inſtar eorum, quæ à Græcis προλεγόμενα dicuntur, à nobis verò præloquia, ſiue proloquia appellari poſſunt, vel præludia, quibus viam ad ea quæ tractanda ſunt, muniamus, & lucem noſtris interpretationibus ingeramus. Decreuimus itaque ſuccinctè ac dilucidè de his quæ ſequuntur articulis, Prolegomena contexere, atque illis ediſſerere.

PRIMVM *ſit, Quo ſacra Scriptura, tum neceſſitas, tum autoritas ac dignitas, atque adeò vtilitas, latè declarantur, pag. 1.*

Secundum, De profunditate ſacrarum literarum, in eos qui illas apertas & perſpicuas eſſe profitentur; & de cauſis tantæ earum obſcuritatis; & qui fructus ex ea colligantur, pag. 10.

Tertium, In quo explicatur, quænam Canonica ſcriptura, & quæ Bibliorum editio pro Germana & authentica habenda ſit; Hebræane, an illa Græca per LXX. Interpretes conuerſa, an verò Latina D. Hieronymi, quæ vulgata appellatur, pag. 20.

Quartum, In quo oſtenditur, veritatem, ſiue lectionem Hebræam, non eſſe ſine plerisque vitiis & corruptionibus, vt non ſit per omnia illi temerè fides habenda, pag. 29.

Quintum, In quo explicatur quid ſit ſentiendum de LXXII. virorum interpretatione, & quanti olim ponderis, & autoritatis extiterit, & quanto in pretio nunc etiam habenda ſit, pag. 41.

Sextum, In quo argumenta, quæ à quibuſdam fiunt contra editionem Septuaginta Interpretum diluuntur: & quatenus à nobis Nouellæ editiones, quæ Hebræam veritatem videntur polliceri, excipiendæ ſunt, pag. 55.

Septimum, In quo Scripturam duplici ſenſu conſtare, nempe Literali & Spirituali, ſiue Hiſtorico, & Myſtico, pag. 68.

Octauum, in quo oſtenditur, vnum & eundem Scripturæ locum poſſe plures literales ſenſus admittere, pag 79.

Nonum, In quo traduntur Canones aliquot ad accipiendum ſenſum literalem, ſiue ſeruata vocũ proprietate, ſiue tropica locutione aſſumpta Scripturæ loquantur, pag 90.

Decimum, In quo traditur ſecunda quinquagena Canonum ad accipiendum ſenſum literalem Scripturarum, pag. 133.

Vndecimum, In quo traduntur regulæ ad Euangelium præcipuè ſpectantes, pag. 187.

Duodecimum, in quo certæ regulæ ad eruendum ſenſum literalem in oratione tropica, ſiue figurata præſcribuntur: deque troporum ac ſchematum numero, quæ ſacris literis magis ſunt in vſu, p. 227

Decimumtertium, De cognitione trium linguarum, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ vtilitate ad intelligentiam ſacrarum literarum, pag. 246.

Decimumquartum, In quo de phraſibus, & idiotiſmis linguarum Hebraicæ, & Græcæ agitur, quatenus ad ſacrarum literarum intelligentiam facere poſſunt, pag. 255.

Decimumquintum, In quo de idiotiſmis Hebrais obſeruandis circa verba & participia, pag. 280.

Decimumſextum, De idiotiſmis & phraſibus aliquot linguæ Græcæ, quæ Scripturis lucem porrigere poſſunt. pag 301.

Decimumſeptimum, An humanarum diſciplinarum perceptio aliquid adiumenti adferat ad intelligentiam Sacrarum literarum, pag. 329.

Decimumoctauum, An ſtudium Scholaſticæ Theologiæ opem, & adiumentum adferat ad ſacras literas facilius percipiendas, & aliis interpretandas, pag. 335.

Decimumnonum, In quo de ſenſu ſpirituali ſiue Myſtico agitur, & de rationibus illum venandi: & an ab eo petere liceat efficax argumentum, pag 339.

Vigeſimum, In quo agitur de ſenſu myſtico, quem ſolent habere numeri in ſacris ſcripturis, p. 356.

Vigeſimumprimum, Cur vtraque Scriptura, & Inſtrumentum, & Teſtamentum, communi omnium Patrum conſenſu appelletur, pag 370.

Vigeſimum-

Vigeſimumſecundum, Cur illa ſcriptura, Vetus, hæc, nouum Teſtamentum appelletur, pag 374.

Vigeſimumtertium, Quid ſit, & nomine, & re, Euangelium, pag. 380.

Vigeſimumquartum, Quanta ſit Euangelij dignitas, & maieſtas, quantaq; reuerentia, & fidei conſtantia à nobis illud ſuſcipiendum ſit, pag. 386.

Vigeſimumquintum, Cur Dominus Euangelium ſuum ſcripto tradi voluit, cùm poſſet traditione viua de ore in nos tranſfuſa, eius fides aſſeruari? pag. 590.

Vigeſimumſextum, Quam ob cauſſam Chriſtus Dominus nihil per ſeipſum ſcriptis conſignârit, cùm eiuſmodi ſcriptura, ſi quam edidiſſet, grauiſſimum autoritatis pondus, & reuerentiam conciliare valuiſſet? pag. 392.

Vigeſimumſeptimum, Cur Chriſtus non per Gentiles hiſtoricos, profanosve autores, Euangelica geſta conſcribi voluerit, ſed tantùm per Diſcipulos ſuos? pag. 396.

Vigeſimumoctauum, An veritati & rationi ſit conſonum, Apoſtolos & Euangeliſtas Domini geſta, & Magiſtri ſui doctrinam cõſcribentes, ſua oratione illuſtraſſe, magnificaſq; verbis, tum docendo, tum ſcribendo amplificaſſe, vt à Paganis obiectum fuit? pag. 398.

Vigeſimumnonum, Cur plures Euangelij ſcriptores Dominus elegerit, cùm vnus Moyſes legis veteris tam prolixa atq; ampla, & autor, & ſcriptor extiterit? pag 399.

Trigeſimum, Quot ſunt qui Euangelicam hiſtoriam ſcriptis conſignârunt ſuis, quoq; ſpiritu ducti huiuſcemodi ſcriptores ad ſcribendum acceſſerint? pag. 400.

Trigeſimumprimum, Cur inter tot ſacrorum Euangeliorum ſcriptores, ſolùm illa quatuor, nempe Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, ceteris omnibus exploſis atque reiectis, per Eccleſiam in Canonicos libros recepta fuerint? pag. 403.

Trigeſimumſecundum, Cui rationi, aut ſolido fundamento nititur, vt Euangeliſtarum ſcriptis, qui Dominum in terris agentem non viderunt, Marci nempe, & Lucæ, æqua per omnia, ac par fides, atq; illorum qui viderunt, Matthæi, & Ioannis, à nobis habeatur? pag. 410.

Trigeſimumtertium. Vnde conſtat, Euangeliſtarũ codices tot poſt ſecula integros ac incorruptos ad nos peruenire potuiſſe; cùm ex probatis hiſtorijs exploratum habemus, & Iudæos, & Paganos, & Hæreticos perpetuum illis ſiue corrumpendis, ſiue ſepeliendis, bellum indixiſſe? pag. 416.

Trigeſimumquartum, Quo tempore, & quo loco Euangelica cõſcribendi ab Euangeliſtis cœperit hiſtoria? pag 421.

Trigeſimumquintum, Qua lingua, quoue idiomate Euangelia ab initio per ipſos quatuor Euangeliſtas literis conſignata ſunt? pag 426.

Trigeſimumſextum. Qua ratione Euangeliſtarum inter ſe ordo cõſtituatur, ita vt hic ſit primus, ille ſecundus, ille tertius, & ille quartus? 433.

Trigeſimumſeptimum. Quid Pagani inprimis, quid etiã Hæretici, tam antiqui, quàm noui, contra Euangelij veritatem & dignitatem euomuerint, atq; dogmatizauerint? pag. 435.

Trigeſimumoctauum. In quo de vera Chriſti ætate diſſeritur, ac dies Conceptionis, Natiuitatis, Baptiſmi, mortis, atque reſurrectionis eius traduntur: tum quoto præcisè vitæ Chriſti anno, ac menſe currente, hæc contigerunt? pag. 439.

Trigeſimumnonum, In quo tempus prædicationis, & doctrinæ à Domino impenſum explicatur: & Paſchata quæ tempore prædicationis ſuæ fluxerunt, diligenter enumerantur. pag 452.

Quadrageſimum, In quo Romanorum Imperatorum, & Præſidum ab eis in Syriã atque Iudæam miſſorum, qui cum vita Chriſti, aut Apoſtolorum concurrunt, hiſtoria, & geſta explicantur: Regum quoq; Iudææ, & Tetrarcharum acta conſcribuntur, pag. 461.

Quadrageſimumprimum, In quo Syria, & in ea præcipuè terra Promiſſionis, quæ olim terra Chanaan, & Palæſtina, & Iudæa appellata eſt, deſcribitur, pag. 471.

Quadrageſimumſecundum, Deſcriptio ciuitatis Hieroſolymæ, ac Templi, 505.

Quadrageſimumtertium, ac poſtremum, In quo ſeptuaginta hebdomadæ annorum à Daniele Propheta prædictæ, in quarto poſt Chriſti mortem anno verè, & præcisè adimpletæ oſtenduntur, pag. 520.

R. P. ALPHONSI SALMERONIS TOLETANI, THEOLOGI E SOCIETATE IESV; COMMENTARIORVM IN EVANGELIA & ACTA APOSTOLORVM;

LIBER PRIMVS.

PROLEGOMENON I.

Quo ſacræ Scripturæ, tùm neceſsitas, tùm auctoritas, ac dignitas, atque adeò vtilitas explicantur latè, atquè declarantur.

Scripturæ ſacræ auctor quis, & cuiuſq; finis.

VT omnium quæ dicenda ſunt, firmum aliquod, ac ſolidum fundamentum præſtruamus illud nobis aſſumimus vt indubitatũ, & ab omnibus confeſſum, ſacram videlicet Scripturam ab Spiritu ſancto inſpirante per viros eximia ſanctitate præditos nobis dictatam, atque adminiſtratam fuiſſe, & ab Eccleſia Catholica in Canonem receptam, & approbatam: finem vltimum noſtrum, & opportuna ſubſidia, atque adminicula, quæ ad eum perducunt, luculenter tradentem, ac docentem.

Cur neceſſe fuerit eam nobis à Deo reuelari.

Quia enim immẽſa Dei charitas creaturã ratione præditam ad nobiliſsimum finem (qui in ſui viſione, fruitioneque conſiſtit) actibus internis intellectus, & voluntatis adipiſcendum, cõdidit; opus fuit vt tantum finem, & ea adiumenta quæ ad illum conducunt; quia ratione humana coniectari non poterant, ipſe ſumma ſua dignatione mundo, ne in tam ſalutaris rei ignoratione verſaretur, reuelaret, ac patefaceret: nam hæc & ſimilia caro & ſanguis non norunt, neque reuelant, niſi Dei Filius, & cui ipſe voluerit reuelare.

Matth. 16. Supra 11.

Vnde per Iſaiam dixit; *A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus nõ vidit, Deus, abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te.*

Iſai. 64. 1. Cor. 2.

Senſus diſciplinæ, Auditus. Oculi quatenùs cognitioni deſeruiant.

Quibus quidem verbis ſcientiam omnem, quæ tùm per auditum, qui eſt ſenſus diſciplinæ, tum per oculum, qui plures rerum differentias demonſtrat, & ad inueniendas diſciplinas confert plurimum, excludere voluit Propheta: & Apoſtolus teſtatur, Deum lucem habitare inacceſſam, quam nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: quod etiam de oculo naturali intellectus Angelici accipiendũ eſt.

1. Tim. 6. Ioan. 1.

Hominũ naturalis de Deo, Angelorumq; cognitio qualis ſit. Hæc inter viroſq; gradus habet Diuina notitia.

Nam etſi humanæ naturæ lumen ad cognitionẽ vnius, ac veri Dei, quod eſt, quòd iuſtus, ſapiens, & bonus eſt, & quod alias ſimiles perfectiones obtineat, attingere valeat; illa tamẽ cognitio imperfecta eſt & ænigmatica, neq; oſtẽdit quid ſit, licet Angeli nobis clariùs percipiãt. Inter quos ſicut & inter homines, gradus exiſtunt: quoniã hi clariùs, illi obſcuriùs, pro gradu perfectiori naturę, ſiue imperfectiori, quẽ ſunt nacti, Deũ videre poſſunt. Hinc fit vt ſupra lumẽ intelligẽtię naturalis, opus doctrina reuelata habeamus, quæ Dei nobis eſſentiã, intimaſq; ac ſubſtãtiales actiones, magnificentiſsimaq; eius opera, ſingularemq; mũdi molitionẽ, eiuſdemq; procurationem explicatè traderet.

Ad rerũ naturalium cognitionẽ homini Scripturæ quid conferant.

Imò etiam ad illa, quæ naturæ lumine apprehendi poſſunt, & quæ ad vitam humanam honeſtè tranſigendam ſunt neceſſaria, opus fuit doctrina cœlitus profecta: tùm vt clariùs ac certiùs illa capere valeamus, tùm vt minori negotio ac labore, tũ deniq; vt in vniuerſum omnes eorum fierent capaces.

Phyſicę diſciplinæ quales ſui vſus poſtulent, eademq; quid pariant.

Quippe ad ſcientias humano ingenio inuentas perdiſcendas niſi pauciſſimi, qui & ingenio valeant, & otio magno perfruantur, & magnas adferant lucubrationes, atq; indefeſſa ſtudia, quæ maiuſtẽporis ſpatium exigũt, apti, idoneiq; minimè exiſtunt: & poſtquàm bonam vitæ partem eiuſmodi diſciplinis comparandis inſumpſerunt, nihil certum, aut conſtans eliciunt, ſed magnam opinionum ſiluam, in qua tanquã in ambiguo, & ſalebra quadam hærere neceſſum ſit, aſſequũtur.

Opinio quid differt à ſcientia.

Nam opinio formidinem habet, incertamque aſſenſionem. Quare vt his tantis hominum miſerijs, imbecillitatique à Deo ſuccurreretur, neceſſarium fuit diuinam magna Dei miſericordia nobis tradi Scripturam, quæ non tantum de his quæ naturam ſuperant, ſed etiã de multis, ad quæ naturæ lumẽ ſe porrigeret, quo maiori ac certiori cogni-

tionis luce nos inſtrueret, ablata omni opinandi anſa: quo etiam non ſolùm pauci, verumetiam vniuerſi homines ſine tot laboribus, ac nullis impendijs, veritatis ad ſalutem neceſſariæ percipiendæ habiles atq; capaces efficerentur. Hinc excellentibus illis mentibus, atq; cœleſtibus, quos Angelos vocamus, finem ſuum ſupra naturæ ſuę captum poſitum, & viam obedientiæ, qua ad illum adipiſcendum pergerent, reuelauit Deus optimus Maximus; periculum quoq; quod à præuaricatione imminebat. Idem etiam cum primis parentibus feciſſe, exploratum eſt. Adeò, vt doctrina diuinitùs infuſa ad finem ſupremum agnoſcendum, ad eumq; legitimè aſſequendum, vel Angelis abſolutè fuerit neceſſaria; ad naturalem verò finem, cum menti hominum ſit inditus, atque inſitus, tametſi conducibilis, neceſſaria tamen non fuit.

Quod neceſſarium ſimpliciter non fuerit ab initio Diuinam Scripturam literis conſignari.

Quòd autem hæc doctrina literis mandaretur, ſimpliciter neceſſarium non fuit. Etenim tùm Angeli, tùm homines in ſtatu innocentiæ ſcriptionis beneficio minimè egebant, quia indelebilis in illorum mentibus ſcripta fuiſſet, & impreſſa, ſicut etiã in beatis: nam obliuio pœna eſt, culpam, & caſum, ſiue corruptionem hominis conſequens. Poſt peccatum etiam doctrina haud opus fuit reuelata, vt ſcripto aliquo conſignata neceſſariò traderetur: tùm quia Deus potuiſſet ſingulis pateſacere illam: vel etiamſi maioribus tantùm, & qui veluti aliorum erant columnæ, eam reuelaſſet eo animo, vt ipſi in alios illam effunderent, poterat tunc eiuſmodi diſciplina per traditionẽ viua voce memoriæ cõmendata, homines ad finẽ ſuum perducere: ſicut re ipſa cõtigit. Nam ab Adam vſq; ad Moſen, hoc eſt, per ſpatium duorum millium annorum, & eo amplius, mundus nullam accepit ſcripturam ſacrã, qua in credendo, vel agendo regeretur: poſt Moſen autem congruè voluit Diuina Sapientia, vt cognitio cœlitus infuſa literis conſignaretur, quæ ſuis tum locis, tum temporibus, tum linguis, atq; perſonis mederetur, opemq́ue ac lucem afferret vniuerſis, in primisq́; vt hominum fragili memoriæ, parumq́; fideli, præſertim poſt lapſum, proſpiceretur.

Cur Deus à tempore Moſis cœleſtem doctrinã voluerit ſcripto commẽdari.

Ratio prima.

Eſt enim Scriptura (teſte B. Maximo in Myſtagogia Liturgiæ) obliuionis medicamentũ, & memoriæ auxilium: nam etſi ad pauca retinenda, quæ à maioribus illis tanquã columnis in lege naturæ tradebantur, memoria ſufficere poſſet, nõ tamẽ ad tot, & tanta myſteria, quæ poſtea nobis per quinque libros Moyſi explicata ſunt. Erat enim mundus, antequam Moyſes ſcriberet, veluti puer, qui per ętatem necdũ aptus eſt vt ad ſcholas mittatur, domi tãtùm per traditionem à parentibus, & nutrice ediſcens; à Moſe autem vſque ad Chriſtum ſimilis extitit mundus puero ad ſcholas quidem eunti, ſed per ætatem, & paruam capacitatem nondum ſatis quæ dicuntur, intelligere valenti: à Chriſto autem vſq; ad gloriam, eſt velut adoleſcens, qui ea quæ à præceptoribus percipit, intelligere, & dijudicare valet, etiamſi plura, & magis ardua ſint illi tradita, imperfectè tamẽ & ex parte intelligit, donec euadat in virum perfectum: poſtremo in gloria omnia, nemine exteriùs docente, in Verbo legere, & intelligere poterit, veluti perfectus vir, ac iam maturus, qui per ſeipſum quemuis librũ ad quamlibet diſciplinam ſpectantem & intelligere, & dijudicare valet: ideò congruũ fuit à tempore Moſis ſacros conſcribi libros.

B. Maximus in Myſtago. Liturgiæ, c. 1.

Mundi ante Legem ſcriptam, eiuſdemque ſub illa itemque ſub Euangelica ad gloriam vſq; ſtatus, qualitaſve deſcribitur.

Secundò decuit, reuelatam ſcientiam ſcripto committi; vt meliùs illi fides haberetur, quàm traditioni. Siquidem magis creditur aliquid præſens eſſe prædictum, ac proinde eſſe à Deo, ſi liber id prædicans etiam ab hoſtibus proferatur, quàm ſi verbo tantùm, ac viua traditione dicatur fuiſſe prædictum. Quemadmodùm ſi quid accidat, cuius tamen inſtrumentum notarij manu firmatum, & pluribus teſtimonijs comprobatum oſtendatur: nam tunc magis quieſcit intellectus, & verum eſſe quod dicitur, apprehendit.

Secunda ratio.

Simile.

Tertio decebat Diuinã Sapientiam, ita nobis ſcripta ſacra committi; vt meritum fidei, humilitatis, charitatis, ac obedientiæ magis locum haberet, quàm ſi cuius peculiaris reuelatio fieret. Ob neceſſariũ enim commercium in diſcendo, homo homini humiliatur magis: vt Paulus miſſus ad Ananiam vt catechizaretur, maiorem præſtitit obedientiam, & Cornelius ad Petrum, & Eunuchus Candacis ad Philippum: amat quoq; diſcipulus præceptorem vt parentẽ, pręceptor diſcipulum vt filium: magis etiã fide captiuat intellectum, quàm ſi intus guſtaret, atq; per reuelationem omnia diſceret. Oſtenditur quoq; Dei ſuauitas, infima ad ſumma nonniſi per ea, quæ media ſunt, perducens. Atq; hæc eſt ſuauis Dei diſpoſitio, vt ipſe quidẽ fidem & charitatem per ſeipſum infundat, quibus alia quadrãt, quod pręcipuum eſt: quod verò minus principale eſt, videlicet veritates credendas, ſine quibus tamen poſſumus fieri ſalui, vel ſaltẽ ſine omnibus, Scripturæ commendauit, vt eas quiſque à doctore, vel proximo ſuo addiſcat: *Quia ſemel loquitur Deus, &*

Tertia ratio.

Actor. 9. Infrà 10. Supr. 8.

Iob 33.

ſecundò

Aug. lib. 1. Doct. Chriſt. c. 39. tom. 3. Spes, Fides, & Charitas illuminant, teſte Auguſtino. 1. Cor. 13.

ſecundò id ipſum non repetit, vt ait Iob. Hinc Auguſtinus rectè ſtatuit: *Homo*, inquit, *fide, ſpe, & charitate ſubnixus, eaq́; inconcuſſè retinens, non indiget ſcripturis niſi ad alios inſtruendos. Itaq́; multi per hæc tria etiam in ſolitudine ſine codicibus viuunt. Vnde in illis arbitror iam completum eſſe quod dictum eſt: Siue Prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur.* Hæc ille.

Quarta ratio, ac poſtrema.

Quartò denique congruum erat, patefactam notitiam ſcripto tradi; ne ſi cuique fieret reuelatio, ob propriũ amorem, ſenſumq́ue obſcuraretur; & ne propter cacodæmones ad ſeducendum paratos eſſet vlla contrarietas, & repugnantia. Nec enim dubium eſt, quin reuelatio ſuſcipiatur pro ratione ac modo ſuſcipiẽtis: vt ex illo vno, eodemq́ue verbo; *Expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat*, Caiphas ſui, Iudæorum ruinam, Ioannes verò ſuam, & omnium in Chriſto ſalutem elicuit. Meritò igitur vnica nobis Scriptura commendata eſt, ad quam ab Eccleſia Catholica, atque Orthodoxa intellectam, tanquam ad lapidem Lydium probandi ſunt ſpiritus, doctrinæque vniuerſæ, non ſecus atque concluſiones per ſua principia, & actiones per finem proprium dignoſcuntur. Et hactenus de neceſsitate Sacræ Scripturæ dictum ſit.

Ioan. 11.

Quomodo probandi ſpiritus, doctrinæque vniuerſæ.

De dignitate, maieſtate, & autoritate Sacræ Scripturæ diſſeritur.

Iam de dignitate, maieſtate, authoritateq́; eius breuiter, pro loci huius ratione, agendum eſt. Hæc autem præter titulos, & præconia, quibus denominari, & exornari ſolet, ex multis colligi videtur capitibus, videlicet tùm ex autore ipſius, tum ex argumento, de quo agit, tùm ex forma, & modo ipſius, tũ ex approbatore, atq; interprete, dum denique ex doctore eius, ac auditore. Quod igitur attinet ad titulos, & elogia, quibus celebrari ſolet, perpẽde prudens Lector, nunc in ſingulari Scripturam vocari, nunc ſcripturas in plurali; nunc librum, & libros, ſiue Biblia, quæ in idem recidunt, nunc ſcripturas Sacras, modò ſanctas, modò diuinas, ſeu diuinitùs inſpiratas, nunc Propheticas, vel Canonicas, nunc eloquia Dei, nunc demum Teſtamentum, ſiue Inſtrumentum. Explico ſingula, vt ex eis dignitatem diuinorum voluminum apprehendamus. Dicitur enim in ſingulari Scriptura, quia ſola penè digna eſt quæ ſcriberetur, & quæ ſola legeretur, & quæ per antonomaſiam Scriptura diceretur, iuxta illud; *Non poteſt ſolui ſcriptura*: & iterum: *Dicit enim Scriptura Pharaoni*: & quia vno ſpiritu Dei tota condita eſt, & ad eundem tendit ſcopum, vt meritò à Hieronymo & Auguſtino dicatur vnus liber. Adhæc, in plurali vocãtur Scripturæ, quia plures ſunt eius partes: nam eſt Lex, Hiſtoria, Pſalmi, Prophetia: plures etiam Sancti, qui vt Dei organa, & adminiſtri illas nobis diſpenſarunt: *Quomodò*, inquit Dominus, *implebuntur Scripturæ?* Libri etiam nomine venit: *In capite*, inquit, *Libri ſcriptum eſt de me*: quia, vt Hieronymus ediſſerit, tam in ipſa fronte Geneſeos, quæ caput librorũ omniũ eſt, quã etiam in principio Ioannis Apoſtoli, Conditor cœli, & terræ approbatur. Bibliorum quoq; ſeu librorũ voce deſignatur, vt in libro Machabæorum dicitur: *Habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris.* Ad hæc Paulus ſanctas vocat Scripturas, nõ ſolùm quia mundæ ab omni errore, & quia legentes, & fide eas amplectentes ſanctificant, ſed quia firmæ ſunt, ac perpetui roboris. *Nam facilius eſt cœlum, & terram præterire, quàm de lege vnũ apicem cadere.* Etſi enim Vetus Teſtamentum, quantum ad corticẽ, & ceremonias tranſierit; manet tamẽ quãtum ad ſpiritum, & recõdita myſteria, quæ in eis delitèſcebant.

Cur Scriptura in ſingulari dicatur. Ioan. 10. Rom. 9.

Hieronym. in Iſa. cap. 29 tom. 5. Auguſt. in Pſal. 150. to. 8

Quibus nominibus, & titulis, iiſque quàm honorificis Scripturæ cohoneſtentur.

Quare in plurali dicantur Scripturæ. Matth. 26. Libri nomine cur veniat. Pſalm. 39. & Hebr. 10. Hieronym. in quæſtionib. Hebr. Cur Biblia, libriue nominentur. 1. Mach. 12.

Sanctas ſcripturas cur vocet Apoſtolus. Rom. 1. Luc. 16. & Matth. 5. & 24.

Sacræ quoque nominari conſueuerunt, quia ob ſuas proprietates ſua dignitate, ac celſitudine ab alijs profanis ſeparantur, & quia volunt vt ſacræ inuiolabiliter cuſtodiri, ne in profanos vſus, aut hæreticos ſenſus extenſæ ſacrilegè contaminentur. Ad hæc diuinæ, ſeu diuinitùs inſpiratæ ab Apoſtolo appellantur, quia diuinam erga nos voluntatem annuntiant, quæ in pactis, & teſtamentis Dei conſiſtit; & quia peculiari Dei prouidentia ſunt inſpiratæ, & certa ſpiritus ſancti aſſiſtentia reuelatæ. Vt etſi in alijs humanitus cõparatis diſciplinis multæ veritates inueniri poſsint, ſunt tamen interdum multa falſa, & mendacia: & licèt non eſſent, ſubeſſe tamen poſſent: in his verò nec eſt, nec ſubeſſe poteſt error vllus. Ad hæc, nuncupantur Propheticæ: vt enim ait Apoſtolorum Princeps, *Omnis prophetia ſcriptura propria interpretatione non fit*: eo quòd ab Spiritu ſancto profectæ ſunt. Multa etiam præterita, ac præſentia, quæ nonniſi cœleſti reuelatione ſciri poſſunt, tradit; multa etiam futura, quæ ex ſola Dei, vel hominis voluntate pendent, quæ niſi à Deo reuelari non poſſunt. Quòd ſi quæ geſta hiſtorica contineat; ſub illis tamen admirabilis prophetia deliteſcit, vt nõ tam ipſa litera, quàm res litera ſignificatæ alia futura prænuntient: quod harum Scripturarũ proprium eſt munus.

Scripturæ cur ſacræ dicantur. Cur item diuinæ, ſeu diuinitus inſpiratæ. 2. Tim. 3.

Cur dicãtur propheticæ. 2. Petr. 1.

Canonicæ verò propterea dicuntur, quòd in ſacrorum librorum Canonẽ ab Eccleſia receptæ, & ſepoſitæ ſunt; & quia rectè credendi, & bene viuẽdi nobis ſunt regula.

Canonicæ cur appellatæ Scripturæ ſint.

Denique quoniam omnes alias doctrinas, leges, ſcripturas, ſiue ſint Eccleſiaſticæ, ſiue apocriphę, ſiue humanę, regere, ac moderari debent. Nam quatenus illis conſentiunt, aut certè non diſſenriunt, eatenus admittuntur; repudiantur verò, ac reprobantur, quatenus vel in minimo cōtradicunt. Scripturam porrò, Diuinam facit authoritate ſua Spiritus ſanctus; Canonicam verò facit iudicium Eccleſiæ Catholicæ, illam eſſe à Deo inſpiratam declarans.

Scripturam Diuinā autoritate ſua Spiritus ſanctus Canonicā verò Eccleſia efficit.

Eloquia Dei quare ab Apoſtolo nuncupentur.

Rom. 3.

Cæterùm eloquia Dei ab Apoſtolo appellantur, qui multum per omnem modū vult præcellere Iudæum Gentili, ex eo quòd credita ſunt illis eloquia Dei: quia per illa tanquam per certiſsima quædam oracula Deus nos alloqui dignatus eſt, & ſuam mentem nobis aperire, ac promiſsionibus allicere, de quib9 Dauid; *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum ſeptuplum*. Sunt enim pura, & ſincera Dei verba, nullo errore, aut mendacio, aut dolo admixta, vt ſolent eſſe hominū verba, de quibus prædixerat: *Diminutæ ſunt veritates à filijs hominū, vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum: labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt*. Hæc autem vno tantum corde abſq; omni fraude, & dolo: quia omnia ſunt fidelia, integra, & ad exitū veniunt, non ſecus atq; argentum per ignem excolatum, & ab omni ſcoria purgatum: probatum terræ, id eſt, in vaſe terræ, ſiue in fornace: ſepties, id eſt, pluries defæcatum, vt nihil remaneat ſcoriæ. Poſtremò dicuntur Inſtrumenta, ſiue Teſtamenta, quia pacta Dei, ac fœdera nobiſcum inita continent: de quibus vocibus alio loco fuſiùs dicendum.

Pſalm. 11.

Eloquia Dei qualia ſunt.

Scripturæ, inſtrumenta, ſiue teſtamēta cur dictæ.

Canonicæ ſcripturæ maximum ſanè priuilegium.

2. Pet. 1.

Nunc iam propoſitas aliquas rationes dignitatis Scripturarū meditemur, ac primam expediamus. Scriptura etenim Canonica hanc ſibi dignitatem vendicat, quod tota ab Spiritu ſancto, qui locutus eſt per Prophetas, profecta eſt. Ita enim docet Apoſtolorum Princeps; *Non enim*, inquit, *voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines*. Et Ezech. 1. vbi eſt, ſermo de quatuor animalibus, hoc eſt, Euangeliſtis, *Vbi erat*, ait, *impetus Spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularent*: ſenſus eſt: Ita ab Spiritu agebantur in ſcribendo, vt nequaquam retrocederent, ex proprijs loquendo mendacium. Quod tamen ita proprium eſt auctorum ſacræ Scripturæ, vt alteri minimè conueniat: Nam vel Doctores ipſi, & ſi magni, & excellentes Spiritum ſanctum habuerint, interdum tamen ex proprijs loquuntur.

Auctores Scripturæ ſacræ quid propriū ſibi vendicent.

Auguſt. lib. 1. de origine animæ. to. 7.

Ex quo magnum Eccleſiæ lumen Auguſtin. lib. de origine animæ, in hæc verba prorupit: *Neque negare poſſum*, inquit, *ſicut in ipſis moribus, ita multa eſſe in tam multis Opuſculis meis, quæ poſſint multo iudicio, & nulla temeritate culpari*. Sic magnus ille Pater, & ſanctus. Quod igitur Spiritus ſanctus perpetuò loquatur per homines ſanctos, ad ſolos ſpectat Scripturæ ſacræ auctores, quorum verba tanquam Spiritus ſancti ipſius recipimus. Vnde Dominus dixit, *Quomodò ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum? &c.* & alio loco; *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias*, id eſt, Spiritus ſanctus loquens per Iſaiam: & Paulus, *Dicit enim Scriptura Pharaoni*, id eſt, Deus, qui in Scripturis loquitur. Quòd ſi Scriptura ab Spiritu ſancto eſt, profectò nullum continet mendacium, nullam falſitatem: *Non eſt enim Deus quaſi homo vt mentiatur*: & alibi: *Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax*. Præthereà nullam habet veram contradictionem, ſeu pugnantiam, vt docet Chryſoſtomus homil. 1. in Geneſin: & quod ſæpè in ſpeciem abſurdum videtur, ad tropicam referendum eſt locutionem: eſtque boni interpretis, omnia quæ videntur contraria vel abſurda lectori, fideliter & integrè laborare, vt talia reuera non ſint oſtendere, atque explicare, vt docent Auguſtinus libr. 5. de Ge. ad literam cap. 8. & Origenes in cap. tertium epiſtolæ ad Romanos. Ad hæc, nihil habet ſuperfluum, aut diminutum: *Non addetis*, inquit Dominus, *ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo*. Poſſunt hæc fuſiùs explicari, ſed non eſt operæpretium.

Matth. 22. *Pſal.* 109. *Matth.* 15. *Iſai.* 29. *Rom.* 9. *Num.* 23. *Rom.* 3. *Pſal.* 115.

B. Chryſoſt. tom. 1.

Boni interpretis conditio.

Auguſt. tom. 3. *Origenes tom.* 1.

Deuter. 4.

Progrediamur ad ſecundum. Magnum auctoritatis pondus Sacris literis ineſt à principali ſubiecto, ſiue argumento, quod pertractant. Eſt enim hoc non aliud certè, quàm tractare de Deo & homine, ſiue de homine ac Deo Chriſto Ieſu, non ſolum in Nouo, quod eſt apertum, ſed etiam in Veteri Teſtamento. Et quia Deus in ſe trinus & vnus eſt, mundi effector, & gubernator, redemptor hominis à peccato, dæmone, ac morte, atque glorificator; hinc de Deo pręcipuè agit, de creaturis autem non niſi quatenus ad Creatorem ſpectant, id eſt, quatenus ab eo exierunt per conditionem, & ad ipſum redeunt, ſiue alios reducunt ad Deum. Item de Redemptore per ſe, de populo verò redempto ea ratione tantummodo, qua ad gloriā Redemptoris pertinet, & beneficium ſuſcipit redemptionis, & ad finem gloriæ tendit. Quod etiam ratione confirmari poteſt. Nec enim hiſtori-

Scripturæ argumentum principale quod ſit.

De rebus creatis quatenus Scripturæ loquantur.

cus quiſquam de re ſe inferiori pertractat; vnde vel Cæſar ipſe de ſeipſo in ſuis Commentarijs diſſerit, & propter ſe de alijs ſeipſo minoribus: Ariſtoteles verò cùm hiſtoricos libros De animalibus conſcripſit, nó propter animalia ipſa, verùm propter hominem edocendum, naturæque cognitione erudiendum, ac perpoliendum diſſeruit. Idem quoq; ſacro teſtimonio comprobatur; ait quippe Dominus apud Ioannem: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi; de me enim ille ſcripſit*: quod perinde eſt ac ſi diceret, De me, vt libri ſui argumento principali, volumē edidit. Et iterum: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illa ſunt quæ teſtimonium perhibent de me*: inſinuans opus eſſe ſcrutinio, vt inueniatur Chriſtus in lege, & in factis, & in verbis Prophetarū, & quaſi Moſes in fiſcella ſcirpea deliteſcens. Amplius; *In capite*, inquit, *libri ſcriptū eſt de me*, id eſt, in ſumma, & compendio Scripturæ: ait enim Dominus; *Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me.* Et paulò antè ait Euangeliſta: *Et incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant.* Rurſus Apoſtolus; *Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti*: hoc eſt, vt homo Chriſto à lege promiſſo per fidem & Sacramenta hærens iuſtificetur. Quia enim Chriſtus in lege noua apertè eſt reuelatus, & rota eſt in medio rotæ, oportet eum in veteribus Scripturis occultè contineri. Adde etiam, quòd Scriptura nihil aliud continet, quàm credendi, atque agendi præcepta, ſiue fidem, & opera, finem, & ea quæ ad illum ducunt, Creatorem, atque creaturam, Dei charitatem, proximique dilectionem, creationem, redemptionemque. Cum autem hæc omnia in Chriſto inueniantur, fit, vt Chriſtus aptiſsimum Canonicæ Scripturæ exiſtat argumentum. Etenim omnia, quæ credenda ſunt, ſiue de Creatore, ſiue de creaturis, in Ieſu ſunt recapitulata: quem omnis hæreſis ſoluit iuxta illud: *Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt.* Is enim vt homo eſt vnitus Deitati, ac vt Deus humanitati: Patri, à quo oritur, Spiritui ſancto, qui à Chriſto ſimul, ac Patre procedit, Mariæ matri ſanctiſsimæ; Eccleſiæ, Scripturis, Sacramentis, Sanctis, Angelis, atque Beatis, diuinæ gratiæ, auctoritati Eccleſiæ, ac miniſtris eius: vt rectè dicatur, omnem hæreſim Ieſum ſoluere.

Ioan. 5.

Ibidem.
Quomodò inueniatur Chriſtus.

Exod. 2.
Pſal. 93. & Hebr. 10.

Luc. 24.

Rom. 10.
Illud Apoſtoli; Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti, quid ſignificet.

Chriſtus quā idoneum ſit argumentū Scripturæ.

1. Ioan. 4.

Quam rectè dicatur, omnem hæreſim Ieſum ſoluere.

Agenda etiam, ſiue mores, in Ieſu, quaſi pacto quodam viuo ſcripta ſunt, atque impreſſa. In eo ſiquidem elucet Obedientia vſque ad mortem, quæ clauis eſt cœli; in eo Humilitas, vſque ad ablutionem pedum Apoſtolorum; in eo Charitas, animā ponens pro inimicis; in ipſo Patientia omnia ſuſtinens; Fortitudo omnia vincens; Clementia omnibus parcens; Iuſtitia, cuncta, ſiue bona, ſiue mala, præmio, ſiue ſupplicio afficiens; Liberalitas, omnia largiēs, ac tribuens; Prudentia omnia perſpiciens; Precandique ſtudium impetrans vniuerſa. Ad hæc, Chriſtus factus eſt via, & terminus. Via quidem, & pons, quo pergamus, & tranſeamus ad vitam, ne in mūdi huius, rapidiſsimi amnis inſtar tranſeuntis, fluctibus demergamur: Terminus, ad quē peruenientes, beati, ſecuri, atque læti quieſcamus. Ipſe ſiquidem via eſt incipientibus, veritas progredientibus, vita gloriæ magnis, ac perfectis omnibus ſe accōmodans, & eos vt filios ad hæreditatem admittens. Inſuper ipſe eſt Creator; in quantum Deus eſt; & creatura, quatenus homo eſt, & omnia ſunt in eo vt homine recapitulata: quia homo eſt paruus mundus, ſicut Deus mundus archetypus. Dilectio enim Dei, atque proximi in Chriſto conſummatur, qui Deus eſt, & homo: ita vt qui Ieſum diligat, legem impleat. Eſt prætereà Chriſtus non tantùm creator, ſed & redemptor, & mundi miſerè collapſi inſtaurator. Eſt in eo primum, & ſecundum pactum: nam vtrumque in Chriſto ſancitum eſt. Sed primum non ſine medio, & adminiſtro Adam, ſicut ſecundum per Ieſum Chriſtum ſolum. Scriptura ergo Chriſto vacans, nihil magnum, aut dignū haberet, cuius diſcendi gratia tanto tempore eſſet illi incumbendum. Vt enim vagina gladio deſtituta, & ſpicā grano vacua, & vtres vino vacantes parum vtilitatis, aut fructus habent: ita planè Scriptura ſacra, quæ Chriſtum aliquo modo non complectitur, quaſi cadauer eſt, animæ, ac ſpiritus expers. Ideo cum Euangeliſtæ allegant aliquid ex Veteri Inſtrumento, ſolent dicere; Vt impleretur quod dictum eſt. Solus itaque Ieſus Scripturas implet, ſolaque ſua diuinitate, ac luce colluſtrat, non ſecus atque Sol mundum hunc vniuerſum, & ſpiritus humanum corpus.

Vniuerſæ [illegible] eluceat in Chriſto.

Ioan. 13.
Rom. 5.

Via, & terminus eſt Chriſtus, & quonam modo.

Ioan. 14.

Rom. 13.

Similitudo.

Scriptura nihil de Chriſto cōtinens, cui rei ſimilis.

Sed iam, quod tertio loco propoſueramus, ſuccedat. Modus enim ipſe, ac forma, quam Scriptura ſeruat, planè indicat diuinam exiſtere, à cœloque ad nos fuiſſe profectam. Nam cum res eminentiſsimas, & quæ captum hominis effugiunt, interdum proponat, nulla tamen argumenta, nullas rationes ad faciendam fidem producit, ſed ſola ac ſimplici earum narratio-

Scripturæ dignitas ex forma quoque ipſius, ac modo colligitur.

ne contenta, non dubitat, fidem ſe apud omnes inuenturam: quod ſignum eſt euidens Dei loquentis. Adeò, vt Scriptura quanto minus probat, eo magis probet, atque ſe diuinam eſſe magis patefaciat; quo verò magis probat; eo minus probare videtur, quia in eo ſe ad morem humanum attemperat. Solent namque homines, & Philoſophi magni ad vnius, aut alterius aſſertionis confirmationem, magnam rationum ſiluam producere, quaſi exiſtimantes nihil ſibi eſſe credendum, niſi quantum ratione euidenti demonſtrauerint. Præter hoc, ſolet Scriptura quædam præcipere, quædam verò prohibere: quibuſdam æterna ſupplicia comminari, quibuſdam æternæ vitæ præmia polliceri: at hic modus procedenti nihil terrenum ſapit, aut humanum, ſed planè arguit diuinam potentiam, & ſuperiorem imperandi virtutem eius, qui poſsit vniuerſos homines in officio continere, malos pellere, & bonos remunerare: ita vt ipſa Scriptura, ſi rectè expendamus, totam ſe Dei omnipotentis, ac legem ferentis non obſcurè videatur indicare. Rurſus, quis neſciat, in Scripturis contineri multa, quæ rationis lumen longè antecellunt; vt, quòd in vna ſubſtantia deitatis ſint plures perſonæ re ipſa diſtinctæ: quòd in vnam perſonam Diuina, atque humana natura coaluerint: quòd Virgo ſine viro conceperit, ſine corruptione pepererit: quòd ſubſtantia panis ſub accidentibus deliteſcens, in verum Chriſti corpus tranſmutetur, & ſubſtantia vini in ſanguinem, & ſimilia multa, quæ primò & per ſe in mentem hominis, aut Angeli cadere non potuerunt, cùm ab intellectus, & rationis natura quàm remotiſsima exiſtant, opus eſt, vt hæc nonniſi à Deo ad nos ſint profecta, quo illa vel concipere, vel verbis, aut ſcriptis exprimere poſſemus. Quid dicam de mundi ex nihilo molitione, quam noſtræ mentis acies per ſe apprehendere, ac concipere non poteſt vllo modo, illo primo principio deluſa, Ex nihilo nihil fit? Et quanquàm nonnulli Philoſophi, traditione magis, quàm ratione inſtructi, ſtatuerint mundi principium; ea tamen ratione, quam inſinuat Scriptura, ita vt aſsignet tempus, quando cœpit; modum, quo illum condidit, nempè per verbum ſuum imperando, Fiat hoc, &, Fiat illud; Ordinem, quo quid quoque die ſit molitus, nemo profectò huius mundi ſapientum coniectare valuit; ſed planè arguit diuinum Spiritum earum rerum ad fuiſſe ſcriptori. Tandem videre eſt in Canonicis libris altiſsimos, & celſiſsimos ſenſus cum tenuitate, paupertateque verborum coniunctos, quaſi Diuinitatem Humanitati vnitam, aut Chriſtum pannis inuolutum, & poſitum in præſepio: vt vel ſic ſacræ Scripturæ diuinitas commodiùs eluceſcat. Tali rurſus illa temperamento eſt contexta, vt interdum ſit facilis, & aperta, interdum etiam perdifficilis, ac perobſcura. Si enim tota poſſet accedi, facilè contemneretur. Contrà, ſi obſcura tota, & inacceſſa, fruſtra eſſet, & ab omnibus meritò eius ſtudium negligeretur: quare magna Dei ſapientia ex vtroque temperata eſt: vt Auguſtinus ita ſcripſerit: *Qui enim prorſus* (*in Sacra ſcilicet Scriptura*) *non inueniunt quod quærunt, fame laborant. Qui autem non quærunt, quia in promptu habent, faſtidio ſæpè marceſcunt. In vtroque autem languor cauendus eſt. Magnificè igitur, & ſalubriter Spiritus ſanctus ita Scripturas ſanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obſcurioribus autem faſtidia detergeret. Nihil enim ferè de illis obſcuritatibus eruitur, quod non planiſsimè dictum alibi reperiatur.* Et alio loco: *Modus autem,* inquit ipſe, *dicendi, quo ſancta Scriptura contexitur, quàm omnibus acceſſibilis, quamuis pauciſsimis penetrabilis, ea, quæ aperta continet, quaſi amicus familiaris ſine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum. Ea verò quæ in myſterijs occultat, nec ipſa eloquio ſuperbo erigit, quò non audeat accedere mens tardiuſcula, & inerudita, quaſi pauper ad diuitem, ſed inuitat omnes humili ſermone, quos non ſolùm manifeſta paſcat, ſed etiam ſecreta exerceat veritate; hoc in promptu, quod in reconditis habens.* Et Gregorius in Ezechielem, *Scriptura,* inquit, *ſacra recta eſt in præceptis; alta in promiſsionibus; horribilis in minis.* Hæc illi ſancti patres. Ex quibus habes, quàm apertè ſe diuinam Scriptura ipſa teſtetur.

Nunc de quarto capite diſſeramus, nempe de approbatore. Nam etſi Eccleſiæ ac Scripturæ auctoritas à Deo ſit; illa tamen Eccleſiæ antiquior eſt, atque adeò dignior, ſiquidem Scriptura propter Eccleſiam contexta eſt. Ideò quantum ad nos, ſacra Scriptura ab Eccleſia approbari conſueuit. Hinc enim factum eſt, vt tantùm quatuor Euangelia recipiamus, cæteris reiectis, ac reprobatis, atque hunc, vel illum librum in Canonem aſſumamus, vel à Canone reijciamus; quòd Eccleſia Catholica grauiſsimam, quamque nemo filiorum eius declinare aut poteſt, aut debet, ſententiam pronunciauerit iam, vel in Cõcilijs Generalibus, vt meritò impuden-

tium

Quæ ſint illa, quæ omnis naturæ captũ longè antecedunt.

Gen. 1. & ſeq.

Luc. 2.

Scripturæ quali artificio conditæ ſint.

Auguſt. lib. 2. de doctr. Chriſtia. c. 6. in fine, tom. 3.

Idem epiſt. 3. ad Voluſia. ſub finem, to. 2. in princ.

Scriptura, & doctis, & indoctis prodita, vtiliſque.

Gregor. hom. 6. in Ezech. paulò à med. tom. 2. ſub initium.

De approbatore, atq; interprete Scripturæ agitur.

Vnde factũ ſit, vt tantum quatuor Euãgelia in Canonem ſint recepta.

tium Hæreticorum ora obſtruere valeamus; nam quiuis priuatus in re tanti momenti facilè decipi poterat, meritò vt hoc iudicium ab illis ſubtractum ſit, quòd in eo falli poſſent; ſolique Eccleſiæ Dei, in qua eſt Spiritus ſanctus illam docens, ac regens, conceſſum: vt ipſa proinde, quæ in his quæ ſunt eiuſmodi, falli nequit, certum iudicium omnibus ſuis filiis proferat: quemadmodum & ipſius quoque proprium eſt, vbi de ſenſu alicuius loci oritur controuerſia, ſenſum verum, ac germanum, cui ſtare debeant omnes, tradere, atque explicare. Adeo, vt veros libros Canonicos declarare, aptos, atque congruos illius ſenſus eruere, quos omnes amplecti debeant, ad ſolam Eccleſiam ſpectet, quæ in Concilio vniuerſali repræſentatur, ſiue in capite ipſius Pontifice Romano, cum conſilio magnorum virorum, & ſapientum, quos de more penes ſe habere ſolet, vel in conſenſu veterum Patrum, atque Doctorum, qui vna mente, & vno ſenſu aliquem Scripturæ locum explanant.

Eccleſia quid proprium ſibi vendicet.

Eccleſia tamen haud poteſt abrogare Scripturam, ſicut nec inferior legē ſuperioris, ſed debet ea regi, ac gubernari. Quanquam non negemus, ex varia noſtra diſpoſitione accidere poſſe, vt per codices iam receptos probemus nondum alicui receptos. Quemadmodum Nouum Teſtamentum, quod Iudæus non accipit, probamus per Vetus, quod venerabiliter recipit: & contra apud Manichæos, qui Vetus tantùm reſpuunt, illud comprobamus per Nouum. Simili prorſus ratione alicuius loci obſcuri ſenſum confirmamus per apertos locos alterius loci Scripturæ.

Eccleſia abrogare Scripturam non poteſt.

Sed nos quintus vocat articulus, in quo agendum de Doctore, & Auditore Scripturæ. Doctor quidem primarius, ac præcipuus, Dominus eſt Ieſus Chriſtus, qui de ſeipſo dixit: *Ne vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus.* In cuius typum Ioſue legit coram populo omnia verba benedictionis, & maledictionis libri Deuteronomij: & Dominus Ieſus apud Lucam in ſynagogam ingreſſus ſurrexit legere librum Iſaiæ: & in fine Euangelij eiuſdem, aperuit Apoſtolis ſenſum vt intelligerent Scripturas. Nam ille eſt Agnus, de quo dicitur in Apocalypſi, *quòd nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire Librum, neq; reſpicere illum, nec ſoluere ſignacula eius, niſi Leo qui vicit, de tribu Iuda.* Et per Iſaiam; *Non faciet auolare à te vltra Doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum;* & per Ioëlem, *Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro: quia dedit vobis Doctorem iuſtitiæ.* Non tantùm enim Ieſus eſt iuſtitiæ largitor ipſius, ſed etiam iuſtitiæ eſt inſtitutor, & doctor. Poteſt & eadem ratione dici Spiritus ſanctus Eccleſiæ doctor, quia ipſe interius corda penetrat, & ſcientiam ſuppeditat, ſicut dominus dixit; *Paracletus Spiritus ſanctus, &c. ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixerit vobis.* Confert ſimul gratiam, & efficaciam omnibus miniſtris legitimè vocatis, ac externè docentibus, quo fiat fructuoſus illorum ſermo apud auditores. Hinc illa vox domini; *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Sed vt olim in lege erant Scribæ, atque Legiſperiti, qui cathedram Moyſi conſcendebant ad erudiendum populum; ita & in Nouo Teſtamento dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores: ſed iſti nudum miniſterium doctrinæ exteriùs exhibent, Chriſtumque nobis repræſentant, qui eius nomine nobis loquuntur: ſuntque hypodidaſcali potiùs, ſi ad Chriſtum præceptorē conferantur. Nam illa quæ Chriſtus nos docuit, ipſi repetūt, & inculcant; ac veluti paruulis panem doctrinæ Euangelicę frangūt. Horum præconium celebrans Spiritus ſanctus, inquit: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Rurſus: *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Scripturæ ſacræ Doctor, & auditor quis.

Doctor & Magiſter qualis ſit Chriſtus.

Matth. 23.

Ioſue Chriſti typus.

Ioſue. 8.

Luc. 4.

Infrà 24.

Apocal. 5.

Gen. 49.

Iſai. 30.

Ioel. 2.

Doctor Eccleſiæ qualis Spiritus ſanctus.

Ioan. 14.

Matth. 10.

Doctores Eccleſiæ à Deo dati Vice-Chriſti, & quatenus.

Epheſ. 4. & 1. Cor. 12.

Iidem quales poſſint videri præ Chriſto.

Eorundem laus, & encomium.

Eccleſ. 24.

Dan. 12.

Porrò auditores, non quoſlibet, ſed eximios, & excellentes poſtulat Sacrarum literarum codex. Debent enim in primis fide eminere, iuxta illud; *Niſi credideritis, non intelligetis.* Vt enim ſublata ratione nihil promoueas cum aliquo, quem docere inſtituis humanas diſciplinas: ita diuino Fidei dono de medio ſublato, nihil proficit ſacrarum lectio literarum. Fides porrò hominem omni affectu carnis ſpoliat: *Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere; quia ſpiritualiter examinatur.* Proinde Iudæus, vel Gentilis, vel Hæreticus reijciendus eſt ab hac lectione; deinde Chriſtianus omnis, qui carnem, & ſanguinem ſectatur, arcendus eſt, maximè verò ſuperbus, & hypocrita, qui alia omnia præ ſe contemnit: *Nam vbi eſt humilitas, ibi & ſapientia:* abſconditque hæc Chriſtus ſapientibus, & prudentibus, & reuelat paruulis. Præter fidem etiam, & humilitatem, requirit ſobrietatem, &

Qualem requirat auditorem ſacra pagina.

Prima conditio.

Iſa. 7. iuxta 70.

Proprium Fidei quid.

1. Cor. 2.

Qui arcendi à lectione, & ſtudio Diuinorum voluminum.

Prou. 11.

Matth. 11.

Altera conditio.

Iſa. 28.

temperant aut, iuxta illud Iſaiæ: *Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.*

Qui ſint ablactati à lacte apud Iſaiam, quos Dominus docet ſcientiam. Tertia.

Qui enim carnis frænant cupiditates, ac moderantur, illi vocantur ablactati, aptique ſunt diſcipuli ad Diuina myſteria percipienda. Ad hæc, opus eſt charitate erga Deum, pietateque aduerſus proximum: nam plerumque intrat amor, quò non poteſt ingredi intellectus. Hinc apud Ioannem Dominus: *Qui diligit me,* inquit, *diligetur à patre meo; & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Rurſus: *Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Quambrem inuitatum ad hoc Scripturarum conuiuium, vt ea deguſtet fercula, quæ ipſi apponuntur, oportet dare operam, vt veſte nuptiali indutus accedat; quò in charitate firmatus atque fundatus, poſſit comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum. Quod optimè docet Auguſtinus, dicens: *Hoc modo inſtructus diuinarum Scripturarum ſtudioſus, cùm ad eas perſcrutandas accedere cœperit, illud Apoſtolicum cogitare non ceſſet: Scientia inflat, charitas ædificat. Ita enim ſentiet, quamuis de Aegypto diues exeat, tamen niſi Paſcha egerit, ſaluum ſe eſſe non poſſe.* Sic ille. Debet præterea adeſſe auditori bonorum operum ſtudium: nam multa ſunt in Diuinis libris, quæ niſi in praxim deducantur, aut nihil, aut vix intelliguntur. Vt enim ait Iob: *In manibus abſcondit lucem:* quod eſt dicere, ex bonis actibus comparari lumen ſcientiæ. Et Salomon, *Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi:* non ſecus atque poſt Liam data eſt Rachel patriarchæ Iacob. Hinc Athanaſius libro de Incarnatione Verbi in fine; *Cæterùm,* inquit, *ad Scripturarum indaginem, veriumque intellectum opus eſt vita proba, animo puro, & virtute quæ ſecundùm Chriſtum eſt, vt mens per eam tramitem decurrens, ea quæ expetit, adipiſci poſſit, quatenus fas eſt humanam naturam diuina intelligere. Nam ſine pura mente, & Sanctorum imitatione, nemo comprehenderit Sanctorum verba. Quemadmodum ſi quis intueri velit Solis iubar, oculos planè detergit, & in ſplendorem eedigit, quantum poteſt ad eius ſimilitudinem, cuius conſpiciendi deſiderio tenetur, ſeſe purificans, vt ita oculus, tam lumen redditus, lumen Solis contempletur.* Hæc ille ſanctiſſimus Pater. Et Hieronymus in cap. 3. Ionæ rectè admonet: *Sicut Rex Niniue Ionæ prædicationem vltimus audiuit, ita Reges huius mundi, id eſt Philoſophos prædicationem Chriſti vltimos audire, & depoſito ſupercilio fugere eloquentia, & ornamenta ac decore verborum, ſimplicitati & ruſticitati tradere, & deſtinere quod ante prædicarant.* Et infrà: *Difficile homines potentes, & nobiles, & diuites; & multò hud difficilius eloquentes, credunt Deo: obcæcatur enim mens eorum diuitijs, & opibus, atque luxuria, & circundati vitijs, non poſſunt videre virtutes: ſimplicitatemque Scripturæ ſanctæ non ex maieſtate ſenſuum, ſed verborum iudicant vilitate.* Hactenus ille.

Ioan 14.

Infrà 15.

Matth. 22.

Epheſ. 3.

Auguſtin. lib. 2. de doctrina Chriſt. c. penultimo, tom. 3. iuxta principium.

1. Cor. 8.

Exod. 12.

Ibid. & ſeq.

Quarta conditio.

Iob. 36.

Illud Iob: In manibus abſcondit lucẽ, quid.

Eccleſ. 1.

Geneſ. 29.

Ibidem.

B. Athanaſ. tom. 1. circo princip.

A quibus dũtaxat cõprehendi valeãt Sanctorum verba ſecundum Athanaſium.

Simile.

B. Hieron. tom. 6. circo med.

Omniũ difficillime quinam Chriſti ſidem ſuſcipiant, & in Deũ credãt, teſte Hieronymo.

Ad hæc bona mente opus eſt, & rectam afferre intentionem oportet eum, qui vult eſſe huius doctrinæ auditor: non tam vt ſciamus, aut ſciamur ipſi, aut efferamur, aut gloriemur, aut ſacrarum cognitionem rerum pretio aliquo terreno, inanivè vendamus: quæ gratis danda eſt, ſicut gratis eſt accepta; ſed vt Deum agnoſcamus magis, illumque ſinceriori ſtudio colamus: deinde quò nos ipſos, & proximos in via Dei ædificemus. Hic eſt enim verè ſimplex coram Deo, de quo dicitur: *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu.* Quin etiam, ad fructuoſam lectionem Scripturæ adhibendum eſt frequens precationis ſtudium: nam preces ſæpè impetrant à Deo quod nec ratiunatio, nec varia librorum verſatio nec diuturna valet aſſequi meditatio. Vt rectè proinde dixerit frater Domini; *Si quis veſtrûm indiget ſapientia, poſtulet à Deo; qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei.* Et, vt quidam Spiritu Dei doctus inquit, qui didicerunt à domino Ieſu mites eſſe, & humiles corde, plus orando, & meditando proficiunt, quàm legendo, & audiendo. Demùm opus eſt in bono Scripturæ lectore, ac ſtudioſo, adeſſe ardens deſiderium diſcendi, ac diligentiam: nam Sapientia præoccupat eos qui ſe concupiſcunt; Et, *Eſurientes impleuit bonis; & diuites dimiſit inanes.* Hinc Danieli adfuit Gabriel, dicens, *Vir deſideriorum es:* cui propterea aduentum Meſsiæ detexit. Hinc quoque de viro iuſto dicitur: *Sed in lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* Qui ergo hanc in Sacris literis perſcrutandis diligentiam adhibuerit, non fruſtra, nec ſine fructu laborabit, verùm magnos progreſſus in Scripturarum intelligentia prorſus efficiet. Ex his igitur conſtare poteſt, quantæ dignitatis, atque auctoritatis ſit ſacra ſcriptura, quæ tota à Deo eſt profecta, & de Deo, deque homine differit; & formam habet diuinam planè; approbatorem, & interpretem Eccleſiam Spiritu

Matth. 10.

Verè ſimplex coram Deo quis.

Prou. 3.

Sap. 1.

Quinta conditio.

Ad ſcripturæ intelligentiam precandi ſtudium multum valet.

Iacob. 1.

Sap. 6.

Luc. 1.

Dan. 9.

Pſalm. 1.

Dei præditam, atque gubernatam: Doctorem habet ipſum Ieſum, & Spiritum ſuum etiam per miniſtros legitimos, ſuos fideles inſtruentem: Auditorem exigit afflatu Dei præditum, ac planè diuinũ. Nam qui omnibus illis quas recenſui virtutibus, ornatus exiſtit, magis diuinus, quàm humanus eſſe cenſendus eſt.

Sacrarum ſtudiũ Scripturarum & lectio quantas adferat vtilitates.

Pauca quædam de vtilitate Lectionis Diuinorum librorum (quod vltimum erat membrum huius Prolégomini in principio propoſitum) addenda ſunt. In primis igitur vtilis eſt ſacræ Scripturæ lectio

Prima vtilitas.

ad illuminandum, vel erudiendum intellectum, purgando eum ab erroribus perniciosis trahentibus ad interitum ſempiternum; & Implendum ſalutaribus veritatibus viam cœli præmonſtrantibus. Hoc autem facilè ſibi perſuadere poterit, qui intelligat, auctorem eius eſſe Spiritum ſanctum; & Doctorem, Ieſum Chriſtum.

1. Pet. 1.

Quare Petrus Apoſtolorum Princeps, ſacram Lectionem commendans, rectè dixit: *Et habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris.*

Altera vtilitas.

Deinde confert ad accendenda pectora, igneque Diuini amoris inflammanda. Nam continet Scriptura diuinum erga nos amorem omnia vincentem, atque corda noſtra, quæ amore trahuntur, ſuccendentem: vnde ignitum dicitur eloquium Dei,

Pſal. 118.
Hierem. 23.

& Hieremias; *Numquid non verba mea*, inquit, *ſunt quaſi ignis, dicit Dominus; & quaſi malleus conterens petram?* Vt quid illud audiunt, ſe illo accendi intelligant, ſecundùm id quod redeuntes diſcipuli illi duo

Luc vlt.

ex Emaunte dicebant; *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?*

Ignis natura, & ingeniũ quod ſit.

Eſt autem ignis natura, & ingenium, vt omnia in ſe conuertat, & transformet, & quam ſimillima reddat: ita diuinus verbi Dei ignis, ſi per nos non ſteterit, facilè nos ad ſe trahet, & ſimiles Deo reddet.

Tertia vtilitas.
Heb. 12.

Docet etiam, flagella quæ nobis infligit, & quæ nos tantopere horremus, nonniſi ex paterno erga nos prodire amore. Quis enim eſt filius, quem non corripit pater? Et Salomon ait,

Prou. 27.

Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis: & Angelus Tobiæ: *Quia*, inquit, *acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te.*

Tob. 12.
Quarta vtilitas.

Prætereà Dei verbum, affectus, motusque carnis noſtræ aut reprimit, aut ſedat, vt diuinæ charitatis igne ſuccẽdi poſſimus, increpando eos verbis, & exemplis.

Simile.

Nam vt ligna viridia, humoreque plena minùs ſunt apta ad ignem conſtruendum: ita homines prauis cupiditatibus nondum domitis, atq; compreſsis, haud facilè capaces exiſtunt diuinorum munerum. Hinc Apoſtolis Dominus aiebat; *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum vobis.*

Ioan. 15.
Quinta vtilitas.

Item corroborat diuina lectio mentem, animumque, viresque contra peccata, & ad bonum operum ſtudium ſuppeditat: tum docendo Dei peculiarem gratiam vniuerſis, quod ad ſe attinet, obuiam, & expoſitã;

Poſtremus fructus ſeu vtilitas.

tùm fortium virorum exemplis, tùm verbis ad ſancta ſtudia excitando; conſolationemque in ærumnis, ac moleſtijs præſentaneam offerendo. Denique, vt Apoſtolus

2. Tim 3.

ait; *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia; vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Vides quàm latè pateant fructus lectionis Scripturæ? Tradit enim omnem veritatem: arcet ab omni vitio: ſtimulat ad omne opus bonum, atque prouocat ad omnem virtutem. Meritò vt dixerit Auguſtinus:

Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſti. c. vlt.

Quicquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur; ſi vtile eſt, ibi inuenitur. Et cùm ibi quiſq; inuenerit omnia quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantiùs ibi inueniet ea, quæ nuſquam omninò alibi, ſed in illarum tantummodò Scripturarũ mirabili altitudine, & mirabili humilitate diſcuntur. Ita ille dixit.

Quæ prætereà cõmoda ſolum adferat ſacra, ac diuina Lectio.

Quarto loco ſacra ac diuina Lectio aduocat ad ſe Angelos, etiam à non intelligentibus recitata, quemadmodum & ſancta precatio, teſte Pſalte; *Præuenerunt*, inquit, *Principes coniuncti pſallentibus.*

Pſalm. 67.
Pſalm. 22.

Fugat Cacodæmones, vt Dauid ait; *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me*; ſicut profanus atque inhoneſtus ſermo illos concillat.

Simile.

Nam vt verba incantantis vim atque efficaciam ſuam exhibent, tametſi à proferente minimè intelligantur: ita diuina verba bono, ac ſimplici pronunciata animo, virtutem habent fugandi omnem diabolicam poteſtatem, & fraudem, ſibiq; conciliandi, alliciendique diuinos illos, & cœleſtes Spiritus. Quæ propterea à nobis dicta ſunt; ne quiſquam temere, & impudenter viris, aut feminis religiosè in monaſteriis diuinos Pſalmos, Scripturasque decantantibus obſtrepat, aut negotium faceſſat, quod ſine fructu aliquo illas precinant, cùm non intelligant.

Scripturæ qualis contextus, quã admirabilis.

Poſtremò, ſacra Scriptura ſic eſt ab Spiritu ſancto concinnata, atque contexta, vt omnibus locis, temporibus, perſonis, difficultatibus, periculis, morbis, malis pellendis, bonis accerſendis, erroribus iugulandis, dogmatis ſtatuendis, virtutibus inſerendis, vitiis propulſandis ſit ac-

com-

Baſil. Epiſt. 1. circa mediū tomo 1.

Scriptura diuina cui rei ſimilis, teſte Baſilio.

commodata. Vt meritò conferatur à B. Baſilio tabernæ pharmacopolæ, varia medicamenta ad omnes morbos propulſandos ſuppeditanti. Ita vt ex ea Eccleſia Martyrum tempore, hauſerit conſtantiam ſuam, & fortitudinem: tempore Doctorum ſapientiam, & intelligentiæ lumen: tempore Hæreticorum, errorum deſtructionem: tempore proſperitatis, humilitatem, & tēperantiam; tempore negligentiæ, & teporis, feruorem, ac diligentiam: tempore deformatæ Eccleſiæ, atque ſerpentium abuſuum, morum perditorum reformationē, atque reditum ad priſtinam dignitatem, & ſtatum. Adeò, vt nullum ſit bonum, ad quod non impellat, atque excitet: nullum vitium, à quo non auocet, & abſterreat. Et hic ſit finis huius primi Prolegomeni.

PROLEGOMENON II.

De profunditate Sacrarum literarum, in eos, qui illas apertas, & perſpicuas eſſe profitentur, & de cauſis tantæ earum obſcuritatis; & qui fructus ex ea colligantur.

Aduerſus noſtri ſeculi hæreticos, ſacras Scripturas nihil obſcuritatis habere dogmatizantes.

NOVI, recenteſque magiſtri, qui nullo præeunte duce, in adyta Sacrarum literarum noſtro ſeculo temerè irruperunt, & magnos in eis progreſſus paucis menſibus feciſſe ſibi falſo perſuaſerunt, in pernicioſum errorem, Deo eos meritò deſerente, prolapſi ſunt, vt aſſeruerint ſacras Scripturas claras eſſe, planas & perſpicuas, & cuicunque ad eas accedenti obuias & manifeſtas: & omnes Scholaſticæ Theologiæ ſtudium tanquam inutile, & diuinas literas magis impediens, & obſcurans, quàm illuminans, atque explicans, reprobarunt penitus, atque damnarunt: tantum linguarum, & humaniorum literarum cognitionem in adiumentum, & præſidium veræ earum intelligentiæ aſſumentes. Ex quo factum eſt, vt tantus in Germania & Gallia nouorum magiſtrorum prouentus ex tenebris in lucem emerſerit, vt ſuæ inſipientiæ, & ſtultiæ totum mundum teſtem facere voluiſſe videantur, tantaque hæreſium colluuie purum Dei verbum obruentes, atque contaminantes. Proinde viſum eſt opportunum, de Diuinarum obſcuritate Scripturarum hoc loco diſſerere: tum vt nemo ſibi, & ſuis viribus fidens, neglecto omni humano, vel viuentium, vel iam in Chriſto defunctorum Patrum magiſterio, ad earum profundum pelagus enauigandum cum aperto naufragij periculo committere ſe ſe audeat; tum vt de neceſſarijs priùs & opportunis ad tantum ſtudium præſidijs comparandis ſtudioſus earum Lector ſeſe accingat; tum denique vt cognita Sacrorum librorum maieſtate, profunditate, & obſcuritate, ad eorum autorem Spiritum ſanctum & vitæ puritate, & aſsiduis precibus, & diligenti veterum Doctorum perſcrutatione, & in primis ſincera ad Catholicam Eccleſiam pietate, & ſubiectione, conciliandum, atque promerendum accurramus.

Cur hæc ſuſcepta diſputatio ſit.

Diuinas ſcripturas obſcuras eſſe, ac perdifficiles, multis oſtenditur.

Primus locus.

Quòd igitur Diuinæ Scripturæ reconditæ ſint nobis, & perobſcuræ, ipſemet Sacræ literæ, quibus indubitatam fidem habere debemus, ſatis indicare, & prodere videntur. In primis enim Apocalypſ. 5. vocatur Scriptura, liber ſignatus ſigillis ſeptem, quem nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram legere, aut illum reſpicere, præter vnum Leonem de tribu Iuda, qui Dominus eſt Ieſu Chriſtus, quique ſignacula libri ſoluit: non vnius libri propriè, vt multi putant, Pſalmorum Dauid, ſed omniū Scripturarum, quæ vno ſunt ſcriptæ Spiritu ſancto, vt docet Hieronymus. De hoc eodem libro ſignato ſcribens Iſaias, ait: *Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis, & expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob & praſtolabor eum.* Quibus in verbis inſinuare videtur Propheta; Scripturas eſſe ſignatas illis, quibus Deus ſe abſcondit, nec eos intelligentiæ lumine perfundit. Adde his Danielem, cui præcipitur; *Tu autem, Daniel, claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Sunt igitur ſermones Prophetici clauſi, & ſignati, vt magna propterea indigeant Lectoris diligentia: quemadmodum Dominus loquens de abominatione deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtante in loco ſancto, admonuerit: *Qui legit, intelligat*: Et à plurali numero, de quo dixerat, *Cùm videritis abominationem*, orationem ſuam ad ſingularem tranſtulit; vt oſtenderet plures eſſe qui legant, & pauciores qui intelligant. Et in vniuerſum Dominus non ad ſimplicem, ſed ad exquiſitam, ac diligentem operam in propheticis libris ponendam Iudæos inuitauit, vt rectè Chryſoſtomus ponderat: *Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illa ſunt quæ teſtimonium perhibent de me*: quaſi dicat, Puteus altus eſt, & aqua intelligentiæ longè haurienda; terra altiùs fodienda, & ſub

Hieronym. in Iſai. ca. 29. tom. 5.

Iſa. 8.

Scripturæ quibus ſignatæ.

Dan. 12.

Matth. 24.

Dan. 9. & infrà 12.

Chryſoſt. homil. 76. in Matth. 10. 2. Ioan 5.

Suprà 4.

eius

Pſal. 118.

B. Hieron. in in proœm. Cõment. in Ezechiel. tom. 5.

Cur olim apud Iudæos nemini ante trigeſimum annũ lectionem principij Geneſis, & libri Cantici Canticorum fas eſſet attingere.

eius imis viſceribus theſaurus latitans detegendus. Proinde, *Beati*, inquit, *qui ſcrutantur teſtimonia eius; in toto corde exquirunt eum.* Veterum Iudæorum traditio fuit, teſte Hieronymo, vt nemo ante ætatem Sacerdotalis miniſterij, id eſt, ante trigiota annos, lectionem principij Geneſis, & libri Caotici Canticorum attingeret, vel prima, & poſtrema Ezechielis Prophetæ Capitula legere poſſet. Quod certè noo ob aliud ab illis cautũ fuit, niſi quod tùm omnes, tùm illos præcipuè libros innumeris difficultatibus & perobſcuris myſterijs refertos cernerent; vt maxima quæque tantùm, & exercitata ingenia requirant. Oſeas quoq; in coronide ſuæ Prophetiæ, vt eius indicaret obſcuritatem, *Quis*, inquit, *ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hac?* Quod non pro impoſſibili ſed pro difficili eſſe accipiendum docet Hieronymus iuxta illud Euangelij: *Quis putas, eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam? &c.*

Hieronym. in proœm. lib. 1 Comment. in Oſeam, tom. 6. initio.
Matth. 24.
Secundus locus.

Deinde eadem veritas io nouo Teſtamento agnoſcitur. Nam etſi Noui Teſtamenti volumina ad illa veteris collata breuiora ſint, & apertiora, magisque legenti peruia; tamen & hæc quoq; ſuas, & illas quidem ingentes, ac vix ab homine quantumcunque docto ſuperabiles difficultates habent. Hinc Dominum ſæpè loquentem Iudæi, atque interdum diſcipuli non intelligebant. Ecce illud; *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, Iudæi in calumniam rapueruot, & de illo quaſi de blaſphemia, & ingenti inſolentia teſtimonium reddiderunt, & diſcipuli non niſi poſt reſurrectionem intellexerunt. Nicodemus renaſcentiæ Sacramentum à Domino multis verbis explicatum non capiebat, ſicut nec Samaritana aquam, quam illi Chriſtus pollicebatur, nec diſcipuli alium cibum eius, quem habebat manducare, nec Capharnaitæ carnem eius quam edendam, & ſanguinem eius, quem potandum promittebat. Parabolas quas proponebat, Apoſtoli non tenebant, & dicere cogebantur, *Domine ediſſere nobis hanc parabolam:* quemadmodum verba de cruce, & morte eius omni tropo, & ſchemate carentia non apprehendebant: *Et erat*, inquit, *verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.* Et cùm dixiſſet; *Cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum, & à fermento Herodis*, quale eſſet illud fermentum, conquirebant; & ad ſenſibile fermentum referebant. Prætereà Apoſtoli iam proximi Domini morti, illud, *Modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me*, quid ſignificaret, vehementer dubitabant. Poſt reſurrectionem verò illa verba. *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere*, quid vellent ſibi, in dubium reuocarunt: *Vnde exijt ſermo inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur.* Quemadmodum reſtitutionem regni Iſrael ignoranter interrogarunt. Denique illud, quo nihil clarius, vel apertius: *Quid eſt quod me quærebatis? neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* obſcurum auditoribus fuit: quia ſubiungit Euangeliſta; *At ipſi* (vel Iudæi aſtantes, vel Chriſti parentes) *non intellexerunt verbum quod locutus eſt ad eos.* Vides ergo quam eſſent Chriſti verba intellectu difficilia auditoribus, niſi eos intelligẽtiæ ſpiritu perfunderet?

Ioan. 2.
Matth. 26.
Ibidem.
Infrà 3.
Infrà 4.
Ibidem.
Infrà 6.
Matth. 13.
Luc. 18.
Matth. 16.
Marc. 8.
Ioan. 16.
Infrà 21.
Act. 1.
Ioan. 2.

Tertiò, idem ex Paulo euincitur: Non enim minoribus ænigmatibus, aut myſteriis minus abditis refertas eſſe Paulinas Epiſtolas, & aliorum Apoſtolorum Catholicas, & ipſa docet experientia, & ſudores Patrum in earum nobis diſſolueodis teſtantur, & varietas prodit expoſitionum, & lites ferè interminabiles ſuper legitimo earum ſenſu, Hæreticorum cum Catholicis declarant. Denique B. Petrus de Pauli Apoſtoli Epiſtolis ſcriptum reliquit: *Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.* Expende quantum ſit Petri Apoſtolorum Principis de difficilibus Pauli Epiſtolis teſtimonium. Quid ſtolidi poterunt ad hæc Hæretici reſpondere? Quin & ipſemet Apoſtolus non ignorans quàm eſſent obſcura, & ſublimia Euangelica myſteria, meritò dixit: *Si etiam opertum eſt Euangelium noſtrum; in ijs qui pereunt, eſt opertum, &c.* & alio loco; *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia; & ipſe à nemine iudicatur.* Ad hæc, Dominus agnoſcens noo ſolùm oos omnes natura eſſe duros, & tardos ad credendum, immò etiam ipſos Apoſtolos in die Reſurrectionis, qua ſeipſum à morte excitauit, aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas; & diſcipulis duobus Emauntem proficiſcentibus, in omoibus Scripturis interpretabatur quæ de ipſo erant; vt intelligamus alium verum, & ſolidum literarum Sacrarum interpretem non eſſe, niſi ipſum, qui earum fuit autor & conditor, ni-

Tertius locus.
2. Pet. vlt.
Apoſtolorũ Princeps Petrus de Pauli Epiſtol. quid ſenſerit.
2. Cor. 4.
1. Cor. 2.
Luc. 24.
Ibidem.
Verus, ac ſolidus literarum Sacrarũ

mirum

interpres tantum quis.
2. Pet. 1.
Actor. 8.

mirum Meſsiam, & Spiritũ ſanctum eius, per quem locuti ſunt Prophetæ: quem qui non babet, gratis laborat, & in Sacris libris explicandis fruſtra cruciatur. Quare Candaces Eunuchus legens Iſaiam in curru, nec intelligens, & inſcitiam propriam confitens, meruit habere Philippum Diaconum virum plenum Spiritu ſancto, quo interpretante, & mortis & reſurrectionis Chriſti, & aliorum myſteriorum notitiam; & renaſcentiæ Sacramentum aſſecutus eſt. Quod ſi clara ſunt omnia, vt ſectarij dicunt, cur Timotheus Sacras literas didicit ab infantia? Cur Paulus ad pedes Gamalielis legem didicit? Cur Apollo Alexandrinum eloquentem virum, & in Scripturis potentiſsimum, Priſcilla & Aquila aſſumpſerunt, & diligentiùs ei exp[illegible]erunt viam Domini?

1. Tim. 3.
Actor. 22.
Supra 18.

Prætera teſtatur Apoſtolus membrorũ Chriſti dona eſſe diſtincta, & alios eſſe, qui gratiam ſanitatum babent, alios qui virtutum operationem, alios qui Prophetiam, hoc eſt, interpretationis verbi Dei chariſma, vt exponit Ambroſius & alios, qui habent donum linguarum. Et ſubdit: *Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes virtutes? nũquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* Vbi aduerte, quod inter ſeptem dona eo loco enumerata, ſecundũ eſt Prophetia, ſextum eſt donum linguarum: nam, vt paulò poſt ait in eadem Epiſtola, *maior eſt qui prophetat quàm qui loquitur linguis*; niſi fortè interpretetur vt Eccleſia ædificationem accipiat. Et in fine Capitis ſuarum iudicium Epiſtolarum non omnibus, ſed quibuſdam concedit: *Si quis*, inquit, *videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.* Nã vt Dominus panem communem turbis in deſerto, quæ ferè ad quinque millia hominum aſcendebant, nonniſi per Apoſtolos diſtribuit, & ſpiritualem Euchariſtiæ panem nonniſi per Sacerdotes fidelibus diſpenſat: Ita ſanè verbi Dei panem nonniſi per ora, & linguas Doctorum, & concionatorũ, qui verbo & ſcripto fideles erudiunt, fractum, & pręmanſum, tradere conſueuit. Vt ea de cauſa dictum ſit: *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

1. Cor. 12. & ſeq.
Ambr. in c. 12. 1. ad Corinth. tom. 5. ubſicam.
Infra 14.
Ioan. 6.
Thren. 4.

In eos, qui omnibus fidelibus volũt communes eſſe Scripturas.

Proinde audiendi non ſunt, qui omnibus fidelibus volunt communes eſſe Scripturas, atque eis de illis permittunt iudicium: quod perinde eſſet, atq; cæcis permittere iudiciũ de coloribus. Quod vehementer reprehendens Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum, ait: *Agricolæ, cæmentarij, fabri, metallorum, lignorumve cæſores, lanarij quoque, & fullones, & cæteri qui variam ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſque Doctore non poſſunt eſſe quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittunt medici:*

B. Hieron. ad Paulinũ, 10.
3. epiſt. 103. circa med.

tractant fabrilia fabri.

Sola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi omnes paſſim vindicant.

Scribimus indocti, doctiq; poemata paßim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant; & reliqua, quæ Sanctus ille eleganter perſequitur. Certè Magnus Baſilius cùm multa cum Valente Imperatore de diuinis dogmatibus diſceptaret, quidam qui ſuper Imperiales epulas conſtitutus erat, Demoſthenes nomine, vltro ſe illorum diſputationi ingeſsit. Ad quem Baſilius, *Tuum eſt*, inquit, *de pulmentarijs cogitare, non diuina dogmata decoquere*: vt tradit hiſtoria Tripartita. Accedit Auguſtinus lib. De morib. Eccleſiæ, docens, ſacræ Scripturæ expoſitionem petendam eſſe ab his, qui eius Doctores ſe eſſe profitentur: fierique poſſe, immò ſemper accidere, vt multa videantur indoctis abſurda, quæ cùm à Doctoribus exponuntur, eo laudanda videantur elatiùs, quo abiectiùs aſpernanda videbantur. Et vt aliquid ab externis adducamus, certè Plato optimam & ſalutarem legem producit, quam etiam noſter Euſebius libro de præparatione Euangelica citat: *Vna certe*, inquit, *lex eſt optima, quæ iubet ne quis iuuenum quærere audeat, rectene, an contra ſe leges habeant, ſed vno omnium ore, vnaq; voce rectè tanquam à dijs poſitas concedi præcipit, nec vllo modo alter pati quẽ quam à quoquam dici.*

Hiſtor. Tripart. lib. 7. cap. 12.
Auguſt. lib. 1. De morib. Eccl. c. 1. to. 1.
Sacræ ſcripturæ intelligentia à quibus petenda tantummodo:
Plato lib. 1. De legib. paulo ante med.
Euſeb. lib. 12. De præpara. Euang. c. 1. tom. 1.
Platoni lex optima quæ.

Sextò, corroborat eandem Scripturarũ difficultatem, quod nullus ex Patribus ſuo nixus eſt ingenio, vt eas perciperet, ſed ſinguli magiſtros adhibuerunt. Nam Apoſtoli à Chriſto aperiente ſenſum illorum, intelligentiam Scripturarum acceperunt: ab Apoſtolis viri illi Apoſtolici, qui cõfeſtim eos ſunt ſubſecuti, vt Ignatius, Dionyſius Areopagita, Clemens Romanus, & alter Alexandrinus: à Clemente Alexandrino, vt magiſtro accepit Origenes: ab Origene catholica dogmata tradẽte didicerũt multi Patres, quos inter vnus fuit Gregorius Thaumaturgus. Irenæus, diſcipulus fuit Papiæ, vt ille Ioannis Euangeliſtæ: & Cyprianus de Tertulliani libris dicere ſolitus erat ad notarium quendã ſuum, vt ex Paulo Concordienſi ſibi diuus Hieronymus relatum fuiſſe teſtatur: *Da magiſtrum.* Lectione veterum Patrum inſtructi Baſilius, & Gregorius Nazianzenus, Scripturas

Vndenam viri ſancti ſacrarum Scripturarũ hauſerint intelligentiam.
Luc. vlt.
De Tertulliani libris quid ſenſerit Cyprian.
Hieron. in catal. de vir. illuſtr. tom. 1.

Hiſtor. Tripart. Hierony. lib. De ſcriptor. Eccle. circa finem. Idē epiſt. 65. ſub init. tom. 2. à med.

Quales ferè Auguſtini ſectatores extiterint.

ſacras tractarunt, vt tradit hiſtoria Tripartita. Hieronymus in Sacris libris interpretandis habuit magiſtros Nazianzenũ, Apollinarium, & Didymum: Chryſoſtomus Euſebium Emiſſenum ſectatus eſt: Auguſtinus magiſtrum habuit Ambroſium, ſicut Martinus Pictauienſem Hilarium. Auguſtini doctrinã innumeri Patres imitati ſunt, vt Proſper, Hilarius, Arelatẽſis, Primaſius, Petrus Chryſologus, & vniuerſi ferè Scholaſtici Doctores, qui ab eius fontibus irrigati, certam nobis Theologiam, ſed conciſam, & contra omnes hæreſes munitam, atque inſtructam tradiderunt.

Septimus locus.

Aliquot veterum Patrum ſuper vera atq; legitima Scripturarũ intelligentia inter ſeſe diſſidentium paria numerantur.

Septimò, confirmatur hæc obſcuritas non ſolùm ex perpetuis contentionibus, & rixis Hæreticorum cum Eccleſia Catholica ſuper verò ſenſu Bibliorum eruendo, q arguit illas apertas, & claras non eſſe, ſed (quod maius eſt) ex diſceptationibus de ipſarum intellectu accipiendo habitis inter Catholicos. Multa enim diſputauit Cyprianus cum Cornelio Papa, Origenes cum Africano, Chryſoſtomus cum Theophilo Alexandrino, Epiphanius cum Ioanne Hieroſolymitano, Ruffinus cum Hieronymo, Hieronymus cum Auguſtino, Auguſtinus cũ Simpliciano, Proſpero, & Hilario; Gregorius cum Eutychio Conſtantinopolitano Epiſcopo: & horum quiſque ſuas fouebat partes: & quæ de verbo Dei controuertebant, & rationibus, & veterum Patrum autoritate, & Scripturis cõfirmabant. Quomodo ergo homines eiuſdem religionis, ſanctitate, ingenio, atque doctrina præſtãtes, tanta verborum acrimonia, & rationũ momentis decertaſſent, ſi adeò claræ, atque perſpicuæ eſſent Scripturæ, vt iſti volunt. Adde, ſæpè illos pacificas Epiſtolas ſibi inuicem miſiſſe, quo de difficillioribus Sacrarum literarum locis conſultarent, & illorũ abditam, & latentẽ intelligentiam aſſequerentur. Lege, obſecro, epiſtolas Hieronymi, & innumeros viros deprehendes, atque inter eos Auguſtinum ad ipſum pro abſolutione multarum difficilium quæſtionũ, quæ ad religionem ſpectant, accurriſſe: vt prætermittam lectiſsimas fœminas, Paulã, Euſtochium, Marcellam, Principiam, Melaniam, Hedibiam, Algaſiam, & alias multas, quæ ſtudio Scripturarum tenebantur. Lege itẽ doctiſsimas Auguſtini Epiſtolas, quibus vir ille acerrimus dubiorum multitudine obruebatur, vt ea pro ſua ſapientia reſolueret. Idem faciunt Baſilius, Gregorius, Nazianzenus, Cyprianus, Ambroſius, Leo, & Gregor. Magnus vterque, & Pontifex; qui de obſcuris fidei quæſtionibus frequenter ediſſerunt.

Tom. 1. 2. 3. & 4.

Idem tom. 2. circa finem.

Poſtremò ſunt in Sacris literis permulta, quæ prima facie vix poſſe intelligi videntur, & legentes ſua difficultate perterrefaciunt. Quis enim priora illa Geneſis Capita, quibus vniuerſi conditio, & hominis ex limo terræ creatio, & mulieris ex coſta viri formatio, & vtriuſque in peccatum dolo Satanæ prolapſo deſcribitur, plenè aliquando aſſecutus eſt? Certè Auguſtinus varios libros ex profeſſo in illa capita conſcripſit, & multa in eorum explanationem commentatus eſt: non dubitat tamen aſſerere ſe ad illorum cognitionem perfectam nondũ perueniſſe. Quis in Pſalmorum Dauidis explicatione non aliquando cæcutiat? Quis in libro Iob, & rerum, & verborum difficiles nodos non agnoſcat? Et vt Hieronymus inquit, ſingula in eo verba plena ſunt ſenſibus. Iſaias, & Hieremias innumeris ſcatẽt ænigmatis, & inuolucris. Singularem illam & primam Ezechielis viſionem quis vnquã penetrare potuit? Certè Hieronymus in ſuis in illum eruditiſsimis Commentarijs abſtruſas eius libri difficultates aptiſsima Cretenſis labyrinthi Virgilij verſibus deſcriptæ ſimilitudine expreſsit: & multiplices illius primæ viſionis intelligẽtias F. Xiſtus in Bibliotheca produxit. Quis in Daniele polyhiſtore, qui paucis Capitibus plures comprehendit viſiones, dẽſas tenebras non agnouit, & caliginem? vſque adeò, vt illud de 70. hebdomadibus vaticinium illi qui ſeotiant nondum hactenus à quoquam fuiſſe intellectum: quod certè mihi veriſimile non ſit, vt inferius proprio oſtendemus Prolegomeno. Porrò in Euãgelio quis non agnoſcat altas & grauiſsimas Chriſti ſententias? de quarum legitimo ſenſu, an hic vel ille ſit, fas eſt diſceptare. In Pauli, & aliorum Apoſtolorum Epiſtolis rarus eſt, qui in earum lectione non hallucinetur; Apocalypſis denique, vt verbis vtar Hieronymi, *Tot habet Sacramenta, quot verba.* Addit ibidem: *Parum dixi pro merito voluminis. Laus omnis inferior eſt: in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.* Quis igitur niſi deſipiat, apertas Scripturas audeat aſſerere, quę tot Patrum teſtimonio agnitę ſunt obſcuræ, & intellectui humano inacceſſæ? Audeo profectò aſſerere, nullum extare librũ humana diligentia, & induſtria elaboratũ, etiamſi ipſe Heraclitus producatur, cuius librum iudicauit Socrates Delio natatore indigere propter difficultatem: etiamſi ipſe proferatur Ariſtoteles, qui propter affectatam obſcuritatem, omnium ingeniorum carnifex eſt iudicatus; qui cũ Sacris literis, in his quæ ad profunditatem faciunt, meritò conferri poſsit.

Sacra Ioãnis Apocalypſis, teſte Hieronymo, tot habet Sacramẽta quot verba.

Heracliti librum Delio natatore indigere ob obſcuritatem Socrates aſſeruit.

Omnium ingeniorum carnifex Ariſtoteles cur habitus.

Quænam ſint cauſæ tantæ Scripturarum difficultatis, & obſcuritatis.
Prima.
Gen. 1.

Cauſſæ præterea nunc tantæ Scripturarum difficultatis percenſendæ ſunt, quo firmiùs ea quæ diximus, corroboremus. Prima igitur eſt, myſteriorum, quę omnem ſuperant intellectum, magnitudo, & multitudo: cuiuſmodi ſunt, Trinitatis ſanctiſsimæ, Prædeſtinationis & reprobationis reconditiſsimæ, Creationis mundi ex nihilo, incorporationis filij Dei, mortis & reſurrectionis, Euchariſtiæ, & Sacramentorum. immortalitatis animorũ, & noſtræ ex mortuis reſurrectionis: quæ in illis cõtinentur. Quod ſi horum ſingula animum ſuſpenſum, & attonitum tenent; quid tot & tanta arcana efficient? quæ nos, cũ puſilli, & carnales ſimus, paruæ capacitatis, ac tempori ſubiecti, vix capere poſſumus, niſi edocti ſimus illa fide apprehendere, vt aliquando in præmium ea intelligere valeamus, iuxta illud: *Niſi credideritis, non intelligetis.*

Iſa. 7. iuxta 70.
Secunda.

Altera cauſa eſt, ſenſuum, quos litera accipere poteſt, & à Patribus aſſignantur, multiplicitas: quod eſt verbis ſignificantibus nos alloqui. Adde etiam myſticorum, & ſpiritualium ſenſuum varietates: quod eſt nutibus, & ſignis obſcuriùs loqui, perinde atque muti faciunt, & hiſtriones, qui geſtibus, & varijs corporis motibus eandem ſententiã potiùs indicant, quàm exprimũt: quemadmodum de Roſcio in ſcena prouerbij inſtar dictum eſt. Porrò tale genus explicandi animi ſui ſenſa, nonniſi pauci, & nonniſi longo tempore in ea re exercitati capere valent.

Quando verbis, & quãdo nutibus tantũ nos Deus alloqui videatur.

Tertia.

Tertia eſt, futurorũ prædictiones, quæ Prophetis familiares ſunt, quæq; opera Spiritus ſancti confuſæ ſunt admodum, atque perplexæ: ita vt cùm difficile ſit futura conjectare, etiamſi apertè tradãtur, multò difficiliùs ſit ſi arte quadã celatæ, & metaphoris abſconditæ ſcribantur: quemadmodum Dominus feciſſe videtur. Expediebat enim ita tradi futura, vt improbi ab earum intelligentia arcerentur; & Prophetæ illa vaticinantes improborum Regum manus euaderent; & vt pij, & fideles viri pro earum ſenſu aſſequendo ſuo tempore Deum deprecantes exaudirentur.

Matth. 13. & ſeqq. & alibi.

Quarta.
Quænam in Diuinis libris aliquo modo ſibi inuicem aduerſari videantur.

Quarta ratio ſumitur ab apparentibus in ſpeciem contradictionibus, quibus ſibi inuicem Scriptura repugnare videtur: vt verb. gr. ait, Deum creaſſe cęlum, & terram in ſex diebus: & poſtea ſubdit: *In die qua creauit Deus cœlum & terram.* Et quod magis vrget: *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.* Ad hæc, primo die dixit: *Fiat lux, & facta eſt lux;* & tamen quarta die dicitur conditus ſol: & nunquid ergo lux, & ſol non ſunt idem? Matthæus ait: *Nolite adferre peram, neque virgam;* & tamen Marcus ait, *Niſi virgam tantum.* Inſuper Dominus crucifixus eſt hora, ſecundùm Marcum, tertia; at iuxta Ioannem, hora ſexta. Maria ſolitaria venit ad monumentum, iuxta Ioannem; at ſecundum Matthæum, venit cum altera Maria; ſecundum Marcum, cum duadus alijs, Lucas verò plures quàm tres recenſet. Similia bis multa deprehendes in Sacris codicibus, quæ ſibi cõtradicere prima facie videntur; cùm tamẽ Diuinæ literæ ſibi ipſis mirificè conſentiant. Qua autem ratione, aut via diſſentientes loci conciliandi ſint, non eſt cuiuis promptum præſtare, ſed magnis & eruditiſsimis viris, qui in Eccleſia Dei floruerunt. Hinc Euſebius Cæſarienſ. de Euangeliorum Diaphonia tres libros, qui deſiderantur, concinnauit; Auguſtinus quatuor libros, quos de conſenſu Euangeliſtarum inſcripſit, præter librum De Euangelicis quæſtionibus: & alij viri doctiſsimi integra volumina περὶ τῶν ἀντικειμένων in tota Bibliorum volumina conſcripſerunt. Certè in libris Regum quædam grauiſsimæ, ac difficillimæ de temporum computatione incidunt dubitationes, & contradictiones, vt quidam viri docti in eis conciliandis aſſerere non vereantur corruptum eſſe textum Hebraicum: quod mihi durum nimis videtur.

Gen. 1. & ſeq.
Infrà 5.
Eccleſ. 18.
Gen. 1.
Ibidem.
Matth. 10.
Marc. 6.
Infrà 15.
Ioan. 19.
Infra 10.
Matth. vlt.
Marc. vlt.
Luc. vlt.
Scripturæ inter ſe diſſidentes locos cõciliare, quorum tantum munus ſit.
Euſeb. Cæſar.
Auguſt. to. 4. circa dimid.
De Regum voluminibus quorundam qualis opinio.

Quinta cauſſa.

Quinta adducitur cauſſa à varietate linguarum, quibus ſacri Codices primò conſcripti ſunt: primùm enim Hebraicè ſcripti: deinde ex Hebræo fonte in Græcum & Chaldæum transfuſi, demum ex Græco fonte, & Hebraico in Latinum conuerſi ſunt ſermonem. At illæ linguæ peculiares habent idiotiſmos, propria prouerbia, parabolas, & ænigmata, propter quorũ ignorationem multi in Scripturis explicandis hallucinati ſunt. Certè Hieronymus noſter in Iob phraſes, & voces Arabicas agnouit, & in Paulo Apoſtolo ſuos annotat Cilicisſmos, quos patrię eius, id eſt, Tharſo Ciliciæ adſcribit. Et dum ex vna in aliam linguam ſæpe Scriptura transfunditur, fit vt ab eius fontibus magis recedatur: & quod in natiua lingua peruium erat, & facilè, obſcurius reddatur.

Quæ ratio fuerit, cur multi in Scripturis explicandis hallucinati ſint.

Ratio ſexta.

Sexta cauſſa tantæ obſcuritatis ſumitur à figuratis locutionibus, quibus Sacri libri ſcatent. Habent enim tropos, ſchemata, eclipſes, hyperbolas, anantapodota, anocolutha, perpetuas quaſdam verborum metaphoras, allegorias, & parabolas, quibus interdum multæ veritates inuoluuntur, & negotium ſtudioſis faceſſunt; ita vt etiam acutus & diligens Lector interdum in den-

ſas

ſas tenebras incidat; & Inuolucra, à quibus vix valeat ſeipſum explicare, niſi doctiorũ ſtudio, & opera adiuuetur.

Septima cauſſa.

Septima cauſſa, amplitudo eſt rerum, & ſcientiarum, & artium, quas libri Sacri cõprehendunt. Ancillantur enim illis quaſi dominæ, & Reginæ omnes linguæ, omnes liberales diſciplinæ, omnes ſcientiæ, atque artes, quorum notitiam in earum ſtudioſo ponit, vt qui illis deſtitut⁹ ad ipſam Theologiæ arcem aſcendere velit, parum proficiat. Cæteræ namque diſciplinæ certis terminis continentur; Sacra autem hæc, omnia ambit, omnia cõplectitur, omniumque vſum ſuo iure ſibi aſſumit, vt proinde tanquam omnium perfectiſsima, vltimo loco veniat addiſcenda.

Cur ſacra Theologia poſtremò omnium ſit addiſcenda,

Octaua ratio.

Octauò, ſuam peculiarem habet difficultatem Scriptura ex eo quod vt indeterminata, ad diuerſos ſenſ⁹ rapi poteſt. Quod oritur, tùm ex diuerſa diſpungendi Textus ratione, ponendo punctum in hoc, vel alio loco; tùm ex modo ſcribendi, aut pronuntiandi, vt ambiguum ſit, an affirmatiuè, an ironicè, an interrogatiuè ſit legendum; tũ ex æquiuocatione verborum, ac vocabulorum, quæ frequenter in Hebræa lingua inueniuntur; quæ cùm omnium ſit prima, ac proinde breuiſsima, paucis vocibus plurimos ſignificatus complectitur: ita vt hac de cauſa veteris legis Scriptura fœcundiſsima ſit, ac diuerſa eius interpretum verſio. Facilè etiam lingua illa corrumpi potuit: tum ob vetuſtatem, & antiquitatem; tùm quia habet quædam valdè vicina elementa, vt Gimel & Zaim, Daleth & Res, Vau & Iod, Beth & Caph, He & Heth, Mem & Samech, vt frequenter vnum pro altero ponatur librariorum inſcitia. Adde puncta, quæ locum vocalium apud Iudæos habent, ſæpè à Iudæis commutari, & pro arbitrio pũcta ſæpè affigi. Denique ille populus, nata Chriſti Eccleſia, ad rerum optimarum ignorationem facilè venturus erat, & ad Sacrorum librorum deprauationem, vt Origenes, & Hieronymus oſtendunt, & præcipuè Iuſtinus Martyr priuata diſputatione contra Rabbinum Tryphonem, locos quoſdam ex Prophetis opponit, iuxta lectionem LXXII. Interpretum, quos Iudæi aut mutilauerant, aut eraſerant: ita vt illorum libris parum ſit fidendum: nam & mutatione literarum & punctorum, & traditionibus ſuis, falſiſque gloſsis nobis imponere nituntur. Denique ex parte ipſius Grammaticæ ambigua redditur Scriptura: dum diuerſus ſenſus eruitur, ſi in diuerſis caſibus idem nomen collocetur: vt v. g. illud Prophetæ: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*, in quo primum nomen Deus, vocandi caſus eſt apud Aquilam interpretem, qui, vt Hieronymus teſtatur ad Principiã virginem, Græcè vertit, Θεέ. Alioqui nulla Chriſto dignitas illo teſtimonio tribueretur, vt intendit Apoſtolus ad Heb. 1. & ita clariorem, & illuſtriorem efficit ſenſum: in Græca etiam lingua ex dialecto Attica nominatiuus pro vocãdi caſu ponitur, idq; inſinuatur Ioan. 20. cùm Thomas dixit: *Dominus meus, & Deus meus*, pro eo quod eſt, Domine mi, & Deus mi.

Scriptura fœtus cur tam fœcunda.

Orig. epiſt ad Iulium Africanum.
Hieron. præfatione in Pentateuc. tom. 2.
Iuſtin. martyr tom. 2.
Rabbinorũ libris cur parum fidendum ſit.
Pſalm. 44.
Hieron. epiſt. 140. circa med. tom. 3. ante dimid.

Nona ratio.

Nonò loco redditur obſcura Scriptura, ob nonnullas vniuerſales propoſitiones, quæ tamen non vniuerſim ſunt accipiendæ. Cuiuſmodi ſunt: *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam: Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: Omnis homo mẽdax: Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſa iuſtitia noſtra: Omnes peccauerunt & egent gloria Dei: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant*: Quæ quidem, & aliæ innumeræ his perſimiles, non ſunt, vt prima facie ſonant, accipiendæ, ſed ſuas peculiares habent intelligentias.

Gen. 6.
Pſal. 13. & Rom. 3.
Pſalm. 115.
Rom. 3.
Iſa. 64.
Rom. 3.
1. Cor. 10.

Decima ratio.

Decimò, accedunt plures loci, qui ambiguum reddunt ſenſum: tum propter diſtinctas in vna diuinitatis natura perſonas, & propter vnam deitatem trium perſonarum; tùm propter diuerſas in Chriſto naturas, Diuinam ſcilicet, & Humanam in vna Verbi perſona, & hypoſtaſi; tũ propter duplicem Eccleſiæ ſtatum, militiæ ſcilicet, & triumphi; tùm denique propter duplicẽ Chriſti aduentum, alterum in humilitate ad redimendum, alterum in maieſtate ad iudicandum.

Vndecima cauſſa.

Vndecimò, oritur obſcuritas ex repentina perſonarum loquentium mutatione, & perſonarum, ad quas fit ſermo: quod frequens eſt in Prophetis, & Pſalmis: neq; omnia omnibus præcipiuntur, ſed certis & peculiaribus perſonis: quod cùm non conſideratur, in falſos ſenſus incauti interdum incidimus.

Duodecima ratio ac poſtrema.

Poſtremò, in ſacris literis, & præſertim Propheticis, fit trãſitus de litera ad ſpiritũ, de carnalibus ad ſpiritualia, de temporalibus ad æterna, de Regibus Iſrael ad Meſsiam Regem: & è conuerſo ab ſpiritu ad literam. Nec tantùm in diuerſis, ſed in vno eodemque loco: vt indicat Caput ſeptimum Iſaiæ, vbi ab hiſtoria duorum Regum fit tranſitus ad Virginem concepturam & parituram Emanuelem. Et cap. 14. ſub metaphora regis Tyri cõuertitur Propheta ad Satanam caput omnium iniquorum: *Quomodo*, inquit, *cecidiſti de cœlo, Lucifer, qui mane*

oriebaris,&c. & Pſal. 71. cùm ſermo eſſet inſtitutus de Salomone, repentè transſert ſermonem ad Meſsiam: & quædam dicuntur, quæ nullo modo Salomoni competere poſſunt.

Cùm ergo tot, ac tantæ obſcuritatis Scripturarum exiſtant cauſſæ, & Patres id ſeriò teſtentur, & res ipſa plus ſatis clamitet, quis ſani capitis apertas eſſe Scripturas aſſerere audeat? Si plana ſunt Prophetica, & Euangelica, atque Apoſtolica volumina, cur vnum & idem verbum, neque illud quidem obſcurum, vt eſt illud: *Hoc eſt corpus meum*, aliter Lutherus, aliter Zuinglius, & aliter Caluinus interpretantur? (*Matth. 26.*) Cur ſexdecim, atque illas quidem diuerſas opiniones de fidei iuſtificatione confingunt? Cur, ſi claræ ſunt ſacræ Scripturæ, tot commentarios in eas proferunt, tot ſcholia edūt, tot paraphraſes condunt, tot de idiotiſmis, & Scripturæ phraſibus volumina excudunt? Cur mutuò vnus alterum acerbè reprehendit, atque inſectatur ob minus apprehenſum ſenſum? Audi denique ſententiam Auguſt. Epiſt. ad Voluſianum. (*Auguſt. epiſt. 3 ſub initium.* Scripturarū profunditas quanta.) *Tanta eſt*, inquit, *Chriſtianarū profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerē, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere. Non quo ad ea quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis perueniatur difficultate; ſed cùm quiſque ibi fidem tenuerit, ſine qua piè, rectèq; non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtant, tantaque non ſolùm in verbis quibus iſta dicta ſunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimiſq; cupiditate diſcendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet.* (*Eccl. 18.*) Hæc ille doctiſsimus Pater. Et in eo teſtimonio, quod ex libro Eccleſiaſtici profert, perpende, ibi ſermonem eſſe de Dei magnalibus, cùm dicitur, *Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet; & cùm quieuerit, operabitur.* Puto interpretem vertiſſe, *Cùm quieuerit, aporiabitur*, cuius verbi ſignificatus cùm fortaſſe non eſſet omnibus notus, & apertus, commutatus eſt in operabitur, cùm verbum Græcum ſit ἀπορηθήσεται, hoc eſt nouis aporijs, & dubitationibus replebitur. (Quid ſit apotiari.) Atque illius verbi ſignificationem non ignorauit Pauli interpres, cùm ait ad Corinth. Aporiamur: ſed non deſtituimur: vbi Græcè habent, Ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. (*2. Corinth. 4.* Quàm verè dictum ſit à Sapiente: Cū conſummauerit homo.) Idem tamen ſenſus ex noſtra lectione elicitur. Cùm enim intellectus, apprehēſa Dei perfectione, & magnitudine putauerit ſe omnia quæ Dei ſunt, apprehendiſſe, & ad quietem aliquam perueniſſe, tunc iterum laborandum eſt, & danda illi opera, perinde ac ſi nihil nouiſſet: quod quidem ipſa experientia plus ſatis docet. (tunc incipiet, & reliq.) Quo enim quis maiores in Scripturis fecerit progreſſus, ac doctior euaſerit, eo maioribus quæſtionum difficultatibus, & denſioribus dubitationum anguſtijs implicabitur, vt quietem intellectus inuenire non valeat: quod oritur ex incomprehenſa Dei maieſtate, & ex ſenſuum Scripturæ infinitate. Sunt igitur difficiles Scripturæ, & magnas habent cauſſas ac multas difficultatis.

At verò iam inueſtigandæ Diuini conſilij rationes, nec, vt arbitror, curioſè, aut inutiliter: cur videlicet diuinis libris tantam inſeruerit obſcuritatem. (Quare Scripturis ſanctis obſcuritatem tantam indiderit Diuina ſapientia.) Nec enim putandum eſt, Diuinam illam ſapientiam inuidiſſe nobis, quæ de Salomone teſtatur. *Quam* (ſcilicet ſapientiam) *ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo*: (*Sap. 7.*) nec ſine multis fructibus, & cauſsis nobis profuturis id eſſecisse. In primis, vt agnoſcamus, ſapientiſsimum eſſe Deum, & noſtram ſcientiam longè vincere, qui per Scripturas nobis loquitur. (Ratio prima.) Cùm enim ipſe infinitus ſit, incomprehenſæ perfectionis, & ſapientiæ, (*Iob. 36.*) voluit, verba ſua, quæ in ſacris libris continentur, quandam diuinitatis, & infinitatis rationem habere, ne putemus noſtro intellectu poſſe nos illam comprehendere immenſam ſapientiam. Certè Irenæus quædam de Scripturis eſſe teſtatur, quæ intelligenda in gloria ſeruantur, & hæc ſunt verba: (*B. Irenæ. lib. 2. aduerſus hæreſes. c. 47 circa med.*) *Si ergo & in rebus creaturæ quædam quidem eorum adiacent Deo, quædam autem in noſtram venerunt ſcientiam; quid mali eſt, ſi & eorum, quæ in Scripturis requiruntur, vniuerſis Scripturis ſpiritualibus exiſtentibus, quædam quidem abſoluamus ſecundùm gratiam Dei, quædam autem commendemus Deo, & non ſolùm in hoc ſeculo, ſed in futuro; vt ſemper quidem Deus doceat, homo autem ſemper diſcat quæ ſunt à Deo?* Sic ille. Quod dictum ita ego intelligo; vt quæ de illa cœleſti, & ſempiterna felicitate in Scripturis narrantur, vix poſſumus agnoſcere quæ, & quanta exiſtant, donec eo perueniamus, & experientia addiſcamus. (Quædam de Scripturis ſolùm in patria cognoſcēda, quo Irenæus ſenſu dixerit.) Quemadmodum quod dicitur ab Apoſtolo; *Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus, per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei, ſecundùm præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro*: (*Epheſ. 3.*) indicat Angelos quædam ab Eccleſia didiciſſe: ſunt enim de multis Chriſti myſteriis inſtru- (Angeli per Eccleſiam edocti ſunt nulla Chri-)

ctil

ſti myſteria, & vnde id conſtet.

ɛti Angeli per Eccleſiam, quæ non niſi dum fierent, & complerentur, illi apprehendere valuerunt, quod à Deo non eſſent prius ſibi reuelata. In eundem ſenſum accipio verba illa Origenis in Leuiticum: *Verumtamen ſciendum eſt, quod ex hoſtijs quæ offeruntur, licet conceduntur ſacerdotibus ad edendum, non tamen omnia conceduntur, ſed pars ex ipſis aliqua Deo offertur, & altaris ignibus traditur: vt ſciamus etiam nos, quod etſi conceditur nobis aliqua ex diuinis Scripturis apprehendere, & agnoſcere, ſunt tamen aliqua quæ Deo reſeruanda ſunt: quæ cùm intelligentiam noſtram ſuperant, ſenſusquè eorum ſupra nos ſit, ne fortè aliter à nobis, quàm ſe habet veritas, proferantur, melius igni iſta ſeruemus.* Hæc ille.

Orig. hom. 5. in Leuit. aliquanto à princip. tom. 1. circ. princip.

Oblationum vna pars Deo reſeruanda, altera ſacerdotibus, quid ſecundum Origenem.

Secunda ratio.

Deinde hac ratione deprimere voluit ſuperbiam, & nimiam de viribus intellectus fiduciam: vt humilitate erga Deum, & ſubmiſſione nos illi commendaremus, qui pro ſua ſapientia & iuſtitia abſcondit hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelat paruulis. Quia apud Marcum dixit: *Quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.* Paruulos aptiores eſſe ad fidem, exponit Baſilius, quia ſimplices ſunt, & minus viribus ſuis tribuunt: neque his quæ credenda traduntur, repugnant, aut contradicunt. Humilitatem etiam nos adferre voluit ad magiſtros, & doctores, qui veros Scripturarum ſenſus enucleant, & interpretantur. Humiliatur enim qui diſcit: ſicut exaltatur qui docet. Hinc Hieronymus ad Paulinum, *Hæc*, inquit, *à me breuiter perſtricta ſunt; vt intelligeres te in Scripturis ſanctis ſine prænio, & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.*

Matth. 11.

Marc. 10.

B. Baſil. in Regu. Breuio. interrogat. 117. tom. 2.

Paruuli ad fidem cur ſint aptiores teſte Baſilio.

B. Hieronym. epiſt. 103. ante med. tom. 3. initio.

Tertia ratio.

Tertiò, extorquet à nobis hæc obſcuritas, vt deprecemur Dominum, & pulſemus ad Diuinæ Sapientiæ ianuam, vt ſignatum ſigillis ſeptem librum aperiat, & adaperiat nobis mentem vt Scripturas intelligamus, & cum Dauide dicamus; *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.* Et, *Reuela oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua.* Adde Theophylactum in Matthæi cap. 13. *Videntes diſcipuli magnam in his quæ à Chriſto dicebantur obſcuritatem, vt communes multitudinis procuratores accedunt interrogantes. At ille dicit. Vobis datum eſt ſcire myſteria, hoc eſt quia habetis alacritatem, & ſtudium, datum eſt vobis; illis autem non adhibentibus ſtudium, non eſt datum. Ille enim accipit, qui quærit. Quærite enim, inquit, & dabitur vobis. Vide item quomodo hoc loco parabolam dixit Ieſus, & diſcipuli ſoli quæ interrogauerant, acceperunt: vnde bene diximus, adhibenti ſtudium datum eſſe ſcientia abundantior. in ſieri: quia adhibet ſtudium, & mentem dignam: ab eo autem qui non adhibet ſtudium, & mentem dignam, etiam quod videtur habere, tolli: hoc eſt, etiamſi paruam quandam boni ſcintillam habeat, & eam non excitet, & accendant per ſpiritum, & ſpiritualia opera, extingui.* Hactenus ille.

Apoc. 5.

Luc. vlt.

Pſal. 118.

Ibidem.

Theophyl. operæ initio. Matth. 13.

Cur datum Apoſtolis noſſe myſteria regni Dei, cæteris verò non itẽ.

Supra 7.

Infra 25. & Luc.

Bona certè pars expoſitionum, quas nobis ſancti Patres tradiderunt, non niſi precibus & orandi ſtudio ab illis impetrata fuit; vt in nobis impleri poſſit illud: *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Precatione ergo aſſidua ſanctum promereri poſſumus Spiritum, qui vnus & auctor eſt, & interpres diuinæ ſcripturæ, hoc eſt (vt ſic loquar) & textus, & gloſſa verbi Dei. Audi B. Bernardum de hac re egregiè docentem in Epiſtola ad fratres de Monte Dei, de vita ſolitaria: *Quo Spiritu Scripturæ factæ ſunt, eo Spiritu legi deſiderant: ipſo etiam intelligenda ſunt. Nunquam ingredieris in ſenſum Pauli, donec vſu bonæ intentionis in lectione eius, & ſtudio aſſiduæ meditationis, Spiritum eius imbiberis. Nunquam intelliges Dauid, donec ipſa experientia ipſius Pſalmorum affectus indueris.* Sicque de reliquis.

Ioan. 4.

Quis textus & gloſſa verbi Dei verè dici poſſit, ac debeat.

D. Bernard.

Quo Spiritu Scripturæ legi deſiderent, & intelligi, teſte Bernardo.

Quarta ratio.

Quartò, id diuinitus procuratum eſſe videtur, vt ex tali obſcuritate multiplex orietur ſcientia: ſiquidem in claris & apertis non eſt perinde locus ad varios ſenſus eruendos, atque in obſcuris. Hinc Auguſtinus lib. de Ciuit. Dei, *Diuini*, inquit, *ſermonis obſcuritas ad hoc vtilis eſt, quod plures ſententias veritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius eum ſic, alius ſic intelligit.* Et interpretans illud Pſalmi: *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, Quantum*, inquit, *donat Dominus vt intelligam. Poteſt enim alius melius, quia ſic ſe habet obſcuritas Scripturarum, difficilè eſt vt vnum pariant intellectum. Quicunque tamen intellectus exierit, opus eſt vt regula fidei congruat: nec maioribus inuidemus, nec de paruulis deſperamus.* Et in Epiſtola ad Paulinum prope finem. *Vtile eſt vt de obſcuritatibus diuinarum Scripturarum, quas exercitationis noſtræ cauſa Deus eſſe voluit, multæ inueniantur ſententiæ, cum aliud alij videtur, quæ tamen omnes ſanæ fidei, doctrinæq́; concordent.* Et Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis: *Margaritum eſt ſermo Dei, & omni ex parte forari poteſt.* Gregorius in cap. 3. Ezechielis: *Plerumq́; in ſacro eloquio ideò aliquid obſcurè dicitur, vt diſpenſante mirabiliter Deo multipliciter exponatur.* Hæc Patres. Deniq; Danieli dicitur: *Tu autem, Daniel, claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Natura ſiquidem comparatũ eſt, vt magna ingenia nõ

Auguſt. lib. 11. de Ciuit. c. 19. initio. tom. 5.

Idem in Pſalmum 74. pracul. à med. tom. 8.

Omnes Scripturæ ſententiæ ſanæ fidei, doctrinæque debent concordare.

Idem epiſt. 59. tom. 2.

Hieron. epiſt. 18 paulò à princip. to. 1. paulò remotiùs à princip.

B. Gregor. homil. 10. in Ezech. paulò à medio. tom. 2.

Dan. 12.

Excellentium ingeniorum

proprium quid.

nis difficillimis nodis explicādis multum operæ, & laboris poſuerint;ac proinde ex eis plures ſenſus ſubtiliter eruerint.

Ratio quinta.

Quintò, ad noſtram naturam Deus ſpectaſſe videtur, cum obſcuras reddidit Scripturas; ea nimirum ratione, vt illis diligentiùs inſudaremus, & noſtro marte elaborata, propriaque induſtria inuenta, & excogitata, & auidiùs deguſtarentur, & dulciùs ſaperent. Perindeatque piſcis proprio labore captus guſtum magis afficit, quàm pecunia emptus: & filius à matre lactatus magis charus eſſe ſolet, quàm à nutrice alitus: & facultas proprio labore parta magis afficit, quàm à parente relicta, quæ faciliùs contēnitur, ac breuiùs diſſipatur.

Similitudines.

Sexta ratio.

Sextò, in cauſa eſt difficultas, vt vitam puram, & ſanctam, & quæ inſtar ſit optimi commentarij ad intelligenda Diuina volumina, adferre nitamur: quia non niſi ſancta ſanctis conueniunt, & ſimile ſimili gaudet. Vt enim lux Solis impuro oculo non eſt grata, & vinum dulce ſuapte natura febricitanti amarum videtur: ita manna verbi Dei infecto animæ palato non ſapit. *Beati ergo mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*, non ſolùm in futuro facie ad faciem, ſed etiam in ſacris literis per fidem & ſpeculum Dominum contemplātes. Has cauſas obſcuritatis Scripturarum expendens Baſilius in prologo in Iſaiam, ait: *Primùm quidem, vt hæc occupata* (ſcilicet mens noſtra) *à deterioribus auocetur: deinde quod quæ labore parta ſunt, neſcio quo pacto magis amantur, quæq; longo tempore contingunt, conſtantiùs permanent. Porrò quæ facilè parantur, ijs non perinde auidè fruimur: negligitur enim rerum obuiarum copia, neque vlla cuſtodia dignas ducit qui poſſidet.* Et infra: *Denique accedit huc, quod vita quoq; puritas requiritur, vt ad moralis virtutis exercitationem pertineat, quòd in Scripturis obuolutum eſt, dijudicare. Requiritur autem præter puritatem aſſidua in Scripturis exercitatio, vt maieſtas atq; arcanum diuinorum verborum perpetua meditatione animo inprimatur.* Hæc magnus Baſilius.

Prouerbium. Simile.

Matth. 5.
1. Cor. 13.

B. Baſil.

Septima ratio.
Deus vti diſpenſet dona ſua.

Septimò, ita ſeruatur modus, quem Deus in ſuis donis diſpenſandis obſeruare cōſueuit. Nam vt ſuperior Angelus inferiores illuminat: ita inter homines, quoſdam voluit ſcientia, & doctrina reliquos antecellere, qui Diuina dogmata alios docerent, & Scripturas interpretarentur, atque ita exercitium charitatis eſſet in docendo: eſſet etiam vt in diſcentibus humilitatis Chriſtianæ vſus, atque ſtudium ab aliis addiſcendi. Quo fit, vt ſanctus quidam pater eremi cultor, cùm diu de cuiuſdē loci Scripturarum intelligentia hæſitaſſet, nec poſt multos annos ad eius quod quærebat ſolutionem peruenire valuiſſet; vbi in mentem venit, vt alium ſe doctiorem interrogaret, & omninò ad eum, quamuis lōgè poſitum, venire deliberaſſet, & ad interrogandum ſeſe accingeret, confeſtim intellectum eius rei, de qua dubitabat, ſit aſſecutus. Vnde agnouit, homiles nonniſi à Deo peculiariter inſtrui. Sicut igitur Deus quibuſdam abundanter donauit opes, & bona mundi huius, quo in pauperes, & minus habentes, & miſericordes eſſent, & liberalitatem exercerent, & ita ſibi meritum apud Deum cōpararent: ad eum modum ſpiritualia diuinæ doctrinæ chariſmata quibuſdam vberius ſunt communicata, vt ea magno ſuo cū emolumento, & fructu in reliquos effunderent. Manifeſtatio namque Spiritus, Apoſtolo teſte, vnicuique datur ad vtilitatē, nimirum aliorum, qui indigent: & illi qui talenta accepta ad menſam dederunt, vt vſuram ſpiritualem exigerent, & illa multiplicarent, laudātur à Domino: *Euge*, inquit, *ſerue bone, & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.*

Quidam vir ſactus quod multo labore, & induſtria aſſequi non valuit, humilitate, eſt à Deo cōſecutus

Humiles peculiari quodam modo à Deo illuminantur, ac docentur.

1. Cor. 12.

Matth. 25.

Octaua ratio.

Octauo, obſcura ſcribendi ratione celauit Deus myſteria ſua indignis: quemadmodum ſe in parabolis loqui ad Iudęos Dominus teſtabatur, vt videntes non viderēt, & audientes non intelligerent. Et reddens rationem, ſubdit: *Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt*: hoc eſt vacantes carnalibus bonis, illaque diligentes, & amplectentes, craſſam reddiderunt mentem, & minus capacem ad arcana Dei percipienda.

Matth. 13.
Iſa. 6.
Incraſſatum quomodo fuerit cor populi Iudæorum, ne Chriſti doctrinam audirēt & intelligerent.

Nona ratio, atque poſtrema.
Qualis animi noſtri propenſio ſit.

Deniq; id eſt naturæ noſtræ ingenium, vt nobis clara, & facilia citò vileſcant, & deſpicatui habeantur, vel ob id ſolùm, quod communia ſint omnibus, & expoſita. Inuolutas propterea, ac reconditas reddidit Deus Scripturas, quò ab earum vilipendio abſtineremus. Quia verò, ſi omnia tenebris eſſent obſita, & nodis inſolubilibus referta, deſperaremus nos poſſe aliquid ex eis aſſequi, atque earum lectionem, & ſtudiū horreremus; conſilium propterea Dei fuit, vt ita intemperarentur Scripturæ, quo & claritate in quibuſdam nos illuminarēt, & difficultate in alijs locis nos exercerent: vt & aperta loca ſeruirent ad imperuia illuminanda, & penetranda; & obſcura ingenium acuerent noſtrum, & exercerent, ſtudiumque noſtrum, ac diligentiam accenderent.

Cur nobis obſcurè perſpicuas, & perſpicuè obſcuras reddiderit Deus Scripturas.

His igitur ſic explicatis, proferēdæ ſunt rationes, quibus Hæretici comprobare cōtendunt

Hæreticorū quibus contendunt om-

tendunt

nibus perſpicuas eſſe Scripturas, argumenta proponuntur, ac diluuntur.

Primum argumentum Lutheri.

Pſal. 118.

B. Hieronym. tom. 8.

tendunt, apertas, & omnibus peruias eſſe Scripturas. Ac primum quidem Lutherus illud ex Propheta producit: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat; & intellectum dat paruulis*: vbi in Hebræo iuxta Hieronymũ habetur: *Oſtium, ſiue porta ſermonum tuorum illuminat*: vt ſit ſenſus, diuinam Scripturã eſſe in oſtio, ſiue in lumine, & introitu, vt vel paruulorum mentem illuminet. Reſpondemus, veriſsimum eſſe, quod ſit oſtium illuminans: ſed ſequitur, *& intellectum dat paruulis*: quo ſignificat, verbũ Dei eorum, qui ad ſe accedunt cum humilitate, & ſubmiſſione, eſſe velut oſtiũ illuminans: ſecus eſt de ſuperbis, & illis, qui ſe ad introitum nolunt inclinare: alioqui capite impingentes retrocedunt.

Sermo Dei quorũ ſit tantum oſtium illuminãs, teſte Propheta.

Secundũ argumentum.

Pſalm. 118.

2. Petr. 1.

Epheſ. 5.

Deinde illud producitur: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. & Petrus de Prophetico ſermone, *Cui*, inquit, *benefacitis attendentes, quaſi lucernæ ardenti in caliginoſo loco, &c.* At lucerna claritatẽ præſtat, *Omne enim*, ait Apoſtolus, *quod manifeſtatur, lumen eſt*. Reſpondemus, verum eſſe, verbum Dei eſſe lucernam; ſed non ſine candelabro, in quo locatur, & eo, qui candelabrũ portat. Et lux lucernæ omne dubium, & caliginem nõ tollit. Vnde ſubdit Petrus: *Cui benefacitis attendentes*. Indiget enim ſtudio, & diligenti perſcrutatione, quemadmodùm Dominus dixit; *Scrutamini Scripturas*: & Lucas laudat Theſſalonicẽſes, ꝙ diligentẽ operam Scripturis impenderent, quotidie ſcrutantes ſi hæc ita ſe haberent, quemadmodùm illis videlicet prędicatũ fuerat. Ad hæc, etſi lucerna magnũ lumen præſtet; imbecilles tamẽ, & infirmi ſunt oculi noſtri, vt tantũ lumẽn intueantur, niſi viua voce, & cõmentarijs Doctorum earum ſplendor refrangatur.

Matth. 5.

Verbi Dei lucerna quid poſtulet.

Ioan. 5.

Act. 17.

Theſſalonicenſium laudabile ſtudium.

Quale nobis verbi Dei lumen reddant verba Doctorum, & ſcripta.

Tertium argumentum.

Tertiò, Deus nouit ſcripturas clarè tradere, & hoc potuit efficere, & erat cõuenientius, ne ex locis obſcuris errores, & hęreſes orirẽtur, aut in Eccleſia ſua fierẽt ſchiſmata: fecit igitur, hoc ipſum quod melius erat. Reſpondeo, Dominum ſatis clarè locutum fuiſſe, & apertè ſcripſiſſe quæ neceſſaria erant ad ſalutem: quòd ſi quędã obſcura admiſcere voluit, ob aſsignatos fructus, & cauſſas factum eſt. Et ſatis dici poteſt, claras nobis traditas eſſe Scripturas, dando eorum interpretem, nempe Spiritũ ſanctum, & Eccleſiam, quæ ſponſa Chriſti eſt, & corpus eius, & quæ ſecum habet magiſtrum ſuum Chriſtum, qui dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi*; & Apoſtolus tradit, *Spiritũ Sanctum dediſſe in Eccleſia ſua paſtores, & doctores, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.*

Epheſ. 5.

Coloſ. 1.

Matth. vlt.

Epheſ. 4. & 1. Cor. 12.

Quartum argum.

Quartò, Fidei myſteria debebant omnibus patere, quoniam ad omnium ſalutem ſpectant; non ergo inuolucris, aut difficilibus verborum ambagibus, ſed planis, ac ſimplicibus verbis erant perſcribenda. Reſpondeo, myſteria Fidei ad omnium ſalutem ſpectare: ſed eorum traditio per adminiſtros ſuos, hoc eſt, per doctores, paſtores, ac miniſtros verbi Dei diſpenſanda. Nam vt Sacramenta ad omnium ſalutem, ac ſanctiſicationem ſunt inſtituta, eorum tamen miniſtratio, vt Baptizare, Euchariſtiam conficere, ſacrificare, ac populis diſpenſare, nõ eſt niſi Epiſcoporum, vel preſbyterorũ, qui tanta autoritate funguntur: ita de verbo Dei eſt intelligendum. Nam etſi verbum Dei omnibus commune ſit, non id tamen niſi per miniſtros ſalubriter diſpenſabitur. Et vt inter Sacramenta quędam ſunt, quæ omnibus cõueniunt, vt Baptiſmus, & Euchariſtia, & Pœnitentia, alia verò, quæ quibuſdam tantùm congruunt; vt ſacer Ordo, & Matrimonium: ita in ſacris literis quædam ad omnes ſpectant, vt quæ ad præcepta, & Symbolum fidei faciunt, quædam verò ſunt, quæ ad perfectionem, & conſilia ſpectant, & quæ omnibus non ſunt neceſſaria. Pleraq; ĕtiã alta myſteria in Propheticis, & Apoſtolicis codicibus inueniuntur, quæ non niſi expoſita, & declarata per Doctores, & Concionatores vtiliter accipere poſſumus.

Sacramentã ad quid inſtituta.

Verbi Dei cũ Eccleſię Sacramentis qualis conuenientia.

Quintum argum.

Quintò; Inuidiæ eſt, aiunt, dicere Scripturas eſſe difficiles: quod idcircò fingitur, ne populares ad earum ſtudium accedant, & eorum vſurpent miniſterium, qui ſolis ſibi cõpetere volunt. Reſpondeo, Simile argumentum primis parentibus olim Satanam propoſuiſſe. *Cur*, inquit, *præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradiſi?* Certè Doctores neminem à lectione, & ſtudio Scripturarum arcent, ſed tantùm earum difficultates oſtendunt, ne imparati, & inepti ad eas accedãt. Admonent prætereà, periculum eſſe manifeſtum, ne dum nimium ſibi tribount, & alios ſpernunt, à Deo deſerantur, & eis verba vitæ, ſuo vitio, fiant ęterni interitus fomentum. Facilè enim ſimplices, & rudes, ſacras literas tractantes, in pernicioſos & noxios errores inciderunt: quemadmodũ VValdenſibus, qui dicti ſunt Pauperes de Lugduno, contigiſſe fertur. Nam aſsidua lectione ſine Catholico magiſtro Scripturas verſantes, innumeros imbiberunt errores, quos ad noſtra vſque ſecula mordicùs retinuerunt.

Geneſ. 3.

Quid VValdenſes, pauperes à Lugduno nũcupati Scripturas ſine doctore tractantes, ſint aſſecuti.

Sextum arg. *Ioan. 6. Iſai. 54. 1. Ioan. 2. 1. Tom. 2.*

Sexto, producunt verbum Dei, quod ex Iſaia protulit Dominus apud Ioannem: *Erunt omnes docibiles Dei, & Ioannes, Vnctio eius docet vos de omnibus,* & Apoſtolus; *Dabit tibi Dominum in omnibus intellectum.* Dicendum eſt ad hos & ſimiles locos, duo eſſe in dono fidei conſideranda, iuxta præclaram B. Thomæ doctrinam, alterum interius, quo homo credere perſuadetur propter internum Dei lumen, & vnctionem, de quo: *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Alterum eſt, exterius proponere ea, quæ fide ſunt tenenda, & qua ratione ſint intelligenda, explicare: quod Dominus nonniſi per ſuos adminiſtros communiter facit. Cum ergo ait, vnctionem docere de omnibus, intellige Dominum pręſtare, quod ad interiora attinet, lumen ſpiritus, & oleum gratiæ ſuæ, quo mentem inungit, vt ei quadrent fidei myſteria: quod verò attinet ad externa, ipſe miniſtris ſuis tribuit quod proponit: largitur etiã, vt quod proponũt, declarare valeant, quo ita ipſe ſit omnium auctor, qui ſiue per ſe proximè, ſiue per alios remotè omnia docet.

In fidei dono duo conſideranda, & quænam illa.

Ioan. 6.

Vnctionem Sancti Spiritus nos docere de omnibus, quo ſenſu dictum ſit.

Septimum argumentũ Eccleſia quid ſit.

Septimò: Scriptura maioris eſt autoritatis, quàm Eccleſia, quæ hominum fidelium eſt collectio. Cùm ergo authoritate, & dignitate Scriptura Eccleſiæ pręcellat, non debet hominum iudicio, & interpretationi ſubdi. Reſpondeo, Scripturam diuinam ſummæ authoritatis pondus habere, nec decere eius maieſtatẽ vt omnibus ſubijciatur: ſed addimus, in Eccleſia Dei eſſe Spiritum ſanctum Scripturæ autorem. Non mirum ergo, ſi Eccleſiæ Dei, quæ ſpiritum habet, ſubijciatur: nam primò ſuo autori, & conditori ſubijcitur, qui per Apoſtolos, & Prophetas eſt locutus. Sicut agitur per Prophetas, & Apoſtolos Scripturam diſpenſauit; ita & per eoſdem earum intelligentiam ſuggerit, dixit enim Dominus: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum:* & ; *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*

2. Petr. 1. Ioan. 14. Infrà 16.

Octauũ arg.

Octauò: Si Spiritus ſanctus eſt interpres Scripturæ, & iſte non eſt alligatus vlli perſonæ, loco, aut tempori; non eſt ergo ad Paſtorem Eccleſiæ, aut vllum doctorem pro earum intellectu excurrendum. Reſpondeo, non eſſe iſtam bonam illationem: nõ enim omnibus Spiritus datus eſt vt poſſint interpretari Scripturas. Sicut enim Spiritus ſanctus Propheticos, & Apoſtolicos libros, pro omnibus fidelibus cõdidit, non quidem per omnes homines, ſed per certos & ſelectos viros magna ſanctitate præfulgentes, vt Moſen, Dauidem, Iſaiam, Matthæum, Ioannem, Paulum, & ſimiles; ita Scripturarum interpretationem pro omnibus quidem fidem Chriſti profitentibus dedit, non tamen per omnes, ſed per quoſdam ſumma authoritate, & ſapientia in Eccleſia Dei præditos, vt per Doctores, per Concilia œcumenica, per ſummum Romanum Pontificem vniuerſalem Chriſti ouium paſtorem, & rectorem, cuius eſt eſt ſupremum iudicium & tribunal in his quæ ad fidem pertinent, impertiri dignatur: ac proinde qui ad eius tribunal accurrunt, nonniſi ad Chriſtum confugiunt, & ad illud quod Hieronymus, Baſilius, Athanaſius, atque alij omnes omnium ſeculorum Patres confugere conſueuerunt. Et de his hactenus.

PROLEGOMENON III.

In quo explicatur, quænam canonica Scriptura, & quæ Bibliorum editio pro germana & authentica habenda ſit.

QVoniam ædificium in altum erigi nõ poteſt, niſi ſolida priùs fundamenta iaciantur: & omnis Scripturæ ſacræ interpretatio, ſiue ad literam, ſiue ad ſpiritum referatur, Scripturam ipſam exiſtere ponit; meritò hoc loco, vbi de diuino Bibliorum libro exponendo nobis eſt agendum, diſtinctè prius tractare expedit quænam ſit Canonica Scriptura: atque illa inuenta, quę nam ſit ſacrorum librorum editio, quam omnes amplectiq; & conſectari debeamus tanquam firmam, & authenticam, communique totius Eccleſię conſenſu receptam. Nam etſi omnes conſentiant, Scripturam vt ſacroſanctam, & grauiſsima authoritate præditam habendam, illam eſſe Dei verbum, illam ab Spiritu ſancto profectam, vt excitandæ fidei noſtræ, & vitæ noſtræ rectè inſtituendæ regulam: nõ tamen apud omnes conſtat quot ſacros libros contineat Canon Scripturarum, cùm de multis illorum, & olim, & nunc dubitatum ſit à plerisque. Præterea certum non eſt, an hæc Vulgata, & Latina D Hieronymi editio, qua communiter Eccleſia vti conſueuit, & à Patribus in conuerſis fidei dogmatibus citatur, & in cultu Diuino, & ſacris concionibus adhibetur, ſit vera, & germana Scriptura, an verò Græca illa per 72. viros interpretata, an Hebręa, quæ fons eſt, & origo omnium aliarum, an verò tot aliæ nouæ tranſlationes, quæ noſtro ſeculo ortæ ſunt?

Quænam ſit Scriptura canonica.

Ad primum igitur de numero Canonicorum librorum, non video magnoperè eſſe nobis in eo ſtatuendo laborandum. Nam cùm Catholica Dei Eccleſia, & per Doctores ſuos, qui eius ſunt oculi & lumina, & per Concilia œcumenica, nempe Florentinum, & Tridentinum, omnes de libris canonicis controuerſias grauiſsima ſua autoritate ſopierit, & certum, & præſcriptum librorum numerum ſanciuerit, ſuperfluum profectò eſt cum his contentioſius agere, qui authoritatem Eccleſiæ, aut ſanctorum Patrum fidem, aut Generalium Conciliorũ decreta aſpernari audent. Pleriq; etiam magni viri noſtro ſeculo feliciter cum Hæreticis congreſsi ſunt, & numerum canonicorum voluminum glorioſe decretando propugnarunt.

Quænam ſit ſacrorum librorum editio, quã omnes recipere, amplectique debeamus.

Quare ne actum agere videar, accedo ad ſecundo loco propoſitum, de verſionibus nimirum Sacræ Scripturæ: quòd videam huiuſmodi meditationem Sacrarum literarum ſtudioſis perutilem, atque fructuoſam futuram: & ad id tractandum mi impenſe impulerunt tot nouæ editiones quæ in lucem noſtris diebus prodierunt, & adhuc prodire non ceſſant. Nam vt hodie tot Chriſti ſunt, quot hæreſes pullularunt, & fides non vna, ſed multæ, & ſponſa Chriſti Eccleſia non vna & ſingularis, ſed plures, quæ pro hac tanta dignitate ſibi vendicanda decertant: ita ſanè non vnica, & ſimplicia tantùm Biblia, ſed plura eſſe cœperunt, dum in dubium reuocata eſt res, quæ inter fideles exploratiſsima, & compertiſsima eſſe debebat. Omnes ſiquidem nouæ ſectæ ſacram affirmant Scripturam pro ſe ſtare, ſuaque dogmata confirmare: dum enim vnus ſic, alius verò ſic, & tertius, & quartus alio atque alio modo Scripturas vertunt, tanta Bibliorum fœcunditate factum eſt, vt nulla ferè amplius Biblia habeamus.

Quàm variæ noſtro ſeculo editiones in lucem prodierint.

Nam præter Latinam illam Hieronymi vulgatam editionem ex Hebræo fonte profectam, multæ aliæ prodierunt noſtro ſeculo, nimirũ Xanctis Pagnini, Sebaſtiani Munſteri, Franciſci Vatabli, & Tigurina alia Leonis Iudæ, & alia caſtigata per Iſidorum Clarium, & denique aliæ à pleriſq; Hæreticis ex Græcis, & Hebræis fontibus conuerſæ.

Quid de iſta editionũ varietate ſentiendum.

Vt interim omittam nouas Noui Teſtamenti verſiones, nimirum vulgatam illam veterem, alteram Eraſmi, tertiam Iacobi Fabri, & aliorum alias, quas cõſultò ſupprimendas eſſe duxi. Cùm igitur hęc verſionum varietas, maximas in ſacras literas inuexerit tenebras, & diligentes lectores potiùs remoretur, & impediat, quã vel illuminet, vel illis adiumentum pręſtet, & in varias potius ſententias diſtrahat, quã fideles vniat, & coniungat, aliquid ſolidi & certi mihi ſtatuendum eſſe putaui, quo genuina, & germana Spiritus ſancti volumina à tantis tenebris vendicemus, quo à nobis omnibus fideliter agnoſcantur, & conſtanter affirmentur, ac prędicentur, denique firmo omnium conſenſu conſtabiliantur. Primùm igitur de Veteri Teſtamento edifleram In præſenti Prolegomeno, de nouo verò in alio nobis diſſerendum erit.

Vetus Teſtamẽtum quo idiomate ſit cõſcriptum.

Vetus quidem Teſtamentũ vt plurimũ Hebraica lingua eſt conſcriptum, præter paucos libros, qui in Chaldæa lingua inueniuntur, vt Tobias, Iudith, & magna ex parte Daniel, atq; Ezras, vt teſtatur Hieronymus; ſicut liber Iob, qui Arabiã incolebat magnam cum Arabica lingua habet affinitatẽ. Pręter libros etiã paucos, qui in lingua Græca ſcripti extant, vt Sapientia Salomonis, & Sapientia Ieſu filij Sirach, qui Eccleſiaſticus nuncupatur, & libri duo Machabæorum.

Hieron. præfat. in Danielem. to. 3. & 5.

Quanquã liber Eccleſiaſtici Hebraico idiomate ab autore primò fuerit cõſcriptꝰ, vt teſtatur eius nepos Ieſus filius Sirach in Prologo, & Hieronymꝰ ſe Hebraicum vidiſſe teſtatur.

Idem præfat. in librũ Eccleſiaſt. tom. 3.

Vetus Teſtamentũ quãdo primum Gręcè redditum ſit, vbi, & per quos.

Totũ igitur Bibliorũ Hebręorũ volumẽ per 300. ferè annos ante Crucem Chriſti per 72. doctiſsimos, atq; vtriuſq; linguę, Hebraicę, & Gręcę peritiſſimos, inſtigante Ptolomæo Philadelpho, Aegypti Rege, & Eleazaro Pontifice eius votis annuente, in Græcã linguã tranſlatum eſt, tanta fidelitate, vt ab omni Iudæorũ Senatu magno cõſenſu cõprobatũ ſit; & relicto fonte Hebrææ lectionis, in Synagogis publicè Græca lingua legi cœptũ ſit.

Onchelos Rabbin.
Ionathas Rabbin.

Deinde ante Chriſti aduentum, vt multi ferunt, Onchelos Pentateuchũ, & Ionathas Vzielis filius reliquos veteris Teſtamenti libros ex Hebræo idiomate in Syriacã, ſiue Chaldaicam linguam, tunc Iudæorũ vernaculam, & maternam, Scripturas ſacras tranſtulerunt: quæ Thargum Onchelos, & Thargũ Ionathan inſcribi ſolent.

Syriaca olim lingua, ſiue Chaldæa, Iudæorum erat vernacula.

Hæ autem apud Hebræos magnæ ſunt autoritatis: & qui illas negaret, inſanus, & nefarius planè haberetur. Vtraque autem hæc interpretatio in multis potiꝰ eſt paraphraſis, & cõmentarius ad occulta Meſsiæ myſteria, & obſcuros locos dilucidius explanãdos, quã de verbo ad verbum conuerſio: vt liquidò poteſt diligens Lector experientia deprehendere, ſi eiuſmodi verſiones frequenter conſultat.

Duorum & ſeptuaginta interpretum verſio qualis

Poſt has duas graues, & magni momẽti interpretationes, quidam Iudaizantes, & ab Eccleſia Chriſti ad Iudaiſmũ deficientes, poſt nõnullos annos ab aduẽtu Chriſti, qui

odium

odium verſioni. 72. Interpretum conflarent, & illam de Synagoga ſua expellerent, ac profligarent (quod nimirum per eam Chriſti myſteria apertè detegebantur, & eorum impietas, & perfidia paſsim iugulabatur) iterum ex Hebręis fontibus in Gręcum ſermonem conuerterunt, Aquila nimirum Ponticus, Symmachus Samaritanus, ac Theodotion, Marcionis hæretici ſectator: non tamē ſimul, ſed paulatim, ſicut & progreſſu vnus poſt aliū extiterunt.

Aquila interpres quis vir ille fuerit.

Igitur ſub Imperatore Hadriano, Aquila quidam Synopita, cùm ad Chriſti fidē conuerſus eſſet, & à maioribus excommunicationis mucrone eſſet percuſſus, eo quòd Aſtrologicis vanitatibus nimium adhæreſceret, neq; ſæpius increpitus ab eiuſmodi ſtudijs deſiſteret, quaſi graui iniuria laceſsitus, Eccleſiam, & Chriſti fidem deſeruit, & ad Iudæos defecit. Iamque natu grandior primas literas Hebræas didicit, atq; labore indefeſſo eò peruenit, vt doctiſsim⁹ vir ea in lingua haberetur: vnde & ſacra Biblia ex Hebræo fonte in Gręcum ſermonem conuertit, quo aliqua ex receptis libris peruerteret, & teſtimonia de Chriſto in Scripturis prolata aliter ederet: vt teſtis eſt Epiphanius libro de ponderibus & menſuris.

Quo animo vir iſte ad Bibliorum nouam editionē faciendam acceſſerit.

Epiphan.

Symmachus qualis homo fuerit.

Poſt hunc principatu Seueri Symmachus quidam Samarita, ambitionis ſtudio ægrotans, cùm apud ſuos fidem non reperiſſet, ad Iudæos acceſsit, & proſelytus fit, & circumciditur ſecunda circumciſione. Hic ergo ad deprauationem, ac peruerſionē interpretationis 72. virorum apud Samaritas tertiam edidit interpretationem.

Theodotion quis ille.

Poſteà ſub commodo Theodotion quidam Ponticus, ſiue Epheſius ſecundū Euthymium in Pſalmos, ex ſectatoribus Marcionis, infenſus & ipſe eius hæreſi, & ad Iudaiſmum declinans, ac circumciſus, & Hebræorum linguam edoctus, propriam & ipſe interpretationem edidit: quæ in pleriſque cum verſione. 72. Interpretū conſentiens erat.

Euthym.

Quinta, & ſexta editio quādo, & vbi repertæ.

Quinta verò, & ſexta editio certos interpretes nō habent; niſi quod quinta ſub perſecutione Seueri inuenta eſt in Hiericho in dolijs occultata: ſexta verò & ipſa in dolijs occultata Nicopoli ſub Alexādro Mammea.

Quid in hiſce omnibus editionibus Origenes elaborauerit induſtria.

Quas omnes editiones Origenes, vir prodigioſæ diligentiæ, in vnum volumen collegit, atque Hexapla, & Octapla appellauit: duas videlicet columnas Hebraicas, primam quidem ex Hebræis elementis, atque verbis Hebręis in vna columna poſuit: in altera verò per Græcas quidem literas, Hebraicas verò dictiones ad intelligentiam eorum, qui non nouerunt Hebraica elementa, collocauit: ſex verò interpretationes, nimirum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & quintam atque ſextam in totidem columnis conſtituit: vt docet prædicto loco Epiphanius.

Epiphan.

Septimę editionis autor quis fuerit, & vbi nā illa inuenta.

His poſtrema acceſsit ſeptima à Luciano Magno, Eremita, & Martyre, qui omnibus his editionibus perſpectis, & cū Hebraica veritate diligentiſsimè collatis, propriā editionem, nihil mancum, & nihil habentem ſuperfluum Chriſtianis tradidit: quę apud Nicomediam manu eius conſcripta reperta eſt in turre quadam apud Iudęos calce illita, poſt ipſius Luciani certamen ſub Magno Conſtantino Imperatore: hæc verò cum. 70. Interpretū editione conſentit: & quæ ab illis peruerſa fuerant, ac vitiata, reprobauit.

Hier. præfatio. 1. in lib. Paralip. tom 3. circa princ.

Cum igitur tot Bibliorum extarent interpretationes, factum eſt, vt pro varietate regionū diuerſa ferrentur exēplaria. Nam vt docet Hieronymus, Alexandria, & Aegyptus in ſeptuaginta ſuis Heſychiū laudat autorem: Conſtantinopolis vſque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat: Mediæ inter has prouinciæ, Palęſtinos codices legūt; quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilius vulgauerūt: totuſq; orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat.

Euſeb. lib. 6 hiſto. Eccle. cap. 13. tom 1.

Origenis notat editionē Hieronymus

Et certè Origenes non ſolum Hexapla cōpoſuit quatuor editionū, è regione ſingula verba deſcribens, vt vnus diſſentiens, ſtatim cæteris inter ſe conſentientibus arguatur; ſed quod maioris audaciæ eſt, in editione. 70. Theodotionis editionem miſcuit aſteriſcis videlicet deſignans, quę minus fuerant, virgulis, quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita. Hactenus verba Hieronymi ferè protulimus, vt ex illis liquidum reddatur, quę nam cauſa extiterit, cur Hieronymus nouam ex Hebræis fontibus interpretationem proferret.

Quanam ratione ductus D. Hieronymus propriā ex Hebræo editionem protulerit.

Nam cum pleręq; ex illis editiones, maligno animo factæ eſſent, & pondus authoritatis in Eccleſia non obtinerent: quidam tamen ex noſtris, vt Origenes, Euſebius Cæſarienſis, & D. Hieronymus, & alij nonnulli, putauerunt labores illorum omninò nō contemnendos? & Ideò in conſultationem ad veram Scripturæ intelligentiam accipiendam plerunque adhibuerunt.

Hieronymus poſtremò cùm eſſet linguarum cognitione inſtructiſsimus, & videret magnam perturbationem tot nouis editionibus in Eccleſiā Dei inuehi, & denſiſsimas veritati tenebras offundi; &. 72. Interpretum editionem à Iudæis in multis vitiatam eſſe ac deprauatam; vt Iudaizantibus interpretibus occurreret, poſtulante Damaſo Papa, nouā ex Hebræo in Latinū ſermonem editionē eſt meditatus. Quam

etſi

Aug. tom. 2.

etſi Auguſtinus multis ad Hieronymum literis vltro, citroq; ſcriptis ab initio grauiter inſectaretur, nec probaret eius conſilium, idque multis rationibus contenderet;

Noua D. Hieronymi editio quantum Eccleſię profuerit. Primũ commodum.

prępualuit tamẽ Hieronymi ſententia, multaſque Eccleſiæ Dei eius tranſlatio attulit cõmoditates atq; vtilitates. Primùm quidem, quia cum editio. 70. eſſet vitio Iudęorum corrupta, qui cùm commodè poſſent locos vitiare, qui Chriſti reſonabãt myſteria, ſtudioſè deprauarunt, & multa expunxerunt, vt etiam Iuſtinus Martyr Dialogo

Iuſtinus mar. tom. 2.

contra Tryphonẽ & Hieronymus docent, par fuit, vt ſinceram, & verã Scripturam, ſaltem ex Hebræo ſonte minus eo tempore vitiato Hieronymus fideliùs verteret.

Secundum cõmodum. Quoſdam ex Scripturis locos vel à nobis cõfictos, aut certè vitiatos ſoleant obiectare Iudæi.

Secundò, editio illa vtilis ſuit ad vindicandos Apoſtolos, & Euangeliſtas à mendacio per Iudęos imputato. Dicebant enim multa illos ex ſacris codicibus citaſſe, quæ ab Hebraica veritate diſſiderẽt; vt ſunt illa ex Iſaia: *Dedit illis Deus Spiritum compunctionis: oculos vt non videant, & aures vt non audiant vſque in hodiernum diem.* Et illud ex eodem: *Qui crediderit in eum, non confundetur.* Et rurſus id: *Qui exurget regere gentes, in eum Gentes ſperabunt:* ac rurſus: *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* Item illud: *Ex Aegypto vocaui filium meum*; Et, *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Item; *Videbunt in quem transfixerunt.* Et, *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Et illud: *Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit. &c.* Hæc enim, & his ſimilia, vel in Hebræo non haberi, vel aliter haberi obiectabant Iudæi.

Iſa. 6. Rom. 11. Iſa. 29. Rom. 9. 1. Pet. 2. Iſa. 11. cap. iuxta. 70. Rom. 15. Iſa. 40. Luc. 3. Oſea 11. Matth. 2. Iſa. 11. Matth. 2. Zacha. 12. Ioan. 19. Apoc. 1. Ioan. 7. Prouer. 18. Apud Hier. Prologo in Pentateuchũ tom. 3. Iſa. 64. 1. Cor. 2.

Quare Hieronymi editio ad id cõtulit, vt, vnde hęc teſtimonia deſumpta eſſent, indicaret, vt ora Iudæorũ obturarentur. Tertiò, expediebat Eccleſię Dei, vt ſcribit Origenes in Epiſtola ad Iulium Africanum, tranſlationem ex Hebræa lectione ad verbum extare, vt cum verſione. 70. interpretum cõferri, & legi poſſet; & vt firmis Scripturæ teſtimonijs, dum cum Iudæo manus conſerimus, vti poſſemus. Niſi enim in aliquo textu cum ipſis conueniamus, nunquã cum hoſte decertare, aut ipſum reuincere poterimus.

Tertiũ commodum Hieronymi editionis vulgatæ.

Quod egregiè Hieronymus præſtitit, vſq; adeò, vt eius editionem Iudæi & probauerint, & ſupra illam. 70. Interpretum commendauerint. Quamquàm vbi per illam ſe quoque confundi animaduerterunt, illi detrahere cœperunt, multaſque eius partes in calumniam rapere conati ſunt.

Iudæi quàm honorificum de B. Hieronymi editione teſtimonium protulerint.

Quartus fructus.

Quarta vtilitas fuit; vt quoniam. 70. Interpretum tranſlatio potius erat paraphraſis, & commentarius obſcura quæque elucidans, & ænigmata adhibitis ſcholijs explicans, & potius ſenſum Euangelicè, & Apoſtolicè reddens, quàm verba, Diuinæ ſapientiæ fuit, aliã ex Hebræo ferè de verbo ad verbum verſionem tradi, qua oſtenderetur, nihil illos interpretatos eſſe, quod textui Hebraico eſſet contrarium. Vnde ipſe Hieronymus in Apologia aduerſus Ruffinum docet, iniurium eſſe, ſi, cùm tranſlatio. 70. opera Iudæorũ eſſet vitiata, lacerata, & truncata, & in Eccleſia legerentur verſiones Iudaizantium, & qui à fide Chriſti apoſtatarunt, hoc eſt, Aquilæ Symmachi, & Theodotionis, ſua, hoc eſt hominis fidelis, in Eccleſia nõ legeretur.

Hier. tom. 2.

His rationibus cognitis, & probatis B. Auguſtinus tandem Hieronymi verſionem & recipit, & commendauit, ſicut & tota Eccleſia, ad cuius vtilitatem ſpectabat.

Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 41. 10. 5. & lib. 4. de Doctri. Chriſt. cap. 7. tom. 3.

Ecce iam Hebraicæ veritatis habes duas tranſlationes, alteram in Græcum ſermonem antè Chriſti aduentum ferè per. 300. annos à 72. Interpretibus factam, alteram à Chriſti in terram aduentu redditam, vt iam tribus linguis Hebræa, Græca, & Romana Vetus habeamus Teſtamentũ. Quòd ſi hæc tria exẽplaria incorrupta extarent, & immaculata, non eſt in dubium vocandum, quin Hebræa, quæ fons eſt, & origo aliarũ, cæteris eſſet anteponenda: tùm quia antiquior, & prototypus aliarum; tùm quia magis in propria lingua phraſes eius, hoc eſt, Spiritus ſancti loquentis conſeruarentur quàm in aliena; tùm denique quoniam ex eodem loco multi ſenſus literales erui poſſent, propter fœcunditatem Hebræarum vocum, cùm tamen interpres nonniſi vnum ſignificatum exprimere potuerit.

Si integra, incorruptaque Bibliorũ vna editio nobis conſtaret, quænam cæteris præferenda. Hebræa lingua fons eſt, & origo cæterarum.

Multæ etiam alluſiones vocabulorum meliùs in propria lingua diſcernerẽtur, vt Angelus de nomine Ieſu dixit, & Abigail de Nabal ſtulto, & Daniel de ſalſis Suſannę teſtibus ſecandis, & ſcindẽdis.

Matth. 1. Dan. 13.

Quoniam igitur cæterę omnes verſiones aut ab Eccleſia reprobatæ ſunt, aut temporum iniuria interciderunt, & ſola illa Hieronymi, & altera. 70. Interpretũ ad nos peruenit, proptereà de his duabus conſultum erit noſtram proferre ſententiam. Et præſenti quidem Prolegomeno de Latina, & Vulgata editione erit ſermo, in alio verò de illa. 70. Interpretum verſione differemus.

De hac igitur Latina verſione primùm tractandum erit, an vt vera, & authentica ab omnibus ſit recipienda? Secundum, an poſsint Græca, vel Hebræa exemplaria ad eam, vel caſtigandam, vel meliùs intelligendam in conſultationem adhiberi? Tertium eſt, an illa à B. Hieronymo edita ſit? iam de his omnibus dubitare multis noſtra ætate contingit.

De Latina, & vulgata D. Hieronymi verſione diſſeritur.

Quòd igitur authẽtica ſit, ex eo primùm

Quod hæc

proba-

Vulgata editio authentica ſit, & ab omnibus recipienda, probatur.

Prima ratio.

probatur, quòd ab Eccleſia Catholica Latina cõmuni conſenſu recepta ſit, & ferè per tredecim ſecula iam præualuit: nec tantùm recepta eſt, ſed etiam, poſtquam eſt introducta, prior illa 70. Interpretum in Eccleſia Latina præ hac deſerta eſt, ac planè relicta: & ferè omnes, qui intermedio hoc tẽpore commentaria in ſcripturã edidere, illam pro vero textu venerabiliter agnoſcunt, interpretantur, & communi cõſenſu amplectuntur.

Secunda ratio.

Deinde Eccleſia Latina per hanc potiſsimum editionem ortas hæreſes cõſutauit: quid credere, quid operari filij ſui debeant, docuit: illam ad Diuina officia, ad conciones, ad diſputationes publicas conſtanter adhibuit.

Tertia ratio.

Denique in omnibus ad Eccleſiæ ędificationẽ ſpectantibus, ſiue ad Hæreticos & ſciſmaticos, qui omni tempore pullularunt, reuincendos, ſiue ad fideles arguendos, vel erudiendos, ac cõſolandos in medium propoſuit. Item hæc editio profecta eſt à viro doctiſsimo; ſanctiſsimo, & ſempiterna memoria digno,

D. Hieronymi encomiũ.

nimirum B. Hieronymo, quem Deus ſingulari rerum diuinarum, atq; humanarum doctrina inſtruxit, & linguarum trium peritia ad miraculum vſq; ornauit: qui tantum autoritatis culmen in Eccleſia Catholica conſecutus eſt,

Diſt. 15. c. ſancta Rom. Ecc.

vt Gelaſius Romanus Pontifex non dubitauerit aſſerere, ea omnia ſe ſentire, quæ ipſe tùm contra Ruffinum, tùm contra alios, ſcripſit, quos vir prędictus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Hoc autem inferiùs ſolidiùs probabimus. Poſtremò acceſsit Concilij Tridentini approbatio; quod videns noſtri ſeculi Hæreticos palam contemnere Vulgatam, ſiue veterem Hieronymi editionem,

Concil. Trid. ſeſſ. 4.

nouaſq́; pro ſuo arbitratu quemq́; producere, tale cõdidit decretum: *Inſuper eadem ſacroſancta Synodus, conſiderans non parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſia Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus, qua circumferuntur ſacrorũ librorum, quanam pro authentica habenda ſit, innoteſcat; ſtatuit, & declarat, vt hac ipſa vetus, & vulgata editio, qua longo tot ſeculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, pradicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel praſumat.* Hactenus ibi.

An ita probãda vetus editio ſit, quin, ſi opus fuerit, Hebræi, Græciq́; codices poſſint in conſultationem adhibe.

Iam ſecundo loco oſtendamus, non ita fuiſſe Vulgatam Hieronymi editionẽ approbatam, vt propterea reiecta ſint intelligenda, vel Græca, vel Hebraica volumina: quod non eſt difficile oſtẽdere. Nihil enim ibi de exẽplaribus aut Gręcis, aut Hebraicis agebatur; tantùm inter tot editiones Latinas, quot noſtra ſecula parturierant, quęnam ex illis præſtaret, ſermo erat: & reiectis reliquis Latinis, vnã hanc vulgatam reliquis tanquã veriorem, puriorem, dilucidiorẽ, ac ſuis fontibꝰ, vnde eſt orta, magis cõſentientẽ pronũtiauit, atq; huic ſoli, vt cõmentarijs, & ſcbolijs illuſtretur, contulit, vt illã ad cõciones, lectiones, & publicas diſputationes adhibeamus: atq; adeò, vt nullus ſibi tantum arroget, aut tantùm audeat, vt eam reijciat, aut cõtemnat. Liberum autem reliquit omnibus, qui Scripturas profundiùs meditantur, fontes Græcos, aut Hebræos, quatenus opus ſit, conſulere, quo noſtram vitio librariorum, vel temporum iniuria corrupta emendare valeant, quo etiã eam dilucidiùs explicare, atque illuſtrare poſſint: nõ tamen vt eam, falsò interpretatam, præſertim in rebus ad fidẽ, vel bonos mores ſpectantibus, vel errorẽ intolerabilem continentem condemnent, vt Hęretici frequenter impudẽtiſsimè faciunt.

Si corruptã, vitiatamque antiquã trãſlationem haberemus, Hæretici quid fuiſſent iactaturi.

Quorum conſilium fuit; vt ſi hanc veterem editionem falſitatis, aut aperti mendacij conuincere poſſent, confeſtim nobis opponerent, veterẽ Eccleſiam, quæ ſine veris, & ſinceris Scripturis fuit, Eccleſiam Dei verã minimè fuiſſe, & à ſe ipſis, & à ſua ętate, qui veras Scripturę interpretationes ſe habere iactant, veram Dei Eccleſiam ortam fuiſſe.

Vulgatã editionem à nobis recipi, ac probari, quatenus iubeat Tridentina ſancta Synodus.

Voluit præterea ſancta Synodus, ad hanc Latinam editionem amplectendam, & in omnibus conſectandam nos arctare, non quidem ſimpliciter, ſed dummodò eſſet à vitijs, quæ in eam irrepſerunt, & ab omnibus mendis, & erroribus emaculata, atque repurgata. Atq; vtinam labor in ea expurganda & recognoſcenda inchoatus per peculiarem illuſtriſsimorum Cardinalium, atque doctiſsimorum virorum deputationem à ſanctiſs. D.N. Pio V. indictam, tandẽ aliquando perficeretur: ita enim fieret, vt Latinam Bibliorum editionem genuinam, & germanam magno cum totius Eccleſiæ, & ſtudioſorum vtilitate breui haberemus. Interim dum hæc in lucem prodit, nemo vetat, quin apertos errores ex Hebræis, vel Græcis codicibus, vel ex varia veterum Patrum lectione, vel ex conſtanti, & aperta ratione corrigere, atque emendare valeamus: ſi tamen Eccleſiæ Dei, & meliora ſentientibus, in re præſertim tanti momenti, iudicium noſtrum, vt par eſt, ſubijciamus. At verò vbi Hebræa, vel Græca lectio diuerſa ſit, non autem editioni Vulgatæ contraria, modò Latinam interpretationẽ non reſpuamus, vel cõtemnamus, ſed pro viribus, quoad eius fieri poſsit, & tueamur, & explicemus, licebit nobis, ſalua Cõcilij Tridentini Generalis autoritate, ſiue Græci-

ſiue

ſiue Hebraici exemplaris lectionē variam producere, eamq́ue vti verum Bibliorum textum expendere,& enarrare:nec tantùm bonos mores per eam ædificare, verùm etiam Fidei dogmata compròbare,& ſtabilire,atque adeò ab illa ſumere efficax argumentum,tanquàm ex textu Spiritus ſancti. Ita enim ſæpè Hieronymus facere conſueuit,qui in Commentarijs ſuper Prophetas, poſt explicatam lectionem Hebræam variam ab illa 70. Interpretum, literam perſequi,& explanare ſolet. Hoc etiā à pleriſque Catholicis ſcriptoribus, qui poſt Concilium Tridentinum aliquid ſcripto obſignârunt, obſeruatum video; vt nemo temerè in Latinam inuolet editionem,aut illam cōtumelijs afficiat: ſed vbi illi illuſtratæ atque explanatæ fecerunt ſatis, Græca, vel Hebræa,ſi diuerſa videantur,producāt atque declarent.

Quæ circa veterē tranſlationē ſtudioſo lectori cauenda,atq; obſeruanda ſint.

Ex quibus nōnulla omni acceptione digna elicienda eſſe putaui. Primum eſt. Stultum eſſe,& propè hęreticum, Latinam editionem aut contemnere,aut irridere,aut in eius autorem, quaſi rudem & imperitum debacchari. Secundum: Per contrariū ſtultum eſt in eum indignari, qui poſt expoſitam editionis noſtræ literam, ex fontibus Græcis,vel Hebræis aliqua, vel diuerſa, vel ad priorem illuſtrandam conferentia depromat,vtrumque enim perinde vitioſum eſt, & vt extremum à prudenti Interprete declinandum, atque damnandum. Tertium:Si quando contingeret,vt aliud legamus in Vulgata, & Latina editione, aliud verò in Hebraicis, aut Græcis codicibus,ſi non contradicunt,ſed tantùm ſunt diuerſa, vtraque lectio eſt recipienda,& Catholico ſenſu explicanda: ſi vero contradicant ſibi inuicem,ſicut affirmatio,& negatio, quod perrarum eſſe ſolet,adhibenda eſt diligentia,& omnis opera ponenda, ſi qua ratione illa poſſumus oſtēdere in ſpeciem tantum, & non reipſa ſibi aduerſari. Vt quod legimus Geneſ.8.de coruo eunte, & redeunte, donec ſiccarentur aquę,iuxta Hebręos codices non repugnat lectioni 70. aut noſtræ Latinæ,quæ habet negationem, quod coruus non eſt reuerſus amplius ad arcam. Vbi verò nulla poſsit iniri cōcordia, illi lectioni magis eſſet ſtādum,quæ magis cum præcedentibus & ſequentibus conſonaret, aut quæ magis conueniret cum Apoſtolicis, & Euangelicis literis, aut quæ antiquiora, & probatiora exemplaria pro ſe haberet, aut quæ à pluribus Patribus agnita eſt & probata,ſiue ſit Hebræa,ſiue Græca,ſiue Latina. Etſi enim hoc priuilegio gaudeant linguæ illæ, in quibus aliquid a principio

Secunda obſeruatio.

Tertia obſeruatio.

Gen. 8.

Originales linguæ quid peculiare habeant præ cæteris.

ſcriptum, & poſteà ex illis in alia idiomata transfuſum, vt vbi aliquid dubij in verſione inciderit, vltima fiat reſolutio dubitationis in conſulendis originalibus exemplaribus, vt docent Hieronymus, & Auguſtinus: ſed hoc intelligendum eſt, ſi incorrupta eſſent,& fidelia illa exemplaria. Si verò fideliores, & incorruptiores probentur verſiones factæ,eſſent ipſi fontes deſerendi,& verſionibus ſtandum,quia fideliùs aſſeruatæ ſunt quàm ipſi fontes. Et ita poſſet præferri Latina lectio Græcę,& Hebraicæ.

B Hieron. Auguſt.

Quarta obſeruatio,cur ſcilicet Latinæ editionis hoc loco ſuſceptum patrociniū ſit.

Quartum eſt: Nos hoc loco non ſuſcipere patrocinium Vulgatæ editionis,quaſi vocibus ſignificātioribus ſit dilucidior,aut dictionum proprietate cultior, aut etiam interpretis Latini dexteritate felicior; ſed quòd diligentiæ fide, lectionis puritate,ac ſententiarum veritate, quæ reliquis omnibus ſupereminet, cæteris verſionibus antecellat. Agnouerunt enim Patres veteres, multa obſcurè,quædā impropriè,quędam verò minus Latinè eſſe conuerſa: cæterùm in his quæ ad Fidei dogmata ſpectant, & ad eruditionem noſtram neceſſario faciunt, nullum ſanè intolerabilem continet errorem: neque hactenùs vllum Hæreticorum, qui tot tragœdias cōtra Vulgatam editionem excitârunt,id valuit euincere. Poſtremum eſt: Latinam hanc verſionem ab Eccleſia comprobatam,ab autore perfectam, duobus modis accidere potuiſſe. Primò quidem eruditione humana, quia videlicet eius interpres incorruptos nactus fuit codices,& vtriuſq; linguę,hoc eſt eius ex qua conuertebat, & alterius,in quā trāsferebat, perfectam cognitionem habuerit;adde tertiò,induſtriam humanam, & ſtudiū in vertendo ab illo, quantum opus fuit,poſitum fuiſſe. Qui enim hæc tria præſtaret,ſine alia peculiari Spiritus ſancti aſsiſtentia, puram, & veram tranſlationem redderet. Atque hoc modo exiſtimauit aliquādo Hieronymus 72. viros, non vt Prophetas,ſed vt interpretes ſcripturam Hebræā in Græcum ſermonem conuertiſſe. Alius modus eſt; vt præter illa tria addamus etiā Spiritum ſanctum mentem interpretis illuſtrantem ad veros & ſolidos ſenſus capiendos, & ad illos in alienam linguam propriè transfundendos, atq; explicandos dirigentem etiamſi minus caſtigatos codices haberit, & minori vtriuſque linguæ peritia præditus, & minori diligentia, & induſtria vſus fuerit: nam hi omnes defectus per Spiritum ſanctum aſsiſtētem facilè ſuppleri poſſent. Quo verò ex iſtis modo Bibliorum tranſlatio ex Hebræo fonte in Latinum ſermonem

De illa interdum antiqui Patres quid ſenſerint.

Quinta obſeruatio,quibus nam modis cōtingere potuerit, hāc Latinam editionem ab eius autore atque interprete fuiſſe perfectam. Primus modus.

Hierony. præfat. in Pentateu. tom. 3.

Alter modus.

nem facta fuerit, nobis certe non conſtat: quia ſiue priori, ſiue poſteriori modo aſſeramus editam, eiuſdē eſt autoritatis & ponderis apud omnes propter Eccleſiæ Catholicę approbationem, quę illam firmiſsimā, atque adeò ſartam tectam reddit.

Quibus rationib⁹. quiſpiam perſuadeti valeat, editionis vulgatæ autorē peculiariter à Spiritu ſancto in ea perficienda fuiſſe directum.
Ratio prima.
Epheſ. 4.

Si quis tamen vrgeret, vt iudicium noſtrum in re tanta depromeremus, profectò haud dubitarem aſſerere, eius autorem peculiari Spiritus ſancti ductu & aſsiſtentia Hebræas literas Latinas reddidiſſe, & ad hoc ſentiendum his rationibus perſuaſus ſum. Prima eſt: quia cōſtat, Prophetas, Apoſtolos: & Euāgeliſtas nonniſi per Spiritum ſanctum Scripturas nobis adminiſtrâſſe: ergo ſine eodem trāsfuſas in alias linguas ille nobis Spiritus non diſpenſauit. Ipſe ſiquidem Spiritus in Eccleſia poſuit Doctores, *vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris.*

Interpretis boni cōditio.

Cùm ergo nemo conuertat ex vno idiomate in aliud, niſi prius quod interpretatur, intelligat; fit, vt cum Scriptura diſſicillima ſit, & altos atq; reconditos ſenſus habeat, vel interpretem eos minimè apprehendiſſe, vt exprimeret; vel ſi apprehendit, & expreſsit, non ſine Spiritus ſancti numine, & inflatu conuertiſſe. Quia, vt quidā ex noſtris dixit, *Quo Spiritu ſcripturæ factæ ſunt, eo Spiritu legi deſiderant: ipſo etiam intelligendæ ſunt.*

B. Bernard. in Epiſt. ad frat. de Monte Dei da vita ſolit. ante dimid.

Quòd ſi intentos ab Spiritu ſancto ſenſus non accepit Interpres, minus potuit exprimere; ac proinde non reddidit Scripturam, ſed ſuos proprios ſenſus, vt fecerūt Aquila, Symmachus, & Theodotion; qui odio religionis, & ſtudio verſionis Septuaginta interpretum ſepeliendæ nouas interpretationes protulerunt.

Quo cōſilio Aquila, Symmachus, ac Theodotion nouā ex Hebræa interpretationem excuderint.
Secunda ratio.
1. *Cor.* 12.
Infrà 14.

Deinde inter alia Spiritus ſancti chariſmata enumerat Apoſtolus donum prophetiæ, & interpretationis ſermonum; & hortatur, vt qui linguarum donum habent, orēt Deum vt interpretentur, quo Eccleſiam ædificent. Si ergo ad ædificādam paruam Eccleſiam, ad quam quis dum cócionatur ad horam poteſt habere ſermonem, & ad declarandum vnam, vel alteram Scripturæ partem, opus eſt munere interpretationis ſermonū, multo magis ad ædificandam totam Eccleſiam, vt ad omnes Scripturas ex vna lingua in alteram conuertendas, peculiari Spiritus ſancti magiſterio opus eſſe dignoſcitur. Niſi velimus, Deum parua curare; & quę totum concernunt Eccleſiæ ſuæ corpus, negligere.

Tertia ratio.

Ad hæc, ex approbatione Eccleſiæ id maximè elicimus: nam cùm nouiſſet Spiritus ſanctus illam editionem in totam tum pręſentem Eccleſiam, & per tot ſecula futurā, & ſibi ſuccedentem diffundendam, & per eam veterem, & vulgatam ſeptuaginta interpretum editionem ab Eccleſia, ſaltem Latina, deſerendam, ſuoque tempore œcumenico Concilio comprobandam, ac retinendam, par profectò fuit, vt tantæ rei, & toti Eccleſiæ profuturæ Spiritus ſanctus peculiariter adfuerit, & interpretis menti in pleriſque difficillimis locis rectè, & Catholicè vertendis adſtiterit.

Quarta ratio, ac poſtrema.

Denique idem poſſet nos autor eius (qui Hieronymus fuiſſe omninò creditur) admonere. Nam cùm ille, flagitante Damaſó Papa, atque alijs permultis orthodoxis Epiſcopis, ad hanc Latinam verſionem moliendam animum appelleret poſt illam Septuaginta virorum editionem, quam miris modis & technis Iudęi deprauauerant; & ad Chriſti myſteria, quæ de Illo loquuntur, vindicanda, atque aſſerenda, quæ ab illis peruicaciter negabantur; non decebat tantę ſanctitatis, & fidei virum, tantæque in Scripturis intelligendis, & enarrandis doctrinæ, & in tribus linguis mirum in modum inſtructi, ſpeciali Spiritus ſancti ductu, & magiſterio deſtitui, cùm res Fidei ageretur, & Chriſti gloria ex ea eſſet propaganda, & Scriptura innumeris gentibus communicanda. Hinc Chryſoſtomus, *Neque fieri*, inquit, *poteſt, eum, qui in diuinis Scripturis magno ſtudio, feruentiq; deſiderio vacat, ſemper negligi: ſed licèt deſit nobis hominis magiſterium, ipſe Dominus supernè corda noſtra intrans illuſtrat mentem, rationi iubar ſuum infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorum quæ ignoramus, tantùm nos quæ à nobis ſunt, afferre velimus.*

Chryſoſt. hom. in Gen. 35. *initio tom.* 1.

Hæc ille, de quouis Doctore loquens: quid putamus ergo eum ſuiſſe dicturum de Scripturarum interprete, qui illas in ædificationem, & vſum Catholicæ Eccleſiæ conuertit? His igitur rationibus euictum relinquimus, Latinam verſionem nonniſi ab Spiritu ſancto ſuiſſe profectam.

Veteris ex Hebræo trāſlationis auctorē B. Hieronymū fuiſſe comprobatur.

Tertio loco polliciti fuimus nos oſtenſuros, magnū Hieronymum huius editionis Veteris Teſtamenti certum, & indubitatum eſſe interpretem, & autorem: contra quod tamen multi hodie debacchati ſunt, & conſtanter talem editionem, tam corruptam, à tāto viro fuiſſe profectam negauerunt. Quod non ambigo propterea id ab illis fuiſſe dictum: quo liberum illis eſſet & integrum in Hebræam veritatem quæcunque vellent, adijcere, aut detrahere, vel in alium ſenſum detorquere: deterrere enim eos, ne tale quid molirentur, tāti Patris autoritas, ſanctitas, antiquitas, & ſplēdor, quibus in Eccleſia Dei præfulget, facilè poterat. Detrahendi tamen ſunt ex numero voluminum Veteris Teſtamenti, Liber Pſal-

Quo animo hodie multi antiquæ trāſlationis Hieronymū negent auctorem.

Quinam veteres Sacri Codices ex

morum,

Græca 70. Interpretum verſione La-tine reddita ſunt.

morum, Liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, Liber Baruch, & Epiſtola Hieremiæ Prophetæ: nam conſtat hos omnes ex antiqua Eccleſiæ verſione, hoc eſt 72. interpretum, & non ex Hebręis fontibus tranſlatos fuiſſe: quemadmodum etiã libri Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Machabæorũ, ex Græco fonte tantummodò, in quo inueniuntur conſcripti, conuerſi ſunt.

Primum argumentum. In Hieron. tom 1. circa finem. Auguſt. lib. 18. De ciuit. Dei, cap. 43. tom. 5. Et lib. 4. de doct. Chriſt. c. 7. tom. 3.

In primis igitur ipſemet Hieronymus teſtis eſt ſuam eſſe hanc ex Hebræo verſionem. Ait enim libro De Scriptoribus Eccleſiaſticis in fine: *Nouum Teſtamentum Græcæ fidei reddidi: vetus iuxta Hebraicam trãſtuli.* Hæc ibi. Agnoſcit & B. Auguſtin. hanc ex Hebræo verſionem Hieronymo deberi: quod conſtare poteſt, tum ex pleriſq; ad Hieronymũ miſsis epiſtolis, ad quas Hieronymus pro tuenda noua ſua editione reſcripſit; tum ex libro De Ciuitate Dei, vbi ait: *Ex hac Septuaginta interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum eſt, quod Eccleſia Latina tenent. Quamuis non defuerit temporibus noſtris presbyter Hieronymus, homo doctiſsimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem Scripturas conuerterit.* Hæc ille.

Secundum argu. B. H. tom 10. 2. p. pe fine.

Deinde ipſe Hieronymus ad Auguſtinum ſcribens, & contra Ruffinum diſputans, addidit, ſe præfationes ſuæ editioni ex Hebræo præpoſuiſſe. Non potuit ergo tantus error permitti in Eccleſia, vt eius præfationes alterius editioni præponerentur.

Tertium argum. Idem Hieron. to. 5. 6. 7. & 8.

Tertiò, ipſe Hieronymus in libris Prophetarum enarrãdis, ſuam ex Hebræo nouam, & veterem illam Septuaginta editionem in medium proponit, & vtramq; explanandã curat, & ſæpè ait; *Nos ita vertimus*, vel, *aliter tranſtulimus; aliter Aquila, vel Symmachus.* Et in hac ipſa editione ex Hebræo facta inuenimus Scripturarum teſtimonia, quæ ipſe in illa Septuaginta Interpretum verſione deſiderabat: Vt illud: *Ex Aegypto vocaui filium meum*, &; *Quoniam Nazaræus vocabitur*, &; *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*, & ſimiliæ, de quibus diſputat libro De optimo genere interpretandi ad Pammachium.

Oſe. 11. & Matth. 2. Ibidem. Ioan. 3.

Idem Hieron. tom. 5.

Et poſt cap. 12. Danielis: *Hucuſque*, inquit, *Danielem in Hebræo volumine legimus: cætera quæ ſequuntur, vſque in finem libri, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.* Et cum Ionæ 3. legeretur cucurbita iuxta communem Septuaginta interpretum verſionem, & ipſe vertiſſet, hederam; magniq́ue proptereà tumultus in Africa inter fideles excitati eſſent: Hieronymus tamen in Epiſtola ad Auguſtinum, & in eiuſdem Prophetæ Commentarijs aſſerit, ſe, Aquilam interpretem ſecutum, hederam vertiſſe. Si ergo Prophetas maiores, & minores; qui maior pars Veteris Inſtrumenti, & difficiliores ſunt, vni debemus Hieronymo; ergo & reliquos libros omnes, hoc eſt, Pentateuchum, & Hiſtoricos: nam Pſalmorũ librum cur Eccleſia ab Hieronymo conuerſum non receperit, ipſe apertè in Epiſtolam ad Suniam, & Fratelam, his verbis declarat: *Hoc enim quod Septuaginta interpretes tranſtulerunt, propter vetuſtatem in Eccleſia decantandum eſt: & illud ab eruditis ſciendum propter notitiam Scripturarum.* Hactenùs ille.

Idem tom. 2. iuxta finem.

Idem tom. 3.

Quare Pſalmorũ librum ab Hieronymo conuerſum Eccleſia non receperit, eodem teſte.

Quartum argum.

Quartò, idem probatur ex eo, quòd illa Latina, & Vulgata Veteris Teſtamenti editio non poteſt eſſe vel Septuaginta interpretum, vel Aquilę, vel Symmachi, vel Theodotionis, vel quintæ & ſextæ editionum, vel Luciani Martyris: erit ergo ex Hebræo fonte opera D. Hieronymi illius linguæ peritiſſimi tranſlata. Cum enim vetus ſeptuaginta Interpretum editio totam Eccleſiam Latinam occuparet, certè non potuiſſet, illa de medio ſublata, noua alia introduci, niſi fama ſanctitatis & doctrinæ B. Hieronymi totum Eccleſię orbẽ circumſonaret.

Cùm hęc Latina editio vetus aliorũ editionibus conſtet, cur Hieronymi nomine venit.

Quòd ſi quis obijciat, in hac vna Latina editione factam eſſe mixtionem diuerſarum editionum, nempè Hebraice, Septuaginta, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & aliorum; & proptereà nullius eſſe appellandam, ſed diuerſorum: dicendum eſt, cum, qui tantũ præſtare potuit, vt inter illas omnes verſiones diſcerneret, quæ lectio eſſet præſtantior; & omnes illas linguas callebat, vt ex omnibus verba meliora ſeligeret, maximæ fuiſſe autoritatis virum; atque non alium extitiſſe quàm Hieronymum, conſtat ex eo, quod in Prophetis enarrandis, & in Eccleſiaſte, & libro Hebraicarum quæſtionũ omnes illas editiones ſedulus producit, illaſq́ue ad ſe inuicem confert, vt ſignificantiorem, & magis propriam deligat. Et ita verſio hæc Hebraicæ veritati reſpondet, exceptis paucis, quæ ex aliorum editionibus vt commodiora accepit: excluſis etiam pauculis, quę tempus edax rerum, vel negligentia librariorum vitiauit.

Idem tom. 5. 6. 7. & 8.

Quintum argum.

Quintò, teſtatur hoc ipſum ſtylus ipſe, qui planè proprius, perſpicuus, & illuſtris eſt, & interdum non tam verbum de verbo, quàm ſenſum de ſenſu reddit: id quod ipſe ſe facturum pollicetur libro De optimo genere interpretandi, ni mirùm ſe verſionem parare, quæ vice omnium illarum Græcarum eſſet.

Hieron. tom. 2. in fine.

Sextum argum.

Ad extremum, verſio Latina, ex Hebræo codice eſt, & magnæ autoritatis: ergo ab aliquo doctiſsimo in linguis, & maximæ autoritatis in Eccleſia profecta eſt: at profectò nullus in Eccleſia nominatus, & illu-

D. Hieronymus trium linguarum peritia habuit neminem ſuperiorem.

illuſtris extitit, qui Hebræa, Græca, & Latina calleret perinde atq; Hieronym. Eſt ergo Hieronymo, & nemini alteri hæc editio adſcribenda.

Rationes, quibus oſtenditur editionis Vulgatæ autorem Hieronymũ non fuiſſe, diluuntur.

Primum argum.

Pauculа tamen huic veritati opponuntur, quæ breui ſunt à nobis expedĩeda. Primùm opponitur, multa errata in eiuſmod editione inueniri, vt cogitari non poſsit à viro doctiſsimo profecta, qualis fuit Hieronymus. Reſpondemus, eiuſmodi errores & defectus nõ tam Hieronymo, quàm ſcribarum imperitiæ, aut alijs caſibus, quibus ſubiectæ ſunt literæ, eſſe imputandas: nam, vt quidam dixit,

Auſon Gallus.

Mors etiam ſaxis, nominibusq; venit.

Hieron. to 3. circa initium.

Hinc Hieronymus in præfatione in librum Paralipom. illud accidiſſe ſeptuaginta Interpretum editioni teſtatur: *Si Septuaginta*, inquit, *interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè me, Chromati, Epiſcoporum ſanctiſsime, atque doctiſsime, impelleres, vt Hebræa volumina Latino ſermone transferrem.* Sic ille: nam fortaſſe tempore Hieronymi alia erat Septuaginta, atque alia lectio Hebræa, quæ literis, vel ſyllabis continetur, vel diuerſa eorundem verborum pronuntiatio; qua variata, ſenſum variari neceſſum eſt.

Variato punctorum ſitu, variari quoque ſenſum eſſe neceſſe, exemplis oſtenditur.

Nam v.g. vt rem exemplo perſpicuam reddam אֵל El cum Sere ſignificat Deum ſub ratione fortitudinis: cũ Segol ſuppoſito אֶל eſt præpoſitio Ad, vel, vt alij volunt, articulus dandi caſui deſeruiens: cum Patach אַל negationem denotat: & אֵל literis trãſpoſitis & Dabar & Dibbar eædem ſunt literæ, ſed primum ſignat verbum, ſecundùm peſtem.

Secundum argum.

Secundò, quidam opponũt immutationem ordinis verborum, vt aliter videatur dici Latinè, quàm in Hebræo habeatur, vt illud; *Peruerſi difficilè corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus*: pro quo alij legunt; *Curuum non poteſt dirigi, & defectus non poteſt numerari.* Ita enim legit Baſilius libr. 1. in Eunomium. Reſpondetur, boni interpretis non eſſe in ſingulis verbum de verbo transferre; ita enim dixit quidam Ethnicus:

Eccleſiaſt. 1.

Baſil. tom. 1.

Horat. in arte ante medium.

Nec verbum verbo curabit reddere fidus
Interpres:

Boni interpretis munus quod.

Sed interdum paraphraſticè vertendum eſt, quod nonniſi durè aliter interpretatur: idque ſe feciſſe in orationibus Demoſthenis, & Aeſchinis vertendis teſtatur Cicero. Idem quoque feciſſe Septuaginta interpretes, imò etiam Euangeliſtas, docet Hieronymus in Epiſtola De optimo genere interpretandi ad Pammachium; & idem in præfatione ad Chronicon Euſebij in principio, *Difficile eſt*, inquit, *alienas lineas inſequentem non alicubi excidere. Arduum, vt quæ in aliena lingua benè dicta ſunt, eundem decorem in tranſlatione conſeruent. Significatum eſt aliquid vnius verbi proprietate, non habeo meum, quo id efferam: & dum quæro implere ſententiam, longo ambitu vix breuia ſpatia conſumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, diſsimilitudines caſuum, varietates figurarum: ipſum poſtremò ſuum, &, vt ita dicam, vernaculum linguæ genus: ſi ad verbum interpretor, abſurdè reſonat: ſi ob neceſsitatem aliquid in ordine, in ſermone mutauero, ab interpretis videbor officio receſſiſſe.* Sic ille.

Cicer. lib. De optimo genere Oratorum.

Hieron. to. 2.

Idem.

Quam difficile ſit, & arduum alienã linguam [illegible] interpretandi munus.

Tertium argum.

Hieron. lib. D. in Iſaiã to. 5.

Tertiò obijcitur, quod ipſe Hieronymus verſionem ſuam quandoq; reprehendit, vt minus perfectam, & ſinceram, illamque corrigit. Vnde in illud Iſaiæ 19. *Nõ erit in Aegypto opus, quod faciat caput, & caudam incuruantem, &c.* damnat hanc interpretationem; & verbi ambiguitate ſe deceptum fuiſſe prodit. Et in eodem capite ſuper id: *Erit terra Iuda Aegypto in feſtinationem, &c.* damnat ſuum errorem, & ſe autorẽ noſtræ verſionis teſtatur: *Melius*, inquit, *reor etiam proprium errorem reprehendere, quã, dum erubeſco imperitiam confiteri, in errore perſiſtere.* His ſimilia nonnulla quandoque teſtatur.

Melius eſſe [illegible] Hieronymus, [illegible] errore [illegible] reprehendere, quàm dum erubeſc[illegible] imperitiam confiteri, in errore perſiſtere.

Sed hoc non probat, huius editionis Hieronymum autorem non eſſe: imò potiùs hoc ipſum bis teſtimonijs comprobatur: ſed quædam tamen diligentius intuenti minùs ſibi placuiſſe, & aliter commodiùs verti potuiſſe: verum tantum rectè infertur, Eccleſiam has emendationes Hieronymi non fuiſſe ſecutam. Nam ille non vt Apoſtolus, & Euangeliſta, ſed vt Doctor edidit Commẽtaria: & cùm Vulgatam editionem, qua Eccleſia vtitur, dedit, maiori lumine illuſtratus fuit, quàm cùm edidit commentaria: & ideo Eccleſia tranſlationem eius retinuit, caſtigationes, vel emendationes non acceptauit.

Quartum argum.

Hier. to. 3.

Poſtremò obijcitur, quod in libro Hebraicarum quæſtionum, vbi corrigitur Septuaginta interpretum antiqua tranſlatio, multa ibi emendauit, quæ poſteà in hac emendatione ex Hebræo retinuit. Nam cum Gen. 6. legendum eſſe dixiſſet iuxta Hebræos: *Non iudicabit Spiritus meus homines iſtos, quia caro ſunt*: poſteà tamen in editione ex fonte Hebraico, quam nobis dedit, legit quod prius reprehenderat: *Non permanebit Spiritus meus in homine, &c.* Sed hoc fecit Hieronymus ob verbi ambiguitatem: nam cùm verbũ eſſet πολύσημον, nunc vnũ, nunc alterum ſignificatum ſecutus eſt. Vnde Ruffinus cùm reprehendiſſet Hieronymum, quòd in ſecundi Pſalmi verſiculo enarrando, hoc eſt, *Apprehendite diſciplinam*

Ruffin.

Hieronym.

& annotaſſet Hebraicè legi Naſchequbar, & vertendum eſſe, *Adorate filium*; in tranſlatione tamen Pſalterij ex Hebræo vertiſſe, *Adorate purè*, reſpódit, vindicãs ſe à calumnia Ruſſini ignorantis, etiam Latinè, nedũ Hebraicè, quod vox Naſchequbar ad verbum eſt, deoſculamini, pro quo, ne putidè trãsferret, vertit, adorate: eo quod adorantes ſoliti ſint manum deoſculari. Bar autem ſignificat filium, & triticum, & electum, ſiue purum, & ita variè diuerſis in locis vertiſſe; & ſecutum Aquilam, & Symmachum, *Adorate purè*, trãſtuliſſe. Ex his igitur tam lata oratione diſputatis, liquidum, & cóprobatum relinqui volumus, Latinam editionem Veteris Teſtamenti, verè eſſe B. Hieronymo, tãquàm proprio autori, & interpreti, adſcribendam.

Bar Hebræis filium ſonat, quod aliud - præterea.

PROLEGOMENON IIII.

In quo oſtenditur, veritatem, ſiue lectionem Hebraam, non eſſe ſine pleriſq́ vitijs; & corruptionibus, vt non ſit per omnia illi temerè fides habenda.

VT his, quæ paulò antè polliciti ſumus ſtemus, & promiſſa noſtra compleamus, danda nobis eſt opera, vt luce clariùs meridiana oſtendamus, Hebræam lectionem multis in locis eſſe corruptam, & vitiatam; ac proinde non eſſe tutum illi omninò niti, & fidem noſtram adiungere, niſi iudicium adhibeamus, ac diligenter omnia verba ponderemus. Cùm enim Hebræi Sacrarum literarum codices penes Iudæos ſolos per tot ſecula aſſeruati ſint, illique & Chriſti aduentui, & eius doctrinæ iniurij, & contumelioſi, & noſtri capitales hoſtes exſtant, noſtræ prudentiæ eſt, mundorum animalium inſtar, & vngulam findere, & ſingula, antequàm deuoremus, & traijciamus, ruminare. Quæ quo maiori veritatis lumine perfundantur, in primis ſtatuendum eſt, ante Chriſti aduentum ſacras literas non fuiſſe à Iudæis vitiatas: nam alioqui de ea re à Chriſto, vel ab Apoſtolis eſſent reprehenſi: vt docet Hieronymus ex libro 8. explanationum Origenis in Iſaiam. Par etiam fuerat, vt Apoſtoli pro officio ſuo nos commonefacerent, vt intelligeremus quantum eſſet Hebræorum ſcriptis fidendum, cùm negotium maximi momenti, hoc eſt, Sacrorum librorum veritas, ex ea vna re penderet. Secundò ſtatuendum, Iudæos poſt Chriſti crucẽ, non eſſe veriſimile in gratiam & commodum noſtrum Diuinos codices vitiaſſe: tũ quia Chriſtiana veritas mẽdacijs nõ indigebat, vt eis ſuſtentari, & confirmari opus haberet; tùm quia, vt Hieronymus idem teſtatur, *cerebrum*, ait, *tenere non potero, vt Saluator, & Euangeliſta, & Apoſtoli ita teſtimonium protulerint, vt Iudæi poſtea falſaturi erant*. Sic ille. Deniq; Iudæos in ſeipſos conſpiraſſe, & pro nobis ſtare voluiſſe, nemo ſani capitis aſſerat.

Literæ Sacræ ante Chriſti aduentum integræ, incorruptæq; permanſerunt.

B. Hieron. in cap. 6. Iſaiæ, è med. tom. 5. initio.

Quòd Iudæi poſt Chriſti crucem, in gratiã & commodum noſtrum Sacros libros minimè vitiarint.

Hieron. ibid.

Tertiò præmittendum, Iudæos poſt aliquot annos ab aſſumpto in cœlum Chriſto, vt nobis aduerſarẽtur, primùm Septuaginta interpretum editionem in multis locis vitiaſſe: cui rei teſtimonio ſunt veteres Patres, & præſertim D. Hieronymus, qui ad nouam ex Hebræo proferendã editionem ob eam cauſam excitatus fuit; & quia videbat in odium Septuaginta interpretũ Aquilam, Symmachum, & Theodotionem nouas ac planè Iudaicas ex Hebræo protuliſſe editiones. Quod verò etiam neque Sacris Hebræis fontibus pepercerint, præſertim ex quo illa Hieronymi editio ex Hebræo in Latinum ſermonem in manus omnium venire cœpit, multis modis demonſtrari poteſt. Principiò, quia ſi integra ſunt volumina Hebræorũ, & ſincera, neceſſariò confitendum eſt, editiones, tum Septuaginta Græcam, tum Hieronymi Latinam, quæ cum illis non conueniunt, falſas eſſe, ac deprauatas: at hoc quid aliud eſſet quàm dicere, populum reprobatum & excæcatum habere puras & germanas Scripturas, populo verò electo ac ſanctificato tribuere falſas, ac vitiatas interpretationes? Qui autem hoc aſſereret; & diuinam prouidentiam, quæ illos deſeruit, & eorum libros, & nos, atque Scripturas noſtras aſſumpſit, negaret; & Iudæorum Synagogam, verã Dei Eccleſiam efficeret, populum autem Dei, & Chriſti nomen profitentem extra Eccleſiam collocaret, quia veris & germanis Dei ſcripturis deſtitutum redderet.

Iudæos aliquot poſt annos ab aſſumpto in cœlũ Chriſto editionẽ Septuaginta interpretum malignè deprauaſſe.

Quòd Iudæi Hebræam quoque veritatem corruperint, pluribus demonſtratur.

Primum argum.

Secundò, idem videntur Prophetæ inſinuaſſe. Nam Hieremias in eos, qui Scripturarum notitiam & legis ſcientiã iactabant, inuehitur dicens: *Quomodò dicitis, Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum.* Hæc ille, Scribas & Phariſæos perſtringens, quibus, cùm legis, & Scripturarum ſcientiã elati iactarent, Dominus opponit ignorantiam legis, & malignitatem, qua textus Scripturæ vitiaturos præuidebat. Nam more Prophetico præteritum pro futuro poſitum eſt: Operatus eſt, pro operaturus eſt. Atque huic ſenſui ſeruiunt, & quæ antecedunt, & quæ conſequuntur. Meminerat enim paulò antè milui, ciconiæ, & hirundi-

Secundum argum.

Hieron. 8.

Miluo, ciconiæ, & hirun-

dini quid ſit à natura inſitum.

rendinis, quæ cùm tempus ſuum mutandi loca agnoſcant, Iſrael tamen rei maximè ſalutaris, hoc eſt, aduentus Meſsiæ ignorantia teneretur. At hoc quid eſt aliud, quàm quod Domin⁹ apud Lucam ait: *Cùm videritis nubem orientem ab Occaſu ſtatim dicitis, Nimbus venit; & ita fit: & cùm Auſtrum flantem; dicitis, Quia æſtus erit: & fit. Hypocrita, faciem cæli, & terræ nobis probare; hoc autem tempus quomodo non probatis?* Poſt hæc ſubiungit Propheta; *A minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur.* Inſigne auaritiæ verbum fuit: *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem.* Si ergo & quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, tempora Chriſti attingunt; ergo & intermedia illa de ſtylo ſcribarum operantium mendacium, ad eadem tempora ſunt referenda. Adde, quod ipſemet Hieremias, quaſi explicans quæ dixerat, cùm loqueretur de Prophetis, hoc eſt, Doctoribus falſa docentibus, & furãtibus verbum Domini, *Et peruertiſtis*, inquit, *verba Dei viuentis, Domini exercituũ Dei noſtri*; vel, vt habẽt Hebræa, *verba deorum viuentium.* Vt igitur Iudæi ſe ipſos à Meſsiæ fide, & cognitione ſubtraxerunt, & ſeipſos perdiderunt, ac deprauarunt; ita etiã interdum ſuas Scripturas corruperunt. Atque vt à Pilato auferri ac deleri petierunt titulum deſuper ſcriptum: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorũ*, & mutari in alium, reuera ſi in ſua poteſtate poſitum fuiſſet, declarârunt quid facerent; nam deleuiſſent titulum, & mutaſſent: ita ſanè quid fecerint poſt eius mortem in Scripturis, quæ penes eos erant, ſatis inſinuârunt. Locos enim multos, quibus peculiariter Ieſus Rex Iudæorum promittitur venturus, illi deprauârunt, vel de medio ſuſtulerunt, vt illud; *Donec veniat qui mittendus eſt*, id eſt, Chriſtus Rex, & Meſsias: & illud etiam corruperunt; *Regnauit à ligno Deus*: vt infrà dicturi ſumus. Multa quoque alia ab eis deleta ſunt, addiderunt alia, permulta quoque permutârunt. Et vt mendacium de Chriſto ſublato per diſcipulos cuſtodibus dormientibus pecunia ſcienter redemerunt, vt reſurrectionis veritatem negarent: ita reuera mendacijs, & corruptionibus ſcripturas Septuaginta interpretũ, quæ ſi clarè concionãtes reſurrectionem Chriſti, mortem, & fructum eius, repleuerunt, etiamſi minimè ignorarent ſe ſtudioſè mẽtiri, vt Chriſtianis imponerent. Quorſum, quæſo, bone lector, tantoperè Dominus cauiſſet per Moſen: *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo?* & iterum; *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas:* Et per Salomonem: *Omnis ſermo Dei ignitus* (hoc eſt, igne à Deo purgatus) *clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe: Nec addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniariſq́ue mendax.* Quorſum, inquam, Deus hæc præcepiſſet, niſi quia nouerat hanc Scripturarum deprauationem per Iudæos aliquando futuram, vt nos ſacris literis ſpoliarent? Veriùs ipſi eis ſpoliati, de quibus Dominus dixit: *Auferetur à vobis regnum Dei* (hoc eſt ſacrarum literarum intelligentia) *& dabitur Genti facienti fructus eius.* Et explicans alio loco quale illud ſit regnum dixit; *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim nõ intratis, nec introeuntes ſinitis intrare:* quia detortis nimirùm ſenſibus, & falſis occluſerunt oſtium fidei in Chriſtum, & vitiatis, & corruptis Scripturis nobiſcum decertant.

Luc. 12.

Hier. 8. & Iſa. 56.

Ioan. 11.

Hierem. 23.

Ioan. 19.

Gen. 49. & Matth. 2.

Pſalm. 95.

Matth. vlt.

Deuter. 4.

Infrà 12.

Prou. 30.

Sermo Dei ignitus quid.

Verbo Dei addendũ, aut detrahẽdum cur Domin⁹ vetuerit.

Matth. 21.

Quale illud ſit regnum, quod Iudæis auferendum Chriſtus prædixit.

Infrà 23.

Quomodo Scribæ, & Phariſæi regnum cælorum clauderent ante homines.

Explico apertiùs qualis fuerit illa corruptio: non quidem vniuerſalis ab illorum maioribus in vnum congregatis in odium Chriſtianorum facta, quæ apud nullos hiſtoricos legitur, & quæ fieri non poterat, propter editionem 70. Interpretum, quæ per trecentos annos ante Chriſti aduentum facta fuit, & per multas orbis partes diſperſa: nam ſtatim fuiſſet fraus detecta, & agnita: neque reuera facta eſt, cùm ipſi Hebræi codices hodie extent, eandem habentes lectionem quam nos habemus in Græcis, & Latinis codicibus, prẽterquàm in nõnullis, qui merito exiſtimantur deprauati. Quare generalis corruptio nõ fuit, ſed particularis: nec tantũ illa quæ caſu accidit iniuria tẽporum, aut negligentia ſcribarũ, ſed etiã ea, quę potuit malitia & fraude ab aliquot Rabbinis perfici, quo nobis in quibuſdã locis veritatẽ de Chriſto eriperent. Etenim natura comparatũ eſt omnibus Hæreticis, vt poſt acerbas cõtentiones, & proteruas diſputationes, libros Sacros, aut quædam eorum fragmẽta, vel Canonicos denegent, aut detrũcent, aut corrumpant, vt fecit Marcion, & alij veteres Hęretici, vt teſtis eſt Tertullianus; & noſtro ſeculo ſatis id Lutherus oſtẽdit, qui D. Iacobi Epiſtolã, & libros Machabæorũ de albo Canonicorũ librorũ abſtulit: & in noua ſua verſione, qua ſacras literas in Germanicam linguam conuertit, vt Cochleus, & alij Catholici linguę illius Germanicæ gnari teſtantur, ſuprà mille ac trecentos locos Scripturæ deprauauit. Si ergo hoc Hæretici fecerunt, qui tanto odio Eccleſiam non proſequuntur, atque Iudæi, & Chriſto ipſi fauẽt, eius gloriam, & gratiam magnificantes: quid non auſos fuiſſe Iudęos dicem⁹, qui Chriſtũ aperto odio proſequun-

Vnde manifeſtu ſit, Scripturam in vniuerſum minimè à Iudæis potuiſſe corrumpi.

Eiuſmodi corruptionẽ ſcripturarũ particularẽ extitiſſe tantummodò.

Hæreticorũ ingenium.

Tertull. in libris aduerſus Marcio.

Qui libri Sacri Luthero apocryphi, eiuſdem mira in Scripturis corrumpendis licentia.

Ioan. Cochleus.

Iudæos quã Hæreticos

eſſe ad Scripturas deprauandas lōgè promptiores.
Hieronymus.

ſequuntur, & vt Hieronymus teſtis eſt, in ſuis quotidianis precibus maledicta, & conuicia Chriſto ingerunt, & pro abolitione regni eius Deum deprecantur? Quare illorum excæcatio, & proteruia longè illam Hæreticorum ſuperat, quæ potuit illos inducere ad corruptionem nōnullorum locorum Scripturæ. Et certè incredibile mihi fit, Iudæos excæcatos, & à Meſsia omninò abalienatos, & fractos tanquam ramos bonæ arboris, maiori priuilegio potiri in ſuis libris tuendis à corruptione, quàm Dei Eccleſiam in Euangelijs, & Epiſtolis Pauli propugnandis. Nam hæreticos patitur, qui libros Canonicos inficiantur, aut illos vitiant, & deprauant; prauè quoque intelligunt, & deprauatis explanationibus interpretantur. Quidni ergo peiora peccaſſe dicamus Iudæos?

Rom. 11.
Quid probet, non minus Euangelicos codices quā Propheticos potuiſſe corrumpi.

Tertium argumentum.

Tertiò idem multis exemplis demonſtro, & præſertim ab vndecim locis deprauatis; ne quiſquam nos calumniatores appellare poſsit. In primis Geneſ. 49. dicitur: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt.* Vbi Hieronymus videtur legiſſe שילח Schiloach, de qua voce dicitur Ioannis 9. *Vade, laua in natatoria Siloë*, quod interpretatur Miſſus, aut Mittendus, vt in Scripturis traditur: *Obſecro, Domine*, inquit Moyſes, *mitte quem miſſurus es*; & Iſaias: *Emitte agnum, Domine dominatorem terræ*: per eundem ait ipſe Meſsias; *Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius*. Confirmatur verbis eiuſdem Eſaiæ capite octauo: *Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloë, quæ vadunt cum ſilentio.* Id eſt, vt interpretatur Euſebius, & Procopius, ipſum Emmanuelem, qui eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: tacitè fluentis iuxta hiſtoriam fontis, qui tacitè fluit, eo quòd ipſe venit quietè, placidè, tectè. Et Epiphanius contra Colorbaſios: *Propterea quòd non voluiſtis vos aquam Siloam placidè procedentem, & cætera.* id eſt doctrinam miſsi à Deo patre. Eodem modo interpretatur Ambroſius Epiſtola 75. ad Bellicium, propè initium. At Iudæi, vt hanc lucem obſcurarent, corruperunt, & legunt שילה, hoc eſt Schiloh; quæ vox apud Hebræos nihil ſignificat, aut occulta eſt, & ignota eius ſignificatio, adeò vt eam vocem Xantes Pagninus interpretatam reliquerit. Certè Chaldæus Paraphraſtes legit: *Donec veniat Meſsias*: & in gloſſa Hebræorum habetur quod Schiloh ſit nomen Meſsiæ. Et Rabbi Dauid Kimhi in libro Radicum ait, Schiloh deſcendere à verbo Schil, & ſignificare filium eius, vel filiū ſuum: & aſſerit, He poni loco Vau, quæ indicat tertiam perſonam maſculinā: ſed He, eſt ſignum tertiæ fœmininæ. Sic ille. Quòd ſi iſtam mutationem He in Vau deleramus, ſenſus erit: *Donec veniat filius mulieris.* Et ita agnoſce vel in Textu corrupto Diuinam prouidentiam. Eſt enim Chriſtus filius mulieris, non filius viri. Ita etiam ſæpè accidit, vt quæ manifeſtè ſunt à Iudæis corrupta, ſuos habeant nō contemnendos ſenſus.

Primus locus
Gen. 49.
B. Hieron.
Ioan 9.
Exod. 4.
Iſa. 16.
Infra 48.
Supra 8.

Illud Iſaiæ: Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloë quæ vadunt cum ſilentio, quid ſibi velit.
Euſeb. lib. 7. demonſt. Euang. c. 2. to. 1.
Procopius in Iſai c. 8.
Ioan. 4.
B. Epiphan. in Hæreſim 35. propè finem.
B. Ambroſ. tom. 3.

Xantes Pagn. in ſua verſione ex Hebræo
Schiloh quid Hebræis, & vnde ſit dictum.
Rabbi Dauid Kimhi.

Iudæorum corruptelis Sacrorum librorū quàm bene contra ipſos vti nouerit Spiritus ſanctus.
Hieron. 31.

Deinde Apoſtolus ad Hebræos 1. producit Scripturam dicentem: *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Hoc autem teſtimonium niſi in Hebræo inueniretur, homo Hebræus, & ad Hebræos ſcribens, minimè produceret. Et certè in Hebræo, vt iacet modò, non inuenitur, ſed benè apud Septuaginta duos. Nā in cantico Moyſis inter verſiculum illum: *Inebriabo ſagittas meas ſanguine*, & alterum ſequentē, nempe: *Laudate Gentes populum eius*, integer verſus deſideratur, qui eſt in editione Septuaginta nimirùm: Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ. hoc eſt: *Lætamini cœli ſimul cum eo; & adorent eum omnes Angeli Dei*: ex quo loco Paulus illa verba produxit. Atque hunc verſum agnoſcunt vt verum & canonicum Iuſtinus martyr in Dialogo contra Tryphonem, & Auguſtinus libro 5. locutionis de Deuteronomio, in fine. Explicant verò hunc locum Procopius Gazæus, aſſerens eſſe citatū ab Apoſtolo in epiſtola ad Hebr. 1. & Theodoritus lib. Quæſtionum in Deuteronomium, & Euthymius in eiuſmodi Canticum ſcribens, quod citatum à Paulo verſum tradit ibidem Iuſtinus. Nec poteſt dici, quod ex Dauidis Pſalmo 96. produxit Apoſtolus, vbi dicitur: *Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata eſt Sion*: quia in hoc Pſalmo verbum imperatiuum eſt ſecundæ perſonæ, non tertiæ; & dicuntur Angeli eius, nō Angeli Dei. Non ergo Pſalmus Dauidis, ſed Canticum à B. Paulo producitur. Et cum hoc loco coniungimus, quod in ſequenti verſiculo habent Septuaginta duo Interpretes, carent verò Hebræa. Habent enim: *Laudate Gentes populum eius*; vel, *Lætamini Gentes cum plebe eius*. Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Incipit autem hic verſus ab eodem verbo εὐφράνθητε, quo præcedens; & ideò fortaſsis prior verſus omninò deſideratur. Addunt verò Græca: Καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ: id eſt, *Et confortent eum omnes filij Dei.* Quem locum Epiphanius in Ariomanitas, & in Ancoratu producit, ad probandum, Chriſtum ab Angelo in horto confortatum. Adde,

Secundus locus.
Hebr. 1.
Deut. 32.
Iuſtin. Mart. tom. 2.
Auguſt. lib. locut. Deuteron. nu. 76. tom. 3 circa princ.
Procop. Gazæus in Deuteron. cap. 32
Theodor. lib. quæſt in Deutero. 1. q. 42 tom. 1. aliquā to à princ.
Euthymius.
Iuſtin ibid.
Prædictum teſtimonium ex Pſalm. 96. ſumptum ab Apoſtolo nō fuiſſe, vnde conſtet.
Pſalm 96.
Deut. 32.
B. Epiphan. in Hæreſim 69.
Luc. 22.

propheta Moyſen eodem prorſus verbo iuxta Septuaginta interpretes vſum, nempè *ὀνιγχύειν*, quo vſus eſt ipſe Euangeliſta. Deinde aduerte, huius verſiculi priorẽ partem citatam à B. Paulo Rom. 15. ad probandam vocationem Gentium ad Euangelium cum populo qui ex Iudæis credidit: ideò non mirum ſi hic ſit ſermo de Chriſto. Præterea, ijdem ſunt Angeli Dei, & filij Dei. Nam Iob habet cap. 2. *Cùm quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino.* Et iterum Iob 38. *Vbi eras cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* vbi Chaldæa paraphraſis habet: *Exultarent omnes acies Angelorum.* Septuaginta duo interpretes: *Quando creabam aſtra, laudabant me voce magna Angeli Dei.* Ijdem ergo ſunt filij Dei & Angeli. Et probatur etiam per Pſalmum 88. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei?* Interpretatur Chaldæus Paraphraſtes: *Quoniam quis ille, qui in æthere æquatur Domino, qui comparetur Domino inter choros Angelorum?* Poſtremò quod priori verſu dixit: *Adorent eum omnes Angeli Dei*; ad diuinam Chriſti referendum eſt naturam, vt etiam illud citat Paulus Hebræ. 1. Cùm verò in verſu ſequenti ait, *Et cõfortent eum omnes filij Dei*, ad humanam eſt referendum, quæ eguit conſortatione, non ad Diuinam. Et quemadmodùm ſpecies adorationis fuit, quòd Angeli miniſtrarũt Chriſto ab infantia, & in deſerto poſt deuictum, triumphatumque Satanam: ita etiam ſpecies adorationis eorum Chriſto Domino exhibitæ fuit, quòd illum in agonia orantem confirmarunt. Et teſte Epiphanio in prædictis locis, Angelus dicebat: *Tua eſt adoratio, tuum eſt Dominium, tua eſt potentia, tua eſt fortitudo*: Quæ verba ſunt agnoſcentis in illo diuinitatem, & potẽtiſſimam virtutem eius; & confitentis ipſummet qui omnia poteſt, ſponte ſua propter nos ceſſiſſe ad tempus omni ſolatio, & virtuti, & humanitatem ſuam deſeruiſſe, ſubtraxiſſeque omnem corroborandi & confirmandi ſeipſum virtutem & rationem.

Rom. 15.

Angeli Dei in Scripturis ijdẽ ſunt qui & filij Dei.

Iob 2.

Chriſtus in paſſione humana, non diuina eguit natura Angeli cõfortatione.

Luc. 2.

Matth. 4.

Luc. 22.

B. Epiphan.

Quibus verbis Angelus Chriſtum in agonia orantem cõfirmauerit ſecundùm Epiphanium.

Non diſsimulabo tamen, Iuſtinũ & Euthymium legere: *Et fortificentur, ſiue inualeſcant ei omnes Angeli Dei.* Procopius verò, & Theodoritus in locis prædictis legunt: *Et conforteut eum omnes Angeli Dei*: Quia videlicet *omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Et Euthymius admonet, quædã exemplaria habere: *Et fortificent eum* (ſcilicet populum eius) *omnes Angeli Dei.* Sed Epiphanius, vt diximus, eum, ad Chriſtum cõfortatum ab Angelo retulit.

Iuſtin. tom. 2.

Euthym.

Procopius.

Theodoritus.

Hebr. 1.

Tertius locus producitur ex Pſalmo 18. vbi dicitur: *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, & ita legunt Septuaginta, & Paulus ad Rom. 10. citat, ſecutus Septuaginta, & Hieronymus ex Hebræa veritate ſimiliter legit. Vnde videtur legiſſe קולם hoc eſt vox, ſeu ſonus eorum: & quadrat his quę pręcedunt de cœlis enarrantibus gloriam Dei, quaſi certis & articulatis vocib⁹, de quibus ait: *Non ſunt loquelæ neq; ſermones, quorum non audiantur voces eorum.* Quadrat & ſequentibus, cùm ait: *Et in fines orbis terræ verba eorum*: tribuens per metaphoram cœlis voces & verba, & narrationem, & annuntiationem. Nunc Iudæi corruptè legerunt קוס Qauam, quæ vox ſignificat filum, lineam, regulam, ſeu funiculum: ſubtrahẽtes enim à litera Lamed partem ſuperiorem, reddiderunt Vau, & pro Qolam legunt Qauam. Seruit etiam huic ſenſui litera Chaldęa, quę habet: *In omnem terram exiuit extenſio proſpectus eorum*: quod & in cœlis corporeis locũ habet, & in ſpiritualibus Apoſtolorum cęlis. Nam vbiq; prædicauerunt quaſi ſe extẽdentes, vt viderẽtur cęli materiales: & Dñs ſermonem eorum confirmauit.

Tertius loc⁹.

Pſalm. 18.

Rom. 10.

Hiero tom. 8.

Qaua Hebræis quid.

Apoſtoli cœli in Scripturis cur dicantur.

Marc. vlt.

Ibidem.

Quartus locus, quem conqueritur Paulus Burgẽſis corruptum. Siquidem Pſal. 21. habetur: *Foderunt manus meas, & pedes meos*: vbi Hebraicè legitur כרו Caru; 72. Interpretes *ὤρυξαν*, & Hieronymus ex Hebræo, *fixerunt*. Nunc verò Iudæi corruptè legunt כארי idest, *ſicut leo, manus meas, & pedes meos*: quæ certè lectio violenta eſt, quia nõ habet verbum, & quia etſi in alio loco habeatur (ſicut Iſai. 38. *ſicut leo, ſic contriuit omnia oſſa mea*) ibi tamẽ eſt aliquod verbũ aptum; hìc autem neque ſingulare, neque plurale verbum habet: & conſequentia Textus exigeret plurale, quia pręcedit: *Quoniam circumdederunt me canes multi.* Et ſequitur: *Dinumerauerunt omnia oſſa mea.* &, *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, &c.* quare apertè patet Iudæorum dolus. Ridiculum autem, & omni exploſione dignum eſt, quod Xantes Pagninus ad Iudaicam perfidiam propugnandam excogitauit, & in margine interpretationis ſuæ adiunxit: *Fugiente Dauide per abrupta inſtar quadrupedis, manus eius, & pedes perforabantur. Vnde Hebræi legunt: Quaſi leonis manus meæ, & pedes mei.* Sed ignorare voluit hic bonus vir, quòd totus hic à primo verſu vſque in finem Pſalmus, Chriſto autore, & Euangeliſtis, de Meſsia, non de Dauide loquitur. Deinde habere manus, & pedes leonis, non eſt habere eos perforatos, ſed perforantes, & configentes alios potius, quàm ſeipſum. Manifeſtè etiam Iudaizat editio, quæ ponitur è latere paraphraſis Campenſis: *Franget*, inquit, *ma-*

Quartus locus.

Paul. Burgen.

Pſalm. 21.

Hiero. tom. 8.

Iſai. 38.

Eius loci: Foderũt manus meas, & pedes meos, inepta planè, & ridicula Xantis Pagnini interpretatio reijcitur.

Munſterus hæreticus potatur inſipentiæ.

nus meas, & pedes meos inſtar leonis. Sed Munſterus, etiamſi hæreticus, cõſultiùs in ſcholijs ſuis dixit, recurrẽdum eſſe hoc loco ad antiqua exemplaria. Sed quænam, quæſo, antiquiora, vel puriora eſſe potuerunt, quã illa 72. interpretum, qui per trecẽtos annos ante Christi crucem Biblia in Græcum verterunt eloquium?

Quintus locus. Iuſtin. Mar. tyr tom. 2. Pſalm. 95.

Quintus locus: Conqueritur Iuſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem Rabbinum Epheſi archiſynagogum, quòd verſiculum illum Pſalmi 95. *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit*, Iudæi corruperint; & ſubtraxerint, atque eraſerint duo verba, nempe, *à ligno*, ſiue vt ille ait, ἀπὸ ξύλου, atq; hoc odio crucis Chriſti, quę tamen olim erant in Hebręo. Quod ex eo probat, quia Septuaginta interpretes duo illa verba haberent. Nam, vt docet Hieronymus ad Damaſum in Proœmio ſuper quatuor Euangelia, hoc obtinuit Eccleſia per tranſlationem Septuaginta, vt quicquid noui Interpretes, vel eraſerint, vel ſubtraxerint, vel addiderint, vel mutauerint de textu Hebræo, ſtatim detegatur dolus. Et certè cùm prius poſt illa verba: *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit, haberetur* עץ hoc eſt, lignum, mutatæ ſunt illę duæ literæ in alias duas אף quæ ſignificant certè, vel etenim: & de verſu ſuperiore tranſlatæ ſunt in ſequentem. Vnde ſequitur: *Etenim correxit orbem terræ.* Iuuat etiam hunc textum catholicum quod ſequitur paulo pòſt in eodem Pſalmo: *Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum à facie Domini*; id eſt peccatores infructuoſi vt ligna ſiluæ, & apti ad ignem: qui virtute Crucis conuerſi ſunt ad Chriſtum, & facti arbores fructiferæ. Quòd ſi ſententijs Patrum agamus, profectò permulti ſunt & graues Doctores, qui hanc lectionem ſequuntur, & ponderant. Ait enim Caſſiodorus in hunc locum: *A ligno, alij quidem non habent translatores; ſed nobis ſufficit quòd Septuaginta interpretum autoritate nobis firmatum eſt.* Auguſtinus in eundem Pſalmum bis eius ſententiæ meminit, & Ambroſ. de ligno Crucis diſputans 1. Corin. 15. Adde Leonem Papam ſerm. de Paſſione, & Arnobium in eundem locum Pſalmi, Cyprianum lib. aduerſus Iudæos, deniq; Tertullianum, qui in duobus locis, id eſt lib. 3. in Marcionẽ, & libro in Iudæos, cap. Quòd Patriarchæ oſtendunt figuram Crucis, hæc eadem verba habet, *Age nunc, ſi legiſti penes Prophetam in Pſalmis: Dominus regnabit à ligno, expecto quid intelligas; ne fortè lignarium aliquem Regem ſignificari putetis, & non Chriſtum, qui exinde à paſſione Chriſti ſuperata morte regnauit.* Et confirmans hunc Textum, producit alterum Iſaię ſimilem, ſubiungens: *Proinde & Iſaias: Quoniam, puer, inquit, natus eſt nobis, & datus eſt nobis filius. Quid nouum, ſi non de filio Dei dicit, & natus eſt nobis, cuius imperium factum eſt ſuper humerum ipſius? Quis omninò Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu ſceptrum, aut aliqua proprietate vſus noua? Sed ſolus nouus Rex ſeculorum, Chriſtus Ieſus nouam gloriam, & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam in humero extulit, crucem ſcilicet, vt ſecundùm priorem prophetiam exinde Dominus regnaret à ligno.* Hactenus ille, qui in eodem libro, cap. De claritate Gentium In Chriſto Ieſu, tractans illud, *Exterminauerunt manus meas, & pedes*, ait: *Hæc Dauid paſſus non eſt, vt de ſe meritò dixiſſe videatur, ſed Chriſtus qui crucifixus eſt. Manus autem, & pedes non exterminantur, niſi eius qui in ligno ſuſpenditur. Vnde & ipſe Dauid regnaturum ex ligno Dominum dicebat.* Vbi aduerte, Tertullianum legiſſe, non ὤρυξαν, id eſt foderunt; ſed, ἐξώλεσαν, per Iota, id eſt exterminauerunt. Aduerte etiam, Iudæos non tantùm corrupiſſe Textũ in Hebræo, ſed etiam ſuis clamoribus, cachinnis, & cõtentionibus (quibus ſoliti erant agere, cùm diſputarent cum Chriſtianę fidei profeſſoribus, vt ſcribit Origenes ad Iulium Africanum) obtinuiſſe, vt nos etiam de Græcis & Latinis codicibus eraderemus verba illa, *A ligno*, & ſimilia alijs locis, putantes in Hebræo non haberi; ſed id à Doctoribus noſtris, quos ignotabãt, & à Pſalterio quod Romanum vocatur, & à quibuſdam Textibus antiquiſſimis, qui in Bibliothecis aſſeruãtur, obtinere minimè poterunt: quẽadmodum nec ab hymno Eccleſiaſtico, in quo canere ſoliti ſumus:

B. Hieron. to. 3. circa princ. Septuaginta virorũ tranſlatio quid Eccleſiæ contulerit, teſte Hieronymo.

Pſalm. 95.

Per ligna ſiluæ peccatores myſticè deſignantur.

Leo Papa ſer. 4. de paſſ. Arnob. in Pſalm. 95. Cyprian. de montib. Sina, & Sion: inter med. & finẽ, circa operis finem. Tertull.

Iſai. 9.

Quæ regum ſint propria terrenorum.

Proprium regis Chriſti quid.

Idem Tertul. Pſalm. 21.

Origen. Quanam occaſione factũ ſit, vt de verſu illo: Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit, illa duo verba eraderentur, à ligno, ſecundùm Origenem.

Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fideli carmine,
Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.

Sextus locus. Iſai. 28.

Sextus locus eſt apud Iſaiam, ca. 28. vbi habetur: *In alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic, & nec ſic exaudient me, dicit Dominus*: & ita producit hunc locum Apoſtolus in priori ad Corinth. & Hieronymus ex Hebręa veritate ita trãſtulit: *In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum iſtũ. Cui dixit: Hæc eſt requies mea, reficite laſſum; & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire.* Et intelligendum eſt, Deum loqui, vt explicauit Paulus; non Prophetam, vt de ſuo addidit Pagninus. Quem locum Iudæi corruperunt, mutata litera Zain in literam Gimel, quæ ſunt inuicem valde ſimiles. Legũt enim בלעגי belaage loco בלעזי belaaze. Prius illud verbũ ſignificat, in ſubſan

1. Cor. 14. Hieron. in Iſai. lib. 9. tom. 5.

Xantes Pagninus.

nantibus,

Idem. Iudęi omnes linguas prætet linguam Sanctam, vitium, aut barbariem labiorum dicere ſolebant.

nantibus, vel, bleſis, ſiue balbutientibus labijs: ſecundùm autem Belaaze, ſignificat varietatem, & diuerſitatem linguarum: quod Septuaginta reddiderũt, διὰ φαυλισμὸν χειλέων, id eſt per vitium, aut barbariem labiorum. Vt enim docet Pagninus in Theſauro, in dictione Laaz, Moris eſt Hebræis omnes linguas, quæ non eſſent lingua Sancta, vitium labiorũ, aut barbariem appellare. Hinc Pſalm. 113. *In exitu Iſraël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro* poſtrema verba Hebraicè dicuntur לעז מעם id eſt, de populo barbarè loquente. Hinc idē eſt prorſus ſenſus LXX. & Hebraicę veritatis, & editionis Hieronymi, & ſenſus eſt manifeſtus cum eo quod dicitur Act. 2. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, &c. & cœperũt loqui varijs linguis*; vt exponunt Cyrillus in Iſaiam, & Gregorius Nazianze. in ſanctam Pentecoſten: ſed Chryſoſtomus in Demõſtratione quod Chriſtus ſit Deus, ſic interpretatur: *Quomodo, dicet quiſpiam, attraxére Apoſtoli tot nationes, qui non niſi vnam linguam tantùm habebant, nempè Hebraicam? Quomodo Scytham, & Indum, & Sauromatam, & Thracem docebant? Acceperunt è Spiritu ſancto dona linguarum Et hoc quoque non Apoſtoli ſolùm dicunt, ſed & Propheta ſimul hoc duo declarantes, ſcilicet quòd linguarum varietatem acceperint Apoſtoli; & quòd nec hoc quòd attraxit omnes Gentes, attraxerit Iudæos. In varijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic; & nec ſic quidem exaudient me, dicit Dominus.* Hæc Ille. Vbi perpende, Apoſtolos iuxta Origenis canonem, breuitatis, & perſpicuitatis cauſſa, ſolitos interdum teſtimonijs quæ ex Veteri Teſtamento producunt, omittere media: quia poſt illa verba: *In alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic*, ſequebatur: *Hæc eſt requies mea, reficite laſſum: & hoc eſt refrigerium meum*: quæ videntur hoc loco prætermiſſa; & pro eo quod Propheta dixit: *Et noluerunt audire*, Paulus dixit explicans: *Et nec ſic exaudient me, dicit Dominus.*

Pſalm 113. Quid illud Pſalmi: Domus Iacob, de populo barbaro.

Act. 2.

Cyrill. in c. Iſai. 28. Greg. Nazian. Chryſoſt. tom. 3 circa finem. Varios Gentium populos ad Chriſtum Apoſtoli traxerunt varietate linguarum.

Orig. in ep. ad Roma. tom. 2. Apoſtoli ſolent & Euangeliſtæ teſtimonij de Lege ſumpti extremis productis media reſecare: vt tradit Origenes.

1. Cor. 14.

Septimus locus habetur Luc. 3. vbi producit ex Propheta: *Videbit omnis caro ſalutare Dei*: quod certè cùm in Hebræo non ſit, ſed in græco Septuaginta duorum interpretum, vbi etiam cum articulis dicitur: ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, hoc eſt illud ſalutare illius Dei, quod eſt dicere, inſigné, & illuſtrem Saluatorem: cogimur confiteri de Hebręis libris fuiſſe eraſum; & pro illis verbis, *ſalutare Dei*, additum eſſe aduerbium, quod in Hebræo pariter ſignificat.

Septimus locus. *Luc 3. Iſai. 40.*

Octauus locus habetur Hierem. 11. *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium*: quod Iuſtinus Martyr dialogo in Tryphonem teſtatur à Iudæis malignè fuiſſe ſublatum. Etenim in quibuſdam vetuſtis exemplaribus Hebraicis eſſet inuentum, poſteà fuit reſtitutum, & patefactus Iudæorum dolus. Subdit Iuſtinus: *Ex Hieremia ſimiliter dicta iſta reſecuerunt: Recordatus eſt Dominus Deus mortuorum ſuorum Iſraël, qui obdormierunt in terra aggeris (in tumulis ſcilicet, & ſepulchris) & deſcendit ad eos vt euangelizaret, & læto eis ſignificaret nuntio ſalutare ſuum.* quæ verba etiam citantur ab Irenæo libro aduerſus hæreſes: *Dominus*, inquit, *è medio vmbræ mortis eò abijt, vbi animæ mortuorum erant, quemadmodùm Propheta de eo ait: Commemoratus eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum, qui ante dormierant in terra ſtipulationis* (melius fortaſsè legeretur, ſepultionis) *& deſcendit ad eos extrahere, & ſaluare eos: deinde corporaliter reſurrexit, & poſt reſurrectionem ſuam aſſumptus eſt.* Secundo, ibidem queritur Iuſtinus ex verbis, quæ Eſdras de lege, & conſtitutione paſchæ commemorauit, hunc locum ablatum: *Et dixit Eſdras populo, Hoc paſcha Saluator noſter, & perfugium noſtrum. Ac ſi in animum induxeritis, & in cor veſtrum aſcenderit, quòd humiliaturi eum ſimus in ligno, & poſt eà ſperaturi in eum, non deſolabitur locus iſte in omne tempus, dicit Deus virtutum. Sin in eum non crediderítis, nec audieritis annuntiationem eius, deridiculum eritis Gentibus.*

Octauus locus. Hierem. 11. Iuſtin. mart. tom. 2.

Idem. Iudæorum aliud ſpurcũ, dolusve detegitur.

Irena. lib. 5. in fine.

Act. 1. & alibi. Ibidem. Item Iuſtin. ibid.

1. Eſdr 6. Aliud eorundem Scripturæ latrocinium ac e... pteia.

Meminit horum verborum Lactantius his verbis: *Et dixit Eſdras ad populum: Hoc paſcha Saluator noſter eſt, & refugium noſtrum: cogitate, & aſcendat in cor veſtrum: quoniam habemus humiliare eum in ligno: & poſt hæc ſperabimus in eum, ne deſeratur hic locus in æternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum. Si non credideritis ei, neque exaudieritis annuntiationem eius, eritis deriſio in Gentibus.* Producit idem Lactantius paulo pòſt alium locum ex 3. Regum cap. 9. dicens: *Sed & Salomon filius eius, qui Hieroſolymam condidit, eam ipſam perituram eſſe in vltionem ſanctæ Crucis prophetauit: Quòd ſi auertimini à me, dicit Dominus. & non cuſtodieritis veritatem meam, reijciam Iſraël à terra quam dedi illis; & domum hanc, quam ædificaui illis in nomine meo, proijciam illam omnibus, & Iſraël in perditionem, & in opprobrium populo, & domus hæc erit deſerta; & omnis qui tranſibit per illã, admirabitur, & dicet; Propter quam rem fecit Dominus terræ huic, & domui huic, hæc mala? Et dicent: Qui reliquerunt Dominum Deum ſuum, & perſecuti ſunt Regem ſuum dilectiſſimum Deo, & cruciauerunt illum in humilitate magna: propter hæc importauit illis Deus mala hæc.*

Lactant. lib. 4. ca. 18 paulo à medio.

Idem ibidem prope finem.

Nonus locus habetur Zacha. 12. *Aſpicient*, inquit, *ad me, quem confixerunt.* Et pondera verbum,

Nonus locus.

verbum, *ad me:* quia loquitur Dominus per Prophetã, & ita habent 70. Καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς μέ. Iudæi verò corrumpunt hunc locum, dicentes: *Aſpicient in quem compunxerunt, vel pupugerunt;* ne videatur dici Deus ipſe punctus, & Meſsias Deus eſſe. Quòd ſi obijcias, Ioannem ita vertiſſe; dicendum eſt, Ioannem pro more ſuo citaſſe ſenſum, non verba in prima perſona, & vt moris eſt Apoſtolis, & Euangeliſtis, citaſſe prima & vltima, omiſsis intermedijs: & facilè ex Hebræo ſuppleri poſſet Elai, ſiue πρὸς ἐμέ, & Latinè, ad me, quem compunxerunt. Et tam in Propheta, quàm in Euangeliſta videtur eſſe ſermo de Chriſto per fidem agnito: tùm quia Propheta ſubiungit: *Et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti;* & in Euangelio habetur, *quod reuertebantur percutientes pectora ſua.* Poteſt etiam intelligi de ſecundo aduentu, quando impij in malum ſuum videbunt eum, in quẽ pupugerunt: de quo dicitur: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.*

[Ioan. 19. Ioannes Scripturæ teſtimonia ad ſenſum potius, quàm verba citare conſueuit.]

[Illud Zachariæ: Adſpicient ad me, quem confixerunt: ad Chriſtum referri poteſt dupliciter.]

[Luc. 23.]

[Apoc. 1.]

Decimus locus fit ex teſtimonio Amos Prophetæ: *Super tribus, inquit, ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento Iuſtum, & Pauperem pro calceamentis.* Et miratus ſum, quòd quidam noui Iudæi inuerterint hunc locum, legendo צדק pro צדיק, id eſt Sedech pro Sadich, id eſt Iuſtitiam pro Iuſto, ſed nullam habet probabilitatem, quia ſequitur: *Et pauperem pro calceamentis:* Nam Chriſtus nomine Iuſti venire ſolet in Scripturis: *Occiderunt,* inquit Stephanus, *eos, qui prænuntiabant de aduentu Iuſti.* Habet etiam cognomentum Pauperis, iuxta illud: *Ego autem mendicus ſum, & pauper.* Et licet legeremus Iuſtitiam pro Iuſto, non tamẽ ſic euaderent Iudæi: quia Chriſtus dicitur iuſtitia noſtra. Quod ergo hic locus de Chriſto à Iuda Iudæis vendito veniat interpretãdus, multa ſuadent. Primum, quia cùm Propheta ſit, & non hiſtoricus Amos, non narrat hiſtoriam Ioſeph venditi, quæ iam præceſſerat; & ideò illam prophetice enarrare nõ poterat, ſed hiſtoricè. Deinde illud crimen Iſraël non fuit primum, ſed quartum, vt hic dicitur: nam primum peccatum Iſrael fuit vẽditio Ioſeph in typum Chriſti venditi à Iuda: Secundum fuit crimen idololatriæ in adoratione vituli admiſſum: Tertium, occiſio Prophetarum: Quartum, venditio Chriſti ad mortem, Iudæ proditione facta. Non ergo quartũ delictum fuit prima venditio Ioſeph Iſmaëlitis facta. Ad hæc, illud delictum purgatum erat deſcenſu eorum in Aegyptum; at atrociſsimũ facinus Iudæorum Chriſtum triginta argenteis redimentium, nullam expiationem habuit. Præterea venditio Ioſeph non fuit grauius crimen idololatriæ, vt quartum ponatur grauiori ſupplicio plectendum; at horrendum crimen prodendi Dei Filium, & in crucem agendi, grauiſsimè plectendum fuit. Cùm ergo hic locus conueniat cum loco Zachariæ de Chriſto vendendo triginta argenteis, proculdubiò vnum & idem docent: & quòd ironicè dixit Zacharias; *Decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis;* idem eſt cum eo quod hic ait; *Et pauperem pro calceamentis:* nihil enim vilius calceis. Quòd verò Iudæi non vendiderint, nihil refert: quia Iudas Iſraëlita fuit, & à Iudæis ſollicitatus fuit ad faciendam pacta pecunia proditionem. Et licèt Chaldæa tranſlatio habeat: *Eo quod vendiderunt pro argento iuſtos, & pauperes quo opes poßideant:* ſed ego prophetiam, non hiſtoriam eſſe pronuntio. Et vt Paulus producta illa ſententia: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes,* ponderat in ſingulari dictum: *In ſemine tuo, & non in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno:* Ita ego expendo in ſingulari dictum; *Pro eo quod vendiderit pro argento Iuſtum & Pauperem pro calceamentis,* ad ſignificandum illum ſummè iuſtum, & inſigniter pauperem. Certè Rabbi Samuel in Epiſtola ſua ad Rabbi Iſaac ante quingentos annos, magnoperè hoc teſtimonio Amos premebatur, vt crederet Ieſum eſſe illum Iuſtum & Pauperẽ, hoc eſt Meſſiam, à Chriſtianis agnitum & receptum.

[Decimus locus.]

[Amos 2.]

[Chriſtus in Scripturis Iuſti, & Pauperis appellatione deſcribitur.]

[Act. 7.]

[Pſalm. 39.]

[1. Cor. 1.]

[Matth. 26. & 27.]

[Gen. 37.]

[Quodnam primum peccatũ Iſrael, quod ſecundũ, tertium, & quartum.]

[Exod. 32. Matt. 23. & Act. 7. Matth. 26.]

[Zachar. 11. Matth 27.]

[Horrendum venditionis Chriſti facinus cùm Iudas perpetrauerit, Iudæis cur imputetur.]

[Matth. 26.]

[Galat. 3. Gen. 12. & ſæpè deinceps.]

[De loco illo Prophetæ: Pro eo quod vẽdiderit pro argento Iuſtũ, & Pauperẽ pro calceamentis, quid ſenſerit Rabbi Samuel.]

Vndecimus & poſtremus locus ſumitur ex Deuteronomio cap. 21. vbi dicitur: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Vbi Hieronymus id edisserens, mirabatur cùm Apoſtolus LXX. virorum autoritatem nõ integrè, ſicut ab eis editũ eſt, protulerit; & Dei nomen adiunxerit, nempe: *Maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno. Sin verò* (ſubiungit ille) *et Hebræus ex Hebræis id quod in ſua lingua legerat, putabat eſſe veriſsimum, nec omnis, nec in ligno, quæ in Hebræo non habentur, aſſumeret. Ex quo mihi videntur,* ait, *aut veteres Hebræorum libri aliter habuiſſe, quàm nunc habent, aut Apoſtolum (vt ante iam dixi) ſenſum Scripturarum poſuiſſe, non verba; aut, quod magis eſt æſtimandum, poſt paßionem Chriſti, & in Hebræis, & in noſtris codicibus ab aliquo Dei nomen appoſitum; vt infamiam nobis inureret, qui in Chriſtum maledictum à Deo credimus.* Hæc ille, aſſerens Hebræos codices vitiatos. Et probat illam additionem, *à Deo,* factam eſſe ab aliquo, ex eo quòd cùm multi in Scripturis dicantur maledicti, nunquã tamen à Deo maledicti dicũtur. Et reuera

[Vndecimus locus.]

[Deut. 21.]

[Hieron. in ca. 3 ad Gal. 10. 9]

[Galat. 3.]

[Quomodo.]

li illu

Chriſtus dici poſſe à Deo maledictus. *Iſa. 53.*

[illegible] ruem, *à Deo*, acceperunt LXX, de Hebræo fonte, nihil aliud eſſet maledictus à Deo, quàm illud Iſaiæ: *Et nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum.* Certè Aquila & Theodotion habent: *Quia maledictio Dei eſt ſuſpenſus.* Idem Hieronymus eodem loco expendens verba Deuteronomij: *Maledictus omnis homo, qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in verbo legis vt faciat ea*, admonet ſumptū eſſe iuxta editionem LXX. & in Hebræo nō haberi, *Omnis*, &, *In omnibus. Ex quo*, inquit, *intelligimus, Apoſtolum, vt in cæteris, ſenſum magis teſtimonij poſuiſſe, quàm verba: & incertum habemus, vtrùm Septuaginta interpretes addiderint*, Omnis homo, & In omnibus; *an in veteri Hebraico ita fuerit, & poſtea à Iudæis deletum ſit. In hāc me autem ſuſpicionem illa res ſtimulat, quòd verbum*, Omnis, & In omnibus, *quaſi ſenſui ſuo neceſſarium ad probandum illud, quod Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt, Apoſtolus vir Hebrææ peritus, & in lege doctiſſimus, nunquam protuliſſet, niſi in Hebræis voluminibus haberetur: quā ob cauſam Samaritanorum Hebræa volumina relegens, inueni* כל *quod interpretatur Omnis, ſiue omnibus, ſcriptum eſſe, & cum LXX. interpretibus cōcordare. Fruſtra igitur illud tulerunt Iudæi, ne viderentur eſſe ſub maledicto.* Hæc ille. Ex cuius verbis habes, Hieronymum in priori teſtimonio tribuiſſe Iudæis, quòd addiderint Textui: in ſecundo, quòd ſubtraxerint. Et ita his duodecim locis, ſiue tredecim, perſuaſum eſſe omnibus puto, Iudæos pro libidine ſua infinitos penè Scripturarum locos deprauaſſe.

Hieron ibid. Deut. 27.

Quo cōſilio Iudæi de illo Deuteronomij teſtimonio: Maledictus qui non permanſerit, &c duo illa ſuſtulerint, omnis homo. &, in omnibus, teſte Hieronymo.

Quartū arg. à traditione Patrum. *Iuſtin. Martyr tom. 2.*

Quarto loco idem comprobamus ſententijs veterum Patrum, qui hoc Iudæis vitium obiecerunt, quòd nimirùm & libros Hebræos, & Græcos LXX. Interpretū deprauauerint. Sed inter cæteros Iuſtinus Martyr in dicto Dialogo aſſerit, Iudæos mille vti ſtrophis, vt inuertant quæ de Chriſto ſunt ſcripta, & corrumpant, & ſubdit: *Aſſeuerare audent, interpretationem, quam interpretati ſunt Septuaginta veſtri Seniores, cùm apud Ptolemæum Ægypti Regem eſſent, in quibuſdam locis minus eſſe veram. Quæ namq; aperte in ſacris literis videntur inſipientem, ſuiq; amantem ſententiam eorum carpere, ea non ita ſcripta eſſe, dicere audent: quæ verò ſe congruenter ad res humanas trahere poſſe exiſtimant, ea nō in hunc noſtrum Ieſum Chriſtum dicta eſſe affirmant, ſed in quem ipſi expoſitione ſua detorquere aggrediuntur.* Hoc idem teſtatur Euſebius Cæſarienſ. cùm ſermonem facit de Iuſtini ſcriptis lib. 4. c. 18. dicens: *Propheticis etiam quibuſdā vtitur teſtimonijs ad Tryphonem cōueniens cum quòd Iudæi abſciderint hæc de Scriptura, & abſtulerint.* Sic ille. Clemens quoq; Alexandr. lib. Stro. tractans Apoſtoli ſententiam, *Faciamus mala, vt veniant bona*, inquit: *Ij ſunt qui in legendo, tono vocis peruertunt Scripturas ad proprias voluptates, & aliquorum accentuum, & punctorum tranſpoſitione; quæ moderatè & vtiliter præcepta ſunt, ad ſuas trahunt delicias. Qui irritatis Deum ſermonibus veſtris*, inquit Malachias, & reliq. Adhæc Athanaſius lib. in dictum Euangelij: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis*, ita ſcribit: *Iudæi nihil curant corrumpere Sacrarum litterarum placita, modò ita abnegent Chriſti aduentum.* Præterea Origenes in Epiſtola ad Iulium Africanum, loquens de hiſtoria Suſannæ, inquit: *Sed fortaſſe quæras; Si apud Hebræos hæc hiſtoria eſt, vt docti Hebræi tradunt, cur cum libris Hebræis Danielis non circumferatur? Facilis eſt reſponſio, quòd quæ potuerunt omnia, expunxerunt ex Sacra Scriptura, quæ præferrent aut ſeniorum, aut principum, aut iudicum crimina; ne manibus vulgi tererentur, & apud plebem haberentur deſpicatui. Quorum quædam ſeruantur in apocryphis, vt illud de Iſaia, qui ſerra fuit diſſectus. Vnde illud Pauli, Lapidati ſunt, ſecti ſunt. Et pluraliter ait, ſecti ſunt; more apud Hebræos, & apud Græcos, obſeruato, pro ſingulari.* Et infrà: *Scias, Tobiam, & Iudith, Hebraicè nō extare, & Hebræos hos libros nō recipere, quanquam Hebraicè apud ipſos in arcanis aſſeruari, è quibuſdam ipſorum Iudæorum mihi renuntiatum eſt.* Hæc ille, cuius epiſtola producitur ab Euſebio lib. 6. cap. 23. docens, non tantùm verba, ſed integros libros expunxiſſe de Scriptura; & ſimilia docet in Matthæum, & in Hieremiam, tractans illud: *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt in ſtylo ferreo, in vngue adamantino, ſculptum ſuper pectus cordis eorum: Quoniam*, inquit, *difficile eſt aliquem ſe malum confiteri; Ideò Iudæi, qui exemplaria nōnulla falſarunt, etiam in hoc loco pro peccato Iudæ, peccatum eorum poſuerunt.* Sic ille. Adde Hieronymum, qui hæc eadem in locis ſuperius productis ſuſpicatur corruptionem factā à Iudæis. Et in caput 5. in Michæam, expendens teſtimonium Matth. 2. productum: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui reget populum meum Iſrael: Quod*, inquit, *teſtimonium nec Hebraico, nec Septuaginta interpretibus conuenire, me quoque tacente perſpicuum eſt: Et arbitror Matthæum volentem arguere Scribarum, & ſacerdotum erga diuinæ Scripturæ lectionem negligentiam, ſic etiam poſuiſſe, vt ab eis dictum eſt.* Hæc ille. Plura huius generis Patrum teſtimonia poſſemus producere, ſi opus eſſet: ſed iam rationibus agamus.

Et primùm, qui Chriſtum de cordibus

Iudæi verſionem Septuaginta cur audeant reprehendere.

Euſeb. tom. 1.

Clem. Alex. lib. Strom. 3. inter princip. circiter & medium. Rom. 3. Malach. 2.

Mag. Athan. tom. 3. Matth. 12.

Origenes.

Si apud Hebræos hiſtoria Suſannæ eſt, inquit Origenes, cur cum libris Hebræis Danielis nō circumfertur? *Dan. 13. & ſequentib.* Iſaiam ſerra fuiſſe diſſectū, libri teſtantur apocryphi, ſecundùm Origen. *Heb. 11. Idem*

Liber Tobiæ & Iudith Hebraicè non extant viuo Iudæorum.

Idem tract. 16. in Matth. circa medium tom. 2. circa ſinem. Hierem. 17. Idem hom. 11. in Hieremiā iuxta finem, tom. 1 procul à medio. B. Hieron. tom 8. Idem tom. 6. Matth. 2. Mich. 5.

Rationibus

ſuis

eadem veritas comprobatur.

Secunda ratio.

ſuis eraſerunt, atque illi minimè pepercerunt, mirum eſt ſi Scripturis quoque non pepercerint. Secunda: Nouimus hæreticos pertinaciſſimè Catholicis dogmatibus reluctari, & Scripturas, & ſanctorum libros curaſſe vt vitiarentur: quid mirum igitur de perfidia Iudæorum, qui contentioſiſsimi ſunt, & pertinaces, ſi ſua Biblia corruperint? Certè ſi legas Tertullianum, deprehendes Marcionem hæreticum multa ex Scripturis truncaſſe, multa deleuiſſe, ac deprauaſſe ad victoriam.

Hæretici quales, & Iudæi ſint infelices. *Tertull.*

Tertia.

Tertia, quia nó fruſtra Deus curauit, vt ante Chriſti aduétum Scripturæ in Græcum ſermonem trāſcriberētur, quia nouerat Iudæos in deprauationem ſacrorum codicum conſpiraturos; & Chriſti cultoribus non veros, & ſinceros, ſed corruptos, & deprauatos codices tradituros.

Quarta.

Quarta: Non eſt vlla ratio, cur Hebræa lectio ſit magis incorrupta & pura quàm illa ſeptuaginta, vel illa Hieronymi Latina: ſed in his cernimus vitia, & errores irrepſiſſe, non tam temporum iniuria, quā imperitia librariorum, aut etiam interdū hominum malitia: quid mirum igitur, ſi Hebræa editio deprauata, ac vitijs, & erroribus ſuis referta exiſtat, quæ cæteris eſt antiquior, & librarij in tranſcribendo magis imperiti, & Iudæorum gens ob inſitum odium, quod in Chriſtum, & in nos gerunt, ad corrumpēdum, ob elementorum ſimilitudinem, & facilitatem, & commoditatem corrumpendi promptiſſima?

Quinta ratio.

Quinta ratio: Idem indicat, quod Aquila, Symmachus, ac Theodotion nouas verſiones ex Hebræo idiomate in Græcum Iudaicantes fecerunt in odium editionis 70. Interpretum Hebræam lectionem detorquentes, & aliò trahentes, quod parum diſtat à corruptione. Sexta ratio: Teſtantur veteres Patres, Iudæos editionem 70. Interpretum corrupiſſe: qui ergo alienæ linguæ, & peregrinæ verſionem vellicant, & deprauant, quomodò credibile eſt eos linguæ ſuæ, ac maternæ libris peperciſſe? Septima: Suſtulerunt libros Integros, vt Tobiam, & Iudith, & hiſtoriam Suſannæ, vt teſtis eſt Origenes ad Iulium Africanum inferiùs producendus, quid mirum, ſi nonnullos locos vitiarint, vt non tam ſe, quàm nos veritate aliqua ſpoliarent? Id enim eſſe ſolet inuidentium ingenium, vt alijs noceant, proprium ipſorum damnum negligere.

Quàm facilis corruptio ſit diuinorum voluminum.

Octaua: Magna eſt commoditas vitiandi quod volumus in Hebraicis libris, tum propter vicinitatem elemētorū, tùm propter mutationem pūctorum, tùm denique propter apices variatos: quæ diligenter ſunt explicanda. Habet enim in primis Talmud in libro Sanedrim: *Dixit Merzotra: In principio lex data eſt Iſrael in charactere Hebræo (id eſt quo vtuntur in Meſopotamia) & lingua Sancta poſtmodum tempore Eſdra data eſt in charactere Syriaco, & lingua, Chaldea. Hebræi autem doctiores elegerunt characterem Syriacum (quo ſcilicet hodie vtuntur) & linguam ſanctam: indoctioribus verò, & idiotis reliquerunt characterem Hebræum, & linguam Chaldæam.* Hæc ibi.

Talmud diſtinct. 2.

Ex quibus deducitur, mutatos fuiſſe characteres Hebræos, & linguam eandem manſiſſe: & veram eſſe traditionem, quam ex Patribus accepimus, Eſdram nouis characteribus, hoc eſt Aſſyrijs, ſiue Syriacis ſacra Biblia reddidiſſe, ſeruata tamen eadē lingua Sancta. Amiſſi quippe erant characteres illi Hebræi, & antiqui: quia reges idololatræ ſacros libros comburebant, & Prophetas interficiebant, vt habemus lib. 4. Regum, & 2. Paralipomenon. Hinc tempore Ioſiæ inuenti ſunt quinque libri Moyſis antea amiſsi. Quid ergo credibile eſt contigiſſe tempore aliarum captiuitatum; Adhæc, Talmud libr. Meghila refert, quinque literas duplicatas in Alphabeto, quæ finales dicuntur, poſt Moyſen inuentas: non igitur Hebræi integras literas ſuas conſeruarunt.

Eſdram ſacerdotem Aſſyrijs, ſiue Syriacis characteribus ſacra olim amiſſa Biblia reddidiſſe, vt tradunt Patres, vnde conſtat.

4. *Reg.* 22.
2. *Paral.* 34.
Ibidem.
Talmud.

Ampliùs, literæ, quibus hodie vtuntur Hebræi, ſecundùm omnes Rabbinos, illæ eædē ſunt, quas ab Aſſyrijs acceptas poſt trāſmigrationem in Hieruſalem reuerſi attulerunt: quarum aliquæ adeò ſunt alteris ſimiles, vt ſæpè in illis ſcribendis decipi contingat, & vnam poni pro altera: vt Beth pro Caph; Gimel pro Zain; Daleth pro Res; He pro Chet; Vau pro Iod; Men pro Samech, vel è contrario. Sunt etiam quædam literę ferè eiuſdem pronuntiationis: vt Aleph, & Hain; Caph, & Coph; Zain, & Zade: quę facilè ſæpè confunduntur.

Hebrææ quędam notæ quàm inter ſe ſimiles, atque coniunctæ.

Quæ literæ eiuſdem linguæ ſimiliter proferantur.

Huc pertinent literarum tranſpoſitiones, cùm priùs legitur, quod poſt ponitur: quas Helias magnus Grammaticus teſtatur eſſe plus quàm ſexaginta. Item quæ apud veteres Hebræos vno legebantur paſuch, id eſt vna periodo, & complexione, núc in multa diſſecta ſunt. Nam exemplar Pentateuchi ab ipſo Moyſe ſcriptum, indubiè fuit ſine punctis, & accentibus, & ſine finali verſuum diſtinctione: vt teſtatur Helias in præfatione tertia Maſſoreth. Vnde ait: *Magiſtri Cabaliſtici aſſerunt, totam legem eſſe quaſi paſſuch vnum, atque periodum vnam; aut ſecundùm alios, vt dictionem vnam, exceptis nominibus Diuinis, vt tradit Rabbi Moyſes filius Maymon.* Ex his igitur habes, frequenter fieri elementorū mutationes. Nam Helias Leuites Tabulis ſecundi Maſſoreth, oratione 1. tradit,

Literarum tranſpoſitiones in eadem lingua quot ferè numero ſint.

Helias Rabbi recens noſtri ſeculi ſcriptor illuſtris.

Moſis libri quinque ſine punctis & accentibus, & ſine finali verſuum diſtinctione ab eodem exarati ſunt.

Helias idem.
Rabbi Moyſes.
Helias Leuites idem ibi.

tradit, literã Iod ſcribi in principio dictionis 52. locis, & legi pro Vau: contra locis 56. Vau ſcribi, & legi Iod: item LXX. Iod in medio vocabuli ſcribi, & legi Vau: vt exẽplis ex Lege prolatis cõprobat. Item 11. dictiones quæ ſcribuntur per Beth; & leguntur per Caph, & tres è conuerſo: & ſex quæ ſcribuntur per Beth, & leguntur per Men, & duæ, quæ leguntur per Res, & accipiendæ pro Daleth: & ſimilia multa, quę ipſi autores Maſſoreth, id eſt Tiberitæ, poſt pluſquam quingentos annos à Chriſto annotârunt. Rabbi Dauid Kimhi in Prooemio ſuper Ioſue: *Ego*, ait, *ſcribam rationem illarum dictionum, qua vno modo ſcribuntur, & alio modo leguntur; & illarum etiam, qua penitus non leguntur, & ſcribuntur: & illarum, qua leguntur, & non ſunt in textu. Et hoc ideò accidiſſe videtur: quia in prima diſperſione amiſſi ſunt libri, & doctores qui benè Scripturas ſciebant, interierant. Et poſteà homines ex Chemes & Ghedola, qui reſtituerunt Scripturas, & varietatem in exemplaribus inuenerunt, ſecuti ſunt exemplaria, qua emendatiora eſſe putabant: & in locis, in quibus ambigebant, an hac vel illa lectio melior eſſet, alteram in textu, alteram in margine poſuerunt.* Hæc ille Rabbinus, intelligens per Chemes, & Ghedola, Eſdram, & ſuos æquales. Quod tamen eius dictum falſum eſt: quia etiam in ipſis libris Eſdræ, & Malachiæ, & Zachariæ, qui fuerunt Eſdræ coæquales, hæ variæ lectiones inueniuntur: nec probabile eſt autores illos annotationes in ſuos libros ſcripſiſſe. Ideò melius cum Helia Grammatico dicitur, quòd autores, qui condiderunt Maſſoreth, fuerunt quidam Rabbini in Tiberiade, ante annos, vt quidam ferunt 700. vel, vt alij dicunt, mille, multo tempore Eſdra, & Talmud poſteriores: quorum ætate puncta inuenta ſunt, & accentus, quibus hodie vtuntur Hebræi.

Quinã ſcripſerint librũ Maſſoreth, & quando.

Rabbi Dauid Kimhi.

Prædicti voluminis Eſdram, & eius æquales non fuiſſe ſcriptores, vnde conſtet.

Quo primũ tempore puncta & accentus, quibus hodie vtũtur Hebræi, ſint adinuenta.

Talmud.

Talmud quoque in libro Nedarim Diſtinct. 4. tradit eſſe 13. dictiones, quæ leguntur, & non ſcribuntur, & è conuerſo, quæ ſcribuntur, & non leguntur; & Moyſi fuiſſe reuelatas in monte Sinai. Quod minimè eſt veriſimile, quia Moyſes in Pentateucho illarum non meminit: & ſtultum eſt credere, Moyſi eſſe reuelata verba, quæ longo pòſt tempore in Scripturis ponenda fuerant. Et tamen Rabbini hodie falsò aſſerunt, omnes dictiones, quæ aliter in textu, aliter in margine ſcribuntur, quæ innumeræ ſunt, & ab Hebræis vocantur קְרָא כְּתִיב Care Catub (id eſt aliter lectum, & aliter ſcriptum, vel è contrario) reuelatas fuiſſe Moyſi: quod eſt contra Talmud, qui tantùm tredecim dictiones ponit. Fatentur etiam Iudæi, à maioribus ſuis multos Scripturæ locos immutatos fuiſſe, eo quòd abſurdè ſonare ipſis viderentur: atque has immutationes TiKum Sopherim, id eſt corruptionem ſcribarum vocant. Non rarò etiam, O, literam ſuperſcribunt elementis Hebraicis, & ſignant illam literam eſſe ſuperfluam, & non legendam: quod eſt frequentiſſimum. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, quę puritas, aut ſinceritas lectionis Hebrææ eſſe poterit in tanta lectionum varietate, & literarum mutatione pro arbitrio & libidine cuiuſque?

TiKum Sopherim quid Hebræis.

Litera, O, Hebræis cũ elementis ſuperſcribitur, q̃d ſignificet.

Prætereà, puncta tempore Prophetarũ, & ſcriptorum, qui ſacra Biblia tradidére, non erant, vt tradit Helias in Prooemio 3. Maſſoreth, vt ſuperius diximus de Pentateucho: quia, vt aſſerũt Cabaliſtę, tota Scriptura erat perinde atque vnus verſus; aut vna clauſula, ſiue, vt alij, vt vna dictio: vſq; adeò, vt ſi in Lege inuenta eſſet vna dictio cum puncto, vel accentu, talis liber vt profanus, in Synagoga legi non poſſet. Imò neque tempore Talmudiſtarũ ferè per quadringentos annos poſt Chriſtum puncta erant (ſicut nec etiam tempore Hieronymi, qui eorum nunquam mentionem fecit.) Et probatur, quia in eorum libris, aut gloſſis nunquam punctorum, aut accentuum meminerunt; per quos tamen multa controuerſa facilè diſſolui poterant: vt Iſa. 54. vbi habetur: *Et multitudinem pacis filijs tuis*, pro Banaich volunt legi Bonaich, id eſt ædificatoribus tuis. Quòd ſi tunc puncta fuiſſent, admonuiſſent legendum cum Cholem, nõ cum Camez.

Helias ſupradictus.

Talmudiſtarũ ac D. Hieronymi ſeculo omnem punctorum, aut accentuũ Hebræorum rõnem prorſus ignotã extitiſſe, quid ſit argumento.

Iſa. 54.

Item in libro Bababathra fertur, Ioab præceptorem ſuum interfeciſſe, quia docebat eum Scripturas fraudare: vt Deut. 25. *Delebis memoriam Amalec*, pro Zecher, id eſt memoriam, docebat legendũ Zachar, id eſt maſculum: quod tamen vno verbo explicari poterat, dicendo, non legi per duplex Segol, ſed per duplex Camez. Ad hæc Ioſephus lib. Antiquitatum, & Ariſtæas in Cõmentariolo de 72. Interpretibus tradunt, Scripturam Hebraicam non exactè, ſed negligenter exaratam: quòd certè non dicerent, ſi vocalibus, & conſonantibus literis, punctis, apicibus, & accentibus plenè eſſet conſcripta, atq; diſtincta: neq; dicerent cura regia indigere. Idcircò ex ore Demetrij loquẽtis ad Regem Ptolemæum ſubdit Ioſephus: *Accidit autem hac negligentius quàm habet eſſe ſignificata, quia non habent curã Regiam. Eſt autem neceſſarium hac apud te eſſe exacta.* Sic ille in ſenſu, vocans negligẽtius ſcriptas Hebræas literas, quam habet; eo quòd vocales deſunt, & diuinandum eſt. Ita vt lex

Ioab præceptorem ſuũ, quia doceret eũ Scripturas corrumpere, de medio ſuſtuliſſe, Talmudica tradit hiſtoria.

Deut. 25.

Ioſeph. lib. 12. Antiq. ca. 11. ante medium.

Ariſtæas.

Hebræorum literas eſſe negligentius ſcriptas, cur dixerit Demetrius Phalereus.

diuina eſſet quidem ſcripta, & non prorſus ſcripta; vt Iudæi inuigilarent Scripturis, & memoriæ non fiderent. Propterea voluit 72. viros linguæ Hebrææ peritiſsimos, vt hanc difficultatem punctorum explicarẽt.

Vnius literæ vocalis, vel conſonantis variatio, interdum variat ſenſum.

Sunt enim quædam, quæ variata vna litera vocali, vel conſonanti, ſenſum ipſum mutant: v.g. in lingua Latina, Amantes, amentes; Amarum, amorem; Mulgere, mulcere; Mandere, mandare; Egere, edere; Audire, audere. Et idem in alijs linguis, ſed frequẽtiſsimum eſt in Hebræo idiomate. Ad hęc, olim pueri ſolebant legere ſine punctis, cũ non eſſent: & modò Maronitæ, qui colunt montem Libanum, & qui habent Scripturas in lingua & charactere Hebręo, ſine vllis legunt punctis.

Punctorum quibus Hebræi vtuntur vocabula, vnde ſint ducta, & quęnã illa.

Item nomina punctorum non ſunt Hebræa, ſed Chaldęa, vt Camez, Patach, Cere, Segol, Hirich, Holem, & Surech: quod oſtẽdit, puncta eſſe nouum inuẽtum: etſi negare nec debeamus, nec poſsimus. Septuaginta Interpretes primos extitiſſe, qui certam rationem diſpungendi ſacra Biblia, & periodos terminandi ſua interpretatione tradidere: nam ex quo illi voces ambiguas, & pölyſemas ad vnam ſignificationem contraxerunt, & periodis Textũ diſtinxerunt, occaſionem primi dediſſe videntur ad puncta inuenienda, & apices, & accentus literis, & verbis aſsignandos.

Scripturas diſpungendi rationem 70. interpretes primi adinuenere.

Lectionis Hebrææ ab illa Hieronymi editione vulgata vnde ſit nata diuerſitas.

Sunt ergo puncta inuenta, à tempore videlicet Maſſoretharum, qui totã rationem differentiæ poſuerunt penes conſonantes, & non penes puncta, quorum ipſi autores extiterunt, atque inde nata eſt diuerſitas lectionis Hebraicæ, & noſtræ antiquæ verſionis per Hieronymum factæ, vt Pſalm. 14. *Qui iurauit ad malefaciendum, & non decipit*, legunt cum Patach Leharach, & nõ Leharecha cum Cere, vt LXX. legerũt, qui dixerunt: *Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.* Hieronymus tamen priorem lectionem ſequitur, vertendo: *Iurat vt ſe affligat, & non mutat*. Quo modo etiam Chaldæus Paraphraſtes interpretatus eſt. Et eſt ſenſus: Iurauit, vel voto ſe aſtrinxit corpus ſuum ieiunio affligere, & peregrinatione, &c. & non mutat quod promiſit. Ita etiam Pſalm. 46. *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham*. Hebræi legunt cum Hieronymo, *Populus Dei Abraham*, ſiue, vt Chaldæus habet, Populus fidelium Dei ipſius Abraam: quia ham legerunt cum Patach, & non cum Hirich, vt noſter interpres.

Pſalm. 14.

Hier. tom. 8.

Quid illud ſit: Qui iurat vt ſe affligat, & non mutat.

Pſalm. 46.

Rabbinis negationẽ pro affirmatione ponere, & cõtra affirmati-

Inſuper frequentiſsimum eſt apud Rabbinos לא negationem ponere pro לו id eſt ſibi, & è contrario: & ſæpè tollitur, vel additur negatio. Nã Iſa. 9. quod dicitur: *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam*, LXX ſine negatione reddiderunt: ſicut Geneſ. 8 de coruo euntе, & redeunte, addiderũt negationem, quam Hebręa lectio non habet. Et quod habetur Ezech. 16. *Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres:* vbi interpres legit Lo לו cum Vau, quod ſignificat, eius, Ionathas tamen Benuziel legit Lo לא cum Aleph, dicens: *Adiunxiſti te vt coleres idola cum omni tranſeunte, quod non decebat te ita facere.* Ad hæc Deut. 20. *Quoniam lignum eſt, & non homo*, Hebræi ſine negatione habent: *Lignum eſt, & homo*. Chaldęus tamẽ interpres ponit negationẽ. Et quod habetur Pſal. 13. *Nõ eſt vſque vnum in eis.* Rabbi Abraham negat legẽdum cum negatione: & in lectione לא & לו multa cõtrouertunt Hebræi, an ſit ponenda negatio, nec ne. At hoc grauiſsimum eſt facinus, aut aſfirmare quod negatur; aut negare quod aſfirmatur: quare nihil incertius & inconſtãtius; & nihil magis poteſt officere veritati, & integritati Scripturæ.

onẽ pro negatione, eſt vitatiſſimum.

Iſa. 9.

Gen 8.

Ezech. 16.

Ionathas Benuziel.

Deut. 20.

Pſalm. 13.

Rabbi Abraham.

Rabbinorũ illa exprimendę vel ſupprimendæ negationis ſine rõne quam ſit conſuetudo damnabilis.

Ad hæc, Rabbini ipſi has corruptiones teſtantur. Nam Talmud in libro Ieuamoth in fine, cap. 8. Pereq-harael teſtatur, Rabbi Iohanan, & Rabbi Simeonem dixiſſe: *Bonum eſt vt deleas literam vnam de lege, & ſanctificetur nomen Dei in publico.* Et Rabbi Samuel in Epiſtola miſſa ad Rabbi Iſaac: *Vtinam*, inquit, *Domine mi, quando interfecimus Iſaiam, deleuiſſemus iſtam autoritatem prædictam de Prophetia ſua, quod nunquam legeretur ab aliquo.* Et loquitur de illo teſtimonio: *Quis eſt iſte qui venit de Edom, &c. Ego qui loquor iuſtitiam*, & reliqua.

Talmudica traditio.

Rabbi Samuel in epiſt. ca. 13. locus Iſaiæ eſt cap. 63. Torcular calcaui ſolus, &c.

Iſaie 63.

Ex his igitur ſatis me arbitror demonſtraſſe, quàm ſit varia, dubia, & incerta Hebræa lectio, vt nihil penè ſit illi fidendum, niſi rectum, & certum iudicium adhibeamus. Atque in hanc opinionem, vt magis probabilem, me adduxerunt Patres veteres iam producti, & ex recentioribus nonnulli viri eruditi, vt Paulus Burgen. in Pſalmum 21. & Porchetus in Victoria contra Hebræos part. 1. cap. 15. & Iacobus de Valẽtia præfatione in Pſalterium, & Melchior Canus lib. 2. de Locis Theolog. cap. 13. Lindanus lib. 1. de Optimo genere interpretandi, cap. 11. Ioan. Driedon lib. 2. Tranſlationis Sacræ Scripturæ capit. Sed Caluinus cũ Georgio Maiori, & Kemnitio in Examine ſeſsionis 4. Concilij Tridentini, dicunt textum Hebræum incorruptum.

Eandem Hebrææ veritatis corruptionem per Iudæos factam quinam noſtri ſeculi ſcriptores agnouerint.

Hebręam lectionem integram & incorruptam contra qui aſſerant ex recentioribus.

Sed iam pauca, quæ in contrarium obijciuntur, diſſoluenda ſunt. Et in primis obijcitur Hieronymus in caput 6. Iſaiæ, qui ex libro octauo explanationum Origenis in Iſaiam oſtendit, libros Hebræos non fu-

Eorũ qui aſſerunt Hebræam lectionẽ minimè viciatam fuiſſe, atque corruptam, diluuntur obiecta.

1. obiectio.

Hier. tom. 5.

iſſe corruptos. Quibus reſpondemus, nos non negare eiuſmodi libros incorruptos extitiſſe vſque ad Chriſti aduentum: quia alioqui Chriſtus, & Apoſtoli de vitio corruptionis Scripturarum à Iudæis facto nos admonere debuiſſent: quod tamen non fecerunt, nimirùm quia integri erant. Imò Chriſtus Iudæos ad Scripturas ſcrutandas remittit, & Petrus Apoſtolorum princeps ſtudium vacantium Scripturis commẽdat, cùm ait: *Cui* (Prophetico ſcilicet ſermoni) *benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco*; & Lucas in Actis laudat Theſſalonicenſes ob eandẽ rationem. Hoc idem annotauit Iudæorum Philo diſertiſsimus in libro de exitu filiorũ Iſraël de Aegypto: cuius ſentẽtia citatur ab Euſebio lib. 8. Pręparat. Euang. c. 2. per ſpatium refert duorum millium annorũ nihil fuiſſe mutatum in Scripturis, & ait, quemlibet Hebręorum malle millies mortem oppetere, quam vel minimum apicem mutari; & Iudęos Biblia quaſi Deum colere. Sed id factum eſt, quãdiu illi fideles extiterunt, & quamdiu non fuerunt à Chriſto per incredulitatem præciſi. Argumentum ergo ex Hieronymo tãtum probat, ſuo ſeculo nondum fuiſſe corrupta Biblia, quanquã id aliquando in quibuſdam locis ipſe ſuſpicatus fuerit, præſertim in Commentarijs ſuis in Epiſtolam ad Galat. Neque ſententiam mutauit ſcribens in dictum locum Iſaiæ, quia eo loco tãtùm probat, ante Chriſti aduentum non fuiſſe vitiatas Scripturas; aut non vitiatas eo modo, quo à Chriſto, & Apoſtolis productæ ſunt. Id enim, vt ait, eſſet ridiculum. At nũquam fore deprauandas, magnus ille Pater nunquam dixit, neque dicere poterat niſi propheticè.

Ioan. 5.
2. Petr. 1.
Act. 17.
Philo.
Euſeb. tom. 1.
In ſacros olim libros mira Iudæorũ obſeruantia, atq; religio.
B. Hier. to. 9.

Secundò producitur ex Pſalm. 58. verſiculus ille: *Deus oſtẽdit mihi ſuper inimicos meos: ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei*. Vel, vt legit Auguſtinus: *Deus meus demõſtrauit mihi in inimicis meis: ne occideris eos, ne quando obliuiſcantur legis tuæ.* In quæ verba idem habet Auguſtinus: *Iam factum eſt, per omnes gentes diſperſi ſunt Iudæi teſtes iniquitatis ſuæ, & veritatis noſtræ. Ipſi habent codices, de quibus prophetatus eſt Chriſtus, & nos tenemus Chriſtum. Et ſi fortè quando aliquis Paganus dubitauerit, cùm ei dixerimus prophetias de Chriſto, quarum euidentiam obſtupeſcit, & admirãs putauerit à nobis eſſe conſcriptas; de codicibus Iudæorum probamus, quia hoc totum antè prædictũ eſt*. Hæc ille. Cùm igitur baiuli ſint & ſcriniarij librorum ſacrorum, quos nobis porrigunt, incorruptos eſſe oportebat; quia libri corrupti non ſunt ampliùs ſacri.

II. obiectio.
Pſalm. 58.
B. Aug. Concio. 1. ſub finẽ, tom. 8.

Dicendũ eſt, illos olim nobis porrexiſſe incorruptos libros ab initio Eccleſiæ naſcentis, tam Hebræos, quã Gręcós 70. verũ accedente obcæcatione, & repudiato Chriſto, vtroſque corruperunt: quod apertum eſt in deprauatione per eos facta in editione 70. Interpretum, vt omnes veteres Patres teſtantur: ita etiam veriſimile eſt nonnulla in Hebræis codicibus vitiaſſe ob inſitum in nos odium, vt manifeſtum eſt in locis permultis, in quibus diſsident ab optima beati Hieronymi ex Hebræo verſione. Nec obſtat, multos locos Prophetarum, in quibus eſt ſermo de Meſsia, non fuiſſe per eos deprauatos: quia editione Hieronymi detectum fuiſſet eorum mendacium, & dolus; & quia alia via ſe putabant illos locos poſſe euadere, ad prauos, & falſos ſenſus detorquendo: id tamen nõ probat in nonnullis alijs non potuiſſe illos Scripturam vitiare atque corrumpere.

Solutio.
Leue videri, quia pleriſq; Propheticis de Chriſto teſtimonijs pepercerint Iudæi, & omnibus etiam pepeciſſe.

Tertiò Auguſtinus non eſſe ſanę mentis aſſerit, putare Hebræam veritatem in vniuerſum valuiſſe corrumpi, & vitiũ in omnes codices Hebræos ſe ſe fundere potuiſſe, & ita potiùs arbitratur corruptos fuiſſe 70. Interpretes, quàm Hebræam veritatẽ. Sed Auguſtinus linguam Hebræam non nouerat, vt ipſe apertè teſtatur Epiſt. 131. ad Memorium, vt poſſet iudicium certum pronuntiare: & ibi etiam tantùm erat ſermo de annorũ differentia inter Hebræos & Græcos codices, nõ de alijs: & arbitror, ſi Auguſtinus ſuperſtes eſſet, & intelligeret quæ libri Talmudici, & Rabbini ſcribunt de literarum mutatione, & punctorũ variatione, aliter virum ſanctum iudicaturum. Nam, vt ex vno codice vitiato Latino, vel Gręco facilè fuit omnes codices corrumpi, qui ex illo primo orti ſunt: ita etiam de Hebræo primo codice vitiato facilè fuit vt reliqui corrumperentur. Nam Rabbini Hieroſolymitani, teſte Iuſtino in Tryphonem, legatos deſtinârunt in omnes oras Iudæorũ, qui toto terrarum orbe diſperſi erant, vt Chriſto, & Chriſtianis aduerſarentur. Illos verò in Chriſtum conſpiraſſe, vel id argumento eſſe poteſt, quod Chriſtianis ſub nomine Nazaręnorũ ter in die in Synagogis ſuis maledicere conſueuerunt, vt teſtis eſt Hieronymus. Et certè ex libro vno corrupto alios multos vitiari poſſe, docet Vlpianus in Demoſthenem, vbi de malè obitis legationibus ſcribit (& Quintilianus narrat.) Nam cùm olim Athenienſes cum Megarẽſibus litigarent de Salamina inſula, ad cuius ditionem ſpectaret; Solon Athenienſis ex Homeri verſibus probationem contexuit, & verſiculum à ſe fictum Homeri verſibus inſeruit. Cumque multa exemplaria

III. obiectio.
B. Aug lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 13. tom. 5.
Idem tom. 2.
Auguſt. Hebræam linguam ignorauit.
Iuſtin. Martyr tom. 2.
Iudęorum odiũ in Chriſtianos acerrimum, vnde poſſis agnoſcere.
Iudæi Chriſtianis ſub nomine Nazaręnorum ter in die in Synagogis ſuis maledicere conſueuerunt.
Hier. in c. 49. & 52. Iſaiæ.
Vlpia. Quint. lib. 5. c. 11. pro pe finem.
Solonis Athe

ex illo

nienſium legiſlatoris ſapientiſſimi dolus perquã vrbanus.

ex illo vno ſuo transferri curaſſet, poſt aliquot annos, quibus illa cauſſa agitata eſt, falſo illo carmine in multis voluminibus ſcripto, & oſtenſo, probauit non ad Megarenſes, ſed ad Athenienſes Salaminam ſpectare. Homerus enim in Catalogo nauium ſcripſit:

Homerus.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δύο καὶ δέκα νῆας.

Cui addiecit Solon de ſuo:

Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Propter quem adiectum verſum euicta cauſſa per eum fuit.

Altera obiectio.

Hiero. tom. 1.

Quartò obijci poſſet ex Hieronymi Epiſtola ad Lucinium: *Vt veterum*, inquit, *librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt, ita nouorum Græci ſermonis normam deſiderat.* Et Auguſtinus diſertè affirmat Latinis quibuſlibet Græcos adhibendos, eorumque, ſi fuerit neceſſe, autoritate emendandos, tùm in Veteri, tùm in Nouo Teſtamento. Reſpondemus: quòd vt illo ſeculo id erat neceſſarium facare, vbi opus erat (vt modò etiam fit) quia erant varij lectionis Latinæ codices, vt ita inueniretur lectio caſtigatiſsima; ita iam, vbi vna tantùm Latina eſt trãſlatio, quæ tot ſeculis per omnes Occidentis obtinet Eccleſias, non eſt neceſſarium facere, quia de huius ſenſu vel obſcuro, vel ambiguo certiùs eruendo, etſi ſint Græci, & Hebræi codices conſulendi, non tamen vt incorrupti, & omni menda, & vitio carentes. Quamobrem, vt finem præſenti Prolegomeno imponamus, non eſt ſic cõſulenda Hebræa, vt putemus eſſe fontem purum & incorruptum: quia Græca 72. virorum interpretatio, & Latina Hieronymi plerumque purior eſt atque emendatior, vt tot argumentis comprobatum, & teſtatum reddidimus.

Aug. lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 15. tom. 3.

Hebræa lectio quatenus conſulenda.

PROLEGOMENON V.

In quo explicatur, quid ſit ſentiendum de Septuaginta duorum virorum interpretatione.

HActenus de Latina B. Hieronymi editione, deq; varijs Hebrææ lectionis corruptelis per Iudæos Chriſtiani nominis hoſtes inuectis, longam diſputationẽ contexuimus: nũc, vt promiſsis ſtemus, de Græca 72. Interpretum verſione seriò agendũ: quoniam multæ inter Patres controuerſiæ, atque illæ quidem non leues, aut parui momenti, ſed ſolidæ, & grauiſsimæ ortæ fuerunt. Dicemus igitur in primis præclaram illam, & omni commemoratione dignam hiſtoriam: quare Ptolemæus excitatus fuit ad poſtulandos tot ſacrarum literarum interpretes. Secundo loco ea producemus teſtimonia, & firmamenta, quibus ſibi magnam fidem, & autoritatem illa editio 72. interpretum cõciliauit. Tertiò, vbi diſſoluerimus quæ contra eam producuntur à quibuſdam, ſtatuemus quanto ſit nunc in pretio habenda, & quatenus in vſum adhibenda, excluſis, atque reiectis nouellis editionibus, quæ fontes Hebræos, & Hebraicam veritatem (ſpecioſos quidem titulos, & magnificos) pollicentur, cùm interim non niſi fabulas, & figmenta Rabbinorum contineant.

Quo ordine de re propoſita diſſerendum ſit.

Vt igitur primum expediamus, ſtatuenda eſt breuiter hiſtoria, tum ex Ariſtæa in Commentariolo de Septuaginta duobus interpretibus ad Polycratem fratrẽ ſuum; tum ex Ioſepho in Antiquitatibus. Cùm ſiquidem Ptolemæus Philadelphus Regnum Aegypti ſecundus poſt Alexandrum Magnum teneret, & ſtudio captus eſſet Bibliothecam celeberrimam cõdendi, illamque omni librorum genere locupletandi, atque ornandi, ſuadente Demetrio Phalereo, ciue Athenienſi, atque doctiſsimo, etſi à patria tunc exule, quem Bibliothecæ inſtituendæ Rex præfecerat, ad ipſũm retulit Demetrius vt libros Sacros Iudæorum ex Hieroſolymis ad ſe adferri mandaret, quo eos in Bibliotheca reponeret. Quo verò facilius voti ſui compos fieret, proponẽtibus Ariſtæo Hyperaſpiſta, & Soſibio Tarentino, & Andrea, amicis, & corporis regij cuſtodibus, vt multa millia Iudæorum, qui velut mancipia Aegypto ſeruiebant, liberaret, idque eſſe regia magnificentia ſua dignum, cohortantibus: cumque Rex numerum eorum percontatus eſſet, & cognouiſſet eſſe ſupra centum viginti millia, eos omnes munificentiſsimè manumiſit, ac liberari mandauit, & eos quidem qui ſibi proximè ſeruiebãt liberè abire permiſit; reliquis verò, qui captiui ab Aegyptijs detinebãtur, edicto publico vetans, ne quis aliquem occultaret, ita veniam dedit, vt pro quolibet numerauerit 120. drachmas ex ſuo ærario, domino qui poſsidebat. Miſit quoque Ariſtæum cum alijs duobus legatũ ad Eleazarum ſummum Pontificem, qui eo tempore etiã Regia autoritate fungebatur, non quidem vacuum, ſed cũ donarijs ampliſsimis, & pretioſiſsimis templo offerendis. Nã auri talenta 50. miſit ad crateras, phialas, & libatoria in vſum tẽpli perficienda, & cẽtum alia argẽta talenta ad ſacrificia, & alias templi expenſas: deditq; illis literas ad Eleazarum, quibus legem ad ſe trãſmitti petebat, cum ſenis viris ex qualibet tribu, vtriuſq;

Duorũ & Septuaginta interpretũ hiſtoria ſcitu digniſſima deſcribitur.

Ariſtæas.

Ioſeph. lib. 12. Antiq. c. 2.

Quo autore Ptolemæus Philadelphus Rex, Moyſi Legem ad ſe mitti à Iudæis efflagitauerit

Ptolemæi regis in Iudæos incredibilis munificẽtia.

lingua peritis, qui totam Legem, & Prophetas ex Hebræo in Græcum transfunderent ſermonem. Reſpondit Eleazarus gratis & grauibus literis agnoſcens tanti Regis beneficentiam: miſitque Legem aureis literis conſcriptam: delegitque ſenos ex qualibet tribu presbyteros, qui pro voluntate Regis imperata exequi poſſent. Lætatus eſt Ptolemæus eorum aduentu, & præ gaudio lachrymas continere non valuit: regia ſua menſa illos excepit. Et vt exploraret eorum ſapientiam, ſingulis ſingula problemata diſſoluenda propoſuit, eorumque acutas, & prudentiæ plenas ſolutiones excepit: vt teſtis eſt Ariſtæas.

Ariſtæas.

Quis locus interpretationi faciendæ delectus, eaque quã breui ſpatio temporis abſoluta ſit atque perfecta.

Cùm igitur illis in Inſula Pharo, per ſeptem ab Alexandria ſtadia ſeparata, commodam domum extruxiſſet, quæ & à negotiorum ſtrepitu remota eſſet, & contemplationi idonea, propoſitum opus tranſlationis aggreſsi ſunt, ab aurora vſque ad horam nonam laborantes, cœptumque opus intra 72. dies perfecerunt. Quo completo, aduocati ſunt omnes Iudæi, qui ferè innumeri erant, & præſente Demetrio, & 72. presbyteris, eorum verſio perlecta eſt. Concio verò tota Iudæorum illam comprobauit: niſi quòd quidam illorum poſtulârunt, vt etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Quod cùm factum fuiſſet, rogati ſunt vt ſententias ſuas dicerent, & pręcipuè an quid detractum eſſet ab Hebraica veritate, an aliquid illi eſſet adiectum, vel mutatum, vt corrigi poſſet. Denique omnibus approbantibus, magno conſenſu illa tranſlatio ab omnibus acceptata eſt, & anathema inflictum in omnes eos, qui vel illi aliquid adderent, vel detraherent, vel quoquomodo mutare illam auderent. Et ita presbyteri à Rege dimiſſi ſunt ternis veſtibus optimis, & binis auri talentis, ſingulisq; vnius talenti calicibus, & toris diſcubitorijs donati: præter multa alia ampliſsima dona ad ſummum Pontificem miſſa, cum pleriſque alijs oblatis templo pretioſiſsimis donarijs. Hęc illi autores recenſent.

Ariſtæas.

Græca 72. Interpretum editio per quem Latino donata ſit eloquio.

Nomina porrò 72. ſeniorum, ad celebrandum eorum memoriam commemorat Ariſtæas prædicto libro. Eorum verò in Græcum ſermonem editionem donauit Latinis auribus Cardinalis felicis recordationis Franciſcus Ximenius in ſua illa inſigni Trilingui Bibliorum editione. Noſtri autem Patres veteres multa iſtis addũt, quę magnitudinem miraculi adaugent: videlicet quemque ex illis Septuaginta duobus propria cella ſeparatum Scripturam vertiſſe, neque quicquam cum alio eo tempore communicaſſe, & prophetico ſpiritu in eaſdem ſententias, & eadem verba, verborumque ordinem omnes conſpiraſſe: & cuſtodes Regios adhibitos, qui peculiariter obſeruarent, ne quiſquam cũ altero quicquam communicaret. Ad quod ingens miraculum ſtupuit Ptolemæus, & pleriq; alij qui aderant, Deuſque ab illis glorificatus eſt. Inſtituit etiam Rex feſtos dies quotannis ad huius rei memoriã in poſteros tranſmittendam.

Interpretationis eorundẽ quam mira conſenſio.

Græcam hãc 72. interpretũ editionem ſummam autoritatis pondus ſemper apud omnes habuiſſe, abunde demonſtratur.

His igitur poſitis, quæ inferiùs luculentiori ſermone tractanda, & confirmanda ſunt, iam illud eſt demonſtrandum, grauiſsimam & firmiſsimam fuiſſe horum 70. Interpretum verſionem apud omnes. Prima igitur demonſtratio ſumenda eſt à tempore. Conſtat enim, vel Ptolemæi Lagi tempore, vt Irenæus voluit; vel, vt alij rectiùs, Ptolemæi Philadelphi eius filij, per 300. & eo ampliùs annos ante Chriſti crucem editam fuiſſe. Cuius rei rationem expendunt Patres, inter quos Euſebius ita loquitur: *Cùm iam Saluatoris noſtri tempora propiùs viderentur aduentare, conducebatq; maximè ſaluti omnium gentium, quæcunque à Prophetis ſcripta erant, intelligere per linguam Græcam, quàm ferè omnes gentes intelligunt, Iudaicam Scripturam vniuerſis propoſuit. Aut enim poſt Saluatoris noſtri tempora non habuiſſemus (Scripturas) Iudæis ex inuidia occultantibus; aut corruptiores nobis dediſſent, aut ſi rectè habere potuiſſent, in ſuſpicionem traductores facilè vocarentur.* Hæc ille. Cuius primæ rationi Auguſtinus alteram addidit; videlicet Iudæis ex religione prodere, & nobis tradere volentibus. Vltimam porrò rationem ab Euſebio tactam, Irenæus his verbis comprobat. Reprehendens enim Aquilæ, Symmachi & Theodotionis tranſlationem, ita ſcribit: *Prophetatum eſt quidem, priuſquam in Babylonem fieret populi tranſmigratio, id eſt antequam Medi, & Perſæ acciperent principatum; interpretatum verò in Græco ab ipſis Iudæis multum ante tempora aduentus Domini noſtri; vt nulla relinquatur ſuſpicio, ne fortè morem nobis gerentes Iudæi, hæc ita ſint interpretati.* Sic ille antiquiſsimus, & Apoſtolicus Pater. Addimus tertium teſtem Hilarium, qui Pſalmum ſecundum interpretans, hæc inquit: *Sed perfecta horum Septuaginta interpretum autoritas manet. Primùm, quòd ante aduentum corporalem Domini tranſtulerunt, ne ea adulatio interpretandi adhibita tempore arguitur, tanto anterioris interpretationis ætate. Deinde, quòd illi ipſi principes, doctoreſq; Synagogæ, & præter ſcientiam legis per Moyſen quoq; doctrinæ ſecretioris perfecti non potuerunt non probabiles eſſe arbitri*

Demõſtratio 1. à tempore.

Chryſoſt. in Matth. hom. 2. in princ.

Irenæ. lib. 3. c. 25. in fi.

Euſeb. lib. 8. cap. 1. Præparat. Euang. initio tom. 1.

Cur ante Seruatoris aduentum ſacri libri Græcis debuerint literis conſignari atque tradi, ſecundum Euſebium.

Aug. lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 15. tom. 3. prope initiũ.

Irenæ. lib. 3. cap. 24.

B. Hilarius.

batis interpretandi, qui certiſſimi & grauiſſimi erant autores docendi. Huc vſque Hilarius. Eſt ergo inuictum veritatis argumentum, quòd tanto ante Chriſtum tempore Scriptura in Græcam linguam verſa ſit, vt nemo Iudæoru illam calumniari valeat. Imò aliud maius beneficium ex editione 70. Interpretum conſecuti ſumus: quia, vt teſtis eſt Hieronymus in Præſatione quatuor Euangeliorum ad Damaſum Papam, *Poſt 70. nihil in ſacris literis Veteris Teſtamenti poteſt immutari, aut peruerti, quin eorum tranſlatione omnis fraus & dolus pateſiat.*

B. Hieron. to. 3. circa prin. Editionis 72. vtilitas.

Secunda demonſtratio ab interpretum numero.

Secunda demonſtratio, à numero ducitur: non enim vnus, aut duo, aut decem, ſed Septuaginta duo extiterunt Interpretes, & ſeni ex qualibet tribu, & probatiſsimi, & doctiſsimi; ne poſsit illis aut Legis, aut linguarum ignoratio affingi, cùm teſtimonio Eleazari Pontificis fuerint approbati, quẽ veriſimile eſt optimè illos nouiſſe: præſertim cùm eo tẽpore literę, ac diſciplinę apud Iudæos florerent, & Demetrius Phalereus, qui hoc opus ſolicitabat, doctiſsimus eſſet, & omnibus diſciplinis excultus; ſicut etiam Ariſtæus, qui proprio tractatu hanc deſcripſit hiſtoriam, & horum vterq; tanti fecit horum interpretum verſionem. Quos Iuſtinus vocat ſapiẽtes, Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritos: & Irenæus ſcribit, eos quos habebant perfectiores Scripturarum intellectores, & vtriuſque linguæ gnaros, ad Regem miſſos fuiſſe. Philo quoque tradit delectu habito, optimos & præſtantiſſimos viros collegiſſe. Theodorus item Antiochenus ſcribens in cap. 1. Sophoniæ, vocat illos patrij ſermonis peritiſsimos, & diuinarum Scripturarum ſcientiſsimos. Hilarius verò vocauit eos principes, doctoreſque Synagogæ, & præter ſcientiam legis per Moſen quoque ſecretiori doctrina perfectos. Ita vt ſi verſio illa facta fuiſſet humana induſtria, & labore, & nullo Spiritus ſancti eos ducentis afflatu, ſed collatione mutua in vno conclaui omnes excipiente facta, magna tamen ratione cæteris omnibus anteferri poſſet: vt egregiè docet Auguſtinus libro de Doctrina Chriſtiana his verbis: *Et Latinis quibuſlibet emendandis Græci adhibeantur, in quibus Septuaginta Interpretum, quod ad Vetus Teſtamentum attinet, excellit autoritas: qui iam per omnes peritiores Eccleſias tanta præſentia Spiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit. Qui ſi, vt fertur, multiq, non indigni fide prædicant, ſinguli cellis etiam ſinguli ſeparati cùm interpretati eſſent, nihil in eorum codice inuentum eſt, quod non iiſdem verbis, eodemq, verborum ordine inueniretur in altero: quis huic autoritati conferre aliquid, nedum præferre audeat? Si autem contulerunt, vt vna omnium communi tractatu, indicioq, vox fieret, nec ſic quidem quenquam vnum hominem qualibet peritia ad emendandum tot ſeniorum, doctorumq, conſenſum aſpirare oportet, aut decet.* Ita Auguſtinus. Et certè miraculo non careret, tot viros, tam doctos in vnam ſententiam eiſdem verbis conuenire potuiſſe, præſertim in tam immenſo opere, & tam breui tempore.

72. Interpretes viri quales fuerint, eorumq. cõmendatio.

Demetrij Phalerei laus.

Ariſtæus.

Iuſtin. Orat. parænet. ad Gentes, to 1. *Iren. ibid. c. 25. initio.* *Philo lib. 2 de vita Moyſis, circa med. tom. 2.* *Theodorus. Antiochenus.* *Hilarius vbi ſuprà.*

Aug. lib. 2. de Doct. chriſt. cap. 15. initio tom. 3.

Tertia demonſtratio à ſententia veterum Patrum accipitur. Scribunt enim omnes ferè antiqui Patres, illam tranſlationem ab Spiritu ſancto profectam, & tanquàm Spiritu Prophetico concinnatã commendant: illos Interpretes vt Prophetas Dei celebrant: illos Sacra Biblia Euangelicè, & Apoſtolicè conuertiſſe paſsim tradũt: illos cum Ezra Legis renouatore comparãt. Quæ certè præclara ſunt elogia, & præconia illorum. Sed age, conſulamus Patres tantam veritatem docentes. Primus Irenæus aduerſus Valentinianos, cùm narraſſet, omnes ad illud ſignum obſtupuiſſe, nimirùm omnibus eandem ſententiam, & eiſdem verbis, ac nominibus ab initio vſque ad finem recitantibus ſubdit: *Vt & præſentes gentes cognoſcerent, quoniam per aſpirationem Dei interpretata ſunt Scripturæ, & non eſſe mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captiuitate populi, quæ facta eſt à Nabuchodonoſor, corruptis Scripturis, & poſt Septuaginta annos Iudæis deſcendentibus in regionem ſuam, & poſt deinde temporibus Artaxerxis Perſarum Regis inſpirauit Eſdræ ſacerdoti tribus Leui, Prophetarum omnes rememorare ſermones, & reſtituere populo eam legem, quæ data eſſet per Moyſen.* Hactenùs ille, dicens Spiritu Prophetico conuerſam Scripturam, & comparans Septuaginta cum Eſdra. Idem docet Clemens libr. 1. Stromatum, his verbis: *Neque verò ab inſpiratione Dei erat alienum, qui prophetiam dederat, vt interpretationem quoque tanquàm Græcam efficeret prophetiam.* Et confeſtim ſubiungit exemplum de Eſdra renouante legem, vt fecit Irenæus. Adhæc Cyrillus Hieroſolymitanus, qui Concilio Nicæno interfuit, docet non caſu factum, vt omnes in eandem, & eiſdem verbis explicatam ſententiam venirent, ſed ex Spiritu ſancto Diuinarum Scripturarum interpretationẽ profectam. Theodoritus in Præfatione in Pſalterium loquens de Ezra, ſubiungit: *Si igitur diuino numine afflatus horum voluminum memoriam illis hominibus renouauit; etiam hi Septuaginta viri non ſine Sancto Spiritu hæc*

Tertia demõſtratio à communi Doctorum conſenſu.

Irene. lib. 3. cap. 25.

Clem. lib. 1. Strom. inter med. & fin.

Cyrill Hieroſolymit. Catech. 4.

Theodorit. tom. 1.

opera in Græcum ſermonem conuerterunt. Accedit Iuſtinianus Imperator in libro Nouellarum, Conſtitut. 146. *Vtendum*, inquit, *interpretatione 70. virorũ, quæ omnibus exactior eſt, & præter cætera multa continet occulta: præſertim præter id, quod in interpretando accidit. Nam cùm ſemper ſeorſum concluſi eſſent, & diuerſis locis interpretarentur, vnam tamen omnes compoſitionem ediderunt. Ad hæc, quis non illud in his viris admiretur, quod longo tempore apparitionem magni Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti præceſſerint: tamen illam futuram quaſi præſentem cernentes oculis, prophetica quodammodò gratia ipſos circumfulgente, ſacrorum illis librorum interpretationem accõmodauerint?* Hæc ille, qui inſtar eſt multorum ſapientium, quorum conſilio illam conſtitutionem edidit.

Iuſtinian. Imperator.

Quin & Philo Hebræus eos docet Prophetaſſe, & Spiritu Dei plenos non alia alios, ſed eadẽ omnes, neſcio quo illis ea ſuggerente, tradidiſſe: eosq́ue Prophetas appellare non dedignatur. Chryſoſtomus etiam ſuper Geneſin: *Omnes*, inquit, *diuini libri Veteris Teſtamenti Hebræorum lingua ab initio ſunt compoſiti, & in hoc nobiſcum conſentiunt omnes: & non ante multos annos aduentum Chriſti Rex quidam Ptolemæus, in conquirendis libris admodum ſtudioſus, operæpretium putauit, vt & hos libros colligeret: eaq; de cauſa quoſdã Iudæorum Hieroſolymitarum vocauit, qui eos in Græcam linguam verterent.* Et infrà: *Factum autem eſt hoc diuina diſpenſationis opus; vt non ſolùm Hebraica lingua periti, ſed & omnes, qui totum orbem inhabitarent, ex eo vtilitatem perciperent.* Atque idem tradit Procopius in principium Geneſis. Confirmant hoc etiam noſter Hieronymus, & Auguſtinus, quorum prior in Prologo ad Damaſum ſuper Euangelia, verba faciens de 70. virorum verſione: *Sit*, inquit, *illa vera interpretatio, quam Apoſtoli probauerunt*, (quæ verba de nulla alia interpretatiõe intelligi poſſunt.) Et in præfatione in lib. Paral. ad Domnionem, & Rogatianum: *Nec hoc*, inquit, *Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt, tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpa ad ſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcriptitant.* Idẽ quoque in Apologia aduerſus Ruffinum: *Ego ne*, inquit, *contra Septuaginta interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos diligentiſſimè emendatos meæ linguæ ſtudioſis dedi; quos quotidiè in conuentu fratrum ediſſero; quorum Pſalmos iugi meditatione decanto?* Eadem apertiùs in Epiſtola ad Suniam, & Fretelam docet: quanquàm in Præfatione in Pentateuchum, & in alijs locis aliter dixerit. Auguſtinus verò conſtanter hoc ſemper docuit, & præſertim in libris de Ciuitate Dei, vbi hæc habentur verba: *Cùm verò tantum in eis ſignum diuinitatis apparuit, profectò quiſquis alius illarum Scripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres eſt verax, aut congruit illis Septuaginta interpretibus; aut ſi congruere non videtur, altitudo ibi prophetica eſſe credenda eſt. Spiritus enim, qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipſe erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati ſunt. Qui profectò auctoritate diuina & aliud dicere potuit, tanquàm Propheta ille vtrumque dixiſſet, quia vtrumque idem Spiritus diceret, & hoc ipſum aliter, vt ſi non eadem verba, idem tamen ſenſus benè intelligentibus dilueſceret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere; etiam vt hinc oſtenderetur, non humanam fuiſſe in illo opere ſeruitutem, quam verbis debebat interpres, ſed diuinam potiùs poteſtatem, quæ mentem replebat, & regebat interpretis.* Hæc ille, & ſimilia vſque in finem capitis tradit, quæ magnoperè ſunt expendenda, & in memoriam reuocanda, vt cùm aliquis obijciat, aliter haberi in Hebraica lectione, atque habetur in Septuaginta interpretibus, aut in eorum verſione aliquid detractum, vel adiectum Hebraicæ veritati, non ſtatim fidem derogemus Septuáginta interpretibus, quòd hæc Spiritu ſancto ducente, atque eos docente, ita verſa ſunt. Subiungitque Auguſtinus, quod vt quædam dixit per Iſaiam, quædam verò per Hieremiam, & alia per vtrumque, ita alia per Hebræam veritatem, & alia per Septuaginta interpretum tranſlationem, quædam verò per illam, & per iſtos. Eadem omninò docet libro ſecundo De doctrina Chriſtiana: *Septuaginta*, inquit, *interpretum excellit auctoritas, qui iam per omnes peritiores Eccleſias tanta præſentia Spiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit.* In cuius verbis expende illud quod ait, Septuaginta vertiſſe Scripturam, quemadmodum Spiritus ſanctus congruere iudicauit: non quòd aliud dicerent, quàm Sacris literis continetur, ſed in alia lingua, hoc eſt, Græca, omnibus Gentibus communi, & quòd obſcura planioribus verbis, & ambigua manifeſta oratione explicàrunt, ita vt Gentes ſine interprete plurima poſſent intelligere: nam ad verbum reddita, Gentes ænigmata, parabolas, obſcuriſſimaque Prophetarum problemata non caperent. Hinc eſt, vt Septuaginta ſenſus potiùs quàm verba expreſſerint: ita vt Clemens dixerit, tranſlationem hanc factam Gentibus eſſe velut alteram pro-

Philo vbi ſup.

Chryſoſt. hom. 4. ſuper Gene. ante med. to. m. 1.

Procopius.

Hier. tom. 3.

Idem ibidem.

Idem lib. 2. apologiæ aduer. Ruffi. aliquanto à medio tom. 2.

Idem tom. 3.

Idem.

Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 4. ſub initium, tom. 5.

Idem lib. 2. de doct. Chriſt. c. 15. tom. 3.

Cur Septuaginta Interpretes Scripturæ ſenſũ magis quam verba interpretando reddiderint.

Clem. Alex. vbi ſuprà.

phetiam

Procopius vetus autor, in Iſaiæ c.1. Iſa.1.

phetiam. Procopius Græcus, & antiquus autor, in verba Iſaiæ: *Conuertam manum meam ad te*, admonet, Septuaginta viros ænigmata, & res obſcuras Scripturæ non reddidiſſe ad verbum, ſed plana, & dilucida oratione explicaſſe. Conſultò tot Patrum teſtimonia producere voluimus, vt facilè lector perſuadeatur, quàm fuerit ab omnibus Patribus habita pro Sacroſancta, fideli, & ſpiritu prophetico facta verſione.

Eſdras ſapientiſſimus olim legem amiſſam redintegrauit, inſtaurauitque.

Et vt Eſdras perditas, aut corruptas olim Scripturas diuino Spiritu renouauit, & inſtaurauit, & quæ deerant, ſuppleuit: ita à Clemente Alexandrino, Irenæo, Theodorito, & alijs, editio Septuaginta interpretum eodem ſpiritu verſa, & perfecta habetur.

Quarta demonſtratio à ſignis. In editione Septuaginta quænam diuinitùs contigerint. Primum ſignum. Secundum. *Ioſeph. lib.12. Antiq. cap.2. Ariſtæas. Cyrill. Hieroſol. vbi ſup. Zonaras.*

Quarta demonſtratio à ſignis, quæ in eius interpretatione Deus operatus eſt, ſumi poteſt: Quorum primum eſt; quòd quiſque cùm ſeparatim in ſua cella verterit, & cum alijs non contulerit, poſteà tamen inuentus ſit vnus quilibet idem penitus eiſdem verbis interpretatus eſſe. Secundum eſt: quod vt ex Ioſepho, & Ariſtæa conſtat, & ex noſtris Cyrillo Hieroſolymitano, & Zonara, intra 72. dies tantum opus confectum fuiſſe traditur: quod miraculo proculdubio tribuendum eſt. Quemadmodum magnificentiſsimum illud templum, quodque magnitudine ſua ac pulchritudine ſeptem mundi miracula ſuperabat, ſeptem annis extructum fuit, vt tradit Scriptura; *3. Reg. 7.* cùm tamen domum propriam, dignitate, & ſplendore longe inferiorem, tredecim annis exædificauerit. Ioſephus certè in Antiquitatibus, *Ioſeph. lib.8. Antiq. c.2.* diuinitùs, & miraculo tantum templum conſtructum fuiſſe docet. licèt, more ſuo, illud miraculum, vt cætera ſolet, extenuare videatur. Nehemias etiam 6. cap. ſui libri tradit, *2. Eſdr. 6.* muros Hieruſalem à Babylonijs dirutos, intra 52. dies inſtauratos: quod miraculo tribuendum eſſe, docet ipſe Textus, ſubiungens: *Factum eſt ergo cùm audiſſent omnes inimici noſtri, vt timerent vniuerſa Gentes quæ erant in circuitu noſtro, & conciderent intra ſemetipſos, & ſcirent quòd à Domino factum eſſet opus hoc.* Hæc ibi.

Contra Ioſephum. *Ioſeph. lib.11. Antiq. cap.5. prope finem.*

Falſum ergo eſt quod Ioſephus lib. Antiquitatum tradit, nempè mœnia vrbis duobus annis, & tribus menſibus completa, & reſtaurata. Neque ſanè impoſsibile iudicandum eſt, Septuaginta duobus diebus negotium fuiſſe cōfectum, maximè ſi verum eſt quod Epiphanius tradit, *Epiphan. lib. De menſuris, & ponder.* laborē in diuerſos fuiſſe diſtributum: ita vt v.g. quidā Pentateuchum verterint, alij libros hiſtoricos, alij Dauidis Pſalmos, & Salomonis opera, alij poſtremo Propheticos codices. Erāt etiam eo tempore amanuenſes librarij, qui orationem quàm contentiſsima voce quis haberet in medio foro, totā notis exciperent, vt ne ſyllaba quidem caderet. *Idem ibidem.* Sed ſi ita, vt Epiphanius arbitratur, res geſta fuiſſet, iam ſigni rationem amiſiſſet, & naturale eſſet.

Tertium ſignum.

Tertium ſignum putat eſſe Chryſoſtomus, quod per impium, & idololatram Regem res tanta confecta ſit. Illi enim iniecit Deus deſiderium conſtruendi bibliothecā; deinde habendi Scripturas, & poſtulandi tot interpretes; adiecit & animum tot auri, & argenti talenta expendendi, tot millia Iudæorum manumittendi, vt Legem, & Prophetas Græcè loquentes haberet. *Chryſoſt. hom.1. in Matt. 24. ſub initiū, tom 2.* Vnde Chryſoſtomus in Matthæū ſcribit: *Et quid omninò miraris, ſi hominibus, quanquàm vitæ ſuffragia non habentibus, in ipſum tamen credentibus gratia ſua dona largitus eſt; quale tale aliquid in his etiam, qui vtroque hoc nudabantur bono, inuenitur operatus? Balaam quippe à fide, ac probitate vitæ erat prorſus alienus; ſed tamen operata eſt in illo Dei gratia; in ædificatione proculdubio cæterorum: & etiam Pharao talis extiterat; veruntamen ipſi quoq; oſtendit futura: & Nabuchodonoſor iniquiſsimus fuit; ſed huic quoque etiam ea, quæ in nouiſsimo ſeculo futura ſunt, reuelauit. Sed & ipſius filio, qui facilè patrem impietate ſuperauerat, mirabilia futura patefecit, per quem certè omnia maxima diſpenſationis ſuæ opera demonſtrauit. Quia igitur & tunc ipſa adhuc erant Euangelicæ prædicationis exordia, multaq; oportebat Diuina potentia clarere documenta, plurimi quoque indignorum accipiebant dona gratiæ.* Sic ille ſanctiſsimus, atque doctiſsimus Pater.

Deus non dignis ſolū, ſed & indignis gratiæ ſuæ munera cur ſoleat impertiri. Balaam à fide ac probitate vitæ prorſus alienus. *Num. 24. Gen. 41. & ſeq. Dan. 12. & ſeq. Infrà 5. & ſeq.*

Philo in prædicto loco.

Philo quoque diſertiſsimus libro De vita Moſis illud magni fecit, quod Reges Aegyptij, qui non tantùm ſuis, ſed etiam vicinis nationibus dare leges ſolebant, & à ſe ad Græcos, & ad alias nationes ſapientiam fluxiſſe iactabāt, vt Plato in Phædro indicat: *Plato.* *Ptolemæus tamen Aegypti Rex tanti fecit leges Moyſi, & Propheticos libros, vt ingenti pretio illos comparauerit, & Septuaginta duos viros ex Iudæa ad ſe accerſierit, qui Græcè eos loquentes redderent.* Sed hæc duo poſtrema ſigna nemo puto in dubium reuocabit.

Quanti Ptolemæus Aegypti Rex leges Moyſi, & Propheticos libros feciſſe videatur.

Primum tamen illud de cellulis Septuaginta duabus ædificatis iuxta numerum interpretum, quoniam à quibuſdā ſine cauſa negatur; & illos dicunt conferendo inuicē, & conſultando ſacra Biblia vertiſſe: reuincendi ſunt, & multis Patrum ſolidis teſtimonijs, & rationum momentis vrgendi. Nam Hieronymus in Præfatione in Pentateuchum, *Neſcio*, inquit, *quis primus author Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo*

B. Hiero. to. 3 circa princ. D. Hierony. de cellulis

extru-

72. hiſtoriam aliquando non recepit. Inter vatem, & interpretē quid interſit. Idem ibidem. Duarum & Septuaginta cellularū veritas valido Patrum teſtimonio comprobatur.

Iuſtin. Mart. tom 1. propè initium.

extruxerit; cùm Ariſtæas eiuſdem Ptolemæi Hyperaſpiſtes, & multo poſt tempore Ioſephus, nihil tale retulerint; ſed in vna baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant, non propheta ſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditio, & verborum copia ea quæ intelligit transfert. In Præfatione in lib. Paralipomenon, *Poſt Septuaginta*, inquit, *cellulas, quæ vulgò ſine autore iactantur.* Contra Hieronymi tamen ſententiam multo aliter veteres Patres, & qui ſuo tempore florebant, ſentiunt. Nam in primis Iuſtinus Martyr in oratione parænetica ad Gentes & cellulas aſſeuerat, & earum veſtigia ſe oculis proprijs vidiſſe, his verbis teſtatur: *Atque vt illi* (ſcilicet ſeptuaginta duo) *extra omnem turbam conſtituti primo quoque tempore interpretationem abſoluerent, non in vrbe ipſa, ſed ſeptem ab ea ſtadijs, vbi Pharos extructa eſt, pari cum interpretibus numero domunculas extrui præcepiſſe, vt ſingillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret: illa quoque cura, qui operam eis dare iuſſi fuerant, mandata, vt omnibus quidem modis ipſis inſeruirent, à congreſſu autem illos mutuo prohiberent, quo exquiſita interpretationis veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſet. Et cognito, Septuaginta iſtos viros non ſolùm eadem ſententia, verùm etiam eiſdē eſſe verbis in tranſlatione vſos, ac ne vna quidem dictione alium ab alio diſſenſiſſe (vſque adeò eadem de eiſdem omnia conſcripſerant) admiratione attonitum, cum diuina virtute interpretationem abſolutam eſſe credentem: tum quouis honore dignos illos, vt Dei amantes, & viciſsim Deo charos viros iudicantem, cum muneribus multis in patriam ſuam redire iuſſiſſe: ac libros, ita vt par erat, exoſculatum eſſe; & Deo conſecratos in bibliotheca ibi repoſuiſſe. Hæc vobis, viri Græci, non vt fabulam, neque vt confictam hiſtoriam renuntiamus; ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus: & ab incolis, qui res patrias à maioribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex alijs quoque (aliqua ex parte) intelligere poteſtis, & potiſsimùm ex eis, qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus, & ſpectatis viris, Philone, & Ioſepho, & pluribus alijs.*

Philo vbi ſuprà.
Ioſeph. lib. 12. Antiq. c. 2.
Irenæ. libr. 3. c. 15. initio.

Additur Iuſtino Irenæus antiquitate venerandus, qui de Rege Ptolemæo, & Septuaginta viris ita loquitur: *Ille autem experimentum eorum ſumere volens, & metuens, ne fortè conſentientes eam veritatem quæ eſſet in Scripturis, abſconderent per interpretationem, ſeparans eos abinuicem, iuſsit omnes eandem interpretari Scripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Conuenientibus autem ipſis in vnum apud Ptolemæum, & comparantibus ſuas interpretationes, Deus glorificatus eſt, & Scripturæ verè diuinæ creditæ ſunt, omnibus eadem & eiſdem verbis, & eiſdem nominibus recitantibus ab initio vſque ad finem, vti & præſentes gentes cognoſcerent, quoniam per aſpirationem Dei interpretatæ ſunt Scripturæ, & non eſſe mirabile, Deum hoc in eis operatum.*

Clemen. Alexand. lib. 1. ſtrom inter ed. & fin.

Tertiò producimus Clementem Alexandrinum, qui in libro Stromatum ſimilia atque duo priores docet: *Illi autem* (ſcilicet Iudæi) inquit, *vt qui adhuc obedirēt Macedonibus, ex ijs, qui apud ſe erant probatiſsimi, & maximæ exiſtimationis, Scripturarum peritos, & Græca lingua ſcientes Septuaginta ſeniores delectos ad eum miſerunt cum libris diuinis. Cùm autem vnuſquiſque ſigillatim ex ſua propria interpretatus eſſet prophetia, conſpirarunt omnes ſimul collatæ interpretationes & ſententijs, & dictionibus. Dei enim erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures conſultò comparauerat. Neque verò ab inſpiratione Dei erat alienum, qui prophetiam dederat, vt interpretationem quoq; tanquam Græcam efficeret prophetiam.*

Tertull. in Apolog. aduerſus Gentes cap 18.

Ptolemæus Philadelph⁹ Ptolemæorū eruditiſſimus & omnis literaturæ ſagaciſſimus, teſte Tertulliano.

Demetrius Phalereus eiuſdem Ptolemæi temporegrammaticorum probatiſſimus.

Quartò adde iſtis veterem Tertullianum, cuius verba in Apologetico contra Gentes ſubſcribam: *Ptolemæorum eruditiſsimus (quem Philadelphum ſupernominant) & omnis literaturæ ſagaciſsimus, cum ſtudio Bibliothecarum Piſiſtratum (vt opinor) æmularetur; inter cætera memoriarum, quibus aut vetuſtas, aut curioſitas aliqua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu Demetrij Phalerei, Grammaticorum tunc probatiſsimi, cui præfecturam mandauerat, libros à Iudæis quoque poſtulauit, proprias videlicet atque vernaculas literas, quas ſoli habebant. Ex ipſis enim, & ad ipſos ſemper Prophetæ perorauerant, ſcilicet ad domeſticam Dei gentem ex Patrum gratia. Hebræi retrò, qui nunc Iudæi, igitur & literæ Hebrææ, & eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoq; Ptolemæo à Iudæis ſubſcriptum eſt, Septuaginta & duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoque philoſophus prouidentiæ vindex de ſententiæ communione ſuſpexit.* Hæc ille, docens virum illum vehementer admiratum de conſenſione Septuaginta interpretum; inſinuans ſimul his verbis ſeparatis cellulis interpretatos fuiſſe.

Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 4. tit. de Sacra Script. ſub initium.

Adde quintū Cyrillum, Hieroſolymitanum ita Catecheſi 4. tradētem: *Ptolemæus Philadelphus, cùm eſſet literarū ſtudioſiſsimus Rex, & vndequaq; libros cōgregaret, à Demetrio Phalereo, Bibliothecæ præfecto, de legis, & Prophetarum Diuinis libris audiens, & longè melius eſſe iudicans non coactè à nolentibus libros conſequi, ſed donis placare homines, & amicitiam eorum ſibi conciliare, quò poſſet optatis potiri; eo quòd intelligeret, id quod coactè fit, & non voluntariè datur, dolo perſæpè non carere; quod verò ſpontè, & liberè exhibetur,*

Quę coactè, & contra voluntatē dantur, quid in-

commodi habeant, teſte Cyrillo. Sex viri ex ſingulis tribubus. Veteris Teſtamẽti 72. interpretes fuiſſe traduntur.

betur, omni cum veritate donatur; Eleazaro tum apud Hebræos ſummo Sacerdoti plurima dona miſit in templum, quod hic extat Hieroſolymitanorum, & ſex viros, ſecundùm duodecim tribus Iſrael, ad ſe interpretes mitti poſtulauit. Et vt Diuina legis eſſe hos libros experientia diſceret, & ne ij qui fuerant ad illum miſſi, mutuò conſpirarent; proſpiciens in inſula Pharo, quæ eſt propè Alexandriam, ſingulis interpretibus ſingulas domos diſtribuit, & vnicuiq; vt ſeparatim omnes ſcripturas interpretaretur, mandauit. Qui cùm in Septuaginta duobus diebus negotium id perfeciſſent, ſimul omnium interpretationes, ex diuerſis domibus prodeuntes, protulerunt. Collatis autem ſimul, non ſolùm in ſenſibus, verùm etiam in rebus conſonæ inuenit. Non facundia, & apparatu ſophiſmatum humanorum id factum fuerat (lego, *fuit*) *ſed ex Spiritu ſancto diuinarum Scripturarum interpretatio profecta eſt.*

Septuaginta interpretes 72. diebus opus ſuum confecerunt, ſinguli ſeparatim.

Diuina Septuaginta interpretum interpretatio.

B. Epiphan.

His ſextum adiungimus Epiphaniũ, lib. De menſuris, & ponderibus, vbi longa narratione idem percenſet; niſi quòd non Septuaginta duas cellulas, ſed triginta ſex conſtituit, in qualibet domuncula binos conſtituens. Idem ſuperiùs docuit Iuſtinianus in lib. Nouellarum, & Auguſtinus lib. De Ciuit. Dei: cuius verba Abbas Eugippus abbreuiator operum Auguſtini, de Septuaginta interpretibus recenſet; quemadmodum Nicephorus lib. Eccleſ. hiſtoriæ eadem quę dixit Irenæus, citato eius nomine, repetit, ſicut Euſebius in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria etiam facit: vt nefas eſſe videatur tãto Doctorum torrenti in re merè hiſtorica ſe opponere, & tantum miraculum negare. De quo Auguſtinus lib. Quæſtionum ſuper Geneſin, *Septuaginta*, inquit, *interpretum autoritati, quæ tanto etiam diuinitùs facto miraculo commendatur, tanta in Eccleſiis vetuſtate firmatur.* Poſtremò adde Ruffinũ, qui ſua in Hieronymum inuectiua ſcribẽs, ait: *Vt omittam illud dicere; quod Septuaginta duorum virorum per cellulas interpretantium vnam & conſonam vocem, dubitandum non eſt Spiritus ſancti inſpiratione prolatam, & maioris id debere eſſe autoritatis, quàm id quod ab vno homine ſibi Barraba aſpirante tranſlatum eſt. Vt ergo hoc omittam, vide quid dicimus, verbi cauſa: Petrus Romanæ Eccleſiæ per viginti & quatuor annos præfuit: dubitandum non eſt, quin, ſicut cætera quæ ad inſtructionem pertinent, etiam librorum inſtrumenta Eccleſiæ ipſe tradiderit: quæ vtique iam tunc ipſo ſedente, & docente recitabãtur. Quid ergo? Decepit Petrus Apoſtolus Chriſtus Chriſti Eccleſiam, & libros ei falſos, & nihil veritatis cõtinentes tradidit? Et cùm ſciret quod verum eſt haberi apud Iudæos, apud Chriſtianos volebat haberi quod falſum eſt?* Sic ille.

Iuſtinia. Imp. in lib. Nouell. conſtitu. 140. B. Auguſt. lib. 18 De Ciuit. Dei, c. 43. tom. 5. Abb. Eugippus. Niceph. lib. 4. c. 14. circa med. Irenæ. loco ſupradicto. Euſeb. Caſarien. lib. 5. Eccleſ. hiſt. c. 8. tom. 1. Auguſt. lib. Quæſt. ſuper Geneſin, q. 169. in fine tom. 4. prope princip. Ruffin. lib. 2. inuectiua in Hierony. paulo remotius à med. to. 4. operum D. Hieronymi à medio.

Petrus Romæ quandiù ſederit.

Veritas huius hiſtoriæ rationibus cõfirmatur. Prima ratio.

Aude, rationes non deeſſe tam idoneas, quibus hoc ſignum factũ fuiſſe, probabiliſſimum redditur. Nam in primis Rex Ptolemæus periclitari voluit diuini ne eſſent libri, an non, vt tradunt Patres: propterea interpretes ſimul cógregatos vertere nó voluit, ſed ſigillatim ſeparatos, ſuſpicans fieri poſſe, vt verba ſibi darentur. Conueniebat aũt ſignum edi, quo Diuini libri detegerentur, & maiori cum religione in Bibliotheca aſſeruarentur. Deinde, metuebat Rex, teſte Irenæo, ne Iudæi ſibi Scripturas celarẽt, eo quòd illi non libenter ſua ſacra cómunicarent, & quod de cópacto rem gererẽt: ita vt non verã Scripturarum verſionem darent, ſed fictam: ad hoc ſigno opus fuit, quo Rex certus redderetur, fideliter eſſe trãſcriptas; quo maior illis fides, & reuerentia, & in aſſeruando cuſtodia tribueretur. Qua in re Deus non ſecus ſe habuit cũ illo Rege, & ei ſecreta reuelauit, atq; olim per Balam cum impio rege Balac fecerat; & cum Pharaone, cuius ſomnia per Ioſeph; & cũ Nabuchodonoſor, cuius admirabilia inſomnia per Danielẽ detexerat. Rurſus cũ illis ita ſe geſſit, vt quondam cum Philiſtęis arcam Domini remittentibus, ac dicentibus: *Si quidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis malum hoc grande. Sin autem minimè, ſciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit.* Atq; in hunc modum, vt autor eſt Irenæus, glorificatus eſt Deus apud Aegyptios, & creditum à Ptolemæo, quòd ſacra Scriptura Spiritus ſancti afflatu eſſet conuerſa. Præterea, cùm vetus lex Dei data eſt Hebræis, ſigna magna, & portenta in illa danda adhibuit: nunc aũt cũ eadem Gentibus daretur, & nationibus, vt Clemens libro Stromatum docet, par erat vt lignis ſplendeſceret, atq; coruſcaret. Quòd ſi obijcias; Cur non conuerſus fuit Rex ille, viſo tanto miraculo, ad Iudaiſmũ? Primùm dicam; Cur non conuerſi ſunt aut Pharao, aut Nabuchodonoſor viſis Dei ſignis, aut Philiſthæi viſa arca remeante in terram Iſrael per Bethſames? Dicam deinde; Nondum vocabatur Rex Ptolemæus: diſponebatur mundus ad Chriſtũ ſuo tempore recipiendum: nec ſimpliciter erat ad ſalutem neceſſaria conuerſio ad Iudaiſmũ, citra quem, cultu vnius Dei retento, ſalus poterat contingere.

Secunda. *Irenæ. prædicto loco.* *Num. 22. Gen. 41. Dan. 2. 1. Reg. 6. Irenæ. ibid.*

Tertia ratio. *Exod. 19. & ſeq. & 20. & ſeq. Clemen Alexand. lib. 1. Strom to. 2.*

Quare Ptolemæus tam excellenti diuinæ interpretationis miraculo Iudæorum religionem nõ ſit amplexatus. *Exod. 2. 8. 9. 10. 11. 12. & 14. 1. Reg. 6.*

Demũ, vt docet Chryſoſtomus in Matthæum, Dominũ ad Euangelij prædicationem multis præfulſiſſe legimus miraculis, vt multi ex barbaris nationibus fierẽt proſelyti, vt teſtata eſt apud omnes Dei potentia; vt olim in Aegypto innumerabilis turba ſe Dei populo adiungens, & poſtea in

Quarta ac poſtrema ratio. *Chryſoſt. hom. 1. in Matth. to. 2. initio. Dan. 3.*

Baby-

Babylone in fornace ignis ardentis, in interpretationibus ſomniorum, in cremo inter infideles: cur ergo nõ agnoſcimus hunc Dei morem, & conſuetudinem? Si hiſtorici hunc Dei morem reticuiſſent, nobis veriſimile nõ erat, Deum, qui olim inter barbaras natinnes miraculis fulſiſſet, non ſeruaſſe etiam eandem conſuetudinem, cùm nationibus legem, & prophetiam daret, vt ait Clemens: & de hís hactenùs.

Clemens ſuperiùs productus.

Quinta Demonſtratio.

Quinta Demonſtratio huius veritatis ex eo elicitur, quod cum editio Septuaginta perſecta fuit, omnibus Iudæis, & præſertim eorũ primatibus examinãda propoſita eſt, an fidelis eſſet, & vera, an ſecus: quod non ſine volũtate Regis Ptolomæi ſactum eſt, vt docet Ioſephus, Euſebius libro Præparationis Euangelicæ. Nam præſente Demetrio Phalereo, & 72. Interpretibus ab omnibus vnanimi conſenſu ſuit recepta, & comprobata. Et quo firmiorem haberet autoritatem, omnium conſenſu diris deuouerunt, anathemaque inflixerunt in quemcunq; illi addentem, vel detrahentem, vel quicquam mutantem: cuius maledictionis participes facti ſunt Aquila, Symmachus, Theodotion, quintæ & ſextæ editionum autores, qui conſultò, vt illam 70. obſcurarent, atque denigratam de Synagoga eijcerent, nouas illas obtruſerunt, & multis vitijs illam Septuaginta dcſœdârunt. Maledictio quoq; ad eos pertinet Iudęos, qui quauis de cauſa in illam manus violatrices iniecerunt. Et meritò ſanè. Nam ſi reus eſt; capitis, qui monetam publicam adulterat quod vel atrociſsimum ſuppliciũ non mereatur qui Scripturas corrũpit, ne de Meſſia intelligantur?

Ioſeph. lib. 12. Antiq. c. 2. Euſeb. lib. 8. De præpar. Euang. c. 1. tom. 1.

Quæ pœna olim, quàm grauis in eos decreta fuerit, qui in editionem Septuaginta interpretũ quoquomodo eſſent contumelioſi.

Sexta Demonſtratio.

Sexta Demonſtratio eſt, quòd ad huius rei perpetuam memoriam recolendam, à Rege inſtituti ſunt dies ſeſti, & ludi publici quotannis celebrandi, vt Philo Iudæus tradit, qui celeberrimus ſui temporis Scriptor extitit: & ſtatos illos dies ſeſtos, vt tãti miraculi teſtes producit, & de ſuis oculis Alexandriæ Inſpectaſſe prodit. Quòd ſi obijcias, Ioſephum, & Ariſtæam aliam inſtitutionis ludorum, ac dierum ſeſtorum cauſam adſerre: quòd eo die victoriam de Antigono nauali prælio retuliſſet; non negabo. Sed illi non tam vera, quàm veriſimilia in hiſtoria conſcribenda ſectabantur: quandoquidem plurima ſunt vera quidem, ſed parum credibilia: & contrà, ſalſa multa inueniuntur probabiliora multis veris. O[b] quam cauſam hiſtoriam ſuam Gentibus, a[d] quas ſcribebant, probatã reddere conabantur: & ingentia miracula, quæ fidẽ non debebant apud Gẽtes inuenire, ſupprimebãt.

Philo lib. 2. De vita Moſ. à medio, tom. 1. ſub initium.

Ioſeph. loco prædicto. Ariſtæas.

Ioſephi hiſtorici quid proprium.

Inuertit ergo Ioſephus hiſtoriam illam, vt ſæpè alias facit. Nã lib. 9. Antiquitatũ, quod in libro Regũ 4. dicitur, poſt abductas decem tribus Iſrael in captiuitatem immiſſos leones qui vaſtarẽt colunos ab Aſſyrijs deductos in vrbes Iſrael: Ioſephus nõ immiſſos leones, ſed immiſſam peſtẽ, contra Scripturam narrat. Et lib. 20. Iacobum fratrem Ieſu nominatum, ab Anano Põtifice refert damnatum, quòd legẽ violauerit, & ab eo traditum, vt lapidaretur: idq; ſummoperè Iudæis diſplicuiſſe; cùm tamẽ Hieronymus tradat à Iudæis è templo præcipitatum. Et lib. 18. Antiquitatum teſtimoniũ de Chriſto profert egregium, & completas in eo prophetias: & tamen lib. 4. De bello Iudaico, & libr. 6. tradit perijſſe Hieroſolyma, quòd completa ſint in eis vaticinia Prophetarum; quaſi prędictum eſſet à Prophetis Hieroſolyma peritura propter ſeditiones, & non propter negatum Meſsiam. Vides ergo, non ſemper eſſe hiſtoriæ Ioſephi fidendum.

Idem Ioſeph. lib. 9. Antiq. c. 14. 4. Reg. 17.

Idem lib. 20. cap. 8.

Hieron. in c. 1. epiſt. ad Gal. tom. 9. Ioſeph. l. 18. Antiq. c. 14. Cap. 6. Cap. 8.

Septima Demonſtratio.

Septima Demonſtratio ſolida videtur; quòd hæc Septuaginta interpretum editio per trecentos ante crucem Chriſti annos, & per quingentos poſt eius aduentum publicè in Synagoga Iudæorum lecta eſt lingua Græca, omiſſa Hebræa, quæ prius legebatur: quòd profectò ſactum non ſuiſſet, niſi certa, & fidelis tranſlatio eſſet habita ab eo populo, qui tunc populus Dei erat, & vera Eccleſia. Lingua ſiquidem Græca communis erat cunctis nationibus, Latina verò ſuis terminis continebatur: vt docet Cicero pro Archia poeta. Neque deſita ſunt legi à Iudæis Græca, quoad eis eſt intellectum, quantoperè per eam Iudæorũ impietas iugularetur, & Chriſti fides, & religio conſtabiliretur. Cõſtat enim vſq; ad tempora Iuſtini Martyris, & Tertulliani, hoc eſt poſt centum annos aduentus Chriſti, verſionem illam Græcam magno cõſenſu in Synagoga legi ſolitam: & hoc, quia vt ex Ariſtęa, & Ioſepho liquet, ſuerat ea tranſlatio à toto Iudæorum Senatu recepta. Quod ergo poſteà illam de Synagoga exigere voluerint, id ob prædictam cauſam eſt factum. Quare Tertullianus in Apologetico teſtatur, omnes Sacros libros Græcè ſuiſſe per Septuaginta interpretes tranſlatos; & ſua ætate extare illos in Alexandrina Bibliotheca, & legi in Synagogis Iudæorũ. Quod certè minimè dixiſſet, ſi falſum eſſet, ne alioqui ſibi fidem in omnibus alijs apud Gentes, cum quibus loquebatur, detraheret. Iuſtinus Apologia ſecũda aduerſus Iudæos, cum hiſtoriã de Septuaginta viris enarraſſet, continuò ſubiũgit hæc verba: *Atq; hoc ſic facto,*

Cicero.

Ariſtæas lib. De 72. Interpret. Ioſeph. lib. 12. Antiq. c. 1. prope finem.

Tertull. operis prope finem.

Iuſtin. tom. 1.

libri

libri apud Aegyptios permanſere ad hodiernum vſq; diem. Sunt illi etiam apud omnes vbiq; Iudæos, qui eos legentes non intelligunt : quibus verbis idem docet quod Tertullianus, nimirùm legi in Synagogis Iudæorum. Et ne noſtris tãtùm nitamur autoribus, audi Philonem Iudæum tranſlationem Septuaginta virorũ in omnibus, & per omnia interpretantem non ſecus atq; noſtri Sacri Doctores Græci faciunt, qui eam, vt eſt à Septuaginta viris verſa, interpretantur. Signũ ergo inſolubile eſt, eos vſq; ad ſua tempora tranſlationẽ Septuaginta amplexatos fuiſſe, illamq; nocturna, ac diurna manu verſaſſe. Ex quo factum eſt, vt deinde accenſa fuerint Iudæorum odia in Septuaginta interpretes, quòd per illorũ editionem apertè Chriſti myſteria reſerarentur.

Philo Iudæus.

Quo primũ tempore Iudæi editioni Septuaginta aduerſari cœperint, è medioq; illam tollere attentarint.

A tempore ergo Iuſtini, & Tertulliani, cœperũt Iudæi illi verſioni opponere: nam tunc Aquila, Symmachus, ac Theodotion orti ſunt, qui in eo maximè laborabant, vt è Synagoga expellerent Septuaginta. Sed illorum verſio tam altas egerat radices, vt etiam poſt tot alias editiones ad perfidiam Iudaicam accommodatas, poſt tot illorum dolos, & machinas de Synagoga expelli nõ potuerit. Cùm igitur hac ratione aſſequi non poſſent quod volebant, legem ſanxerunt, vt nõ liceret illis Sacras literas in Synagoga legi niſi Hebraicè, vt ita editio Septuaginta exularet. Orta igitur hac lite inter Iudæos, quidam volebant eam retineri, alij verò de Synagoga exigi. Et cùm cõtrouerſia deducta eſſet ad Imperatorem Iuſtinianum (qui imperauit poſt D. XXX. annos à Chriſti aduentu; quibus ſi addas trecentos ante Chriſti aduentum, inuenies DCCCXXX. annos, à quo tempore edita fuerat illa verſio, & tanto tempore in Synagoga retenta) Iuſtinianus, ad quem hæc cauſa deuoluta erat, in illa conſtitutione 146. in hunc modum definiuit : *Quia ergo didicimus, ipſos inter ſe habere controuerſiam, non ſuſtinuimus eum tumultum relinquere ipſis incompoſitum: ſiquidem per interpellationes, quæ ad nos deferuntur, didicimus, quod ex ipſis quidam ſola lingua tenentur Hebraica, eaq; vtendum in Sacrorum lectione librorum volunt : quidam etiam Græcam aſſumendam contendunt; & longo iam tempore ſeditiones inter ſe agitant. Nos igitur in hac controuerſia edocti, meliores eſſe iudicamus eos, qui Græcam etiam linguam in Sacrorum librorum lectione voluerunt aſſumere.* Et infrà : *Enimuerò qui lingua Græca legunt, vtuntur interpretatione Septuaginta quæ omnibus exactior eſt, & inter cæteras multa continet occulta, &c.* Hæc ille ſapientiſſimus Imperator. Sed

De Septuaginta Interpretum editione inter Iudæos controuerſiæ quales extiterint, & qua ratione compoſitæ.

Imperator Iuſtinianus quando regnauerit.

Quanam ra-

Iudæi non tantum illam Septuaginta, ſed & illam Hieronymi editionem, quã olim laudabant, reprehendere, & inſectari cœperunt : ita vt in editione Bibliorum Complutenſium, quoties Hieronymus à Iudæorum interpretatione diſcrepat, dictiones Hebrææ punctis, velut quibuſ-dam obelis, ſint confoſſæ, tanquàm parùm fideliter ab eo redditæ : & in illis conſulendum eſſe onomaſticon. Quod tamen plerumque ſine cauſa, & ratione fit : quia nihil ſingulare, vel nouum continent.

none Iudæi Hieronymi verſionem olim à ſe cõmendatã obſcurare tentauerint.

Octaua Demonſtratio, atque illa quidem efficaciſſima, ex eo petitur, quòd Apoſtoli, & Euangeliſtæ in producendis ex Veteri Teſtamento teſtimonijs, Septuaginta ſequuntur interpretes, etiam in illis locis, vbi aliter habetur in Hebræo, vel vbi additur, vel detrahitur textui Hebraico, quod etſi aliquando Hieronymus negarit : nam in Præfatione ſua in Pentateuchum docet, quòd ſi quæ aliter interpretati ſunt Septuaginta viri, quàm Prophetę dixerint, & citant Apoſtoli, & Euangeliſtæ, certè ipſe aſſereret Apoſtolos eſſe mentitos, qui teſtantur Iſaiam dixiſſe, quæ Iſaias non dixit, eo quòd citant Iſaiã iuxta interpretationem Septuaginta, qui aliter verterunt quàm Iſaias dixerit. Ita enim Hieronymus in libro de ſcriptor. Eccleſ. tradit, Matthæum, vbicunque Euangeliſta, ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona Domini, veteris Scripturæ teſtimonijs vtitur, nõ ſequi Septuaginta interpretum autoritatem, ſed Hebraicam: tamẽ cùm idem vrgeretur, ingenuè oppoſitum confeſſus eſt (vt ipſe teſtatur in Apologia aduerſus Ruffinum) qui in fine concedens quod aliàs negauerat, Apoſtolos, & Euangeliſtas citare tranſlationem Septuaginta duorum virorũ, vbicunque illi Septuaginta ab Hebraico non diſcrepant, ſubiungit : *Sicut ergo ego oſtendo multa in Nouo Teſtamento poſita de veteribus libris, quæ in Septuaginta non habentur, & hæc ſcripta in Hebraico doceo : Vt, Ex Aegypto vocaui Filium meum : Quoniam Nazaræus vocabitur : Eli, Eli, lamma ſabacthani, vbi non dicitur, vt in Septuaginta : Deus meus, Deus meus, reſpice in me : Videbunt in quem transfixerunt; &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ; ſic accuſator oſtendat aliquid ſcriptum eſſe in Nouo Teſtamento de Septuaginta interpretibus, quod in Hebraico non habeatur, & finita contentio eſt.* Hæc ille, vocans accuſatorem, aut Ruffinum, aut potiùs Auguſtinum, qui cum eo decertauerant in hoc articulo. Idem docet in Prologo 15. libri ſuper Iſaiam, ſcribens ad Euſtochium : *Crebrò, Euſtochium, di-*

Octaua Demonſtratio. Apoſtoli & Euangeliſtæ Septuaginta interpretes, vbi etiam ab Hebræo diſcrepant, ſectari ſemper ſolent.

Hiero. tom. 3. non procul à princip.

Idem lib. 2. Apologia aduer. Ruffin. 10. à med.

Hoc negat interdũ Hieronymus, & vtitur comprobare.

Matth. 2.
Oſeæ 11.
Matth. 27
Iſa 11.
Matth. 2.
Pſal. 21.
Ioan 19.
Zach. 12.
Ioan. 7.
Prouer. 18.
Idem tom. 2.
Idem tom. 5.

In Epiſt. ad Rom. tom. 2.

ponderat dixiſſe bona, & non bonum: quia Chriſtus eſt nobis omnia bona: & euangelizantium in plurali, non euangelizantis in ſingulari, vt Hebræa habent.

Eſai. 53. & Matth. 8. 1. Petr. 2. Leuit. 16. Prouerb. 3.

Præter Paulum etiam Petrus ex lectione Septuaginta duorum virorum producit teſtimonia. Nam 1. Petr. 2. habetur: *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*: quod ex Hebræa veritate non eſt ſumptum, quæ habet: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*, ſed ex illa Septuaginta, quæ habet: *Ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet*: & addidit explicationis gratia, *In corpore ſuo*, &, *ſuper lignum*. Nam vt olim hircus emiſſarius portabat omnes iniquitates in terram ſolitariam deſerti. Leuitic. 16. ita Chriſtus ſuper ſe tulit peccata noſtra in deſertum montis Caluariæ, vbi & immolatus eſt. Præterea teſtimonium illud decantatum: *Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam*: quod tum Petrus in priori Epiſtola, tum Iacobus in Canonica ſua proferunt; ex verſione Septuaginta interpretum eſt depromptum. Hebræa ſiquidem veritas à Hieronymo ita vertitur in Prouerbijs; *Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam*. Adhæc Paulus ad Galat. 3. producit teſtimonium ex Deuteronom. cap. 27. *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea*, admonet in eius loci commentarijs Hieronymus, ſumptum eſſe iuxta verſionem Septuaginta duorum interpretum, & in Hebræo non haberi, *Omnis*; & *In omnibus*. Et ſubdit: *Ex quo intelligimus, Apoſtolum, vt in cæteris, ſenſum teſtimonij magis poſuiſſe quàm verba: & incertum habemus, vtrùm Septuaginta Interpretes addiderint, Omnis homo, & In omnibus, an in veteri Hebraico ita fuerit. In hanc me autem ſuſpicionem illa res ſtimulat, quòd verbum, Omnis, & in omnibus, quaſi ſenſui ſuo neceſſarium ad probandum illud, quod Quicunque ex operibus Legis ſunt, ſub maledicto ſunt: Apoſtolus vir Hebræa peritia, & in Lege doctiſſimus nunquàm protuliſſet, niſi in Hebræis voluminibus haberetur: quam ob cauſam Samaritanorum volumina relegens, inueni* כל, *quod interpretatur, Omnis, ſiue omnibus, ſcriptum eſſe, & cum Septuaginta interpretibus concordare. Fruſtrà igitur illud tulerunt Iudæi, ne viderentur eſſe ſub maledicto*: & reliqua. Idem Hieronymus in idem Pauli caput, ediſſerens illud Deuteronom. 21. productum teſtimonium: *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, miratur, cur Apoſtolus, ſi ſequebatur Septuaginta autoritatem, non integrè, ſicut ab eis editum eſt, & Dei nomen adiunxerit, nempè: *Maledictus omnis à Deo, qui pendet in ligno? ſin verò vt Hebræus ex Hebræis id quod in ſua lingua legerat, putabat eſſe veriſſimum, nec Omnis, nec In ligno, quæ in Hebræo non habentur, aſſumeret. Ex quo mihi videntur* (ait) *aut veteres Hebræorum libri aliter habuiſſe, quàm nunc habent; aut Apoſtolum* (*vt ante iam dixi*) *ſenſum Scripturarum poſuiſſe, non verba; aut, quod magis eſt æſtimandum, poſt paſſionem Chriſti, & in Hebræis, & in noſtris codicibus ab aliquo Dei nomen appoſitum, vt infamiam nobis inureret, qui in Chriſtum maledictum à Deo credimus*. Hæc ille. Et probat Hieronymus illam additionem ex eo, quod cùm multi in Scripturis dicantur maledicti, nunquàm tamen à Deo.

1. Pet. 5. Iacob. 4. Hiero. tom. 7. Idem in c. 3. Epiſt. ad Galat. tom. 9.

Sed reuera, ſi illud, *à Deo*, acceperunt Septuaginta duo de Hebræo fonte, nihil aliud eſſet maledictum à Deo, quàm illud Iſaiæ: *Percuſſum à Deo, & humiliatum*. Certè Aquila, & Theodotion habent: *Quia maledictio Dei eſt ſuſpenſus*. Lucas item Euangeliſta Genealogiam CHRISTI recenſens, vnam generationem Cainan adiungit, quæ in Hebraica veritate non eſt, & habetur in verſione Septuaginta. Ambroſius in Hexameron multa Hebraicæ lectioni à Septuaginta viris non otioſè addita & adiuncta eſſe docet. Et intelligit, non otioſè, hoc eſt, myſticè, & ſpiritualiter. Idem in Pſalmum 43. exponens id: *Quoniam humiliaſti nos*: *Imò Septuaginta virorum*, inquit, *cum his ſententia videtur conuenire: enim Scripturæ teſtimonia de Scripturis nobis ſunt accerſenda diuinis*. Ad hæc, Hilarius in Præfatione in Pſalterium, ait, Septuaginta viros cœleſti, & ſpiritali ſcientia virtutes Pſalmorum intelligentes, addidiſſe titulos Pſalmis, & in Pſalm. 145. verba addita à Septuaginta viris ad intelligentiam Scripturæ docet pertinere.

Eſaiæ 53. Luc. 3. Ambroſ. lib. 3. Hexame. c. 5. initio, 10. 4. in princip. D. Hilar.

Et Epiphanius libro De menſuris, & ponderibus, docet Septuaginta viris cuſtodes per Regem fuiſſe appoſitos, ne inter ſe ſcripta conferrent: & tranſlationem non ſolùm ſententijs, ſed & verbis conſenſiſſe, quòd per Spiritus ſancti inſtinctum verterint. Et vbi vnus Textui Hebræo addidiſſet verbum; omnes alios quoque addidiſſe: & quòd ab vno eſſet detractum, cæteros omnes detraxiſſe: quòd quæ geminata eſſent, ſemel dixiſſe fuerint contenti; & vbi aliquid deeſſe videbatur; vt ratio eſſet dilucida, & perſpicua, additum fuiſſe ab omnibus. Item Lucas Actorum 8. inducit Philippum concionantem Eunucho Candaces; & teſtimonium ex Iſaia deprompſiſſe iuxta Septuaginta interpretes: *Tanquàm ouis ad occiſionem ductus* eſt;

Epiphan. circa finè Operis. Act. 8. Eſai. 53.

eſt ; & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt, &c. Ad hæc beatus Paulus illud Roman. 11. *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis : Oculos vt non videant*, &c. quod eſt Iſaiæ, ſicut etiam : *Omnis qui credit in eum, non confundetur* : & illud : *Qui exurget regere Gentes* ; item. *Videbit omnis caro ſalutare Dei* : quæ ſunt eiuſdem Prophetæ, non quidem iuxta Hebræam veritatem, in qua non inueniuntur, ſed iuxta Septuaginta interpretum Græcam editionem, ex eodem Propheta deprompſit, vt conſulenti vtramque liquidum fiet. Item illud : *Et adorent eum omnes Angeli Dei*, Hebræor. 1. ex Cantico Moſis Deuteronom. 32. depromptum eſt : quia in Hebræo non habetur, ſed ex Textu Septuaginta duorum, vt ſuperiùs oſtendimus. Et hunc locum ex Moſe producit Ambroſius libro De fide, & Origenes libro 10. ad Roman. ex Deuteronomij Cantico. Hieronymus in Iſaiam cap. 6. quærit, Quare Apoſtolus Paulus cum Hebræis diſputans, non iuxta Hebraicum, quod rectum eſſe cognouerat, ſed iuxta Septuaginta ſit locutus ? Etſi autem Hieronymus non reſpondeat ad hoc dubium, reſpondet tamen ad aliud natum ex eo, quod Paulus Actorum 28. produxit teſtimonium ex lectione Septuaginta, *Aure audietis, & non intelligetis ; & videntes videbitis, & non perſpicietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius*, &cæt. reſpondet his verbis : *Euangeliſtam Lucam tradunt veteres Eccleſiæ tractatores Medicinæ artis fuiſſe ſcientiſsimum, & magis Græcas literas ſciſſe quàm Hebræas. Vnde & ſermo eius, tam in Euangelio, quàm in Actibus Apoſtolorum, id eſt in vtroq; volumine, comptior eſt, & ſecularem redolet eloquentiam; magiſq; teſtimonijs Græcis vtitur, quàm Hebrais.* Sic ille. Salua tamen tanti Patris honorificentia, non eſt tutum dicere, Lucam aliter retuliſſe, quàm Paulus cum Hebræis diſputauerat, aut in aliquo verbo citãdo Scripturam, lapſum fuiſſe, aut pro Hebræa veritate attuliſſe diuerſam editionẽ Septuaginta, erat enim Hebræus, & linguarũ dono præditus Lucas, & in ſcribendo à Spiritu ſancto directus.

Rom. 11.
Iſa. 6.
Iſai. 29.
Rom 9. & 1. Pet. 2.
Rom 15.
Iſai. 11.
Infrà 40.
Luc 3.
Hebr. 1.
Deut. 32.
Ambroſ. c. 3. libri de Fide, initio, tom. 2. circa finem.
Orige par. 2.
Hieron. lib. 3. in Iſaiam circa princ. tom. 5. initio.
Cur Apoſtolus Paul. cum Hebræis diſputans, non iuxta Hebræũ, quod rectum eſſe cognouerat, ſed iuxta Septuaginta ſit locutus.
Act. vlt.
Prima ratio ipſius B. Hieronymi.
Hæc ratio quid incommodi habeat.

Altera ratio.

Proinde nos aliter, & breuiter reſpondendum eſſe putamus, fuiſſe id quidem ſapientiſsimè factum : aut quia tempore Septuaginta Hebræi codices non aliter habeant, cùm vtramque crederent ab Spiritu ſancto profectam, & Spiritu prophetico concinnatam, ac proinde nihil referebat, an ex Hebræo, an ex Græco Septuaginta citaret ; aut denique quia ſciebat idioma Græcum magis eſſe per totum orbem diſperſum, & ipſiſmet Iudæis magis notum, quàm Hebræum : idcirco in ea lingua, quæ legi magis poſſet, & intelligi ab omnibus, teſtimonia reddebat. Nam Iudæi ita linguam Græcam nouerant, vt nunc omnes Latinam nouerunt : Et Iudæi tempore Chriſti omnes diſperſi erant, vt dicitur Actorum 2. *Ex omni*, inquit, *natione quæ ſub cælo eſt* ; & tradit Ioſephus libro Antiquitatum. Et nouerat Apoſtolus editionem Septuaginta in Synagogis Iudæorum legi, non tantùm in Iudæa, ſed per totum orbem. Dicitur etiam Ptolemæus Philadelphus optimè meritus de gente Iudæorum, quòd Scripturam Hebraicam Græcè vertendam curauerit, quò facilius intelligeretur, vt habes apud eundem Ioſephum. Rectè quoque Eccleſia Epiſtolam ad Hebræos Græcè conſcriptam à Paulo retinet; quo omnibus Iudęis eius doctrina eſſet cõmunior. Vides ergo tãtam teſtimoniorum Propheticorum ſiluam, nõ iuxta Hebræos fontes, ſed iuxta interpretationem Septuaginta productorum ab Apoſtolis, & Euangeliſtis, & etiã in his vbi diſcrepabãt, quod ſibi oſtẽdi Hieronym⁹ poſtulabat, & mox finiendam contentionem. Vides etiam, teſtimonia producta à Matthæo nõ eſſe ſemper ſecundùm Hebræam, ſed ſecũdùm Septuaginta autoritatẽ, etiamſi aliter docuerit Hieronymus in libro Scriptorũ Eccleſiaſticorum. Certè ſi conſulas Matthæum à principio ad finem vſque ſui Euãgelij, plurima, aut ferè omnia teſtimonia producit ex Septuaginta, non ex Hebræo. Hinc Auguſtinus libro De Ciuitate Dei ſcribit, Apoſtolos non tantùm ex Hebraica Scriptura, ſed ex Septuaginta quoq; tranſlatione teſtimonia produxiſſe, eo quòd Septuaginta viri Prophetæ fuerint. Et idcirco quę aliter dixerũt Septuaginta viri, quàm Prophetæ, citaſſe Apoſtolos. Et ratio huius rei eſt: quia, vt Hieronymus docet Epiſtola de optimo genere Interpretandi ad Pammachium, & in Epiſtola ad Marcellam, Apoſtoli, & Euangeliſtæ, & Septuaginta interpretes non de verbo ad verbum, ſed periphraſticè, nõ numerãdo verba, ſed ponderando, & obſcura quęque ſcholijs illuſtrando, veteres cõuerterunt Scripturas. Quamobrem Hieronym. illud Iſaiæ: *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis reſiduũ* (ſic enim Hebræa habet veritas) ſecutus Septuaginta interpretes, *ſemen* trãſtulit. Quam lectionem amplexatus eſt Paulus ad Roma. 9. etſi non ignoraret aliter in Hebræo haberi.

Tertia.

In illo teſtimonio Iſaiæ 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius*

Græca olim lingua quam late pateret.
Act. 2.
Ioſeph. l. b. 14 cap. 12.
Idem lib. 12. c. 2. a med.
Eccleſia Pauli Epiſtolam ad Hebræos Græcè conſcriptam cur retineat.
Hieron. lib. De Eccleſ. Scripto. in Matth. 10. 2. circa finem.
B. Auguſt. lib. 15. De Ciuit. Dei. c. 14. in fine, tom 5.
Cur Apoſtoli, & Euangeliſtæ nõ tantùm iuxta Hebræam, ſed etiam iuxta Septuaginta interpretum lectionem, teſtimonia Sacra produxerint.
B. Hier. Epiſt. 101. prope finẽ tom. 2. in fine.
Idem Epiſt. 141. tom. 3. inter med. & princip.
Idem in Iſai. c. 1. ante dimid. lib. 1. to. 5 initio.
Iſai. 1.
Rom. 9.
Iſai 2.
Matth. 1.

Ema-

Quænam Euangeliſtæ de Prophetis teſtimonia à Septuaginta aliter interpretata protulerint.

Emanuel:&c. Sic enim habent Septuaginta παραφραστικῶς; cùm Hebraicè dicatur: Ecce Virgo prægnans, & pariens filium, & vocabis nomen eius Emanuel: Septuaginta, vt dixi, pro *prægnans*, dixerunt, *concipiet*; quam lectionem Hieronymus ſequitur. Quædam tamen aliter interpretati ſunt Euangeliſtæ, quàm Septuaginta interpretes, vt illud: *Videbunt in quem transfixerunt*, Septuaginta verterunt: *In quem inſultauerunt*: & vterque ſenſus verus eſt, & ab Spiritu ſancto ſignificatus, cùm verbum Hebræum plura ſignificet quę ad rem propoſitam faciunt. Nam verè Chriſti latus fuit perforatum, & illi in Cruce inſultatum. Denique Irenæus libr. 3. cap. 25. poſtquàm reprehendit nouas Scripturarum verſiones factas poſt illam Septuaginta duorum, de hac loquens ſubiungit: *Firma eſt autem, & non ficta, & ſola vera quæ ſecundùm nos eſt fides; manifeſtam oſtenſionem habens ex his Scripturis, quæ interpretatæ ſunt illo modo quo prædiximus (ſcilicet à Septuaginta duobus interpretibus) & Eccleſiæ annuntiatio ſine interpolatione. Etenim Apoſtoli cùm ſint his omnibus vetuſtiores, conſonant prædictæ interpretationi, & interpretatio conſonat Apoſtolorum Traditioni. Etenim & Petrus, & Ioannes, & Matthæus, & Paulus, & reliqui deinceps, & horum ſectatores prophetica omnia ita annuntiauerunt, quemadmodum Seniorum interpretatio continet, vnus & idem Spiritus Dei, qui in Prophetis quidem præconauit quis & qualis eſſet aduentus Domini; in ſenioribus autem interpretatus eſt benè, quæ benè prophetata fuerant: ipſe & in Apoſtolis annuntiauit plenitudinem temporum adoptionis veniſſe, & proximaſſe regnum cœlorum, & inhabitare intra homines credentes in eum, qui ex Virgine natus eſt Emanuel.* Hactenùs ille, commendans verſionem Septuaginta interpretum, & illam docens ab Apoſtolis vniuerſis vſurpatam.

Hieron. tom. 9 in princip. & tom. 5. in c. 7. Iſaiæ. Zach. 12. Ioan. 19. Matth. 27.

D. Irenæus. Qualis Romana fides ſecundùm Irenæum.

Septuaginta duo viri eodem quo Apoſtoli & Euangeliſtæ Spiritu futura Meſsiæ myſteria prę[c]inuerunt. *Matth. 3. & ſæpe deinceps. Supra 1. Iſa. 7.*

Nona Demonſtratio.

Nona Demonſtratio. Sanctiſsimi Chriſti Apoſtoli, cùm in vniuerſum orbem ad prædicandum Euangelium deſtinati ſunt, vniuerſis nationibus quę in Chriſtum crediderunt, nullas alias Scripturas tradiderunt, vel commendârunt, quàm quæ ex Septuaginta interpretum editione conuerſæ erant. Nam Hebræam linguam nemo illorum nouerat, Græcũ verò ſermonem omnes Gentes vbiq; & intelligebant, & loquebantur. Atque huius rei Patres meminerunt. Ait enim Cyrillus Hieroſolymitanus: *Iſtorum igitur hos viginti libros lege, cum apocryphis verò nihil habeas negotij, has tantùm ſtudioſè meditare Scripturas, quas in Eccleſia confidenter legimus. Multo prudentiores te, & religioſiores fuerant Apoſtoli, & primi Epiſcopi, veritatis duces, qui nobis eas tradiderunt.* Vides in his verbis, Apoſtolos Scripturas ſecundùm Septuaginta interpres verſas tradidiſſe? Quod etiam Theodorus quidam Antiochenus vetus autor, cuius extant in Prophetas commentaria, quæ in catenis Græcis continentur, ſcribens in Sophoniæ Prophetæ cap. 1. *Septuaginta viri*, inquit, *literas Sacras Græcè vertêre, patrij ſermonis peritiſsimi, & Diuinarum Scripturarum ſcientiſsimi, delecti à Principe Sacerdotum, & ab vniuerſis tribubus Iſraël, tanquàm maximè idonei ad vertẽdas Scripturas: quorum interpretationem planè liquet accepiſſe Apoſtolos, & tradidiſſe his qui ex nationibus crediderunt, ad quos ante Vetus Teſtamentum non pertinerent. Et ab Apoſtolis accipientes hanc Septuaginta virorum tranſlationem; habemus omnes qui ex Gentibus credidimus, & in Eccleſiis legimus, & domi euoluimus.* Hactenùs ille.

Cyrill. Hieroſoly. catecheſ. 4 tit. de Sacra ſcriptura, in fine.

Theodo. Antiochen. vetus autor.

Decima Demonſtratio. Illa verſio ab initio Chriſti, & Apoſtolorum in vniuerſam credentium Eccleſiam deriuata eſt, & per quingentos ferè annos quoad Hieronymi Latina editio conuerſa eſt, robur, & autoritatem obtinuit. A tempore verò B. Hieronymi permanſit quidem editio Septuaginta in Eccleſia Græca & Orientali vſque in hodiernum diem: quæ, vt teſtatur Auguſtinus libro De ciuitate Dei, an alia ſit editio, prorſus ignorat: neque in fidei controuerſijs, quæ apud Græcos innumeræ extitêre; aut ad reuincendos Hæreticos alia editione Scripturarum vſi ſunt: nunquàm enim aliam quàm Septuaginta virorum nouerunt. In Eccleſia verò Latina quoad paulatim cœpit autoritatem habere Hieronymi editio, illa Septuaginta retenta eſt. Vbi verò illa Hieronymi plenum autoritatis pondus aſſecuta eſt, illa Septuaginta relicta eſt: non quidem vt falſa, aut ab Eccleſia reprobata; ſed quòd dilucidior eſſet illa Hieronymi, & magis de verbo ad verbum expreſſa, & minus corrupta quàm illa Septuaginta interpretum, quàm per Aquilæ, Symmachi, Theodotionis editiones in quibuſdam mutatis, additis, vel ſubtractis viderunt eſſe vitiatam. His de cauſis apud Latinos legi publicè deſijt Septuaginta duorum virorum: ſempèr tamen penes viros doctos ſua non caruit autoritate. Apud Græcos verò, & in tota Eccleſia Orientali, ſublatis alijs editionibus, ſolùm illa Septuaginta remanſit. Vnde Chryſoſtomus in Matthæum cæteros omnes Scripturæ interpretes vult eſſe ſuſpectos debere, quia ex odio multa dixerunt, & Prophetas conſultò obſcurârunt.

Decima Demonſtratio.

Auguſt. lib. 15. De Ciuit. Dei, cap. 15. tom. 5.

Cur Hieronymi editio, quàm illa Septuaginta in Eccleſia præualuerit.

Editio Septuaginta ſublatis alijs omnibus editionibus apud Græcos ſola remãſit.

Chryſoſt. homil. in Matthæ. 5. ante med. tom. 2. Initio.

LXXII. viri, teſte Chryſoſtomo, quot annis ante Chriſtum fuerunt.

Origen.

Euſeb. lib. 6. c. 23. Eccleſ. hiſtor. 10. 1.

runt. Quod non fecerunt Septuaginta, qui ante centum, & aliquanto ampliùs Dominici aduentus annos Biblia verterunt. Hæc ille ſenſit. Et confirmatur Origenis ſententia in epiſtola, quam ad Africanum ſcripſit, & quam producit Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica. *Id, inquit, pro vero ſolum habendum in Scripturis diuinis, quod Septuaginta interpretes tranſtulerunt: quoniam id ſolum eſt quod autoritate Apoſtolica confirmatum eſt.* Hæc ibi habentur, interprete Ruffino: etſi noui interpretes Euſebij, vt Muſculus, & Chriſtophorſonus non habeant, quia fortaſsis inciderunt in codices corruptos.

Editionem Septuaginta qui minus approbarint.

Qui verò minus illis tribuere cœperunt, fuerunt pauci, vt Origenes, qui condidit Hexapla, Didymus, Apollinaris Laodicenus, & Euſebius Cæſarienſis, qui in multis plus tribuit Aquilæ, Symmacho, & Theodotioni, quàm Septuaginta viris.

Euſeb. tom. 1.

Hieronymo alterius ab illa Septuaginta virorũ tranſlationis faciendæ quæ fuerit cauſa.

B. Hier. to. 3. non procul ab initio.

Nam Hieronymus id ſe feciſſe teſtatur, quòd videret Septuaginta virorum tranſlationem à Iudæis eſſe corruptam. Nam ſi illa integra, & pura haberetur, fruſtrà ſe in excudenda ex Hebræo noua laborare, in Præfatione in libros Paralipomenon teſtatur.

Procopius Gazæus editionibus quibus fuerit vſus.

Præterea Procopius Gazæus Sophiſta, qui ſcripſit in Pentateuchum, Scripturas ediſſerit non ſolùm iuxta Septuaginta interpretum editionem, ſed etiam iuxta Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, & iuxta Samaritanorum, & Hebræorum veteres codices: addit etiam quandoque iuxta Hieronymi (quem ſæpè nominatim citat) verſionem à Sophonio ex Latino in Græcum conuerſam.

Hic idẽ quando claruerit.

Nam claruiſſe dicitur Procopius ſub Anaſtaſio Imperatore, anno Domini quingenteſimo.

Vndecima Demonſtratio.

Vndecima Demonſtratio. Veteres omnes, tam Græcæ, quàm Latinæ Eccleſiæ Patres, vt Clemens vterque, Romanus, & Alexandrinus, Dionyſius, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, & Gregorius, Athanaſius, Baſilius, Epiphanius, duo Gregorij, Nazianzenus, & Niſſenus, Chryſoſtomus, & Cyrillus, nullam aliam nouerunt Scripturam, quàm Septuaginta; ex alia non producunt teſtimonia, ſed ex iſta: hanc commentantur, per illam hæreſes refellunt, & hæreticos reuincunt: vſque adeò, vt ſi interpretum Septuaginta vacillaret autoritas, omnium veterum Patrum ſcripta ruerẽt, quia falſo Scripturarum nitl fundamento probarentur.

Niſi Septuaginta interpretũ autoritas conſiſteret, quid ſequatur incommodorum.

Imò ipſorum Apoſtolorum ſcripta conciderent, qui eam tanquàm verum & purum Dei verbum citant: falſiſque, & incertis teſtimonijs fidem cõfirmaſſent, vt Iudæi obiectant: atque ita per quadringentos annos veris Scripturis deſtituta Eccleſia fuiſſet, quæ tamen fuit præcipua, & nobiliſsima eius pars, vtpote primitiua, Chriſto, & Apoſtolis proxima, & contigua.

Trident. Concil. ſeſ. 4.

Et quemadmodum Latinam Hieronymi editionem, Vulgatam, & antiquam nunc vocamus, & ita vocauit illam Concilium Tridentinum, quod per vndecim ſecula, & aliquid ampliùs remanſit; quæ verò nunc à quibuſdam conduntur, nouæ appellantur editiones: ita Hieronymi tempore illa Septuaginta & antiqua, & Vulgata dicebatur, Latina verò Hieronymi, Noua: & ita à Gregorio ad Leandrum ſuper librum Iob, & centies ab Eucherio in libros Regũ ſcribente Noua appellatur; porrò illam Septuaginta Veterem, & Vulgatam vocabãt.

Gregor. ad Leandrum, cap. 5. tom. 1. in princ.

Eucherius Epiſcop. Lugdunen.

Hier. ad. Epiſt. 135. prope initium, tom. 3.

Septuaginta olim editio cur Vetus, & Vulgata ſit dicta.

Ita enim Hieronymus in Epiſtola ad Suniam & Fretelam loquitur: *Koinè autẽ iſta, hoc eſt communis editio, ipſa eſt quæ & Septuaginta.* Sic ille. Quòd id ab eo ſic vocata, ad differentiam aliarum tranſlationum Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: quas etſi interdum ad maiorem Septuaginta interpretum intelligentiam plerique adhiberent, erat tamen Septuaginta cõmunis, cuius teſtimonijs vtebatur Hieronymus.

Idem tom. 3. circa princ. & tom. 5.

Idem in Iſa. lib. 5. eodem tom. 5.

Philiſtæi ijdẽ qui & Palæſtini, teſte Hieronymo.

Item quoties Vulgatam nominat verſionem, illam, quæ Septuaginta eſt intelligit: vt in Præfatione in Ezechielem teſtatur: *Sed & Vulgata,* inquit, *eius editio non multum diſtat ab Hebraica:* & ibi quoq; nos adhortatur, vt & ſuam editionem legamus. Et in caput 14. Iſai. ſcribens in illud: *Ne læteris Philiſtæa, &c. Philiſtæos,* inquit, *Palæſtinos ſignificat, quos alienigenas Vulgata ſcribit editio, cùm hoc non vnius Gentis, ſed omnium externarum Gentium vocabulum ſit.* Sic ille, vocans Septuaginta interpretum Verſionem, Vulgatam, quæ ſemper Philiſthæos, ἀλλοφύλλους, hoc eſt alienigenas vocare conſueuit. Dicitur & vetus editio, ad differentiam Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: quia iſtæ nouæ erant, & per quatuor, aut quinq; ſecula illa 70. virorum præcellebat.

Duodecima ac poſtrema Demonſtr.

Duodecima, ac poſtrema Demonſtratio. Doctores omnes Hieronymo poſteriores, vt ſunt, Auguſtinus, Proſper, Chryſologus, Alcuinus, Beda, Gregorius, & Leo, S. Thomas, & alij, ſi quando illa Septuaginta Interpretum verſio diuerſa eſt ab ea Hieronymi, quæ nobis eſt iam cummunis, & vulgata, & antiqua, poſt expoſitũ textum Hieronymi, ſolent illam Septuaginta fideliter producere, eamq; Antiquam vocant, eiuſq; verba expendere, atq; ediſſerere, vt nõ minus ei, quàm illi Hieronymi tribuere

Quinam ex Patribus, tũ Hieronymi, tum Septuaginta interpretationem ſoleant conſectari.

videantur: quod eius ſolidam, & muilctam arguit auctoritatem. Nec tantum illi hoc faciunt, ſed & ipſe Hieronymus prior obſeruauit, qui ſcribens in Prophetas, vtramque proponit vertionem, & vtramque ſuis commentarijs illuſtrat. Ac ne tibi cõtrarius, & ſibi repugnãs Hieronymus videatur, quòd modò hanc, modò illam editionem tueri videantur; perpende, D. Hieronymũ duas Scripturarum condidiſſe editiones: alteram quidem, & priorem è Græco textu in Latinnm ſermonem, quam laboribus Origenes adornauit, ex editione Theodotionis admiſcens Vulgatæ editioni aſteriſcos, & obeliſcos: cuius ipſe mentionem faciens, ita ad Auguſtinum ſcribit: *Quod autem in alijs quæris epiſtolis, Cur prior mea in libris Canonicis interpretatio aſteriſcos habeat, & virgulas prænotatas; & poſteà aliam translationem abſq; his ſignis ediderim: pace tua dixerim, videris mihi non intelligere quod quæſiſti. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum eſt; & vbicunque virgula, id eſt obeli, ſunt, ſignificatur, quòd Septuaginta plus dixerint, quàm habetur in Hebræo: vbi autem aſteriſci, id eſt ſtellulæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum; & vbi Græca tranſtulimus; hic de ipſo Hebraico, quod intelligebamus, expreſſimus: ſenſuum potius veritatem, quàm verborum ordinem interdum conſeruantes.* Hæc ille, qui in Apologia aduerſus Ruffinũ teſtatur ſe ante annos plurimos Septuaginta diligentiſsimè emendatos, ſuæ linguæ ſtudioſis tradidiſſe. Quod diligenter admoneo eſſe obſeruandum: quia quædam Hieronymi Præfationes in hanc è Græco tranſlationem præſcriptæ, aliæ verò ſuę ex Hebræo interpretationi ſunt pręfixæ. Igitur vbi duas Pręfationes in editione Vulgata repereris, ſcito vnam ex illis eſſe in tranſlationem ex Grę̨co, in qua de aſteriſcis, & obeliſcis eſt ſermo; alteram verò in editione ex Hebræo, in qua nihil de aſteriſcis, & obelis tradit. In libros ergo Paralipomenon duæ ſunt editiones, & totidem in librum Iob. Quanq enim interciderit illa Latina Hieronymi verſio ex Gręca Septuaginta virorum illorum editione; permanſerunt tamen Præfationes illæ Hieronymi. Quare falluntur maximè Iudæi, & ex noſtris illi, qui putant ſubtractos ex editione Hieronymi aſteriſcos: quia editio Hieronymi ex Hebræo nũquam illos habuit, ſed tantùm verſio Latina, quæ ex Gręco fonte Septuaginta tranſlata eſt; & quæ amplius non extat. Euicimus ergo hactenus, ſacroſanctam eſſe, & fideliſsimam Septuaginta virorum interpretationem.

Hieron tom. 5.6.7.& 8.

Hieronymus duplicẽ Scripturarum editionem perfecit & elaborauit, eodem autore.

Idem epiſt. 89. circa finẽ, tom. 2.

Quid in Septuaginta interpretatione prænotatæ virgulæ, quid etiam aſteriſci & ſtellulæ prælucentes ſignificent.

Idem lib. 2. Apologiæ aduerſ. Ruffin. circa finem, tom. eodem.

PROLEGOMENON VI.

In quo argumenta, quæ à quibuſdam fiunt contra editionem Septuaginta interpretum, diluuntur: & quatenus à nobis nouellæ editiones, quæ Hebræam veritatem videntur polliceri, excipiendæ ſint.

POSTQVAM tot rationum momentis, & ſolidis veterum Patrum teſtimonijs autoritatem Septuaginta interpretum propugnauimus; vnus nobis reliquus eſt labor, vt quæ contra illam fiunt argumenta, diſſoluamus. Eſt enim in illorum diſſolutione nonnihil vtilitatis & difficultatis.

Primum ergo eſt, Iudæos multa deſiderare in Septuaginta virorum verſione, neque reſpondere de verbo ad verbum illam interpretationem; & ex noſtris multa vt ſuperflua, & quædam vt diminuta, & manca, ac mutila reprehendere. Sed nos, Iudęos inprimis admonemus, vt meminerint anathematis, & maledictionis olim à ſuis maioribus in Alexandria exiſtentibus inflictæ in addentes illi verſioni, vel detrahentes: noſtri verò in memoriam reducant, hanc ab Apoſtolis, & Euangeliſtis editionem eſſe confirmatam, & ab omnibus primitiuæ Eccleſiæ Patribus, vt fidelem, & ſacroſanctam habitam. Quòd autem nõ ſit de verbo ad verbum expreſſa, id non ineptos, ſed doctiſsimos interpretes extitiſſe arguit. Nã audi, obſecro, verba Hieronymi in epiſtola ad Pammachium De optimo genere interpretandi: *Ego enim,* inquit, *non ſolùm fateor, ſed libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum, abſq; Scripturis ſanctis, vbi & verborum ordo, & myſterium eſt, non verbum è verbo, ſed ſenſum exprimere de ſenſu. Habeoq; huius rei magiſtrum Tullium, qui Protagoram Platonis, & œconomicon Xenophontis, & Aeſchinis, ac Demoſthenis duas cõtra ſe orationes pulcherrimas tranſtulit. Quanta in illis prætermiſerit, quanta addiderit, quanta mutauerit; vt proprietates alterius linguæ ſuis proprietatibus explicaret, non eſt huius temporis dicere. Sufficit mihi ipſius tranſlatoris autoritas, qui ita in Prologo earundem Orationum locutus eſt: Putaui mihi ſuſcipiendum laborem vtilem ſtudioſis, mihi quidem ipſi neceſſarium. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſsimorum nobiliſsimas orationes, inter ſeq; contrarias, Aeſchinis, & Demoſthenis. nec conuerti vt Interpres, ſed vt Orator, ſententijs ijſdem, & earum formis, tam figuris, quàm verbis ad noſtram conſuetudinem aptis. In quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere, ſed genus omne ver-*

Primum argumentum.

Hieron. tom. 2. in fin.

Boni interpretis officiũ D. Hieronymus præſtitit, atq; compleuit.

Cic. lib. de optimo genere Oratorum.

 borum

lorum, vimq; ſeruaui. Non enim me annumerare ea lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere. Rurſum in calce ſermonis: Quorum ego, ait, Orationes, ſicut ſpero, ita expreſſero, virtutibus illorum omnibus, id eſt, ſententijs, & earum figuris, & rerum ordine: verba perſequens eatenus, vt non abhorreant more noſtro. Quæ ſi è Græcis omnia conuerſa non erunt; tamen vt generis eiuſdem ſint, elaborauimus. Sed & Horatius vir acutus, & doctus, hoc idem in arte poetica erudito interpreti præcipit:

Horatius vir acutus & doctus, teſte Hieronymo.

Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.

Terentius Menandrum, Plautus, & Cæcilius veteres Comicos interpretati ſunt. Nunquid hærent in verbis, ac non decorem magis, & elegantiam in translatione cõſeruant, quàm veritatem interpretationis? Hanc eruditi κακοζηλίαν nuncupant. Vnde & ego doctus à talibus ante annos circiter viginti, & ſimili tunc quoq; errore deceptus, certè hoc mihi à vobis obijciendum neſciens, cùm Euſebij Cæſarienſis χρονικὸν in Latinum verterem, tali inter cætera vſus ſum præfatione: Difficile eſt alienas lineas inſequentem, non alicubi excidere: & arduum, vt quæ in aliena lingua bene dicta ſunt, eundem decorem in translatione conſeruent. Significatum eſt aliquid vnius verbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam, & dum quæro implere ſententiam, longo ambitu, vix breuis viæ ſpatio conſummo. Accedunt hyperbatorum anfractus, diſſimilitudines caſuum, varietates figurarum, ipſum poſtremò ſuum, & dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, abſurdè reſonant: ſi ob neceſſitatem aliquid in ordine, vel in ſermone mutauero, ab interpretis videbor officio receſſiſſe. Et poſt multa, quæ nunc proſequi otioſum eſt, etiam hoc addidi: Quòd ſi cui non videtur linguæ gratia in interpretatione mutari; Homerum ad verbum exprimat in Latinum. Plus aliquid dicam, eundem ſua in lingua proſa verbis interpretatur; videbis ordinem ridiculum, & Poetam eloquentiſſimum vix loquentem. Verùm ne meorum ſcriptorum parua ſit autoritas, quanquàm hoc tantùm probare voluerim, me ſemper ab adoleſcentia non verba, ſed ſententias tranſtuliſſe, qualis ſuper hoc genere præfatiuncula ſit, in libro, quo beati Antonij vita deſcribitur, ipſius lectione cognoſce. Ex alia in aliam linguam expreſſa ad verbum translatio, ſenſum operis; & veluti læto gramine ſata ſtrangulat. Dum enim caſibus & figuris ſeruit oratio, quod breui poterat indicare ſermone, longo ambitu circumacta vix indicat. Hoc igitur ego vitans, ita beatum Antonium, te petente, tranſpoſui, vt nihil deſit ex ſenſu, cùm aliquid deſit ex verbis. Alij ſyllabas aucupentur, & literas, tu quære ſententias. Dies me deficiet, ſi omnium, qui ad ſenſum interpretati ſunt, teſtimonia replicauero. Sufficit in præſenti nominaſſe Hilarium confeſſorem, qui Homilias in Iob, & in Pſalmos tractatus plurimos in Latinum vertit è Græco. nec aſſedit literæ dormitanti, & putida ruſticorum interpretatione ſe torſit; ſed quaſi captiuos ſenſus in ſuam linguam, victoris iure tranſpoſuit. Hęc ille diuinus Pater, docens illud commune fuiſſe optimis quibusque interpretibus, & profanis, & ſacris.

Hieronymus tom. 1.
Ex alia in aliam linguã expreſſa ad verbũ tranſlatio quid incommodi habeat.

Nam Septuaginta interpretes, & Euangeliſtæ, atque Apoſtoli, idem in Sacris voluminibus fecerunt. Et comprobat hoc etiam Hieronymus duobus Scripturæ teſtimonijs, altero ex Marco, qui Talithacumi, interpretatum dicit: Puella, tibi dico, ſurge: vbi duo illa verba, Tibi dico, emphaſis gratia addita ſũt: altero ex Hieremia propheta producto à Matthæo, vbi dicitur: Tunc impletũm eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus. Quod profectò in Hieremia penitùs non inuenitur, ſed in Zacharia, alijs multo verbis, ac toto ordine diſcrepante. Vulgata quippe (inquit) editio, id eſt, Septuaginta) ita ſe habet: Et dicam ad eos; Si bonum eſt coram vobis, date mercedem mihi, aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Dixitq; Dominus ad me; Pone illos in conflatorium, & conſidera ſi probatum ſit, ſicut probatus ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & miſi eos in domo Domini in conflatorium. Quantum diſtet ab Euangeliſtæ teſtimonio Septuaginta tranſlatio, perſpicuum eſt. Producit deinde verſionem ſuã ex Hebræo, & ſubdit: Accuſent Apoſtolum falſitatis, quòd nec cum Hebraico, nec cũ Septuaginta cõgruat translatoribus: &, quod his maius eſt, erret in nomine: pro Zacharia quippe Hieremiam poſuit. Sed abſit hoc de pediſſequo Chriſti dicere, cui cura fuit non verba & ſyllabas aucupari, ſed ſententias dogmatum ponere.

Idem ibidem.
Marc. 5.
Act. 2.
Matth. 27.
Hierem. 31.
Zachar. 12.

Secundum argumentum eſt: Multa contra Septuaginta annotauit Hieronymus in pluribus locis, atq; illis impingit aut inſcitiam, aut negligentiam. Reſpõdeo: Mirum eſſe non debet, ſi ita interdum locutus ſit pro naturæ ſuæ vehementia, & zelo veritatis, vt qui nouam moliretur ex Hebræo editionem. Ideò vt cauſſam illius condendæ lectoribus probaret, nonnihil aliquando illis derogabat. Sed mutauit poſteà ſententiam, & tradidit illos Spiritu ſancto plenos interpretatos fuiſſe ea, quę vera fuerãt: ſed ſcriptorum culpæ vitio eſſe adſcribenda: & alio loco teſtatur, quòd ſi pura, & integra Septuaginta editio cõſtaret, noua ſua editione opus non fuiſſet. Et in Apologia aduerſus Ruffinum: Ego ne, inquit, contra

II. argumen.
Hier. in Quæſtionib. Hebraicis tom. 3. & epiſt. ad Suniã & Fretelam, eodem tomo.
Quare Hieronymus interdum verſioni Septuaginta minus deferat.
Idem Præfat. in lib. Paralipom. tom. 3.
Idem lib. 2. Apologiæ aduerſ Ruffinũ, à med. tom. 2.

Septuaginta interpretes aliquid ſum locutus? vt ſuperius produximus.

Tertium argumentum.

Tertium argumentum, Quædam eſſe aliter verſa à Septuaginta, quã in Hebræo habeantur, vt mendacium vel lectioni Hebraicæ, vel editioni Septuaginta ſit adſcribendum. Nam cùm de coruo agitur Gen. 8. Hebræa veritas habet: *Ibat eundo, & redeundo, donec ſiccarentur aqua.* Septuaginta verò legunt cum negatione, quos ſecutus Hieronymus, dixit: *Egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aqua ſuper terram.* Deinde Geneſ. 5. & 11. longè diuerſa eſt ratio numerorum, qui ponũtur in Hebraico textu, ab ea quam ponunt Septuaginta interpretes; ita vt in multis iſta illam excedat.

Idem in Iſaiã lib. 3. tom. 5.

Item in Iſaiæ cap. 9. teſtatur Hieronymus, pro omnibus illis nominibus, *Conſiliarius, Deus, Fortis, &c.* tantùm viros Septuaginta reddidiſſe, *Magni conſilij Angelus; vt celarent myſterium Diuinitatis ipſum regem Ptolemæum.* Quartò verba illa Deuteron. 32. *Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Dei,* vbi Septuaginta legunt, *iuxta numerum Angelorum*: quod nihil ſignare, & parũ textui cohęrere videtur. Adde quintò, quod Ionę 3. iuxta Hebræum dicitur: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*; vbi Septuaginta habent: *Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur.* Aquila verò, Theodotion, & Symmachus tempore Iuſtini legebant, vt ipſe ſcribit in Tryphonem: *Adhuc quadraginta tres dies, & Niniue ſubuertetur.* Et cap. 4. vbi iuxta Hebræam veritatem dicitur: *Præparauit Deus Cicaion*: Septuaginta verterunt *Colocinthida*, hoc eſt, cucurbitam ſylueſtrem, vbi Hieronymus verterat *Hederam.* Nũ potuit autem eſſe vterque fructus, ſed alter eorũ: ergo vel hic, vel illi errarunt: quę profectò intricata ſunt, & vix explicari poſſe videntur. Ad argumẽta tertio loco propoſita, facilè eſſet vno verbo reſpondere, admittendo 72. Interpretum editionem non eſſe integrã, vt ab ipſis eſt facta, ſed à Iudæis magno ſtudio corruptam & vitiatam, vt multis in locis teſtis eſt Hieronymus: qui ob hanc vnam rationem ſe ad nouã ex Hebręo verſionem faciendã excitatũ eſſe, tùm in Præfatione in Pentateuchum, tum in libros Paralipomenon teſtatur. Atq; huic opinioni ſuffragatur, quòd loci propoſiti, tũ ex Geneſi, tum ex Iona Propheta, nullum continent fidei articulum inter eos & nos cõtrouerſum, vt quis ſuſpicari poſſit, Iudęos proprium Hebręum textum vitiaſſe: & ſi coniecturis agere liceret, non minus vitiatã eſſe lectionem 70. quàm Hebræam veritatẽ, imò faciliùs promptum eſſet dicere.

Iuſtin. Martyr tom. 2.

Hieronymus.

Tom. 3.

Tom. 3.

Illud Gen. 8.

Sed iam ad ſingula peculiariter reſpondeamus. Textus Hebræus refert de coruo, quòd ibat eundo, & redeundoq;, donec ſiccarentur aquę. Habet Chaldaicam paraphraſin idẽ teſtantem. Habet & ſuauitatem literæ, quia ibat, & reuertebatur ad arcam, quoad aquæ ſiccarentur; quibus deſiccatis, cadaueri, vt dici ſolet, intentus, non eſt reuerſus. Habet & Gloſſam Interlinearem, annotantem in Hebræo haberi ſine negatione, Iuit, & reuerſus eſt, donec ſiccarẽtur aquæ. Adhęc, Nebriſſenſis in codicibus vetuſtis Longobardis, & Gotthicis annotat, detractam eſſe particulam *Non.* Et mera fabula eſt, ac riſu digna Talmud in libro Sanedrim, cap. Cheleat, coruum arcam circuiſſe, quod dubitaret ne Noë congrederetur cum coruo eius vxore. Si verò lectionem vtramque, tam Hebræam, quàm Septuaginta, vt verã tueamur, quod veriſimilius eſt, dicendum eſt, Septuaginta paraphraſticè explicaſſe literam Hebræam. Illud enim; *Ibat eundo, & redeundo,* ſignificat, coruum nullum certum nuntium retuliſſe: quia ſi detuliſſet, non miſiſſet columbam; ſed rurſus eundem coruum huc & illuc vagatum eſſe ſignificatur, ſed non reuerſum in arcã, quòd perſtaret in cadaueribus. Hodie etiam eo Prouerbio vtuntur Hebræi, vt quoties ſeruum amandant, qui nunquam, aut tardius regreditur, dicere ſoleant; *Coruum Noë emiſi.* Atque hunc ſenſum etiam ſecutus eſt Hieronymus in verſione ſua, & in Quæſtionibus in Geneſim; annotans in Hebræo haberi: *Emiſit coruum, & egreſſus eſt exiens, & non reuertens, donec ſiccarentur aqua de terra.* Et in Dialogo aduerſus Luciferianos: *Emittitur,* inquit, *coruus de arca, & non redijt: & poſteà pacem terræ columba nuntiat.* Adhæc, ſi coruus eſſet reuerſus, ita vt certum nuntium referret, dixiſſet textus, Noë manum emiſiſſe, & retraxiſſe in arcam, vt de columba narrat. Adhæc, coruus parui eſſe volatus fertur; ideò non poterat diu volatum protendere, maximè cœlo humiditate pleno, & volatui diuturno obſiſtente, vt ſignum certum daret terræ deſiccatæ. Ideò ibat eundo, & redeundo, quia in circulum mouebatur. Denique ſi attentè inſpicias, idem eſt dicere: *Ibat & reuertebatur, donec ſiccarentur aqua,* vt habet Textus Hebræus; atque dicere, quòd ibat donec ſiccarentur aquæ; & tunc non eſt reuerſus. Illa enim affirmatio Textus Hebræi, quòd ibat eundo, & redeundo, donec ſiccarentur aquæ, continet hanc negationem, quam exprimunt Septuaginta, & Hieronymus: & ſic explicat Ambroſius lib. de Arca Noë.

de coruo euntे, & redeunte, affirmatiuè, an negatiuè legendum ſit.

Gloſſa Interli.

Nebriſſen. in Quinquagena quæſtion.

Talmudica de coruo arcam circuiente quædam fabula reprobatur.

Prouerbium Hebræorum.

Hiero. tom. 3.

Idem tom. 2. ante mediũ.

Coruus, parui volatus animal.

Ambroſ. lib. de Noe, & arca, cap. 17. tom. 4.

Ad illud de computatione annorum,

Gen.

Hiero. tom.3. in Quæst.
Quæ Gen. 5. & 11. de annorum varia ratione dicuntur, quomodo inter ſe cohæreant.

Gen. 5. vbi, vt notat Hieronymus in Quæſtionib. Hebraic. cuique viro prçter annos aſsignatos in noſtra verſione, apud Septuaginta centum anni ampliùs quàm in Hebræo habeatur, tribuuntur: dicendum eſt, quòd cùm poſtea in ſumma annorũ, quos quiſque vixiſſe perhibetur, totidem centum anni detrahantur, hiſtoria in idem redit: & neceſſariò dicendum eſt, aut lectionem Græcam corruptam eſſe, non ab ipſis Septuaginta, ſed à librario primo tranſcriptore, ex quo cætera volumina ſunt vitiata, & lectionem Hieronymi ex Hebræo, vt verã tenendam, quam Chaldæa paraphraſis, & Kalendarium Hebræum, quod dicitur Sederholam, ſequuntur, & lectionem Septuaginta interpretum vitiatam deferẽdam, vt annotat Auguſtinus in libris de Ciuit. Dei; aut certè, quoniam Ioſephus Hebræus 72. virorum lectionem ſequitur, variam fuiſſe lectioné, aut certè vitiatam Hebræam, vt quidã volunt. Sed hoc mihi probabile non redditur: quia inueniretur Mathuſalé ſuperuixiſſe diluuio, & plures quã octo animas fuiſſe in arca, contra Petri autoritatem. Ideò veriſimilius eſt corruptos Septuaginta, quàm Hebræam veritatem.

Seder-holam Kalẽdarium Hebræum.
Auguſt. lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 10. tom. 5.
2. Petr. 3.
Gen. 7.

Ille locus Deut. 32. Cõſtituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum Iſraël, quomodo textui cohærere videtur.

Circa locum Deuteronomij dicendum eſt, variam eſſe eius loci lectionem. Nam quidam habent: *Iuxta numerum filiorum Iſraël*; alij, *Iuxta numerum filiorum Dei*; alij verò, *Iuxta numerum Angelorum Dei*, vt verterunt Septuaginta Interpretes: & hęc poſtrema lectio & ſecunda eodem tendere videtur, quia Angeli dicuntur interdum filij Dei, vt Iob 2. & 38. & Pſalm. 88. Et vtraque habet ſuam commodam intelligentiam, & interpretationem: quanquam (ne quid diſſimulem) poſſumus per filios Dei interpretari iuſtos & pios Deum colentes (iuxta illud Gen. 6. *Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchra.*) Certè Iuſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem vtramque lectionem producit, & nihil per hanc, vel illam de legitimo verbi ſenſu decedere exiſtimat. Explicemus ergo lectionis noſtræ, quæ Hebræa eſt, textum. Et præmittendum, Prophetam hoc loco Dei beneficia in populum illum ingratum collata enarrare, & in primis recenſet filiationis adoptionis dignitatem illis contuliſſe: *Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* Secundum eſt, liberationis ex Aegypti ſeruitute honorem, quem celebrat toto ferè cantico. Tertium, gratiam Dei, qua effectus eſt ille populus liber, & directus colũna nubis per diem, & columna ignis per noctem per quadraginta annos deſerti, & per legem Dei eruditus. Quartum, quòd cùm iu turri Babel conſtruenda diſpergerentur homines, & quaſi diſſeminarẽtur ad populandam terrã ſub Phaleg, qui interpretatur diuiſio, tum Deus peculiari prouidentia & dilectione ad populum illum affectus conſtituerit terminos, ſiue regiones populorũ iuxta numerum filiorum Iſraël; id eſt, teſte Vatablo, & Rabbi Auẽ-eſdra, conſtituerit ſeptem gentes Chananęorum (Exod. 3.) iuxta numerũ & proportionem filioru Dei, qui egrediebantur ex Aegypto, vt illas regiones incolerent & implerẽt. Vel, vt Caietanus exponit, in tãto numero egreſsi ſunt de Aegypto duce Moſe, vt iuſtum regnum cõſtituere poſſent. Et cũ alijs dederit terrã minus cultam, & minus bonã, & nondũ habitatam; Iudæis tamẽ, vt populo electo dederit optimam terrã, lacte & melle manantem, & iamdiu cultam, & fructiferã, & oppidis, & ciuitatibus muratis munitã. Nam alijs nationib⁹ dederat, vt ſibi per familias vnaquæq; appropriaret aliquam terrę partem, & propagando filios extenderet habitationẽ ſuam. *Conſtituit eum*, inquit, *ſuper excelſam terram* (id eſt, montoſam) *vt comederet fructus agrorum, & ſugeret mel de petra, oleumq́; de ſaxo duriſsimo; butyrum de armento, & lac de ouibus.* Idcirco Græca & Hebræa habent: *Quia pars Domini populus eius*, redditur enim ratio tantæ gratiæ & fauoris.

Quæ olim Deus & quãta in populũ Iudęorum beneficia contulerit.
Exod. 14.
Supra 13.
Infra 16.
Infra 20. & ſequen.
Iuſtin. Martyr tom. 2.

Gen. 11.
Phaleg, diuiſio.
Primus ſenſus.
Vatablus.
Rabbi Auen-eſdra.
Alter ſenſus.
Caiet.
Exod. 3. & Deut. 6. & ſæpè alias.

Tertius ſenſus eſt, quòd cũ Deus iratus eſſet in fabricantes turrim Babel, diſpergere voluit eos per varias linguas, ne poſſent ſe mutuò intelligere, iuxta illud: *Venite, deſcendamus, & cõfundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui.* Quod non eſt ad vocẽ ſenſibilem, ſed ad intelligẽtiam ſermonis referendum. Rurſus nec eſt tam rigidè intelligendum, non audiſſe, id eſt, non intellexiſſe vocem proximi, vt nõ relicti fuerint aliqui, qui in eiuſdẽ linguæ vſu, & intelligentia communicarent: quia oportuiſſet ſingillatim ſingulum quemque ſpargi, ſed, vt opinantur quidam, ad duodecim capita familiarũ dimiſsi ſunt in qualibet lingua, prętet vxores & pueros, & promiſcuam familiam. Et iſti (quia filij Iſraël erant duodecim) ita diſperſi efficiebant vnam linguam. Et ita quando diuidebat Altiſsimus gentes; diuidendo ſcilicet idiomata, & linguas, quia antea non erant plures gentes, ſed vna gens, quia vna lingua: *Erat*, inquit, *terra labij vnius; & ſermonũ eorundem*: at filij Iſraël in numero penè infinito, & apto ad regnum conſtituendum.

Tertius.
Gen. 11.
Cùm dicitur Deus, turrim Babel ædificantium, ita diuiſiſſe linguas, vt non audiret vnuſquiſque vocẽ proximi ſui, id quomodo accipiendum ſit.
Gen. 37. & ſeq.
Quomodo olim diuiſerit Altiſſimus gentes.
Gen. 11.

Quartus ſenſus eſſet, quẽ ſectantur Procopius & Lyranus, gentes diuiſas eſſe in tot linguas, quot ferè fuẽre filij Iacob, ſiue Iſraël: ingreſſus enim Iacob in Aegyptum

Quartus ſenſus.
Procopius.
Lyranus.

in Septuaginta animabus, vt habetur in ca. 10. eiuſdem Deuteronomij. Erant autem filij qui narrantur, Sem, Cham, & Iapheth, paulo plures quàm ſeptuaginta: ſed nulla familijs electa à Deo vt populus Iſrael, de quo ſubdit; *Pars autem Domini populus eius.*

Ea lectio 70. Deut. 32. iuxta numerum Angelorum Dei, quē ſenſum habeat.

Altera lectio eſt 70. Interpretum: *Iuxta numerum Angelorum Dei.* Quod non eſt ita interpretādum, quaſi tot homines futuri ſint ſalui, quot Angeli olim permanſerunt in cœlo: quę ſententia in Gloſſa ordinaria tribuitur Gregorio dicenti: *Dei enim ciuitas ex Angelis & hominibus conſtat; ad quam tanti cenſeantur hominum, quanti illic remanſerunt Angelorum. Quod ex hoc haberi poteſt: Statuit terminos gentium ſecundùm numerum Angelorum Dei.* Hæc ibi.

Gloſſa Ordin. Greg. hom. 34 in Euang. cit. ca. ... 10. 2.

Sed certè vtrumque perinde eſt incertum, & quot perſtiterunt ex Angelis, & quot ex Gentibus ſalui fiant; & quia ſi plures perſtiterunt, quā ciciderint, vt probatur ex illo Apocal. 12. vbi cauda Draco traxit tertiam partem ſtellarum. Et illud Heliſæi 4. Reg. 6. *Plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis*: quod de Angelis videtur ad literā dictum. Si, inquam, plures ſteterunt, quàm ciciderunt, ex hoc planè ſequeretur, homines non fuiſſe futuros, niſi poſito Angelorum peccato: & Chriſtus abſolutè non fuiſſet vēturus, & pueri baptizati, qui ad nullum gradum Angelorum aſceoderent, non fuiſſent.

Si, quot Angeli ceciderunt, tot dē ſteteriſſent in cœlo, quid inde.

Quintus ac poſtremus ſenſus.

His ergo omnibus exploſis, ſenſus verus eſt, Deum conſtituiſſe Angelos omnibus nationibus, vt gentes ab infeſtis poteſtatibus dæmonum protegerent, & vt eas ad veri Dei cultum, & earum ſalutem perducerent, iuxta illud: *Nōne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus; in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?* Hinc illa vox; *Princeps regni Perſarum reſtitit mihi, & Princeps Græcorum, & Princeps populi Dei Michaël:* &, *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiāt te in omnibus vijs tuis:* &, *Benedicite Domino omnes virtutes eius; miniſtri eius qui facitis voluntatem eius*: vt declarat egregiè Dionyſius Areopagita. Et quod dicitur: *iuxta numerum Angelorum Dei.* doctè Euthymius interpretatur; iuxta numerū eorū, qui à Deo conſtituti & ordinati ſunt, vt Gētibus prēſint. Et quod ſequitur in textu noſtro per aduerſatiuam; *Pars aūt Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius*: perinde eſt ac ſi diceret; Gentes, & nationum populi dati ſunt, & cōmiſsi Angelorum procurationi, & regimini; at populus electus habuit Deū gubernatorē, nutritorem, & doctorem per Legē, & Prophetas, & tot beneficijs ad ſe trahētem, quod eſt caput totius ſermonis. Et licèt populo ſuo etiā dederit Angelos & curatores;

Hebr. 1.

Dan. 10. Ibidem. Infra 12. Pſal. 90. & Matth. 4. Pſalm. 102. Dionyſ. Areopag. lib. de cœleſt. Hierar. cap. 9. in fine. Euthym.

non ſolos tñ; ſed etiā miris modis ſe ipſum illi dedit, ita vt habitaret in medio eius, & protegeret eū. Hunc ſenſum præter Euthymium agnoſcunt Patres; vt Iuſtinus loco dicto, & Epiphanius in Alogianos, nec non Dionyſius Areop. c. 9. libri cęleſtis hierarchiæ, productis his Deuteronomij verbis, qui vult, *Non ita eſſe putandū, Iudæis quidē præfuiſſe Deū, quaſi id ſorte conſecutum, cæteris aūt gentibus Angelos propriè, ac ſeorſum, ſiue æqualiter, ſiue aduerſanter, ſiue Deos alios quoſdā præſules eſſe: ſed quod vna illa quidem Altiſsimi in cunctis prouidentia mortales omnes in ſalutem, Angelorum ſuorum ductibus ad ſe peruehendos diſtribuerit, ſolus autem fermè Iſrael præ omnibus ad veriſsimi Domini intelligentiam, cognitionemq́; conuerſus ſit. vnde Iſraëliticam plebem ſeſe diuino cultui deuouiſſe, illumq́; hæreditario iure ſuſcepiſſe, ſacra Scriptura indicat, dicens; Factus eſt pars Domini. Cæterū ipſum quoq; populum ſignans æquali cum gētibus cæteris iure, alicui Angelorū aſsignatum fuiſſe, Michaelem ait Iudæorum præfectum eſſe genti.* Sic ille. Et ita habes, hunc locum, optimum, & catholicum recipere ſenſum, & nequaquam cum Hebræa litera pugnātē: quia diuerſus eſt ab illo, nō cōtrarius; & ita vterq; amplectēdus.

Iuſtin. mart. tom. 2. Epiphan. in Hæreſ. 51. Dionyſ. Areopag. vbi ſupra.

Quod verò autor operis imperfecti in Matthæū interpretetur Gentes diſperſas, vel diuiſas per errores varios, hæreſes varias eſſe, & ſuper ſingulas gētes tales præpoſitos principes, id eſt Angelos malignos: & ita interpretatur illud: *Quando diuidebat altiſsimus gentes &c. conſtituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum.* eſt hoc valde myſticum, & à literali conſenſu remotum.

Autor operis imperfecti in Matth. hom. 44. tom. 2. operum D. Chryſoſt.

Ad illud Ionę c. 3. vbi Hebræa veritas, & Chaldæa paraphraſis habent: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*: 70. tamen aliter legunt, nempe; *Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur*: & breuiter dici poſſet, illā Grecam lectionem eſſe corruptam, vt docent Patres, Hieronymus, & Theophylactus, Theodoritus quoque: & probant ex Aquila, Symmacho & Theodothione. Certè Iuſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem legit, poſt dies quadraginta tres vrbē perituram: quę lectio mutata eſt & vitiata in illud: *Poſt tres dies Niniue ſubuertetur*, detractis quadraginta dieb. Auguſtinus tamen, qui libēter tuetur lectionem 70. lib. quęſt. in Geneſim, & lib. de Ciuit. Dei, vtramque & Gręcam, & Hebræam lectionem defendit, & vnum voluiſſe per 70. Interpretes Spiritū ſanctū inſinuare: quod videlicet poſt 3. dies ſuſcitatus eſt Dñs, vt ipſi à peccato ad gratiā ſuſcitētur: & aliud per Hebræā veritatem, nimirum, tempus 40. dierum factum eſſe ad pœnitentiā ſignificandam.

Quomodo legendū ſit Ionæ 3. Adhuc 40. an, adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur.

Hiero. tom. 6. Theophylact. Theod. par. 2. Iuſtin. Martyr tom. 2.

Auguſt. lib. 1. quæſt. ſuper Geneſim, q. 169. tom. 4. et lib. 18. de ciu. Dei, ca. 44. tom. 5.

XL. dierum tempus pœnitentiā denotat, teſte Auguſtino.

A

Quomodo apud Ionam cap 4. legendum ſit, hedera, an cucurbita.

Ad alium locum Ionæ c.4. vbi eſt ſermo de hedera, cùm prius ex lectione LXX. legeretur, cucurbita atq; ob eam cauſſam in Africa excitatus eſſet tumultus in Epiſcopum quendam: reſpondet Hieron. in Commentarijs ſuper Ionam, & peculiari epiſtola ad Auguſtinũ 70. vertiſſe Colochyntida, Id eſt, ſylueſtrem cucurbitam: quam lectionem ſequuntur Theodoritus, Theophylactus, & alij Græci: at Hieronymus Aquilã interpretem ſecutus vertit Κίσσον, hoc eſt, hederã, quæ vmbrã efficere ſolet, ſed quia latiora ſolia cucurbitæ maiorem vmbram faciunt, quàm hedera, & illa ſolet citò creſcere, & citò etiã deficere; magis illa lectio probatur. Verùm quoniam Hebræi, & præſertim Rabbi Dauid Camhi in Ionam ſcribunt, vocem Hebræam Kicaion fruticem eſſe neſcio quem latis folijs, & vmbræ parandæ commodum, & alibi de oleorũ natura docens, ait, non licere vti oleo Κίκι, & pro tabernarum foribus ſeri ſolere vmbræ cauſſa; ſemenque proferre oleo faciendo opportunum: profectò nec eſt hedera, nec cucurbita Kicaion, ſed qui Latinis dicitur ricinus; cui à cogniti, & canibus infeſti vermis figura in ſeminibus expreſſa nomẽ inditum fuit: quem Græci Κίκι vocant, & ex quo oleum efficitur, quod Romanis, pariterq; Græcis cicinũ oleum, vel ricinum, dicitur: quemadmodũ Dioſcorides, & Plinius tradunt. Additur præterea in oleæ altitudinem in Aegypto, & in Hiſpania peruenire, vt teſtatur Plinius. Adhæc Theophraſtus libro de Plantis: *Eius*, inquit, *qui ricinus nominatur, naſcentia folia à principio rotunda, circinataq; ſunt, tempore deinde anguloſa fiunt, quaſi dearticulentur. Eſt autem mirè diſtincta ricini articulatio vltra vitis, & ficus ſimilitudinẽ, & magis etiam quàm folia platani.* Hic ergo frutex, qui Κίκι, vel Kicaion Hebraicè dicitur, Arabicè Keruagh, Græcis Κίκι, Latinis ricinus dicitur; Hetruſci vocãt phaſiolum Romanum; officinæ Catapotion; Galli, palmam Chriſti; Hiſpani, ficum (arborẽ ſcilicet) inferni. Quæ ſi vera ſunt, vt à quibuſdam aſſeuerantur, dicendum eſt, Kicaion, fruticem parum Latinis, & Græcis notum, à Septuaginta cucurbitam, ab Aquila, & Hieronymo hederam, ab Hebræis ipſis ricinum fuiſſe interpretatum: neque hanc varietatem veritati repugnare, quia mens erat Prophetæ deſcribere fruticem in genere, qui vmbram illam efficeret, quicunque ille eſſet.

Hier. tom. 6. Idem tom. 2. prope finem. Theod part. 1. Theophil.

Κίσσον Græcè quid.

Rabbi Dauid Cambi.

Kicaion Hebræis quis frutex, & vnde ſit dictus.

Vſus olei Kikki Iudæis interdictus.

Kikki græcis, ricinus Latinis dicitur.

Dioſcor. lib. 4. cap. 158. Plin lib. 15. c 7. & lib. 16. cap. 28. Idem lib. 5. cap. 7.

Ad poſtremum ex Iſaia, dicendum eſt ex Hieronymi ſententia 70. interpretes illorum verborũ maieſtate perterritos, non auſos fuiſſe de Meſsia interpretari vaticinium illud: *Vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis*; ne cogeretur fateri Chriſtũ eſſe Deum admirabilem; aut ne Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem eſſe Diuinitatem ſuſpicaretur: ſed pro illis ſex nominibus poſuiſſe: *Vocabitur nomen eius, magni conſilij Angelus, & adducam pacem ſuper principes, & ſanitatem eius.*

Hier. in ca 9. Iſaia tomo 5.

Quare 70. Iſa. 9. ſuppreſſis Meſsiæ nominibus ſex, eorũ tantùm loco reddiderint, Magni conſilij Angelus.

Ratio prima.

Secunda.

Tertia congruentior, ac ſolidior.

Sed certè alia fortè meliori ratione poſſumus ſatisfacere. Quia enim hæc omnino nomina nunc in 70. virorum interpretatione Græca inueniuntur, aſſerimus Hieronymum incidiſſe in codices inemẽdatos: quẽadmodum & Baſilius, & Cyrillus, qui in commentarijs ſuis ea verba non interpretantur, & Ambroſius in c.3. Lucæ. Nam veteres Patres, etiam Hieronymo antiquiores, eidẽ lectioni ſuffragantur: quos ſi Ambroſius, vel Hieronymus conſuluiſſent, veram lectionem agnoſcere potuiſſent. Euſebius enim lib. 7. demonſtrationis Euangelicæ c.3. & lib. 9. c. 8. ponit totum noſtrum textum. In priori quidem loco omnium interpretum verſiones recenſet, & inter ſe confert 70. & Symmachi, & Theodotionis, & Aquilæ. Et Euſebius quidem duplicem lectionẽ agnoſcit in 70. ait enim, quædam exemplaria tantùm habere, *Magni conſilij Angelus*; quædam verò, *Magni cõſilij Angelus; Admirabilis, conſiliarius, Deus, Fortis, Potentiam habens, Princeps pacis, Pater futuri ſeculi.* Et ſubdit: *Vt verò eſt in Hebraico, ſicut Aquila teſtificatur: Quoniam puerulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & facta eſt menſura ſuper humerum eius: & vocatum eſt nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Fortis, Potens, Pater, etiã Princeps pacis, & pacis eius non eſt finis*: Et infra: *Ergo non ſimpliciter Angelus ſecundùm ipſos Septuaginta, ſed magni conſilij Angelus, & admirabilis conſiliarius, & Deus fortis, & potentiam habens, & Princeps pacis, & pater futuri ſeculi oriturus aliquando, & puerulus futurus, ijs verbis canebatur.* Eodem ferè modo legit Chryſoſtomus libr. de incomprehenſibili Dei natura. Et idem in demonſtratione quòd Chriſtus ſit Deus, contra Gentiles, habet: *Hoc de puro homine nemo dicit, etiam qui valde cõtentioſus. Nam nullus hominum vnquã, etiam ab ipſo ſeculo, dictus eſt Deus fortis, ſicut neque Pater futuri ſeculi, neque Princeps pacis huius. Nam pacis ſuæ, ait, non eſt terminus.* Adde Irenæum lib. 3. c. 66. *Venit*, inquit, *ad prophetam: Et peperit filium, & vocabitur nomen eius Conſiliarius, Deus, Fortis.* Et B. Ignatius epiſt. 2. ad Antiochenos; *Ecce puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium eſt deſuper, & vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Poteſtatem*

Baſil. in Iſai. c. 9. Cyrillus ibidem. Ambroſ. tom. 5. in princ.

Euſeb. tom. 1.

Idem.

Idem.

D. Chryſoſt. de incomprehenſib. Dei natur. homil. 5. ante medium. tom. 3. à medio. Idem eodem tomo longè à medio.

Teſtimoniũ diuinitatis Chriſti.

ſtatem habens, Princeps pacis. Lege & Athanaſium in dictum Domini: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Sic illi veteres Patres. Illud tantùm nota, quòd ex Aquilæ tranſlatione, quæ pro, *magni conſilij Angelus*, habebat, *Admirabilis conſiliarius*, & in margine ponebatur, errore librariorum introductum poſteà in textum, & vtrumq; lectum fuiſſe, & duplicem lectionem effeciſſe. Simile argumentum conflatur ex Ioſippo Hebræorum hiſtorico, qui ſtatim in Opuſculi ſui princ. inter 13. locos, quos 72. Interpretes mutârunt, aliter textum Hebræum interpretâdo, reponit duos ad myſterium Trinitatis ſpectantes, nempe, *Faciam hominem ad imaginem & ſimilitudinem meam*: &, *Deſcendam, & confundam labium ipſorum*; cùm Moyſes habeat; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; &, *Deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum*: *Ne*, inquit, *audiretur, Deus veluti is, qui conſultat cum alijs.* Et addit: *Vide. & attende quemadmodum ſibi cauerint à Græcorum dogmatibus.* Hæc ille. Sed certè dicendum eſt, aut Ioſippum incidiſſe in codices vitiatos, vt etiam feciſſe Hieronymum oſtendimus, ſi vera ſunt quæ narrat Ioſippus. (Cæterùm Philo qui antiquiſsimus eſt, & Ioſippo anterior, & qui in omnibus ſequitur Septuaginta Interpretes, in libro de mundi opificio aliter legit, vt, *Faciamus* (inquit) *hominem iuxta imaginem noſtram, & iuxta ſimilitudinem* Ita etiam legunt veteres Patres ex Hebræa litera, vt Origenes in Geneſim, & Tertullianus libro de reſurrectione carnis, & lib. 2. aduerſus Marcionẽ, qui tamen Hebræam lectionem non nouerat, ſed tantùm illam Græcam 70.) aut dicendum eſt, illã meram fuiſſe fabellam, quam ex libris Talmudicis accepit Ioſippus, videlicet in tredecim locis à veritate Hebraica 70. Interpretes variaſſe, vt inferius ſuo loco dicemus: nihil enim, quod ad ſubſtantiam attinet, immutârunt.

Ioſippus Hebræorum hiſtoricus.

Gen. 1. Infra 11.

Philo part. 1. initio.

Origen. hom. 1. in Geneſim, à medio, to. 1. Tertull.

Quartum argumentum. Teſtatur Hieronymus in Prooemio quæſtionũ Hebraicarum in Geneſim, & in c. 5. Ezechielis, & in cap. 2. Michææ, Ariſtæum; Ioſephum, & ſcholam Iudæorum duntaxat tribuiſſe 70. interpretibus verſionem quinq; librorum Moyſi, ſiue Pentateuchi, quæ potuerit ſeptuaginta duob⁹ diebus perfici. Addunt prætereà alij, verſionem 70. in Propheticos libros, tam rudem eſſe, & tot defectibus plenam, vt ſtultum ſit eam verſionem tam imperitam doctiſsimis 70. viris, aut his qui afflatu Spiritus ſancti verterunt, illam adſcribere. Reſpõdemus, Hieronymum huic traditioni minimè credidiſſe, qui in Prophetas maiores, & minores ſcribẽs, interpretationem 70. virorum, & proponit, & exponit. Et in Præfatione quadam in libros Paralipomenon teſtatur, Vetus Teſtamẽtum ex 70. interpretum verſione cum aſteriſcis & obeliſcis Origenis, hominibus ſuę gentis ſe tradidiſſe. Etsi ergo Hieronymus apertè non decidat, an 70. reliquos libros à Pentateucho verterint, an non: re ipſa tamẽ multis in locis citans ex Græcis fontibus Prophetas, & alios libros hiſtoricos, tanquam à 70. conuerſos, quæſtionem illam definiuiſſe videtur. Illi quoque ſententiæ atteſtantur Patres. Iuſtinus ſiquidẽ martyr in Oratione parænetica ad Gentes, etiam alios libros Propheticos ab eis Græcè redditos affirmat. Et diſputãs cum Tryphone Iudæo, quędam ex Iſaia profert ſic à 70. fuiſſe conuerſa, vt à ſe citantur. Clemens Alexandrinus non tantùm Legem, ſed etiã alias Propheticas Scripturas aſſerit ab eis interpretatas. Cui ſubſcribit Irenæus, & Euſebius libro Præparationis Euangelicæ. Et idem cõmuni conſenſu tradunt Cyrillus Hieroſolymitanus, Theodoritus, & Hilarius præfatione in Pſalterium, qui aſſerunt à 70. fuiſſe additos titulos Pſalmis: expẽde verba Theodoriti: *Mihi quidem temeritas videtur, innertere inſcriptiones, quæ à prima origine vſque ad Ptolemæi tempora delata ſunt, qui poſt Alexandrum in Aegypto regnauit: quas inſcriptiones 70. Interpretes omnes ſeniores in Græcam linguam tranſtulére, ſicut alias omnes ſacras Scripturas. Supra centum & quinquaginta annos ante interpretationem Ptolemaicam mirabilis ille Eſdras edidit in lucem libros cæleſtis gratia plenos; qui quidem cùm propter Iudæorum incuriam, tũ verò ob impietatem Babyloniorum diutius deprauati permanſere.* Et Chryſoſtomus in Geneſim: *Omnes*, inquit, *diuini libri Veterũ Teſtamenti Hebræorum lingua ab initio ſunt compoſiti, & in hoc nobiſcum conſentiunt omnes.*

Quartum argum.

Hier. tom. 3. Idem tom. 5. & 6.

Quod 70. viri nõ tantùm Legem, ſed & Propheticos vertere libros oſtenditur.

Idem tom. 3. Patrum traditio.

Hieron. multis in locis.

Iuſtin. martyr tom. 1. iuxta princ. Idem tom. 2.

Clem. Alex. lib. 1. Stromat. inter med. & fin. part. 1. in princ.

Iren. lib. 3. c. 25. circa med. Euſeb. lib. 8. Præpar. Euang. c. 1 à medio, tom. 1.

Cyrill. Hieroſolym. Catech. 4. tit. de ſacra Scriptura.

Theod. par. 2. circa dimid. Hilarius.

Editio 70. quãto poſterior Eſdra fuerit, teſte Theodorito.

Chryſ. hom. 4. in Gen. prope init. tom. 1. in princ.

Suffragatur tertiò huic traditioni multiplex ratio. Prima, quia Aquila, Symmachus, & Theodotion non tantùm Pentateuchum, ſed etiã alios libros verterunt, vt cõſtat ex his, quæ producuntur ab Origene, Euſebio, & Hieronymo ex illorum editionibus. Secunda: quia magis intererat Regis transferri Propheticos libros, in quibus cõtinetur Chriſtus ad literam, quàm Legem, in qua non niſi in typo, & vmbra deſignantur Meſsiæ myſteria. Maximè cum hominum ingenijs inſita ſit curioſitas, ea, quæ à vatibus prædicta ſunt, maiori videndi deſiderio teneri, quã aliarum nationum leges, quamuis ſæpè vtiliores. Tertia ratio: Tradit Quintilianus ex Ariſtotele, illud ſignũ eſſe inſolubile, quod finem adferat contro-

Prima ratio.

Orig. in Hexaplis, &c. Euſeb. tom 1. Hiero. to. 5. 6. 7 & 8.

Secunda. Chriſt⁹ quomodo in Lege, quomodo in Prophetis cõtineatur.

Tertia.

Quintil. lib. 5. c. 9 sub init. Ariſt. lib. 2. c. 1 de arte Rhetor.

uerſiæ: vt, Romæ nõ fuiſſe eum, qui eadem hora fuit Athenis, & concubuiſſe cum viro mulierem, quæ peperit. Cùm ergo videamus, in Nouo Teſtamento Prophetas, & Pſalmos, & alios libros hiſtoricos ab Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta tranſlationẽ 70. virorum adferri, ſignum inſolubile erit, quod hæc facta ſit ante Apoſtolos & Euãgeliſtas, & Eccleſiæ tradita. Nam ſi aliquis alius ex Hebręo in Gręcum vertiſſet, id ſanè aliqua certa hiſtoria nobis conſtaret.

Signũ inſolubile quod.

Quarta.

Quarta: Probabile non eſt, Ptolemęum petijſſe ſibi tantùm Pentateuchum ex Hebræo transferri, ſed etiã alios libros ſacros, & præſertim Propheticos: maximè cùm ab Eſdra omnes eſſent collecti, & in vnũ velutì corpus compacti: & Demetrius Phalereus, Regiæ Bibliothecæ præfectus, qui iſtius petitionis Iudæis proponendæ autor Regi fuit, non ſolùm leges, ſed alios libros qui penes Iudęos erant, poſtulari voluit, vt habet Ioſephus.

Ioſe. li. 12. Antiq. c. 2. initio.

Quinta. Clem. Alex. loco prædicto.

Quinta: Refellitur ſchola Iudęorũ, quoniam Clemens lib. Stromat. prodidit, ante Regem Ptolemęum, atq; adeò ante Alexãdrum Magnum 5. libros Moyſi Græcè fuiſſe conuerſos: ex quibus multa potuit Plato mutuari. Idq; probat ex Ariſtobulo Iudæo, qui 5. libros ad Ptolemæum Philometora conſcripſit. Quòd ſi obijcias Hilarium in Prologo Pſalmorum & in ſecundũ Pſalmum & Philonẽ lib. de vita Moyſi & Ariſtæum qui tantum 5. librorum Legis meminerunt: nihil profectò obeſt. Sed hoc ita interpretandum eſt, vt nominatim libros Legis dicant petijſſe Regẽ, propter illuſtrẽ & peruagatã Moſis legiſlatoris gloriã apud externos populos. Vnde oẽs ſacri libri, Legis nomine veniebant. Sic enim Dominus dixit apud Ioannem: *Nõne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia ego dixi, Dij eſtis?* Et iterum, *Vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, Quia odio habuerunt me gratis.* Et tñ vtrunq; teſtimonium ex Pſalmis petitum eſt, nõ ex Lege. Quam loquendi rationem ſecutus Paulus, cũ quoſdam Pſalmi verſus citaſſet ca. 3. ad Rom. ſubdit: *Scimus autem, quoniam quæcunq; Lex loquitur, ijs, qui in Lege ſunt, loquitur.* Et rurſus in priori ad Corinth. *In Lege enim ſcriptum eſt, Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic.* Vbi Iſaiæ teſtimonium vocat Paulus Legẽ. Et ipſe Iſaias ſuam Prophetiam, Legem vocat, cùm ait: *Percipite auribus Legem Dei veſtri populus Gomorrha.* Deinde nõ obſtat quod obijcitur, ruditer, & cum pleriſq; defectibus conuerſos eſſe à Septuaginta libros alios à Pentateucho: ſed profectò, ſi qui ſunt, potius vitio librariorũ, quàm ipſis tribuendi ſunt: & alios purio-

Hilarius.

Philo lib. 2. Vita Moſis à medio, tom. 2. ſub initium.

Cur Philo & Ariſtęus Moſi Pentateuchum, nõ reliquas etiam Scripturas, tãtùm commemorent.

Ioan. 10. Pſalm. 81. Ioan. 15. & Pſalm. 34. Rom. 3.

1. Cor. 14. Iſai. 28.

Supra 1.

Interpretatio 70. in quibuſdam cur ſit incmendatior, mi-

res codices Hebræos nacti fuerunt Septuaginta, ita vt quæ ab illis conuerſa fuerunt, mirificè illis congruerent, quæ nũc corruptioribus codicibus nõ congruunt. Adhęc, ſicut Apoſtoli non ſunt miſsi prędicare Euangelium indoctis humanę ſapientię verbis; ita Septuaginta duo viri in vertendis Scripturis ſplendida, & magnifica verborũ ſtructura non ſunt vſi.

nusq́ue perfecta.

1. Cor. 2.

Quintum argumentum. Hiſtoria de Septuaginta duabus cellulis à multis pro mera fabula, & mẽdacio habetur, propter verba Hieronymi in Præfationibus in Pentateuchum, & in libros Paralipomenon: atq; hoc cõfirmari videtur ex eo, quòd Ariſtæas & Ioſephus nihil tale retulerunt; cùm tamen hoc maximè faceret ad gloriã Hebręę gentis, & literarũ eius. Sed opponimus vni Hieronymo, vt diximus, tam denſam nubẽ teſtium veterũ Doctorum & Patrum, quos ſupra memorauimus. Et ne quis Iudæorũ partes agens dicat, ignotum hoc prorſus Iudæis extitiſſe, neq; quicquam de eiuſmodi ędiculis nouiſſe, iam in eo laborandũ eſt, vt oſtendamus hoc in Talmudicis libris celatum non fuiſſe, neque magnis & præclaris viris Iudæis. Nam Talmud libro de Modo ediſcendarũ ſacrarum literarũ in principio ſic habet: *Ptolemæus Rex cõuocauit Septuaginta duos ſenes, collocauitq́; in totidem ædiculis. Cumq́; nondum aperuiſſet illis qua de re cõuocati eſſent, ingreſſus ad ſingulos, ait: Scribite mihi legem Moyſis magiſtri veſtri. Porrò Deus ita cuiuſque illorum mentem dirigebat, vt cùm ſcriberent ſinguli, eandem vndequaq́; legem omnes ſcriberent, vnoq́; conſenſu in tredecim locis ab Hebræo diſcederent.* Hæc illo loco Talmud. Mentiuntur tamen Rabbini in eo quod aſſerunt, Ignoraſſe viros illos quorſum eſſent vocati; cũ Rex Eleazaro pontifici per literas id ſignificaſſet. Sicut etiã mentiuntur in eo quod aiunt, ſolam Legem Moyſis illos vertiſſe: & quod in tredecim tantũ locis ab Hebræa veritate diſceſſerint. Hęc enim ſuperſtitionis plena additamenta affinxerunt Iudæi illi hiſtorię, veritatẽ cellularum, & verſionẽ cuiuſq; ab alijs ſeparatã confitẽtes. Deinde producimus duos teſtes ex Iudæis omni exceptione maiores: alterũ, Philonẽ diſertiſsimum, qui libro de vita Moſis, etſi ædicularum expreſsè non meminerit, hanc tamen ipſam ſententiam prodit; & ait, *ſenes illos tã quam Diuino inſtatu protuliſſe, non alia alios, ſed eadem omnes, tùm nomina, tum verba ſimiliter atq; ſi ſingulis occultè quiſpiam omnia ſuggeſsiſſet, atq; dictaſſet.* Quæ verba profectò idem prorſus indicãt, quod alij diſtinctè de ædiculis tradunt. Simili ratione Tertullianus in Apologetico, etſi ædicularum nullam

Quintum argum.

Hiero. tom. 3. circa princ.

Ariſtæas lib. de 72. interpretibus.

Ioſeph. lib. 12. Antiq. c. 2.

De 70. ædiculis hiſtoriam Iudæis peritioribus ignotam non fuiſſe demonſtratur.

Talmud.

Talmudici libri 70. virorum hiſtoriã ſimplici aſpergere mendacio.

Philo lib. 3. Vita Moſis, à medio, tom. 2. circa princ.

Tertul. in Apolog. ca. 18.

faciat

ſaciat mentioné, refert tamen Menedemū philoſophum prouidentiæ diuinæ vindicé illos ſenes dȩ ſententiæ cómunione ſuſpexiſſe. Quæ ſanè admiratio locum nō haberet, ſi in vno conclaui conferentes & conſultantes Biblia vertiſſent; at illud admiratione dignum, quòd ſinguli ſeparatim interpretantes ita cum cæteris cōſenſerint, & cōſpirauerint. Alter teſtis eſt Ioſephus, qui præter libros Antiquitatum & Belli Iudaici Græcè ſcriptos, ſcripſit etiam multa Hebraico ſermonȩ, nimirum lib. 5. hiſtoriarū Iudaicarum à captiuitate Babylonica vſq; ad præſidem Pilatum. Is igitur lib. 3. c. 2. ita ſcripſit de hiſtoria 70. Interpretum: *Tunc miſit Pontifex ad eum* (Scilicet Ptolemæum Regé) *70. ſacerdotes: inter quos præcipuus erat Eleazarus vir graui, qui poſtea Antiochi temporibus probatus eſt, & interfectus pro Domino Deo ſuo: cumq́; veniſſet Eleazarus cum 70. ſacerdotibus, & interpretibus in Aegyptum, conſtituit eis Rex ſingulas domus, ſeparans vnū ab alio, & aſsignans vnicuiquè ſcribas expeditos. Sacerdotes autē illi explicuerūt totam legem, & reliquos Biblicos libros (ſcilicet 24) quos tranſtulerunt 70. ſacerdotes de lingua ſancta in linguam Græcam, & obtulit Eleazarus ſcriptum eorum Regi, vt ipſi tranſtulerant, & ecce omnium interpretum vna erat, & concors expoſitio, idemq́; ſenſus. De qua re lætatus eſt Rex plurimum* Hæc ille. Vbi vides apertè ædicularum diſtinctionem: habes etiam omnes libros Biblicos tranſtuliſſe, & non tantùm ſolam Legem. Et addit poſteà argentum & aurum, quod Eleazaro & 70. ſacerdotibus donauit: libertatem etiam quam donauit Iudæis captiuis, centum ſcilicet & quinquaginta millibus. Epiphanius, & ipſe Hebræus, accedit, qui ponit cellulas: producit pro ſe Ariſtæam vt earum teſtem. Certè Iuſtinus Martyr enarrator ȩdicularum, & qui earum veſtigia ſuo ſeculo vidit, profert Ioſephū & Philonem. Nā cùm Ioſephus enarret adhibitos fuiſſe plures interpretes ad tranſlationem Scripturarum, ſubdit: *Vt ex conſenſu plurium, & concordia, exactiſsima trāſlationis veritas intelligi poſſet.* Ex cuius verbis indicari Iuſtinus putauit, Septuaginta viros ſingulos in ſeparatis cellulis Scripturam vertiſſe: nam niſi ita eſſet, qui poſſet aliter explorari, vbi plurim' eſſet cōſenſus & concordia? Et ita hæc verba Ioſephi citat Iuſtinus, poſt quam dixerat ædificatas cellas, & adhibitos cuſtodes, ne inter ſe conferrent tranſlationem. Non ergo Hieronymi vnius ſententia tot Patribus Græcis, Hebræis, & Latinis præferenda eſt, præſertim in hiſtoria enarranda, in qua antiquiores iunioribus anteponendi ſunt. Nā etſi Hieronymus ætate Iuſtini Martyris, vel Philonis, vel Ariſtobuli vixiſſet, & monumenta cellarum non extare oculis perſpexiſſet, eius ſententia ad negandas ȩdiculas, cæteris aliter docentibus, præualere non deberet: quanto magis vbi Hieronymus nonnullis poſt ſeculis illis, qui aſſerunt illarū ſe fuiſſe ſpectatores, poſterior fuerit & ideò his, qui viderūt, cedere deberet? Et hactenus reſponſum ſit ad Hieronymum. Iam Ioſepho, & Ariſteæ ſigillatim reſpondendum: nullus enim illorū hiſtoriam de ȩdiculis fabricatis negat, ſed tantùm huiuſmodi narrationes ſupprimit. Quandoquidem ea lex apud hiſtoriographos obſeruatur; vt quādo vnus ex duobus hiſtoricis aliquid affirmat, quod alius ſupprimit, nō deroget affirmanti qui tacet. Etſi ob id ſolum quòd Ioſephus non expreſsit, verum non eſt; profectò neceſſum eſt in Hiſtorijs veteris Teſtamenti falſa eſſe, quòd in eis receſendis eas Ioſephus omiſerit. Vt illud de ſpoliandis Aegyptijs: de egreſſu Iudȩorum ex Aegypto cum magna ſubſtantia; de caligine, & clibano fumante; de completis Iniquitatibus Amorrhæorum; de mutatione nominum Abram, & Sarai. Nihil ille de pacto inter Deum, & Abraham cum poſteris ſuis: nihil de gentibus in Abraham benedicendis. Falſa igitur hæc eſſent, & fabuloſa, quia ab eo prætermiſſa.

Et c. 26. lib. 1. de Antiq. ſuppreſſa circuncisionis mentione, aliam fingit cauſam mortis Sichimitarū ob raptū Dinæ ſororis: quod videlicet Sichimitæ largiùs vino, ciboq; ſe inuitaſſent; & tūc in eos irruiſſe Leui, & Simeonem. Item nihil ille de aſcenſu Moyſi in monté Sinai loquitur: nec criminis idololatriæ in adoratione vituli à Iudæis admiſsi meminit: & interim multa alia prætermittam. Nam cùm vellet Gentibus, quibus ſcribebat, hiſtoriæ ſuæ libros probatos reddere, non tam vera, quā veriſimilia tradebat; & magna rerum miracula ſupprimebat, quod putaret apud infideles fidem nō inuentura. Hinc eſt, vt interdum omiſſa hiſtoria, fabulas narret. Nam lib. 11. Antiqui. cap. 5. & ſeq. multa dȩ Moſe fabulatur, nec veram cauſſam fugæ eius de Aegypto tradit, nempe virum Aegyptium interfectum & ſabulo abſconditum, ſed nugas quaſdam proponit. Subticet columnæ ignis, & nubis miraculum; lignum Maris rubri Iſraëlitarum pedibus aperti extenuat, vt videatur in arbitrio Lectoris relinquere, an voluntate Dei, an caſu, an aſtu maris factum fuerit, quo Aegyptij obruti ſunt, & Iſraëlitæ ſeruari: & ſimile quiddam accidiſſe Alexandro Magno ſcribit. Adhęc, lib. 9. ca. 11. tradit, Ionam Niniue profectū, vt nuntiaret

Ioſep. Iudæorum.

Epiphan. lib. de menſ. & ponderib. ante medium.

Iuſtin. mart. in orat. exhortatoria ad Gētes, tom. 1.

Ioſeph. lib. 12. Antiq. c. 12.

Ordo doctrinæ.

Canon hiſtoricus familiaris.

Cur Ioſephus LXX. Interpretum narrans hiſtoriam, de cellulis nihil dicat.

Quænam ſacræ narrationes ab eodē fuerint prætermiſſæ.

Exod. 12. Infra 14. & ſeq. Infra 19. Gen. 15. Infra 17. Ibidem. Ibidem. Supra 12. & infra ſæpiſsimè. Gen 34. Ibidem. Exod 19. Infra 32.

Idem Ioſephus Dei inſignia miracula interdū extenuare cur ſoleat. Euſdem leuitas & incōſtantia.

Exod. 2. Infra 13. Infra 14.

Idem.

Iona 3.

Ibidem.

Aſiæ regnum paulo pòſt amiſſuros Niniuitas: ſicut factum eſt: & Prophetæ verba inuertit, quia nihil de vaticinio ſubnerſionis Niniue, nihil de illorum pœnitentia, qua interminatam cladem euaſerunt. Simili ratione hic omiſit cellularum hiſtoriam, & tantæ conſenſionis editum miraculum. Quòd ſi propterea hæc narratio de cellis, tanquam falſa, de medio tollenda eſt, quia infideles illam negant, & conuitijs proſcindunt; detrahenda eſſet multis miraculis Noui Teſtamenti fides, quòd ea Iudæi, vel Pagani negant: & multis Veteris Teſtamenti, quæ infideles oppugnant, & vt fabulas inſectantur. Neque opus eſt vt nos ſancta, & religioſa teſtimonia de noſtris rebus ab infidelibus habeamus: quia nulla apud eos veteris Teſtamenti, aut Prophetarum mentio, nulla CHRISTI, aut Apoſtolorum, aut ſignorum, quæ per eos geſta ſunt, memoria eſt, & ſi qua extat, aut tenuis, aut mendacio admiſta. Certè Ioſephus in id 3. Regum 3. vbi narratur, in ſomnis Salomoni datam fuiſſe ſapientiam, ipſe ita interpretatur, vt dicat Salomonem artem magicam à Deo edoctum, & alias meras nugas: & idem libro 10. capite 11. pollicetur in fine, ſe redditurum fideliter, quæ literis Hebraicis continentur, & ibi multa mentitur, & hiſtoriam de Rege Nabuchodonoſor, quòd per ſeptem annos commoraturus eſſet cum beſtijs, contra ſacram Scripturam, ſomnium vocat: & tamen capite ſequenti veram hiſtoriam fuiſſe narrat. Et hactenus Ioſephi teſtimonio ſit ſatisfactum.

Sacra Fidei noſtræ teſtimonia Infidelium cur minimè indigeant confirmatione.

Ioſeph. lib. 8. de Antiq. c. 11.

Idem.

Dan. 4.

De Ariſteæ de LXX. interpretum libello quid ſentiendum ſit.

Supereſt argumentum ſumptum ex Ariſtæa, reſoluere. Dicendum eſt igitur, libellum illum de Septuaginta Interpretibus inſcriptum Ariſteæ, confictum eſſe, & ab aliquo ex Ioſepho, & Ariſtæo vero, & alijs quibuſdam compilatum: atque hoc Ludouicus Viues colligit in caput 42. libri 18. de Ciuitate Dei, & Leo à Caſtro in prooemium in Iſaiam, & fortaſsis alius Hebræus nomine Ariſteæ euulgandum curauit. Tùm quia ille Ptolemæi Regis hyperaſpiſtes, quem ipſe ſe fuiſſe fingit Legatum ad Eleazarum miſſum, aliud nomen habet. Dictus enim Ariſtæus per α, & ι, in penultima, & in ος, terminatur; hic verò per ſimplex ι, & in ας, finitur. Prior autem Ariſtæus à Græcis Patribus, hoc eſt Iuſtino, Epiphanio, Euſebio nominatur: etſi Tertullianus, quia vetuſtus, & corruptus eſt autor, Ariſtæam, & non Ariſtæum vocet. Deinde Epiphanius, atque alij Patres, qui de Septuaginta Interpretibus ſcripſerunt, teſtem vocant Ariſtæum eorum quæ dicunt, & quæ in hoc Ariſtæo minimè inuenies. Videtur ergo hic liber ſuppoſitus, & ad eleuandam fidem miraculi de cellulis editi compoſitus. Ad hæc, Ariſtæus verus penes Iudæos erat, non autem penes Gentes, quæ omnia, quæ Iudæorum erant, irridebant: vnde facilè potuit corrumpi, & pro eo alius ſupponi. Præterea ſi illud ſignum in tranſlatione ſeptuaginta virorum editum non fuit, quid erat quòd homo Aegyptius hiſtoriam illam literis proderet, cùm eiuſmodi hominum genus ſacra, & libros Iudæorum ſolitum eſſet contemnere? præſertim cùm eſſent alia præclara geſta illius Regis, quæ, ſi hiſtoriam texere volebat, ſcriptis ſuis cómendare poſſet: neque deerant alia magis plauſibilia argumenta, quæ hiſtorijs luis illuſtraret. Quid ergo aliud hominem Aegyptium compulit, vt de interpretatione Sacrorum librorum per Septuaginta duos viros facta ſcriberet, niſi editum ſignum, quod in cauſſa fuit, vt Ariſtæus putauerit rem fuiſſe ſempiterna memoria dignam: ſicut & Aegyptios compulit, vt per 400. & eo amplius annos ludos publicos, & dies feſtos quotánis agerent, ob verſionis factæ memoriam in Alexandria, vt refert Philo? Poſtremò ſi verba Græca huius Ariſteæ, quem modò habemus, expendantur, cellulis Septuaginta non aduerſantur. Nam ſic eius Græca verba Latine reddita habent: *Conſeſſum vel Synedrion faciens in domo ædificata prope littus maris, adhortatus eſt viros ad faciendam interpretationem. Illi autem perfecerunt ſingula concordantia facientes inter ſe collationibus. & quod factum erat concordans, vt decebat, ſic & ſcriptum eſt.* Hæc ille. Quorum verborum ſenſus eſt, quòd in illa domo ędificata prope maris litus, non vt vna baſilica omnes inhabitarent, quia id non eſſet hoſpitium potentiſsimi Regis, Septuaginta ſeniores, & primores ſuæ gentis vno conclaui excipere, ſed in vna domo habente cellulas diſtinctas quamplurimas: vnde & Zonaras eandem narrans hiſtoriam, tradit exceptos à Rege viros hoſpitijs pulcherrimis (ſic enim habent Græca, non hoſpitium in ſingulari, vt male vertit eius interpres) hoc eſt in celebratis illis cellulis: ſubdit Ariſtæas monitos viros, vt aggrederentur opus. Illi autem ſingula perfecère; hoc èſt, quiſque ſigillatim intèrpretatus eſt. Et ſubdit: *Concordantia facientes ſinguli*: id eſt fecère ſinguli quæ concordarent inter ſe, non ſolùm eiſdem ſententijs, ſed etiam verbis. *Collationibus*, id eſt, dum cōferrent ad ſe inuicem interpretata.

Ludou. Viues Tom. 5. operũ Auguſtini.

Iuſtinus. Epiphanius. Euſebius. Tertull. prædicti in locis.

Philo in ſupernore teſtimonio.

Zonaras lib. 1.

Poſtre-

Poſtremò : *Cùm factum eſſet conſentiens, & concordans, vt decebat.* Id eſt, cùm inuenti ſint feciſſe tranſlationem, quę inter ſe concordaret, ſic ſcripta eſt. Atque ita Ariſtæas interpretatus conueniat cum alijs hiſtoricis, qui idem narrant. Nam hic eſt Canon in explicandis ambiguis hiſtoricorum ſententijs obſeruari ſolitus; vt per alios hiſtoricos ea enodemus, quæ diſſentire videntur, quo ſibi concordes, atque conſentientes reddantur.

In ambiguis hiſtoricorum ſententijs explicãdis quis Canon obſeruari ſolitus.

Sextum argumentum.

Sextum argumentum : Ea quæ nunc circumfertur, non eſt verè Septuaginta interpretum editio, cùm hæc ſit corrupta, vel varia eius ſint exemplaria, vel nonnulla ex Aquila, Symmacho, & Theodotione inſerta habeat. Reſpondemus, ſimili ratione poſſe negari, Euangelia noſtra eſſe ab Euangeliſtis ſcripta, eo quòd in eis aliquæ vitio temporum aut ſcribarum corruptiones irrepſerint ; nec opera Ciceronis quæ circumferuntur, verè ipſius eſſent, quia interdum variant exemplaria. Sed profectò, vt Auguſtinus docet, Eccleſia Catholica non alio modo nobis proponit Scripturam, quàm per Apoſtolos, & Antiſtites ſibi inuicem vſque ad noſtra tempora ſuccedentes : nec alio modo vera Euangelia, & ſinceræ Pauli Epiſtolæ eſſe probantur, quàm iſto. Cùm ergo verſio Septuaginta in Eccleſia Dei permanſerit vſque ad Chriſtum, & à Chriſto ad Hieronymi vſque tempora, quando iam à Iudæis cœpiſſet deprauari, & à Hieronymi tempore in Eccleſia Græca ſemper permanſerit, quæ aliam Bibliorum interpretationem non nouit, & inter Latinos apud doctos & eruditos ſemper in pretio fuerit habita, licèt iam Latina Hieronymi editione vterentur, non eſt quòd quiſquam de Septuaginta interpretum tranſlatione, quin hæc ſit, quam habemus, dubitare valeat. Idem etiam alia inuicta ratione oſtenditur. Multi ſiquidem ex antiquis Patribus, præſertim Græcanicæ Eccleſiæ, illam eandem, quam nos modò habemus, allegant, ex illa contra Hæreticos diſputant, illam commentantur, & exponunt : quod ſignum eſt inſolubile, hanc eandem eſſe quam nos habemus. Quòd ſi aliqua ſint vitia, & mendæ, danda eſt opera, vt adhibitis multis exemplaribus, & veterum Patrum obſeruationibus, diligenter corrigatur : non ſecus atque de illa Latina vulgata, & antiqua editione, quę proculdubiò Hieronymi eſt, corrigi, atque emendari præcepit Concilium Tridentinum. Pręterea verſiones illę Iudaizantium, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis & aliorum, quæ Gręcæ erant, omninò intercciderunt, hæc Septuaginta ſola Dei prouidentia remanſit; vt intelligamus eam poſſe, ac debere à nobis & legi, & conſuli, & citari, pro vero eius textu diſputari : quemadmodum primus fecit Hieronymus, qui vtramque, hoc eſt, & ſuam, & Septuaginta editionem in omnibus ſuis ſcriptis, quoties aut diſputat, aut Scripturas explanat, producere ſolet, non minus illi Septuaginta tranſlationi, quàm ſuæ ex Hebræo cenſens eſſe tribuendum. Idem Auguſtinus lib. de Ciuit. Dei faciendum docet, ex vtraque videlicet tranſlatione coniuncta & inuicé collata, ſacroſanctos Scripturæ ſenſus erui poſſe : præſertim cùm tranſlatio Septuaginta ſit velut paraphraſis quædam, & commentarius. Et rurſus idem repetit in libris de Doctrina Chriſtiana. Idem quoque ſuo exemplo faciendum docet Gregorius Romanus, qui in principio Moralium ſcribens ad Leandrũ, ſic inquit: *Nouam tranſlationem diſſero, ſed vt comprobationis cauſſa exigit, nunc nouam, nunc veterem per teſtimonia ſumo : vt, quia Sedes Apoſtolica, cui autore Deo præſideo, vtraq; vtitur, mei quoque labor ſtudij ex vtraque fulciatur.* Hæc ille Magnus Gregorius, docens in Eccleſia Dei vtramque editionem receptam, & vtraque ſe velle vti. Ita vt ſi Catholicæ Eccleſiæ filios nos præſtare velimus in euoluendis & enarrandis ſacris literis, hos tres Eccleſiæ proceres, & anteſignanos nobis imitandos proponere non vereamur, vt in veteri Teſtamento vna opera, & Latinam editionem ex Hebraica veritate profectam ſimul cum verſione 70. coniungamus, & vtramque pro vero Textu Bibliorũ aſſumamus, & vna alteri pręluceat, & adiumentum intelligentiæ præſtet, & vtraque noſtra ſtudia, conciones, diſputationes, & conſcriptę elucubrationes fulciantur: & in huius rei euidentiſſimum teſtimonium facit, quòd cum reliquis omnes libros ſacros Veteris Teſtamenti ex verſione Hieronymi habeamus, ſolum Pſalmorum librorum iuxta interpretationem 72. habeamus. Et hactenus de autoritate LXX. interpretum editionis ſit dictum, & qua ratione in vſum lectoribus ſit adhibenda.

Auguſt. lib. 18 contra Fauſtum, tom. 6.

Quod eadẽ quæ olim, nunc quoq; ſit in Eccleſia 70. interpretum editio, comprobatur.

Concil. Trid. Seſſ. 4.

Qua Dei prouidentia factum ſit, vt cum cæteræ verſiones omnes conciderint, hæc ſola 70. permanſerit in Eccleſia.

Hieronymus.

Aug. lib. 15. c. 14. & lib. 18. c. 44. de Ciuit. Dei. to. 5.

Idem lib. 2. de Doctrina Chriſt. c. 15. tom. 3.

Greg. Roman. ad Leandrum c. 5. tom. 1. initio.

De Nouo Teſtamento Græco, atque eius Latina verſione, nonnulla ſunt nobis dicenda; ſed quæ conſultò in commodiorem locum inferius dicenda ſeruamus. Illud hîc addendum, quod initio polliciti ſumus de nouellis verſionibus ex Hebraico Textu. Ardens enim hæc noſtri ſeculi ſitis, qua ad nouas ex Hebræo fonte verſiones alacriter ac promptè ebibendas fertur, cohibenda, ac reprimenda eſt. Nam

Proleg. 14. Aduerſus nouellas ex Hebræo quę de integro cudũtur, editiones diſſentur.

plerumque deprehendes, eas, quæ ſpecioſos titulos præ ſe ferunt, & ad veritatem Hebræam tranſlatas ſeſe oſtentant, potius eſſe ad perfidiam Iudaicam accommodatas. Quod ſic eſſe, facilè oſtendo. In primis, cùm ea tantùm ſoliti ſimus verbis exprimere, quæ mente concipimus, ſi quis ex Græco, vel Hebræo idiomate in aliud transferat, non aliter certè transferet, quàm intelliget. Cùm verò voces Hebrææ ambiguæ ſint, & multos ſignificatus comprehendant, & ratione diuerſorum punctorum, vel apicum varientur, hinc eſt vt vnus in vna ſignificatione vocem accipiat, alius in alia, vt verſiones toto cœlo diſtare videantur: quia vt quiſque intelligit, ita variè diſtinguit Textum, & & diſpungit. Vt, verbi gratia, ſi caput quinquageſimum tertium Iſaiæ perpendas, Hebræa veritas ita habet: *Et aſcendit ſicut virgultum coram eo:* Septuaginta verò, qui hîc paraphraſticè non vertunt, habent: *Et ſicut puerulus lactens:* Prior habet: *Non erat aſpectus, & deſiderauimus eum*; iſta verò, *Non habebat ſpeciem, nec decorem.* Illa: *De anguſtia & iudicio ſublatus eſt*; iſta, *In humilitate iudicium eius ſublatum eſt.* Illa: *Dominus voluit conterere eum in infirmitate*; iſta, *Dominus vult mundare eum à plaga.* Et ſimilia multa, quæ Hieronymus, & Septuaginta expreſſerunt; vbi diuerſa myſteria, & plures ſenſus exponendi ſunt: ob quam cauſſam Deus doctiſsimos Septuaginta duos viros per trecentos annos ante Chriſti aduentum interpretari voluit Scripturas, vt verba Euangelica, & Apoſtolica reſonarent, teſte Iuſtiniano Imperatore. At qui modò Iudaizare, vel Rabbinos conſectari videntur, dicunt Septuaginta viros omnia ante Chriſtum retuliſſe, vt cum Euangelio minimè conſentirent: & tamen ab Apoſtolis, & Euangeliſtis citantur; cùm Iudæi omnia Chriſti teſtimonia obſcurent, & inuoluant. Idem modò prçſtant nouæ iſtæ editiones, vt nihil ibi ſit de Chriſto, nihil de eius Eccleſia: cùm igitur editio Septuaginta ſit miraculis confirmata, à Iudæis omnibus recepta, & in Synagogis admiſſa, à CHRISTO, & Apoſtolis citata; & quod Spiritus ſancti afflatu ſit tranſcripta, omnium teſtimonio confeſſum: profectò qui Rabbinos ſequuntur, & veritatem Hebraicam obtendunt, ſiue ſcientes, ſiue neſcientes ſint, actum agere videntur. Itaque interpres Hebraica, vel Grçca vertens, ſi Euangelicè intelligit, Euangelicè interpretabitur: ſi Iudaicè concipit, Iudaicè vertet.

Ex diuerſa ſcripturas diſpungendi ratione varios quoque ſenſus conſurgere, vnde perſpicuum fiat.

Iſai. 53.

Ibidem.

Ibidem.

Hieronym. in Iſai. lib. 14. tom. 5.

Iuſtin. Imp. lib. Nouell. conſt. 146.

Quòd ſi vrgeas; Nonne Iudæi voces ſuæ linguæ melius, quàm nos nouerunt, & earum vim, & proprietatem? id non negauerim: fortaſsis enim in hiſtorijs, aut ſacris, & ceremonijs, in quibus à nobis non diſſentiunt, id vçrum erit: ſed in reliquis profectò melius Septuaginta Interpretibus, aut beato Hieronymo non nouerunt. Certè ſi quis Ariſtoteli libros vertat Philoſophicos, vel Hippocratis Medicos, & imperitus ſit illarum diſciplinarum, nunquam benè vertet, & multos ſenſus falſos producet, & riſum ſui alijs præſtabit: quia non ſatis eſt vocum habere notitiam, niſi res ipſas, quibus voces ſint accommodandæ, perſpectas habeat. Ad hæc, rectè dixit Chriſtus de Iudæis: *Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Et quis cæcus niſi Iudæus de quo dicitur: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua?* Quis à cæco lumen aliquod Scripturarum, ſi ſani capitis eſt, expectet? Paulus habet, quod vſque in hodiernum diem, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Quomodo ergo ſi velatos habens oculos ad videndum CHRISTVM, & intelligendas Scripturas, noſtros oculos illuminabunt? Iſaias enim prædixit: *Dabitur liber obſignatus, & dicet, Neſcio legere:* quomodo ergo nos eos facimus & lectores, & duces, & magiſtros noſtros? Certè Auguſtinus libro de Vtilitate credendi, ad Honoratum, dolet quemquam eſſe tam ſtultum, vt ab inimicis fidei diſcat, & deſerat Eccleſiæ Doctores, & eis ſe præbeat diſcipulum erudiendum, qui acerbum bellum Eccleſiæ indixère. Nam vide, obſecro, quis vnquam ab inimico Ariſtotelis eius libros ſibi exponi mandaret? atqui ſunt Iudæi aliij quàm Chriſti, & noſtri capitales hoſtes? Certè beatus Hieronymus in illa Iſaiç verba: *Iugiter tota die nomen meum blaſphematur*, ait, Iudæos diebus ac noctibus in Synagogis blaſphemare Saluatorem; & ſub nomine Nazaræorum, in Chriſtianos maledicta congerere. Quare à Iudæis, ſi ſapimus, tantùm nudam Grammaticam, & meram vocum ſignificationem accipiamus; ſenſum, & intelligentiam reſpuamus, præſertim in libris Propheticis, vbi de Chriſto, & eius myſterijs agitur.

Iudæi Chriſti anis tantùm in quo doctores.

Iudæi veri Meſſiæ, & Scripturarũ eius ignoratione cæci.

Matth. 15.

Iſai. 6.

2. Cor. 3.

De quibus dictũ ſit à Propheta: Dabitur liber obſignatus, & dicet, Neſcio legere.

Iſai. 29.

Aug. lib. de vtilit. credendi, c. 6. tom. 6. circa fin.

Stultiſſimos quos habeat Auguſtinus.

Iſai 52.

B. Hieron. in cap. Iſai. 52. lib. 14. tom. 5.

Iudçorum libri, aut Rabbini, quatenus conſulendi.

Tertiò, huic veritati ſuffragantur veteres Patres, qui, quid ſit de Iudæis ſentiendum, nobis ſcriptum reliquerunt. Hieronymus ſiquidem, qui Iudæis fauebat, & ab eis diſcere non verebatur, ad Algaſiam ita ſcribit: *Fruſtra inflatur*, inquit, (Hebrçus ſcilicet) *& tumet ſenſu carnis ſuæ, carnaliter cuncta intelligens, & traditionum Iuda-*

Quid de Iudæis ſentiant veteres Patres.

Idem Hieron. epiſt. 151 quæſtio. 10. ſub initium, tom. 3. ante dimid.

carum

earum deliramenta perquirens, & non tenet caput omnium Scripturarum illud, de quo ſcriptum eſt: Caput viri Chriſtus eſt. Sic ille vocans illorum ſenſus, deliramenta Iudæorum; negansque eos poſſe Scripturam intelligere, qui omnia torquent ad Sennacheribum, ad Babylonios, ad Dauidem, & Salomonem, ita vt nihil ſuperſit de Chriſto intelligendum. Et in illud Iſaiæ: *Dominus dedit mihi linguam eruditam: Hoc, ait, Iudæi dixerunt, qui omni ratione conantur de Chriſto euertere prophetias, & ad peruerſam intelligentiam praua interpretatione torquere.* Idem in Præfatione Commentariorum ſuper Ionam Prophetam, in fine, *Condemnabitur,* inquit, *generatio Iudæorum credente mundo; & Niniue agente pœnitentiam, Iſrael incredulus perit. Illi habent libros, nos librorum Dominum: illi tenent Prophetas, nos intelligentiam Prophetarum: illos occidit litera, nos viuificat ſpiritus &c.* Hæc ille. Ante quem Irenæus ſic ſcripſit: *Omnis prophetia priuſquàm habeat efficaciam, ænigmata, & ambiguitas ſunt hominibus. Cùm autem venerit tempus, & euenit quod prophetatum eſt, tunc prophetia habent liquidam & certam expoſitionem. Et propter hoc quidem Iudæis cùm legitur lex, in hoc nunc tempore fabulæ ſimilis eſt. Non enim habent expoſitionem omnium rerum pertinentem ad aduentum Filij Dei, qui eſt ſecundùm hominem, Chriſtianis verò cùm legitur, theſaurus eſt abſconſus in agro &c.* Ad hæc Iuſtinus Dialogo in Tryphonem, oſtêdit, Iudæos de fonte Dei viuentis non bibere, & vaticinia Chriſti inuertere, & aliò referre, quo ſeipſos, & alios decipiant. Et ibidem ſcribit: *Aſſeuerare audent, interpretationem quam interpretati ſunt Septuaginta veſtri ſeniores, cùm apud Ptolemæum Ægypti Regem eſſent, in quibuſdam locis minus eſſe veram. Quæ namque apertè in ſacris literis videntur inſipientem, ſuiq́; amantem ſententiam eorum carpere, ea non ita ſcripta eſſe dicere audent: quæ verò ſe congruenter ad res humanas trahere poſſe exiſtimant, ea non in noſtrum Ieſum Chriſtum dicta eſſe affirmant, ſed in quem ipſi expoſitione ſua detorquere aggrediuntur.* Et ſubiungit, illos mille ſtrophis vti ſolitos, vt inuertant omnia quæ de Chriſto dicuntur. Et Athanaſius lib. De peccato in Spiritum ſanctum, interpretationem Iudæorum, ſtultiloquentiam appellat cum impietate coniunctam. Et in Leuiticum tradit Origenes, Iudæos, & Iudaizantes ſubdolis, & falſis ſuis interpretationibus efficere, vt prophetia nihil minus ſit quàm prophetia, cùm nullius rei futuræ ſint conſciæ, ſed tantum ad res geſtas, & hiſtorias transferant. Et rurſus idem in librum Numerorũ: *Nullus poteſt ambigere, quamuis ſit ille Iudaicus fabulis inſatiabiliter deditus.* Et autor operis imperfecti in Matthæum: *Iſrael Prophetas occidit, cumq́; idolis ſemper adulteratus eſt, & furtum veritatis Scripturarum ſemper commiſit, ſicut etiam Dominus dicit de illis: Quia irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram: vbi fures Iudæos vocat, & pro doctrina Dei impiam ſuam hæreſim propinare.* Idem ait, *Tradunt veritatis verbum peruerſis expoſitionibus ſuis ad deludendum, & crucifigẽdum.* Et infrà: *Crucifigunt Iudæi Chriſtum, & interficiunt, quando falſa confeſſione mendacij verbum veritatis ſuffocant, & occidunt in ſe.* Hilarius ſuper id: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui clauditis Regnum cælorum ante homines: Claudere eos Regnum cælorum, ideo ait; quod in lege meditationem eius quæ in Chriſto eſt veritatis occultent, & corporeum aduentum à Prophetis prædicatum doctrina ſimulatione abſcondant: ipſiq́; non adeuntes viam æternitatis in Chriſto, adire quoque cæteros non ſinant.* Ambroſius Iudæorum interpretationes deliramenta vocat, & Auguſtinus lib. contra Fauſtum, interpretationes Iudæorum fabulas appellat, iuxta doctrinam Apoſtoli ad Titum: vbi monet, ne attendamus Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ. Poſtremò adde Clementem, qui lib. Stromatum: *Mẽdaces ſunt,* inquit, *reuera, non ij qui ſe demittunt, & ſe accommodant propter œconomiam ſalutis, neque qui ſequuntur in aliquibus ex ijs, quæ ſunt ſingularia; ſed qui concidunt in ijs quæ ſunt vel maximè principalia, & Dominum quidem quoad eius fieri ab eis poteſt, infirmant, & abrogant: auferunt autem veram Domini doctrinam, qui non pro dignitate Dei, & Domini Scripturas diſſerunt, & tradunt. Depoſitum enim quod Deo redditur, eſt conuenienter Domini doctrina per eius Apoſtolorum piam traditionem, intelligentia, & exercitatio.* Hactenùs ille, dicens depoſitum Domini apud Apoſtolos eſſe Scripturarum ſenſum, quem illi ad Doctores Eccleſiæ tranſmiſerunt, tam literalẽ, quàm ſpiritualem, vt reuincantur Iudaizãtes, qui noſtros dicunt ſenſum Scripturæ hiſtoricũ ignorare, & propterea ad allegorias confugere. Et infrà ait Clemens: *Corpus Scripturarum, hoc eſt dictiones, intelligunt Iudæi, nos Scripturæ ſenſa nominibus expreſſa videmus.* His cõtentus ſum teſtimonijs, vt intelligat ſtudioſus lector, quantum ſit illi fidendum in Rabbinorum gloſſulis, & expoſitionibus. Audi iam quid prædixerit Spiritus ſanctus per os Dauid: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributionem, & in ſcandalum: obſcurentur oculi eorum ne videant; & dorſum eorum ſemper incurua.*

Tria olim Iudæi fideles conſecuti erãt beneficia. Primum eſt, vt eis, teſte Apoſtolo,

Caput omnium Scripturarum Chriſtus. 1. Cor. 11.

Iſa. 50. Idem in Iſa. cap. 50 initio, & 14. in prin. tom. 5.

Idem tom. 6. Matth. 12. tom. 5.

2. Cor. 3. Iren. lib. 4. cap. 43. in fine.

Poſt Domini aduentum lex Iudæis fabulæ ſimilis: Chriſtianis verò theſaurus abſconſus in agro.

Matth. 13. Iuſtin. tom. 2. Iudæi de fonte Dei viuentis non bibunt, teſte Iuſtino.

Iudæorum interpretationes mille ſtrophis, & malitiis.

S. Athanaſ. tom. 3. Orig. in Leuit. hom. 10 propè initium, & in 1. circa prin.

Prophetia Iudæis hiſtoria tantùm eſt.

Idem hom. 10 Num. circa med. tomo eodem.

Autor. oper. imperfect. in Matth. hom. 33. inter med. & initium, to. 5 operum D. Chryſoſt.

Iudæi furtum veritatis Scripturarũ ſemper commiſerunt.

Matth. 15. Idem hom. 35. circa initiũ.

Matth. 23. Hilar. canon. 14. in Matth. ſub init.

Quàm verè de Iudæis ſit dictũ, claudere eos, ſcilicet Regnũ cœlorũ ante homines.

Ambr. lib. 1. De interpell. Dauid. c. 4. tom. 4. Aug. lib. 12. cõtra Fauſt. c. 27. tom. 6. Tit. 1. & 1 Tim. 1. & 4. & 2. Tim. 4. Clem. lib. 6. Strom. paulò à medio.

Mẽdaces qui auferant diuinam Domini doctrinam.

Depoſitum Deo reddendũ quodnam illud ſit. 1. Tim. 6.

Aduerſus Iudaizantes.

Idem Clemẽt.

Dei per Dauidẽ aduerſus Iudæos imprecatio qualis.

Pſal. 68. Rom. 11.

Triplex olim beneficium à

Deus Opt. Max. in genus Iudæorum collatum, quodnã illud.

Rom. 3. Exod. 19. 1. Pet. 2. Deut. 28. Rom. 1. & 2.

Eadem Iudæi beneficia cur amiſerint, acceperint Chriſtiani.

Iſa. 6. Matth. 13. & alibi.

ſtolo, crederentur eloquia Dei. Alterum, collata eſt Scripturæ vera intelligentia, quã pro ſuo tempore, & ſtatu cumulatam habuerunt. Tertium, acceperunt vt eſſet populus Dei peculiaris ſub manu Dei protegente, eſſentque proinde in caput, & non in caudam, vt Paulus dicat: *Iudæo primùm, & Græco.* Sed hæc omnia ob perfidiam amiſerunt. Nam menſa ſacræ Scripturæ, qua paſci ſoliti erant, in ſcandalum ſuo ipſorum vitio, & culpa reddita eſt. Deinde eius veram amiſerunt intelligentiam, ita vt ſpirituales illorum oculi legentes, & videntes Prophetica oracula, non viderent; & audientes non audirent voces Prophetarum. Poſtremò, cùm olim dominarẽtur, & manus Dei eos exaltaret, & Reges haberent, quibus cæteris imperarẽt; cœperunt ſubdi alijs, & grauem ſeruitutẽ ſubire, & eorum nomen inuiſum reddi, & dorſum eorum ſeruientium nationibus incuruatum eſt, & non ad horam, ſed ſemper. Hinc Deus Prophetico ſpiritu prædixit: *Scribantur hæc in generatione altera; & populus qui creabitur, laudabit Dominum.* Quaſi dicat: etſi hæc ſcribantur Iudæis, illis tamen non proderunt, ſed alteri populo ſeruient, qua Dominus ex aqua & Spiritu ſancto procreabit. Et ita iuxta Domini parabolam, *Ablatum eſt illis Regnũ Dei, & datum genti facienti fructus eius.* Quòd ſi quis dicat, veteres Patres aperuiſſe ſenſum Scripturarum ſpiritalem, nõ autem hiſtoricum, & literæ congruentem. Certè ſi hoc verum eſſet, non ad veteres Patres, ſed ad Synagogam nobis eſſet confugiendum, & Iudaizandum: quoniam Scriptura præcipuum ſenſum literalem nobis conſectandum proponit. Et cùm hic ſit præcipuus ſenſus, præcipuam Scripturæ partem ignoraſſent Patres, cùm de illo tantùm dicant eſſe cum Hæreticis certandum. Et plerumque ſenſus ſpiritualis de Meſsia ſimul cum literali concurrit, & idem eſt, præſertim in vaticinijs Prophetarum; quæ interdum tam aperta ſunt, vt audeat dicere Tertullianus in ſuo Apologetico aduerſus Gentes: *Irrumpite Iudæorum Synagogas* (liber enim aditus patebat omnibus ad Synagogas) *Audite prophetias quæ ibi leguntur iuxta tranſlationem Septuaginta, & credere cogemini.* Hæc ille in ſenſu: quæ non diceret, niſi litera, & voces planè Chriſtum teſtarentur. Et Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum: *Quis iam quærat expoſitorem, dum legit: Velut ouis ad victimam ductus eſt, & omnia quæ illic multipliciter, & euidenter dicuntur: Quia liuore eius ſanati ſumus, & peccata noſtra ipſe portauit?* Et ſubdit: *Quis non quaſi Euangelium cantabit: Foderunt manus meas, & pedes meos, &c.* Præterea Euſebius De demonſtrat. Euangelica, Myſteria Meſsiæ proponens, & teſtimonijs Scripturarum confirmans, non exponit, *Quòd aperta,* inquit, *ſint & clara, & in Chriſto completa?* Vrgent etiam Iudæos Athanaſius, Procopius, Cyrillus, inſolubilibus, & manifeſtiſsimis argumentis, vt ipſi loquuntur: non agebãt ergo ſenſu ſpiritali, & myſtico, qui facilè negari poteſt, ſed literali, qui negari nequit.

Pſal. 101.

Quid ſibi velit Propheta, cùm inquit: ſcribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabit Dominũ.

Ioan. 3. Matth. 21.

Si tantũ myſticum ſcripturæ ſenſum, nõ literalem nobis antiqui patres tradidiſſent quid cõſequeretur.

Quanta Propheticorũ de Meſſia vaticiniorũ claritas ac perſpicuitas.

Tertull. c. 18. Apolog. aduerſus Gentes.

Ad Iudæorũ olim Synagogas liber patebat ingreſſus, teſte Tertulliano.

Aug. lib. 12. contra Fauſtum c. 43. tom. 6.

Iſai. 53. Ibidem.

Idem ibidem. Pſal. 21.

Euſebius 10. 8.

Quòd ſi poſtremò obiicias, nonnullos ex noſtris Doctoribus à Iudæis didiciſſe, & eorum ſcrinia, & ſcripta magno pretio comparaſſe, quales fuerunt Origenes, Euthymius, Procopius, Euſebius, & Hieronymus noſter; ita vt id vitio illi ſit datum à quibuſdam obtrectatoribus: quo nomine ſe in Apologia aduerſus Ruffinum expurgat: dicendum eſt, id parcè illos feciſſe, & cum magno temperamẽto; & quòd à Iudæis mutuantur, à veneno Iudaicæ perfidiæ expurgaſſe, & expurgatum tradidiſſe. Qui verò immodicè, & ſine vllo modo eiuſmodi ſtudia conſectantur, præterquàm quod parum ſucci & vtilitatis inde hauriunt, magno ſe periculo errores imbibendi exponunt, & Patres veteres auerſantur, & eorum ſenſus, vt allegoricos horrent, & denique Iudaicum ſpiritum ſugunt, & induunt. Admonendi ſunt igitur, qui Hebraicas literas ſibi addiſcendas proponunt, vt obſeruent illud Appellis: *Ne ſutor vltra crepidam.* Grammaticam accipiant, & proprias vocum ſignificationes: reliqua à traditione antiquorum Patrum petenda eſſe intelligant. Atque in prædictum illum vſum nõ negauerim, quin aliquid vtilitatis, & accommoditatis ex editionibus vel Franciſci Vatabli, vel Xantis Pagnini, vel aliorum accipi poſsit. De his iſta dicta ſufficiant.

Quo maximè ſenſu veteres Patres cõtra Iudæos decertarunt.

Hieron. to. 2.

Doctores ſacri è Iudæorũ fontibus quatenus hauſerint.

Iudæorũ quã par eſt audidius qui ſtudia conſectantur, quid aſſequantur.

A Rabbinis, & eorũ libris quid mutuãdum duntaxat.

PROLEGOMENON VII.

In quo Scripturam duplici ſenſu conſtare, nempè Literali, & Spiritali; ſiue Hiſtorico & Myſtico, oſtenditur.

Scripturæ interpretatio duplex, & quænam illa.

QVIA in hoc opere interpretari aggredimur ſacram Scripturã: interpretatio autem eius eſt duplex; altera quæ ducitur à ſenſu hiſtorico, ſeu literali; altera quæ à myſtico, ſiue ſpirituali, non erit abs re, quis ſit literalis, & quis ſenſus ſpiritualis, explicare. Nam & vtroque ſenſu vſi ſunt Apoſtoli, & vtrumque proferunt

vete-

veteres Patres ad ædificandam Eccleſiam: nec ita debet literalis amplecti ſenſus, vt reijciatur ſpiritualis: neque rurſus ita eſt ſpiritualis amplectendus, vt literalis negligatur. Eſt enim Scriptura ſacra, liber ille inuolutus, qui erat ſcriptus intus, & foris, de quo Ezechiel, & Apocalypſis: *Vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus, & foris*: foris enim loquitur per verba, intus per res ipſas. Item foris, & apertè loquitur, in Nouo Teſtamento; intus verò, ſiue abſconditè, & latenter in Veteri myſteria Meſsiæ prodens.

Sacra Scriptura liber ſcriptus intus & foris, & cur ita.

Ezech. 2, & Apocal. 5.

Adde, Talmudiſtas antiquos literalem ſenſum à myſtico, & ſpirituali diſcernere: & illum quidem rem paruam, hunc rem magnam docent: illum candelæ comparant, hunc margaritæ in ædibus latenti, ſed per candelam illam veſtigabili. Ad hæc, in libro Prouerbiorum dicitur: *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo*, vbi Hebræa litera habet: *Poma aurea in retiaculis argenteis, verbum dictum ſecundùm ambas facies ſuas*: Id eſt, ſecundùm interiorem, & ſpiritualem ſenſum, qui aurum eſt; & ſecundùm exteriorem, & literalem, qui argentum. In eodem quoque libro ait Salomon: *Vt ſit in Domino fiducia tua; vnde & oſtendam eam tibi hodie. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, in cogitationibus, & ſcientia.* Quo in loco alij habent: Ecce deſcripſi eam tibi multifariam, id eſt, ſecundùm multiplicem ſenſum, vt etiam B. Hieronymus ibidem exponit: quanquàm autor ille Hieronymo recentior eſſe videatur.

De literali ſenſu, & myſtico, veteres Talmudiſtæ quid ſenſerint.

Prouer. 25. Illud: Poma aurea in retiaculis argenteis verbum dictum ſecundùm ambas facies ſuas, quid ſignificet. *Suprà 22,*

Hiero. in lib. Prouer. to. 7.

Nō eſt autem quouis modo diſsimulandum, multis modis in hac parte erratum eſſe à pleriſque. Quidam enim ſola litera contenti, omnem ſpiritualem ſenſum abijciunt. Alij ita ſpiritus intelligentiam conſectantur, vt literā omninò deſerant. Tertiò nonnulli vtrunque ſenſum reſpuunt, & Scripturis vllis nos non indigere contendunt. Alij rurſus è contrario, vtrunque ſenſum amplectuntur, vt tamen non rectè vel de literali, vel de myſtico ſenſu ſentiant. Poſtremò, ſunt qui vtrumque ſenſum ritè venentur; ac legitimè vtroq; vti deprehendantur. Omnia hæc apertiori, & fuſiori oratione explico, & exemplis, quatenus opus eſt, illuſtro.

De ſenſu literali, & myſtico opiniones inter ſe contrariæ quinque. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

Dico primùm, quoſdam ita literam amplexari, vt nullum ſenſum ſpiritualem cognouerint: cuiuſmodi Iudæi ſunt, in quos Paulus ſcripſit: *Litera occidit, ſpiritus autem viuificat.* Nec mirum eſt, illos ſpiritum ignoraſſe, qui ne literam quidem capiunt: *Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere; quia ſpiritualiter examinatur.*

Contra Iudæos, & eorū ſectatores noſtri ſeculi hæreticos, qui ſpiritalē intellectum nul ū ignoſcūt, niſi tantum literalē.

2. Cor. 3. 1. Cor. 2.

Hos imitati videntur Eraſmus, & Lutherus, atque noſtri ſeculi hæretici; qui omnem allegoriarum, & myſticorum ſenſuum rationem in ſuis ſcriptis, quibus Scripturas obſcurare potiùs, quàm illuſtrare conati ſunt, & ipſi neglexerunt, & apertis vocibus damnârunt. Ait enim Eraſmus in Nouum Teſtamentum, in Epiſtola ad Cæſarem Paraphraſibus eius præfixa: *Veteres Eccleſiæ Doctores in allegorijs explicandis partim variant, partim ſic agunt, vt mihi ludere nonnunquàm videantur.* Sic ille de veteribus Patribus. Nos autem veriùs poſſemus dicere, nouos hoſce interpretes perniciosè luſiſſe in ſenſu literali.

Eraſmus de veteribus Eccleſiæ Doctorib' quid ſenſerit.

Lutheri verò de Dionyſio Areopagita hoc eſt iudicium: *In Eccleſiaſtica*, inquit, *hierarchia Dionyſius ludit in allegorijs: quod eſt otioſorum hominum ſtudium.* Ita illuſus Lutherus illuſit magno Theologo Dionyſio. Certè leues videri in quibuſdam, & parui momenti, Scripturæ poſſent, niſi latentes haberent, & myſticos intellectus.

Lutheri impiū de Dionyſio Areopagita iudicium.

Quare Origenes in Cantica producens illud Domini ad Moyſen: *Ego impleui eos ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, vt faciant opera artis vnguentariæ, Hæc*, inquit, *niſi ſpiritaliter intelligantur, nonne fabulæ ſunt? niſi aliquid habeant ſecreti, nonne indigna ſunt Deo?* Sic ille. Et Paulus cùm protuliſſet illud: *Non alligabis os bouis triturantis*, *Nunquid*, inquit, *de bobus cura eſt Deo?* Et Hieronymus in Iſaiam: *Reſpondeant*, inquit, *Iudæi, & amici ſimplicis tantùm hiſtoriæ, qui fructus non quærunt in arbore, ſed folia tantùm, vmbramq; verborum, quæ citò areſcit, & deperit, quomodo in aduentu Domini Saluatoris, quia à temporibus Iſaiæ vſque ad diſpenſationem carnis aſſumptæ, pro comparatione æternitatis breue & modicum temporis ſpatium eſt, Libanus mons Phœnicis verſus ſit, atque tranſlatus in montem Charmelum.* Et infrà: *Et quomodo Charmel in ſaltum, & infructuoſa ligna reputetur.* Poſteà ſpiritualiter, & ad literam de Meſsia interpretatur, Gentes ſteriles docēs ſubſtitutas in locum Iudæorum, & Iudæos fuiſſe reprobatos vt infructuoſos.

Orig. ho. 1. in Cantica, ſub initium, to. 1. circa med. Exod. 31. 1. Cor. 9. Deut. 25. Hierony. in Iſaiæ c. 29. à medio lib. 9. tom. 5.

Qui literalē Scripturæ intellectū tantummodò quærūt, quid inueniant.

Alij verò è conuerſo ita ſenſum ſpiritualem accipiunt, vt literam omninò deſeruerint: inter quos Sebaſtianus quidem Francius in Præfatione ſua de paradoxis palàm ſcripſit, Scripturæ literam gladium eſſe Antichriſti, quo ſancti vincantur, & interficiantur. His non ſunt diſsimiles, qui in allegorijs conſectandis, omiſſa litera, nimium ſtudij, & operę poſuerunt: vt ſunt ex

Aduerſus eos qui neglecta litera, ſpiritū tantūmodò conſectātur. Sebaſtianus Francius de ſenſu literali quid ſenſerit ac ſcripſerit.

Iudæis

Aug. lib. 12. contra Fauſt. c. 39. tom. 6.

Quid de Philone Iudæo ſenſerit Auguſtinus.

Iudæis Philo vir diſertiſsimus; qui quoniã Chriſtum non habebat (vt inquit Auguſtinus lib. contra Fauſtum) quo referret quæ diceret, & oſtiũ non inuenit, varijs eſt actus erroribus: ex noſtris verò Origenes, qui ingenium ſuum facit Eccleſiæ Sacramenta, & nonnulli etiam ex noſtris, qui literalẽ ſenſum apprehendere non valentes, aut vt leuem, & parùm vtilem contemnentes, in allegorias & ſpirituales Intelligentias ſpatiantur: veras quidem illas, ſed parùm interdum Scripturis, quas interpretantur, congruentes.

Origenes ingeniũ ſuum (ait Hieronymus) facit Eccleſiæ Sacramenta.

Hiero. in Prologo ad explicationem 10. viſionis Iſai. cap. 13 tom. 1.

In eos, qui nec literalem ſenſum, nec Myſticũ omninò receperunt.

Ad hæc noſtro ſeculo quidã phanatici homines extiterunt, qui omne ſacrarum literarum ſtudium, ſiue ad literalem, ſiue ad myſticum eruendum ſenſum omninò reprobârunt, & vt prorſus inutile, ac vanum condemnârunt. Talis fuit Otho Brunphelſius, ex venerabili Carthuſianorum familia apoſtata, qui Euangeliũ ipſum pro re merè Cabaliſtica, & humano figmẽto babebat: & Gaſpar quidã Suencfeldius, celebris noſtri ſeculi hęreticus, qui non minus Catholicis, quàm hæreticis ipſis, à ſe tamen diuerſa ſentientibus, moleſtiſsimus fuit.

Quid Brunphelſius Otho inſignis apoſtata in Euangelium ſit auſus blaſphemare, teſte Cochleo.

Cochleus lib. De Script. Eccleſ. autoritate, c. 3. & 4.

Hic ergo docebat, vanũ eſſe laborem, qui Scripturæ impenditur: quoniam Scriptura creatura eſt, & non conuenit creaturæ nimium eſſe addictum: Dei verò voces de cœlo expectandas eſſe, vt erudiant: *Beatus enim homo,* aiebat Dauid, *quem tu erudieris, Domine; & de lege tua docueris eum.* Et Dilectus, *Vnctio eius docet vos de omnibus.* Et Paulus: *Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum.* Addebat, quòd etſi quis millies Bibliorum lectionem percurrerit, nonniſi Scripturarum, vel Legiſperitus euadet; nequaquàm autem à Deo edoctus, quod eſt θεοδίδακτος. Sed profectò mira fuit huius hominis ſtupiditas, qui autoritate ſacrarũ literarum nixus, omnem Scripturis autoritatem abrogare voluit: nihil eſt autẽ, quod in ſui deſtructionem machinetur: ipſe verò hoc ſuo dicto in ſuum, & Eccleſię totius caput, & in ſacroſanctã, ac grauiſsimã verbi Dei autoritatem interitũ machinatus eſt.

Pſal. 39. 1. Ioan. 2. 2. Tim. 2.

Aduerſus Brunphelſiũ ac Suencfeldium ſacras Scripturas pernegantes diſſeritur.

Adhæc, voces Dei, & reuelationes quælibet, niſi ſcripto Dei verbo, quod eſt veluti lapis Lydius, conſonent, pro ſuſpectis Diaboli ſuggeſtionibus, & conſilijs habendæ ſunt, cùm Dilectus Domini dixerit: *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint*: & ante eum Eſdras: *Cùm dixerint ad vos: Quærite à pythonibus, & à diuinis, qui ſtudent in incantationibus ſuis; Nunquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem pro viuis à mortuis? Ad legem magis, & ad teſtimonium.*

Lydio lapidi verbum Dei ſimile.

1. Ioan. 4. Iſai. 8.

Præterea hic inſignis nebulo non conſiderauit ſe Chriſti verbum infringere, qui frequenter Apoſtolos, & Iudæos ad legem reuocabat, vt agnoſcerent indubitatas aduentus ſui rationes & ſigna. *Scrutamini,* inquit, *Scripturas, quia vos putatis, in ipſis vitam æternam habere; & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me,* & iterum: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit.* Quorſum Paulus hortatur Timotheum: *Dum venio* (ait) *attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ?* Cur non mittit illum ad antra, & ſpeluncas, quo melius voces diuinas de cœlo percipiat? Quorſum ipſe iam ſenior & moriturus mandat Timotheo, vt adſerat penulam, libros, maximè autem membranas? Cur etiam Dauid nullam aliam regulam vitæ ſuæ ſanctæ inſtituendæ, ac traducendæ elegit præter illam Scripturæ? *Lucerna,* inquit, *pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Et qui à ſacris libris legendis arcet homines, in quibus leges Dei ſunt conſcriptæ, exleges, & filios Belial efficit homines. Quorſum item Lucas laudat Scripturas euoluentes Theſſalonicenſes, & quotidiè ſcrutantes, ſi hæc ita ſe baberent? Et Apoſtolorum princeps Petrus verbi Dei ſtudium omnibus viſionibus, & reuelationibus, etiam illis, quas Apoſtoli de Transfiguratione Domini in monte habuerunt, antepoſuit: *Et habemus,* inquit, *firmiorem Propheticum ſermonem, cui benè facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris*: id eſt, Chriſtus per lumen gloriæ, & ſubdit: *Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia propria interpretatione non fit.*

Ioan. 5.

Ibidem.

1. Tim. 4.

2. Tim. 4.

Pſal. 118.

Act. 17.

2. Pet. 1.

Matth. 17.

Vides quanti faciat Propheticas Scripturas B. Petrus, vt illas omnibus præferat reuelationibus, vel viſionibus mortuorum, aut Angelorum? Nam ecce diues ille Epulo cùm optaret Lazarum mitti in domum patris ſui, vt prænuntiaret quinque fratribus, vt cauerent, ne & ipſi ſeipſos in locum tormentorum præcipites darent, dixit ad eum Abraham; *Si Moyſen, & Prophetas non audiunt; neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Adde quod Paulus tanta verborum emphaſi dixit: *Sed licèt nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis præterquàm quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Quòd ſi ſacrarum literarum authoritas concidat, quid erit ſolidum, aut firmum in fide? Quæ hæreſes iam diu in Eccleſia extinctæ, atque ſopitæ non denuò reuiuiſcent, cum alio gladio quàm verbi Dei, & ſacrarum literarum non fuerint iugulatæ? Sed iam audi quid Melanchthon in Epiſtolam ſcribens

Quanti fecerit Petrus Scripturas Propheticas.

Luc. 16.

Galat. 1.

Si literarum ſacrarum autoritas cóciderit, quæ inde incommoda.

Quid Melanchthon de hoc Suencfeldio tradiderit.

ad

ad Romanos de hoc Suenckfeldio tradiderit. Vocat enim eum centimanum, & habere paſsim ſuos milites lactitantes afflatus, ſomnia & ſupernas quaſdam de cœlo voces. Hæc ille. Dauid verò etiamſi dixerit: *Beatus quem tu erudieris, Domine*; adiunxit tamen quis ſit à Deo eruditus habendus: *Et de lege*, inquit, *tua docueris eum*. Quaſi diceret; Is eſt verè à Deo edoctus, & re ipſa θεοδίδακτος, qui legē Dei probè calluerit, qui ab ea nihil diuerſum, aut alienū ſenſerit. Quod dixit Apoſtolus: *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum*: non excludit Scripturas ſacras, Imò potiùs illas ponit. Quia cùm Paulus tribus parabolis, militis, athletæ, & agricolæ, illum eſſet adhortatus, vt Epiſcopi munus præſtaret, ſubdit: *Diſce ex his omnibus tibi non eſſe otiandum, ſed laborandum, & ſtudendum*: vnde eadem epiſtola eum ad lectionem ſacrorum librorum cohortatur. Quod Dominus vult nos eſſe à Deo edoctos, oſtendit, nō ſatis eſſe libros externos, & Scripturas Dei, quas Iudæi, & Hæretici verſant, ac non intelligunt, ſed opus eſſe prætereà interna Dei vnctione, & eruditione, ſine qua fides à nobis haberi nō poteſt. Et ita intellige verbum Dilecti: *Vnctio eius docet vos de omnibus*; quia ad omnes vitæ humanæ actiones præſtandas, & ad ipſas Scripturas legitimè interpretandas opus eſt Spiritus ſancti magiſterio, & peculiari eruditione, ſicut ad purum & legitimum Sacramentorum vſum, vel adminiſtrationem. Quòd verò Scriptura ſit creatura, nihil refert. Nā & Chriſti Humanitas per ſe mera eſt creatura: tamen quia eſt à Deo aſſumpta, efficaciſſimum organum ſibi coniunctum eſt ad iuſtificationem noſtrā, & ad ſalutem operandam. Ita etiam Sacramenta omnia, & ſacræ Scripturæ, creaturæ ſunt, & organa externa, ſed quibus certiſſimè aſsiſtit Deus, vt ſuis Inſtrumentis, ad ſanctificationem, & eruditionem noſtram: ita vt vim magnam habeant promouendi nos, & ad Deū agnoſcendum, & ad Chriſtum Mediatorem amplectendum excitandi, & ſic duo exempla reijcere poſsit, cùm ſomniaret humanitatem Chriſti in Diuinitatem conuerſam, & Sacramenta contemneret: ſed qui hæc monſtra & portenta dogmatum tradit, qua fide dignus erit? Nec iſtis fauet ſententia Auguſtini dicentis: *Homo fide, ſpe, & charitate ſubnixus; eaq; inconcuſſe retinens, non indiget Scripturis niſi ad alios inſtruendos*: nam loquitur peculiariter de quibuſdam, quos Deus ſingulari ſuæ prouidentiæ conſilio, in eremis, & deſertis locis degentes de credendis, & agendis per Spiri-

Pſal. 93. Verè doctus à Deo quis iuxta Prophetam.

2. Tim. 2. Id Pauli dictum ad Timotheū: Intellige quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum, vt ſit accipiendū. *Infra 3.* *Iſa. 54. & Hier. 3. & Ioan 6.* Quare nos Dominus velit edoctos à Deo.

Illud Dilecti: vnctio eius docet vos de omnib⁹, quid ſignificet.

Scripturæ mera creatura ſint licèt, idonea tamē ſunt noſtræ inſtrumenta ſalutis.

Aug. lib. 2. de Doctr. Chriſtia. cap. 39. tom. 3. Quæ ſit mēs Auguſtini, Qui Fide, Spe, & Charitate ſubnixus ſit, eum non indigere Scripturis niſi ad alios inſtruendos.

tum ſuum docet, ac tuetur. At Eccleſia ſine prædicatione, & verbi Dei miniſterio nequit conſiſtere: at quale verbum proponerent concionatores, ni extarent ſacræ, ac diuinitùs nobis reuelatæ Scripturæ? Atque hactenùs in hanc inſaniam plus ſatis ſit dictum. Scribit beatus Auguſtinus in libro De Hæreſibus ad Quoduultdeum, à Rhetorio quodam exortam hæreſim nimium mirabilis vanitatis, quæ omnes Hæreticos rectè ambulare, & vera dicere affirmat: *Quod eſt*, inquit, *ita abſurdum, vt mihi incredibile videatur*. Ita hæc aſſertio, quæ Scripturas nobis ſacras irritas, & vanas reddit, talis eſt, vt profectò quiſque meritò admirari poſsit, an talis cogitatio in cor alicuius, qui vel modicam rationis ſcintillā habeat, incidere potuerit.

Quarto loco ſunt, qui vtrumque Scripturæ intellectum libenter ſuſcipiunt, cùm Chriſtum, Apoſtolos, & Apoſtolicos viros vtroque Scripturas ſacras ſenſu interpretatos eſſe agnoſcant, & illo Eccleſiam Dei ædificaſſe, atque in fide, charitate, & bonorum operum ſtudio confirmaſſe tradant; video tamen nonnihil à quibuſdam peccari, dum in literali ſenſu ſtatuendo, aut illum non ex propria, & genuina vocum ſignificatione, vbi tropica & figurata minimè eſt neceſſaria, eruunt, aut quando præcedentibus, & conſequentibus intellectum conſonum non apprehendunt; aut quando non perſpecta tota lege, citò pronuntiant, aut quando ex falſis, ſiue Hebræis, ſiue Græcis codicibus, relicta, & interdum cōtempta, & iniurijs laceſsita communi, & ab Eccleſia recepta Vulgata editione, decepti, ſingularem interpretationem proferunt; aut denique inconſulta Eccleſia, & veteribus Patribus, ſenſus peregrinos Scripturis ſacris inuehere nituntur. In ſenſu verò ſpirituali congruè explicando, etiam à quibuſdam facilè aberratum eſt: dum aut illum ante literalem eruere cōtendunt, quod eſt ſanè præpoſterum, vt qui volunt ſine vllo iacto fundamento ædificium erigere, aut cùm illud ad firmanda Fidei dogmata, vt magis efficacem cogitant, cui rei ſolùm literalis efficaciter ſeruire dignoſcitur; aut quādo eum in omnibus Scripturæ locis conſtituere conantur; cùm conſtet in multis neceſſe, nec inueniri poſſe, vt in præceptis geminæ dilectionis, & in exhortationibus, & præceptis omnibus ad mores pertinētibus; aut deniq; qui non aptè, nec ſuauiter, ſed durè, & ineptè, & cum quadam, vel verborum, vel rerum violētia illum ita educunt, vt piorum lectorum aures, quarū eſt iudicium ſuper-

B. Aug. lib. De Hæreſ. an. 72. tom. 6. initio. Rhetorij acerſio cuius ſomnium quod.

In proprio ac germano literæ ſenſu eruendo multos errare cōtingit multipliciter, & quomodo.

In ſenſu verò ſpirituali venando, quomodo errare contingat.

Cicero in Oratore.

biſsimum, vt ait Cicero, interdum offendunt.

Rectum vtriuſque ſenſus tum literalis, tum ſpiritualis vſum qui teneant.

Poſtremò, illi vtriuſque ſenſus rectum, & legitimum vſum tenent, qui & literalis & ſpiritualis ſenſus Catholicos canones, & traditas à veteribus Patribus, & receptas, commendataſque regulas diligenter in illis eruendis, atq; conſtituendis obſeruant. Quanquàm autem vterq; ſenſus Deo ſit; magnum eſt tamē inter illos diſcrimen, & præcipuum locum obtinet literalis: quare de illo erit nobis priori loco agendum.

Vter ſenſus alteri præſtet. De ſenſu literali agitur.

Vt autem ea quæ dicturi ſumus, maiori luce perſundātur, illud pro fundamento ſtatuendum, humanum ſermonem vocibus, ſiue propriè, ſiue metaphoricè, ac tropicè cum quadam venuſtate acceptis, res ipſas ſignificantibus conſtare. Præter voces autem, interdum rebus ipſis non ſecus atque vocibus ad maiores alias res indicandas vti conſueuimus: quemadmodum ex apologis liquidum fit, & ex Parabolis Domini, & ex prouerbijs in omni lingua vſitatis, & ex ſymbolis Pythagoræ, quibus ſapientiſſimus ille Philoſophus, res quaſdam pro alijs deſignando, multa ſalutaria humano generi ad rectè vitam inſtituendam præcepta tradebat.

Nonnulla Pythagoræ Symbola recenſentur, atque explicantur.

Cuiuſmodi ſunt illa (vt guſtum aliquem præbeamus) *Stateram ne tranſilias: Ignem gladio ne fodito: Arctum annulum ne geſtato: Cor ne edito: A fabis abſtineto: Per publicam viam ne ambules: Ollæ veſtigium in cinere turbato: Hirundinem ſub eodem tecto ne habeas*: Et ſimilia multa. Quibus in ſymbolis videbatur rectè dicere Pythagoras: *Nihil facias præter ius & æquum: Ira percitum ne laceſſas: Ne vixeris anxiè: Curis animum tuum non excrucies: Abſtine à Reipublicæ muneribus: Ne vulgi velis errores conſectari: Nullum euidens iracundiæ veſtigium in te eſſe ſinas. Abſtine à commercio garrulorum, & suſurronum.*

Aegyptiorū hieroglyphica quid myſterij continerent.

Idem etiam continebant Aegyptiorum Hieroglyphica. Nam in ape, quæ aculeum, & mel habet, Regem, qui iuſtitia, & miſericordia præditus eſſe debet, illi deſcribebāt: In baculo, & oculo ſimul, Deum ſuſtentantem, & videntem omnia denotabant: In ſerpente verò caudam ſuam, ore recipiente, annum deſignabant, quia ille in ſeipſum redit: vnde & Græcè ἐνιαυτὸς, dicitur ob eandem cauſam, quòd ſcilicet in ſeipſum redeat, vt Poëta dixerit:

Regis partes duæ iuſtitia, & miſericordia.

Annus vnde dicatur.

Virgil. lib. II. Georg.

Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

Horus vetus autor.

Pierius Valerian.

De quibus hieroglyphicis ex antiquis Horus pauca, & ex recētioribus Pierius Valerianus multa ſcripſerunt. Etſi autem omnium ſit hominum vocibus vti ad exprimenda animi ſui ſenſa, paucorum tamen, & illorum quidem ſapientiſſimorum proprium fuit res magis familiares, & nobis compertas, ad res occultiores, & remotiores adhibere ſignificandas: vt prædictis exemplis apertum, & comprobatum reliquimus.

Humiliores res ad alias altiores ſignificādas aſſumere, quorum tantùm ſit.

Verùm hîc nobis fortaſſe obſtrepet aliquis, & obijciet ex diui Gregorij ſententia, ac B. Thomæ, hoc proprium eſſe ſacrarum literarum, vt non minus verbis, quàm rebus alia ſignificent, & ita proprium vt nulli alteri conueniat: Verba Gregorij hæc ſunt: *Scriptura ſacra ſcientias omnes atque doctrinas ipſo etiam locutionis ſuæ more tranſcendit: quia vno, eodemq; ſermone dum narrat textum, prodit myſterium, & ſic ſcit præterita dicere, vt eo ipſo nouerit futura prædicare: & non immutato dicendi ordine, eiſdem ipſis ſermonibus nouit, & ante acta deſcribere, & agenda nuntiare.*

D. Greg. lib. 20 Moral. ca. 21 tom. 1.

Propriū ſacrarum literarum quid.

Hunc ſecutus B. Thomas in prima parte ſic habet: *Reſpondeo dicendum, quòd autor ſacræ Scripturæ eſt Deus, in cuius poteſtate eſt, vt non ſolùm voces ad ſignificandum cōmodet (quod etiam homo facere poteſt) ſed etiam res ipſas. Et ideo cùm in omnibus ſcientijs voces ſignificent, hoc habet proprium iſta ſcientia, quòd ipſæ res ſignificatæ per voces, etiam ſignificant aliquid. Illa ergo prima ſignificatio, qua voces ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum, qui eſt ſenſus hiſtoricus, vel literalis. Illa verò ſignificatio, qua res ſignificatæ per voces, iterum res alias ſignificant, dicitur ſenſus ſpiritualis, qui ſuper literalem fundatur, & eum ſupponit.* Hæc illi Patres doctiſsimi.

B. Thom. 1. par. q. 1. artic. 10. tom. 10. Idem quodlibet. 7. art. 16. tom 8.

Quomodo igitur aſſeruimus, homines, & vocib⁹. & rebus per illas ſignificatis alias res indicare? Dicendum ex triplex eſſe veluti alphabetū, quo Deus ad nos loqui voluit.

Quomodo verū ſit, homines & vocibus, & rebus per illas ſignificatis alias res indicare.

Triplici veluti alphabeto Deus affari nos voluit.

Primum eſt vocum, ſiue verborum: ſecundum eſt alphabetum inferiorum rerum pro arbitrio confictarum ad alias res grandiores, & excellentiores appoſitè ſignificandas: atque hæc duo alphabeta Deus nobiſcum communia habere dignatus eſt. Siquidem homines ſapientes apologis, ſymbolis, prouerbijs, hieroglyphicis, & alijs ſimilibus nō infrequenter ſuos libros ornare ſolent. Indi quoque Occidentales ſua habebāt peculiaria ſigna, & ſymbola ad res exprimendas quas volebant: Deus verò in ſacris literis, non tantùm verbis, ſed & prouerbijs, & perpetuis rerum allegorijs, & parabolis in vtroque Teſtamento, ad nos erudiendos, & à vitijs auocandos ſæpè vti conſueuit.

Primum. Secundum.

Tertium Alphabetum, & ſacris literis tantummodò proprium, eſt rerum verè geſtarum ab hominibus, quibus maxima Meſsiæ, & ſponſæ ſuæ Eccleſiæ myſteria in factis, & hiſtorijs Veteris Teſtamenti, vel Noui adumbrare, & delineare voluit. Hoc autem ſola Diuina

Tertium ſolius Dei proprium & ſingulare.

arte,

Gen 4.
Matth. 27.
Num. 21.
Ioan. 3.

arte, & ſapientia alphabetum inuentum eſt. vt v.g. in interfectione iuſti Abelis à fratre, deſignauit Chriſtũ à Iudæis fratribus propter inuidiam interficiendum: In ſerpente æneo erecto in deſerto, ad quem reſpicientes ſanabantur, Chriſti crucem, & virtutem eius in ſanãdis noſtris peccatis expreſſit: In manna de cœlo cadente, quo per quadraginta annos pauit populum ſuum in deſerto, diuinum Euchariſtiæ alimentum, quo, dum viuimus, paſcimur, repræſentauit. Hæc autem nulli alterius prouidentiæ, aut ſapientiæ præterquàm Diuinæ ſubeſſe poterant. Et ita in hoc alphabeto rerum verè geſtarum ad alias exprimendas, ſuperat Deus omnes, etiam ſapientiſsimos homines; cùm in alijs duobus eos ſibi æquales reddiderit. Quare ita interpretandi ſunt Gregorius & Thomas, qui ſolum Scripturæ ſacræ, vel Deo per eam oracula fundenti hanc rationem loquendi tribuerunt. Quanquàm nihil vetet ex verè dictis, aut geſtis, aut perpeſſis ab aliquibus viris, prouerbiales quaſdam ſententias eſſe in communem dicendi rationem inuectas, & receptas: vt, *Roſcius in ſcena; Catone ſeuerior; Codro pauperior; Crœſo ditior; Socrate patientior; Zoilo inuidentior; Pœno perfidior; Momo mordacior; Phalaride crudelior; Proteo mutabilior; Neſtore facundior.* Sed hæ ab euentibus deſumuntur, & quaſi ad ſimilia quæ geſſerunt, vel paſsi ſunt, ſignificanda hominum ſtudio. Sicut & in ſcripturis illud: *Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino;* &, *Num & Saul inter Prophetas? Salomone ſapientior; Iobo patientior.*

Exod. 16.
Ib. eod.
Ioan. 6.

Gregorius & Thomas cur dicant ... [illegible]

Prouerbiales ſententiæ quædam ... receptæ.
Vnde fuerint deſumptæ, & quam ob cauſam.
Gen. 10.
1. Reg. 10.

Illud tantum addendum hic videtur: vt voces ſunt rebus inferiores, & ad illas referuntur in primo alphabeto; ita in ſecundo res inſtitutæ ad alias exprimendas, minores ſunt: at repræſentatæ grandiores, & magis principales: in tertio verò vt plurimum idem accidit. Quanquàm nihil vetet in illo ſenſu ſpirituali res maximas eſſe, quæ alijs minoribus repræſentandis inſeruiunt: vt ſubductio Heliæ in curru igneo in cœlum, res magna fuit, & prodigialis; quæ tamen maius, & admirabilius Aſcenſionis Domini myſterium delineauit. Chriſti verò extra portam paſsio, quæ ſublimis res fuit, vt Paulus docuit, repræſentat quod minus eſt: vt ſcilicet exeamus & nos extra caſtra, improperium eius portantes. Deinde ſtatuendum vt ſolidum ſenſum, qui elicitur in primo, & ſecundo alphabeto, literalem ſiue hiſtoricum; ſenſum verò in tertio, ſolum eſſe myſticum, & ſpiritualem.

In ſenſu ſpirituali maiora minoribus, & maioribus minora interdũ repræſentari, vt ... perſpici poteſt.
4. Reg. 2.
Helias in curru igneo in cœlum aſſumptus quid figurauerit.
... Act. 1.
Hebr. 13.
Chriſti extra portam paſſio eſſe A-

Hinc viam præmunimus ad oſtenden-

...cùm quis ſit literæ ſenſus; ille nimirum, quem autor Scripturæ Spiritus ſanctus per verba iuxta propriam, & Grammaticæ cõhærentem, ſiue per tropos, & tranſlationes primùm ſignificare voluit. Myſticus verò eſt ille, qui ex rebus ipſis verè geſtis per voces primò ſignificatis, ad res alias ſpirituales deſignandas deſumitur. Ita vt ſicut in Hiſtorico ſenſu neceſſaria eſt exacta vocum, & propria troporum, figurarumque cognitio, quibus tum Grãmatici, tum Rhetores vtuntur frequentiùs: ita in Myſtico ſenſu notæ atque compertæ debent eſſe res ipſæ, vt per eas tanquàm nouum rerum alphabetũ, ad cęteras res altiores, hoc eſt ſpirituales, & diuinas repræſentandas, atq; exprimẽdas progrediamur. Et quoniam ipſæ res, ex quibus ſenſus ſpirituales proferimus, interdum ſunt cõmunes, & familiares, atq; ab artib⁹, & varijs diſciplinis, & ſtudijs hominũ petitæ, interdũ verò ab ipſis ſimplicibus corporibus, nempè à quatuor elementis, cœlo, Sole, Luna, ac ſtellis, aut ex herbis, floribus, atq; plantis: aut ex animalibus, ſiue ex metallis, & lapidibus pretioſis: neceſſarium eſt, vt ſicut ad ſenſus literalis pleniorẽ cognitionem opus eſt linguarum notitia, Grammatices ſcilicet, & Rhetorices perceptione, ita ad ſenſum ſpiritualem ſtatuendum, rerum omnium naturalium, artium, & ſcientiarum omnium comprehenſio neceſſaria exiſtit. Vt enim vocibus ignoratis, ſenſum literæ non aſſequimur; ita rebus ipſis, ſiue proprietatibus ipſarum, & virtutibus incognitis, ad ſenſum ſpiritualem nõ aſſurgimus.

...poſtolo quid ſignificet.
Literalis ſenſus quis ille ſit.
Quis Myſticus.

Spirituales ſenſus vnde ducantur.

Non eſt autem ignorandum, Patres veteres duos hos tãtum ſenſus agnouiſſe, imò ipſum Spiritum ſanctũ illos nobis detexiſſe. Nam Paulus Myſticum ſenſum, vel typicũ vocat, vt cùm ait: *Omnia in figura contingebãt illis;* vel Allegoricum, dum inquit: *Quæ ſunt per allegoriam dicta;* vel Vmbratilem, cùm dicit: *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.*

Duplicẽ tantùm ſenſum agnouerunt veteres Patres, literalẽ, & ſpiritualẽ.
1. Cor. 10.
Gal. 4.
Hebr. 10.

Solet autem Myſticus ſenſus in tres diuidi ſpecies: & certè eiuſmodi diſtributio commoda & iuſta ratione non caret: literalis porrò in ſpecies alias nõ diuiditur: quanquàm B. Auguſtinus libro de vtilitate credendi ad Honoratũ, in plures partes diſtribuere videatur. Scribit enim: *omnis igitur Scriptura, quæ Teſtamentum Vetus vocatur, diligenter eam noſſe cupientibus, quadrifariàm traditur, ſecundùm hiſtoriam, ſecundùm ætiologiam, ſecundùm analogiam, ſecundùm allegoriam. Secundùm hiſtoriam ergo traditur, cùm docetur quid ſcriptum, aut quid geſtum ſit: quid non geſtum, ſed tantummodò ſcriptum quaſi geſtum ſit.*

B. Auguſt. de vtilit. credendi c. 3. initio tom. 6 initio.
Quadruplex Scripturarũ intellectus ſecundum Auguſtinũ.

Secundùm etiologiam, cùm oſtenditur quid, qua de cauſa, vel factum, vel dictum ſit. Secundùm analogiam, cùm demonſtratur non ſibi aduerſari duo Teſtamenta, Vetus & Nouum. Secundùm allegoriam, cùm docetur non ad literam eſſe accipienda quædam quæ ſcripta ſunt, ſed figuratè intelligenda. His omnibus modis Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Apoſtoli vſi ſunt. Hæc ille, qui de tertio membro, quod eſt ſecundùm analogiam, inferiùs ſubiungit: *Iam porrò analogia eſt, qua vtriuſque Teſtamenti congruentia perſpicitur.* Sed certè Auguſtinus in prioribus tribus membris nonniſi literalem ſenſum agnoſcit, in quo vel ſimpliciter quid narratur, vel eius cauſa producitur, vel conſonũ eſſe cum lege noua indicatur: at illa diuerſitas, ſenſus literales ſpecie diuerſos non efficit.

Senſus ſpiritalis ſeu myſticus triplex.

Quòd verò ſenſus ſpiritalis, ſeu myſticus in triplicem ſubdiuidatur, nimirum in Allegoricum, Tropolugicum, & Anagogicum, nouum eſſe videtur, & à poſterioribus Patribus traditum.

Allegoricus ſenſus quis. Tropologicus ſenſus quis ille.

Nam cùm ex, quæ Veteris ſunt Teſtamenti hiſtoriæ, ad ea, quæ in Eccleſia ſunt, credenda, referuntur, Allegoricus peculiariter dicitur: cùm verò hiſtorias veteres, ſiue Chriſti, & Apoſtolorum, ad mores noſtros formandos, inſtituendosq; traducimus, Tropologicum ſenſum vocamus: cùm autem ſiue ex iſtis, ſiue illis hiſtorijs, quid nobis ſit in cœlis ſperandum, aut quale præmium expectandum docemur,

Anagogicus ſenſus quinã.

dicitur Anagogicus. Quod nobis duo illi verſiculi minimè contemnẽdi, breuibus docent:

Littera, geſta docet: quid credas, allegoria:
Moralis, quid agas: quò tendas, anagogia:

Exemplis illuſtrantur hi ſenſus.

Ad literam, Hieroſolyma, terrena eſt illa ciuitas: iuxta allegoriam, Eccleſia: iuxta tropologiam, anima: patria cœleſtis, ſecundùm anagogiam. Et certè iuxta etymon nominis aliqua viſio pacis erat in templo terrenæ Hieruſalem: maior pax eſt in Eccleſia ab omni errore & tumultu. Pax etiam cœleſtis in anima iuſti reperitur; ſumma verò, & ſuauiſsima in cœlo. Docuit hoc ante mille annos Caſſinus Collat. 14. c. 8. dicens: *Vna & eadem Hieruſalem quadrifariam poteſt intelligi: Secũdùm Hiſtoriam, ciuitas Iudæorum: ſecundùm Allegoriam, Eccleſia Chriſti: ſecundùm Anagogen, ciuitas illa cœleſtis, quæ eſt mater omnium noſtrũm: ſecundùm Tropologiam anima hominis, quæ frequenter hoc nomine aut increpatur, aut laudatur à Domino.*

1.Cor.14.

De his quatuor interpretationum generibus B. Apoſtolus ita dicit: Nũc autem, fratres, ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in reuelatione, aut in ſciẽtia, aut in prophetia aut in doctrina. Hæc ille, tribuens poſticà reuelationem allegorico ſenſui, ſcientiã tropologico, prophetiã verò anagogico, doctrinã hiſtorico.

1.Reg.17.

Sit alterũ exemplũ, Occiſio Gigantis Goliath eodem ſuo enſe per puerũ Dauid, in litera, vera & hiſtorica extitit: in allegoria Chriſtum vincẽtem dæmonem eadem cruce quam illi parauit, ſignificat: in tropologia bellum iuſtorum contra dæmones de carne tentantes, & qua cõpreſſa atq; coercita caput eius abſcindimus, hoc eſt primos eius inſultus irritos atque inanes reddimus; in anagogia verò, victoriam Chriſti in die iudicij intelligimus, quãdo nouiſsimè inimica deſtruetur mors per Domini reſurrectionem, & dicitur, *Vbi eſt mors, victoria tua?* 1.Cor.15. Oſeæ 13.

Vide idẽ in eodẽ quoque Pauli contextu: nam cùm ait, *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera*, Galat. 4. Geneſ.16. hunc ad literam ſenſum efficit literalem: cum ſubdit, *Quæ ſunt per allegoriam dicta: hæc enim ſunt duo Teſtamenta*, & quæ ſequuntur, ſpectant ad ſenſum allegoricum. Rurſus cùm ſubiungit: *Sed quomodo tunc is, qui ſecundùm carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundùm ſpiritum: ita & nunc:* hoc iam ad Tropologicum, Moralemve referendum eſt. Deut. 13. & 1.Cor.9. Quemadmodum illud; *Non alligabis os boui trituranti*, &, *Non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt.* Num.11. & 1.Cor.10. Poſtremò cùm ſubijcit: *Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra;* ad Anagogicum pertinet ſenſum.

Objicies, apud Rhetores allegoriã ſpeciem eſſe tropi. Reſpondendum eſt, Allegoriam teſte Auguſtino, duplicem eſſe hiſtoriæ, & facti: ſiue ſermonis, & Sacramẽti. Aug. lib. De vera religione, c. 50. to. 1.

Quotuplex allegoria.

Et primo modo communis eſt diuinis, & profanis ſcriptoribus allegoria. Secundo modo efficit ſenſum allegoricum, qui tãtùm ſacris literis eſt proprius. Rurſus ſi objicias, Tropologiam genus eſſe ad omnes figuras: nã inuerſionem, ſiue mutationem verborum ſignificat: dicendum eſt, tropologiam in eo ſignificatu non efficere ſenſum tropologicum, ſed quando ex hiſtoria aliqua verba conuertimus ad formãdos mores noſtros.

Tropologia ſcripturæ propria quænam.

Et licèt per quemcunque ſenſum alium inſtruantur mores noſtri, non tamen efficitur ſenſus Moralis, niſi quando ex ſimilitudine aliqua rerum geſtarum inſtructio ad bonos noſtros mores adhibetur. Nunquàm enim Moralis ſenſus, qui eſt pars ſpiritualis, idẽ efficitur cum literali. Quòd autem hãc diſtinctam quatuor ſenſuum differentiam veteres Patres nõ agnouerint, teſtantur eorum ſcripta, vbi promiſcuè, & indifferenter omnem ſenſum Myſticum vocabant, vel Allegoricum, vel Tropologicũ. Vnde Hieronymus epiſt. ad Hedibiã, *Tri-* B. Hieronym.

Epiſt.150.q.12 à medio, tom.3. circa dimid.

plex, inquit, *in corde noſtro deſcriptio, & regula Scripturarum eſt. Prima; vt intelligamus eas iuxta hiſtoriam: Secunda, iuxta Tropologiam: Tertia, iuxta intelligentiam ſpiritualem. In hiſtoria, eorum quæ ſcripta ſunt, ordo ſeruatur. In Tropologia, de litera ad maiora conſurgimus; & quicquid in priori populo carnaliter factum eſt, iuxta moralem interpretamur locum. & ad animæ noſtræ emolumenta conuertimus. In ſpirituali* Θεωρία, *ad ſublimiora tranſimus; terrena dimittimus; de futurorum beatitudine, & cæleſtibus diſputamus, vt præſentis vitæ meditatio vmbra futuræ beatitudinis ſit.* Hæc ille. Vbi Tropologicum ſenſum etſi propriè accipiat, alibi tamē pro omni ſenſu myſtico accipere conſueuit: quemadmodum in commentarijs in Prophetas, nihil diſcernens inter Tropologiam, & Allegoriam; Theoriam ſimul cum Anagogia illo in loco confundit. Adhæc Auguſtinus libro vnico de Geneſi ad literam, in Scriptura agnoſcit hiſtoriam tantùm, & allegoriam: quomodo Dionyſius lib. de Cœleſti hierar. Et Epiſtola ad Titum, Literalis ſenſus duntaxat, ac ſpiritalis cognitionē præ ſe fert, ſicut & Origenes lib. 4. Perìarchō: vbi optimè cōfirmat ſpiritualem ſenſum in Iudæos. Cyrillus in Leuiticum, tres conſtituit ſenſus, Hiſtoricum, Moralem, & Myſticum, ſicuti Gregorius lib. Moralium, & Hieronymus in Oſeam circa illud: *Ego dabo vobis ſtuporem*, & Auguſtinus libr. ſuper Geneſim ad literam omnes quatuor videtur attingere. Ait enim: *In libris omnibus ſanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimentur, quæ facta narrentur, quæ futura prænuntientur, quæ agenda præcipiantur, vel moneantur: hoc eſt, ſenſum Anagogicum, Hiſtoricum, Allegoricum, & Moralem.* Idem libr. de Trinitate. *Duplex eſt*, inquit, *allegoria, alia vocum, & alia rerum. Vocum allegoria, perpetua eſt metaphora.* vt Iſā. 11. *Habitabit Lupus cum agno, & pardus cum hœdo: Leo & vitulus accubabunt ſimul*: per quas voces metaphoricè ſumptas intelligit barbaras, & efferas nationes. Perpetua eſt etiam metaphora Pſalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit*: & reliqua eiuſdem Pſalmi ferè in finem vſque. Et hæc allegoria ſacris literis cum Poëtis, & oratoribus communis eſt. Nam allegoricum eſt illud Poëtæ:

Tom.5 6.7. & 8.

B. Aug. lib. vnico De Gene. ad lite. c. 2. tom. 3. circa med.

Diony. lib. de cæ. eſt. Hier. c. 2.

Idem Epiſt. 9

Orig. lib. 4. Periarchon c. 2. tom. 2. circa fin.

Cyrill. libr. 5. in Leuit. tom. 1 à medio.

Greg. lib. 16. Moral. c. 10. tom. 1.

Hierom. lib. 2. in Oſeam in c. 4. tom. 6. initio.

Aug. lib. 1. ſuper Geneſ. ad lit. c. 1. initio, tom. 3. circa med.

Idem lib. 15. De Trinit. c. 9. eod. tomo.

Duplex Allegoria ſecundùm Auguſtinum.

Virgi. eclo. 3

Claudite iam riuos, pueri, ſat prata biberunt,

ſicut & illud in eandem ſententiam:

Et iam tempus equum ſpumantia ſoluere colla:

niſi quod prius ruſticè ſub perſona paſtoris dictum eſt, & per vtrumque dictum ſignificatur id quod prouerbiali ſententia vſurpatur, ſummam manum imponere, ſiue ad vmbilicum ducere, ſiue colophonem addere, ſiue ſupremum fabulæ actum addere: quo ſignificatur cataſtrophe fabulæ. Allegoricum eſt & illud Prouerbium: *Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt*, pro eo quod eſt, Illi peccauerunt, nos pœnas luimus. Pertinet & ad iſtam allegoriam illud legis Moſaicæ: *Non alligabis os boui trituranti*, vt interpretatus eſt Paulus: etſi referri poſsit ad allegoriam propriam Scripturæ, quatenùs propriè de bobus dictum eſt. Illud verò Ioan. 4. *Videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem, & qui metit, mercedem accipit*, &c. Imò interdum patres eccleſiaſtici ſenſum literalem ſub metaphoris, & tropis propoſitum, allegoricum vocant, nimirum ad allegoriam vocum alludentes.

Allegoria rerum.

Secunda allegoria ſacræ Scripturæ propria, illa eſt, quando res, quæ corpore geſtæ, aut gerendæ ſunt, vt ſymbola, & figuræ aliarum rerum aſſumuntur, vt Chriſti, & regni eius; ſiue quod hic habet in Eccleſia militante, ſiue eius quod habet in triumphante. Hanc de quadruplici ſenſu doctrinam tradit ſanctus Doctor in quodlibetis: *Quia Scriptura*, inquit, *aut exponitur iuxta verborum ſignificationem, & colligitur ſenſus literalis. Aut ſecundùm ſignificationem rerum, ex qua elicimus vel quid ſit nobis agendum, & habemus ſenſum Moralem, ſeu Tropologicum; Aut quid eſt credendum, & efficitur ſenſus Allegoricus; Aut quod ſperamus, & credimus in futura beatitudine obtinendum, & dicitur ſenſus Anagogicus. Et ſecundùm omnes hos ſenſus dicitur Scriptura impleri modò in literali, modò in ſpirituali. Neceſſe eſt*, inquit, *impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me: nec enim omnia dicta de eo, in ſenſu literali continebantur.* Illam porrò doctrinam de duobus ſenſibus, literali, & Allegorico, tradunt Origenes in libr. Numerorum, & Hieronymus in illud Ezechielis: *Noli timere*, atque alij permulti Patres veteres. Etſi ergo illa diſtinctio ſenſus ſpiritualis in tres illas ſpecies veritati ſit conſona, commendationeque digna, atque commoda ſenſibus Myſticis diſcernendis, ac propterea retinenda: ea tamē veteribus Patribus multis ignota extitit ſub illis nominibus, & ſub illo præciſè numero, licèt ipſa res nequaquàm, & ideò promiſcuè, & ſine diſcrimine pro ſenſu myſtico illis vocibus abutebantur. Eucherius tamen Lugdunen. in præfat. ſua in librum formularum ſpiritualis intelligentiæ hanc veritatem, & vocabula eius agnouit. Ita enim habet: *Quapropter hiſtoria*

S. Thom. quodlib. 7. q. 6. art. 14. & 15. tom. 8.

Luc. vlt.

Origen. hom. 1 in Nume.

10. 1. ante dimid.

re iuxtam nobis factorum, ac fidem relationis inculcat: Tropologia ad vitæ emendationem Myſticos intellectus refert: Anagoge ad ſacratiora cœleſtium figurarum ſecreta perducit. Sunt etiam qui allegoriam in hoc ſiteutia quarto generi adjicendam putent, quam narrationem futurorum vmbram prætuliſſe confirment. Hactenùs ille. Caſſianus quoque eiuſdem meminit collat.14.c.8.

Triplex quędam alia à ſuperioribus diuerſa ſacrarū interpretatio Scripturarū. *F. Sixtus in Biblioth.ſan. lib.3.*

Elementaris interpretatio quęnā illa ſit.

Sunt prætereà qui præter iam dictos ſenſus, literalem, & ſpiritualem, in tria membra diſtributum, alios ſenſus in ſacris literis contineri, & à dictis diſtinctos inueniri contendant: nimirùm expoſitionem elementariam, Phyſicam alteram, aliamq́ue Propheticam. Et elementariam quidem explanationem vocāt, quæ circa ſignificationem ſimplicium elementorum, ſiue literarum verſatur. Et cùm elementa, ſiue literæ duo ſignificent; ſunt enim partes ſyllabarum indiuiduæ; & notæ prætereà ſint numerorum indices apud Hebræos, & Græcos, qui omne numerorum genus per literas repræſentant: quatenus literæ ſyllabarum ſunt partes, nouos ex eis ſenſus eliciunt, tam Myſticos, quàm literales: quod tribus rationibus efficiunt. Nam vel ſingulæ literæ ſingulas reddunt dictiones ab eadem litera incipientes, & ita per ſingulas dictiones explicant myſteria, quæ in tota illa dictione recondita deliteſcebant, vel alio modo: quia literas eiuſdem dictionis diſſitas, ac diſiunctas nouo ordine tranſponunt, & alteram vocem pro altera, variata ſede reponunt, & nouas proinde ſyllabas, & voces orationis partes, earumq́; auxilio reſerant intelligentias: & aiunt eſſe Cabalæ partem. Illuſtrant autem hoc exemplo Græco vocis Ἀδάμ; cuius teſtibus Auguſtino, Cypriano, ac Beda ſuper Ioannem, etymologiam à characteribus quatuor, quibus conſtat, petunt. Illum enim ſic dictum putāt: quia terra illa, ex qua fictus eſt, à quatuor mundi cardinibus, qui dicuntur Græcè Ἀνατολὴ, Δύσις, Ἄρκτος, & Μεσημβρία; id eſt Ortus, Occaſus, Septentrio, Meridies, aſſumpta fuit: quod Sibylla libr. 2. Oraculorum attigit, ponēs tres verſus eius myſterij.

Vnde comprobetur hic ſenſus. *B. Aug. tract. 9. in Ioan. circa finem to. 6. B. Cyprian. tract. De Sin. & Sina. Beda in Ioan. tom. 5.*

Sibyllæ de Adæ primi hominis formatione teſtimonium. *Gen.1.& 2.*

Αὐτὸς δὴ Θεός ἐσθ' ὁ πλάσας τετραγράμματον
Ἀδάμ,
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, καὶ οὔνομα πληρώσαντα,
Ἀντολίην τε δύσιν τε μεσημβρίαν τε, καὶ ἄρκτον.

Nimirum Deus is finxit tetragrammaton Adam,
Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet,
Ortus, Occaſus, Auſtrum, Boreamq́; rigentem.

Exemplum ſit etiam in Hieremia, qui Seſach pro Babel, commutatis literis poſuit. *Hier.25.& Ieſa.51.* Græcum enim alphabetum ab α vſque ad ω per ordinem protenditur: & ad exercendam puerorum memoriam ſoliti ſumus alphabeti ordinem inuertere, & primis extrema admiſcere: ita vt idem ſit α, & ω, β, & ψ, γ, & χ: Ita quoque Hebrēi per Aleph, Gimel procedunt vſque ad Tau, ita vt coniungantur א & ת, ב, & ש, ג, & ר, donec ad medium perueniatur, quod eſt ל & כ. Ita permutato ordine pro Babel poſitum legimus Seſach. Ita illi tranſponentes literas, pro Bereſcith legunt Bethiſcri, & ita pro, *In principio creauit*, legunt, *In Septembri creauit*. Et multa his ſimilia addunt. Tertius verò modus, arithmeticus eſt, quia prima decem elementa, incipiendo ab Aleph, א vſque ad Iod י in Hebræo idiomate, ſic alpha α vſque ad iota ι in Græco deſignat numeros ab vnitate ad decem: inde à Iod, quæ eſt ſymbolum decem, ſequentes literæ deſignant numeros, vt vicenarium, tricenarium, quadragenarium, & reliquos vſque ad centenarium, & inde poſteà alios ſubſequentes: quemadmodum apud Latinos C. D. I. L. M. V. X. C, enim, 100. D, 500. M, mille; L, 50. X, 10; V. quinarium, & I, vnitatem deſignant. Sed quia hæc ratio ſupputandi apud Latinos, omnes numeros non complectitur; idcirco hęc apud eoſdem vſitata in alijs numeris præter prædictos non ſunt. Appinn Grammaticus Alexandrinus, dictus à Tyberio Cæſare Cymbalum mundi, Homerum poëtam aſſerebat à ſyllaba, μῆν, ſuum poëma inchoaſſe, cùm dixit: Μῆνιν ἄειδε θεὰ, vt numerus librorum, quos ſcripſit in Iliade, & Odyſſea, conſtaret, nempè 48. Ait Iſaias Propheta cap.9. loquens de Meſsia, ac de eius imperio, *& multiplicatur*: vbi Hebraicè legitur לםרבה vbi litera Men clauſa, quæ nunquàm poni ſolet in medio dictionis, ſignificat ſpatium 1085. annorum vſque ad Meſsiam, & illud: *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc*, continet tot literas in nomine Ἀδάμ, quæ efficiunt ſimul 46. α vnum, δ, 4. rurſus α vnum, & Men 40. quia tot diebus Chriſti cōrpus in vtero Mariæ abſolutum eſt, teſte Auguſtino in Ioan. Ad eum modum in Apocalypſi cap. 13. iubet Deus computari numerum beſtiæ: *Numerus enim hominis eſt; & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.* Docent ergo Irenæus, & Hyppolitus martyr, nomen Antichriſti eſſe Τειταν, id eſt Gigas; Areta verò, Græcus autor, Λατεῖνος, Ticonius verò Donatiſta Λαμπέτις. Primaſius verò, Auguſtini diſcipulus, ait eſſe Ἀντέμος. Quæ profectò difficilius eſt intelligere, quàm impugnare; & facilius euertere, quā

Homerus ſuū Poema à ſyllaba μῆν cur ſit auſpicat', Appione teſte Grāmatico.

Gen.1.

Ioan.2. B. Aug. tract. 10 in Ioan. tom 9.

De nomine Antichriſti quodnam illud ſit, quatuor opiniones.

Apoc.13. B. Irenæ. lib. 5. Aduer Valent. prope fin. Hyppol. mart. Areta Græcus autor. Ticonius Donatiſta Grāmatica-

hæ illa elemẽtariæ Scripturarũ intelligẽtia variis rationib⁹ confutatur.

conſtituere. Et vt quidam hoc genus expoſitionis ſuperſtitiosè admirantur, & nouitate, & curioſitate ducti in cœlum vſque euehunt: ſunt tamen alij, meo quidem iudicio, prudentiores, qui rem hãc, tanquàm rem ludicram, & fortuitã omninò explodendam cenſeant.

Prima ratio.

Nam in primis hæc exponẽdi ratio tam apta nata eſt fouere Iudæorum ſomnia, & deliramenta, quàm ea impugnare varijs modis ſupputando literas, & dictiones pro ſuo arbitrio fingendo; ac proinde vt ſuperſtitioſa, ac vana deſerenda.

Secunda ratio.

Deinde in hanc literariam expoſitionem facit, quod omnis prodigioſa Valentinianorum, & Gnoſticorum inſania ex ea profectò ſit: vt Irenæus & Epiphanius ſcribentes in dictos Hæreticos docent.

B. Irenæ. lib 1. per multa capita, & alibi. Epiphan. in hæreſi 26. Idem in 31. hæreſim.

Tertia ratio.

Tertiò, non video quomodo accipere dictiones integras pro elementis, non ſit manifeſtè addere verbo Dei: at literarum ordinem inuertere, vt alia dictio pro alia accipiatur, non poſſum aſſequi quomodo non ſit verbum Dei corrumpere, ad noſtras cogitationes ſacris literis fulciendas. Et nullus eſſet certus ſenſus Spiritus ſancti, niſi ille quem quiſque excogitaret. Ita enim ſi liceret facere, quiſque in ſacris literis inueniret quòd ſibi arrideret, & non quòd Spiritus ſanctus vellet nos ex ſacris literis accipere. Nam remaneret dubium, cur potiùs acceptum nomen incipiens ab Aleph, quàm aliud, quod oppoſitum ſignificat ab eadem litera incipiens ſit ſumendum: & opus eſſet, vt has voces integras pro literis accipiamus, extare præceptum aliquod apertum cogens ad illud faciendum: & debuit nobis nouum alphabetũ Deus patefacere, quo exprimeret quę dictiones debent

Simile.

aſſumi pro elementis: quemadmodum illi, qui per notas ſcribunt, etiamſi alij, qui ignorant ſcribendi artificium, non intelligant ſenſum, illi tamen, qui inter ſe occultè ſcribere volunt, nouerunt quibus notis, & ſymbolis ad res explicãdas vti debeant: Nihil hîc tale inuenitur.

Quarta ratio.

Quartò, veteres Patres hoc genus interpretationis minimè ſunt conſectati, ſed inſectati potiùs, ac deteſtati. Neque poſſunt probare, eiuſmodi interpretandi regulam antiquiores, & doctiſſimos Iudæos cognouiſſe: quia potiùs ignoraſſe videntur qui inter illos claruerunt, vt Philo, & Ioſephus.

A quibus, & quorſum hęc adinuẽta doctrina.

Eſt ergo inuenta ab his, qui Chriſti aduentum pernegant: qui pro ſua obſtinatione dati ſunt iuſto Dei iudicio in reprobum ſenſum.

Rom 1.

Adã vbi formatus, com muni Patrũ doctrina.

Poſtremò Ἀδάμ Hebręis triliterum eſt, non quadriliterum, vt Græcis. Et vanum omninò, quòd ex quatuor orbis partibus aſſumptus ſit puluis, ex quo formatus eſt Adam; cùm traditio potiùs doceat in campo Damaſceno, non procul à Hieruſalem, primum hominem formatum. Vt interim nihil dicam de varijs, & falſis lectionibus, quas Iudæi ſacris literis affinxerunt: quas facilè eſſet per hãc expoſitionem tueri.

Loci aliquot Scripturarũ Iudæorum malitia deprauati atq; corrupti.

Legerent enim Geneſ. 49. Silo, pro Siloach: & Pſalm. 21. legerent Caari pro Caru, id eſt, *Sicut Leo*, pro, *foderũt*: & Pſal. 18. Cauam pro Colam, id eſt filũ pro ſono: & ſimilia multa.

Gen. 49. Pſal. 21. Pſal. 18. Amos 9.

Neque reuera eſt alia veterum Scripturarum Cabala, quæ legem veriſsimè, & ſolidiſsimè interpretetur, quàm Euãgelica, & Apoſtolica doctrina. Illa accommodatio in Græca lingua nominis Ἀδάμ ad quatuor elementa, ſignantia quatuor mundi partes, ingenioſa eſt, & non contemnenda, maximè ſi à Sibylla ſit deſumpta ſpiritu prophetico: ſed non concedit nobis, vt ſimili ratione interpretemur Scripturas, niſi ſpiritu ſimili prophetico præditi ſimus. Et melius accommodari ad hoc quòd Adam ſit pater omniũ hominum, qui in quatuor mundi partibus verſantur.

Quæ verò de numeris aſſeruntur, vt per maiorem numerum, vel minorem, quos Miſpar gadol, & Miſpar caton vocant, exponantur voces, & ex literis accipiãtur numeri quos cóficiunt, ad ſenſus per alias voces eiuſdem numeri explicandos, illa planè incerta ſunt, & fortuita. Quòd ſi Deus nomini Abrahę vnum addidit elementum, & Saræ alterũ detraxit, & numerum beſtiæ in Apocalypſi definiuit 666. hæc vt à Deo ad literã dicta, & intellecta, nonniſi ad ſenſum literalem ſpectant, nec opus eſt propterea nouum expoſitionis genus ſtatuere.

Gen. 17. Ibidem. Apoc. 13.

Certè quidã noſtri ſeculi ſcriptor retulit numerũ literarum ad Martinum Lutherum. Et certè multa nomina confingi poſſunt, quę illo numero conſtent: vt proinde parùm ſolida videãtur, quæ ex numeris, qui ex literis colliguntur, nomina diuinant. Et cõtra omnes iſtas exponendi rationes facit Irenæus, qui lib. 2. aduerſus Valentinum, cap. 40. in fine, in hunc modum ſcribit: *Adhuc autem & falſum demonſtrat commentum eorum, & inſtabile figmentum eorum etiam hoc ipſum, quod per numeros aliquando quidem, & per ſyllabas nominũ, aliquando autem & per ſyllabarum literas, aliquando verò & per numeros, qui ſecundùm Græcos in literis continentur, tentant inferre probationes, apertiſsimè cõſternationem, ſiue confuſionem, & inſtabilitatem ſcientia eorum, & extortum demonſtrat.*

B. Irenæ. Valentinianorũ ex numeris, & ſyllabis nominum, & ſyllabarum literis argumentantium vanitas redarguitur.

Hæc ille, & quæ ſequuntur, diſputans de nomine Ieſu, & Soteris; Ieſus enim nomẽ alterius linguæ exiſtẽs, ad Gręcorum numerum transferentes, aliquando

Idem lib. 1. c. 13. circa fin.

quidem Epiſemon eſſe dicūt, ſex habens literas; aliquando aūt plenitudinem Ogdoadadat, 88. numerum habens. Aliàs verò argumentationē à literis tradit eſſe frigidam, & ridiculam. *Sunt autem*, inquit, *digni planctu, qui tantam Dei religionem, & magnitudinē verè inenarrabilis virtutis, & tātas diſpoſitiones Dei per A, & B, & per numeros tam frigidos, & ſic extortos enuntiant: quotquot autem abſiſtunt ab Eccleſia & his anilibus fabulis aſſentiunt, verè à ſemetipſis ſunt damnati.*

Verè à ſemetipſis damnati qui.

Apoc. 22.

Eius loci Apocalypſeos, Etiam venio citò, Amen, acuta cuiuſdā, minus tamen idonea, & grauis interpretatio.

Gratianus.

B. Thom. tom. 14.

Euangeliſtæ Ioānis ætas.

Et in illud Apocalyp. vlt. *Etiam venio citò. Amen*, annotat quidam non indoctus vir, qui Biblijs corrigendis non pœnitendam nauit operam: *Amen*, inquit, *dictio familiaris Ioanni, qua præ cæteris in Euangelio ſcribendo eſt vſus, eo quòd iam ſenio confectus ſcripſerit: & ſignificant literæ huius particulæ 99. vt etiam tradit Gratianus Diſt. 83. cap Qualiter verò. Nam in ἀμὴν alpha, vnum denotat, mi verò 40. n ita longum 8. & v. ni. 15. qui numeri ſimul collecti faciunt 99. Ioannes autem annos fertur vixiſſe 99.* Sed reuera leuia hæc videri poſſunt viris doctis: quia Ioannes, vt etiam teſtatur B. Thomas in c. vlti. Euangelij eius, nonaginta tātùm annos vixit, nō nonaginta nouem, & facilè fuit per extenſionem vnius elementi ex 90. facere 99.

Amen quid myſticè.

Deinde non omnia quæ ſcripſit, anno vltimo vitę ſuæ ſcripſit: nec obdormiuit in Domino qui adhuc viuit, vt ſuo loco comprobabimus. Et præpoſterū eſt, ab euentu, quòd 99. anno deceſſiſſet, eum vſum fuiſſe familiariùs particula illa Amē. Melius fortaſſe dixiſſet, Amen eſſe particulam confirmantem, & peculiariter Chriſtum denotare: *Hæc (ait) dicit, Amen, teſtis fidelis, & verus.*

Apoc. 3.

Quid ſit illud: Amen amen dico vobis.

1. Ioan.

Et ita dicere, Amen dico vobis, vel duplicato vti Amen amen, erat perinde ac dicere, in Chriſto affirmo ſiue aſſeuero, quod eſt hominis perſuaſiſſimi, & quæ dicit, vehementer aſſeuerantis vt certiſſima, & firmiſſima, iuxta illud: *Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.*

Phyſica interpretatio qualis ſit.

Secunda expoſitio, dicitur Phyſica, quę ſacros diuinæ Scripturæ ſermones ad naturæ vniuerſitatem transfert, ſiue ad totius naturæ vires, & opera, id eſt materiam, & formam, partemq; huius mundi ſenſibilis inquirēs, in Diuinis, motum, ordinem, ornatum, & numerum ſphærarum cœleſtium, elementorum proprietates, qualitates metallorū, virtutes plantarum, & animantium mores: & ad triplicis mundi conuenientiā, & vniuerſam rerū naturam, arcam tabernaculi, vaſa, veſtes, ritus, ſacrificia, & reliqua myſteria accommodando.

A quibus inuenta excogitataque.

Philo.

Ioſephus.

Clem. Alex.

B. Hieronym.

Sunt porrò huius ſenſus primarij autores Philo, Ioſephus, ex noſtris verò nonnihil attingunt Clemens Alexand. & Hieronymus ſcribens de arca, & Moſis tabernaculo. Ita vt atrium tabernaculi ſit typus mundi huius ſublunaris, pars dicta, Sanctum mundi cœleſtis; penetrale verò, ſiue adytum, vel Sanctum ſanctorum, exemplar mundi Angelici, in quo Cherubini cum arca Diuinæ prouidentiæ aſſiſtunt.

Quibus de cauſis illa non probetur commentandi ratio.

Vtrum hic ſenſus non fuit præcipuè à Deo ſpectatus, ſed per accidens innititur in Sacris literis: neque enim ad erudiendum nos de naturalibus rebus verbum Dei nobis conſignatum fuit. Non enim ſolent ſacra, & magna ea, quæ parua, & profana ſunt, deſignare; cùm tamen ſenſus myſticus talis eſſe debeat, vt per inferiora, & minora, ea, quæ maiora ſunt, & ſacratiora, denotentur. Deinde quæ naturalia ſunt, nō ſolent per myſteria, quæ ſupra naturā ſunt, indicari (id enim eſſet prępoſterum.)

Hæc quatenus Scripturis in textibus adhibita.

Iob 3 & 40.

Ibid. id eſt 40

Sup. à 39.

Ibidem.

Ibidem.

Interdum tamen conſueuit Deus, tum per Moſem, tum per Iobum, & Dauidē, opera naturalia cœlorū, aut elementorum, aut animalium docere, quo rerū cōditoris potentiam, ſapientiam, bonitatemq; admiremur: ſed hoc ad literā, & apertis vel tropicis verbis vt facit in libro Iob de Leuiathan, & Behemoth, & ſtruthione, ibice, accipitre, & alijs, in myſtico tamē ſenſu deſignare minimè ſolet. Adhæc, autores huius ſenſus, magna ex parte Iudæi ſunt, vt Philo, & Ioſephus: qui Chriſto ignorato, & veras, & ſolidas allegorias ex illis deducere nō valētes, verbū Dei ad operationes phyſicas depreſſerunt, cùm maiora cogitare non poſſent.

Phyſicę quorundã noſtri ſeculi ſcriptorum in ſacros & diuinos libros enarrationes notantur.

Tales ſunt expoſitiones phyſicæ, quas Ioannes Picus Mirandulanus ſuper Hexameron Moſis attulit (quas meritò, vt propria inuēta, ipſemet celebrat) quæ certe nihil habent ſolidi, aut veri, ſed tantùm ad oſtentationē ingenij deſeruiunt, detorquendo ſine vllo fructu verbū Dei ad varia diuerſorū Philoſophorū, id eſt, Peripateticorū Platonicorum, & Stoicorum dogmata. Talis etiā fuit expoſitio parabolæ Decē virginum, quam Barba Genuenſis philoſophus ſcripto libro protulit. Peccauit hac in parte Georgius Benignus in lib. Problematum, in quo ſenſus Scripturę latētes, aut ex officina Rabbinorū, aut ex Philoſophis, qui humano lumine ſcripſerūt, eruere conatur: quod & indignū eſt, & vix tolerabile eſſe videtur, quia interpretationē ſacrarum literarū plus tribuere videtur externis, & Chriſtū ignorantibus, quā noſtris ſapientibus veteribus Patribus. Quòd ſi allegorizare fabulas Poëtarum, & geſta Romanorum, pro moribus benè inſtituendis, ridiculum eſt, & à viris doctis exploſum; quāto magis ſacroſancta Dei verba ad opera naturę explicāda? Cer-

tè M.

M. Varro ahenæ, id eſt, falſæ, & ſuperſtitioſæ religionis homo, quoſnā veræ, id eſt Chriſtianæ religionis profeſſores damnare videatur.

tè M. Varro, teſte Auguſtino in l b. de Doctri. Chriſt. & de Ciuit. Dei, nō probat explicari fabulas Gentilium ad opera naturæ ſignificanda: vt hac in parte purus Ethnicus & paganus teſtimonium contra multos Chriſtianos proferat, qui hæc vana & magni faciunt, & admirantur; & in cœlos vſq; efferunt.

Quę ſit expoſitio prophetica ſecundùm ipſos.

Tertull. in 7. lib. aduerſus eccleſiam.

B. Hiero. tom. 1. circa finem.

Tertia verò expoſitio, prophetica eſt, & nullo humano ingenio excogitata, ſed ſolo diuini Spiritus afflatu reuelata, quę ad prædicenda futura nobis rerum euēta, antiqua Dei oracula & vaticinia accōmodat, In qua aiunt excelluiſſe Melitonē Sacolanſem, quē Tertullianus prophetam vocat, vt in Catalogo Scriprorum Eccleſiaſt. autor eſt Hieronymus? Methodium Martyrē, Proclum Epiſcopum Conſtātinnpolit. Ioachim Abbatem Floriacenſem, & Hieronymum Sauanarolam, qui conciones in Amos, Zachariam, & Danielem Prophetas, & in alios ſacros libros multas habuit, & de futuris nōnulla vaticinatus eſt. Proclus dictus (vt teſtis eſt Socrates) cùm Scytę, duce Ruga, aduerſus Romanū Imperium arma ſumpſiſſent, habuit coram Theodoſio Auguſto, & eius exercitu propheticam orationem, in qua expoſuit illud Ezechielis: *Fili hominis vaticinare contra Gog, & Magog*: & ſic ad inſtantis belli verba Prophetæ deflexit, vt pœnas à Propheta deſcriptas Barbaris imminere prædixerit. Cui explicationi Deus fauit igne cœlitus demiſſo, & præcipuis Barbarorum incendio abſumptis.

Socrates lib. 7. hiſt. eccleſ. cap. 42.

Ezech. 39.

Quid de illa ſentiendum ſit.

Matth. 24.

1. Machab. 1.

Dan 9.

Sed reuera, vt nos ſententiā noſtram de hoc Prophetico ſenſu proferamus, primū dicimus nō repugnare, vnā & eandem prophetiam ſæpius impleri, vt eſt illa: *Cū videritis abominationem deſolationis*: quæ in Machabæorum libris ſub Antiocho Epiphane producitur, & Chriſtus ad inſtantis excidij Hieroſolymitani tēpus ſpectare prædixit, & de tot idolis in templo Dei poſitis à Doctoribus Catholicis explicatur, & in Antichriſto futuro implendam quidam docēt. Simile eſt illud: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filiū*: quod & in Salomone primū, & deinde in Chriſto impletū, Paulus ad Hebræos colligit. Et illud etiam teſtimonium: *Ex Aegypto vocaui filium meum*: & in patribus ex Aegypto eductis, & in Ieſu filio Dei inde vocato completū eſt. Deinde aſſerimus periculoſam eſſe, & plerumq; meo iudicio falſam hanc exponendi rationem, plenā curioſitatis, & vanitatis: quia plerumque quæ ſpiritualia bella dęmonū, & impiorum cōtra fidem & bonos mores decertantium ſignificant, trahuntur ſine ſpiritu ad bella tēporalia, etiā inter ipſos Principes Chriſtianos deſignāda. Adhęc ille Methodius Martyr Olympiæ Liciæ Epiſcopus, & poſtea Tyri, nō eſt autor eius libri prophetici, qui circumfertur ſub eius nomine, ſed Methodius Cyrenſis Epiſcopus: in cuius Prophetico libro cùm citetur Magiſter ſententiarum, & alia non ſatis rationi conſona, videri poſſet hic liber ab aliquo magno nebulone compoſitus. Abbas verò Ioachim, qui prophetico ſpiritu, vt ipſe putabat, cōſcripſit, planè errauit in nonnullis, vt Thomas ait in Quarto. *Quia*, inquit, *per coniecturas mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, & aliquando fallitur, & de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit*. Similiter Hieronymus Sauanarola in multis falſus fuit, quæ ſpiritu Prophetico prædixiſſe ſe iactabat, & in illo eodē lumine quo locuti ſunt illi Prophetæ, ſe loqui affirmabat; omnia Prophetarū dicta ad temporalē proſperitatē, & felicitatem Florentinorū violenter trahens. Teſtabatur præterea, nullū eſſe tam ſenem inter eos, qui verbū eius audiebāt, quin eas proſperitates proprijs oculis eſſet ſpectaturus: ſed quantum ab ſcopo aberrauerit, euētus ipſe ſatis poteſt vnumquemq; erudire. Quidam ſanè, qui me primas literas Hebręas docere cœpit, vir in linguis, & diſciplinis eruditus, oēs Scripturas ad Regis Franciſci fauorē, qui eo tempore pręliabatur cōtra Carolum V. Imperatorē, tāta aſſeueratione detorquebat, vt nō ſecus de ea re, ac de re præterita atq; iam cōfecta loqueretur; cùm tn̄ omnia aliter atque prędiceret, euenirēt; &, quod maius eſt, hæc ex Scripturis depromebat vaticinia.

Qualis ſit hæc cōmentandi ratio.

Abbas Ioachim vaticinia Propheta rū ad res terrenas acommodās, quantum inhæſit coniecturis humanis.

B. Thom. in Quarto diſt. 43 art. 3 q. 2. ad 3 tom 7.

Hieronymū Sauanarolā vanitas & arrogātia prophetarum, ipſa verò quas prædixit, rerū experientia fecit pſeudoprophetā.

Ex quibus colligo, falſam eſſe ac curioſitatis, atq; periculi plenam eiuſmodi Scripturas explicandi rationem, Falſum quoq; eſſe, præter ſenſum literalem, & ſpiritualē, alios ſenſus in ſacris literis inueniri: quod ab initio probandum ſuſcepimus.

PROLEGOMENON VIII.

In quo oſtenditur, vnum, & eundem Scripturæ locum poſſe plures literales ſenſus admittere: & qua ratione id fieri queat.

Qui ſecus ſētiunt, quibus rationibus id efficiant.

OStendimus ſuperiori Prolegomeno, vnam & eandem Scripturam plures ſenſus habere poſſe, nimirùm Hiſtoricum, & Spiritualem multiplicem. Iam illud in controuerſia poſitum eſt, an vna, & eadem numero litera plures ſenſus literales habere queat? Exiſtimant nonnulli, ſenſuum multitudinem non poſſe conſurge-

re niſi ex æquiuocatione, & ambiguitate vocum: quod abſurdum eſſe arbitrantur.

Primum argumentum.

Cùm enim ſenſus literalis ſit, qui ex litera ſumitur; ſi vna & eadē litera non habet niſi vnam ſignificationem: ergo vnum tantùm ſenſum indicabit: ſi plura ſignificata cōplectitur, plures ſenſus efficiet. Sed tunc nullus illorum erit certus ex vocibus æquiuocis.

Secundum.

Deinde ſenſus literalis eſt, quem miniſter verbi Dei, ſiue Apoſtolus, ſiue Propheta ſit, principaliter ſpectat. Sed ille non poteſt plura intendere, ergo nec plura ſignificare.

Tertium.

Adhæc autor ſacræ Scripturæ eſt vnus Deus ſummè ſimplex: verba ergo eius ſumma ſimplicitate conſtabunt; ac proinde plures ſenſus reſpuent.

Quartum.

Demùm nihil eſt ſacræ Scripturę magis congruum & conueniens, quàm firmitas, & certitudo: nihil ab illa magis alienum, quàm incerta, & infirma ſenſuum ratio. Si ergo plures vni loco accommodentur ſenſus literam ſpectantes, tota eius firmitas, & certitudo nutabit, & nihil per eam certi, aut firmi ſtatuere, & alios impugnando, aut noſtra propugnando poterimus. Videri enim poſſet eiuſmodi argumentatio procedere à diſiunctiua propoſitione ad aliquam eius partem, vt Dialectici loquuntur: quæ ratio argumentandi inermis eſt & infirma, & oracula Spiritus ſancti quam ſimillima redderētur oraculis Apollinis Loxię, quę obſcura erāt, & in vtramq; cōtradictionis partē verti poterāt, vt illud:

Qualia Apollinis eſſent oracula.

Aio te, AEacida, Romanos vincere poſſe.

His tamen non obſtantibus, contrarium nobis aſſerendum eſt. Quod vt apertè & efficaciter comprobemus, quatuor nobis præſtanda ſunt: Primum, vnum & eundem locum plures admittere ſenſus literales, ſtatuemus: Deinde qua ratione & via illud fieri contingat, aperiemus: Tertio loco, quis ex pluribus ſenſibus propoſitis cæteris præcellere debeat, indicabimus: Poſtremò facili negotio quæ in oppoſitum obiecta ſunt, refellentur.

Multorum ſenſuum in vna litera veritas comprobatur. Primus locus.

Quòd ergo vna Scripturæ ſententia plures ſenſus literales excipiat, oſtendo exemplo ex Pauli doctrina ſumpto. Ille enim Dauidis verbum: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*, multipliciter ad literam expoſuit. Primò quidem de æterna generatione ex Patris ſubſtantia, vt vult Auguſtinus cùm multis alijs. Vnde ad Hebræos 1. Chriſti diuinitatem comprobans, ait: *Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Angeli ſiquidem miniſtri dicuntur, & non ex Dei ſubſtantia geniti, ſed facti, & conditi, iuxta illud: *Qui facit Angelos ſuos, ſpiritus; & miniſtros ſuos, flammam ignis*: at Chriſtus à Patre genitus pronuntiatur.

Auguſt. in Pſalm 2. Illud Regij Prophetę: Filius meus es tu, ego hodie genui te, tripliciter ad literā Apoſtolus intelligit.

Primus ſenſus. *Pſalm. 2.* *Hebr. 1.* *Pſalm. 103.* *Hebr. 1.*

Et pulchrè illa æterna Filij generatio præterito perfecto Genui, & Aduerbio præſentis temporis, Hodie, deſcribitur: quia illa eſt perfecta, & ſingularis generatio, qua tota Patris natura Filio communicatur, & præſentanea eſt, futuri, & præteriti neſcia. Semper enim verum eſt Filium gigni, Filium genitum eſſe, & Filium gignendum, ob æternitatem, quæ omne tempus complectitur.

Verbi à Patre æterna generatio præteriti, & pręſentis temporis cur verbis exprimi ſoleat.

Alter ſenſus. *Act. 13.* *Pſalm. 2.* *Ibidem.*

Secundò intelligitur à Paulo de glorioſa Chriſti ex mortuis reſurrectione. Ita enim prædicando dixit: *Reſuſcitans Ieſum; ſicut & in Pſalmo 2. ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cui ſenſui congruit quod in illo Pſalmo paſsionem, & Chriſti mortem concionatur Propheta. Congruit etiam quod idem Dauid ſubiungit: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ*: hoc enim reſurrectionem eius conſecutum eſt, vt miniſterio Apoſtolorum hæreditatem ſuam in Gentibus comparauerit. Congruit & Aduerbium, *Hodie*, quod Apoſtolus Hebr. 4. reſurrectioni tribuit, & per reſurrectionem ad immortalitatem, æternitatis aditum ſibi reſerauit, & omnes temporis differentias ſibi competere demonſtrauit. *Hebr. 4.* Competit etiam illi verbum generationis: quia reſurrectione planè Deus, & omni gloria plenus apparuit. Quemadmodum & nos regenerari dicemur, cùm completa fuerit, & conſummata corporis noſtri gloria. Ad hæc, more noſtro, vbi quis ab inſtanti vitæ periculo, vel deplorato corporis morbo euaſerit, ita dicere conſueuit: Ego hodie natus ſum, vel genitus ſum: & parentes, vel Medici, qui eius liberationi operam dederunt, dicere illi poſſunt: Fili, ego hodie te genui, vel, ego te hodie in lucem parturiui, vel, ego te hodie à morte excitaui.

Tertius ſenſus. *Hebr. 5.*

Tertiò, eadem ſententia probat Paulus, Chriſtum à Patre ad ſacerdotium promotum fuiſſe, dicens: *Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Quemadmodum & in alio loco dicit: *Tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Expende, Apoſtolum duplici teſtimonio Dauidis confirmare, aſſumptionem Chriſti ad ſacerdotium Dei patris autoritate, & voluntate illė contigiſſe: & ita ſecundum teſtimonium explicat prius, quod prima facie ad rem facere non videbatur. Perpende tamen, vt hoc obiter explicem, ſacerdotium in lege Naturæ, ad primogenitos hæreditario iure ſpectaſſe; vt ita

Quàm rectè prędicto Apoſtolus teſti-

optimè

monio probet ſummum Chriſti ſacerdotium. *Matth. 26.*

optime argumentari videatur. Ex eo enim quòd eſt filius à Deo genitus, & primogenitus, infertur eius ſacerdotium, & quidem æternum ſecundùm ordinẽ Melchiſedech: quo perſunctus eſt in cœna, dum panem & vinum Deo litauit. Vides ergo, vnã & eandem ſententiam, etiã Pauli Apoſtoli teſtimonio, tres ſenſus admittere, & illos quidẽ longè diuerſos, & nõ myſticos, ſed literales. Nam argumentatur Apoſtolus non ex rebus per voces ſignificatis, ſed ex nudis verbis ipſius literæ. Vt interim illud omittam, quod poſſet etiam commodè intelligi de generatione temporali ex Virgine, de qua ait Matthæus: Chriſti autem generatio ſic erat, & quia opera Spiritus ſancti conceptus, & ſalua matris virginitate in lucẽ editus, dici poſſet aliqua ratione à Deo genitus, vt Theophylactus ex quorundam ſententia docet: *Non eſt, ait, ſermo de ea generatione, quæ præceßit ante ſecula, ſed de ea quæ eſt ſecundum carnem: nam & ipſa ex ſupernis fuit ex Spiritu ſancto, & Patris voluntate bona. Neque illud Hodie, illi pugnaret, ſiquidem Angelus dixit: Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator.* Et ad id indicandum fortaſsis Eccleſia in die Natiuitatis primum illud caput ad Hebræ. in quo continetur prędicta ſententia, legere conſueuit.

Quartus alius prædictæ ſententiæ intellectus non incongruus. *Matth. 1. Luc. 1. Infra 2. Theophyl. in Matth. c. 1. Matth. 1. Luc. 2.*

Alter locus. *Pſalm. 2.* Id Pſalmi: Apprehendite diſciplinam, &c. quadruplicẽ ſenſum literalem capit ſecundũ Patres.

Eſt & quintus ſenſus ab omnibus pręcedentibus diuerſus & verus, Ego feci hodie, vt intelligant homines te eſſe filium meum conſubſtantialẽ: eſt namq; regula illa ad aperiendas Scripturas accõmodata, per quã aliquid fieri dicitur eo tempore quo innoteſcit. Quæ ſi vera ſunt, habes vnius, & eiuſdem loci quatuor ſiue quinq; ſenſus literales maxima Chriſti myſteria indicantes.

Deinde idẽ alio exemplo eiuſdem 2. Pſalmi confirmo. Nam propheta apoſtrophans ad Reges & Principes, ait: *Et nunc, Reges, intelligite; erudimini qui iudicatis terram, &c. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Verba Hebræa ſunt נשקו־בר quę ambigua ſunt & quadruplicẽ habent interpretationem, & verã, & literæ conſonã, vt nulla illarũ iure reijci valeat. Nã &, *Adorate filiũ*; &, *Adorate purè*, ſiue electè; &, *Oſculamini triticum*; &, *Apprehendite diſciplinã*, interpretatũ eſt à diuerſis: imò etiam ab eodem Hieronymo nũc vno modo, nunc altero. Cumque iſtam varietatem deprehendiſſet Ruffinus in Hieronymo; ipſe in Apologia aduerſus eum ita reſpondet: *Niſi*, inquit, *& prolixum eſſet, & redoleret gloriolam, iam hinc tibi oſtenderem quid valeat a-tis habeat magiſtrorum limina terere, & artem ab artificibus diſcere; & videres quanta ſilua ſit apud Hebræos ambiguorum nominũ atq; verborum. Quæ res diuerſæ interpretationi materiam præbuit, dum vnuſquiſq; inter dubia, quod ſibi cõſequentius videtur, hoc transfert.* Hæc ille doctiſsimus Pater. Ex cuius verbis & obſeruatione nemo mirari debet, ſi aliter verterint Septuaginta, aliter Aquila, aliter Symmachus, aliter Theodotion, aliter Chaldæus Paraphraſtes, aliter Hieronymus, & ipſe Hieronymus aliter aliquãdo à ſe ipſo, pro ratione loci, & temporis. Lectionem primam probant Rabbini Auenefra, & Dauid Kimhi, & Hieronymus in Commẽtarijs in 2. Pſalmum: Secundam ſequitur Hieronymus in Pſalterio ex Hebræo: Tertiam, ſequuntur Felix, & Campenſis: Poſtremam tradunt 70. & Chaldæus Paraphraſtes, & Aquila Ponticus: Suſcipite diſciplinã, vel, Recipite doctrinam: quæ quidẽ interpretatio paraphraſtica eſt, & perinde eſt ac ſi dixiſſet: Suſcipite Regis Meſſiæ eruditionẽ & legẽ. Cum. n. præcedat, Reges terræ aſtitiſſe, & principes terræ conueniſſe contra Chriſtũ, & dixiſſe: *Dirumpamus vincula eorũ*, &c. iã reges inuitat, vt ab errore ſuo reſipiſcẽtes, audita pręſertim eius reſurrectione, & Euangelio in Gentibus prædicato, vt iã Reges & iudices, in quorũ capitibus erudiuntur inferiores, intelligant, & eruditionẽ, quã fide intelligũt, ſuſcipiãt: quod eſt Meſſiam eruditorẽ cum eius doctrina ſuſcipere; ne Pater (qui nomine Dñi exprimitur) iratus omninò vos expellat à via ſalutis æternę. Prima expoſitio cõmoda eſt: *Adorate filium*, id eſt illum, in quẽ debacchati eſtis, & quem acerba, & ignominioſa crucis morte afflixiſtis, iã cognoſcite: cultũ latriæ vt vero Dei filio impendite, vt ſalui ſitis. Secunda expoſitio eſt: *Adorate purè*, ſiue electè. Multi enim ſunt ficti, & quærunt quæ ſua ſunt, & non quæ Ieſu Chriſti: & propterea adhortatur, vt remota omni fictiõe, & hypocriſi, Chriſto Meſsię ſeſe adiungãt. Tertia verò interpretatio non eſt contẽnenda. Significat enim Bar inter alia triticum, ſiue frumentũ. Et eſt ſenſus: Adorate, vel, oſculamini, id eſt oſculo reuerentiæ ſuſcipite in Sacramento Euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis & vini Filiũ Dei, adorantes eũ, & ſyncera fide venerãtes; vt ita euadere poſsitis irã Patris in eos qui contemnunt, & nõ recipiunt; de qua dixit Moyſes: *Quæ autẽ verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam*: Ex his, cæteris præſtare videtur illa, *Adorate filium*, quia de Filio ſpeciatius dictũ eſt: *aduerſus Dominũ, & aduerſus Chriſtũ eius. Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

Hieron. lib. 1. apol. aduerſ. Ruffin. paulo à med. tom. 2. circa dimid.

Hebræa lingua ambiguis, & æquiuocis nominib. & verbis abundat.

Auenefra. Dauid Kimhi. Hier. tom. 9. Idem ibidem. Felix. Campenſis. LXX. Interp. Chaldæus paraphraſt. Aquila Ponticus.

Primus ſenſus.

Secundus ſenſus. *Philip. 2.*

Tertius ſenſus.

Deut. 18.

Quis optimus illorum ſenſus iudicandus ſit.

Tertius locus.

Tertio loco argumẽtor ex ſentẽtia Iſai. optimæ illi Dauidis productæ nequaquam

diſsi-

Iſai 53.
Eius dicti Iſaiæ: Generationem eius quis enarrabit multiplex profertur intelligentia.

diſſimili, quæ habet: *Generationem eius quis enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuentium.* Quem locum multi Patres ad diuinam referunt generationem: multi etiam ad humanam ex Virgine per Spiritum ſanctum factam, quæ ineffabilis eſt, & humano ſenſui incomprehenſa. Atque his duobus ſenſibus corroborandis, quia clari ſunt & aperti, & pleriſque Patribus aſſerti, non inſiſto. Certè Tertullianus libro in Iudæos bis legit: *Natiuitatem eius quis enarrabit?* ſicut Lactantius in diuinarum libro inſtitutionum, & interpretatur de conceptu eius in Vtero Virginis Mariæ: & ſimiliter Iuſtinus Martyr Dialogo in Tryphonem. Quidam volunt, idem verbum ad admirandam Chriſti reſurrectionem referri: nam illa eius ignominioſam mortem ſubſecuta eſt. Cui quadrat quod ait: *Quia abſciſſus de terra viuentium.* Illa quoque incognita nobis prorſus eſt, & inenarrabilis. Conuenit etiam huic loco ita explicato de reſurrectione ſententia prior: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* quæ teſtimonio Apoſtoli reſurrectionem vaticinatur; & ob eandem cauſſam ab Apoſtolo vocatur Primogenitus mortuorum. Atque eius reſurrectioni intelligendæ magis ſeruiunt verba Prophetę, quibus in toto illo capite mortem Chriſti concionatur, quàm generationi Diuinæ ab æterno, vel temporali ex Virgine. Cæterùm alij ad generationem Chriſti paſsiuam, hoc eſt ad ſobolem, & filios innumerabiles, quos ſua morte ad iuſtitiam, & ſalutem erat regeniturus, accommodant. Vt ſit ſenſus: Quis enumerare valeat filiorum ſpiritualium numerum, quos merito ſuæ paſsinnis ſecundùm ſpiritum generabit, ſecundùm illud: *Hæc eſt generatio quærentium Deum?* Quem ſenſum quæ in eo loco ſubiungit Propheta, comprobant: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* Et rurſus: *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur,* nimirùm filiorum ſpiritualium multitudine. De qua addit: *In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe ſeruus meus multos.* Qui certè ſenſus elegãs eſt, & textui, & myſterio, de quo loquitur, conſonus.

Primus ſenſus.
Secundus ſenſus.
Tertull. Lect. lib. 4. cap 18. paulo à med.
Iuſtin. martyr tom 2.
Tertius ſenſus.
Pſalm. 2.
Apocal. 1.
Coloſſ. 1. & 1. Cor. 15.
Quartus ſenſus.
Pſalm. 23.

Non deſunt qui per vocem generationis, quæ in Hebræo dicitur Dor, geſta, & acta alicuius ſua ætate ſiue ſeculo ſuo ſignificari exiſtiment: ita vt ſit ſenſus; *Generationem eius quis enarrabit?* hoc eſt, natiuitatem eius, vitæ progreſſum, ſanctiſsimos mores, miracula, geſtaque omnia, doctrinam, vim diſputandi, eius mortem, atq; reſurrectionem quis valeat humano ore, aut oratione complecti, atque ita hic ſenſus vt plenior, cæteros omnes prædictos comprehendit.

Quintus ſenſus ſuperioribus anteponendus.
Dor Hebræis quid.
Gen. 37.

Certè omnes iſtæ expoſitiones elegãtes videntur, literæ, & veritati ſunt cõſonæ, nulla alteri repugnat; ac proinde ego nullam reprehendere auderem. Quartò idem confirmatur ex ſententia illa Caiphæ apud Ioannem; *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat;* quam in vno ſenſu Caiphas pronunciauit, eliciens ex illa Chriſti mortem, & in alio ſenſu accepit Ioannes à Spiritu ſancto inſtructus; educensq; ex temporali Chriſti morte ſempiternam mundi ſalutem. Quis igitur non admiretur in eiſdem verbis tam diuerſos ſenſus, & ipſi literæ, & veritati tam conſentientes? Quintò, dogma plurium ſenſuum mirificè confirmatur ex illo capit. Dan. 9. *Et erit,* inquit, *in templo abominatio deſolationis;* quam Chriſtus euenturam apud Matthæum prædixit: & tamen autor libri Machabæorum in Antiocho Epiphane abominandum idolum in templo ad adorandum proponente iam exitum habuiſſe demonſtrat: vbi vides vnam & eandem prophetiam in pluribus euentibus exitum ſortiri. Sextò corroboratur præſens dogma ex illa prima Geneſis ſententia: *In principio creauit Deus cœlum, & terram:* cui etſi diuerſi Patres varios ſenſus adſcribant, vnus tamen Auguſtinus libr. Confeſſ. quinque eius ſententiæ literales ſenſus enumerat: & eos omnes deinde tanquam veros, & literæ congruentes approbat. Quorum primus eſt: *In principio creauit Deus cœlum, & terram:* id eſt, In Verbo ſuo ſibi coæterno fecit Deus intelligibilem, atque ſenſibilem creaturam. Secundus: In Verbo ſuo ſibi coæterno fecit Deus vniuerſam iſtam molem corporei mundi, cum omnibus quas continet vniuerſis naturis. Tertius: In Verbo ſuo cõdidit Deus informem materiã creaturæ ſpiritualis, & corporalis. Quartus: In Verbo ſuo cõdidit Deus informem materiam creaturæ corporalis: vbi confuſum adhuc erat cœlũ, & terra, quæ nunc diſtincta, atq; formata ſentimus. Quintus: *In principio,* hoc eſt in ipſo exordio faciendi, atque operandi fecit Deus informem materiam confusè habentem cęlum, & terram: vnde formata nunc eminẽt atq; apparent cum omnibus quæ in eis ſunt. Procopius Gazæus Sophiſta in Geneſim, quinque alios ſenſus illi tribuit ſententiæ: vt primus ſit: *In principio,* ſcilicet temporis, quo & tempus ipſum eſt conditũ. Secundus: *In principio,* id eſt vice fundamenti ad mundi ædificium futurum, primò condidit cœlum, & terram. Tertius: *In principio,* id eſt in finem bonum Deus condidit mundum, quo videlicet hac tanta machina animos mortalium ad ſe allice-

rer,

Quartus locus.
Ioan. 11.
Dictũ Caiphæ: Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, &c. dupliciter accipitur.
Quintus locus.
Dan. 9.
Matth. 24.
1. Mach. 1.
Abominatio deſolationis duplex.
Sextus locus.
Gen. 1.
Ex propoſitione: In principio creauit Deus cœlum & terram, quinque modis accipit ab Auguſtinus.
August. lib. 12. Confeſſ. c. 20. tom. 1. inter, cap 28.
Primus ſenſus.
Secundus ſenſus.
Tertius.
Quartus.
Quintus.
Eadem ſententia: In principio creauit Deus, &c quinq; alios ſenſus accõmodat Gazę Procopius.
Procop. Gazæus in c. 1. Gen.
Primus ſenſus.
Secundus.
Tertius.

Quartus.

ret, & ad veram ſui conditoris cognitionē induceret. Quartus: ait alludi Græca voce Ἐν ἀρχῇ ad Regiam poteſtatem, quæ illa voce exprimitur: quia Deus potentiſsimus ſui iuris, & à nullo pendens, cuncta pro ſuo arbitrio creauit.

Quintus. Reſchit, vox Hebræa quid ſignet. B. Thom. in quæſt. de Potent. art 1. 10. & 11. princ. Per eandem vnam Geneſi ſententiā iam dictam quænam hæreſes & impia dogmata cōfutentur.

Quintus ſenſus, ait alludi ad Hebræam vocem Reſchit, quæ caput ſignat; vt ſignificet Deum cœlum & terram, prima entium viſibilia, tanquam aliarum rerum ceu corporis capita feciſſe. Sic ille in ſenſu, & vt B. Thomas rectè docuit, ad Dei Maieſtatem ſpectabat, vt eodem verbo poſſent plures hæreſes iugulari. Nam perpende, obſecro, prudēs lector, quot Spiritus ſanctus colaphos impingat vni Ariſtoteli in prædicta illa Moyſi prima ſententia.

Prim⁹ error. Gen. 1. Kedem quid Chaldæis.

Nam dicendo, In principio, nimirùm temporis; nam ſequitur, *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, hoc eſt primus: & Chaldæa paraphraſis vertit, Bekadmin, à voce Kedem deriuata, quę initium temporis ſignificat explicans, principium ad temporis initium referendum eſſe, æternitatem mundi tot rationibus ab eo comprobaram confutauit.

Ariſt. Secundus error.

Deinde dicendo, *Creauit*, effectionem illam ex nihilo, quàm creationem vocamus, conſtabiliuit: quàm tamen Deo negaſſe videtur, communi illo principio deceptus: Ex nihilo nihil fit.

Tertius error

Tertiò, cùm dicat: Creauit Deus in principio, hoc eſt à certo tempore, Deum oſtendit agens eſſe liberum, & voluntarium, non neceſſarium, aut naturale, vt ille voluit.

Quartus error. Qua ratione Philoſophi adducti negauerint de nihilo aliquid fieri poſſe.

Quartò, cùm dixerit, *Deus*, ſiue vt Hebraicè in plurali Elohim; oſtendit ſublime Trinitatis Myſterium, & perſonarum multitudinem Diuinæ ſubſtantiæ vnitati, & operationi in verbo creandi deſignatæ, minimè repugnare: quanquam Plato, & Ariſtoteles, & alij ſapientes hoc myſteriū omninò ignorauerint, quòd rectæ rationi illis repugnare videretur.

Quintus error. Ariſt. lib. 2. de cœlo, cap. 1. tom. 2.

Quintò, tradēs creationem cœli, & terræ docuit cœlos eſſe generabiles, ac proinde corruptibiles, vt eſt magis Scripturæ conſonum & probabilius: cuius tamen contrarium in libris de Cœlo perſuadere conatus eſt Ariſtoteles. Et cùm in principio Scripturæ tradiderint cœlos generatos: ita in poſtremo libro Apocalypſis (in quo mundi conſummatio deſcribitur) cœlos quoque, & terram interijſſe, atque ex illis cœlos nouos, & terram nouam diuinitùs extitiſſe commemoratur, iuxta illud: *Vidi cœlum nouum, & terram nouam.*

Apocal. 21.

Septimus locus. Iſai. 53. Illud Iſaiæ: Verè languores noſtros ipſe tulit, &c. duplicem habet intellectum. Matth. 8. 1. Petr. 2.

Ad hæc, illud Iſaiæ 53. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit:* duplicem ſenſum habet, & vtrumque per Spiritum ſanctum approbatū. Nam primò Matthæus c. 8. hæc verba allegauit, vt probaret omne genus corporalium morborū Dominum ex nobis depuliſſe. At B. Petrus 1. Epiſt. cap. 2. hunc locum ad peccata retulit, & iuxta editionem 72. hunc locum videtur citare, ſi Græca Græcis conferas. Habent enim Septuaginta: *Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet.* Petrus verò ad hæc alludēs: *Quia peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*: & ideò verſio Hieronymi, quæ vtrumq; ſenſum commodè poteſt recipere, pręſtantior eſt. Eſtque hic locus illi non diſsimilis, explicatus à B. Baſilio in regulis breuioribus cap. 177. in vtroque ſenſu; & Chryſoſtomus in cap. 8. Matthæi cum Theophylacto, ad morbos primùm animi, deinde etiam ad corporis infirmitates refert; ſicut & Origen. in cap. 8. & 15. Epiſt. ad Roman.

Hiero. tom. 5.
3. Baſil. to. 2.
Chryſoſt. hom. 26. in Matth. tom. 2. Theophyl. in 8. Matth. Orig. tom. 2.

Octauus locus. Habac. 2. Hebr. 10. Illud Prophetæ Habacuc: Si moram fecerit, expecta illū, quia veniens veniet, & non tardabit: dupliciter ad literam intelligitur.

Poſtremò Habac. 2. dicitur de primo Chriſti aduentu: *Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet.* Hæc ille. Ea tamen verba Paulus ad Hebr. 10. de ſecundo interpretatur aduentu, dicens: *Patientia vobis neceſſaria eſt; vt voluntatem Dei facientes, reportetis repromiſsionem. Adhuc enim modicum, aliquantulumq́;, qui venturus eſt veniet, & non tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuet.* Sic Apoſtolus, ex quibus elicere poteris, duos ſenſus vni loco conuenire poſſe.

Nonus locus. Exod. 12. Ioan. 19. Decimus locus. Oſeæ 11. Matth. 2. Vndecimus locus. 2. Reg. 7. & 1. Paral. 2. Hebr. 1.

Prætermitto nonnullos alios locos Scripturæ, in quibus facilè eſſet oſtendere hanc multorum ſenſuum in vna litera veritatem: quales ſunt illi ad Roman. 1. *Iuſtitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem*, illa ſiquidem verba: *Ex fide in fidem*, multos Catholicos ſenſus, & literæ ipſi conſonos, & minimè inter ſe diſſentientes habent, & quos nemo Catholicus iure reijcere valeat, vt ſuo loco oſtendam. Adde etiam: *Os non comminuetis ex eo*: quod & de agno, & de Chriſto impletum legimus: & illud: *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Id etiam: *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium*: & pleraque alia his ſimilia, quæ, niſi breuitati conſulere vellemus, facilè proferre poſſemus, ex quibus multos ac diuerſos ſenſus literales comprobaremus.

Eadem aſſertio Patrum teſtimonio confirmatur. B. Thom. 1. par. q. 1. ar. 10. tom. 10. Idem ſecundo ſcripto in ſent. diſt. 12. art. 2. ad 7. tom. 6.

Ad idem faciunt Patrum teſtimonia. Nam beatus Thomas 1. parte plures ſenſus etiam literales in eadem ſententia admittit. Et in ſecundo ſcripto in ſententias ita docet: *Authoritati Scripturæ in nullo derogatur, dum diuerſimodè exponitur (ſalua tamen fide) quia maiori veritate eam Spiritus ſanctus fœcundauit, quàm aliquis homo inuenire poſſet.* Idem Thomas

in quæ

Idem q. 4. de Potent. art. 1. tom. 8.

in quæſtionibus de Potentia: *Aliud eſt*, inquit, *ſcilicet vitandum, ne aliquis ita Scripturam ad vnū ſenſum cogere velit, quod alios ſenſus, qui in ſe veritatem continent, & poſſunt ſalua circumſtantia litera Scripturæ aptari, penitus excludantur; hoc enim ad dignitatem Diuinæ Scripturæ pertinet, vt ſub vna litera multos ſenſus contineat, vt ſic & diuerſis intellectibus hominum conueniat, & vnuſquiſque miretur ſe in Diuina Scriptura poſſe inuenire veritatem, quam mente concepit, & per hoc contra infideles facilius defendatur, dum ſi aliquid quod quiſque ex ſacra Scriptura velit intelligere, falſum apparuerit, ad alium eius ſenſum poſſit haberi recurſus. Vnde non eſt incredibile, Moyſi, & alijs Scripturæ autoribus hoc diuinitus eſſe conceſſum, vt diuerſa vera, quæ homines poſſent intelligere, ipſi cognoſcerent, & ea ſub vna literæ ſerie deſignarent, vt ſic quilibet eorum ſit ſenſus autoris. Vnde ſi etiam aliqua vera ab expoſitoribus ſacræ Scripturæ literæ aptentur, quæ autor non intelligit, non eſt dubium quin autor Spiritus ſanctus intellexerit, qui eſt principalis autor Diuinæ Scripturæ. Vnde omnis veritas, quæ ſalua literæ circumſtantia poteſt Diuinæ Scripturæ aptari, eſt eius ſenſus.* Hæc ille ſapienter.

Aug. lib. 12. Confeſſ. c. 30. tom. 1. ſub initium.

Accedit Auguſtinus lib. 12. Confeſſ. vbi cùm dixiſſet, plures ſenſus vni literæ competere poſſe, ſubiungit: *In hac diuerſitate ſententiarum verarum, concordiam pariat ipſa veritas, & Deus noſter miſereatur noſtri, vt legitimè lege vtamur, præcepti fine, pura charitate. Ac per hoc ſi quis quærit ex me, quid horum Moyſes ille tuus famulus ſenſerit, non ſunt hi ſermones confeſſionum mearum: ſi tibi non confiteor, neſcio, & ſcio tamen illas veras eſſe ſententias, exceptis carnalibus, de quibus quantum exiſtimaui, locutus ſum.* Et idem inferiùs ita docet:

Cap. 31. Veritas à quo dicta recipienda.

Ita cùm alius dixerit, hoc ſenſit quod ego: & alius, imò illud quod ego: religioſius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, ſi vtrumque verum eſt? Et ſi quid tertium, & ſi quid quartum, & ſi quid omninò aliud verum quiſpiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidiſſe credatur, per quem vnus Deus ſacras literas vera, & diuerſa viſuris, multorum ſenſibus temperauit? Ego certè, quod intrepidus de corde meo pronuntio, ſi ad culmen autoritatis aliquid ſcriberem, ſic mallem ſcribere, vt quod veri quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, quàm vt vnam veram ſententiam ad hoc apertiùs ponerem, vt excluderem cæteras, quarum falſitas me non poſſet offendere. Nolo itaque, Deus meus, tam præceps eſſe, vt hoc illum virum de te meruiſſe non credam. Senſit ille omninò in his verbis, atque cogitauit, cùm ea ſcriberet, quicquid hic veri potuimus inuenire, & quicquid nos non potuimus, aut nondum poſſumus, & tamen in eis inueniri poteſt. Hactenus Auguſtinus. Ex quibus habes, proximum, ac peculiarem ſcriptorem, Prophetam, ſiue Apoſtolum, voluiſſe plures ſenſus literales in vna litera exprimere: nam de myſticis dubium non erat, neque rurſus de autore remoto, hoc eſt, Spiritu ſancto. Quare Auguſtinus poſt hæc ſtatim ſubiungit: *Poſtremò Domine, qui Deus es, & non caro, & ſanguis, ſi quid homo minus videt, nunquid & ſpiritum tuum bonum, qui leducet me in terram rectam, latere potuit quicquid eras in eis verbis tu ipſe reuelaturus legentibus poſteris: etiamſi ille, per quem dicta ſunt, vnam fortaſſis ex multis veris ſententiam cogitauit?*

Pſalm. 142.

Ad hanc ſententiam accedit Hieronymus, qui in Prophetas, & alios libros Scripturę ſcribens, oon minus quaſi textui conſonam explicat editionem Septuaginta Interpretum, quam Hebraicam veritatem, etiamſi diuerſos porrigāt ſenſus: quod non faceret, niſi pro conſtanti haberet, eandem literam plures poſſe ſenſus recipere.

Hieron. tom. 5. 6. 7. 8.

Idem epiſt. 103. circa fin. tom 3 in prin

De diuina Ioannis Apocalypſi quid ſenſerit B. Hieronym⁹.

Et ad Paulinum de Apocalypſi ſcribens: *Apocalypſis*, inquit, *Ioannis tot habet Sacramenta, quot verba: Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior eſt. in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.* Hæc ille, qui de ſenſu literali loqui videtur: nam quod attinet ad alios ſenſus, plus illis abundant hiſtorię veteris Teſtamenti: Et io caput 3. ad Epheſ. *Singuli ſermones, ſyllabæ, apices, & puncta in Diuinis Scripturis plena ſunt ſenſibus.*

Idem tom. 9.

S. Baſ. tom. 1. circa fin.

Prodeat Baſilius, qui in Proœmio operis de Spiritu ſancto, viris Theologicis expendendos eſſe docet ipſos literarum apices, ipſas literas & ſyllabas; nedū voces, & orationes. Chryſoſtomus in Geneſim, obſecrat, ne ſimpliciter ea, quæ in ſacra Scriptura continētur, accipiamus: quòd multas ſenſuum habeat diuitias, quòd dictata ſit ab Spiritu ſancto; neque ſyllabam, aut articulum in ſacris literis eſſe, in cuius profundo non ſit ingens theſaurus. Hæc & his ſimilia multa teſtantur veteres Patres, quò indicēt multos ſubeſſe ſenſus literales in Scripturis qui deliteſcunt.

D. Chryſoſt. hom. 21. in Geneſ. tom 1. initio.

In ſyllabis, articulis, & apicibus ſacrarū Scripturarū ingentes theſauros delitēſcere, agnoſcunt Patres, & cōtentur.

Hanc opinionem quæ rationes confirment, atque corroborent.

I. Ratio.

Rationes quoque huic veritati adminiculantur. Et prima ab infinitate, & incomprehenſa Dei ſapientia deſumitur, quæ hoc proprium ſibi reſeruauit; vt ſicut vnico æterno ſuo Verbo ſe totum, & omnia dicit, ita vno ſuo verbo ſcripto poſſit multas veritates docere, & multos errores confutare: vt Auguſtinus prædictis locis teſtatus eſt. Et libro de Doctrina Chriſtiana: *Quid*, nq uit, *in Diuinis eloquijs largius & vberius potuit diuinitus prouideri, quàm vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina conteſtantia faciant approbari.*

Aug. lib. 3. de doctri. Chriſt. c. 27. in fin. tom. 3 ſub initio.

II. Ratio.

Secunda ratio: Poteſt Deus ijſdem rebus

plura ſignificare ob diuerſas proprietates, quę rebus inſunt; ergo etiam plures ſenſus, ſiue literales in verbis propriè, ſiue tropicè dictis, ſiue ſpirituales ex rebus verè geſtis, ſpectare.

Tertia.

Tertia: Si ex reb⁹ vel metaphoricè ſumptis, vel verè geſtis, poſſunt plures ſenſus haberi: ergo & ex vocibus, quę pręgnantia, & multa ſignificata continent, & in vnum vſum ſolum ſeruiunt vt repræſentent, poterit prudens Lector plures ſenſus hiſtoricos accipere.

Quarta. Scripturę cur tam difficiles & obſcuræ. Dan. 12.

Quarta ſumitur à locis obſcuris Scripturæ, quos Deus ob eam cauſſam difficiles reddidit; vt plures ſenſus habere poſſemus. Hoc expreſsit Angelus Danieli, cùm dixit: *Tu autem, Daniel, claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Vbi ait Hieronymus: *Præcepit vt inuoluat ſermones, ſignet librum; vt legant plurimi, & quærant hiſtoriæ veritatem, & propter obſcuritatis magnitudinem diuerſa opinentur.* Sic bonus ille Pater.

D. Hier. tom. 5. prope finem.

Quinta.

Quinta ratio à multitudine Doctorum deducitur: Nam dum quiſque eorum diuersè ab alio locum vnum exponit, immò etiam vnus & idem vario modo, pro ratione locorum, & temporum, (vt docet Hieronymus contra Ruſſinum) interpretatur: expedit autem potius Doctorum ſententias & interpretationes, quæ veritati, aut contextui, aut rationi non officiunt, ita accipere vt valeant & robur habeant, quàm faciles eſſe ad labores, & vigilias Patrum contemnendas. Hinc fit, vt varias Patrum expoſitiões venerabiliter ſuſcipiamus, atque eas, vt decet, magni faciamus. Nã alio qui ſi vnus tantùm ſenſus admittendus eſſet, bona pars Commentariorum veterum Patrum, & librorum, quos magno ſtudio elucubrârunt, nobis interiret, & iniurij videri poſſemus Patribus noſtris, imo Spiritui ſancto, qui eos in Eccleſia Dei posuit tã quam fulgentiſsima lumina, quę mentium noſtrarũ tenebras diſcuterẽt, & Scripturas aperirent. Imitari quoq; videremus Hęreticos, qui libenter hãc anſam arriperẽt, quo veterum Patrum doctrinam condemnarent, & in eos contumelioſos ſe præſtarent, ſuos ſenſus magnificantes, & Patrum interpretationi præferentes.

Idem lib. 1. Apolog. aduerſ. Ruffin. paulo à med. tom. 2. circa med.

Si vni tãtùm literæ vnica tãtùm ſubeſſet intelligentia, quam id incommodũ atque abſurdum foret.

Quales in Eccleſia ſint ſancti Doctores.

Sexta ac poſtrema ratio. Auguſtin. in prædicto teſtimonio.

Poſtrema ratio ſit ab Auguſtino deprõpta: Non putat Scripturã malè enarrari ab eo, qui etſi non attingat ſenſum, quem immediatus autor ſpectauit, alium tamen illi tribuit; quem ex alio Scripturæ loco confirmat. Hæc ſunt eius verba: *Quando ex eiſdem Scripturæ verbis non vnum aliquid, ſed duo, vel plura ſentiuntur, etiamſi latet quid ſenſerit ille qui ſcripſerit, nihil periculi eſt, ſi quodlibet eorum congruere veritati, ex alijs locis ſanctarum Scripturarum doceri poteſt: id tamen eo eo conante, qui Diuina ſcrutatur eloquia, vt ad voluntatem perueniatur autoris, per quem Scripturam illam ſanctus operatus eſt Spiritus; ſiue hoc aſſequatur, ſiue aliam ſententiam de illis verbis, quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, teſtimonium habens à quocunq; alio diuinorum eloquiorum.* Hactenus ille.

Quibus modis ac vijs plurium ſenſuum multitudo contingere poſſit. Primus modus.

Circa ſecundum: Multis modis ac vijs plurium ſenſuum multitudo contingere poteſt. Primò, ob variam lectionem in Hebræo (cuius indicium eſt, O, ſuperpoſitum dictioni alicui Hebrææ in Biblijs Cõplutenſibus, quod frequentius eſſe ſolet) & illam quidem, ſi contingat à Patribus eſſe acceptatam, & vnaquæque ſenſum verum efficiat, & neutra alteri contradicat. Idem etiam eſſet, ſi lectio Græca non vna ſit, & quæque ſuos habeat autores, & ſectatores ex Patribus: tunc enim ex vtraque, & ſolido textu, licebit nobis argumenta petere ad noſtra comprobanda. Nam ecce illud: *Adſpicient ad me, quem transfixerunt*: ſic enim vertit Hieronymus, & Ioannes ita citauit, Septuaginta verò reddiderunt: *Pro eo quod inſultauerunt*: &, vt teſtis eſt Hieronymus in Zachariam, paruus apex fuit in cauſſa huius variæ lectionis, quia videlicet Daleth, & Res ſimiles ſunt, & paruo apice diſtinguuntur. Hebræa ſiquidem veritas, & Ioannes legerunt דקרו Dakaru, id eſt compunxerunt; vel confixerunt: 70. verò legerunt trãſmutatis Res & Daleth רקדו Rakadu, id eſt κατωρχήσαντο, ſiue inſultauerũt: & vtraq; lectio veritati, & contextui quadrat. Simile huic eſt, quod legimus Iſa. 3. *Væ animæ eorum; quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite iuſto quoniam bene; quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet*, Vbi Septuaginta habent: *Væ animæ eorum: quoniam conſuluerunt conſilium malum contra ſe, dicentes: Alligemus iuſtum, quoniam inutilis nobis eſt.* Hæc autem tanta lectionis diuerſitas ex illo verbo oritur: *Dicite*, vbi Hebraicè legitur אמרו: ſi verò legamus אסרו ſenſus eſt, *Ligate*, eſt enim verbum אסר alligauit: quod quidem verbum Hebræum in linguæ Hiſpanicę vſum in eodem caſu ceſsit: dicunt enim Hiſpani, Amarrar. Et duo illa elementa מ & ס valde ſunt ſimilia, vſqueadeò, vt illis verbis, *Multiplicabitur eius imperiũ*: pro quo Hebraicè habetur םרבה literę primę Mẽm ſuperponitur, O, ad ſignandam lectionẽ dubiã, an legendũ Maruch, an tharuch, quod ſignat, Ab ſpina ſcilicet imperiũ eius, hoc eſt: Ab ſpinea corona imperare incipiet.

Zachar. 12. Hiero. tom. 6 prope finem. Ioan. 19. Idem ibidem. lib. 3. in Zachar. c. 12. à medio.

Iſai. 3.

S. p. 2.

Iſai 9. E o in loco Prophetæ: Multiplicabitur eius imperium, quid obſeruandũ.

Ioan.19. Pſalm.95.

Quod eſt alteri Prophetiæ Dauidis ſimile, in qua habetur: *Regnauit à ligno.* Septuaginta ergo verterunt: *Conſuluerunt conſilium malum contra ſe: Ligate iuſtum quoniam bonum.* Quod eſt conſonum ei, quod Matth. 26. dicitur: *Conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent*, & Matth. 27. *Conſilium inierunt omnes principes Sacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præſidi.* Et ſic Patres veteres interpretantur. Nam Hieronymus hoc loco ait: *Iuxta Septuaginta Interpretes qui dixerunt: Væ animæ eorum, quoniam cogitauerunt conſilium peſſimum contra ſemetipſos, dicentes: Alligemus iuſtum quoniam inutilis eſt nobis. Itaque fructus operum ſuorum comedet; perſpicuè de Chriſti dicitur paſſione, quod inierint conſilium peſſimum, non tam cōtra iuſtum, quàm contra ſemetipſos, & animam ſuam. Et nunc fructus operum ſuorum comedent: Quæ enim ſeminauerit homo, & metet.* Iuſtinus Dialogo in Tryphonem ita legit ter, aut quater, & interpretatur citato Iſaia Cyprianus, ſiue potius Ruffinus quoque in expoſitione Symboli, vbi docet prædictum ab Iſaia, Dominum vinciendum à Iudæis. Et ſubdit: *Alligemus Iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis: quem vinctum Euangelica narrat hiſtoria.* Euſebius De Demonſt. Euangelica; Procopius in illud Gen. 49. *In conſilium eorum non veniat anima mea,* loquēs de paſſione: ſic Heſychius in Leuiticum, Cyrillus, Baſilius. Denique ad id duci poteſt lectio latina Hieronymi: *Dicite iuſto quoniam benè:* id eſt, Dicite de iuſto, quoniam bonum, vt vertit Vatablus. Eſt enim bonum & expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo. Et ita ex vtraque lectione, Græca, & Hebræa, vnus & idē erit ſenſus. Et ſeptuaginta viri ex c. 2. libri Sapientiæ fecerunt huius loci paraphraſin, vt ſolent ex alijs locis Scripturæ facere. Ibi enim: *Circūueniamus ergo iuſtū,* inquiūt, *quoniam inutilis eſt nobis.* Ex quo apparet, librū Sapientiæ à Salomone verè fuiſſe conſcriptum. Imò, quod plus eſt, teſte Clemente Alexandrino, & Euſebio libro de Præparat. Euang. Plato lib. de Republ. æmulatus locum Iſaiæ, & Salomonis, perquam ſimilia narrat. Nam loquēs de viro conſtanti in iuſtitia: *Ad hunc modum,* inquit, *animatus iuſtus ille flagris cædetur, excruciabitur, vincietur, oculis priuabitur, poſtremoq; omnia mala perpeſſus in crucem agetur.* Sic ille, qui ad viuū Chriſtum Dominū, qui Iuſti titulo in Scripturis gaudet, ſuis colorib⁹ declaraſſe videtur. Quam ſentētiam latioribus Ciceronis verbis expreſſam Lactantius perſequitur.

Matth. 26. Infra 27.

B. Hier. lib. 2. in Iſai. iuxta princ. in c. 3. circa dimid. tom. 5. initio.

2. Cor. 7.

Iuſtin. martyr tom. 2.

Cypr. circa operis dimid.

Matth. 27.

Euſeb. lib. 2. demonſtr. Euang. c. 36. to. 1. Procopius. Geneſ. 49. Heſych. lib. 7. in Leuit. Cyrill. Alex. in c. 3. Iſaiæ. Baſilius ibid. Franc. Vatablus. Ioan. 11. Sapient. 2.

Solēt LXXII viri ex vno Scripturæ loco alterius paraphraſim facere.

Salomonem libri Sapiētiæ fuiſſe quid probet autorem.

Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. paulo remotius à fin. Euſeb. lib. 12. de præparat. Euang. c. 2. tom. 1. Plato li. 2. de Rep. ſub init. [illegible]tonis de

Secunda via eſt: Si contingat veritatem Hebræam vnum ſenſum porrigere, editionem verò Septuaginta Interpretum aliun, ab eo continere, vtrumq; tamen textui cōformem; tunc enim vtrumque vt Spiritus ſancti Textum amplectimur, & illo firmare, vel infirmare poſſumus quæ volumus, niſi euidentibus, aut magnis rationibus oſtenderetur alter illorū textus corruptus. Id aūt Hieronymus & fecit plerumque, & ſuo exemplo nos docuit eſſe faciendū. Etenim dum Prophetas enarrat, ex Hebraica, & 72. lectione, tanquam ex oraculo diuino proprios ſenſus eruere ſolet. Atq; idem docet Auguſt. de Doct. Chriſt. & lib. de ciuit. Dei, vbi tradit altitudinem eſſe Propheticam, quando Septuaginta Interpretes ab Hebraica veritate variant. Et vt aliud per Hieremiam, aliud per Iſaiam interdū prædixit Spiritus ſanctus: non ſecus per editionem Hebræam vnum aliud per 70. erudire nos voluit. Adhęc ipſe Auguſtinus, cū apud Ionam ca. 3. iuxta Hebręum habeatur: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur,* apud 72. autem *Adhuc tres dies,* neutram reſpuit, ſed vtramq; ſua enarratiōe illuſtrat, vt patet lib. quæſt. in Geneſim, & in libris de Ciuit. Dei. Eſt tamē ille Canon à B. Auguſtino pręſcriptus diligenter obſeruādus: vt duplicem ſenſum nō faciamus, alterum, iuxta Hebræam veritatem, iuxta Septuaginta interpretum editionem alterum, ſi ex vtraque editione vnum, & eundem poſſumus eruere. Nam tractans illum Zachariæ locum: *Et aſpicient ad me*, pro eo quod inſultauerunt, annotat ex Hebræo legi: *Et aſpicient ad me, quem confixerunt. Quo quidem verbo euidentius Chriſtus apparet crucifixus. Sed illa inſultatio, quam Septuaginta ponere maluerunt, eius vniuerſa non defuit paſſioni. Nam & detento, & alligato, & adiudicato, & opprobrio ignominioſa veſtis induto, & ſpinis coronato, & calamo in capite percuſſo, & irridenter flexis genibus adorato, & crucem ſuam portanti, & in ligno iam pendenti vtique inſultauerunt. Proinde interpretationem non ſequentes vnam, aut vtranque iungentes, cùm & Inſultauerunt, & Confixerunt legimus, pleniùs veritatem Dominicæ paſſionis agnoſcimus.* Sic Auguſtinus.

Chriſto patiente, ſub nomine Iuſti, penè Prophetica vox.

Ad Tubinum. Lactant. lib. 4. c. 12. Diuin. inſt.

Alter modus ſeu via.

B. Hieron. in Prophetis enarrandis rationem quā teneat.

Tom. 5. 6. 7. 8. Aug. lib. 2 de doctr. Chriſt. c. 15. tom. 3. ſub init. Idem lib. 18. de ciuit. Dei, c. 43 tom. 5. Idem lib. 1. quæſt. in Gen. q. 96. tom. 4. Ion. 3. Idem lib. 8. de Ciuit. Dei, cap. 4. Idem lib. 20. de Ciuit. c. 30. paulo à med.

Zach. 12. Ioan. 19. Matth. 27.

Tertia via ad idem redit, vbi noſtra editio Vulgata, quam Hieronymi eſſe diximus, aliquid habeat diuerſum à veritate Hebræa, vel Græca Septuaginta: quoniam vt illæ, quando non repugnant noſtro Textui, ſunt acceptandæ; ita & noſtræ Vulgatæ editionis lectio, quæ per Conciliū Tridentinum eſt approbata, retinenda eſt, & ſuo ſenſu, cuius eſt capax, illuſtranda. Vt v. g. Geneſ. 47. in fine vertit Hieronymus: *Adorauit Iſraël Dominum, conuerſus*

Tertius modus.

Concil. Trid. Seſſ. 4.

ad le-

ad lectuli caput. Septuaginta verterunt: *Adorauit ad faſtigium virgæ*, id eſt ſceptri, quod Ioſeph vt princeps manu geſtabat: atque hanc lectionem ſequitur Paulus: Qui verò Iudæos ſectantur, vertunt; *Inclinauit ſe Iſraël ad lectuli caput*; nulla harum trium lectionum videtur reijcienda. Prima, ob verſionem Hieronymi approbatam, & quia ſimilis videtur hic locus alteri de Dauide, de quo dicitur, quòd vbi cognouit Salomonem in Regem vnctum, adorauit Rex in lectulo ſuo; hoc eſt, Gratias egit, vel adorauit ſceptrum, quod Salomon fortè gerebat. Secunda lectio, propter Paulum, & autoritatem Septuagintaduorum Interpretum retinéda eſt. Tertia, ob vim vocis Hebrææ non eſt deſpicienda vſquequaque, quamuis minus illuſtrem, & ſplendidum ſenſum exhibere videatur. Nemo enim eſt qui ignoret, ad mortem ægrotantes ſe modò in hanc, modò in illam partem lectuli inſinuare.

Hebr. 11.
3. Reg. 8.

Quarta via, ſeu modus.

Quarta via eſt: Plerumque ex vocis Hebrææ ambiguitate, quæ plura ſignificat, idem contingit, ſiue ſit nomen, ſiue verbum: tunc enim certa regula traditur omnia vocis illius ſignificata, quæ ad rem propoſitam ſpectare poſſunt; amplectenda eſſe, & explicanda. Quemadmodùm ſuperiùs diximus de illo loco: *Apprehendite diſciplinam*, & Hieronymus vertit: *Adorate filium*, ſiue *Adorate purè*, ſiue electè, & de altero loco, *Generationem eius quis enarrabit?* Ita etiam quod Iſai. 3. dicitur: *Effœminati dominabuntur eis*: Septuaginta verterunt: *Illuſores dominabuntur eis*: quia verbum Hebraicum עלל vtrumque ſignificat. Et ita varia lectio, varia verbi ſignificatione defenditur. Sicut Iſai. 5. *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas*. Signat ergo vox Hebræa באשים labruſcas, vt vertit Hieronymus, & ſpinas, vt Septuaginta interpretati ſunt, & Rabbi Dauid dicit eſſe genus per ſe ſpinarum. Tertullianus libro Aduerſus Iudæos, capitul. de Claritate Gentium in Chriſto Ieſu, de ſpinea corona explanat, vt Cyprianus in expoſitione Symboli, & Ambroſius in Lucam, ediſſerens parabolam vineæ plantatæ, & locatæ agricolis. Euſebius libro Demonſtrationis Euangelicæ, *Et certè vinea*, inquit, *inculta, ſpinis, & vrticis luxuriare ſolet*. Et Chriſtus in Euangelio ad hoc alludens, *Nunquid colligunt*, inquit, *de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* Et Salomon in libro Prouerbiorum: *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ*, &c. Certè Chryſoſtomus ſerm. de Reſurrect. vtrumque ſenſum cõplexus (quia ſequebatur Symmachum, qui ſecutus eſt Hieronymus, & ſimul editioni Septuaginta) & ſpineam coronam hoc loco ſignificari putat, & fel aceto mixtum, dicẽs: *Ego plantaui te vineam fructiferam totam; quomodo conuerſa es in amaritudinem vitis alienæ? Spinam capiti eius, & coronam de vepribus texuiſti? acetum amarum, amaro felle commixtum propinaſti?* Et eodem modo homil. de Cruce, & Latrone interpretatur. Adde quod Hieronymus vertit Iſai. 28. *Ebrijs Ephraim*, Septuaginta verterunt, *Mercenarijs Ephraim*: & vocem שכרי ad vtrumque ſignificatum eſſe ambiguam: & interpretatur de Iuda Apoſtolo, qui de tribu Ephraim, & de vico eiuſdem tribus Iſcarioth Dominum pretio vendidit. Et Hierem. 19. *Et prædicabis*, inquit, *vel clamabis, vel leges: quia verbum Hebraicum* קרא *tria ſignificat*. Hæc Hieronymus in Commentarijs ſuis inferẽs Textui Hieremiæ triplicem lectionem, eo quòd textus ſit illius ſenſus triplicis capax, & verbum ipſum Hebræum.

Pſalm. 2.
Hier. to. 8. ex lib. de opt. gẽ. interpr. tom. 2 prope fin.
Iſai. 53.
Supra 3.
Infra 5.

Nomen labruſca, apud Iſaiam duo ſignificat.

Hier. in 5. ca. Iſai. ſub init. tom. 5 in princ.
Rabbi Dauid.
Tertullian. tom. 19
S. Cyprianus.
Luc. 20.
Ambr. lib. 9. in Luc. cap. 3 ... tom. 5.
Euſeb. lib. 6. Demonſtr. Euang. c. 8 to. 1.
... lib. 7.
Prouerb. 24.
Chryſoſt. ſer. 3. de Re...
... Reſurrect. tom 3
Hyrem. 2.
Pſalm. 68. & Matth. 27. Marc. 15.
Idem hom. 3. de Cruce, & Latro. tom. eo.
Hieron. tom. 5

Vnde oriundus Iudas Domini proditor.

Quinta ratio modusvè.

Quinta ratio, ex diuerſa punctorũ, quæ apud Iudæos vocalium vim habent, ratione deſumitur. Nam eædem literæ radicales apud Hebræos varijs pũctis ſuppoſitis quaſi vocalibus, diuerſas diuerſarũ ſignificationum dictiones efficiunt. Nam ecce verbi gratia אל, vt ſuperius diximus cùm Cere ſignificat Deum ſub ratione fortitudinis: cũ Segol, articulus eſt ſeruiens Dandi caſui: cũ Patach, negationis vim habet. Similiter דבר cum duobus Camez, valet, verbũ, ſiue ſermonem: cum Patach, & Camez denotat, locutus eſt: cum duplici Segol ſignificat peſtem. Hac ratione varia ſupponendi puncta literis, colligimus varias lectiões veras: vt illud Geneſ. 47. *Inclinauit ſe ad lectuli caput*; &, *Adorauit ad faſtigium virgæ*: Nam legẽdo Sal rochs hamatheu, denotat ad ſummitatẽ virgæ, vel ſceptri. Adde his verba Hieronymi in reſponſione ſecundæ quæſtionis ad Damaſum, circa finem: *Omnis Iudæa conclamat, & Synagogarum conſonant vniuerſa ſubſellia, quòd videlicet idem ſermo, & eiſdem literis ſcriptus, diuerſas apud eos & voces & intelligentias habeat. Ex quibus exempli cauſſa vnum ponimus, & quod dicimus, perſpicuum fiat. Paſtores & amatores eiſdem literis ſcribuntur* ר *Res*, ע *Ain*, י *Iod*, ם *Mem*: *Sed paſtores* רעים, *amatores leguntur* רעים *Reim. Vnde euenit, vt vbi Hieruſalem in Prophetis, cum amatoribus ſuis fornicationis ſcelere arguitur, ibi in noſtris codicibus, pro amatoribus, paſtorum nomen ſit immutatum*. Sic Hieronymus. Eadem ratione defenditur illud: *Tecum principium*: pro quo Hieronymus vertit, *Populus tuus ſpontaneus*, legendo Himmecha, vel Hammecha.

Puncta Hebrçis ſunt loco vocalium. Variatis punctis, & accentibus, variata quoq; ſignificata, quib⁹ exemplis liquidum fiat.

Gen. 47.
Hebr. 11.

Hieron. epiſt. 125. tom. 3. circa princ.

Exemplum Hieronymi.

Pſalm. 109.
Idem tom. 8.

Idem lib. 7. in Iſaiam, tom. 5.

.ha. Et idem in cap. 21. Iſaiæ: *Verbum*, inquit, *Hebræum* אלי *quod omnes interpretati ſunt, Ad me. ſi volueris legere* אלי *interpretatur, Deus meus, vel, Fortis meus, &c.* Vbi in eiſdem literis agnoſcit variam rationem pronuntiationis, & varios ſenſus. Punctorum ſiquidem ratio apud Hebræos noua eſt. Et quamquã illis occaſionem dederit Septuaginta Interpretum editio; tamen ſaltem poſt Hieronymi tempora cœpit inualeſcere. Nam ſcribens ad Euagrium, ait: *Nec refert, vtrùm Salem, aut Salim nominetur, cùm vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuerſis ſonis, atque accentibus proferantur.* Sic ille, qui numquam mentionem fecit punctorum. Falſum eſt igitur, quod iactitant Hebræi, dicentes, ſyllabas, & literarum apices, atq; accentus eſſe numeratos, quos ipſi pro arbitratu ſuo ſæpè mutant: vnde non eſt infrequens apud illos, elementa, quę vicinitatem inter ſe habent, in ſe inuicem mutari: vt v.g. Daleth pro Res, Caph pro Beth, He pro Het, Iod pro Vau, & è contrario. Vnde Hieronymus in Zachariæ caput 5. *Hic error in editione Vulgata frequenter inoleuit, vt quia Iod. & Vau litera eadem forma, ſed menſura diuerſa ſunt, altera legatur pro altera.* Sic ille. Ex quo factum eſt, vt varia ſit apud Hebræos codices lectio, & ex varia punctorum ratione ſenſus quoque varientur. Vnde illud: *Tecum principium in die virtutis tuæ*, quod Septuaginta dixerunt, Hieronymus vertit: *Populus tuus ſpontaneus*: quia legit non Himmecha, vt Septuaginta, ſed Hammecha. Et apud Amos: *Vendiderunt pro argento Iuſtum*, Hebræi, quod facilè illis fuit facere, mutatis punctis legerunt Zedech pro Zadich; & verterunt, *Vendiderunt iuſtitiam pro argento.* Et illud quod dixerunt Septuaginta: *Adorauit ad faſtigium virgæ*, mutatis punctis redditum eſt: *Inclinauit ſe ad lectuli caput.* Et huiuſmodi alia ſexcenta. Adde, quòd punctus ſuperpoſitus literæ Schin ש in dextero, vel in ſiniſtro cornu, ſignificatum dictionis variat. Nam verbum השך cum puncto in ſiniſtro cornu, vt habent omnes codices apud Ezechielem cap. 30. ſignificat, prohibuit, ſcilicet dies; & tamen vnus Rabbi Iona autoritate propria mutat in dextrũ cornu, vt ſit ſenſus, *Nigreſcit dies*: quemadmodum Hieronymus, & Septuaginta, & Chaldæa paraphraſis verterunt. Et in dictionibus כלה, & קיר oſtendit theſauri linguæ Sanctę autor, mutari pũcta autoritate Rabbinorum. Ex quibus deduco, plerunq; lectionem Hebraicam ſine vllis punctis conſideratam, reddere verſionem Septuaginta interpretum; & illam vt veritati Hebraicæ cõſonam, venerabiliter ſuſcipiendam: vbi verò Hebraicæ lectioni, vt diſpũcta eſt, vel vt ſine vllis punctis conſiderari poteſt, nõ reddit, non reſpondet editio Septuaginta; tunc, vt Auguſt. ait, quod illi vertunt, altitudo Prophetica cenſenda eſt, & paraphraſticè ſenſum reddidère, non verba.

Idem ep. 126. circa fin. tom. 2. ſub initium.

Vocalibus in medio literis perrarò vtuntur Hebræi, teſte Hieronymo.

Elementa literarũ inter ſe finitima Rabbinorũ vitio non rarò mutatur.

Idem tom. 6. propè finem.

In editione vulgata Iod pro Vau, & è conuerſo per errorem frequens acceptuo.

Pſalm 109.

Hiero. tom. 8. circa dimid.

Amos 2.

Gen. 47.

Hebr. 11.

Ezech. 30.

Rabbi Iona.

S. Pagninus.

Interpretes 70. vbi ab Hebræa lectione variant, teſte Auguſtino, prophetare potiùs quã interpretati cẽſendi ſunt.

Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 43. tom. 5.

Sexta via.

Sexta via. Id euenire ſolet ob varias rationes diſtinguẽdi Textum, hoc eſt, vbi finienda ſit clauſula, & puncto à reliquis diſtinguenda. Nam quædam talia ſunt, quæ nonnulli præcedentibus, alij verò ſequentibus coniungunt: & ita varia ſit Scripturæ lectio. Vt verbi gratia, Ioan. 1. *Et ſine ipſo factum eſt nihil*, ſi ibi ponatur punctus, apertus erit ſenſus: Omnia per Verbum eſſe facta, & nihil eſſe, quod à Verbo non ſit factum. Si verò legatur: *Et ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factum eſt*, poſito hîc puncto, ſicut quidam ex veteribus Patribus legunt; ſenſus eſſet, ſine Verbo creante, & creaturam ſuſtentãte, omnia in nihilum reciderẽt, iuxta illud: *Auertente te faciem, turbabuntur: Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur*, hoc eſt in chaos, ſiue materiam primam, quę propè nihil eſt, teſte Auguſtino. Et hoc etiam feciſſe Hieronymũ, ipſemet tradit in Commentarijs in Iſaiam, cap. 38. vbi habetur: *Ceſſauit generatio mea*, ſiue, *Generatio mea ablata eſt*: & refert verbum Chadal, ſe iunxiſſe ſuperiori clauſulæ, & aliò poſſe referri.

Illud: Sine ipſo factum eſt nihil, quod factũ eſt, quid ſignificet.

Pſalm 103.

In puluerem reuerti, in Scripturis quid.

Aug. lib. 12. Confeſſ. ca. 12. tom. 1. circa princ.

Poſtremò hoc accidit, quia res, & actiones infinitæ propè ſunt, & voces, præſertim in Hebræa lingua conciſa paucißimæ: quo fit, vt vnũ nomen plures ſubſtantias, & vnũ verbum plures actiones, vel paßiones repræſentet: quę cùm ad rem propoſitam faciunt, non videntur reſpuendæ.

Diximus ergo, quibus rationibus, ac vijs varios ac diuerſos ſenſus literales admittat Scriptura. Eſt autem proprium Sacrarum literarum, ſiue Dei loquentis per illas, tot ſenſus ſpectare. Primùm, quia homines nõ poſſunt aſſumere res geſtas ad ſignificandum, niſi ſolus Deus, qui Dominus eſt & vocum, & rerum, & perſonarum. Deinde, quia homines non poſſunt tot ſenſus in litera ſpectare ob eorum modicam capacitatem: ſecus eſt de Deo, qui infinita ſapientia præſtat. Tertiò, quia myſteria in Scripturis repręſentata, ſupra naturã hominis ſunt; & ideò ab homine puro intendi non poſſunt. Poſtremò, quia ſenſus ſpiritualis Scripturæ oritur ex mente Spiritus ſancti: non eſt autem certum illum loqui in alijs Scripturis, præterquam in Diuinis, & Canonicis.

Scripturæ diuinæ, Deivè in illa loquẽtis quid proprium & ſingulare.

Circa

Quinam ex pluribus literæ ſenſibus propoſitis alteri veniat præferendus. Literalis ſenſus tria debet habere.

Circa tertium, dicendum eſt. Quando plures eiuſdẽ Textus ſẽſus literales exiſtũt, debẽt primũ eſſe veri; deinde literę, cui exhibentur, conformes; demũ traditioni Eccleſię non repugnantes, nec ſibi inuicẽ cõtradicentes. Si enim eorũ aliquis, aut Scripturę, aut rationi, aut Eccleſię fidei aduerſaretur, non eſſet à Deo ſpectatus: ſi verò in ſe inuicem pugnarẽt, alter eorũ falſus eſſet, ac proinde minimè à Deo, qui pacis, ac cõcordiæ eſt autor, intentus: etſi quandoq; à nobis ignoretur vter eorum ſit falſus. Vbi verò plures eiuſdem literæ ſenſus inuenti fuerint, ille cæteris venit præferendus, qui magis literæ, vel contextui præcedentium, & ſequentium, atq; rationi magis congruit, quã qui minus. Ad hæc, qui magis accedit ad proprietatẽ, vel minus recedit ab ea, quã qui magis accedit ad minus propriũ ſermonem, vel qui magis ab eo recedit. Item qui magis à ſanctis & veteribus Patribus aſſeritur, quã qui ab alijs qui nec tãta ſanctitate, vel autoritate pollẽt. Rurſus qui à fidelib', quàm qui ab Infidelibus, vt Iudæis, & Hæreticis exhibetur; ne videlicet eis demus occaſionem ad Chriſti fidem non veniendi.

Iudæos & hæreticos minimè Spiritus ſanctus inhabitat.

Cùm enim viderẽt nos eorũ ſenſus amplectĩ, & alijs præferre, exiſtimare facilè poſſent, ſe melius nobis intelligere Scripturas; ac proinde in eo, in quo ſunt ſtatu, permanerent, nec ad Chriſti fidem amplectẽdam ſe accingerent, cùm tñ certum ſit, Spiritum ſanctum, qui eſt autor & interpres Scripturæ, in Iudæis, & Hæreticis minimè inhabitare. Quin etiã in veteri Teſtamẽto, ille qui magis Chriſti myſteria reſonat, quàm qui literę corticem, & Iudaicum continet ſenſum. At verò vbi cætera eſſent paria, magis ille venit pręferendus, qui miraculum non admittit, vbi litera citra illud ſeruari poteſt, quàm qui illud pręmittit, vt docet Auguſt. ſic enim ille loquitur de rerũ creatione, hoc eſt de aquis quæ ſuper cœlos ſunt: *Nunc enim quemadmodum Deus inſtituerit naturas rerum, ſecundùm Scripturas eius nos conuenit quærere, non quid in eis, vel ex eis ad miraculum potentiæ ſuæ velit operari.* Sic ille doctiſſimus Pater. Et ob eandem cauſſam ſenſus ille pręſtantior eſt, qui pauciora, quàm qui plura ſigna admittit. Quia tamen rarò in prædictis omnibus aliquis alium ſecũdùm omnia præcedit, intra Eccleſiam exponentes, obſeruata reuerentia atque honorificentia, quæ ſanctis Patribus, ac veteribus Doctoribus debetur, meminerint Apoſtolici illius dicti: *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.* Non ignoro hæc de pluribus eiuſdem literæ ſenſibus à quibuſdam negari; qui etſi concedant in vno numero loco plures ſenſus ſpirituales; non tñ plures hiſtoricos ab autore proximo intentos: quos inter Abulẽſis Epiſc. vnus eſt. Et iſti ſignificanter aſſerunt in vna numero litera: quoniam vnum tantùm dicere intendunt, & ad vnũ tantùm ſcopum loquuntur. Vna verò ſpecie litera plures in diuerſis locis ſẽſus habere poteſt, vt illud: *Os non cõminuetis ex eo:* &, *Non alligabis os boui trituranti:* &, *Ego ero illi in patrem, et ipſe erit mihi in filium:* &, *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Nam hæc vt iacent in veteri Teſtamento, de corporeo agno, & de bobus triturantibus, & de Salomonis perſona, & populo Hebræo ex Aegypto educto ad literã intelliguntur: eadem verò prout in Nouo Teſtamento producuntur, de vero agno Chriſto, & Dei miniſtro, in verbo Dei annuntiando laborãte, & de vero Salomone, Filioq; Dei ex Aegypto vocato accipienda ſunt. Sed hęc etſi acutè dicãtur, quod volũt, non euincunt: quia Spiritus ſanctus pro ſui infinitate, & ineffabili, ac fœcunda ſapientia, multiplices Prophetis intelligẽtias ſuggerere potuit, atq; vna, vel altera voce illas repręſentante ſignificare ſolet: vt Ioãnes in verbis eiſdem, & eodẽ loco poſitis ſenſum vnũ Caiphæ, & alterũ Spiritus ſanctĩ declarauit, & cùm Deus patribus Abrahã, Iſaac, & Iacob Terram illam deſideratam pollicitus eſſet, illi nõ tantùm corpoream illam Terram, ſed etiam cœleſtem Hieruſalem, & Terram viuentium intelligebant. *Expectabant enim,* ait Apoſtolus, *fundamenta habentem Ciuitatem; cuius artifex, & cõditor Deus.* Licèt admitti poſſit, vnũ inter eos principaliter ſpectaſſe; vt omnis tollatur amphibologia, quo liceret ex eis efficaciter argumentari: reliquos verò, vt minus principales, valere, eo poſito quod verum eſt, nimirùm Legem illam, vmbram, & typum geſſiſſe Noui Teſtamenti; & illa ſacrificia figuram noſtri Agni habuiſſe: omnes præterea excellentes eius Teſtamenti viros in pręclaris quibuſdam actionibus aut paſſionibus, vt Abelem, Dauidem, Salomonem, Chriſtum delineaſſe, ac repræſentaſſe. His enim poſitis efficaciter inferunt quæ ſunt Noui Teſtamenti.

Aug. lib. 2. de Geneſi ad lit. cap. 1. ſub initium tom. circa med. Pſalm. 148. Gen. 1.

Tom. 14. Abulenſ q. 22. in cap. 13. Matth. par. 2. Vnam & eandem numero literam niſi vnicum tantũ & ſimplicem hiſtoricum ſenſum habere, quidã vnde probare contendant.

Exod. 12. Ioan. 19. Deut. 25. 1. Cor. 9. 2. Reg. 7. Hebr. 1. Oſeæ 11. Matth. 2.

Ioan. 11. Gen. 12. Infra 26. Infra 28.

Hebr. 11.

Gen. 4.

Alterius opinionis aduerſæ ſoluuntur argumenta propoſita.

Poſtremus labor eſt, vt ad propoſita argumenta reſpondeamus. Et ordine quidem inuerſo ad vltimum dicendum eſt, nihil magis à verbo Dei alienum, quàm infirmitas, & incertitudo: quia *Facilius eſt cœlum & terram tranſire, quàm vnum apicem de Scriptura cadere:* ideò firmiſſima eſt Scriptura, & certiſſimas rationes probandi quodcunq; velit, ſuppeditat, etiam ſi quæ tradit, minimè probet. Multitudo tamen ſenſuum non tollit hanc firmitatem, quia illos non

Quid ſit magis à verbo Dei alienũ. Luc. 16.

ſub diſiunctione ponit, vt eius ſtabilitas infirmetur, ſed ſub copulatióe illos complectitur. Non enim dicimus: Spiritus hoc, vel illud, vel quid aliud tertium voluit intelligere: quia ſic eſſet argumẽtatio à diſiunctiua ad aliquam eius partem, quę ſyllogizandi ratio infirma apud Dialecticos habetur; ſed aſſerimus, Spiritum ſanctum hoc loco iſtum ſenſum, & illum, & tertium, & quartum intelligi à nobis voluiſſe; vt ita quilibet per ſe verus ſit, & certus: eſtq; argumẽtum à copulatiua propoſitione ad quamlibet eius partem, quę firma eſt probandi ratio. Oracula etiam Sacrarum literarum, minimè ſunt oraculis Apollinis Loxiæ, quæ dubia erãt & incerta, cõparanda. Ille enim vt futurorum euentuum prorſus ignarus, vt nos deciperet, ita temperabat ſermonẽ, vt ſimul affirmaret, & negaret: Dei autem verba, quę non ſunt in illo *Eſt* & *Non*, ſed in illo *Eſt*, ſemper firma ſunt, & certa, aut aſſirmant aliquid, aut negant: nam affirmare ſimul, & negare, munus eſt ſpirituum illuſorum, & illudentium.

Quæ infirma apud dialecticos ſit, quæ firma argumentandi ratio.

Inter Apollinis, & Dei oracula quantum intereſſet.

2. Cor. 1.

Quinam ſimul affirmẽt, & negent.

Ad penultimum, quòd Deus ſit ſummè ſimplex; ac proinde vnum tantùm ſimplicem ſenſum ſpectare: dicendum eſt, Deum non eſſe noſtro intellectu metiendũ, quia cum ſimplicitate ſumma infinitus eſt, & ſũmè fœcundus, vt poſsit verbis eiſdem plures intelligentias porrigere: quemadmodũ etiam ijſdem rebus poteſt plures ſpiritales ſenſus ob diuerſas rerum proprietates inſinuare. Si igitur plures ſenſus eiuſdem ſpeciei, nẽpè Allegoricos, vel Tropologicos, vel Anagogicos valet, vt omnes confitentur, ſuppeditare; poterit & in eiſdem literæ verbis ob multiplicẽ ſignificationem quã habent voces, plures ſenſus literales exprimere.

Deus etſi ſũmè ſimplex, idem eſt tamẽ infinitus ac ſummè fœcundus.

Ad ſecundum dicendum, non tantùm Deum, ſed etiam Prophetam à Deo inſtructum, ad duo, vel tria, vel plura ſignificanda in verbis ſuis ad literam ſpectaſſe, vt docet B. Auguſtinus: & ita plures ſenſus inten diſſe, vt Euangeliſta Ioannes in verbis Caiphæ declarauit.

B. Auguſtinus prædictis in locis.

Ad primum verò, nullum eſt inconueniens, literalẽ ſenſum ex ambiguitate, aut æquiuocatione vocum multiplicari: ſiquidem vt vox vniuoca vnum ſenſum efficit, ita ambigua plures, ſi veri ſint, & literæ cõſoni, & inter ſe non repugnent, & proinde non ſunt reſpuendi. Nam ecce vox Cœlorum in prima illa Moyſi ſententia: *In principio creauit Deus cœlum & terram*, vox cœli æquiuoca eſt, & Angelos cœlorum habitatores per metonymiam ſignificat, & cœlũ præterea Empyreũ, quod ab Angelis pluſquam genere diſtat, vt corpus ab ſpiritu; & peculiaribus articulis Hebræis Accuſandi, & Gignendi caſui deſeruientibus, & numero Duali eth ha Schamaim deſignatur, vt quidam contendunt; quaſi dicas cœlos cœlorum, vel cœlum cœli: ita enim in Scripturis nobis cœlum illud repræſentari ſolet.

Gen. 1.

3. Reg. 8. & Pſalm. 113. & alibi.

PROLEGOMENON IX.

In quo traduntur Canones aliquot ad accipiendum ſenſum literalem, ſiue ſeruata vocum proprietate, ſiue tropica locutione aſſumpta Scripturæ loquantur.

FVLGENTISSIMVM Eccleſiæ lumen Auguſtinus, inter præclara multa ſuæ doctrinæ monimenta, quæ nobis ſcriptis conſignauit, quatuor de Doctrina Chriſtiana doctiſsimos edidit libros, quibus ſtudioſum lectorem inſtruit, & informat, vt qua ratione ac methodo, & quibus præſidijs debeat eſſe munitus, qui ad Sacras literas percipiẽdas accedit, intelligat. In tribus ſiquidem primis libris ea myſteria, quæ in Scripturis deliteſcũt, inuenire docet: in poſtremo verò, quę inuenta ſunt, qua ratione commodè alijs tradantur, ediſſerit. Et quia Scripturarum obſcuritas quandoq; ex rebus quæ tractantur, interdum verò ex ſignis, ſiue vocibus, quibus repræſentantur, cõſurgit: in duobus prioribus libris de difficultate rerum tractat; in tertio verò, de nominum & verborum obſcuritate. Quæ verò in primo, & ſecundo tractanda ſuſcepit, ita diſtingui poſſunt: vt in priori, de fruendis, hoc eſt de ſanctiſsima Trinitate, de myſterio Incarnationis, de Eccleſia ſancta, Reſurrectione, deque amore, quo tùm Deum, tùm nos ipſos proſequi debemus, diſſeratur: in poſteriori verò de vtendis, hoc eſt de his quæ in vſum noſtrum vſurpamus vt inſtrumenta, & adminicula ad finem conſequendum; & ita docet quænam diſciplinæ ad intelligentiam Scripturarum conferant. Etſi igitur Auguſtinus multos Canones intelligendæ Scripturæ tradat, & ſeptem Tyconij Donatiſtæ regulas, & commendet, &, quatenus opus eſt, emẽdet, quaſi claues ad aperienda ſigilla illa ſeptem, quibus clauſus erat liber, quem ſolus agnus meruit aperire: nos tamen huius tanti Patris veſtigijs inhærentes, alia ratione de eiſdem diſſerendum duximus. Et quoniã Scriptura nunc proprijs, nunc figuratis locutionibus vtitur; proponemus primò eas regulas, quę vtriq; loquendi rationi communes ſunt:

Aug. tom 3. initio

In libris de Doctr. Chriſtiana quatuor, quid ſit Auguſtino propoſitum.

In ſacris libris quæ pariant obſcuritatem.

Primi & ſecũdi de Doctrina Chriſtiana voluminũ argumẽtum quod ſit.

Aug. lib. 3 de Doctr. Chriſt. à cap 31 vſq; ad 37.

Apocal. 5.

ſunt: Deinde peculiariter eos Canones, qui ad orationem tropis, & figuris conſtantem agnoſcendam ſpectât, proferemus. Ne verò hæc de proferẽdis regulis prouincia moleſtiam, aut tædium lectori adferat; diſtinguendã illam in tres Quinquagenas cenſuimus, & in ſingulis earum ad quinquaginta vſque, Canonum numerum protendemus, quibus ad Sacras Scripturas rectiùs percipiendas, & intelligendas promoueamur.

PRIMA QVINQVAGENA.

PRIMVS CANON.

Quid ſit Scriptura.

Scriptura diuinitùs inſpirata, ab Eccleſia Catholica in Canonem recepta, atq; approbata, vt rectè credẽdi, & vitæ ſanctè, & ſecundùm legem Dei inſtituendæ regula, gratuita Dei beneficentia nobis tradita eſt: ſupremum finem noſtrum, atque adiumenta, & ſubſidia, quæ ad illum perducũt, docens: hæc cum Apoſtolorum, & vniuerſalis Eccleſiæ traditione, & præſertim cum magiſterio Spiritus ſancti illi peculiariter relicto ad dubia, quæ circa Scripturam, vel extra eam incidunt, decidẽda, abundè omnia præſtat, quę tum ad iuſtitiam præſentis vitæ, tum ad æternæ vitę ſalutem adipiſcendam ſpectât. Non enim ſatis eſt nobis Scriptura ſacra ſine Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis traditionibus, de quibꝰ admonuit Apoſtolus: *State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolã noſtram.* In quibus & Canonicorum librorum numerus, & ſenſus verus Scripturarum, & legitimus Sacramentorum vſus, & quę ad ordinem, & diſciplinam ipſius Eccleſiæ faciunt, quaſi depoſitum Apoſtolicum Timotheo commendatum cuſtoditur. De his ita loquitur Dionyſius cap. 1. cœleſtis hierarchiæ à medio: *Subſtãtia Sacerdotij noſtri Scriptura ſacra eſt nobis diuinitùs tradita. Porrò huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus, quæque à beatiſsimis Patribus noſtris, à quibus ſacris myſterijs imbuti ſumus, in ſanctis, ac Theologicis commendata ſunt libris. Ac prætereà quæq; ab eiſdem ſanctiſsimis viris, ſacratiore, & purgatiore, & propinqua quodammodò cœleſti hierarchiæ doctrina, ſancti duces ac præceptores noſtri didicerunt, ex animo in animum (medio intercurrente verbo, corporali quidem, ſed quòd carnis penitus excedat ſenſum) ſine literis transfuſa ſunt.* Hæc magnus ille Pater. Neq; hæc ſunt ſatis, niſi accedat vnctio, & eruditio Spiritus ſancti, quem promiſit Dominus manſurum nobiſcum in æternum; qui & in generalibus Synodis, & in Christi Vicario, & Petri ſucceſſore reſidens, omnes incidentes quæſtiones, & ortas de fide controuerſias ſua autoritate terminet, atque reſoluat.

Ioan 14. & 16.
Nobis quid conferat.
2. Theſſal. 2.
Sine Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis traditionibus eadem nequit conſiſtere.
1. Tim. 6.
B. Dionyſ.
Scripturam Dionyſius ſacerdotij noſtri ſubſtantiã appellat.
Ad Scripturæ ſenſum Spiritus ſancti eſt vnctio neceſſaria.
1. Ioan 2.
Ioan. 14.

CANON II.

De Catalogo librorum Canonicorum.
Libri, Canonici an ſint, an apocryphi, ad Eccleſiam ſolã pertinere iudicium.

Catalogus Canonicorum librorũ à nobis venerabiliter ſuſcipiẽdus eſt, non in eo numero, quem agnoſcit cæca Iudæorũ Synagoga, nec in eo quem quæuis recentiorum, aut antiquorũ hæreticorum ſecta ſibi amplectendum delegit, aut quem vnus aliquis priuatus Doctor, etſi alioqui maximus ſit & illuſtris, recipit; ſed in eo tantum, quem Catholica Eccleſia per totum orbẽ diſperſa ſummo ſuſcepit conſenſu, & recipiẽdum omnibus ſuis filijs proponit: quia rei tã grauis, ac præſtantis iudicium alteri quàm ei competere non poteſt. Quoniã igitur vniuerſi, qui in Biblijs circumferuntur libri (duobus apocryphis, & poſtremis Eſdræ exceptis) à tota Eccleſia vt Canonici recepti ſunt, & per Doctores, qui eius ſunt oculi, & lumina, cõprobati, & per duo poſtrema, & œcumenica Concilia, hoc eſt Florentinum, & Tridentinum confirmati, & non tantùm illi, de quibus nulla vnquàm extitit controuerſia, vt Pentateuchus, & Prophetæ, & Euangelia, & ſimiles, ſed etiam alij, de quibus aliquãdo dubitatum fuit, & in controuerſiam reuocatum, eo quòd non obſtante dubitatione vim ſuam, & autoritatis Canonicæ pondus obtinuerunt: quales in Veteri Teſtamento ſunt Tobias, Iudith, Sapientia, Eccleſiaſticus, Baruch, & Machabæi; & in Nouo Epiſtola ad Hebręos, ſecũda Petri, duæ poſteriores Ioãnis, vnica Iudæ, & Apocalypſis: idcirco de his omnibus libris: vel de aliqua eorum parte de integro, velle ambigere an Canonici ſint, nec ne, inſolentiſſimæ ſuperbiæ, & manifeſtiſſimæ hæreſis eſt indicium. Aſſerere verò quoſdã eſſe Canonicos ad cõfirmanda dubia Fidei dogmata, alios verò ad ædificationem Eccleſię, & bonorum operum documentum, quomodo quidã ex noſtris Patribus olim locuti ſunt, cùm res hæc non adeò eſſet in Eccleſia comperta, & explorata; nullo modo eſt recipiendũ: quia hæc diſtinctio ſacris Synodis Generalibus omninò fuit ignota, & neglecta; vt meritò proinde eam deſerere nos cogamur. Quamobrẽ etſi olim citra fidei periculum potuerit quis in dubiũ reuocare, num Apocalypſis liber, aut Epiſtola ad Hebræos, in albũ Canonicorũ librorum eſſent admittẽdi: ſed iam poſt tot Eccleſiæ certas definitiones, & receptas ſententias, id nequaquàm licet. Emẽdare quoque ſacra Biblia, aut voces quaſdam propria autoritate in alias mutare; aut aſſerere Textum eſſe corruptum, ac deprauatum, nullo ꝓducto codice veriori, & magis au-

Eccleſiæ oculi, & lumina ſunt Sacri Doctores.
Concil. Florẽt. ſeſſ. vlt. prope finem, in Bull. vnionis, ca. 7.
Concil. Tridem. ſeſſ. 4. ſub initium.
Qui libri olim tum Veteris, tũ Noui Teſtamenti, Canonici eſſent, necne, venerint in controuerſiã.
Hieronym. in Prœm. in libros Ca. omo. tom. 3.
Grego. lib. 19. Moral. cap. 17: tom. 1.
Ruffin. in Fide: Symbolo, apud D Hieron. Caietan. & plerique è recentioribus.

In Eccleſia Dei qui videantur nõ ſapere ad ſobrietatem. *Rom.12.* Regia ſalutis via in Eccleſia tãtùm eſt: extra eã hæreſis præcipitium.

B. Athanaſ. vlt. tomo. Eccleſię Gręcæ præpoſtera Eſdræ libros approbandi, & improbandi ratio notatur.

thentico, vt ſine vllo Patrum veterum teſtimonio, vel ſine euidenti, & apertiſsima ratione, quæ rem fortiter euincat, homini eſt in Eccleſia Dei non ſapientis ad ſobrietatem, ſed plurimum ſuo iudicio, plus quã toti Eccleſiæ tribuentis, ac certæ, ac regiæ viæ, quæ in Eccleſia eſt, præcipitium hæreſis præferentis. Miratus autem ſum, qua ratione Græca Eccleſia, & in illa præcipuè Athanaſius in Synopſi Sacrarum Scripturarum (vel Baſilius, vel Gregorius Niſſenus, vel quiſquis alius eius libri autor extiterit) tertium librum Eſdræ, quem Latini ſimul cũ quarto pro merè apocryphis habent, tanquàm librum primũ Canonicum Eſdræ ſupputent; pro ſecundo verò libro, ſolos duos paruos, & veros Ezræ, & Nehemiæ, qui à Latinis ſoli Canonici habentur, enumerant; faciuntq́; tertium illum præcedere antedictos duos; quod quæ illo volumine continentur, priora ſunt tẽpore illis hiſtorijs, quæ duobus noſtris Canonicis recenſentur. Et auget admirationem, quòd ille tertius liber Eſdræ, qui Græcis eſt primus Eſdræ, apud Hebræos nõ habetur, ſed tãtùm apud Græcos: ſicut quartus nec apud Græcos, nec apud Hebræos inuenitur, etiamſi ab Athanaſio, & Ambroſio, & Auguſtino certæ ex illis ſententiæ proferantur. Epiſcopus tamen Abulenſis in his quę præfatur in Matthæum, duos Ezræ libros præter Nehemiam acceptat: & ita tertiũ videtur admittere vt Canonicum, & ſolũ quartum vt apocryphum agnoſcere. Sed certè Eccleſiæ Latinæ iudicium, & cenſura, præferẽda eſt illi Græcorũ quæ eiuſmodi duos poſtremos Eſdræ libros pro apocryphis habet, ſicut & Concilia Generalia declararunt, & Hieronymus in Præfatione ſua ſuper lib. Eſdræ ait: *Nec apocryphorum tertij, & quarti libri ſomnijs delectetur: quia & apud Hebræos Eſdra Nehemiaq́; ſermones in vnum volumen coarctãtur.* Et in Prologo galeato: *Octauus Ezdras; qui & ipſe apud Græcos, & Latinos in duos libros diuiſus eſt.*

B. Hier. to. 3. prope initiũ.

Idem eodem, paulò ante.

Canon III.

Quinã fuerint autores librorũ Canonicorum. *2. Pet. 1.*

Etſi omnes ſacri, & Canonici libri nõ niſi Spiritum ſanctum, qui locutus eſt per Prophetas, & Apoſtolos, autorem habeant: nõ ita tamen accipiendum eſt, vt excludat adminiſtros, tanquã proximos, & immediatos illorũ Scriptores. Ac vt fide certa recipimus Pentateuchũ, Pſalmos, & Propheticos libros: ita etiã illius quidẽ Moyſen autorem, Pſalmorũ verò Dauidẽ, & certos, & ſignatos Prophetas propheticorum fuiſſe ſcriptores voluminum. Libri quoq; Prouerbiorum, Eccleſiaſtis, & Cantici Cãticorum cõditorem Salomonem agnoſcimus; cui liber Sapientiæ meritò adiungi poteſt, quẽ ab alio quàm à Salomone, qui interdũ in ſua perſona verba facit, ſcribi nõ potuiſſe, valdè eſt probabile. Porrò Eccleſiaſticus certum ſibi vendicat autorẽ Ieſum filium Sirach: vt in Prooemio libri, & in fine capitis 50. ipſe teſtatur. Iudicum volumen, cum duobus prioribus libris Regum, in Hebraicis codicibus Samueli tribuũtur; Poſteriores verò, cum libris Paralipomenon, & primo libro Eſdræ, nonniſi Eſdræ prophetæ adſcribuntur: ſicut 2. Eſdrę tribuitur Nehemiæ. At verò quinam extiterint librorum Iobi, Tobiæ, Iudith, & Eſther, & Machabæorũ autores, incertũ eſt, & variè loquũtur Doctores: neq; magnoperè decertandum, quo Amanuenſi, aut quo calamo vſus ſit Spiritus ſanctus in eiuſmodi libris dictãdis: quemadmodum in literis Regijs ad nos tranſmiſsis per quos ſint ſcriptæ adminiſtros, ferè negligimus intelligere, cùm ſatis conſtet ſigillo Regio, & inſcriptione eſſe munitas. Omnes tamen libri ad Nouum Teſtamentum ſpectantes, ſuos ſtatim produnt autores; vſque adeò vt de proximo libri ſcriptione dubitare, nõ minùs ſit ſacrilegum, atque impium, quàm de ipſo libro. Idcirco Epiſtolæ ad Hebræos autorẽ germanum, ac proprium Paulum Apoſtolum recipere cogimur: ſimiliter nõ tantũ Apocalypſis librum, ſed etiam eius ſcriptorem Ioannem Euangeliſtam fuiſſe (vt in initio libri ipſe profitetur) indubia fide eſſe ſuſcipiendum aſſeueramus. Et ita de reliquis libris, quorum autores ab Hæreticis in controuerſiam ſunt vocati.

Qui libri Sacri incertis proferantur autoribus.

Parum eiuſmodi cognitionem referre, quid inſinuet.

Epiſtolæ ad Hebræos Paulũ Apoſtolum, Apocalypſis verò Ioannem Euangeliſtã fuiſſe ſcriptores.

Canon IIII.

Libri in Scripturis memorati qui modò non extent.

Præter libros Canonicos, quos ſuperiùs enumerauimus, producuntur nonnulli alij in Veteri Teſtamento, qui tamen hodie nõ extant: quales ſunt, liber Bellorum Domini, Num. 21. liber Iuſtorum, de quo Ioſue 10. & 11. Regũ 1. Liber verborum dierũ Salomonis, id eſt rerum ſub regno Salomonis geſtarum; de quo 3. Regum 11. Eſt prætereà liber Regum Iſraël, & Iuda, de quo 3. Regũ 14. bis fit mentio, & ſemel cap. 15. Sunt prętereà libri Nathan Prophetæ, & volumen Gad videntis, id eſt Prophetæ, quibus Dauidis Regis geſta continebantur: de quibus 1. Paralipom. 29. in fine. Ad hæc Salomonis hiſtoriam deſcripſerunt Nathan Propheta, & Ahias Salonites, & Addo Videns, id eſt Propheta in viſione cõtra Hieroboam, vt habetur 2. Paralipomen. 9. quorum hodie nullũ extat veſtigium. Citatur & Ozai Prophetia 2. Paralipom. 33. Deſiderantur item Ionadab Rechabitæ præcepta data filijs ſuis, ne videlicet vinum biberẽt, aut vi-

neas

neas plantarent, aut domos ædificarent: de quo fit mentio Hierem. 35. Producitur & Iehu hiſtoria de qua 2. Paralipom. 20. Recenſetur & Hozię Regis Iuda hiſtoria ab Iſaia filio Amos conſcripta, 2. Paralip. 26. in fine, quæ tamē in toto opere Iſaiæ Prophetæ non inuenitur. Deſcriptiones item Hieremiæ Prophetæ, quibus filijs Iſrael tranſmigratis præcepta, & leges viuēdi, ne errarent, traduntur: & producuntur in 2. Machab. 2. Et liber Dierum Sacerdotij Ioannis Hyrcani, qui non extat; citatur tamen vlt. cap. primi Machab. Deniq; Iudas Apoſtolus in Epiſtola Catholica producit librum Henoch; qui tamē deſideratur, & apocryphus potiùs quàm Canonicus habetur.

Quid ſit de his libris ſentiendum.
Orig. tom. 1. à medio.

Porrò quid ſit de his libris ſentiendum, dubiū eſt. Certè Origenes homil. 1. in Canticum Canticorum in fine ſic ſcripſit: *Operoſum eſt, & procul ab opere propoſito, ſi velimus nunc inquirere, quàm multorum librorum commemoratio fiat in Scripturis diuinis, quorum lectio nulla nobis omninò eſt tradita.* Sed neque apud Iudæos haberi quidē vſum huiuſmodi reperimus lectionum, quæ ſiue pro eo quòd aliqua ſupra humanā intelligentiam continebant, placuit Spiritui ſancto auferri de medio, ſiue quòd eſſent de Scripturis his quæ appellantur apocryphæ, pro eo quod multa in eis corrupta, & contra fidem veram inueniuntur à maioribus tradita, non placuit eis dari locum, nec admitti ad autoritatem, ſupra nos eſt pronunciare de talibus. Illud tamen palàm eſt, multa vel ab Apoſtolis, vel ab Euangeliſtis exempla eſſe prolata, & Nouo Teſtamēto inſerta, quę in his Scripturis, quas Canonicas habemus, nunquàm legimus, in apocryphis tamē inueniuntur, & euidenter ex his oſtēduntur aſſumpta. Hæc in ſenſu Origenes, qui modeſtè de re tanta iudicium ſuum ſuſpendit, & eam alijs iudicandam permiſit: an videlicet eiuſmodi libri Canonici fuerint aliquādo in Eccleſia, necne. Certè Auguſt. lib. De ciuit. Dei teſtatur olim librū Henoch Canonicū, & ex quo deprauatus fuit per Hæreticos, fuiſſe apocryphum. Mihi quidem probabilius longè videtur nunquàm fuiſſe Canonicos, etiàmſi paratus ſum mutare ſententiam, ſi quiſquam ſolidis rationibus contrarium euicerit. Hoc porrò ad credēdum his adducor rationibus. Prima eſt: quia, vt ait Origenes, illi libri de medio ſublati ſunt ab Spiritu ſancto, vel quòd aliqua continerent, quæ ſupra humanam ſunt intelligentiam; vel quia apocryphi erāt, & falſa quædam contra fidem continebant. Prior ratio nulla eſt, quoniā Prophetica ſcripta quàm plurima ſupra captum humanum continere ſolent: nec Deus dona, quæ ſemel contulit Eccleſiæ ſuæ reuocare conſueuit, ſed potius conſeruare, & augere. Si igitur ob hanc cauſam non ſunt excluſi ab autoritate Canonica; ſupereſt ſecūda, nimirum quòd eſſent libri apocryphi, & multa incerta, & inconſtantia continerent.

D. Auguſt. li. 18. de ciuit. Dei, cap. 38. in fin. tom. 5.
Prædictos libros nunquā in Eccleſia Dei fuiſſe Canonicos, oſtēditur multiplici ratione.
Ratio prima ipſius Origenis, ſed infirma.
Deus quæ dona ſemel contulit Eccleſiæ ſuæ, ea non reuocare, ſed potiùs conſeruare, & adgere conſueuit.

Secunda ratio.

Deinde conſtat Salomonem tria millia parabolarum, & carmina quinq; millia locutum fuiſſe; & diſputaſſe ſuper lignis à cedro, quę eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete; ac diſſeruiſſe de iumentis & volucribus, & reptilibus, & piſcibus: vt aſſerit 3. liber Regum in fine capitis 4. Conſtat autem, hos poſteriores libros omninò intercidiſſe, & ex tot libris Parabolarum, & Carminum, nō niſi paucas Parabolas, & Canticum Canticorum ad nos perueniſſe. Quia etſi fortaſſis diuina Sapientia eſſent conſcripti; non tamen vtiles iudicati ſunt, vt Canonicam autoritatem haberent.

Tertia ratio.
1 Tim. 6.
Liber Canonic⁹ quid ſit.

Tertiò: ſi canonici eiuſmodi libri extitiſſent, Eccleſia nō fuiſſet depoſiti ſibi traditi à Deo fidelis cuſtos, iuxta illud ad Timoth. *O Timothee, depoſitum cuſtodi.* Cumq; liber Canonicus nihil aliud ſit, quàm certa regula credendi, & vitam legi Dei conformem inſtituendi; facere iacturam vnius libri Canonici, nihil aliud eſſet quàm regula viuendi iuxta Dei præſcriptum amittere. Quemadmodum grauiſſimum eſſet incommodum, ſi Eccleſia vel vnius tātùm Sacramenti ex ſeptem, quo initiatur, & ſanctificatur, iacturam faceret.

Vel vnius libri Canonici iactura quā grauis.
Quarta ratio.
Spiritus ſanctus Eccleſiæ ſuæ cuſtos, & protector eſt.
4 Reg. 22.

Quartò: poſſet hoc incōmodum nō ſine ratione retorqueri in Spiritum ſanctum Eccleſiæ Dei cuſtodem, & protectorem: quia cùm poſſet Eccleſiam pręſeruare, ne librum Canonicum amitteret, permiſit tamē. Et tamen librū Pētateuchi amiſſum, tēpore Ioſiæ inuentū eſſe memorat Scriptura: & librum Threnorum à Rege Ioachim cōbuſtum curauerit Spiritus ſanctus vt iterum à Hieremia Propheta cōſcriberetur, vt traditur Hier. 36.

Ratio quinta.
Eſdras Legē inſtauraſſe fertur communi Patrū conſenſu.

Quintò: Eſdram Prophetā reſtituiſſe omnes libros Sacros, qui interciderant tempore captiuitatis Babylonicæ, communis ferè omnium Doctorum conſenſus eſt: eiuſmodi verò libros, quos ſuperiùs enumerauimus, nō reſtituiſſe inde colligimus, quia poſt reditū à captiuitate nulla eorum fit mentio: quod ſignum eſt illos habitos fuiſſe vt apocryphos, & pſeudepigraphos, aut nullum de Meſſiæ myſterijs continere.

Sexta ratio, ac poſtrema.

Denique ex eiuſmodi libris nihil legimus citatum ab Apoſtolis, vel Euangeliſtis in Nouo Teſtamēto, cū ex ferè omnibus alijs, quos Canonicos habemus, aliquid allatu inueniamus: quod apertum argumentū eſt eos minimè

fuiſſe

Quot Alphabeti literæ, totidem libri Canonici numerantur.

ſe Canonicos, nec eos extare in reru naturа. Libri ſiquidem Canonici non habentur niſi in numero literarum Alphabeti, id eſt vigiuti duo: at ſi iſti in Canone fuiſsẽt; fuiſſet ſupra triceſimum numerum, quod nullus vnquam dixit.

In ſacris libris quandoq; citantur apocryphi.
Iud.
2.Tim.3.
Act.17.
1.Cor.15.
Tit.1.

Quòd verò eiuſmodi ſcriptores, Prophetæ dicantur, & eorum ſcripta Prophetiæ, & viſiones, non arguit illos fuiſſe Canonicos: quia poſſunt Canonici libri citare libros nõ Canonicos; vt facit Iudas producendo librũ Henoch; & Paulus in poſteriori ad Timotheum citat hiſtoriam de Ianne, & Mãbre, qui reſtiterũt Moyſi, nec tamẽ in libris Canonicis habetur. Idem etiam nonnihil ex Poëtis profanis adducit. Et futurũ erat in Eccleſia, vt magni viri, vt Iuſtinus, Irenæus, Clemens vterq; citarent permulta ex Platone, vel Ariſtotele, & alijs ad cõfirmanda noſtra. Satis aũt eſt, quòd quæ ex talibus libris producuntur, vera eſſe cõprobentur.

Pauli ad Laodicenſes eiuſdem ad Senecam epiſtolas nunquàm fuiſſe Canonicas, vnde cõſtet.
Coloſſ. vlt.

Hinc elicimus, Epiſtolã Pauli quę fertur ad Laodicenſes, cuius fecit mẽtionem in Epiſtola ad Coloſſenſes, & quã in eorum Eccleſia legi mãdauit, nunquàm fuiſſe Canonicam; ſicut nec Epiſtolas ad Senecam miſſas, & alias, quas pro varijs negotijs, & peculiaribus ſcripſiſſe eſt veriſimile.

Canon V.

De veteri Inſtrumento.
Quis Textus Scripturæ pro Canonico & authentico ſit habẽdus.
Tridens. Synod. ſeſs. 4.

Pro Canonico, & authentico Scripturæ Textu, quod attinet ad Vetus Teſtamentũ, quiſq; Catholicus Latinã Vulgatã Hieronymi editionem, à Concilio Tridẽtino approbatam ita agnoſcere, & recipere debet, vt nulli eam liceat reijcere, vel cõtemnere: præſertim vbi caſtigata, & iudicio Eccleſiæ ab erroribus, mẽdis & vitijs fuerit emẽdata, vt debet, & pręcepit Concilium. Verſionem prætereà Græcam 72. interpretum à Chriſto, & Apoſtolis, & primis omnib⁹ Patribus confirmatam, tribusq; ante Chriſti Crucem ſeculis per 72. eruditiſsimos viros factam, & à tota Eccleſia receptam, non ſecus atq; primitiui Patres, qui alias Scripturas non nouerunt, admittere debemus. Textum quoq; Hebræũ, quatenus prioribus duobus nõ contradicit, cõſulere poſſumus, & interdum debemus: quẽadmodum Hieronymus ferè in omnib⁹ Sacris libris vtrãque, Græcam ſcilicet, & Hebræã, & amplectitur, & explicat, maximè verò in Cõmentarijs ſuis ſuper Prophetas. Hinc in Apologia aduerſus Ruffinũ teſtatur: *Vniuerſi tractatus mei horum teſtimonijs texti ſunt. Commentarij in duodecim Prophetas & meã, & Septuaginta editionem diſſerunt.* Idem Auguſtin. docuit non ſemel: in libris verò De ciui. Dei ita loquitur: *Vnde etiã ego pro meo modulo veſtigia ſequens Apoſtolorum, quia & ipſi ex vtriſq; id eſt ex Hebrais, & ex Septuaginta teſtimonia prophetica poſuerunt, vtraq; autoritate vtendum putaui, quoniam vtraq; vna, atque diuina eſt.* Sic Auguſtin. Gregorius quoq; in libris Moral. vtramq; editionẽ, hoc eſt Septuaginta, & Nouã, hoc eſt Hieronymi ſe vſurpaturum profitetur: eo quòd vtramq; Romana Eccleſia recepiſſet, vt in ſuperioribus comprobatum reliquimus.

Hebræã veritatem, necnon & LXX. interpretum verſionẽ conſulere quatenus debeamus Hieronymi exẽplo.
B. Hier. tom. 5.6.7. & 8.
Idem lib. 2. aduerſ. Ruffinum, procul à medio, tom. 2. paulò poſt med.
Auguſt. lib. 18. De ciuit. Dei, ca. 44. in fine, tom. 5.
Greg. epiſt. ad Leandrum c. 5. 10. 1. initio.
Suprà in 3. Prolego.

De Nouo Teſtamẽto.

In Nouo Teſtamento, ſequenda eſt editio Vulgata, ac tenenda, corrigẽda tamen, & emaculanda prius in his, in quibus aut tẽporum iniuria, aut librariorum incuria, vel imperitia deprauata eſt: & ad illã illuſtrandam, & alijs explicandam, non eſt textus Græcus deſerendus, maximè in his, in quibus teſtimonium habet ex Patribus, & Latinæ editioni non aduerſatur. Nam ſi aduerſaretur, & Latina firma Patrum haberet teſtimonia, non eſſet facilè deſerenda: imò vt verior, & ſincerior, Græcę eſſet interdũ præferenda, quæ ſæpè, & multis modis ab importunis hominibus fuit vitiata, vt veteres Patres teſtantur.

In quibus corrigenda atq; emendanda Vulgata ſit editio. Latina quando retinẽda, & Græca præferenda videatur.

Canon VI.

Nouæ Bibliorum editiones populo Dei fugiendæ ſunt ac declinandæ.

Nouæ Bibliorũ editiones, quę noſtra ætate à pleriſq; tum ex noſtris, nimirũ Xantis Pagnini, & Franciſci Vatabli, & Iſidori Clarij; tum ex alienis & hæreticis prodierunt, vt Sebaſtiani Munſteri, & Pellicani, Caſtellioniſque, & aliorum hæreticorum, qui vel integras Scripturas, vel earum bonam partem, vt Pentateuchum, Pſalmos, & Prophetas, & Nouum Teſtamentum nouis verſionibus elucidàrunt, vt ipſi profitentur, ad Hebræam, vel Græcam veritatem reuocàrunt; ſpecioſos titulos eis affingentes, quo venalem mercem, & magis cõmendatam extruderent; meritò populo Dei fugiendæ ſunt, ac declinandæ; ſicut etiam peculiariter ab Eccleſia fuerunt omnes interdictæ: nec eſt illis magnoperè fidẽdum, aut fides noſtra facilè illis accõmodanda, quoniam in multis defeciſſe vidẽtur ad Iudæorum Interpretamenta: in puritate, integritate; & veritate tranſlationis cum illa Hieronymi, vel 72. interpretum editione certare non poſſunt. Non diffitebor tamen, nonnihil fructus ex illis Vatabli, & Xantis Pagnini accipi poſſe, ab eruditis præſertim, & ſtudioſis in Eccleſia viris: timendum tamen, ne plus nouitate ſua, & audacia vertendi ſimplicibus fidelibus nocuerint, quàm profuerint, & ad noua dogmata amplectenda, & firmanda magis, quàm impugnanda & declinanda eos impulerint. Qui enim nouis verſionibus vel afficientur, vel capiuntur, facilè ſiniſtras opiniones cõcipiunt de Hieronymi verſione, vel

Cur illæ minus probentur.

Quænam illarũ aliquid vtilitatis allaturæ credãtur, & quid in eis cauendum ſit.

Qui nouis Scripturæ verſionibus delectantur, quid ferè aſſequantur.

illa

illa Septuaginta interpretum;& Eccleſiam Dei multis ſeculis ſine veris, & germanis Scripturis extitiſſe opinari valent.

Canon VII.

Non tantùm pro Canonica Scriptura ſunt aſſignata, quæ habeantur, ſed ea omnia, quæ ex illis neceſſaria, & euidenti conſequentia deducuntur.

Non tantū Diuinam autoritatē habent, & fide ea tenēda ſunt, quæ in Scripturis expreſsè continētur, &c. ſed etiam omnia illa, quæ ex illis neceſſaria, & euidēti cōſequentia deducuntur: quæ doctrina à magno illo Gregor. Theologo ad nos deriuata eſt. Cùm enim lib. 5. Theologię obijceret quis, Deum ingenitū, & immortalē in Scripturis non haberi, & ipſe haberi, res ipſas contenderet, & probaret, ait: *Nonne perſpicuum eſt, iſta, tametſi non dicantur, tamen ex illis colligi, quæ hæc neceſſario efficiant, ac probent? Quæ tandem? Ego ſum primus. & poſt hæc, & ante me non eſt alius Deus, & poſt me nō erit. Totū enim quicquid eſt, mecum eſt, nec principiū habens, nec finē habiturum. His à Scriptura acceptis, illud quidē, quòd ante eū nihil ſit, nec antiquiorē cauſam habeat, Anarchum, & Ingenitum appellaſti: quod aut nunquā eſſe defiturus ſit, immortale, exitiíq; expers.* Et infrà: *Cùm ergo in nominibus, & rebus tantum diſcrimen reperiatur; quid cauſa eſt, cur literæ tantoperè ſeruias, Iudaicaq; ſapientia teipſum adiungas, relictuq; rebus, ſyllabas conſecteris? Quòd ſi te bis quinq;, aut bis ſeptem dicente, decem, aut quatuordecim ex verbis tuis colligerem, aut ex eo quod animal ratione præditum, & mortale diceres, hominem eſſe concluderem, an tibi viderer delirare? Neque enim verba magis ſunt eius qui loquitur, quàm illius, qui loquendi neceſsitatem ſimul affert.* Hæc magnum illud Eccleſiæ lumē Gregorius.

Greg. Nazian. interprete Iacobo Billio Abbate.

Iſai. 41. & 43. 44. et 48

Ingenitus, & immortalis Deus cùm in Scriptura nō legatur, quomodo ea ea tamen colligatur, teſte Nazianzeno. Relictis rebus, nō ſunt conſectandæ ſyllabæ.

Prædictus Canon in quibus tantū locū habeat.

Sed hæc ſententia reſtringenda eſt ad ea tantùm, quæ in ſenſu literali dicuntur, & ad ea quæ tantùm neceſſaria, vel euidenti conſequentia colliguntur. Nam ſi vel in myſtico ſenſu dicerentur, vel probabili tantùm, & topica ratione, vel obſcura, & nō ſatis aperta complexione elicerentur, illa vt diuina non eſſent accipiēda. Et certè leges vniuerſæ, tam Canonicæ & Eccleſiaſticæ, Monaſticæ & Regulares, quàm Ciuiles, & Cæſareæ, tanquā Diuinæ eſſent ſuſcipiendę, ſi ſatis eſſet illas lōgis, & obſcuris ratiocinationibus, aut probabilibus, & non neceſſarijs vel euidētibus diſcurſibus ex Scripturis deduci.

Tripliciter eſſe aliquid in Scripturis dicitur.

Dupliciter igitur aliquid eſſe in Scriptura dicitur: Aut quia eſt expreſsè in ea contentū, & in ſenſu literali. Deinde omne quod virtute in illa contentū eſt, & neceſſaria conſequentia extractū: atq; his duobus modis agere licet in hæreticos. Tertiò continetur eminenter id, quod probabili conſequētia infertur, vel ad eam intelligendā, vel ad implēdam ordinatur: nam medium in fine continetur. Atq; eiuſmodi extractis concluſionibus ædificatur fidelis, non conuincitur proteruus. & quæ talia ſunt, vel ad credendum, vel ad ea quæ præcipiūtur obſeruanda, quemadmodum duo priora, non obligant.

Præcepto Dei. Nō addetis ad verbū quod vobis loquor, nec auferens ex eo, hæc regula cur minimè repugnet.

Nec hoc eſt contra Deuter. 4. & 12. & Prouerb. 30. vbi præcipitur nihil eſſe Scripturæ addendū, vel detrahēdum: Quia non eſt addere verbo Dei, id, quod virtute, vel eminenter continetur in ea, explicādo deducere.

A, vt. vii Ex eodē Canone quæ dogmata Fidei colligantur.

Ex qua quidem Regula pleraq; certiſsima dogmata colligimus: vt, Filium Patri eſſe homuſion; Liberū arbitriū, Purgatoriū, ſatisfactiones, & merita: quæ voces etſi in Scripturis nō reperiantur, ſatis eſt res ipſas, ex quib⁹ eiuſmodi voces deducūtur, in illis cōtineri. Ecce Dominus in Euangelio Sadduceos de reſurrectione dubitantes illis verbis quæ habentur in lege: *Ego ſum Deus Abrahā*, &c. conſutauit: *Non eſt Deus*, inquit, *mortuorum, ſed viuentium.*

Matth. 12. Exod. 3.

VI. Synod. act. 4. & aliquot. ſeqq.

Et VI. Synodus duas voluntates Chriſtū habuiſſe, Humanā, & Diuinā, ex eo potiſsimū argumēto deduxit, quia Chriſtus in Scripturis homo dicitur. Tridētina etiā Synodus ex illis verbis: *Quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis*, &c. efficaciter intulit inſtitutionē, ſiue, pręceptū Cōfeſsionis apud Sacerdotes, diuinitùs iniunctū.

Trident. Synod. ſeſſ. 14. c. 5. in princ. Ioan. 20.

Nec enim poſſunt Sacerdotes de delicto incognito remittendo, vel retinendo, iuſtā pronūtiare ſententiā, niſi prius de eo illis conſtiterit. Conſtare autē alia via nequit, niſi ꝑ eos, qui Eccleſiæ clauibus iudicādos ſe ſubmittunt.

Alia vtilitas Canonis huius.

Aperitur etiam hac Regula, multa non eſſe reuera iuris Diuini, quæ alioqui diuina à quibuſdā habentur: & multa alia eſſe, quæ tamen talia eſſe nō cogitantur. Quæ enim Dominus per ſeipſum præcepit, vel ex eius præceptis euidenter, & neceſſariò deducūtur, pro iure diuino ſunt accipienda: quæ verò ꝑ probabiles ac topicas rationes, & per maiores Eccleſiæ decerni, aut mutari poſſunt, nōniſi Eccleſiaſtica, & Canonica mandata interpretanda ſunt.

Canon VIII.

Scriptura in maternā linguā conuerſa magis perniciosa populo Dei, quā ſalutaris exiſtit.

Ea quatenus adhibenda Hebræi olim annum nati nondum triceſimum à quibus ſacris libris legendis abſtinere deberent.

Quoniam experiētia docuit, ex Scriptura in vernaculam linguam verſa multos errores in Eccleſiam irrepſiſſe, dum ſimplices homines verbo Dei abutuntur, aut illo ab alijs decipiuntur; cautè eſt in Eccleſia proſpectū, ne ſimiles editiones paſsim omnib⁹, & ſine delectu, vel ſine Epiſcoporū ſuorū facultate concedātur. Et in Synagoga olim cautum erat, ne viris, qui triceſimum annū nō attigiſſent, libri difficiles, & obſcuri legendi traderentur: quales ſunt, principium Geneſis, Canticū Canticorum, principium & finis Ezechielis: vt Origenes, & Hieronymus teſtantur. Et Gregorius Nazianze. Apologia de ſuga in Pōtum ait: *Hebræorum*

Orig. in Prologo Cantici Cantic. initio tom. 1. à med. Hiero. in præfa. ſuper Ezechie. & alibi, to. 5. à medio. Nazianzen.

ſapien-

Greg. operis inuto, eodem interprete.

ſapientes hanc olim Hebræi legem fuiſſe narrant, inprimis egregiam, & laude dignam, quæ non cuiuis ætati quiuis Scripturæ liber concedebatur (nam ne hoc quidem vtilius eſſe, quandoquidem nec tota ſtatim à quolibet percipi poßit, ac reconditißimus quiſque locus externa ſui ſpecie imperitioribus plurimum mali adferre poßit) verùm alij libri iam inde à prima ætate omnibus permittebantur, communesq; erant, &c. Adhæc legebat Eunuchus Iſaiam, & rogatus an intelligeret quæ legebat, reſpondit: *Quomodo poſſum (intelligere) ſi non aliquis oſtenderit mihi?* Quòd ſi quis dicat, non minus pro paruulis & ſimplicibus literas Sacras à Deo eſſe conſignatas, quàm pro magnis, & eruditis viris: in promptu eſt reſponſio. Vt enim Euchariſtiam Chriſtus pro omnibus inſtituit, & nõ niſi per Sacerdotes, qui eam conficiunt, & offerunt, diſpenſari debet, vel ab inferioribus propria autoritate ſumi: ita verbum Dei panis eſt ſolidus, qui infirmis & infantulis edentulis nõ conuenit, fractus tamen & interpretatus ſalutarior exiſtit, & meliùs animas credentium alere ſolet. Dominus diſtribuit panes turbis, ſed nonniſi per adminiſtros Apoſtolos: ita Scripturarũ ſenſa per maiores minoribus ſuppeditat. Certè in vna Lutheri verſione Scripturarũ in linguam Germanicã collegit Ioan. Cocleus M.CCCC. errores, vt ipſe teſtatur in epiſtola ad Regem Scotiæ. Gregorius VII. & Miſſam vulgarem, & Scripturam materna lingua prohibet.

Act. 8.

Si Scripturæ omnium ad ſalutem ſunt conditæ, cur nõ omnibus etiam linguis debent exponi?

1. Cor. 3. & Hebr. 5.

Math. 14. & infrà 15.

In vna Lutheri Scripturarum in linguã Germanicã verſione Ioannes Cocleus quadringenta & mille errata deprehendit.

Greg. VII. lib. 6. regiſtri epiſt. 21. ad Vratislaũ Ducem Bohemorum.

CANON IX.

Nemo in Sacrarum literarum lectione, aut rerũ difficultate, aut ſtyli humilioris & horridioris, aut orationis minùs comptę & ornatæ vilitate deterreatur: quemadmodũ olim magnis Eccleſiæ luminibus contigit, ſibiq; contigiſſe, Hieronymus, & Auguſtinus ipſimet teſtantur: *Si quando*, inquit Hieronymus, *in memetipſum reuerſus, Prophetas legere cœpiſſem; ſermo horrebat incultus.* Et Auguſtinus ſe Sacras literas faſtidiſſe propter ſimplicitatem ſtyli teſtatur. Sed profectò Deus nouit humilibus vocibus res magnas induere, & veluti diuinitatem rerũ, humanitati verborum coniungere, vt Paulus diceret: *Sermo meus, & prædicatio mea nõ in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis.* Et alia ſpiritualis eloquentia decebat Prophetas, & Apoſtolos diuinæ Scripturæ miniſtros, quàm humana, & ſecularis, quæ in libris ſanctis minimè deſideratur. Nemo etiam propter rerum difficultatem, & obſcuritatem, quam prima facie præ ſe ferunt, ab earum lectione auertatur: quia frequẽti lectione fiet familiarior, & apertior. Et vt Damaſcenus tradit: *Si legerimus*, inquit, *ſemel aut bis, & non intellexerimus quæ legerimus; non improbemus, non detrahamus, ſed perſeueremus, excitemur, interrogemus. Interroga*, inquit, *patrem tuum, & annuntiabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi. Non enim omnium eſt ſcientia.* Sic ille.

B. Hieron. ad Euſtoch. De cuſtodia virg. epiſt. 18. procul à medio, tom. 1.

B. Aug. lib. 3. Confeß. c. 5. tom. 1. prope initium.

1. Cor. 2.

Damaſc. li. 4. De orthodox. fide, cap. 18. ante mediũ.

Deut. 32.

1. Cor. 8.

CANON X.

Ille eſt; Vt is, qui ad intelligẽtiam Sacrarum literarum adipiſcẽdam accedit, fidem inprimis adferat: quia vt Spiritus ſanctus dixit, *Si non credideritis, nõ intelligetis*: & Apoſtolus tradit: *Tu verò permane in iis quæ didiciſti, & credita ſunt tibi: ſciens à quo didiceris, & quia ab infantia Sacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Vides igitur duplici de cauſa neceſſariam fidem. Prima, vt aſſequatur quis intelligentiam eius quod legit. Deinde, vt ſi non aſſequitur, nõ minùs illas credat eſſe ab Spiritu ſancto dictatas; & Eccleſiæ interpretanti fidem ſuã adiungat. Hinc Auguſtinus in Pſalmum 118. ediſſerens id: *Pax multa diligentibus legem tuam; & non eſt illis ſcandalum*, rectè ait: *Qui diligit legem Dei, etiam quod in ea non intelligit, honorat: & quod ei ſonare videtur abſurdè, ſe potiùs non intelligere, & aliquid magnũ latere ibi indicat. Ideo lex Dei non eſt ei ſcandalum. Vt autem nullum ſcandalum omninò patiatur, non ſic homines ſanctæ cuiuſq; profeßionis attendat, vt fides eius ex eorum moribus pendeat, ne aliquibus cadentibus, quos pro magno habebat, ipſe ſcandalo pereat, ſed ipſam Dei legem diligat, & erit ei pax multa, nullumq; ſcandalum.* Hactenùs magnus ille Pater.

Quid adferre debeat lector qui ad Scripturas intelligendas accedit.

Prima conditio.

Iſa. 7. iuxta 70.

2. Tim. 3.

Fides lectori neceſſaria duplici nomine, & quo.

Auguſt. concio. 31. in Pſal. 118. circa finẽ, tom. 8.

Quare diligentibus legem Dei, nõ ſit eis ſcandalum.

Deinde adferat ſtudium & diligentiam; quæ ſuo magno fructu non caret. Vnde Petrus eos laudat, qui ſcriptis Propheticis attendebant quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco; & Lucas Theſſalonicenſes, qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent; & Dominus Iudæos adhortatur: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.*

Altera conditio.

2. Pet. 1.

Act. 17.

Ioan. 5.

Tertiò adferat humilitatem: quia doctrina hæc abſcondita eſt ſapiẽtibus, & prudentibus, & reuelatur paruulis, & teſte Salomone: *Vbi eſt humilitas, ibi & ſapientia.* Nullique magis naufragium faciunt in lectione Scripturarum, quàm qui multum ſibi tribuunt, & ſuperbè de ſe ſentientes, Eccleſiam, & omnes Patres contemnunt. Illa autẽ vera eſt Humilitas; vt intelligat quiſq; in ſacris Scripturis ſe ſine præuio, & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi, vt noſter docet Hieronymus ad Paulinum. Debet ergo obſcuriores Scripturas cum clariori-

Tertia conditio.

Math. 11. & Luc. 10.

Prouerb. 11.

Qui magis in lectione Scripturarũ periclitẽtur.

Quæ vera ſit humilitas ſtudioſo Scripturarum lectori neceſſaria.

B. Hier. epiſt.

ro3 ante dimidium, tom. 3. initio. Idem epiſt. 3. paulò ante med. tom. 1. initio.

rioribus inuicem conferre, & Patres conſulere, qui in earum interpretatione eminuerunt, & præclarum inde ſibi nomen in Eccleſia conſecuti ſunt, ſiue Græci ſint, ſiue Latini, ſiue veteres, ſiue recẽtiores: quẽadmodum Hieronymus ad Heliodorum ſcribens, Nepotianum facere ſolitum commendat. Hæreticorum verò ſcripta declinare tutiſsimum eſt; aut ſi quicquã ex eorum libris producat, apertis, & inuictis rationibus protinùs iugulare debet.

Quarta conditio.

Pſal. 118.

Ibidem.

Demùm accedat precandi ſtudium, & cum Dauide dicamus: *Declinate à me maligni; & ſcrutabor mandata Dei mei*; &, *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam; & cuſtodiam illam in toto corde meo*: quo vno præſidio Spiritum ſanctum promeremur, vt ea in illis accipiamus, & penetremus, quę illi magis placuerit impertiri, aut quæ nobis magis ſalutaria illi viſa fuerint. Ante omnia verò danda eſt opera, vt illam verè auream Auguſtini ſentẽtiam obſeruemus: *In rebus*, inquit, *obſcuris, atq; à noſtris oculis remotiſsimis, ſi qua inde ſcripta etiam diuina legerimus, quæ poſsint ſalua fide qua imbuimur, alijs atq; alijs parere ſententijs, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proijciamus, vt ſi fortè diligentius diſcuſſa veritas eam rectè labefactauerit, corruamus: non pro ſententia diuinarum Scripturarum, ſed pro noſtra ita dimicantes, vt eam velimus Scripturarum eſſe quæ noſtra eſt; cùm potiùs eam quæ Scripturarum eſt, noſtram eſſe velle debeamus.* Hæc ille; quæ ſi à quibuſdam obſeruata fuiſſent, ad periculoſas, & noxias opiniones defendendas non deſcendiſſent.

Auguſt. lib. 1. De Geneſi ad lit. cap. 18. prope finem, tom. 3. circa med.

B. Auguſtini ſalutaris admonitio.

Canon XI.

Scripturam ſacram multiplici ſenſu, etiam literali conſtare.

Non eſt dubitandũ, hanc Sacris literis dignitatẽ adſcribere; vt non tantùm multos, & varios ſenſus illis tribuamus, nempè Hiſtoricum, & Myſticum, verùm etiã vt plures in vna, & eadem numero litera ſenſus literales accipiamus, ex quibus & in Hæreticos pugnare, & Catholica Fidei dogmata tueri licet. Hoc enim plus Deum honorat, & eius infinitam arguit ſapientiam, & veterum Patrum varias interpretationes, & ſententias, dummodò ſibi inuicem, aut veritati, aut Eccleſiæ, vel rationi nõ aduerſentur, integras & ſaluas conſeruat: & linguæ Hebrææ ambigua nomina, & verba, quæ plures continent ſignificationes, magis exprimit, & illuſtrat.

Canon XII.

A Nouo inchoandum, & progrediendum ad Vetus Teſtamẽtum, vt ordo doctrinę præſcribit.

Vetus Teſtamẽtum etſi tẽpore Nouum præcedat, & Moyſes pædagogus extiterit ad Chriſtum perducẽs; & Apoſtoli Domini præcepto, prius Iudæis, quàm Gentibus euangelizauerint, quòd aptiores eſſent, & magis diſpoſiti ad Euãgelicam doctrinam ſuſcipiendam, quàm Gentiles: ordine tamẽ dignitatis atq; excellentiæ præſtat Nouum Veteri, quemadmodum finis præcedit his adminiculis, atque adiumentis, quæ ad finem ducunt. Illud enim, vmbra, typus, figura, ac promiſsio tantùm erat. Euãgelium verò, corpus, veritas, & pollicitationis exhibitio. Ordine etiã doctrinę prius eſt Nouum, quàm Vetus Teſtamẽtum: in eo enim ordine ea quæ ſunt magis nota, & perſpicua, præcedunt obſcuriora, ac minus nota. Quare ſtudioſus, qui ad Sacras literas addiſcendas accedit, debet prius Noui Teſtamenti myſteria, & veritates fide imbibere, & intelligentia, quoad poterit, & datũ fuerit apprehendere, vel poſteà maiori cũ fructu Veteris Teſtamenti intelligentiæ incumbere valeat: quia facilius eſt ac promptius à veritate nota coniectare promiſsiones, ac figuratè dicta, quàm ex typis, & figuris diuinare veritatem.

Galat. 3.

Hebr. 10. & 1. Cor. 10.

Qualis ſit ordo doctrinæ.

Canon XIII.

Vtilis trium linguarum cognitio.

Linguarum trium cognitio, & earum phraſes, & idiotiſmi benè noti magnum ingerunt lumẽ ſtudioſis Scripturarum lectoribus: non ſolùm ad ignorantiam propriarum ſignificationum, quas nomina, & verba, præpoſitiones, & aduerbia habent, propulſandam, & clariùs literam, prouerbia, & voces ambiguas, & æquiuocas diſtinguendas, & cauendas, textus, & nominum corruptiones, & ſimilitudines, & ęnigmata percipienda; verùm etiam ad ſenſus myſticos, & ſpirituales ſuauius accommodãdos, & ſtabiliendos, qui ſine literali ſenſu planè comperto, & explorato, nonniſi durè, & violentè applicantur.

Canon XIV.

Vtilis artiũ, & humanarũ diſciplinarũ perceptio.

Lapillorum pretioſorum notitia.

Ad intelligentiã Sacrarum literarũ commodiùs percipiendã plurimum adiumenti afferunt oẽs bonæ artes, & liberales diſciplinæ: vt Dialectica, Rhetorica, vtraq; Philoſophia, tã Naturalis, quàm Moralis; Muſica, Arithmetica, Geometria, & Aſtrologia naturalis; Hiſtoria quoque animalium, plantarum, aromatum, lapillorum pretioſorum, quibus quàm plurima myſteria in Scripturis comparantur, commoditatem non modicam præſtat. Hinc Origenes In Cantica Canticorum pulchrè ſcribit: *Niſi naturas animalium ſic intelligere deberemus, nunquàm dixiſſet in Euangelio Saluator: Dicite vulpi illi; neque Ioannes: Generatio viperarum; neque Propheta Iudæos mulieroſos, equos adhinnientes nominaſſet, & admiſſarios.* Hæc ille ſcitè. Adde etiam Chronicon, Id eſt hiſtoriam temporum, & Annalium, locorumq; geographiam, quæ ad accipienda multa

Orig. hom. 3. in Cantica Canti. inter med. & fin. tomo 1.

Luc. 13.

Matth. 3.

Hierem. 5.

Temporum locorumque cognitio non aſpernanda.

de ſitu Hieroſolymorum,& de Iudæa tota ſiue terra Promiſsionis, & de circumuicinis populis,& Gẽtibus,quas Iudæa ad Orientem,& Occidentem,Aquilonem,& Auſtrum habet, Scripturis ipſis maximã lucẽ adſerunt. Profectò ſine Dialectices præſidio vim argumẽtorum,& diſputationum Chriſti, & Apoſtolorum cum aduerſarijs vix capere valeremus. Sine cognita animã tium natura,quis librum Iob aſſequi queat, nõ video. Sine lapidum pretioſorum notitia,& diſtinctione,quis caperet quæ Exod. 28.& Ezech.28.& Apocal.vlt.dicuntur? Sine hiſtoria plantarum, aut arborũ,aut herbarum,aut aromatum, quis ſimilitudines quæ ab eis petũtur in tota Scriptura,& præſertim in Canticis Canticorum,& Eccleſiaſtici 24. apprehenderet? Sine hiſtoria temporum, & Regum, & maximè eorum, qui monarchiam tenuerunt, quis non videat, omnia cæca caligine inuolui? Quis libros Regum,& Paralipomenõ,& Propheticos libros, maximè Danielem explicare poſsit? Denique ſine medicinæ,agriculturæ, aut paſturæ,aut mercaturæ peritia,aut alij etiam vilioribus artibus, quibus regnum cœlorum ſimile perhibetur, quis parabolarum Domini ſenſus,aut libri Prouerbiorum ſententias,& ænigmata euolueret? Vt meritò Scripturæ tanquàm reginæ,cæteræ omnes artes, diſciplinæ, atque ſcientiæ ancillari debeant.

Prouerb.9.

Canon XV.

Vtilem eſſe Scholaſticã Theologiam ad Scripturas melius,& ſolidius percipiendas. Hoc ſtudiũ quinam reſpuere, & aſpernari videantur. Scholaſticæ Theologiæ ſtudijs quatenus vacandum.

Scholaſticæ Theologiæ ſtudium,in quo breui compendio, ac certa methodo multarum rerum, quæ tum in Scripturarũ ſtudio, tum in doctrina, & lectione veterum Patrũ latiſsimè,& fuſiſsimè pertractantur, veritates aſſequimur, non eſt hominis Catholici reſpuere. Nam contemnere,hæretici eſt,& prorſus de Eccleſia Catholica male meriti, quæ hoc genus Theologiæ multimodis amplexata eſt. Cùm autem hoc genus Theologiæ commendo; nolim vt quiſquam in illis ſtudijs conſeneſcat,ſed moderatum, & certum tempus illis diſputationibus impẽdat,vt ad meliora, & ſuauiora Sacrarum literarum ſtudia tempeſtiuè perueniat. Quidam enim ita illis ſtudijs immodicè hærent, vt ad meditandas Scripturas & tardi accedant;& aridi prorſus,& ieiuni inueniantur.

Canon XVI.

Licere in explicãda Scriptura aliquid ex Ethnicorum lectione depromere.

Etſi turpe ſit incircuncisſos nulla cogẽte neceſsitate in Eccleſiam Dei introducere, hoc eſt Ethnicos, & profanos autores: in explicãda tamen,& tradenda alijs Scriptura,poſſumus ex eorũ ſcriptis, ſiue ſint Poetæ;ſiue Oratores,ſiue Hiſtorici,ſiue Philoſophi,nõnihil decerpere: quemadmodum Paulus & Arati, & Menandri, & Epimenidis teſtimonia protulit. Daniel cap.1. deſcribitur eruditus omni ſapiẽtia,cautus ſcientia,& doctus diſciplina; & Moyſes teſte Stephano, eruditus omni ſapientia Aegyptiorum: quod egregiè ponderauit Oecumenius eo in loco. Et plerique ex veteribus Patribus egregiam operam nauârunt,& ad confutandos Gentiles, & ad propugnãdos noſtros, & ad confirmanda Fidei dogmata,Philoſophorum armis vſi ſunt, atque ab illis tanquàm iniuſtis poſſeſſoribus multas veritates in vſum noſtrum tranſtulerunt. Nam in adducẽdis Platonis teſtimonijs ad noſtra firmanda,Græci veteres Patres multi ſunt: vt,Clemens Alexãdrinus,Iuſtinus, Euſebius: ex noſtris verò præcipuè Auguſtinus, Thomas verò Peripateticam Ariſtotelis doctrinam, quam à iuuentute ſua imbiberat, frequenter producit, vt noſtra dogmata vel eleganter explicet, vel fortiter conſtabiliat. Hinc Baſilius in homil. De humana Chriſti generatione: *Αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραι εἰσίν*, Idem in Hexameron: *Oportet plerumq; nos ab alienis quandam Fidei confirmationem accipere ad bonorum operum demonſtrationem. Nam quemadmodum vites claviculis ſuſtentantur; ita & fides externis diſciplinis fulcitur.* Damaſcenus quoque tradit: *Si autem ab ijs qui foris ſunt, decerpere quippiam vtile valuerimus, non aſpernabile eſt. Efficiamur probati trapezitæ, legitimum,& purum aurum aceruantes, adulteratum autem refutantes. Sumamus ſermones optimos; deos autem ridiculos,& fabulas alienas canibus proijciamus. Nam plurimam ex ipſis cõtra ſeipſos fortitudinem habere valebimus.*

Act. 17. 1.Cor.15. Tit.1. Oecumen. in cap.7. Actor. ſeu cap.8. circa medium.

S. Baſil. hom. 25. tom.1. à medio. Idem hom. 5. in Hexam. circa finem, tomo eodem in princip. Simile Baſilij perelegans. *Ioan. Damaſce. lib.4. cap. 19. ante med.* Sacer lector in libris Ethnicorũ euoluendis qualis eſſe debeat, teſte Damaſceno.

Canon XVII.

Interpretationes & gloſſæ Iudæorũ fugiendæ.

Etſi à Iudæis & Rabbinis Grammaticæ Hebrææ, & dictionum ſignificationes magna ex parte petere liceat: tamẽ, Ne, vt dici ſolet, ſutor vltra crepidã, ſenſus Scripturarum ſacrarum ab eis non ſunt requirendi: *Cæci ſunt,& duces cæcorum: cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Idcirco Iudæorum,qui poſt Chriſti aduẽtum ſcriptitârunt, & Sacras literas interpretari conati ſunt,gloſſæ, interpretationes, ſiue ſint Talmudicæ, ſiue Cabaliſticæ, omninò ſunt deſerendæ, & contemnendæ à Catholico Sacrarum literarum tractatore: quia aut parùm,aut nihil ſucci habent; aut,quod deterius eſt, magna ex parte nihil ſunt aliud, vt Patres veteres teſtãtur,quàm fabulæ,deliramenta, & humana figmẽta ad obſcurãdas Scripturas excogitata,& ad offundendas tenebras clariſsimis oraculis, quæ Chriſtum concionantur; & ad debilitan-

Matth.15.

Gloſſulæ Rabbinorũ quo tendant.

da vati-

in vaticinia, quæ Prophetæ de myſterijs Noui Teſtamenti præcinuerunt: vt latiſſimè ſuperiùs ad ſatietatem vſque comprobatum reliquimus. Audi Gregorium Nazianzen. quid ille in Apologetico de Iudæis ſentiat: *Quid autē de illis dicendum eſt*, inquit, *qui ad tertium genus pertinentes propter imperitiam, & quæ hanc comitatur temeritatem, inſtar ſuum aduerſus quamcunq; doctrinam feruntur, & bonas veritatis margaritas pedibus proculcāt?* Hæc ille? Cæterùm Iudæorum ſcripta ad hoc tantùm vtiliter legimus, vt firma contra eos argumenta ex his quæ tradunt conflemus.

Quid de Iudæis ſentiat Nazianzenus Gregorius. Nonne ſe ... cognoſci... Scir- debet ſtudioſus lector ac diligens, omnia prope verba Hebraica, & nomina quæ in Græca & Latina tranſlatione ſunt poſita, nimiâ vetuſtate corrupta, ſcriptorumq; vitio deprauata.

Canon XVIII.

Diligentem, & ſtudioſum Lectorē admonendū puto (ait Hieronymus) *Si tamen ſcientia Scripturarum, & non vanis oratorum declamationibus ducitur, vt ſciat omnia prope verba Hebraica, & nomina; quæ in Græca, & Latina tranſlatione ſunt poſita, nimia vetuſtate corrupta, ſcriptorumq; vitio deprauata: & dum de inemendatis ſcribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, imò nullius Gentis, dum & Hebræa eſſe deſierint, & aliena eſſe non cœperint.* Sic ille, qui eandē ſententiam confirmans in præfatione in librum Paralipomenon, quam miſit ad Domnionem, & Rogatianum, ſcribit: *Liberè vobis loquor: ita in Græcis, & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa, quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina cōiecta arbitrandum ſit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt, tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpa adſcribendum, dùm de emendatis inemendata ſcriptitant; & ſæpè tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in vnum vocabulum cogunt; vel è regione vnum nomen propter latitudinem ſuam in duo, vel tria vocabula diuidunt.* Hactenùs ille, doctè admonens, eos codices, qui tunc circumferebantur, ſiue Græci, ſiue Latini, multis vitijs fuiſſe deprauatos. Non tamen hoc in vniuerſum de omnibus aſſeuerat, nec nos de noſtris Biblijs emendatis id aſſerere audere debemus. Quòd ſi quædam vitiata verba in Græco, aut in Latino textu quis eſſe contendat eo tantùm nomine, quod cum Hebræis vocibus in pronuntiatione, vel ſcriptione, vel terminatione non conueniat, vt plerique Rabbinorum ſectatores, ac diſcipuli temerè aſſerere nō verentur, is ad Canonem inſequentem erit ablegandus: quia in illis non ſemper Græcus codex Hebræum ſequitur, nec Latinus Græcum, aut Hebræum, Non ergo ſequitur: Hoc nomen non profertur more Hebræo, aut non ſcribitur cum omnibus literis, quibus in Hebræo ſcribi conſueuit, aut non habet terminationem Hebræam, ergo eſt corruptū, aut vitiatum, ſicut nouelli Rabbini tradūt.

Hier. in cap. Ezech. 46. nō procul à prin. tom. 5. prope à medio.

Idem epiſt. 108 iuxta principium, tom. 3 prope initium.

Septuaginta interpretes Spiritu ſancto pleni Scripturas tranſtulerunt teſte Hieronymo.

Græci codices & Latini Bibliorū tempore Hieronymi mēdis ſcatebant innumeris.

Id tamen lectores admonendum puto, nomina propria, quæ vſus Septuaginta interpretum, & veterum Patrum cum tota Eccleſia, iam ad inflexionem Græcam, ſiue Latinam emolliuit, non opus eſſe ad Hebræam formationem reuocare. Durum eſt enim & auribꝰ Latinis, & Græcis, pro Iſaia, dicere Ieſhauiahu; pro Hieremia, dicere Ieremeiahu; pro Ezechiele, dicere Iehechiel; pro Abdia, Hobaudiach; pro Ieſu, dicere Ieſiiah, & pro Maria, Miriam; pro Cyro, Cores; pro Nabuchodonoſor, Nebuchadneſar; pro Hieruſalē, Ieruſalaim; pro Sabaoth, & Sion, dicere Tcebaoth, Tcion; pro Sodoma, & Gomorrha, dicere Sedom, & Hamorrah; pro Dario, Darianes, & multa his ſimilia, quæ noſtrorum nonnulli, etiam alioqui viri docti & prudentes, à Iudæis religionis prætextu decepti acceperunt, & in Eccleſiam Dei inuexerunt, atque illi tanquàm egregium, & ſingulare munus obtulerunt; cùm tamē reuera aut parum, aut nihil ad rem facere, & tantùm nouitatem ſapere viderentur, & de illis cum Paulo dicere poſſimus: *O Timothee, depoſitum cuſtodi; deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ (ſiue falſo nominatæ ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.*

Quæ nomina propria vſus LXX. interpretum, & totius Eccleſiæ iam ad inflexionem Græcam, ſiue Latinā emolliuit, ea non ſunt ad Hebrǣā formationem reuocanda.

1. Tim. 6.

Quòd ſi (vt Hieronymus ait) cum Hæreticis ne verba quidem communia habere debemus; & VI. Synodus Generalis act. 11. tradat, omninò neceſſe eſſe, non ſolùm ſecundùm ſenſum ſequi ſanctorum Patrum dogmata, ſed eiſdem vocibus vti cum illis, nihilq; penitùs innouari; quāto magis à verbis, & nominibus Iudæorum, qui pertinaciſſimè Fidei noſtræ, & aduētui Chriſti reluctantur, abſtinere debemus, qui huiuſmodi vocibus nos ad iudaiſmum reuocare conantur? Certè ſi rationem, aut autoritatem ſequamur, ſemper ſententia pro nobis ſtabit. Nam in primis prouerbiū illud Platonis, quod de diuinis legibus nō facilè mutandis ille dicere ſolebat: *ἀκίνητα μὴ κινεῖν*, id eſt, *Ne moueris quæ mouēda nō ſunt*, pro nobis facit: præſertim cùm nobis iam cōtigerit, quòd ille lib. 8. De legib. vt cōtingeret, deſiderabat: videlicet vt leges haberemus à Deo latas, ex quibus ne apicem quidem liceat demutare. Idē dicendū eſt de vocibus iſtis, & nominibus proprijs, quæ iā per trecentos ante Chriſti crucem annos Septuaginta interpretes ad formam Græcam inflexerunt, quorum ſententiam Hieronymus Latinè, & noſtri veteres Patres ſecuti ſunt, vt res eſſet fixa, & ſtata, nec expoſita,

B. Hieronym. Cum Hæreticis ne verba quidē cōmunia nos vult habere Hieronymꝰ.

VI. Synod. ſiue Conſtantinop. III.

A verbis, & nominibus Iudæorū cur nobis cauendum ſit.

Platonis Prouerbiū illud: *ἀκίνητα μὴ κινεῖν* quid ſignificet. Idem Plato, ſuas leges quo loco haberi voluerit.

Prædicta nominum propriorum inflexio, quàm ſit rationi conſona.

vt à quoquam corrigi poſſet. Deinde ratio etiam porrigit, quòd ſi Hebraica in linguã Græcam vertas nomina propria Hebræa, non more Hebræorum, ſed Græcorum eſſe enuntianda.

Simile.

Nam ſi v.g. dialogum Germanico idiomate conſcriptum, aut Gallico, inter Petrum, Ioannem, & Bernardum habitum, aliquis in Italicam, aut Hiſpanicam transferret linguam, ſtultus eſſet, & cachinnos contra ſe excitaret, pro vocibus *Petri, Ioannis, & Bernardi*, quæ Germanicè dicuntur *Peter, Hanß, Berud*; aut Gallicè *Pierre, Ioan, Bernard*; integras in dictione ſeruandas, & non in Italicas *Pietro, Giouanni, è Bernardo*, vel Hiſpanicas *Pedro, Iuan, y Bernardo*, contenderet eſſe reddendas. Certè hos vel Horatius, docere poterat, qui quod de verbis, vel nominibus Gręcis loquitur:

Horat. in Arte ſub initiũ.

Et noua fictaq́ nuper habebunt verba fidem: ſi Græco fonte cadant parcè detorta.

Quod aptè nos de nominibus, quæ ex Hebræo fonte cadunt, rectè intelligere poſſumus, ſi parcè detorqueãtur ad inflexionem Græcam, vt Græca in Romanam linguam.

Eadem pronuntiandi ratio cui autoritati innixa ſit.

Deinde ſi autoritas quæritur, quæ maior quàm illa Septuaginta interpretum, qui per tria ſecula ante Chriſti crucem floruerunt? Autor etiam libri Eccleſiaſtici, qui Græcè vertit Sapientiam Ieſu Sirach, cùm longe ante aduentum Domini ſcripſerit, & Iudæus eſſet, Hebræa nomina nõniſi eo modo, quo pronuntiãtur à Catholica Eccleſia, in Græcum eloquium conuertit.

Ab Apoſtolis & Euãgeliſtis nõ tantùm credendi, ſed etiam loquendi rationẽ diſcere debemus.

Adde etiam Euangeliſtas, & Apoſtolos, quorum nobis eſſe debet ſacroſancta, & grauiſſima autoritas, & à quibus non tantùm credendi, ſed etiam loquẽdi rationem diſcere debemus: certè ab iſtis nominibus, quæ nobis Iudæi obiectant: vt, Ieſſahiau, Iermijahu, & ſimilibus abſtinuerunt; & pro illis Ἡσαΐαν, Ἱερεμίαν vſurpârunt. Lege Lucã ca. 3. & 4. & Ioannem cap. 12. & Paulum, qui frequenter citans Iſaiam, eum ſemper Ἡσαΐαν vocat. Lege etiam Matt. 2. & 27. vbi ſub nomine Hieremiæ teſtimonia producuntur. Matth. quoque 1. Ezecbias Rex vocatur, non Iechezchiau. Nunquid dandum eſt Iudæis, melius illos nouiſſe nominum pronuntiationes, quàm Apoſtolos, & Euangeliſtas? aut nunquid eſt nobis ab Apoſtolis ad iſtos relabendum, & ab eis diſceudum?

Act. 28. & Rom. 9. & Infrà 10. & Infrà 11. & Infrà 15.

Ioſephus hiſt.

Quo verò iſti noui Hebræarum vocum pronuntiatores magis confundantur, audiant Ioſephi, & Philonis teſtimoniũ; qui & Iudæi fuerunt, & Græcè, & Hebraicè doctiſsimi. Prior enim lib. 1. Antiquit. cap. 7. reddens rationem, cur Hebraica nomina non Hebraicè proferat, reſpondet, Solere Hebræa nomina cum Græcè vertuntur, leniri, quo molliùs, & blandiùs ſonent. Idem repetit lib. 2. ca. 1. vbi Edom, Hebræam vocem eſſe tradit; Græcos tamen ſolitos nominare Idumæam, quòd vox hæc ſuauior auribus accidat. Et idem lib. 10. Antiquitatum, ca. 1. & 10. Ἡσαΐαν προφήτην vocat, non Ieſſahiahu; & Ezechiam, non Iechezchiau. Et cap. 10. Ieremiam non Iermijahu. Et lib. 2. de Antiquitatib. cap. 5. & lib. 9. cap. 13. Paſcha, non Peſach pronuntiat: Sicut & Philo lib. De peregrinat. Abraham. Nec opus eſt dicere, Somron, Iehudah, Ahaz; cùm Samaria, Iudæa, & Achaz proferãtur vel ab ipſis. Nec Dameſech, Sed Damaſcus. Philo quoque de Cherubim, & Romphæa, & libr. De ebrietate, Hieremiam, & Iſaiam, Sodomam, & Gomorrham profert, non Sedom, & Amorrhah, quę nobis portẽta verborum eſſe videntur, & prodigioſus ſtridor.

Idem. *Edom Idumæam Græci cur proferant teſte Ioſepho.* *Idem.* *Idem.* *Idem.* *Philo Iudæus tom. 1.* *Idem ibidem.* *Idem ibidem.*

Iſai & Ieſſe eiuſdem parentis Dauidis eſt nomen varijs punctis diſtinctum. Et Septuaginta interpretes ſemper vertunt Ieſſe: & Ioſephus libr. 6. de Antiquit. Iudaicis cap. 9. & 10. Ieſſæum nominat. Adde Euangeliſtas, vt Matthæum cap. 1. Lucam cap. 3. & Act. 13. & Paulum Rom. 15. & in fine Pſalmi 71. habetur: *Finitæ ſunt laudes Dauid filij Ieſſe.* & Ieſus filius Sirach cap. 45. & Hieronymus ipſe frequẽter voce Ieſſe vertit. Non ſunt ergo audiendi, qui nos reuocant ad nomen Iſai. Poſtremò aduerte, quaſdam Alphabeti literas aliter atq; modò proferantur, olim pronuntiatas fuiſſe: פ pe aſperum, leniter per accentum dictum raphes, ph pronuntiabant, vt docent exempla Pharaonis, Phinees, Phaſga, Philiſthim, Phariſæi, Phares, & Paleh: quæ modò duriùs, vt duplices proferũtur, quia dageſſantur, Paro, Pinchas, Piſga, Pelechtim, & Paſcha, Peruſchim, Peres. Item elementum ח cbet, quod modò aſperiùs profertur ac denſius, mollius illo ſeculo pronuntiari ſolitum per Raphes, indicant LXXII. viri, qui Eua, Noe, Henocb, Nahum, Habachuc, & Phaſeh, & Phinees, & Ahias, & Manue pater Samſonis, verterunt in Græcũ; cùm nunc Hebræi durius pronuntient quaſi per daghes Chaua, Noach, Chanoach, Nachum, Chabachuq; Peſách, & Pinchas, & Achias, & Manochen, & ſimilia multa: vt, Achaz, Achab, Chebron, Hiericho.

Iudic. 13.

Varium ergo Hebræorum elementorum ſonum pro tempore extitiſſe, nemo æquus arbiter inficiabitur. Addam & illud, vno, & eodem ſeculo aliter proferre Iudæum Occidentalem, & aliter Orientalem; & inter Occidentales aliter Hiſpanum, aliter Gallum, aliter Germanum, & alio modo Italum: &

tota

tota iſta noua pronũtiatio nominum propriorum Hebræorum inconſtans prorſus ſit, & incerta, & ab vſu ſolo pendens, *Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi,* vt Horatius dixit. Alterum eſt, quod cùm recẽs ſit punctorum inuẽtio, intelligimus, veteres Hebræos, & LXXII. Interpretes aliter interdũ, & ſub alijs vocalibus nomina pronuntiare ſolitos fuiſſe, atque modò ſubiectis punctis pronuntiantur. Inde eſt quod pro Cyro, Cores; pro Dario, Dariaues; pro Nabuchodonoſor, Nebuchadneſar; pro Ieſu, Ieſuah; pro Meſsia, Meſchiach; pro Maria, Miriam; ſicut pro Madian, Midian; & pro Hieruſalẽ, Hieruſalaim: in quibus cùm eædem literæ radicales ſeruentur, puncta ſubiecta interdum in cauſa ſunt, vt aliter olim, aliter modò proferantur.

Horat. in Arte haud procul ab initio.

Vnde conſtet veteres Hebræos, & Septuaginta interpretes aliâ quàm recentiores, ſecutos eſſe interpretandi rationem.

Vanum eſt ergo, quod Valla vult in nominandi caſu dici Mariã indeclinabile per caſus, vt Abraham, & accẽtu in vltima, quia ſic Græci habẽt Μαριὰμ. Sed certè cùm Hebræa ſit vox, & duabus ſyllabis conſtet, legendum eſſet Miriam, non triſyllabũ Mariam Græcè. Et vt Hebræis Ioſeph, & Iacob ad noſtram rationem inflectuntur, vt dicantur Iacobus Ioſephus: ita ab Hebræa voce Miriam inflectamus Mariam, Mariæ vltima correpta, ſicut Marius: & Lucia, & Anaſtaſia, vt Græci Lucius, & Anaſtaſius. Idcirco mirum non eſt, ſi, cum Ἡσαΐας Græcè profertur cum aſpiratione, ſine illa Latinè Iſaias dicatur: quia & interdum quod illi ſine aſpiratione proferunt, nos cum illa pronuntiamus. Illi enim τρόπαιον dicunt, & θρίαμβον, nos cum aſpiratione trophæum, & triumphum. Similiter quod Græci pronuntiant Ezecia, & Ezeciel ſine aſpiratione per K. nos cum illa Latinè proferre ſoliti ſumus Ezechiam, & Ezechiel. Rectè ergo Cicero in Oratore dixit: *Vſum loquendi populo cõceſsi, ſcientiam mihi reſeruaui;* docens, ſe indoctam cõſuetudinem in addenda, vel detrahenda aſpiratione ſecutum. Præſtat igitur cum Septuaginta interpretibus, & cum doctiſsimo Hieronymo noſtro, & veteribus Patribus, qui illos imitati ſunt, propriorum nominum pronuntiationes ſectari, quia in illo perpolito, & eruditiſsimo ſeculo floruerunt.

Contra Laurentium Vallam.

Cur quædã nomina propria Hebræi cum aſpiratione, Latini ſine illa pronuntient.

Cicero.

Canon XIX.

Plerunq; nomina Hebræa iuxta conſuetudinem Græcæ, vel Romanæ linguæ inflectuntur: quod in quamplurimis præſtitit Ioſephus hiſtoricus, qui non veretur dicere, Adamum, Abrahamum, Dauidem, Salomonem, Abſalomum, Achamum, Ioramum, Hiramum, Melchiſedechum, & ita de reliquis. Inſeruit autem plurimum hæc inflexio ad maiorẽ caſuum cognitionẽ, & ſignificationem accipiendam: in quo ſæpè Hebræa deficiunt, quia caſus nõ habent, etſi articulos habeant, quos de more nominibus præfigunt: quibus cùm Latini careãt, non ita facilè nomen indeclinatum, indicat caſum, ſicut declinatum, ſed orationẽ reddit ambiguam. Hanc regulam tradit Origenes in cap. 16. ad Rom. in illud: *Salutat vos Timotheus adiutor meus; & Lucius,* ſcribens: ſed & Lucium quidam perhibent eſſe Lucã, qui Euangelium ſcripſit, pro eo quòd ſoleãt nomina interdum ſecundum patriam declinationem, interdum ſecundùm Græcam, Romanamque proferri. Et tom. 5. in Ioan. in id: *Fuit homo miſſus à Deo,* nomen illi Ioannes: *Inuenimus ergo,* inquit, *in interpretatione nominum, Ioannes. Et inuenimus particulam Ioa ſeorſum ſumptam ſine nes, quod idem valere putamus, atq; Ioannes. Quoniam alia quoq; Nouum Inſtrumentum Hebræorum nomina Græcè reddiderit, forma Græca pronuntians ipſa, veluti pro Iacob, Iacobum; pro Simeon, Simeonem.* Hieronymus quoque in principio epiſtolæ ad Philemonem: *Neque verò putandum eſt, vt à ſimplicioribus Latinis legitur; Saulum antè dictum eſſe, & non Saul: quia & de tribu Beniamin erat, in qua hoc nomen familiarius habebatur. Siquidem & ille Saul, Rex Iudææ, perſecutor Dauid, de tribu Beniamin fuit. Quod autem Saulus à nobis dicitur, non mirum eſt Hebræa nomina ad ſimilitudinem Græcorum, & Romanorum caſuum declinari: vt ſicut pro Ioſeph Ioſephus, pro Iacob Iacobus: ita pro Saul quoque Saulus in noſtra lingua, ac ſermone dicatur.* Hactenus ille: quæ ſanè ad fugiendas nouas Hebræorum propriorum nominum formas, quas in ſua propria habẽt lingua, multum deſeruiunt.

Plerumque nomina Hebræa iuxta conſuetudinem Græcæ, vel Romanæ linguæ inflectuntur.

Hæc inflexio vſum quem præſtet.

Origen. lib. 10. in epiſt. ad Rom prope finem, tom. 2.

In eodem. Ioan. 1.

B. Hieron. tom. 9.

Act. 7. & 9.

1. Reg. 10.

Nomen Saul in tribu Beniaminica familiarius habebatur, teſte Hieronymo.

Canon XX.

Leges commentariorum quæ in Sacras literas à Catholicis tractatoribus conſcribuntur, tales eſſe debent; vt nec illis immoderata affectetur breuitas, quia ſæpè illis accedit obſcuritas, ita vt ad commentarios intelligendos nouis opus ſit commentarijs: nec rurſus prolixior ſermo, maximè politus, & phaleratus, ſpectari debet, præſertim in rebus apertis, & quæ expoſitionis lucem non deſiderant; ne aut multitudine verborum obruatur lector, aut eloquentiæ ſtudium affectetur. Pulchrè dixit Hieronymus: *Commentarios ſcribimus, quorum officium eſt, præterire manifeſta, obſcura diſſerere.* Deinde ſi cum loco, quem explicamus, aliquid ſit in Sacris libris contentum, quòd diſsideat, non eſt à Catholico tractatore diſſimulandum: vt tradit Origenes in Epiſtolam ad Roman. ſed danda eſt opera vt eluci-

Leges Commentariorũ quales eſſe debeant.

Prima lex.

Hieró. lib. 5. Zacha. in fine, tom. 6.

Secunda.

Origen. lib. 3. tom. 2.

elucidentur, & in concordiam redigantur, quæ diſsidere, & in ſpecie repugnare videntur, nō tantùm in Scripturis, ſed etiã in veteribus Patribus, ſi id cōmodè fieri queat.

Tertia.

Ad hæc recta eſt exponendi ratio, & à maioribus probata, ſi noua veterib⁹ confirmētur; & ſi nouis vetera illuſtrentur.

Quarta.

Rurſus non detrectanda diligens de vocibus, ſiue Hebrææ, ſiue Græcæ, ſiue Latinæ linguæ diſputatio, ſi ad rē facere videatur: vt ſæpè Hieronymus, Baſilius, Nazianzenus, atque alij Patres magnã cum laude fecerūt. Cæterùm in his illud cauendum, *Ne quid nimis.*

Terent. in Andr. act. 1. ſcen. 1.

Nam quidã noſtro ſeculo Hebrææ linguæ ſtudioſi, tantã in cōiugandis verbis Hebraicis operã, & ſtudium in ſuis Commentarijs poſuerunt, vt lectores potiùs à ſe abarcere, quã conciliare videantur. Prodeſt quã ſæpè veterū Patrum producere explanationes; vt ex illis colligamus quid circa illū locum vetus ſenſerit Eccleſia, cui nos meritò accōmodare debeamus. Nec enim Chriſti fides, aut eius verbū in nos ſolos peruenit, vt nos primos credidiſſe, aut ad nos ſolos Scripturas interpretari ſpectaſſe debeamus: ſed cùm ætate poſteriores ſimus, iure fidem, & ſenſum Scripturarum à maioribus traditum accipere compellimur.

Non negligenda, imò magni pendenda veterum Patrum autoritas.
1. Cor. 14.

Qua in re grauiter à nonnullis peccatum eſt, qui Patrum ſcripta aut non legentes, aut non magnificantes, tam ieiunè Sacras literas interpretati ſunt, vt nuſquàm in prolixis ſuis Commentarijs aut Cypriani, aut Hieronymi, aut Baſilij, vel Auguſtini, vel aliorū Doctorum mentionem fecerint. Contra verò vitium eſſet, in ſingulo quoq; verbo, & vbi res non magnoperè poſtularet, multos teſtes proferre.

In producendis teſtimonijs Patrum duo extrema vitanda ſunt.

Permiſſum etiam eſt, ex profanis, vel externis Scriptoribus nonnihil proferre, quo noſtra vel ornemus, vel confirmemus, vel illuſtria magis, & dilucida reddam⁹: ſiue illi ſint Philoſophi, ſiue Hiſtorici, ſiue Poëtę, ſiue Oratores: præſertim verò, ſi quantum noſtra illorum ſcriptis, vel legibus, vel moribus antecellant, comprobemus. Hoc autem ſobriè, & parcè agendum eſſet, vt Paulus ſuo exemplo nos docuit, qui prædicando, & ſcribēdo ter tantùm hoc feciſſe legitur. Alioqui ſi nimius ſis, & multa ex illorū officina congeras, Diuinos codices per humanitùs partam ſapientiã interpretari videberis, & per ea, quæ naturalia ſunt, quæ ſupra naturam ſunt poſita, explicare: quod abſurdum eſt, & rationi minimè conſentiens, quia ea ratione quod ſupra naturã eſt, naturale fieret. Præterquàm quòd Infideles à noſtra amplectēda religione impedirentur, cùm viderent ſua tanto in pretio à nobis haberi. Simplicibus quoque, & fidelibus lectoribus moleſtia ingereretur, qui candida quadam, & plana Scripturæ interpretatione, vel ex alijs verbi Dei lucis, vel ex Patrum lectione petita delectantur.

Seculares autores adhibendi, ſed modicè.

Act. 17. 1. Cor. 15. Tit. 1.

Gentilium Scriptorum vſus frequentior quid incommodi habeat.

Dixi autem à principio de commentarijs, qui à Catholicis tractatoribus eduntur. Nam illis qui à Paganis, vel Iudæorum Rabbinis, vel ab Hæreticis ſcribuntur, legem non præſcribimus: nam tales ſi à Fidei regulis deuient, non ſunt à noſtris vel attingendi, vel citãdi, vel cum noſtris eorū dicta, & interpretationes inſarciēdæ, niſi firmis, & apertis rationibus quàm primùm iugulentur.

Quemadmodū veteribus Patribus moris fuit magno cum fructu facere: nam & aliena apertè confutarunt, & noſtra validè corroborârūt. Quare qui ſecus hodie facerent, meritò in Fidei ſuſpicionem apud bonos oēs venirent; & ciſternã, & foueã aperirent, in quam ſi bos, aut aſinus caderet, domini ciſternæ pretium iumentorum lege Dei reddere cogerentur.

Exod. 21.

Hac in parte olim magnus Hieronymus, etſi Hæreticorum malleus, & Catholicorum doctiſsimus, apud quoſdam ex Catholicis malè audire cœpit, quod allatas Iudęorum, vel Hæreticorum opinationes interdum, altò propeꝛans, non confutauerit. At ille ad abolendã hanc maculam, legibus ſe Commentariorum excuſauit, in quibus liberè multorum recitantur commētationes, interpretationesque. Lege illum, ſi placet, in præfatione lib. 1. Commentariorum in Hieremiam. Si tamen veritatem amamus, & illam noſtris affectibus anteponimus, tutiùs, & cōſultiùs egiſſet, ſi vel falſas illorum commentationes, & explanationes ſubitò refutaſſet, vel ab illis recitãdis abſtinuiſſet, ne vel minimi ſcandali accipiēdi anſa & occaſio cuiquam præberetur. Quædam tamen ſunt tam apertè falſa, & abſurda, vt ſimplex eorum enarratio inſtar confutationis pio & prudenti lectori haberi poſsit ac debeat.

Hieron. to. 5.

CANON XXI.

Paraphraſis, quę & metaphraſis dici ſolet, quæ ea quæ paulo obſcurius, vel duriùs dicta ſunt, elucidamus magis, & apertiùs explicamus: & quã Quintilianus non tantùm vult eſſe nudam interpretationem, ſed circa eoſdem ſenſus certamen & æmulationē, laude ſua & fructu non caret, ſi paraphraſis proprietates in ea obſeruentur, de quibus Themiſtius in præfatione Poſteriorū Ariſtotelis, & in præfatione librorū de anima hæc inſinuare videtur, ꝙ licet paraphraſti ſeruata ſenſus integritate, prolixa & in longum effuſa ſubſtringere, & conciſa liberè dilatare, atque ampliare, omiſſa ſuppleat...

Paraphraſim ſiue metaphraſim in Scripturis quatenus ſectemur.
Quintil. lib. 10. c. 5.
Eius proprietates ex Themiſtio.

hiant..

lautia explere, inuoluta, & obſcura aperis & perſpicuis verbis illuſtrare, & decore ſermonis elegantia exornare, & ea, quæ inter ſe diſsita ſunt, & nullo ordine diſpoſita, connectere atque coniungere; quo ſtudio inter veteres delectati ſunt, qui paraphraſticam tranſlationem preſſam & ſtrictam, & quæ tranſlationi quam proxima eſt, quia totidem ferè verbis abſoluitur. Secuti ſunt inter Hebræos Onkelos in Pentateuchum, Ionatas in Prophetas, & Ioſeph in Pſalmos & Salomonem, & alios libros qui Hebraicè Ketubira, & Græcè agiographa vocātur, & Targum, hoc eſt interpretationem paraphraſticam in vniuerſum vetus Teſtamentum Chaldaica lingua ediderunt. His antiquiores L X X I I. interpretes quoſdam locos paraphraſticè reddiderunt, ſicut etiam Euāgeliſtę, vt autor eſt Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi, quia obſcurius ad literā reddebātur. Placuit etiā inter Græcos hic modus interpretādi Gregorio Neocæſarienſi, Origenis auditori, Thaumathurgo appellato, qui metaphraſim fecit in Eccleſiaſten Salomonis, vt Hieronym. teſtatur in caput quartum Eccleſiaſtes: nec non è recentioribus nonnulli id genus elucidationis non infeliciter noſtra ætate ſunt conſectati, quāuis Albertus Carporum Comes, ſpectatæ nobilitatis & doctrinæ vir, hanc rationem explicandi diuinos libros in Eraſmo damnauerit, quod periculum eſſe illi videretur, ne homines faſtidita ſubruſtica oratione Noui Teſtamēti, illius paraphraſes pro Euangelijs & Pauli Epiſtolis legerent.

Onkelos, Ionatas, Ioſeph Chaldaicæ verſionis autores.

Hieron. epiſt. 101. tom. 2. in fine.

Albertus Carporum Comes.

CANON XXII.

Diuidendi artificium per partes, ſiue per Capitula diſtinctum, ad commoditatem docentium ſimul atq; diſcentium inuentum eſt; vt quod ſimul totum vel vno contuitu vel tradi, vel apprehendi nō poterat, diuiſum in ſuos articulos iuxta rerū partibilē analogiam, & tractaretur cōmodiùs, & explicatius diſcereretur. Non eſt ergo ignorandum, hanc numeralem capitum diſtinctionem, quam cernimus in Biblijs omnibus, non antiquam, ſed recētem eſſe. Nam ante quingentos annos nullus inter Hebręos, ſiue Græcos legitur Diuinæ locos Scripturæ certo capitis numero citaſſe, præter Pſalmos; quibus numeros adiectos fuiſſe à Septuaginta interpretibus, teſtis eſt Hilarius in pręfatione Pſalmorum: teſtis eſt & liber Actuum Apoſtolorum, vbi primus, ſecundum aliquos, vel ſecundus, ſecundùm alios Pſalmus producitur. Veteres deniq; Patres teſtantur, qui quinquageſimum Pſalmum, vel quadrageſimum, vel 118. nominare ſolent. Quare omnium, quæ nunc in Hebraicis, & Grecis exemplaribus capitum diuiſiones, ac numeri habentur, ex Latinis noſtris codicibus ſūt accepti: ſiquidem veteres Patres Scripturas non partiebantur enumeratione capitum, vel numerorum recitatione, ſed per allegationes particulariū hiſtoriarum. Vnde Auguſt. dixit ſe ſcripſiſſe à principio Geneſeos vſq; ad primorū parentum de paradiſo expulſionem: hoc eſt, iuxta morem noſtrum loquendi, in priora tria capita Geneſeos. Et Gregorius ait ſe expoſuiſſe à principio libri Regum vſq; ad Dauidis Regis vnctionem: hoc eſt in priora quindecim capita primi libri Regum. Nemo ergo miretur, ſi in lectione Patrum nunquam eiuſmodi citandi rationem per capitula inuenire potuerit. Talem quoque partiendi modum fuiſſe olim apud antiquos Hebræos per ſententias, commata, mēbra, & verſus diuiſos, & interuallis quibuſdam diſtinctos, autor eſt Hieronymus in præfatione libri Paralipom. & lib. Iſaię, vbi agit de Apollinariſtis ritu; ſe ad legentium commoditatem eaſdem commatum inciſiones, & interuallorum diſtātias in ſua ſeruaſſe editione. Tametſi Helias Leuites in pręfatione libri Maſſoreth, ex Rabbinorum ſententia affirmet, totam legem fuiſſe quaſi vnum paſſuk, hoc eſt vnam ſententiam, in qua diuerſa cohærebāt ſine vlla verſuum diſtinctione: & hanc 436. annis poſt vltimum Vrbis Sanctæ excidium à Iudæis Tiberitis fuiſſe in multos paſſukim, hoc eſt verſus, & ſententias diuiſam.

Diuiſorum voluminum in capita & partes diuiſio commodior doctrinæ, & diſc plinæ gratia excogitata eſt & inuenta.

Hæc partitio atq; diſtinctio quando primū recepta acceſſerit.

B. Hilarius.

Act. 2.

Pſalmos primùm numeratos fuiſſe diſtinctos, vnde colliget.

Sacros libros

quam tenuerunt partiendi rationem veteres Patres.

Auguſt. lib. 2. Retract. cap. 24. tomo 1. initio.

D. Greg. in prolego lib. 1. Regū ſub initium. tom. 2. circa finem.

B. Hier. to. 3. Idem tom. 5. initio.

Helias Leuites.

Scripturęquo primùm tempore in ſentētias verſusq; cœperint à Iudæis diſtingui ſecūdùm Rabbinos. Paſſuk Hebræis quid.

Quicquid autem ſit de hac opinione, illud conſtat, per multa antè ſecula per Septuaginta interpretes Biblia tranſlata in Græcam lingu ā cum cōmatis & diſtinctionibus. Gręci verò veteres, & Latini Patres, pari dictionū numero verſus diſtinxerunt, in quolibet verſu ſex dictiones, ſiue monoſyllabas, ſiue polyſyllabas ponentes, vt indicat Auguſtinus in libro quem inſcripſit: Speculum Scripturę, vbi pro vno verſu ſex dictiones, pro duobus duodecim, pro tribus decem & octo aſsignat. Atq; hanc fortaſsis verſuum rationem expēdens Hieronymus, tradit, Origenem ſcripſiſſe in Cantica Canticorū verſus ferè viginti millia; & Nazianzenum opera ſua cōcluſiſſe verſibus triginta millibus; & Hilarium in Cōmentarijs Pſalmorū, ab Origene in Pſalmos verſus accepiſſe mille & quadraginta. Et Diogenes Laertius refert Ariſtotelicorū librorum ſummam contineri ſub verſibus quinquies mille trecentis & triginta. Iudæi tamen non ſic diſtinxerunt verſus ſuos iuxta numerum dictionum, ſed longiores,

Auguſtin. 3. circa finem.

Hier. ad Paulam.

Idē lib. ſcript. Eccleſ. to. 1.

Idem.

Diog. Laert.

Quo modo Iudæi diſtinguerent verſus ſuos.

aut breuiores; ducti auctoritate virorum Synagogę, qui ſancto afflati Spiritu ſic Scripturas diſtinxerunt. Iuxta illum igitur diuidendi morem à veteribus Parribus vſurpatum, Tacianus, Ammonius Alexandrinus, & Euſebius Cæſarien. Euangelia in ſua capita diſtinxerunt; & Matthæum quidē in capita 353. Marcum in cap. 235. Lucā in cap. 343. Ioannem in cap. 232. non tam reſpiciētes ad veram Euangelij partitionem, quàm indicantes locos conſonantiæ Euangelicæ, in quibus Euangeliſtæ cōſona inter ſe ſcripſerunt. Præter illos Hilarius, Matthęi Euangelium diſtinxit in Canones XXXIII. Chriſtianus Druthmar. in Canones XLVII. apud Latinos recentiores in XXVIII. iuxta Suidam, in Titulos LXVIII. Capitula autē 355. ſicut Ammonius, & Euſebius, Euthymius ſiue Oecumenius in capita 68. Marcus iuxta Latinos babet 16. capita: Græci apud Suidam partiuntur in Titulos XLVIII. (ſicut Euthymius, & Oecumenius) & in capita 55. Lucas verò iuxta Larinos in capita 24. Oecumenius, & Euthymius in cap. 83. Ambroſius in Titulos CLXIII. Beda in capita 92. Ioannes à noſtris diuiditur in 21. capita. Oecumenius & Euthymius, non enumerato tirulo de muliere in adulterio deprehenſa, in 18. capita, vel Titulos. Et Arechas refert Andream Archiepiſcopum Cæſarienſem librum Apocalypſis in partes vigintiquatuor, & harum ſingulas in rria capita: ita vt vniuerſæ eſſent ſimul 72. capita. Cùm ergo noua ſit, & recens hæc per capitula diſtinctio, & ad commoditatem docēdi à Latinis, & Græcis Patribus excogitata, elicimus, poſſe nos interdum, ſi ratio & autoritas patrocinentur, præcedētia ſuperioris capitis verba cum prioribus ſequentis connectere; & ſi meliorem, & ſolidiorem ſenſum præ ſe ferant, explicare, & vel priori capiti, vel ſequenti eiuſmodi verba tribuere, atque applicare.

Quatuor Euangeliorum in partes varia diſtributio. — *Secunda diuiſio.* — *Matthæus. B. Hilarius. Chriſtianus Druthmarus. Suidas. Ammonius. Euſebius. Euthymius. Marcus. Suidas. Euthymius. Oecumenius. Lucas. Idem. Euthymius. Ambroſius. Beda. Ioannes. Ioan. 8. Oecumenius. Euthymius. Andreas Cæſarien. Archiepiſcopus.*

Præter diuiſionem, qua totum in partes ſecatur ſuas, eſt etiam collectio, quæ peculiares diuiſarū partium ſummas ſtrictis titulis, ſiue inſcriptionibus, quę capitis initio præfiguntur, colligere ſolet, quibus veluti oculis ſingulorum capitum frontes exornat, ac illuſtrat. Quæ quia multiplex, & varia eſſe ſolet, & à diuerſis autoribus excogitata, cū non ſit de textu, inprimis docemus nullam eiuſmodi titulos autoritatē habere. & interdum ab indoctis hominibus, imò etiam ab Hæreticis ad imponendum Catholicis, & ſua illis dogmata perſuadenda intruſi ſunt & ingeſti: à quibus diligentes, & ſtudioſi lectores ſibi cauere debent. Certè ante aliquot annos per Paulū IIII. prohibitæ fuerunt eiuſmodi capitulorum inſcriptiones, quæ in Biblijs à Roberto Stephano anno 1534. impreſſæ inueniebantur: nam illarum plurimæ Lutheraniſmum, & nouitates hæreticas ſpirabant.

Quid ſit collectio. — *Ea eſt non vna, ſed multiplex.* — *Eandem Sacris libris adhibitam, nihil valere, & quamobrē.*

Canon XXIII.

Commodam partiendi libros, ſiue ſacros, ſiue profanos, rationem probare, haud eſt cuiq; facilè, ac peruium, ſed vt ſapiētes tradunt, difficilè, & arduū. Etenim vt diuidendi arte ille abutitur, qui diuiſum in ſua omnia membra non partitur, ſed in ea aliquod neceſſariū deſideratur, aut cū membra diuidentia ſuperflua ſunt, & in vnum & idem coincidūt: ita ſanè peccatur ab illis, qui aut membra, in quę aliquid diuiditur, generalia atq; indiſtincta, quæ ferè minimam lucem adferunt, efficiunt; aut qui in minutiſſima, & minima fragmenta diſtribuunt, vt magnus Plato in dialogo 16. qui ciuilis, ſiue de regno inſcribitur, docet. Rem propoſitā illuſtrabo exemplo, quo dilucidior lectori reddatur. Panis cùm integer, & indiuiſus edi nequeat, quo commodiùs edi poſsit, neceſſariò frangendus eſt: duplexque vitium in eiuſmodi fractione contingere poſſet, ſi vel in partes grādiores diuideretur, vel rurſus in minutiſsimas particulas, quæ aciem oculorum, & digitos effugerent, & quaſi in micas quaſdā cōtereretur. Similiter in phaſiano ad manducandum propoſito peccaretur, ſi vel in maiora fruſta, vel in fruſtula minutiſsima ſecaretur. Quare modus in vtroq; diſtribuendo ſeruandus eſt, vt res edenda ad manducantē proportionem habeat, & cōmoda manducationi reddatur. Si ergo ſapimus, panes in mediocres partes eſſet ſcindendus; & phaſiani corpus per ſuas iuncturas in ſingula membra diſtribuendum, & in tales partes moderatas reddendum, quæ edentis commoditati deſeruiāt. Ad eum ſanè modum veritas, quæ in ſuas ſpecies, vel differentias partienda eſt, ſiue quilibet liber profanus, vel Canonicus exiſtat, nihil refert, qui exponendus venit, tāquam corpus quoddam eſt cōſiderandum, & eius partes tanquam membra, in quæ diſtribuitur: ita vt neq; maiores æquo ſint, & rem indiſtinctam, & confuſam relinquant; neq; per aliud extremū in partes minutas, quæ infinitæ, & innumerabiles quodāmodo exiſtunt, diſſecandum eſt, ita vt nullum penè extet libri qui exponitur verbum, in quod aliqua ſubdiuiſionis particula nō cadat. Nā hoc ſanè valde moleſtū eſt lectoribus, tædiumq; affert: quoniā natura noſtra tantam diuidendi ſubtilitatem non patitur. In hanc autem diuidendi rationem Scholaſtici Doctores pręcipuè impegerūt;

Idoneam libros ſiue ſacros, ſiue profanos, partiendi rōnem difficilem eſſe, & arduam ſapientes tradiderunt. — *Plato.* — *Exemplum accommodum.* — *Scholaſticorum Patrum*

qui

Infinita partiendi methodus notatur.

qui ſiue Philoſophicos Ariſtotelis libros commententur, ſiue Sacra & Canonica volumina interpretentur, infinitam diuiſionum & ſubdiuiſionum ſiluā afferunt, quæ meo iudicio quàm minimum vtilitatis, vel commoditatis adferre ſolet. Vnde & veteribus Patribus tāta partitionum multiplicitas ignota fuit. Proinde declinato vtroq; extremo, media via amplectenda, atq; tenenda eſt. Siquidem vt ille dixit:

Eiuſmodi Patribus ignota fuit veteribus.

Horatius.

Medium tenuêre beati;

Et alter:

Ouidius.

Medio tutiſſimus ibis.

Cæterùm quo hęc vtilius percipias, proponam alterum ex Veteri, alterum ex Nouo Teſtamento exemplum, vt in eis vtilem diuidendi rationem addiſcas.

Eccleſiaſtis Salomonis argumētum quod.

Perpende in primis diuiſionem libri Eccleſiaſtis, in quo Salomon omnia pręter Deum meram eſſe vanitatē contendit probare. Nam vbi oſtendit in genere, hominē vniuerſam eſſe vanitatem, proferens illam ſententiam: *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, & omnia vanitas*: qua ſententia percellitur homo, qui oēs in ſe vanitates cōplectitur, & propriè eſt vanitas vanitatum, deſcēdit poſteà ad ſpecies huius vanitatis, & illā docet inueniri ab omnibus, quę ab homine vehemēti deſiderio expeti ſolent, ſiue ſint ſcientiæ, & diſciplinæ, quarum appetitum vanum eſſe concludens, cap. 1. ait: *Qui addit ſcientiam, addit & dolorem.* Deinde ca. 2. deliciarum, & corporearū voluptatum vſum vanum eſſe docet. Tertio cap. longęuitatis, & diuturnæ vitæ deſiderium reprobat, dicens: *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Tempus naſcendi, & tempus moriendi.* Cap. 4. & 5. vanum eſſe docet autoritatis & damnationis ambitum. Quinto, appetentiam diuitiarum reprobat, & mala quę ſecum afferunt: & hoc exequitur ab eo loco 5. capitis: *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, &c.* & extendit per totum caput 6. Septimò, præſcientiam futurorum, & vim coniectandi futura deteſtatur: *Quid*, inquit, *neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cùm ignoret quid conducat ſibi in vita ſua, numero dierū peregrinationis ſuæ?* & reliq. Cap. 8. à medio, & per totum 9. caput, ſtudiū laudis, & famæ immortalis deſideriū, vt vanum agitat. *Vidi*, inquit, *impios ſepultos; qui etiā cùm adhuc viuerent, in loco ſancto erāt, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum: ſed & hoc vanitas eſt.* Octauo loco, per partem poſtremam cap. 8. & totum 9. inſectatur fortunę, ſiue vitæ fortunatę ardnrē, & deſiderium. Nono, virtutis corporeæ, ſiue fortitudinis appetitū reprehendit à medio 9. capitis per totum 10. *Et dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine.* Poſtremò, floridæ iuuentutis commoda & vtilitates ca. 11. pulchra oratione deteſtatur, dicens: *Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, &c.* Quæ omnia lata oratione Salomon prædicto libro perſequitur, & in [illegible] mortem, quæ fugacem indicat iuuentutē, multis, & illis elegantibus metaphoris deſcribit. Sed pulchro ſine librum concludit, dicens: *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Quiſquis enim à tot vanitatibus euadere cupit, Deum timeat qui, cuncta quæ fiunt, adducet in iudicium, & mandata eius obſeruet, & voti ſui compos efficietur.

Eius libri apta diuiſio.

Catholica Ioannis epiſtola prima quò tendat.

Commoda eiuſdem partitio.

Epiſtolæ verò Ioannis Catholicæ, cuius argumentū eſt Fidei confirmatio, & excelſi noſtri ſtatus, ad quē per Chriſtū renati ſumus & euecti, cognitio, hæc eſt optima diuiſio: quę ſicut conſtat quinq; capitibus, ita in quinq; partes diſtribui poteſt. Nam cap. 1. de prima iuſtificatione per verbum fide ſuſceptum, & in ea manſionem, quæ fit per opera bona, diſſerit. Cap. 2. agitur de ſecunda iuſtificatione, qua iuſtus indies iuſtior redditur, manens in ea per obſeruantiam mandatorum, & errorum fugā, vt præmio & corona remuneretur. Cap. verò 3. de iuſtitiæ præmio tractat, propter quod peccatum fugiendū eſt, & opera dilectionis proferenda, & mundus iſte contemnendus atque calcandus. Cap. 4. de erroribus qui circa fidē, & proximi dilectionem contingere poſſunt, quibus propoſito præmio ſpoliamur, ſeriò tractatur. Poſtremo ca. vtilitates fidei, ac dilectionis, & cuſtodiæ mandatorum Dei commodè explicātur: & peccatum ad mortem, pro quo orantes nil impetramus, cùm cultu idolorum fugiēdum perſuadetur. Tota hæc epiſtola affectibus amoris, & fidei referta eſt, & verè dilecto diſcipulo digna. Atq; hæ quidem commodæ, & aptæ diuiſiones videri poſſunt. Neq; mirari debes, lector, ſi vnius, & eiuſdē libri variæ à diuerſis Autoribus fiāt partitiones. Nā ecce tibi Auguſtinum, quum ſeptē animæ gradus enumeraſſet lib. de Quantitate animæ cap. 35. eleganter ita ſubiungit: *Nunc ideò*, inquit, *volui tot iſta ſignare vocabulis, ne te moueat, cùm alij alijs nominibus eadem vocant, aut aliter etiam partiuntur, & ob hoc aut iſta, aut illa improbes. Innumerabilibus enim modis eadem res & appellari & diuidi poſſunt rectiſſimè & ſubtiliſſimè. Sed in tanta copia modorum vtitur quiſque, quo ſe congruenter vti exiſtimat.* Hæc ille magnus vir, ideò mirari nō debemus, ſi vnius & eiuſdem libri diuerſæ fiant à diuerſis Autoribus diuiſiones.

Qualis ſit hæc epiſtola.

Canon XXIIII.

Scripturas diuinas ad erudiendum & ſanctificandũ hominem à Deo inſtitutas, ad leues, & obſcœnos vſus conuertere, abuſum eſſe grauiſſimum.

2. Tim 6. Ioſeph. lib. 12. Antiq. cap. 2. Theopõpus, ac Theodectes Scripturæ verbis abutentes, quas pœnas dederint ſuæ temeritatis.

Quibus iſti comparẽtur. 4. Reg. vlt. Infra 5. Vaſa templi quis diripiat. Sacris literis qui abutatur.

1. Eſdr. 1. Eadem templi ſacra vaſa qui reſtituãt.

Concil. Trid. ſeſſ. 4.

Libris ſacroſanctę Scripturæ, qui ad hominem erudiendum, & ſanctificandum à Spiritu ſancto per viros probatiſsimos dictati ſunt atque conſcripti, vehementiſsimè illi abutuntur, qui ad res ridiculas, & vanas atque profanas huius ſeculi traducunt. Certè Theopompus inſignis orator, vt autor eſt Ioſephus in Antiquitatib. cæcitate mentis percuſſus fuit, quòd in libro profano myſteria ſacræ legis proderet: & Theodectes Tragicus, quòd in tragœdia quadam Scripturæ verbis abuteretur, oculos penè amiſit: nec liberatus eſt, donec, mutato cõſilio, de libro ſuo expunxit. Tales ſimiles ſunt regi Nabuchodonoſor, qui vaſa templi diripuit, & in Babylonem tranſtulit, vel Regi Balthaſari eius nepoti, qui in profano cõuiuio illis vaſis abuſus erat nocte antequã trucidaretur. Certè ille vaſa templi diripit, & in Babylonem transfert, qui ſacra Dei verba à proprio ſenſu detorquet, & verum earum ſenſum occultat, vt carni, & mũdo quæ in Babylone regnant, ſeruire poſsint. Abutitur verò illis, qui alienis, & peruerſis ſenſibus delectatur, & vanas, & pernicioſas cogitationes confirmat ſuas: vt faciunt excæcati Iudæi, & pertinaces Hæretici, qui ſua ſomnia, & ſpurciſsimas opiniones Scripturarum verbis circumueſtiunt. Porrò hæc vaſa ſicut per Cyrum illorum Regum ſucceſſorem templo Dei reſtituta fuerunt: ita viri ſancti faciunt, qui Iudaicos & carnales ſenſus confutant, & legitimũ Catholicum ſenſum illis reſtituunt. Prudenter ergo in Concilio Tridentino cautũ eſt, ne quiſquam tanto ſe ſacrilegij crimine inuoluat, vt in verbis vitæ mortem ſibi acceſſat ſempiternam. Quòd planè flagitium illi perpetrant, qui ad veneficia amatoria, ſiue ad incantationes, ſiue ad occultandam, ſiue ad iniuſtè denegandam in iudicio veritatem, ſiue ad homicidium perpetrandum, ſiue quouis alio modo ad iuuandos cacodęmonis conatus, ſiue ad iocos, & riſum excitandum, ſanctis Diuinæ legis teſtimonijs abutuntur.

Canon XXV.

Apoſtoli & Euangeliſtæ varijs de cauſis antiquæ legis teſtimonijs vſi ſunt.

Apoſtoli & Euangeliſtæ frequenter ex veteri Teſtamento, non ob vnã tantùm cauſſam teſtimonia producũt, ſed vt ea ratione myſteria Meſsiæ, & Noui Teſtamenti legẽ confirmẽt; & vt obſcuras veteris Teſtamẽti tenebras Euãgelica luce excutiãt; typoſque & vmbras ipſa rerum veritate, & ſoliditate illuſtrent; & vt noſtri addiſcãt dicta ſua, & doctrinã Scripturis firmare, ſi Apoſtoli conciones ſuas teſtimonijs Prophetarũ corroborabant, & oẽs accipiant non ex vno tantùm libro, vel ex vno aliquo loco Legis omnia eſſe petẽda, ſed ex varijs tum libris, tum librorum locis, & varijs ſanctorum geſtis, qui eius vmbra, & typus extiterunt. Deniq; quo intelligeremus, Legem, Pſalmos, & Prophetas de Ieſu ita eſſe locutos, vt ipſum veriſsimum fuiſſe Meſsiam, & non alium, apertiſsimè valeant indicare, in quem omnia & promiſſa ad Patres facta, & Prophetarum vaticinia, & vmbræ, ac figuræ Legis, & ſanctorum virorum delineationes, ac typi matyficè cõcurrunt, ac proinde ipſum eſſe verum Dei filium, qui aperuit librum clauſum, & ſoluit ſeptem ſignacula eius: *Qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* Quod tunc Chriſtus pręſtat, quando vel concedit lumen Eccleſiæ ſuæ Doctoribus, vel indignis, vt Iudæis, & hæreticis, ſubtrahit. Ipſe etiam cœpit interpretari in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant. Chriſtus autem rarò producebat teſtimonia Legis, & Prophetarum, niſi vel ad interpretãdam Scripturam, vt frequenter faciebat, vt in ſermone Domini in monte, vel ad ſe, ſuoſque tuendos à calumnijs Iudæorum. Cùm tamẽ inter Euangeliſtas Matthæus multus ſit in citando, quoniam ſcripſit ad Iudęos Euangelium, vt demonſtrationẽ aduentus Meſsiæ faceret: inter Apoſtolos Petrus in Actis, & in ſuis Epiſtolis pleraque producit, & Stephanus acutiſsimus diſputator, quàm plurima Act. 7. producit: ſed maxime Paulus, qui in Epiſtola ad Roma. & ad Galat. & ad Hebr. de aduentu Meſsiæ, & doctrina eius grauiter, & luculenter concionatur.

Apocal. 1.

Supra 3. Luc. 24.

Ibidem. Chriſtus legẽ & Prophetas rarius producebat, & quãdo, & cur id Apoſtoli Ecitarent. *Matth. 5. 6. 7. capitib.*

Canon XXVI.

In teſtimonijs quæ ab Apoſtolis in Euãgelio proponuntur, duo ſunt acuto lectori & ſtudioſo cauenda. Alterũ eſt, vt ſibi quiſq; perſuadeat, lapſum vllũ memoriæ in Apoſtolis, & in Euangeliſtis ponendum nõ eſſe, ſi quando aliter citent, quã vel textus Hebręus, LXX. Interpretum editio habere videatur. Quod tamen Eraſmus in annotationibus in Matth. cap. 2. & Melchior Canus lib. 11. locorũ communiũ Theologiæ, auſi ſunt illis impingere. Nec obſtat quòd Canus, non tam Lucæ, quã B. Stephano attribuat, quia perinde eſſet, vt alibi oſtendimus, & B. Hieronymus in Commentarijs in Michæam cap. 5. ex aliorum potius ſenſu, quam ſuo, id recenſet, his verbis: *Sũt qui aſſerant, in omnibus penè teſtimonijs, quæ de veteri Teſtamento ſumuntur, iſtiuſmodi eſſe errorem, ita vt ordo mutetur, aut verba, & interdum ſenſus quoque ipſe diuerſus ſit, vel Apoſtolis, vel Euangeliſtis non ex libro carpentibus teſtimonia,*

In teſtimonijs quæ ab Apoſtolis de veteri Teſtamentu ſumũtur, duo ſunt pio, & prudẽti lectori diligenter cauẽda.

Eraſmus. Melchior Canus.

B. Hier. 10. 6.

ſed me

[Si vel minima vlla in e[illegible] libe ſacra eſt [illegible] volumina, quid eueniet. *Ioan. 14.*]

n orta credentibus, quæ nonnunquã fallitur. Hęc ille. Sed hæc ſententia mihi incredibilis videtur. Nam vno vel minimo officioſo mẽdacio in Scripturis ſacris admiſſo, tota illarũ ſacroſancta autoritas corruat neceſſum eſt. Oporteret deinde ſpiritũ ſanctum, quo vno, impellente ſacri autores locuti ſunt à mẽdacio defendere, vel non ſpiritũ veritatis, ſed ſpiritum ſallitatis affirmare. Quę cũ ſint vehemẽtiſsimè abſurda; ea, quæ in ſpeciem diſsidere vidẽtur, alia ratione quã lapſu memoriæ defendẽda ſunt. Adde quòd de Spiritu ſancto dictum eſt, quod adduceret Apoſtolos in omnem veritatẽ, & Chriſtus aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas, & idem apud Ioannẽ de eodem: *Suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis,* quomodo igitur memoria excidere potuiſſent, qui tantam promiſsionem à Chriſto Domino acceperunt? Lapſus verò memoriæ, qui falsò tribuitur Matt. c. 2. & Stephano Act. 7. ſuis quiſq; locis explicabitur.

[*Infra 16. Luc. 24. Ioan. 14.*]

[Apoſtoli Scripturis abuſi ſunt nunquam.]

Alterum quod cauendum eſſe diximus, eſt; ne Euangeliſtas teſtimonijs Propheticis abuſos fuiſſe, & quæ omninò teſtimonio præſentis negotij minimè quadrarẽt, quouis modo aſſeramus, etiamſi in hanc ſentẽtiam aliquando Hieronymus propendere viſus ſit. Ait enim in cap. 11. Ioëlis circa finem: *Alius Apoſtolica eſſe aſſerit conſuetudinis, iuxta illud quod de ſancto viro ſcriptum eſt: Diſpenſabit ſermones ſuos in indicio: vt quicquid vtile audientibus eſſe cernebant, & non repugnare præſentibus, de alterius temporis teſtimonijs roborarent: non quod abuterentur audientium ſimplicitate, & imperitia, vt impius calumniatur Porphyrius; ſed iuxta Apoſtolum Paulum; prædicarent opportunè, importunè (vt quod Petrus ait: Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cùm ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod dictum eſt per Prophetam Ioel, Et erit in nouiſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, &c.* Hæc ille. Et probat deinde Hieronymus, hæc cum ſuperioribus non cohærere. Sed profectò, ſi veritatem amamus, & hæc ad ſuperiora illa referamus: *Lætamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ,* hęc maximè quadrare, & ſibi cohærere inuenientur. Idem Hieronymus in Apologia pro libris aduerſus Iouinianum ad Pammachium: *Calumniemur ergo illum* (ſcilicet Paulum) *atque dicamus ei: Teſtimonia, quibus contra Iudæos, vel certas hæreſes vſus es, aliter in ſuis locis, aliter in tuis epiſtolis ſonant. Videmus exempla captiua ſeruire tibi ad victoriam, quæ ſuis in voluminibus non dimicant.* Hoc etſi Hieronymus ex aliorum ſententia referat, nullibi tamen improbauit: & ſæpè ait, *Dominus,*

[*Hier. tom. 60. Pſalm. 111.*]

[Impia de Apoſtolis ſententia Iuitani. *2. Tim. 4. Act. 2. Ioel 2. & Iſa. 44. Ezech 36.*]

[*Idem epiſt. 50 paulo à med. tom. 2 longius ab initio.*]

[Quibus Scripturæ teſtimonijs Chriſtus & Paulus abuſi videantur ſecun[dum] Hieronymũ.]

aut Apoſtolus abuſus eſt hoc teſtimonio. Vt cùm exponit illud Iſaiæ: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Et quòd Paulus in Areopago de Ignoto Deo attulit, impropriè dictũ eſſe contendit, cùm ait: *Nec mirum, ſi pro opportunitate temporis, Gentilium Poëtarum verſibus abutatur; cùm etiam de inſcriptione aræ aliqua commutans, ad Athenienſes locutus ſit.* & reliqua. Ita illud: *In omnem terram exiuit ſonus eorum,* aliter exponit. Et quod dixit Dominus Matth. 15. *Hypocritæ, benè de vobis Prophetauit Iſaias.* Sed omninò hæc refellenda ſunt, & indubia fide tenẽda, Chriſtum, qui aperuit ſenſum Apoſtolis, vt intelligerent Scripturas, ſenſum proprium, & germanũ earum illis tradidiſſe, cùm infinita eſſet Sapientia, & Ipſe eas condidiſſet, & nouiſſet præſtantius in quos ſenſus tenderent, ac collimarent. Dixit prætereà Dominus: *Ego dabo vobis os, & ſapientiam; cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri,* at certè illis reſtitiſſent, & eorum ora obturaſſent aduerſarij, ſi alio ſenſu quàm vero, & proprio ac literali egiſſent. Poſſent enim videri nõ ſecus citaſſe teſtimonia Prophetica, atque illi, qui Dei Filium probare, & paſsionem commemorare volẽtes, producunt ex Poëta illud:

[*Idem in Iſa c. 56. prope fin. tom. 5. Matth. 21. Idem in c. 1. epiſt ad Titũ tom 9. Act. 17.*]

[*Idem. Pſalm. 18. Rom. 10. Idem in Iſai. 29. ſub fin. tom. 5. Luc. 24.*]

[Apoſtoli & Euangeliſtæ ſenſum proprium & germanum Scripturarum à Domino acceperunt. *Supra 21.*]

Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus.

Et pro altero:

Talia perſtabat memorans, fixuſq; manebat.

[*Virgil. lib. Aeneid. Idem ibidem.*]

Sed quis hæc tam abſurda, & in Chriſti fidẽ militantia æquo animo ferat? Pręſtat ergo, vt dicta illa ex aliorum ſenſu produxerit, etiamſi non improbauerit: vt fecit in Commentarijs ſuis in Michæam.

Canon XXVII.

[In teſtimonijs Propheticis in Euangelio allatis quædam conſideranda omni acceptione digniſſima.]

In teſtimonijs, quę producunt Apoſtoli ex Prophetis, nonnulla omni acceptione & ponderatione dignã conſideranda ſunt. Citant enim interdum & ſenſum, & verba: interdum ſenſum, nõ verba producunt ex Hebræis fontibus, & ex editione Septuaginta interdum media prætermittũt, principium, & finem tantùm adducunt: interdum autem è contrario media producunt, prætermiſsis principio, & fine. Aliquando ex varijs Prophetis, vel Pſalmis idem teſtimonium contexunt. Nonnunquam quæ de Meſsia dicuntur, ſibi ipſis conuenire docent. Denique & in myſtico, & in literali ſenſu ſuas adſerũt probatiões. Quæ omnia ſunt probanda, & exemplis illuſtranda. Nam quòd aliquando non tam verba, quàm ſenſum producunt, docet Hieronymus libro de Opt. genere interpretandi, & alijs multis in locis, vt mirari, aut perturbari non debeamus, ſi aliter habeat Hebræa veritas, aliter Græca Septua-

[*B. Hieron. epiſt. 101. tom. 2. in fin.*]

gint

ginta virorũ interpretatio, aliter quæ producuntur ab Apoſtolis, & ſatis eſſe, ſi in ſenſu conuenlant, probat Origenes in Epiſtolam ad Rom. dicens: *Obſeruanda eſt in hoc loco, & in cæteris conſuetudo Apoſtoli, quòd non ſemper cùm aliquid ex Scripturis aſſumit, integrum textum verborum, vt in ſuo loco poſitum eſt, aſſumit, ſed ea tantùm, quæ præſentis cauſa requirit aſſertio.* Idem in eandem Epiſtolam, productis aliquot Propheticis teſtimonijs, habet: *Hæc de ſermonum ordine, & aſſumptorum teſtimoniorum qualitate memorauimus, vt oſtendamus per ſingula, quòd autoritas Apoſtoli nequaquam Hebræorum exemplaribus fidem facit, nec verbis ſemper interpretatum ſeruat, ſed Scripturarum ſenſum verbis quibus competit explicat.* Sic ille, loquens inter alia de illo loco Dauidis: *Fiat menſa eorum in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum.* Quod enim dicit: *Fiat menſa eorum in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum:* in captionem in Pſalm. non habetur ſcriptum, neque in noſtris Septuaginta Interpretum exemplaribus, neque in Hebræorum. Et rurſum in Pſalmo habetur: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum:* Apoſtolus autem non poſuit, *Coram ipſis.*

Orig. lib. 5. ſuper cap. 6. ep. ad Roma. circa ſin.

Idem in ca. 11. eiuſdẽ epiſt. lib. 8. circa princ.

Pſalm. 68.

Iam verò poſitam regulam exemplis nonnullis alijs explicabo. Ecce, verbi gratia, Malach. 3. dicitur: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Chriſtus vt ſibi competere Indicaret: Matthæi 11. dixit: *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparauit viam tuã ante te.* verbum Prophetæ, *ante faciem meam,* mutauit Domlnus, & dixit in ſecunda perſona, ante faciem tuam, quo faceret Patrem cum Filio ſuo loquentẽ. Et voci, *Viam,* abſolutè dictam adiunxit, *tuam.* Adiecit ergo vnum, vel alterum verbum explicationis gratia.

Quænam teſtimonia ex Prophetis Apoſtoli minꝰ ad literã ſum pſiſſe videantur.

Primus locus.

Prætereà habes Matth. c. 2. locum Michææ ab Euãgeliſta productum: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſraël,* quæ lectio diuerſa eſt, ab illa Prophetæ Hebræa, & in quibuſdam contraria, quæ habet: *Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël:* & ab illa etiã Septuaginta Interpretum, qui habent: Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Εὐφραθὰ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ. hoc eſt: *Et tu Bethleem domus Ephrata, parum eſt vt ſis inter myriadas Iuda: ex te mihi proditurus eſt, quem Principem cõſtituturus ſum in Iſraël.* Quem locum tam varium ab Hebræo textu cognouit B. Hieronymus, vt ex aliorum potius ſenſu, quam ſuo dubitauerit lapſum memoriæ & linguę ponere in Euangeliſtis, aut ſaltem ita Euangeliſtam protuliſſe; vt oſcitantiam Scribarum, & negligentiam argueret in citandis, & euoluendis Scripturis.

Secundus locus.

Mich. 5.

** Hier. in c. Mich 5. tom. 6. & in loca 2. Matt. tom 9. initio.*

Ad hæc cap. 5. Amos habetur: *Portaſtis Tabernaculum Moloch veſtri, & imaginem idolorum veſtrorum, Sydus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis vobis adorare eas* (id eſt ad adorandum eas) *quas feciſtis vobis, & migrare vos faciam trans Damaſcum.* Et tamẽ Stephanus martyr Act. 7. ſenſum magis quàm verba Hebræa, vel Septuaginta Interpretum ſecutus dixit: *Transferam vos trans Babylonẽ.* Nam qui trãs Damaſcum ducti, ducti quoque ſunt in Babylonem, & trans Babylonem, vt in commentarijs eiuſdem Prophetæ annotauit Hieronymus.

Tertius locus.

Idem tom. 6.

Adde, quòd ex Iſa. 28. producitur locus, qui habet iuxta Hebræam literam, & Hieronymũ: *Qui crediderit, non feſtinet:* Septuaginta, & Apoſtoli verterunt: *Qui crediderit in eum, non confundetur,* paraphraſticè exponentes: & citatur hoc ſcholium à Paulo Roman. 9. & 10. & à Petro 1. Petr. 2.

Quartus locus.

Idem in tom. 5.

Prætereà ex c. 10. Iſai. profert Paulus ad Rom. 9. *Si fuerit numerus filiorum Iſraël tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.* Vbi cũ Hebræa veritas, & Græca L X X. habeant: *Si fuerit populus Iſraël tãquam arena maris:* interpretatur tamen Paulus, vt Doctor, & Apoſtolus: *Si fuerit numerus;* reliqua vero quæ Septuaginta non reddiderant ad verbum, ſed paraphraſi quadam explicârant, eiſdem verbis citat.

Quintus locus.

Et Iſai. 1. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus:* vox ſeminis à Septuaginta, & à B. Paulo poſita eſt explicationis gratia, quia Hebræa habent pro illa voce, *Reſiduum, vel reliquias.* Eſt autem ſemẽ in homine, reſiduum, & ſuperfluum quartę concoctionis, ſiue digeſtionis: & ſignificat Chriſtum totius humanæ generationis perfectionem.

Sextus locus.

Gen. 19.

Quid ſit ſemen in homine.

Quid ſignificet apud Iſaiam.

Et in Habacuc c. 2. habetur in Hebræo: *Iuſtus autem in fide ſua viuet:* Septuaginta habent: *Iuſtus autem ex fide mea viuet:* at Paulus Roman. 1. & Hebr. 10. & Galat. 3. neutram lectionem ſequitur, ſed ſimpliciter; *Iuſtus ex fide viuet,* ſenſum potiùs, quàm verba allegans. Neque inter ſe pugnant, *Ex fide ſua,* &, *Ex fide mea,* quia fides, quæ reuera noſtra eſt, & dicitur, donum tamen Dei eſt, vt Apoſtolus teſtatur. Ad Hebr. 10. explicationis gratia addit vocem vnam, dicens: *Iuſtus meus ex fide viuet:* id eſt, qui coram me iuſtus eſt, & habetur. Et quaſi explicauit lectionem L X X. quæ habet: *Iuſtus ex fide*

Septimus locus.

Epheſ. 2.

mea.

B. Hieron. in c. 2. Habac. tom. 6.

mea. Et vt Hieronymus apud Prophetam docet, vbi Septuaginta legerũt, *Ex fide mea,* ipſe legit, *Ex fide ſua:* quia Iod & Vau apud Hebræos elementa ſunt valdè vicina, & tãtùm menſura differunt: Iod enim breuius, Vau paulo longiùs.

Octauus locus.

Ad hæc ille locus 1. Corint. 2. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum;* cum Hebræa veritate non cohæret, quæ Iſai. 64. habet: *A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.* Neque rurſus cũ editione LXX. Interpretum: *A ſeculo non audiuimus, neque oculi noſtri viderũt Deum præter te, & opera tua, quæ facies expectantibus miſericordiam.* Quæ quidem verba Paulus ad myſteria redemptionis in nouo Teſtamento referre videtur, quæ Dei prouidentia nobis ad ſalutẽ adipiſcendam ſunt parata: etſi Patres veteres nonnulli referant ad beatorum felicitatẽ, & bona, quibus in ea perfruuntur. Sed nouum non eſt, vnum & eundem locum plures ſenſus habere.

Quid ſignificet apud Prophetam: Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectãtibus te.

Iſai. 40. Ioan. 1. Orig. tom. 7. in Ioannem.

Origenes quoque diſputans ſuper illud: *Ego vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini:* Euangelicas inter ſe conferens voces, docet, ſolitos Apoſtolos & Euangeliſtas, cùm citant Propheticos libros, breuitatis & perſpicuitatis gratia, prima & extrema adducere, media verò reſecare; & obſcuras voces omittere, & mutare in planas. Qui ſanè Canon non poteſt non magnum lumen ingerere Propheticis teſtimonijs. Et vt exemplis illuminetur, Ecce idem libro 10. in Epiſtolam ad Romanos citans capit. 15. Apoſtol. *Et rurſus Iſaias ait: Et erit in die illa radix Ieſſe: & qui exurget regere Gentes, in eo Gentes ſperabunt. Et erit requies honor eius: Omiſſis (ait) in primis quidem duobus ſermonibus, id eſt, In die illa, & in vltimis: Et erit requies eius honor, cæteris eiſdem verbis poſuit, quibus Septuaginta Interpretes ediderunt. Vnde ſciendum eſt, quòd in omnibus penè Apoſtolus editionem Septuaginta Interpretum tenet, niſi quia fortè ei, quam exequitur aſſertioni minus neceſſaria videntur; aut ſi quando non tam verba Interpretum, quàm ſenſibus Scriptura vti vult ſua enũtiatione prolatis.* Hæc ille, docens poſuiſſe Apoſtolum intermedia tantùm, excluſis primis & extremis verbis.

Quibus locis Apoſtoli, medijs omiſſis, Prophetarũ prima & vltima verba protulerint. Primus locus. Idem tom. 2. Iſai. 11. In omnibus pene Apoſtolus editionẽ Septuaginta Interpretum tenet, ait Origenes.

Alter locus. Iſai. 28. Iſaiam Paulus legem interdũ vocat.

Deinde Paulus 1. Corinth. 14. ait: *In Lege enim ſcriptum eſt* (vocat Legem, Prophetam Iſaiam) *Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus:* prima, & vltima dicit, media ſuppreſsit. Habetur enim Iſai. 28. *In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum iſtũ (cui dixit, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium) & noluerunt audire.* Cõcluſa autem parentheſi ſuppreſſa ſunt à Paulo.

Tertius locus.

Tertium teſtimonium ſit: quia Petrus in priori Epiſtola, capite primo, in fine, citat Iſaiæ verba ex 40. capite, iuxta Septuaginta Interpretes, omittens media breuitatis gratia, & prima, & poſtrema vt neceſſaria proferens: *Quia omnis* (inquit) *caro vt fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit (quia Spiritus Domini ſufflauit in eo, verè fœnum eſt populus. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos) Verbum autem Domini manet in æternum:* intercluſa enim parentheſi prætermiſſa ſunt à beato Petro. Quòd verò verterit iuxta editionem Septuaginta, oſtendit quòd Hebræa Hieronymi interpretatio dixit: *Omnis gloria eius quaſi flos agri:* Petrus & Septuaginta dixerunt: *Omnis gloria eius quaſi flos fœni:* etſi parum interſit, ſi dicatur flos fœni, vel flos agri. Citauit etiam hunc locum Iacobus Apoſtolus in cap. 1. ſuæ Epiſtolæ, ſed ſenſum potius, quàm verba.

Quartus locus. Zach. 9.

Quartum exemplum Matthæi 21. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.* Hebræa veritas habet: *Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinæ.* Septuaginta duo habent: *Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluans nos ipſos; manſuetus, ſedens ſuper aſinam ſubiugalem, & pullum nouum.* Ex quibus patet, ſuppreſſa eſſe: *Iuſtus, & Saluator* in Hebræo fonte, & in Græca Septuaginta lectione, *Iuſtus, & ſaluãs nos ipſos.*

Quintus locus.

Quintum exemplum 1. Corint. 11. Ex Iſaiæ cap. 40. Apoſtolus protulit illud: *Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum?* omiſit intermedia, nempe: *Aut quis conſiliarius eius fuit?* quæ tamen integrè citauit Roman. 11. in fin.

Sextus locus.

Sextum exemplum ſit ex Zacharia cap. 12. Protulit Ioannes cap. 19. *Videbũt in quem transfixerunt:* relicto vno verbo, quod tam in Hebraico textu, quàm Septuaginta habetur in medio: *Reſpicient ad me quem confixerunt,* vel, *ad me, cui inſultarunt,* Ecce verbum, *ad me,* ſuppreſſum; quod tamen facilè ſuppleri poteſt, & debet. Et hæc verbi gratia ſint ſatis.

Matth. 27.

Solent Apoſtoli interdũ & Euãgeliſtæ teſtimonium aliquod ex diuerſis Prophetarum locis compoſitum, & coagmentatum, vt in vtroque vnum & idem ſignifi-

Solent quoque Apoſtoli & Euangeliſtę proferre teſtimonium aliquod ex diuerſis Prophetarum locis compoſitum, & coagmentatum, vt in vtroque vnum & idem ſignifi-

phetarum locis compoſitum,& coagmentatum producere, & quà ob cauſam.

ſignificari oſtendatur. Ecce Hieronymus in Malachiæ caput 1. ait: *Duo quoque teſtimonia de Geneſi, Malachiaq; coniungit: Sed & Rebecca de vno concubitu habens Iſaac, patris noſtri,&c. Maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Hoc enim quod dicitur: Sicut ſcriptum eſt, & ad Geneſeos librum, & ad Prophetam Malachiam refertur.*

Primus locus. Rom.9. Geneſ.25. Malach.1.

Alter locus. Malach.3. Matth.11.

Idem in illum locum Matth. 3. *Ego vox clamantis in deſerto*, ait, *Porphyrius iſtum locum Marci Euangeliſtæ principio comparat, in quo ſcriptum eſt: Initium Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei; ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam Vox clamantis in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Cùm enim teſtimonium de Malachia, Iſaiaque contextum ſit, quærit, quomodo velut ab vno Iſaia exemplum putemus aſſumptum? Cui Eccleſiaſtici viri pleniſſimè reſponderunt. Nos autem nomen Iſaiæ putamus additum ſcriptorum vitio, quod & in alijs locis probare poſſumus; aut certè de diuerſis teſtimonijs Scripturarum vnũ corpus effectum.

Porphyrianæ obiectionis confutatio.

Tertius locus.

Adde, quod Act.1. dicitur: *Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Fiat commoratio eorum deſerta; & non ſit qui inhabitet in ea; & Epiſcopatum eius accipiat alter.* Primum ſumptum eſt ex Pſalm.68. ſecundum ex Pſalm. 108. Idem probat B. Hieronymus in præfatione lib.16. Commentariorum in Iſaiam, ex illo ad Roman. 3. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum*: quod eſt acceptũ ex Pſalm. 13. Reliqui octo verſus, qui incipiunt: *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*, ex alijs locis, quos ibi declarat Hieronym⁹, ſumpti ſunt; & ex diuerſis locis & fragmentis vnum teſtimonij corpus coagmentatum. Accedit prætereà Origenes ſub finem c. 9. Epiſtolę ad Romanos, tractans locum illum Iſaiæ, *Sicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali: & omnis qui credit in eum, nõ confundetur*, in hunc mõdum ſcribit: *Sciendum autem eſt, quòd in Iſaia Propheta hoc teſtimonium ita ſcriptum eſt: Ecce ego mittam in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum, angularem, præclarum, in fundamenta eius; & qui crediderit in eum, non erubeſcet. Apoſtolum autem, lapidem offenſionis, & petram ſcandali, de alio loco ipſius Iſaiæ Prophetæ huic teſtimonio inſeruiſſe, in quo ita ſcriptum eſt: Et non tanquam lapidi offenſionis occurretis ei, neque vt lapidi ruinæ: & ex vtroque loco excerpentem quæ aſſertionibus commoda videbantur aptaſſe.* Hæc ille.

Quartus locus. B.Hier.tom.5

Quintus locus. Orig.tom.2. Iſai.28. 1. Petr.2.

Iſai.8.

Sextus locus.

Dominus etiam in Euangelio ex vtroque Propheta, Iſaia, & Hieremia, illud protulit teſtimonium: *Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Cuius prima pars deprompta eſt ex cap. 56. Iſaiæ, poſterior verò, ex Hierem. cap. 7. Petrus quoque Apoſtolus illa duo teſtimonia ſimul citat ex Iſaia cap. 28. & ex cap. 8.

Matth. 21.

1. Petr.2.

Eodem modo Matth.21. protulit illud: *Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mãſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis*: cuius teſtimonij prima pars ſumpta eſt ex capite 62. Iſaiæ; poſterior ex cap. 9. Zachariæ. Idcircò Eraſmus turpiter hallucinatus eſt, negans Euangeliſtam conſentire cum lectione Hebræa, vel cum lectione LXX. quia ignorabat hunc Apoſtolorum morem ex multis locis colligentium quæ ad rem ſuam facere videbantur.

Septimus locus.

Matthæum interdũ minimè conſentire cum lectione Hebræa, vel cum lectione 72. dicere non dubitauit Eraſmus.

Ad hæc illud obſerua, ſolitos Apoſtolos quę de Meſsia apertè, & ad literam concionantur teſtimonia, ſibi ipſis, vt Apoſtolis, & Euangeliſtis applicare: quia quæ capitis ſunt, corpori adaptantur. Nam ecce illud Iſai. 52. & Nahum 1. *Quàm ſpecioſi pedes annuntiantium pacem, & annuntiantiu bonum*, Paulus Apoſtolis Euangelizantibus applicauit, dicens: *Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt: Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona?* Et illud Iſai. 49. *Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ*: quod Paulus de Apoſtolis dictum interpretatur Act. 13. *Vobis*, inquit, *oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ; ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus; Poſui te in lucem Gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ.* Atque interdum præcedit teſtimonium; & ſubditur: *Sicut ſcriptum eſt*: vt Roman.2. *Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt*: & Ioan. 1. *Ego vox clamantis in deſerto. Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta*, in verbis ſcilicet citatis: aliquando verò præcedit, *Sicut ſcriptum eſt*, & ſequitur teſtimonium: *Non enim* (Petrus inquit) *Sicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, &c. Sed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioel.*

Apoſtoli quę de Meſsia apertè & ad literam cõcionantur teſtimonia, ſibi ipſis, vt Apoſtolis & Euãgeliſtis, cur ſoleant applicare.

Primus locus. Rom.10.

Secundus locus.

Illud: Sicut ſcriptum eſt, interdũ præcedit, interdũ ſubſequitur ro teſtimonijs Euãgelicis.

Iſai 52. Ezech.36. Iſai 40. Ioel 2.

Ad hæc quæ Apoſtoli ex veteri Teſtamento producunt, frequenter ad literam intelligenda ſunt, quòd doctis, & intelligẽtibus demonſtrationem apertam faciant verum Noui Teſtamenti: interdum verò in myſtico ſenſu prolata, quia etiam ſapientes viri nõ abhorrent à topicis & probabilibus rationibus, quo etiam fidelibus plebeijs, & ſimplicibus, qui illis magis capiuntur,

Quę ab Apoſtolis ex veteri teſtamento producũtur, frequenter ad literam, interdum in ſenſu myſtico accipienda ſunt.

Quæ ratio huius moris Apoſtolici. Primus locus. *1.Cor. 9. Deut.25.* Alter locus. *Hebr.1. & Pſalm.103.*

piuntur, ſatisfaciant. Vt: *Non alligabis os bouis triturantis.* Et, *Qui facit Angelos ſuos, ſpiritus; & miniſtros ſuos, flammam ignis.* Et allegorijs pugnant; vt Apoſtolus in Epiſt. ad Gal. ca. 4. circa finem.

Solent Apoſtoli & Euāgeliſtæ non ſolū ex Hebręa ſed etiam ex Gręca 70. interpretum lectione paulo etiam aliter, quā ipſi habeant, proferre teſtimonia. *Hiero. multis in locis. Aug. nō rarò.*

Poſtremò ſolent Apoſtoli & Euangeliſtæ non ſolùm ex Hebræis voluminibus, ſed etiam frequenter ex Septuaginta, etiam vbi aliter habent, atque illi, teſtimonia Prophetica producere: vt Hieronymus, & Auguſtinus docent, & ex multis ſuperiùs locis comprobatum, & teſtatum reliquimus: ita vt de hoc amplius ediſſerere, nihil ſit aliud planè quàm actum agere. Id actum porrò fuiſſe peculiari Spiritus ſancti prouidentia, dubitandum nō eſt; vt Eccleſiam vtriuſq; linguæ ſcriptis codicibus regendam, & erudiendam intelligeremus.

Quot modis in Euangelio Scripturarū loci citentur. *Matth.15. Act. vlt. Rom 9. & alias. Act.7. & ſæpe alibi. Marc. 7. & alibi. Matth.5. Infra 22. & alias. Ioan. 19. & alibi. Matth.1. & ſæpè aliàs. Ioan.1. & alibi. Rom. 9. Ioan. 8. & alibi. Act.1. Infra 13. Infra 17. Tit.1. Hebr.2. Theophylact. Chryſoſtomus.*

Modi verò producēdi ex veteri lege teſtimonia varij ſunt, & diuerſi, nimirùm: *Deus enim dixit: Quia benè Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam. Dicit enim Scriptura: Sicut ſcriptum eſt: Moyſes enim dicit: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Vtique nunquam legiſtis: Vt impleretur Scriptura: Vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam: Sicut dicit Iſaias Propheta: Iſaias autem clamat: In lege veſtra ſcriptum eſt: Non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis.* Matth.15. *Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Iſaias.* Actor. 2. *Dauid enim dicit in eum.* Matth.2. *Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt:* Rom.10. *Iſaias autem audet, & dicit:* Luc. 10. *In Lege quid ſcriptum eſt?* Ioan. 10. *Nonne ſcriptum eſt in Lege veſtra? Scriptum eſt in libro Pſalmorum: Sicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt.* Et ex Poetis citat Apoſtolus; *Sicut & quidam veſtrorum poetarum dixerunt: Dixit quidam ex illis, proprius ipſorum Propheta.* Interdum nihil dicitur, ſed verba Scripturæ ſimpliciter producuntur: ad Hebr. *Teſtatus eſt autem quodam in loco quis, dicens: Quis eſt homo, &c.* Vbi Theophylactus, & Chryſoſtomus Homilia 4. habet: *Nonnunquam in citatione non explicatur nomen autoris ſacri, vt quia diſputetur cum Scripturarum gnaris.* Haſce regulas omnes qui præ oculis habuerint, facilè, & ſine offenſione Propheticas ſententias ab Apoſtolis, & Euangeliſtis prolatas, vt arbitror, apprehendent.

Canon XXVIII.

Aug. lib. de vnit. Eccleſ. c. 7 per tot. 7. paulo ante medium.

Deſumitur ex Auguſtini libro vno de vnitate Eccleſiæ: Vt ſi quis locus explanatus ſit ab Apoſtolo, vel ab Euangeliſta, vel ab aliquo ex antiquis Patribus ab Eccleſia recepto, præcedentia quoque, & ſequentia eiuſdem loci, quoad eius fieri queat, eodem eſſe referenda: ſubiungit Auguſtinus ex illo loco Iſaiæ exemplum: *Tempore placito exaudiui te; & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi,* vbi quaſi interpretādo Apoſtolus addit: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies ſalutis; id eſt, Hoc eſt tempus prædictum ab Iſaia.* In quæ verba Ambroſius, prædeſtinatam docet gratiam Dei in tempore Chriſti. *Sic enim decreuit Deus aſſinere miſericordiam ſuam, vt nomen Chriſti poſcetibus auxilium largiatur.* Hæc ille.

Aug. ibidem. Iſa. 49. & 2. Cor. 6. B. Ambr. in 2. ad Cor. ca. 6. initio.

Certè, vt Ariſtoteles docuit, ſignum veritatis inſolubile eſt, cùm mutuò ſibi omnia reſpondent; at mendacio multa repugnant. Lactantius quoque Philoſophos refellens: *Hæc eſt,* inquit, *mendaciorum natura, vt cohærere non poſſint. Illorum autem* (ſcilicet Chriſtianorum) *traditio quia vera eſt, quadrat vndiq;, ac ſibi tota conſentit: & ideò perſuadet, quia cōſtanti ratione ſuffulta eſt.* Et Chryſoſtomus in illud Marci: *Erat q; cum beſtijs, & Angeli miniſtrabāt illi: Scriptura,* inquit, *ſancta hæret ſibi tota, & vno ſpiritu copulata eſt, & quaſi vna catenula eſt, atq; vt circulus in circulū innectitur: & quicquid aliud ſumpſeris, aliud latè pendet.* Et Auguſtinus: *Sunt etiam qui vniuerſas omnino Scripturas canonicas vnū librum vocent, quòd valde mirabili, & diuina vnitate concordent.* Hieronymus verò id interpretans: *Faciendi plures libros nullus eſt finis,* colligit, vnum librum eſſe totam Scripturam. Et in Iſaiam: *Omnes,* inquit, *Scripturæ vno ſcriptæ ſunt Spiritu ſancto; & propterea vnus liber appellatur. De quo Ezechiel myſtico ſermone teſtatur, quòd ſcriptus fuerit intus, & foris, in ſenſu, & in litera. De quo & Saluator loquitur in Pſalmis: In capitulo libri ſcriptum eſt de me.* Clemens prętereà Alexan. *Eſt,* inquit, *quàm maximè fieri poteſt dialecticè ad Scripturam accedendum, conſequentiam diuinæ doctrinæ venantibus.* Hinc Euſebius Iudæorum refellit interpretationem, quod antecedentia & conſequentia inter ſe repugnent. Et Origenes in Ioan. *Iudæi conſecutionem prophetiæ ſernent; & verborum ſeriem, quæ ties erta eſt contrenerſia.* Sic ille ferè.

Ariſtot. lib. 1. Phyſicor. c. 8. tom. 1. Lactant. lib. 5. c. 3. initio. Chryſo. ho. 4. ex varijs in Matth. locis, initio, tom. 2. circa finem. Marc. 1. Aug. præfa. in Pſalm. 150. à medio, tom. 8. in fine. Hiero. in Eccleſiaſticum. c. 12. propè finē, tom. 8. inter med. & finē. Idem lib. 9. in Iſaiam, c. 29. circa med. tom. 5. Ezech. 2. Pſalm. 39. & Hebr. 10. Clem. lib. 1. ſtrom. in fine. Euſeb. lib. 6. de præpar. c. 18. tom. 1. Orig. tom. 10. in Ioā. à med.

Item Hieronymus in illud Ioëlis; *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem,* ita ſcribit: *Cùm Petrus illo tempore quo paſſus eſt Dominus, prophetiam Ioël impletam eſſe memoret; hoc tantùm quærimus, quomodo & ſuperiora, & media, & quæ ſequuntur vſq; ad finem voluminis, ſibi valeant cohærere: ne ſub vno textu, conſequentiaq; ſermonis, diuerſa & diſſonans inter ſe explanatio ſcatere videatur.* Sic ille.

B. Hiero. in c. 2. Ioel. circa finem, tom. 6.

Canon XXIX.

Literas, ſyllabas, & apices Scripturarū debent Theologi expendere. *B. Baſil. tom. 1 circa finem.*

Baſilius in Proœmio libri de Spiritu ſancto tradit, literas, ſyllabas, & apices Scripturarum expendendos Theologis: vt Abram, vnius literæ ה additione, ex Patre excelſo, fit Abraham, id eſt, Pater multarum gen-

Gen. 17. & Rom. 4. Gen. 17. Idem hom. 7. in Diuites auarot, prope fin. eodem tom. Idem hom. 10 in hexamer. aliquanto à medio, tom. eod. non procul ab initio.

tium; & Sarai, ſubtractione literæ Iod, dicta eſt Sara. Idem quoque in Homilia ad Locupletes, inflexu, vel interpoſitione vnius literulæ totam turbari ſentẽtiam docet. Et in Hexameron: *Intolerandaprerſus*, inquit, *& grauis blaſphema fuerit, vel verbũ aſſerere in Scriptura inueniri otioſum.* Hactenus ille. Vnde Hebræi multa hac ratione corruperunt. Vt, *Donec veniat* שילה, legũt שילו, & קדש pro קלש, & Iſaiæ 28. legunt Iudæi בלעזי pro בלעגי Belaghe, pro Belaze, &c.

Hebræorum Scripturas corrumpẽdi licentia.

Gen. 49. Math. 5. Hieron. lib. 9. B. Chryſoſt. homil. 15. in Geneſim, initio, tom. 1. circa princ. Gen. 2.

Huius regulæ autor videtur Dominus, dicens: *Donec tranſeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex nõ præteribit à Lege, donec omnia fiant.* Hinc Hieronymus in cap. 3. ad Epheſ. ſub initium: *Singuli ſermones, ſyllabæ, apices, & puncta in diuinis Scripturis plena ſunt ſenſibus: propterea magis voluimus in compoſitione, ſtructuraq́; verborum, quàm intelligentia periclitari.* Et Chryſoſtomus in Geneſim: *Diligenter*, inquit, *Scriptura interpretanda eſt: non enim dictionem paruam, neque ſyllabam in diuinis literis contentam inueniemus eſſe prætereundam. Non enim verba tantùm ſunt, ſed & Spiritus ſancti verba. Et propterea magnum in his theſaurum inuenire licet etiam in vna dictione.* Et ſubdit exemplum. Veluti cùm ait in Geneſi: *Non eſt inuentus adiutor ſimilis illi*, quare apponit illi, non abſque ratione. Nam poſtquam dixit: Adæ verò non eſt inuentus adiutor: non ibi ſiſtit, ſed adiecit, ſimilis illi, hoc eſt eiuſdem ſubſtantiæ, dignitateque illo nihil inferius.

Idem hom. 2. de verbis Iſaiæ paulò à medio, tom. eod. & cap. fin.

Scripturarũ lectio, cælorum eſt reſeratio, ait Chryſoſt.

Hæc ille in ſenſu. Idem homilia de verbis Iſaiæ pulchra ſimilitudine hoc oſtendit: *Scripturarum*, inquit, *lectio, cælorum eſt reſeratio.* Infra: *Prophetarum ora, Dei ſunt os. Tale verò os nihil dixerit obiter, & extra rem. Ne igitur nos obiter, & aliud agentes audiamus. Etenim ſi ij qui fodiunt metalla, ne minima quadam fruſtula prætereunt, verùm vbi nacti fuerint aliquam venam auri, meatus omnes exactè circumſpiciunt: multo magis hoc facere nos oportet in Scripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod venantur. Etenim cùm & metalla ſint terra, & aurum nihil aliud ſit quàm terra, ipſa quoque natura communio, ſimilitudoq́; celat aſpectum eorum quæ quæruntur. Attamen ne ſic quidem deſiſtunt illi, ſed omnem adhibent diligentiam, etiamſi poſteaquam inſpexerint, ſciant quid verè ſit terra, quidve aurum. In Scripturis autem non ſit eadem ratio: neque enim proponitur aurum terra commixtum, ſed purum eſt aurum. Eloquia*, inquit, *Dei pura, argentum igni exploratum, probatum terra. Siquidem Scripturæ non ſunt metalla, quæ indigeant operarijs, ſed theſaurum præbent paratum ijs, qui quærũt opes in ipſis reconditas. Satis enim eſt introſpexiſſe, vt omni expleti fructu diſcedatis; ſatis eſt tantùm aperuiſſe, vt illicò videas gemmarum ſplendorem.*

Scripturæ & aurifodinæ elegans eiuſdem comparatio.

Pſalm. 11.

Hucuſq; Chryſoſtomus. Certè multi Pſalmi ſunt alphabetarij, id eſt, per ordinẽ Hebræi alphabeti traditi, venuſtatem, & gratiam habent in ſuo idiomate, quę non detegitur in aliena lingua. Nulla ergo vel magna diligentia, vel ſcrutatione in Scripturę ſacramentis elucidandis, videri debet ſuperflua, aut curioſa. Idem Chryſoſtomus in 1. cap. Matthæi, latiſsimum ait patere cãpum in ſignificatione Hebræarum vocum ad intelligentiam Scripturarum.

B. Chryſ. ho. 1. in Matth. to. 2. in princ.

Canon XXX.

Sacrarum literarum contrarietatibus, & contradictionibus diſſoluendis deſeruiet. Quoniam enim Deus benedictus, vniuerſę Canonicæ Scripturæ primarius autor, non eſt quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur: vt facere ſolent qui aut debili intellectu vigent, vt indies diſcẽdo, quæ ſemel dixerunt, recantent; aut memoria non valent, qui caſu aliquo ſuis ſententijs facilè contradicunt: aut affectu mẽdacium, & fraudem diligunt, qui alijs verba dare poſsint: quæ omnia longè ſunt ab illo ſanctiſsimo, beatiſsimo, & ſapientiſsimo numine: ſed vnus ſit, & ſolus; & proinde vnitatis, pacis, & concordiæ amator; & ſermo eius non eſt in illo *Eſt & non*, ſed eſt in illo *Eſt*: hinc neceſſariò elicimus, vt quęcunque prima facie, & in ſpeciem ſibi repugnare, & diſsidere videntur, ſiue in præceptis, ſiue in hiſtorijs, ſiue in prophetijs, reuera minimè diſſentiant, nec ſibi inuicem repugnent, ſed vel conſiderata temporum, locorum, cauſarum, rerum, & actionum, & perſonarum varietate, aut ambiguitate, & æquiuocatione vocũ, nominum propriorum, locorum, & perſonarum penſata, aut cognita varia ſcribendi ratione per figuras Prolepſis, & Anacephalæoſis, id eſt, Anticipationis, & Recapitulationis, quarum nõ eſt infrequens vſus apud bonos autores, aut denique perpenſa præcedentium, & conſequentium verborum contextura, & aliarum circumſtantiarum ratione, omnia ſibi inuicem conſonare, & mirificè conuenire inueniuntur.

Scripturarũ inter ſe diſsidentes loci, in ſpeciemq́; repugnãtes, qua ratione inuicẽ conciliari, atq; cõponi valeant.

Num. 23. & Malach 3.

Deus mutationi nulli eſt obnoxius.

Homo cur mutetur.

2. Corinth. 1.

Cæterùm, vt pulchrè docet Origenes: *Qui fideliter & integrè ſacrorum voluminum colligit ſenſum, debet oſtendere quomodò ea, quæ videntur eſſe cõtraria, non ſunt verè contraria.* Hæc ille. Porrò, vt tradunt Dialectici, Cõtradictio, eſt vnius & eiuſdẽ: non tantùm nominis, ſed nominis & rei ſimul, ad idem & ſecundùm idem ſimiliter, & eodem tempore. Non enim pugnant ſecum, hominem eſſe mortalem, & immortalem: Chriſtum eſſe patibilem, & impatibilem: ſi referantur ad diuerſas naturas.

Orig. lib. 3. in epiſt. ad Rom. tom. 2.

Cõtradictio quid ſit.

Ariſtot. lib. Peri herm.

Homo

Homo enim animo eſt immortalis, corpore mortalis. Chriſtus vt Deus, impatibilis: vt homo, paſsioni fuit obnoxius. Ita non pugnat vnus & idem paterfamilias ſecum, quòd aliud præcipiat in æſtate, aliud in hyeme: quòd alias leges ferat filijs, alias ſeruis, & alias vxori. & Comicus: *Tempus iſtud* (inquit) *alios mores, aliam vitam poſtulat.* Ita illæ duę Salomonis ſententiæ: *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur;* & *, Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis*: non contradicunt, quia diuerſas rationes habent, & ad vnum & idem prorſus nequaquam referuntur. Pulchrè dictum eſt: *Diſtingue tempora, & concordabis Scripturas*. Ita quoque dicendum: Diſtingue perſonas, vel cauſas, vel loca, vel voces ambiguas, & omnia conciliabuntur. Et prudenter Iuriſconſultus dixit: *Inciuile eſſe, non perſpecta tota lege iudicare: quia circumſtantia, & antecedentia, & ſubſequentia, magnum veritati percipiendæ lumen ingerunt.* Proinde quod in Veteri Teſtamento Deus dicitur ante omnem diem condidiſſe cœlos, non pugnat cum eo quòd ſecunda die dicitur factum firmamentum, quia de diuerſis cœlis, aut diuerſo modo acceptis eſt ſermo.

Terent. — Prouerb.16. — Ibidem. — Diſtinctio tẽporum, concordiã Scripturarum parit. — Inciuile eſt, non perſpecta tota lege proferre ſententiam: vt quidam ſapiens dixit. — I. locus. Ibidem.

Similiter quod dicitur Eccli.18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul* (quod intelligendum eſt quantum ad rerum omnium ſubſtantiam, & materiam, vt optimè Gregorius Magnus explicuit) non repugnat mundo in ſex diebus diſtinctis, & realibus creato: quia hoc accipiendum eſt quantum ſpectat ad diſtinctionẽ rerum per eſſe ſpecificum, & ornatum cœlorum, & elementorum, id eſt, terræ, & aquæ. Tertiò: quòd dicitur quarta die feciſſe Solem per figuram Recapitulationis explicandum: quia prima die non eſt alia lux à Domino condita, quæ faceret diem & noctem, vt tradit Magnus Theologus Dionyſius. Quartò: quòd ſexta die Deus hominem creauerit, & maſculum & fœminã eos fecerit (quod per Occupationis figuram narratur) nõ repugnat cum his, quę ſeptima die fecit, nempe ex Adam dormiente ſuſtuliſſe coſtam, in qua Euam formauit, vt habetur ca. 2. vt etiam teſtatur Hieronymus de Quæſtionibus Hebr. quanquam B. Thom. 1. part. q. 9. art. 1, ad 3. indicet poſt ſeptimum diem conditam. nam poſt ſanctificatam diem ſeptimum illa de formatione Euæ ex Adę coſta narrantur. Quintò: quòd Dominus die ſeptimo ceſſauit ab omni opere ſuo quod patrârat, non contradicit his quæ veriſimè Dominus dixit: *Pater meus vſque modò operatur: & ego operor*: quia ſic die ſeptimo ceſſauit à nouis creaturarum ſpeciebus condendis; non autem ceſſat à conſeruatione eorũ quæ condidit, gubernando & ſuauiter moderando vniuerſa, ad ſuos fines adipiſcendos. Ita ſanè in Euangelijs, diuerſis temporibus diuerſa præcepit Dominus Apoſtolis. Cùm enim miſit illos primũ per Iudæã ad prædicandum, interdixit portare ſacculum & peram, atq; pecuniam: quæ inſtante morte Luc.22. conceſsit. Dixit illis, *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*: poſt reſurrectionem edixit: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Miſit illos prędicare regnum cœlorum, id eſt, ſeipſum: poſteà Matth.16. pręcepit, ne cui dicerent, quòd ipſe eſſet Chriſtus; & illos peculiariter increpuit Luc.9. *Quia*, inquit, *oportet Filium hominis multa pati*, id eſt, Inutile erit modò meam Diuinitatem turbis prædicare, quæ me flagellatum, & cruci ſuffixum ſpectaturæ ſunt, & vix credituræ: ſecus erit tempore reſurrectionis, quo, agnito meo ad vitam æternam reditu, & adiuuante Spiritu ſancto de cœlo miſſo, faciliùs illam apprehendent. Ad hæc, quòd Paulus Antiochiæ reprehendit Petri ſimulationem ſubtrahentis ſe à communione Gẽtilium propter Iudæos (quorum erat peculiaris Apoſtolus) in fide retinendos, non pugnat cum Pauli ipſius facto, qui alio tempore, & alia ratione circumcidit Timotheum, & purificauit ſe in templo. Id: *Nolite colligere zizania, ne fortè eradicetis ſimul & triticum: ſinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem*: nullã habet repugnantiam cũ eo, quod alibi abſolutè pręcipitur: *Auferte malũ ex vobis ipſis*: id eſt, Malum de veſtro conſortio ſeparate: quia hoc eſt, quãdo ſine bonorum periculo fieri poteſt. Illud: *Qui dixerit fratri ſuo, Fatue, reus erit gehennæ ignis*: non intelligas ſecundùm omnẽ modum dicẽdi, ſed de illo, quo contumeliæ gratia aliquid dicitur. Aliàs Dñs reus eſſet gehennæ, vocans Cleophã, & Lucam ſtultos, & tardos corde ad credẽdum: & Apoſtolus correptionis gratia, & ex charitate dicens; *O inſenſati Galatæ.*

II. locus. Greg. Magnus lib.32. Moral. c.1. antiio, tomo 1. — Gen.1. — III. locus. Gen.1. Dion. Areop. lib. de Diuin. nom. c.4. — IIII. locus. Ibidem. Infra 2. — V. locus. Ibidem. Ioan.5.

Sapien.8. — VI. locus. Matth.10. & Luc.16. — VII. locus. Matth.10. — Mar. vlt. & Matth. vlt. — VIII. locus. Ibidem. Luc.23. — Cur vetuerit Dominus Apoſtolos, ne ſe dicerẽt eſſe Chriſtum. — Act. 2 — IX. locus. Galat.2. — Act.16. Infra 21. — X. locus. Matth.13. — 1. Cor.5. — XI. locus. Matth.5. — Luc.24. — Galat.3.

Per Matthæum præcepit Dominus non portare virgam, nimirùm ad aliorum offenſionem, & ad ſui defenſionem: neq; calceamenta integra, quæ tegunt totũ pedem: ſed per Marcum concedit virgam ad laboris, & debilitatis ſuſtentationem; & permiſit ſandalia, quibus neq; pes eſt nudus ſuper terram, neq; deſuper tectus. Itaq; ambiguę ſunt & æquiuocę voces illę, virgę & calceamentorũ. *Vita, & mors, &c. à Deo ſunt*: Mors quidem, quatenus eſt in vindictam peccati: ſed iterum dicitur: *Quoniam Deus mortem* non

XII. locus. Matth.10. — Marc.6. Ibidem. — XIII. locus. Eccli.11. Sapient.1.

non fecit, ſed homo illam manibus ſuis accerſiuit, quatenus mors à peccato profecta eſt, quia *per Peccatum mors:* Peccatum autem Deus non fecit, ſed permiſit. Verbum offendendi, æquiuocum eſt apud B. Iacobum: ait enim cap. 3. *In multis offendimus omnes:* quod de leuibus, & quæ vix vitari poſſunt, delictis dictum eſt, c. 2. docet; *Quicunque totam Legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.* Vbi offendere, eſt tranſgredi vnum aliquod Decalogi præceptum cótra debitam proximo charitatem. Quod dicitur à Domino de odio proſequédis patre, matre, vxore, & filijs, & fratribus, & ſororibus, non pugnat cum præcepto de honorandis, & amandis parentibus: quia hoc perpetuum eſſe debet, niſi vbi ratio religionis & fidei periclitaretur; tũc enim Deus omnibus eſt præferendus. Quod Matth. 19. dicitur de retinenda vxore, niſi cauſſa fornicationis ſubſit, quia tunc relinqui poteſt; non contradicit ei ſententiæ, quam idem Dominus ibidem pronuntiauit: *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem,* & reliq. Sed intellige, in cauſſa fidei, & ſalutis, ſi videlicet contingeret, vxoré nos à Chriſto, & honeſta vita retrahere. Certè ſi verba Euangelica circa Domini reſurrectioné accuratius ſcruteris, & inter ſe conferas, acceſſum mulierum duarum ad monumentum, & Angelum ſedentem ſuper lapidem extra reuolutum inuenientium apud Matthæum; & acceſſum trium mulierum, & lapide reuoluto ingredientium in monuméntum, vbi iuuenem ſedentem in dextris, & coopertum ſtola candida viderunt apud Marcum; plurium item mulierum aduentum, & in monumentum ingredientium, & duos Angelos iuxta ſe in veſte fulgenti ſtantes ſpectantium apud Lucam; & rurſus Mariæ ſolius Magdalenæ ad monumẽtum ſtantis, & foris plorantis, & rurſus inclinantis ſe, & proſpicientis ad monumentum, & duos Angelos in albis ſedentes videntis, vnum ad caput, alterum ad pedes iuxta Ioannem, vix poſſunt rectè conciliari, aut explicari, niſi poſito frequenti, & iterato mulierum in monumẽtum ingreſſu, & egreſſu: præ magnitudine enim lætitiæ, & amoris erga Chriſtum, & reſurrectionis nouitatem, & Angelorum qui apparebant, ſplédorę, timore quoque, & caſu cuſtodum, qui iacebant velut mortui, continere ſeſe non poterant, quin intra ſepulchrum ingrederentur, & ex eo egrederentur. Ita vt ad conciliandum mulierum numerum, vel Angelorum qui conſpecti ſunt, nunc ſedentes, nunc ſtãtes, nunc intus, nunc extra, certior vlla via, aut ratio non appareat, quàm diſtinctos ponendo mulierum ingreſſus, vel earundem, vel diuerſarum, & varias Angelorum apparitiones. Atque ita B. Hieronymus q. 4. ad Hedibiam ſcribit: *Nobis autem ſimplex videtur, & aperta reſponſio, ſanctas fœminas, Chriſti abſentiam non ferentes, per totam noctem, non ſemel, non bis, ſed crebrò ad ſepulchrum Domini concurriſſe: præſertim cum terræmotus, & ſaxa diruta, & ſol fugiens, & rerum natura turbata, & (quod his maius eſt) deſiderium Saluatoris ſomnum ruperit fœminarum.* Hactenus ille bonus Pater. Atq; ita conciliat Archiepiſcopus quidam Theſſalonicenſis in ſermone quodam de reſurrectione; & reprehendit Iulianum Apoſtatam, qui, vt diſsidentes redderet Euangeliſtas, volebat vnum tantùm mulierum aduentum ad monumentum ab illis omnibus deſcribi.

In materia autem Iuſtificationis diligenter diſtinguendæ ſunt voces ambiguæ, & æquiuocæ, quibus Hæretici & ſibi, & aliis tenebras offundunt. Diſcerne igitur vocem Iuſtificationis in eam, qua quis eſt, & habetur iuſtus apud homines, etiamſi non ſit apud Deum, iuxta illud: *Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra:* & inter illa, qua iuſtus quis eſt apud Deum, etiamſi apud homines nó habeatur. Et hęc diſtinguitur in primam, qua quis ex peccatore & impio fit pius & iuſtus: & ſecundam, qua qui iuſtus eſt, iuſtificatur adhuc per opera: vt docet Ioannes in Apocalypſi. Diſtingue inter Fidem, quæ eſt fiducia aliquando, & illam, quæ eſt aſſenſus certus, & ineuidens. Et hæc iterum diuiditur in viuam operantem per dilectionem, & in fidem informem, ſiue mortuam.

Diſtingue etiam inter gratiam vocationis, qua pręuenimur, & poteſt cum peccato conſiſtere; & gratiam Iuſtificationis, quæ omne pellit peccatum. Inter peccatum, & peccatum, quia eſt quoddam mortiferum, & lethale, quod crimen & iniquitas dicitur; & veniale, quod *ἁμαρτία*, vel delictũ dicitur, & non repugnat iuſtitię, vel perfectioni. Dicitur etiam peccatum, concupiſcentiæ fomes, qui eſt in renatis. Diſtingue etiam inter legem, & legem, id eſt Moyſis veterem, quæ à iuſtificando excluditur, & legem vitæ, ſiue Euangelicam, quæ homines ex terrenis & carnalibus ſpirituales, & cœleſtes efficit. Diſtingue inter opera præcepti, quæ de neceſsitate ſalutis exiguntur, & inter opera conſilij, ſiue perfectionis, ad quæ non arctamur, niſi noſtra ſponte, votis peculiaribus ad illa præſtanda, & reddenda nos conſtrinxerimus: quia ſcri-

ptum

Rom. 5.
Mors vnde.
XIV. locus.
Id: In multis offendimus omnes, quid ſignificet.
XV. locus.
Luc. 14.
Exod. 20. & Matth. 15.
XVI. locus.
XVII. locus.
Matth. vlt.
Marc. vlt.
Luc. vlt.
Ioan. 20.
Vis amoris quanta.
Matth. 28.
B. Hieron. ep. 150. tom. 3. circa dimid.
Matth. vlt. Supra 27.
Archiepiſcop. Theſſalonicenſis.
Error Apoſtatæ Iuliani.
In materia de Iuſtificatione diſtinguendę voces ambiguę quænã aduerſus Hęreticos.
Luc. 16.
Apocal. 22.
Galat. 5.
Iacob. 2.
Rom. 5.
Supra 3.
Pſalm. 18. & alibi.
Legis veteris, & nouæ diſcrimen.
Supra 4. & ſeq. & Galat. 3. & ſeq.
Infra 8.
Inter opera Præcepti, & opera Conſilij, quid intereſt.

Pſal. 75. & alibi.

piuni eſt, *Venite, & reddite vota veſtra Deo.*

Operum Fidei, & legis diſtinctio.

Diſtingue præterea inter opera Fidei, & Legis, quę quantum ad ſubſtantiam, eadem eſſe poſſunt, & tantum dignoſcuntur principijs, & finibus ſuis. Qui enim vrgente Moyſe præſtaret Decalogum, & cæteras Legis cærimonias, & iudicia, vt aſſequeretur præmia à Lege propoſita, opera Legis præſtaret, quibus non iuſtificaretur apud Deum, niſi ad adipiſcēda illa bona temporalia, quæ in ea promittuntur. Qui verò ex fide eadem præſtaret propter Chriſtum, & præmia æterna in Euangelio prædicata, eſſent fidei, & iuſtitiæ opera ad ſalutē neceſſaria.

Rom. 4. & ſequentib. & Gal. 3. & ſeq. & ſæpe alias.

Gratia ab operibus quid differat.

Rom. 11.

Ad hæc diſtingue inter opera, & gratiam: nam opera non ſimpliciter quaſlibet actiones ſignificant, nec illis repugnat gratia, ſed meritis, vel operibus iuſtitiæ, de quibus dicitur: *Si gratia; iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia.* Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſcilicet aſſequimur primam iuſtificationis ſalutem, ſed hæc opera iuſtitiæ, ſine merita exiguntur ad vitā æternam comparandam.

Tit. 3.

Duplex timor, ſeruilis, & filialis ſiue ſanctus.

Ioan. 4.

Pſal. 110.

Eccli. 1.

Ibidem.

Dinoſce præterea inter timorem & timorem. Eſt enim ſeruilis, quē charitas foris mittit, & filialis, ſiue ſanctus, qui permanet in ſæculū ſæculi, de quo; *Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari*; &, *Timor Dei expellit peccatum.* Deniq; diſce, aliā libertatem eſſe naturalem, qua quiſq; ſuapte natura à Deo libero arbitrio præditus cōditus eſt, & ſine quo nulla eſt actio humana, etiā vitioſa: & huic opponitur coactio, ſiue violentia; aliā verò Ciuilem, & Politicā, qua diſtinguūtur viri ingenui à ſeruis: & tantùm huic opponitur ſeruitus, quæ eſt maxima capitis diminutio ſecundùm Iuriſcōſultum: Daniq; aliā libertas Chriſtiana, & Euangelica, quæ propriè eſt immunitas ab omni peccato, & dæmonis ſeruitute, de qua; *Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis*, & ſignificantiùs Græcè ἐλευθερώσῃ, id eſt, in libertatē, & ingenuitatem aſſeruerit: cui libertati Euāgelicæ neq; Decalogi Præcepta, neq; leges canonicæ, neq; Ciuiles, neq; edicta Principū, neq; vota Deo nuncupata repugnant. Denique huic libertati non reclamat ſeruitus Politica, quia ſerui poſſunt adoptionis ſpiritum habere, & libertate Euangelica potiti. Non contradicit etiam illi ſeruitus ingenua, & libera, qua Deo, & proximo pro[illegible] Deum ſeruimus, iuxta illud; *Vos in libertatem vocati eſtis, fratres, tantùmne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Solum huic libertati contraria eſt ſeruitus viliſsima, qua peccato, & dæmoni inſeruimus, & de qua Dn̄s dixit;

Triplex libertas, naturalis, ciuilis, ſiue Politica, & Chriſtiana ſeu Euangelica.

Infrà 11. & 12.

Seruit⁹ quid.

Libertas Euangelica quid ſit.

Ioan. 8.

Quænam illi minimè aduerſari videantur.

Exod. 20. & ſeq.

Rom. 8. & Gal. 4.

Infrà 5.

Libertati Euangelicæ quid repugnet.

Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati; &, *A quo quis ſuperatus eſt; huius & ſeruus eſt.* Qui ergo has, & ſimiles voces non diſcernunt, facilè Hæreticorum fucis, & ſophiſticis rationibus ad interitum capiuntur.

Ioan. 8.

2. Pet. 2.

Temporum, annorū, dierū, vel hebdomadarum, quas paſſim Scripturæ ſuggerent, difficultatibus aptè conciliādis, quæres ſtudioſo lectori non modicam lucē adferent.

Ad explicandas verò, & diluendas temporum, annorū, vel dierū, vel hebdomadarum contradictiones, quæ in Propheticis libris Veteris Teſtamenti, vel in Euangelicis codicibus, vel in recēſendis genealogijs interdū inueniuntur, obſeruāda ſunt quædā omni acceptione digna, quibus diſſonantia tolli poſſit. Nam aliquādo pars anni capitur pro integro anno per ſynecdochen; & anni imperfecti ſępè enumerantur quaſi perfecti; aliquādo integritas annorū ponitur. Deinde nunc quidem ſupputantur anni, quos filius viuente patre regnauit; nunc verò nequaquàm, ſed illi, quos ſolus per ſe regnauit. Adhæc ſæpè tempus, in quo Rex nullus fuit, Regi poſt interregnum ſequenti tribuitur, aliquando verò illi non tribuitur. Ampliùs aliquando intermedij oēs dies, vel anni cū extremis computantur, aliquando verò intermedij ſine extremis. Vt quod dicitur à Matthæo: *Et poſt dies ſex duxit illos in montem, &c.* Et Lucas, *Poſt hæc verba ferè dies octo*, extremos cū intermedijs cōputans. Item modò enumeratur tēpus tantum, quo quis benè regnauit, modò verò etiā illud, in quo malè regnū adminiſtrauit. Inſuper numer⁹ maior includit minorē, & minor nō excludit maiorē, niſi cùm ponitur præciſus, & dicitur tantū, vel ſolū. Plerunq; tn̄ adduntur illæ particulæ, Circiter, Ferè, Quaſi, ad præciſionē tollendā. Laboramus præterea in annorū numero ſupputādo, quia nō benè capimus terminū à quo, vnde cōputatio ſit inchoāda, vel quia ignoratur terminus ad quē, in quo ſint finiendi anni qui ſupputātur. Atq; hoc maximè apparet in hebdomadis Danielis intelligēdis; de quibus tā multa, & tā varia ſcripta ſunt, vt vix poſſe intelligi videātur, niſi illud tantum, iam diu fuiſſe cōpletas, quāuis earum terminum quidam protulerint in diem iudicij. Certè cùm annos imperij Auguſti quidā aſſignent 56. & 57. alij 58. non alia ratione diſſoluimus, quàm quod principium conſtituendi eius imperium, alij à primo conſulatu, alij à triumuiratu, alij à monarchia ab eo ſolo obtenta annos enumerant.

Matth. 17.

Luc. 9.

Cur tam ardua, & difficilis ſit annorum ſupputatio.

Dan. 9.

Annos imperij Auguſti ratio ſupputandi qualis.

Poſtremò, quia interdum libri vitio temporum, vel negligentia, atque malitia ſcribarum poſſunt eſſe mendoſi; accurrendum eſt ad fontes linguarum Græcę, & Hebraicæ, in quibus ſunt conſcripti, & ad veteres Patres, qui eos ediſſeruere. Et aduertendum, interdum in ipſis fontibus poſſe de-

Hebræi fontes & Græci; Patresq; conſulendi.

prehendi errores. Conſtat enim, Hebrȩam veritatem in multis eſſe à Iudæis corruptam.

Locus quidã Ionæ à Iudæis corruptus.

Conſtat quoque lectionem illam, quæ tribuitur 70. Interpretibus apud Ionam cap. 3. *Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur*, falſam eſſe, & contra Hebræam veritatem, & Chaldæam paraphraſim, & alios interpretes, Aquilã, Symmachum, & Theodotionem. Et idẽ annotârunt plures veterũ Patrum, excuſantes 72. qui cùm benè interpretati eſſent: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, ab aliquo deprauati fuerũt. Vnde Iuſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem Hebrȩum legit: *Adhuc quadraginta tres dies, & Niniue ſubuertetur*. Ita etiam alij ſimiles errores nó ipſis Septuaginta, ſed tranſcribentibus veniunt imputandi.

Iuſtin. mart. tom. 2.

Quid de ijs ſentiendum ſit, qui quod in Scripturis nó aſſequuntur, earum mox textum eſſe deprauatum aſſerere nó verentur.

Cauſari verò textum vitiatum eſſe, vel ſine alijs veteribus codicibus, aut ſine antiquorum Patrum teſtimonio, aut ſine euidenti ratione quæ intellectum cogat: temerarium, & confidentiæ ſibi plurimum tribuentis plenum eſt; cùm Chriſtianæ modeſtiæ ſit ſapere ad ſobrietatem, & imbecillitati propriæ intelligentiæ adſcribere, quod in Scripturis non aſſequimur.

Quid propriũ ſit modeſtiæ Chriſtianæ.

Rom. 12.

Obſcuritatis ſacrarum literarũ ratio triplex: quænam illa.

Præſertim cùm non ignoremus, Deum multa in Scripturis, tenebris & caligine inuoluiſſe: tum ad ſuperbiam noſtram deprimendam; tum ne aliorum ſtudia, & labores contemnamus; tum denique vt ad preces, ad autorem Scripturarum, pro earum intelligẽtia fundendas prouocemur.

Temerariam illã atq; præcipitem Scripturas interpretandi rationem, noſtro ſeculo quinam fuerint conſectati.

In hunc lapidem quidam impegerunt: vt, Valla, Faber, Eraſmus, & Caietanus; qui facilè, & ſine ſolido codice, vel ratione, ſacras literas emendare voluerunt. Impegerunt & alieni, & Iudȩi, & Hæretici, quorum eſt nomina quæ ſibi non conueniunt, deprauare, & detorquere ad victoriam, vt Apoſtolorum princeps docuit.

2. Pet. vlt.

Ioſephus.

Vbi externi hiſtorici ab Scriptura diſſentiunt, ab Scriptura minimè eſt recedendum vllo modo.

Quòd ſi fortè externi hiſtorici ab Scriptura diſſentiunt, vt ſæpè facit Ioſephus, vt ſuprà oſtendi; ſtandum eſt potiùs textui Scripturȩ, & cȩteri deſerendi, & vni affirmanti Scripturæ potiùs credẽdum eſt, qui cæteris omnibus vno ore, & eadẽ ſententia negantibus: & potiùs eſt ſacris literis fides habenda, quam Angelis de cœlo Euangelizantibus, vt dicitur Gal. 1. aut mortuis reſurgentibus, vt in perſona Abrahȩ dixit Dominus Luc. 16. *Si Moyſen, & Prophetas non audiunt; neque, ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.*

Pſal. 102. & 103. & Heb. 1.

Sunt enim Angeli, ſerui Dei, & miniſtri, Deus verò, eſt Scripturæ, & vniuerſorum Dominus. Ecce, exempli gratia, tradunt omnes, qui res geſtas Alexandri Magni ſcripto commendârunt, Alexandrum inteſtatum defunctum fuiſſe. Sed plus lib. 1. Machabȩorum ſtandum, vbi teſtamentum cõdidiſſe, & regnum pueris ſuis diſtribuiſſe enarratur.

1. Mach. 14.

Primus locus.

Secundus locus.

Ad hæc alterum exemplum ſcribit Auguſtinus lib. 12. de Ciuit. Dei, à creatione mundi ad ſua vſque tempora nondum completa ſex millia annorum fluxiſſe: & tamen Alexander in Epiſtola ad Olympiadẽ matrẽ, tradit ex narratione Sacerdotis Aegyptij, imperium Aſſyriorum ſtetiſſe ſupra quinque millia annorum; Perſarum verò, & Macedonum pluſquàm octo millia continere.

Aug. c. 10. tom. 5.

Alex. Mag.

Plato in Timæo docet, Sami ciuitatem Aegypti, per octo millia annorum extitiſſe.

Plato.

Denique cùm Gentium hiſtoria ab hominibus multis, animorũ perturbationibus refertis conſcripta ſit, plauſtra mendaciorum continet: & iure Satyricus dixit:

De Gentiliũ hiſtorijs qd ſentiendum.

Iuuenal. Satyr. 10.

Et quicquid Græcia mendax

Audet in hiſtoria.

Proderit etiam ad temporum concordiã, noſſe quo ſeculo ſcripti ſint libri Prophetici, vel Pſalmi Dauidis, vel Pauli Epiſtolæ: quia ordo temporis in illis collocandis obſeruatus non eſt, vt etiam Patres ipſi docent.

Libri Prophetarũ, Pſalmi Dauidici, necnon & Pauli Epiſtolȩ, nequaquã inter ſe ſunt iuxta tẽporis ordinẽ collocatæ atque diſpoſitæ.

Imò in vno, & eodem Propheta, vel Euangelio multa, nó ſeruato temporis ordine dicũtur per Prolepſin, vel per Anacephalæoſin. Hoc ergo vtile erit, tum quia poſteriores libri, vel Scriptores allegant priores, vel ad eorum verba alludunt, & vt cõmentarium eos explicãt; tum quia de eiſdem rebus nó eodẽ modo ſentiunt, vel ſcribũt: tum etiã quia inſpecto ordine quo ſcripſerunt, quȩdam ambigua, & quȩ diſsidere videntur, faciliùs cõciliari poſſunt.

Chryſ. hom. 1. in Epiſt. ad Rom. tom. 4.

Quid obſeruandũ ſit in Euangelica hiſtoria.

In Euangelica verò hiſtoria obſeruandum, quòd vbi apud vnum aliquem Euangeliſtam factũ aliquod narratur, quod videtur ab alio Euangeliſta recitatum, ex parte tamen aliqua diſſonare, ita vt diſſolui nodus non poſsit: dicẽdum eſt, in diuerſis locis, & temporibus, vel dictũ, vel factũ eſſe, & vtrunque Euãgeliſtam verum dixiſſe. Hinc Genealogia Matthæi diuerſa eſt, non contraria illi Lucæ. Nihil enim obeſt Euangelicæ veritati, ſi vnus commemorat, quod alter tacet.

Matth. 1. & ſequentib.

Luc. 3. & ſeq.

Et ſæpè Chriſtus diuerſis tẽporibus, & dixit eadem, & fecit ſimilia; vt Matt. 12. & 16. petentibus ſignũ de cœlo, idẽ reſponſum dedit: *Generatio*, ait, *mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ.* Et illud: *Multi vocati, pauci vero* [illegible], ex parabola Lucæ 13. & altera vineæ, & operariorum Matth. 20. & altera nuptiarum filij Regis elicuit.

Ion. 2.

Hæc Auguſtinus in illud Ioan. 18. *Hæc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron*, ſcribit: *Sed alia quædam ſunt interpoſita, quæ à Ioanne prætermiſſa*

Aug. in Ioan. tract. 112. initio, tom. 9.

apud

pud alios Euangeliſtas leguntur : ſicut apud hunc inueniuntur multa, quæ illi ſimiliter in ſua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter ſe omnes conueniant, ne veritati, quæ per alium promitur, ab alio repugnetur, quiſquis noſſe deſiderat, non in his ſermonibus, ſed in alijs laborioſis literis quærat: nec ſtando, & audiendo, ſed potius ſedendo, & legendo, vel legenti aurem, mentemq́; intentiſsimam prabendo, illa condiſcat. Credat antequàm ſciat, ſiue id etiam ſcire in hac vita poſsit, ſiue per aliqua impedimenta non poſsit, nihil ab aliquo Euangeliſta eſſe conſcriptum, quantum ad hos attinet, quos in autoritatem canonicam recipit Eccleſia, quod vel ipſius, vel alterius non minus veraci narrationi poſsit eſſe contrarium. Sic ille. Nam hac in parte plurimum peccauit Oſiander, qui paruas, & parui momenti differentias, & quæ facilè conciliari poterant, ſine ratione multiplicauit. Ita poſuit duos Centuriones poſtulantes à Chriſto ſanitatem pueri: duas item Chananæas Chriſtum pro filiæ ſuæ à diabolo obſeſſæ liberatione deprecantes, propter exigua inter Matthæum, & Marcum diſcrimina: duas item vnctiones à diuerſis mulieribus Chriſto exhibitas, alteram ante ſex dies Paſchæ, & alteram per biduum ante Paſcha; quæ tamen paruo negotio iuxta Patres componi poterant. Caietanus etiam negationes B. Petri, quibus Dominum timore abiurauit, ſine ſolida cauſa, & ratione multiplicauit; cùm debuiſſet, & potuiſſet ea quæ multiplicationem adiuuare videntur reſellere, & quæ inter ſe pugnabant conciliare. Deus præterea ſaturationes diſtinctas ex quinque panibus in quinque millia hominũ factas, Chryſoſtomus ex quibuſdam minus ſolidis coniecturis, ſi attentè rex examinetur, in tres ſaturationes diſtinctas adauxit. Similiter durum eſt, & minimè ferendum, ſi quis ita Euangelicas hiſtorias pertractet, vt ex tribus veris vnctionibus reddat duas, vel ex duabus vnam; aut ex duobus cæcis, vel ex duobus paralyticis, vel duobus à dæmone obſeſsis efficiat vnũ, quia eſſet plura Chriſti ſigna in pauca coarctare: qua in re nonnihil Chriſti gloriæ detraheretur: & vbi vel errore, vel neceſſitate eſſet ad alterum extremum declinandũ, ſanè in multiplicando Chriſti actiones, minus quàm in minuendo peccaretur. Poſtremò, vbi in aliquo dubio explicando omnem mouimus lapidem; & Eccleſiam, & interpretes veteres, & recentes conſuluimus, nec tamen ratio conciliandi locos oppoſitos apparet: tunc, ſi ſapimus, non eſt ad damnandum Scripturam, vel eius autórem, vel ad aſſerẽdum textum corruptum, vt plerique faciunt, confugiendum, ſed noſtræ paruæ intelligentiæ tribuendum: & interim precibus apud Deum agendum, vt ſuo tempore nodi diſſolutionem pro ſua ſapientia, & bonitate aperiat. Interim non ignorabis, Euſebium Cęſari. quatuor libris qui non extant, Euangeliorum Διαφωνίας, ſiue diſſonantias diſſoluiſſe: ſicut etiam Auguſtinus totidem egregijs libris de conſenſu Euangeliſtarum idem præſtitit. Pauli locos contrarios quidam noſtro ſeculo edito libro cõponere conati ſunt. Iunilius Africanus tres libros Contrapoſitorum edidit; & inuicem diſsidentes locos conciliauit. Olim etiã quidã libros ἀντικειμένων, id eſt eorum, quæ in vniuerſa Scriptura diſsidere videntur, ediderunt, & in concordiã omnia redigere conati ſunt. Eſt enim, teſte Chryſoſtomo, Scriptura ab vno ſpiritu copulata, & quaſi vna catenula, atq; vt circulus in circuitũ innectitur, & quicquid aliud ſumpſeris, aliud latè pendet. Et hactenùs de hoc Canone.

Latentis adhuc inueniendæ veritatis poſtremum perfugium quodnã ſit.

Euſeb. Ceſarien.

Aug. tom. 4.

Iunil. Afri.

Chryſ. hom. 4. in Marcum initio tom. 2. prope finem.

Scriptura cui ſit ſimilis teſte Chryſoſt.

CANON XXXI.

Illa eſt optima Scripturę interpretatio, in qua Vetus cũ Nouo Teſtamento cõſentire oſtenditur. Hanc Regulã docuit Chriſtus, qui Prophetica oracula in ſe ipſo impleta docebat. *Hæc ſunt*, inquit, *verba, quæ locutus ſum ad vos, cũ adhuc eſſem vobiſcũ, quoniã neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me. Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas.* Idem quoq; tradiderũt Apoſtoli, & viri Apoſtolici; quos inter Rom. Clemens loquens de Epiſcopo: *Interpretationes*, inquit, *ex lege, & Prophetis procedãt ad conuenientiã, & ſimilitudinem Euangelij. Ait enim Dominus: Scrutamini Scripturas, quoniã ipſæ teſtimonium perhibent de me. Et rurſum: De me.n. Moſes ſcripſit.* Et Clemẽs Alex. hũc Canonẽ his verbis tradit: *Regula aũt Eccleſiaſtica, eſt cõcentus & cõſenſio legis, & Prophetarũ, conueniens teſtamento quod traditur per Domini aduentum.* Hæc Clemens. Vſq; adeò enim noua cum veteribus, & vetera cũ nouis cõſentiunt, vt Ammonius, Origenis in Philoſophia præceptor, inter alia ingenij ſui monimẽta de conſonãtia Moyſis, & Ieſu elegantiſsimum opus ediderit; quod tamen hodie deſideratur. Præterea cõmendat Iuſtinianus Imperator 72. Interpretum editionẽ Veteris Teſtamẽti, quoniã Euangelicè, & Apoſtolicè interpretati ſunt Scripturas. Subſeruit huic Regulæ ſententia Chriſti Euãgelica: *Omnis ſcriba doctus in regno cælorũ, ſimilis eſt homini patrifamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.*

Optima ſcripturæ interpretatio illa cenſetur, vbi habetur Veteris, & Noui inſtrumenti conſonantia.

Luc. vlt.

Clem. Rom. lib. 2. conſtitut. Apoſt. c. 5.

Ioan. 5.

Ibidem.

Clem. Alexã. lib. 6. Strom. lõge à medio.

Imper. Iuſtinianus in lib. Nouella. Conſtit. 156.

Matth. 5:

CANON XXXII.

Ad interpretandam ſacrã Scripturam ille

Scriptura, ſi fieri poteſt;

Canon

per Scripturā venit explicanda.
Aug. lib. 2. de doct. Chriſtia. cap. 8. initio, tom. 3. in princ.

Canon eſt accómodatus, ſi præſentem loci per alios Scripturæ locos, qui eadē nomina vel verba cōtinent, vel eūdem ſenſum tradere videtur, interpretemur. Siquidē is locus, qui apertiùs eandē rem tractat, ſeruiet ei, qui obſcurior eſt, & quaſi illius erit commentarius. Ad hoc aūt præſtandū hortatur Auguſt. in hunc modum: *Erit igitur diuinarū Scripturarum ſolertiſsimus indagator, qui primò totas legerit, notaſq; habuerit; & ſi nondū intellectu, iam tamen lectione, duntaxat eas quæ appellantur Canonicæ. Nam cæteras ſecuriùs leget fide veritatis inſtructus, ne præoccupent imbecillam animum, & periculoſis mendacijs, atq; phantaſmatibus eludentes, præiudicent aliquid cōtra ſanam intelligentiam.*

Solertiſſimus diuinarū Scripturarū indagator quis.

Idē ibid. c. 9.

Idem rurſus: *Ad obſcuriores,* inquit, *locutiones illuſtrādas de manifeſtioribus ſumantur exempla, & quædam certarum ſententiarum teſtimonia dubitationem de incertis auferant: in qua re memoria valet plurimum.*

Orig. hom. 24. in libr. Numero. to. 1.

Et Origenes: *Faciliùs,* inquit, *in Scripturis, quod quæritur, agnoſcitur, ſi ex pluribus locis quæ de eadem re ſcripta ſunt proferantur.* Hæc illi Patres perdoctè.

Canon XXXIII.

Non eſt à propria vocū ſignificatione in Scripturis recedendum.

A verbis ſacræ Scripturæ ſecundū rationē Grammatices, & à propria vocum ſignificatione, ex qua elegās, & illuſtris ſenſus haberi poteſt, optimo interpreti minimè recedēdum eſt, niſi valida aliqua ratio occurrat, quæ ad figuratā aliquam locutionē cogat: aliàs enim tota Scriptura ſacra periret, & ſenſus eius literalis, haberetq; tātum varias allegorias, atq; importunas intelligentias, quas quiſq; pro ſuo arbitrio, & voluntate illi affingeret; & ſic ſemper Scriptura diceret quod nos volumus, non quod Spiritus ſanctꝰ nos intelligere vellet.

Iuriſconſultorū regula.

Hinc Iuris prudētes, quorū eſt de verborū ſignificatione iudicare, & peculiarem Titulū habent de verborum ſignificatione, quoties de alicuius vocis interpretatiōe diſſeritur, non aliter à recepta verborum proprietate recedendum eſſe docent, quàm ſi mens loquētis alia fuiſſe, vel ex ipſarum rerum abſurditate, vel ex alijs manifeſtiſsimis indicijs deprehēdi valeat: vt Marcellus grauiſsimus Iuriſconſultus docet.

Marcel. Iuriſconſult. in l. aliter, lib. 3. de legatis.
In quos hic Canō valeat plurimum.

Hic Canon mirificè ſeruit cōtra hęreticos, Gnoſticos, Valentinianos, Marcioniſtas, Hermogenem, Philonem & Origenem; qui oēs, relicto hiſtorico ſenſu, ſomnia quædam, & fabulas hæreſum ſuarum ex ſacris literis eruebant.

Origenes dū ſpreta litera ſequitur allegoriam, quid feciſſe videatur.

Et Origenes de terra nobis ſuſtulit paradiſum, illumque in cœlo collocauit, dū ſpreta litera ſequitur allegoriā.

Matth. 16.
Lutherus ad Petrū Domini verba: Tu es Petrꝰ, &c. ad Eccleſiam propriè ſpectare contendens, quàm turpiter aberrauerit.

Ita Lutherus turpiſsimè aberrauit, dum illud verbum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* à Petro, cui propriè, & ad literā conueniunt, non niſi ad Eccleſiam dictum fuiſſe contendit. Sed quàm feliciter, illud indicat quod ait: *Aedificabo Eccleſiā meam.* Nunquid ergo Eccleſia ſuper Eccleſiā ædificatur? & idem eſt reſpectu ſui ipſius ædificiū, & fundamentū? Nimius etiā eſt & immodicus in hac parte Philo Iudęorū diſertiſſimꝰ. Sed quoniā non in uěto oſtio, hoc eſt Chriſto, tot allegorias excogitauit; propterea friuolæ, & frigidæ ſunt.

Ioan. 10.

Non negauerim tamen, pleraq; eſſe in ſacris literis, quæ prima facie ſapientibus huius mundi, aut puerilia, aut ridicula & fabuloſa videntur: vt ſunt quæ de ſerpēte qui decepit Euam, narrantur: de Iacob & Eſau in vtero matris inſtātibus; de Phares, & Zaram de egreſſu ex vtero materno contendentibus, de contentiunculis inter Liam, & Rachelē ſuper mādragoris; de occurſu Melchiſedech, & oblatione panum; de admirandis geſtis Samſonis; de problemate illo: *De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo;* de vulpibus per caudas colligatis, & agros ſuccendentibus; de maxilla aſini; qua occidit mille Philiſthæos; De fornicaria vxore Oſeæ; de Iſaię nuditate, de lumbari Hieremię, de pane ſubcinericio hordeaceo, qui ſtercore humano erat operiendus, tradito Ezechieli, & ſimilibus multis, vt ad excogitādas allegorias, literamq; deſerendā anſam videantur dediſſe.

Gen. 3. Infrà 25. Infrà 38. Suprà 30. Suprà 14. Iudic. 14. 15. 16. Suprà 15. Ibidem. Oſea 1. Iſa. 20. 3. Reg. 19. Ezech. 4.

Quoſdam ſenſus literales nonnulli vt minus apti & appoſiti improbantur.

Eadē ratione venit deferendus tanquā ſenſus literalis ille ſex dierū creationis diſcurſus, qui ad ſex cognitiones angelicas referri ſolet à nōnullis magnis etiam viris.

Primus ſenſus.
Auguſt lib. 4. de Geneſi ad lit. c. 1. & 24. & ſequen. to. 3 & alibi.

Verùm cū dies in Scripturis nullibi cognitionē Angelicā ad literā ſignificet, ſenſus ille vt myſticꝰ & ſpiritualis acceptari, & tolerari poteſt; vt literalis & hiſtoricus, nequaquā.

Alter ſenſus.
Auguſt. Eugub. in Gen. 2. Geneſ. c. 2. Platonis fabula.

Simili ratione quod quidā ex noſtris philoſophātur, quod cū immiſit Deus ſoporē in Adam, & ex coſta eius formauit Euam, aliqui ad fabulā illam, quam Plato in Sympoſio prodidit de mare & fœmina ſimul iunctis progenitis, & poſteà ab ſe inuicem ſeparatis, non niſi fabuloſè detorquēt: quēadmodum alij ad dogma illud Ariſtotelicū, quòd fœmina nihil ſit aliud, quàm mas occaſionatus, ſpectare cōtendunt.

Caiet. in c. 2. Geneſeos Ariſtot.

Tertius ſenſus.
Luc. 8. & Matth. 27.

Violentū etiā eſt, quod cùm de Maria Magdalena dicantur exiſſe ſeptē dæmonia, ad literā volūt intelligi vniuerſa peccata mortifera: nam hoc in myſtico ſenſu accipi poſſe non refragabor, ad literā, non niſi durè.

Quartus ſenſus.
Apoc. 1.

Quemadmodum & illud de ſeptē Angelis aſsiſtētibus Deo (de quibus in Apocalypſi Ioannes, & alibi Scriptura meminit) ad literam nequaquàm ad vniuerſos Angelos eſt referendum, quia hoc myſterium eſt; ſed ad ſeptē ſpiritus, qui peculiariter Deo aſsiſtunt:

inter

Tob. 12. Luc. 1.

inter quos vnus erat Raphael ad Tobiam deſtinatus, & alter Gabriel apud Lucã. Hæc autem aſsignata Regula de non deſerenda propria vocum ſignificatione, quæ ſenſum literalẽ efficit, autoritate veterum Patrum comprobatur. Baſilius enim allegorizantes, tollenteſque veritatem literæ, vocat ſomniorum Interpretes, torquẽtes ad proprium ſenſum ea, quæ in ſomnijs viderunt. Ac ſubdit: *Ego verò cùm fœnum audio, fœnum intelligo: & ſtirpem, & piſcem, & feram, & iumentum, omnia, vt dicta ſunt, ita accipio.* Et ante eum Tertullianus libr. de carne Chriſti: *Certè peruerſiſsimum, vt carnem nominantes, animam intelligamus; & animam ſignificantes, carnem interpretemur. Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm ſunt, & amittere quod ſunt, dum aliter accipiuntur, ſi aliter quàm ſunt, cognominantur.* Hæc ille, vocans fidem nominum, ſalutem. Hieronymus in præfatione decimæ viſionis Iſaiæ, ad Amabilẽ epiſcopum: *Origenes liberis, inquit, allegoriæ ſpatijs euagatur, & ingenium ſuum facit Eccleſiæ Sacramenta.* Auguſtinus Serm. de Abraham, & immolatione Iſaac: *Admonemus, ait, quantum poſſumus, & præcipimus; vt quando auditis exponi Sacramentum Scripturæ narrantis quæ geſta ſunt, prius illud factum eſſe credatis ſic geſtum, quomodo lectum eſt, ne ſubtracto fundamento rei geſtæ, quaſi in aëre quæratis ædificare.* Idem lib. Octoginta trium quæſtionum ita inquit: *Cùm res facta allegorizantur, geſtæ rei fidem non amittunt.* Hæc Auguſtinus. Vt ergo domus priùs conſtruitur, quàm depingatur, & præpoſterũ eſt priùs velle depingere, quàm ſit locus paratus, in quo ſit pingendum: Ita pręter rationem eſt, ſenſu literali neglecto, allegoricum producere.

Baſil. hom. 9. in Hexaëm. tom. 1. in princ.

Allegoriſtas nimiũ adhærentes, qualesnam ſint, teſte Baſilio.

Tertullianus.

Fides nominũ, ſalus eſt proprietatũ: ait Tertullianus.

B. Hiero. to. 5.

B. Auguſt.

Idem.

Simile.

Canon XXXIV.

Sensus Scripturæ tunc optimus habetur, cũ genuina charitas ædificatur, vel cupiditas deſtruitur.

1. Tim. 1.

Tunc habetur ſenſus literalis Scripturæ ſacræ (cuius finis eſt dilectio, iuxta illud: *Finis præcepti, eſt charitas*) quãdo ex illo vel genuina charitas Dei, & Proximi ædificatur; vel cupiditas, qui malus amor eſt ſui ipſius, vel mundi, deſtruitur. Quo obtẽto, tametſi fortè ſenſus ab autore proximo ſpectatus (qui ſemper eſt quærendus) non habeatur, non pernicioſè fallitur quiſquam, modò ſuum ſenſum eſſe verum, per alium Scripturæ locum, ſiue per validam aliquam rationem confirmet. Ad quod præſtandum, diligenter eſt Scriptura diuina memoriæ commendanda, & loci aperti, & perſpicui, ad fidem, & bonos mores ſpectantes diligentiùs inueſtigandi ſunt, vt ex illis, quaſi ex principijs, & fundamentis, ad obſcuros locos explanandos pergamus. Hanc regulã confirmat in primis Auguſtinus, qui lib. de de Doctr. Chriſt. in hunc modum ſtauit. *Quiſquis igitur Scripturas diuinas, vel quamlibet earum partẽ intellexiſſe ſibi videtur, ita vt eo intellectu non ædificet iſtam geminam charitatem Dei, & proximi, nondum intellexit. Quiſquis verò talem inde ſententiam duxerit, vt huic ædificandæ veritati ſit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit, eo loco ſenſiſſe probatur; non pernicioſe fallitur, nec omnino mentitur. Ineſt quippe in mentiente voluntas falſa dicendi: & ideò multos inuenimus, qui mentiri velint; qui autem falli, neminem.* Et infrà: *Sed tamen vt dicere cœperam, ſi ea ſententia fallitur, quæ ædificat charitatem quæ finis præcepti eſt: ita fallitur, ac ſi quiſquam errore deſerens viam, eò tamen per agrum pergat, quò etiã via illa perducit.* Et alio loco: *Ille tenet & quod latet, & quod patet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus.* Idem quoque cognouerit: *Quapropter cùm quiſque cognouerit finem præcepti eſſe charitatem, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, omnem intellectum diuinarum Scripturarum ad iſta tria relaturus, ad tractationem illorum librorũ ſecurus accedat. Cùm enim diceret, charitas; addidit; de corde puro; vt nihil aliud quàm id quod diligendum eſt, diligatur. Conſcientiam verò bonam ſubiungit propter ſpem. Ille enim ſe ad id quod credit, & diligit, peruenturum eſſe deſperat, cui mala conſcientia ſcrupulus ineſt. Tertiò, & fide, inquit, non ficta. Si enim fides noſtra mendacio caruerit, tunc & non diligimus, quod non eſt diligendum: & rectè viuendo id ſperamus, vt nullo modo ſpes noſtra fallatur.* Idem docet B. Gregorius, qui in cap. Ezechiel. 3. ita ait: *Quiſquis expoſitor in explanatione ſacri eloquij, vt fortaſſe auditoribus placeat, aliquid mentiendo componit, ſua, & nõ Domini verba loquitur. ſi tamen placendi, vel ſeducendi ſtudio mentiatur. Nam ſi in verbis Dominicis virtutem requirens, ipſe aliter quàm is, per quem prolata ſunt, ſenſerit, etiamſi ſub intellectu alio ædificationem charitatis requirat, Domini ſunt verba, quæ narrat: quia ad hoc ſolùm Deus per totam nobis Scripturam loquitur, vt nos ad ſuum, & proximi amorem trahat.* Hæc illi ſanctiſsimi Patres.

Aug. lib. 1. de Doct. Chriſt. cap. 36. tom. 3. in princ.

Inter falſitatẽ, & mendaciũ quid ſit diſcrimins.

Idem ibidem.

1. Tim. 1.

In Scripturis quod latet, & quod patet, teneat quis teſte Auguſtino.

Idem in tract. de laudib. charit. tom. 9.

Idem lib. 3. de Doct. Chriſt. c. vlt. tom. 3.

1. Tim. 1.

Ille locus Apoſtoli: Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide nõ ficta, egregiè expenditur ab Auguſtino.

B. Greg. hom. 10. in Ezech. ante med. 10. 2. ante dimid.

Deus cur tantùm nos in Scripturis alloquatur teſte Gregorio.

Canon XXXV.

Scriptura plerumque non tã ſpectat ad id quod actu eſt, quàm ad id quod ex rei natura eſſe deberet.

Perutilis eſt, quo accipimus, plerumque Scripturam non tam ſpectare ad id, quod re ipſa exiſtit, quàm ad id quòd rei natura eſſe deberet. Vt quod in parabola Dominus dixit: *Verebuntur filium meum*; ita enim eſſe debuerat, licèt aliter euenerit. Ita etiam illa dicuntur de Chriſto, *quòd illuminet omnẽ hominem venientẽ in hunc mundum*; & quòd vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, & quod eſt Saluator omnium hominum; maximè fidelium: Nam; etſi omnes non illuminẽtur, neq; ſalui fiãt illæ tamen enunciationes veræ inueniuntur,

Matth. 21.

Ioan. 1.

1. Tim. 2.

Infrà 3.

Primus loc⁹:

Quomodo vetitū ſit, Deū omnes homines ſaluos fieri velle. tur, ſi conſideres Diuinæ naturæ bonitate, & propria Chriſti merita, ſiue voluntatem antecedētem, vt alij loquuntur. Ad hęc illa: *Non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonū, non eſt vſque ad vnum* (*Pſal. 13. & Rom. 3.*): intellige, ex ſeipſis, & proprijs naturæ viribus. Secundus locus. Quod verò quidam vtiles extiterint, aut iuſti; id non ad naturam, ſed ad gratiam Dei referendum eſt. Tertius locus. Similiter illud: *Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus* (*Iacob. 2.*): intellige formaliter, & ex natura rei. Nam amiſſa Dei gratia per vnius pręcepti tranſgreſsionem, quiſque ad omnia præcepta violanda ſuapte natura aptus, & propeoſus inuenitur. Vnde apud Philoſophum (*Ariſt.*), Quod omninò futurum eſt, niſi fortè quid acciderit, quòd impediat, tanquàm iam actum eſſet, apprehenditur. IV. locus. Ita intelligo illam ſententiam: *Linguam nullus hominum domare poteſt* (*Iacob. 3.*), & illud: *Nemo vnquàm carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, ac fouet eam* (*Epheſ. 5.*): V. locus. nimirum ex ſuæ naturæ facultate, & citra Dei gratiam. Nam qui bono Dei ſpiritu prædití ſunt, linguam domant, vt docet Auguſtinus (*Aug. de Natu. & Gra. contra Pelag. c. 15. & 16.*); &, *Qui Chriſti ſunt*, vt teſtatur Apoſtolus, *carnem ſuā crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs* (*Ioan. 2. Gal. 5.*). VI. locus. Quidam verò dæmonis ſpiritu acti, carnem ſuam præcipitem dedére, aut ſeipſos combuſſerunt, aut ſuſpenderunt. Idem etiam, quod Dominus dixit, his proximum eſt: *Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti* (*Marc. 3.*). Nam intelligendum eſt, ſi ad naturam peccati illius referas, quod omni caret remiſſionis cauſa. Cur qui peccat in Spiritum ſanctū, nullā habeat remiſſionē. Nam delicta ex infirmitate, ſiue ex ignorantia, aliquam veniæ rationem ſecum adducunt; vt propterea Dauid ſic precaretur: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris* (*Pſal. 24.*); & Paulus, *Miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate* (*1. Tim. 1.*). VII. locus. Ad hanc rationem referendum eſt, quod Dominus in parabola dixit (*Luc. 7.*): *Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque: quis ergo eum plus diligit?* Non quærit quid euenire ſoleat, ſed quid ex ratione beneficij euenire deberet. Et ita ſubdit: VIII. locus. *Cui minus dimittitur, minus diligit*, id eſt minus ex beneficio accepto ad dilectionē impendendam obligatur. Hanc rationem loquendi Paulus ſecutus, dixit: *Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat, Deus* (*1. Cor. 3. Ibidem.*). Nam talis ex ſeipſo, & facultate ſua nihil eſt, licèt alioqui Dei gratia ſit ſapiens architectus. IX. locus. Ita accipe quod Prouerb. 1. dicitur: *Intelligens gubernacula poſſidebit*: nō quòd omnes tales gubernacula poſſideant, ſed quod poſſidere mereātur. Similiter Dominus dicēs: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*: X. locus. *Matth. 26.* non quòd ſic ſemper eueniat; multi enim homicidæ euadūt; ſed ſenſus eſt illuſtris, gladio magiſtratus perire debet, aut promeretur. XI. locus. In eandem ſententiam accipiendum eſt illud: *Regi ſeculorū immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria* (*1. Tim. 1. Infrà 6.*); &, *Qui ſolus habet immortalitatem*: nimirum ſecundùm ſuā naturam, quia neque à principijs intrinſecis, aut extrinſecis interire poteſt; cùm animus & Angelus ſola Dei volūtate, atq; imperio deficere queant. Hinc Dauid dixit: *Vos autem ſicut homines moriemini* (*Pſal. 81.*), nimirum ex vobis ipſis, in quibus mortalitatis linea inhabitat, corpus ad interitum perducēs; pręter externa incōmoda, atq; iniurias. Et ita illud dictū Ezechiæ accipe: *Diſpone domus tuæ, quia morieris tu, & non viues* (*Iſai. 38.* XII. locus. *Ibidem.*), ex naturalis ſcilicet ordinis diſpoſitione; ſupra quē tamē illi additi ſunt quindecim anni, nō ſui, aut ſuę naturę temperamento debiti. XIII. locus. Et ita interpretandū illud: *Spiritus vadens, & nō rediens* (*Pſal. 77.*). Vadit enim ex ſe ipſo ad peccatū, & ad mortis interitū quia ex natura deprauata procliue eſt illi, et peccare, & quod ad corpus attinet, interire: ſed nō redit, quia peccati remiſſio, & corporis reſumptio, quæ cōtingit in reſurrectione, Dei tātùm munera ſunt, & ſupra humanæ naturæ facultatem (*Ioan. 5. & Infrà 6.*). XIV. locus. Præterea illud Domini mandatū: *Diliges proximū tuum, ſicut teipſum* (*Luc. 10. Pſal. 10.*): quia multi ſe ipſos malè diligunt, & potiùs odit animā ſuam qui iniquitatē diligit, quàm reuera diligat: idcirco noli reſpicere ad eum amorem, quo ſe quiſq; diligit; ſed ad eum qui meritò eſſe deberet erga ſe ipſum, nam is ſolus verus eſt, & ſtudioſus amor, qui & ſibi, & proximo debetur. Denique iuſti, qui omni actuali peccato carēt, vt B. Virgo, & ſi quis alius tanto priuilegio ornatus ſuit; dicere poterant: XV. locus. *Dimitte nobis debita noſtra* (*Matth. 6.*), nō quidem quæ actu admiſerunt, cum illis carere ponantur, ſed quę per ſeipſos, & ſuapte natura citra diuinum gratiæ ſubſidiū incurriſſent; XVI. locus. quæ ab eis veluti debita iam contracta habentur, atq; pro remiſſis haberi debent. Et cùm ex Scripturis aduerſus immaculatæ Virginis priuilegiū teſtimonia omnia producuntur, vt illa: *In quo* (ſcilicet Adam) *omnes peccauerunt* (*Rom. 5. Suprà 3.*), iterum, *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei* (*Ibidem, & Pſal. 13.*): *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum*: *Si in vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis, &c.* (*Rom. 5.*) Et infrà: *Sicut per vnius hominis delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, &c.* (*Ibidem.*) Hæc, inquam, omnia, & his ſimilia quæ Paulus aſſerit, & quæ Patres in Pelagianos ſcribentes producebant,

quoties ea [illegible], vnica ſolutione diluuntur, [illegible] communes & generales regulas, quibus nõ debent, neque poſſunt obſiſtere priuilegia paucorum. Ecce enim, vt exemplo aliquo rem [illegible] dilucidam, & apertam efficiã. Cum Apoſtolus ad Hebr. cap. 11. multos viros ſanctos enumeraſſet, & inter eos Henoch translatum; ſubiungit tamen generaliter, iuxta fidem defunctos eſſe omnes iſtos, non acceptis repromiſsionibus; & tamen conſtat, Henoch defunctum nondum eſſe, ſed viuum hinc trãslatum fuiſſe. Sicut igitur hic excipitur ab illa generali ſententia, ita excipitur B. Deipara ab illis vniuerſalibus Pauli ſententijs. Si verò obijcias, eundem Paulum tradidiſſe, Henoch non fuiſſe defunctum, ſed viuum translatum; Reſpondebimus & Eccleſiam docuiſſe B. Virginem à communi originalis peccati labe ſeruatam, poſtquam inſtituit diem ſolennem, in quo quotannis hoc myſterium præſeruationis Deiparæ, & piè recoleretur, & cum generali omnium gaudio celebraretur.

Exemplum.

Geneſ. 5.

Porrò illis Pauli ſententijs non tam exprimitur id, quod actu euenit, cùm multi ſint Dei gratia inuenti iuſti, ſed id, quod ex natura ſua peccatum primum noſtri parentis actu natum erat efficere. Et ita non negamus, B. Mariam ſuaptè naturam ſubiectam fuiſſe, & peccato, & incómodis quæ adfert peccatũ, & verè hac ratione dici poſſe peccatricem, ſed nõs non tam hoc conſideramus, quàm id quod ex ſingulari gratia, quia Mater Dei futura erat, illi conueniebat, & quòd liberaliſsimum, & munificentiſsimum gratiæ diſpenſatorem, & filium in matrem conferre decebat, & facto contulit. Et vt omnium ſententia ab omni actuali culpa immunis extitit, non obſtãtibus Scripturis, quæ oppoſitum ſonare videntur: quia illæ naturam reſpiciũt; non peculiarem gratiam illi collatam: ita etiam liberam ab omni originali labe pronuntiare non dubitamus, non obſiſtentibus ſacris literis, quæ generatim tradunt, omnes illi peccato ſubiacuiſſe, in quo ad naturæ debitum, quod vt filia Adæ contrahere debebat, ſpectatur, nõ ad eminentiſsimum gratię priuilegium, quo illa ſupra communem hominum ſortem à Deo ſubleuata fuit, Video igitur quot locos nobis aperiat hic vnus Canon, & quantas difficultates facile explicet.

D. Virgo peccatrix qua ratione dici poſſit.

D. Virgo nullum actuale delictum agnouit, vel peccatum originale Dei munere ſingulari.

CANON XXVI.

Diligenter inſpiciendum eſt, quomodò ſit oratio diſtinguenda, vel pronuntianda. Diſtinctio enim, quæ ſenſum regulis Fidei, & charitatis repugnantem generat, vel præcedentibus, & ſub quæ eſt ius aduerſatur, vitanda eſt, & reſpuenda: quæ verò Fidei, & bonis moribus, vel connexioni Textus, vel Patrum autoritati conſonat, amplectenda. Hæc autem ex lingua originali, vel ex editionum varietate, vel veterum Patrum lectione haberi poteſt. Hinc Auguſtinus locum illum ad Rom. 8. *Deus qui iuſtificat: Quis eſt qui condemnet?* per interrogationem pronuntiandum docet. Vt etiam illud: *Frater non redimit, redimet homo?* quaſi dicat, minimè. Et Concilium Aquiſgranen. *Multa, inquit, in Scripturis sũt, quæ niſi proprio modo pronuntientur, in contrariũ recedunt ſententiam*, id eſt, ſi affirmatiuè legantur, quæ interroganter legenda erãt, vel è contrario; vel ſi ſimpliciter legantur, quæ ironicè intelligenda ſunt. Fugienda eſt ergo in lectione Scripturæ diſtinctio hæretica, qualis eſt illa Arrianorum, qui legebant: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat*, ibiq; puncto facto ſubiungebant: *Verbum hoc erat in principio apud Deum*: ſimilis erat illa diſtinctio: *Ego dico tibi hodie, Mecum eris in Paradiſo*, cùm legendũ ſit, *Ego dico*, & facta diſtinctione, *Hodie mecum eris in Paradiſo*: vt notat Caſsianus. Item illud Lucæ: *Ducebantur alij duo*, & puncto poſito quidam legunt, *Nequam cum eo*, ſiue malefactores: quæ lectio iniuria videbatur Chriſto. Et ideò orationem diſtinguebant hoc modo: *Ducebantur alij duo maleſici*, & commate addito, ſubijciunt, *cum eo*. Alij verò non verentur legere: *Ducebantur alij duo maleſici*; vt reſpicerent ad mentem Iudæorum, qui Chriſtum vt flagitioſum ad ſupplicium duci exiſtimabant: nam ita ab Apoſtolo dicitur factus maledictũ. Sed prior diſtinctio magis mihi placet. Ad hæc, illud Marc. vlt. *Surgens autem Ieſus mane prima Sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ*, hæc enim Catholica eſt, & vera diſtinctio. Quanquam Gregorius Nyſſenus, & Hieronymus ad Hedibiam alio modo diſtinguant, nimirum: *Surgens Ieſus*, & ibi diſtinctione poſita addunt, *Mane prima Sabbati apparuit primum Mariæ Magdalenæ. Quis enim, inquiunt, vidit, quando ſurrexit? Sed apparuit mane Dominica die, quæ eſt prima Sabbathi.* Ita illi Patres. Mihi tamen prior diſtinctio magis probatur, vt ſuo loco vberiùs diſputabitur. Ad hæc quod Ioan. 2. dicitur: *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*: Caietanus, Eraſmum ſecutus, punctum ibi facit: & quod ſequitur, *Plenum gratia, & veritatis*, ad ſequentia refert, videlicet, Ioãnes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat. Nam Gręcè maſculinè dicitur; πλήρης χάριτος, καὶ ἀληθείας. vt ſi-

Diligenter inſpiciendũ eſt quomodo ſit oratio diſtinguẽda, vel pronuntianda.

Auguſt. lib. 3. de Doctrin. Chriſt. c. 3. in tom. 3. iuxta princ.

Primus locus.

Pſalm. 48.

Alter locus.

Concil. Aquiſgran. c. 3. propè initium, tom. 2. Concil. ꝑ medio.

Tertius locus.

Quartus locus.

Luc. 23.

Caſsian. coll. 1. cap. 14.

Ibidem.

Galat. 3.

Quintus locus.

Greg. Niſſen. homil. de reſurrect.

Hier. ad Hedib. q. 3. tom. 3. circa medium.

Sextus locus.

Caietan. in Ioan. cap. 1.

Eraſmus ibidem.

ſenſus, Plenus gratia, & veritate Ioannes teſtimonium perhibet. Sed certè pleníor eſt lectio, quę illa verba refert ad verbum, quod Græcè eſt maſculini generis λόγος, & illam lectionem magis agnoſcunt Patres, & vetuſti codices, & res ipſa magis quadrat Chriſto, quàm Ioanni. Et hactenus de hac regula.

CANON XXXVII.

Quæſtioné vel precationem reſponſio, vel exauditio ſolet interpretari. Primus locus. Matth. 1.

Quæſtionem vel interrogationé, vel precationem, ex ipſa reſponſione, vel ex auditione interpretandam, certa eſt Scripturæ diuinę explicandę regula Hinc Iſai. 7. poſt verba illa: *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra: & nolente Rege hypocrita ſignum oblatum petere, obtruſit Dominus ſignum virginis concepturæ, & pariture Emmanuelem.* Et illa Apoſtolorum verba Matth. 23. *Dic nobis quando hæc erunt? Et quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi?* qoomodò ſint intelligenda, explicauit Dominus ſua reſponſione, loquẽs de excidio vrbis, & ſignis eius, & de aduẽtu ad iudicium, & ſignis eiuſdem. Ioan. 21. dixit ad Petrum Dominus, *Simon Ionæ diligis me plus his?* æquiuoca, & ambigua videtur interrogatio, an Petrus videlicet plus diligeret Chriſtum quàm alij, an verò Petrus plus Chriſtum diligeret, quàm Apoſtolos. & Petri reſponſio oſtendit ſua modeſtia, & cunctatione in priori ſenſu ſe accepiſſe: nam in poſteriori facilè erat Petro agnoſcere in corde quòd plus Chriſtum, quàm Apoſtolos diligeret. Ita ſæpè Iudæos vel Phariſæos malitioſè interrogantes Chriſtũ, vt eum in ſermone caperent, Dominus Ieſus ſua reſponſione indicat, quo ſenſu ſit eorũ interrogatio accipiẽda. Precationi etiam Danielis c. 9. de liberatione à captiuitate Babylonica, cõiuncta fuit precatio cognoſcendi liberationem mundi à peccato, & dæmonis poteſtate, quæ per Meſsiã erat futura. Ideò ad hoc præſertim reſpiciens Dominus, miſit Angelum Gabrielem, qui hoc precipuè patefaceret Danieli. Vel Oranti Danieli pro liberatione ab illa temporali ſeruitute, addita liberationis à peccato per Meſsiam exauditio. Vt Abrahæ deprecanti pro conſeruatione Iſmaël, datus eſt Iſaac; & Salomoni petenti ſapientiam, additæ diuitiæ, gloria, & fama; & Zachariæ precanti adfuit Angelus reuelans habiturum filium ſanctum, & eum futurum Meſsiæ Præcurſorem, quod forſitan id etiam poſtulaſſet.

II. Locus. III. Locus. Matth 22. & Ioan. 11. IV. Locus. Luc. 1. & Ioan. 1. & alibi. Geneſ. 17. Ibid. & 21. 3. Reg. 3. Luc. 1.

CANON XXXVIII.

Diligens ſacrarum literarum interpres, earum nomina, verba, articulos, & alia debet expendere.

Boni Scripturarũ interpretis eſt, vt in eis enarrãdis expendat tum nomina ipſa, tum verba, ſiue illa Latina ſint, ſiue Græca, ſiue Hebræa, vt aliquã lucẽ ingerat loco quem enarrat: Articuli quoque ipſi ſi adſint, vel ſi abſint, & aliæ particulæ appoſitæ ponderandæ veniunt; item quæ dicuntur, & quæ non dicũtur; quæ præterea ſint antecedentia, & quæ conſequentia locum. Hoc autem etſi non ſolum in ſacris literis, ſed in omni alterius facultatis libro præſtandum ſit, maximè tamen in libris ſacris. Conſtat autem Græcas, & Hebræas voces, proprietates quaſdam habere, quas Latinę non habent, & in ea re eminentiſsimus fuit Hieronymus, qui in Prophetis enarrandis id diligenter præſtitit. Item articuli ipſi ſimplices aliquid inſigne, vel certum denotant.

Hierony. in quo eminuerit quã maximè.

Caſus expendendi. Galat. 3. Gen. 12. & 15.

Caſus etiam veniunt conſiderandi, an ſint ſingularis, an pluriũ. Nam Paulus expendit, Galat. 3. quod Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones, & ſemini ei⁹ (in ſingulari numero.) *Non dicit, in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus,* quã ponderationẽ neglexit Interpres Chaldæus, dicendo, *Filijs tuis dabo terram hanc,* Idem ad Rom. 4. expendit verbũ, *Reputandi ad iuſtitiam,* docens tale verbũ continere gratuitam Dei miſericordiam; ſicut *Operanti,* debitam ex iuſtitia retributionem. Hebræ. qooque 7. ex nominum etymologia Melchiſedec, & Salem, & ex eo quòd non meminit parentum eius Scriptura, nec eius genealogiæ, argumentatur. Ex quo loco docuit nos Apoſtolus, non minus in Scriptura expendenda eſſe quæ dicuntur, quàm quę non dicuntur. Ponderauit egregiè Hieronymus illud: *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? Vos autem quem me eſſe dicitis?* quòd homines videlicet nominauerit alios ab Apoſtolis, Apoſtolos autem non homines, ſed tanquam diſcipulos, & filios Dei, & in ſchola ſua longo tempore eruditos. Cùm etiam Petrus dixit: *Tu es Chriſtus Filius Dei viui,* expendit Caietanus: *Viui, inquit, id eſt, naturalis, quia viuere viuentibus eſt eſſe.* Sed alibi, vt Ioan. 11. dicitur Filius Dei viui ab his qui nõ credebãt adhuc illum eſſe filium naturalem. Et melior videtur ponderatio Hieronymi, ad differentiam ſcilicet falſorum deorum, & vita carentiũ. Expenditur etiam prudenter articulus appoſitus, vt, *Tu es Chriſtus ille, & illius Dei, & illius viuentis.* Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Rurſus expenditur quando abeſt, vt cum in tertia clauſula Ioannis Euangeliſtæ: *Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum,* vbi articulus ponitur, cùm dicitur, Apud Deum, qui tamen non eſt, cùm ait: *Et Deus erat Verbum.* Cùm verò quis ſolet dicere, exponendo: Textu

Reputare ad iuſtitiã, quid ſit, & operari, apud Paulũ. Rom. 4. Hebr. 7. Geneſ. 14. In Scripturis quæ etiã debeat perpendi. Hier. in cap. 16. Matth. tom 9. Matth. 16. Caiet. Chriſtus quare filius dicitur Dei viui. Hieronym. Articuli qui etiam põderandi veniãt. Matth. 16. Non dictorum in Scripturis qualis ratio reddenda.

non

non dixit hoc, vel nō dixit illud, debet reddi aliqua bona, & aperta ratio, cur id nō ſit dictum, vt Patres faciunt: Sunt autem quidam ex recentioribus, qui vanè, & ſuperfluè id faciunt: quia non debet expendi hoc non dixiſſe, vel illud, niſi quando ratio poſcebat, vt hoc, vel illud diceretur, niſi aliquid aliud obſtitiſſet.

Circumſtantiæ loci, hoc eſt antecedentia & conſequentia, loci illuminant.

Secundò maximè veniunt & antecedentia & conſequentia penſanda, vt verus & certus loci ſenſus accipiatur. Ex qua Regula in primis deducimus locum illum ad Hebr. 6. *Impoſsibile eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam*; intelligendum non eſſe ſimpliciter impoſsibile. Quia, vt B. Hieronymus aduerſus Iouinianum docet, ſubiuncta verba id declarant, quibus ait: *Confidimus autem de vobis, dilectiſsimi, meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur*. Ex quibus colligit, impoſsibile pro difficile accepiſſe, & per hyperbolen locutum Apoſtolum. Nam ſi erat ſimpliciter impoſsibile renouari pœnitentiam, fruſtrà confidebat meliora, & viciniora ſaluti illorum. Hanc regulā tradit in primis Auguſtinus his verbis: *Rariſſimè*, inquit, *& difficillimè inueniri poteſt ambiguitas in proprijs verbis, quantum ad libros Diuinarum Scripturarum ſpectat, quam non aut circumſtantia ipſa ſermonis, qua cognoſcitur Scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ ſoluat inſpectio*. Et alio loco: *Solet circumſtantia Scripturæ illuminare ſententiam, cum ea, quæ circa Scripturam ſunt, præſentem quæſtionem contingentia, diligenti diſcuſsione tractantur*. Deinde Hieronymus eundem Canonē his verbis tradit in Matthæum ſcribens: *Prudens lector caue ſemper ſuperſtitioſam intelligentiam, vt non tuo ſenſui attemperes Scripturas, ſed Scripturis iungas ſenſum tuum, & intelligas quid ſequatur*. Hilarius quoque eandem Regulam agnouit; nam libro De Trinit. *Dictorum*, inquit, *intelligentia aut ex præpoſitis, aut ex ſequentibus expectetur*.

B. Hier. lib. 2. aduerſ. Iouin. ſub init. tom. 2. circa princ.

B. Aug. lib. 3. Doct. Chriſt. c. 4. tom. 3. init. fere.
Idem lib. 83. quæſt. q. 65. ſub init. 10. 4. paulo ante med.
Hier. in Matt. c. 10. a med. tom. 9. init.
Hilar. lib. 9. de Trin. prope init.

Canon XXXIX.

Multa in Scripturis narrantur iuxta opinionem illius temporis quo geſta ſunt, & non iuxta rei ipſius veritatem.

Circa hiſtoriā regula tradita à B. Hieronymo obſeruanda eſt, quam libro Aduerſus Heluidium aſsignat. Et in Hieremiæ c. 28. *Multa*, inquit, *in Scripturis ſanctis dicuntur iuxta opinionem illius temporis quo geſta referuntur, & non iuxta quod rei veritas continebat* (vt cùm tulit Ananias Propheta catenā de collo Hieremiæ, qui tamen erat pſeudopropheta, quod quidē Hieronymus exemplum paulo antè protulerat: & ſubiungit.) *Denique & Ioſeph in Euangelio, pater Domini vocatur; & ipſa Maria, quæ ſciebat ſe de Spiritu ſancto concepiſſe, & reſponderat Angelo, Quomodò fiet iſtud, quoniā virum non cognoſco? loquitur ad Filium, Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Pater ergo Ioſeph dicitur, ad famā Mariæ conſeruādam; aut ne Iudæi aduerſus Mariam ſæuirent, eamq; lapidarent, teſte Origene homilia diuerſorum locorum*. Idem Hieronymus in c. 14. Matthæi ſub initium: *Conſuetudinis Scripturarum eſt, vt opinionē multorum ſic narret hiſtoricus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioſeph ab ipſa quoque Maria appellabatur pater Ieſu. Ita & nunc Herodes dicitur contriſtatus, quia hoc diſcumbentes putabāt. Diſsimulat enim mentis ſuæ malitiam artifex homicida, cùm triſtitiam in facie, & lætitiam haberet in mente*. Ad hūc ſenſum intelligi poſſet illud Matth. 10. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet*: id eſt, Qui ſuſcipit falſum Prophetam in nomine veri Prophetæ, tanto præmio afficietur, ac ſi verum Prophetam hoſpitio ſuſcepiſſet. Et eodem modo accipiendum quod ſequitur: *Qui recipit iuſtum tantùm in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet*. Ita ſapientes & prudentes Matth. 11. vocātur Scribæ, & Phariſæi, quia ſe pro talibus habebant, & ab alijs habebantur, etſi non eſſent. Paruuli autem dicuntur Apoſtoli, quia iudicio Iudæorū, omni vera ſapientia deſtituti videbātur. Et apud Ezechielem: *Occidam*, inquit, *in te iuſtum, & impiū*. Vbi iuſtos vocat hypocritas, qui ſancti in oculis hominū videntur. *Alioqui Deus nō perdit iuſtum cum impio*, vbi dixit Abrahā loquēs cū Deo; vt egregiè interpretatur Hieronymus in c. 26. Iſaiæ, ante dimidium.

B. Hieron. 10. 2. init.
Idem lib. 5. Commenta. in Hierem. 10 c.
Primus locus.
Hierem. 28.
II. locus.
Luc. 1.
ſuprà 1.
ſuprà 2.
Ioſephus pater Chriſti dicitur.
Orig. hom. 2. ſub init. 10. 2.
III. locus.
Matth. 14.
D. Hieron. in Matth. libr. 2. tom. 9.
IV. locus.
Matth. 10.
V. locus.
infrà 1.
VI. locus.
Ezech. 21.
Gen. 28.
B. Hier. li. 8. in Iſa. 10. 5.

Canon XL.

Scriptura nō ſemper generationis, aut vocationis ordinem, ſed dignitatis etiam ſeruare conſueuit.

Nō ſemp in Scripturis Primogeniti priori loco nominantur, ſed interdum ordine dignitatis, & ſanctitatis ſeruato, poſteriores illis præferuntur. Hinc Auguſt. lib. Quæſt. in Geneſ. *Fieri autem potuit*, inquit, *vt poſterior ſit generatus Abrahā, ſed merito excellentiæ, qua in Scripturis valdè commendatur, prior fuerit nominatus: ſicut Propheta priorem nominauit minorem, cùm dixit: Iacob dilexi, Eſau autē odio habui*. Et in Paralipomenon cū ſit quartus naſcēdi ordine Iudas, prior eſt nominatus, a quo Iudaicæ genti nomē eſt datū propter tribum regiam. Et libro locutionis de Geneſi: Iacob interrogans quod ait: *Noſtis Laban filium Nachor*, cùm eſſet filius Bathuel: *Intelligendum eſt* (ait Auguſtinus) *nobiliorem eſſe Nachor, & meritò dignitatis eius factum eſſe, vt de ipſo interrogaret: filium autem dici & aui & proaui, vltra maioris alicuius eum, qui ex illo propagatur, vſitatiſsimæ locutionis eſt*. Chryſoſtomus etiam in Epiſtolam ad Hebræos interpretans illud Pauli: *Fide de futuris benedixit*; inquit, *Iſaac Iacob & Eſau licèt maior ſit*

Aug. lib. 1. quæſt. in Geneſin q. 25. circa med. to. 4 in princ.
Gen. 11.
Malach. 1.
Gen. 25.
Rom. 9.
1. Paralip. 2.
Idem lib. 1. Locutionis de Geneſi. 6. 104 tom. 3 prope princ.
Gen 25.
Chryſ. homil. 25. in Epiſt. ad Hebr. ſub init. tom 4. circa finem.

Gen.27. & ſeq. Ibidem. Matth.1. Rom.1.& Infrà 2 & Infrà 3.& Infrà 10.& 1.Cor.1.& Galat.3. Matt.1. Gen.29.

Eſau, tamen præponit Iacob propter virtutem. Hæc ille. Ita cæteris Apoſtolis præfertur Petrus nō ætate, nec vocatione, ſed primatus dignitate. Et ſimiliter Dauid propter dignitatem præponitur ipſi Abrahæ, cùm dicitur: *Filij Dauid, Filij Abraham*, & propter priſcos Patres, à quibus originem ducunt Iudæi. Apud Paulum præfertur ſemper Iudæus Gētili; & Iudas quarto loco natus præponitur fratribus, cùm ait Euangeliſta: *Genuit Iudam, & fratres eius.* Quòd ſi obijcias,

Primus locus.

Petrum, 1.Cor.9. vltimo loco numerari. *Sicut*, inquit, *& cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas* Sed ſoluitur ab Oecumenio, & Theophylacto: *Animaduerte, hic*, inquit, *quod ſummum Apoſtolorū vltimo loco poſuit, hoc videlicet clàm indicans. Et quid* (inquit) *hoc dico, cùm ipſe Petrus hoc faciat?*

Alter locus. 1.Cor.1. B.Chryſoſt. homil.3.in priorem ad Corinth ſub init.tom.4.

Quod verò dicitur: *Ego quidem ſum Pauli, ego aut Apollo, ego verò Cephæ*: ſoluit Chryſoſtomus: *Non*, inquit, *quòd ſe Petro prætulerit, in vltimo loco eum poſuit, ſed ſibi Petrū præfert. Auget enim orationem ſuā, ne putaretur inuidia id facere, vt honorē illi auferret.* Et paulò antè: *Nam ſi Pauli, & Apollo, & Cephæ non licebat ipſis nomina laudare, multo magis neq. aliorum. Si magiſtrum, ac Principem Apoſtolorū, & tanti populi admonitorem ſibi arrogare non debebant; quanto magis qui nuſquā eſſent?* Et Theophylactus ponderans illa verba: *Et quia viſus eſt Cephæ: Primum*, inquit, *qui autoritate cæteris præeminebat, ponit. Atque Euangelica hiſtoria teſtatur ipſum primum Mariæ Magdalenæ apparuiſſe. Rectè quidem, cæterùm quod ad viros attinet, primùm à reſurrectione exhibuit ſe conſpiciendum Petro, ceu inter diſcipulos primum obtinenti locum. Par enim erat, vt, qui primùm confeſſus eſſet Chriſtum, reſurrectionem eius primum videret. Et quia eum abnegauerat, apparet ei primùm, vt oſtenderet ei, eum propterea non eſſe reiectum.* Quod tertiò dicitur à Paulo: *Et cùm cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, &c.* hoc loco manifeſtè præponitur Iacobus Cephę, non autem Petro. Cephæ dico, hoc eſt miniſtro Circuncisionis, cuius caput erat Hieroſolymæ, & Epiſcopus eius Iacobus, non Petro, hoc eſt patri, & paſtori orbis. Nam in hoc Petrus maior Iacobo erat, ſicut in priori Cephas minor Iacobo. Et ideo Petri nomen non ſine cauſa mutauit: ſiquidem in eadem narratione nunc Syriacè Cepham, nunc Gentiliter Petrum vocauit. (quod & occaſionem dedit quibuſdam, vt putarent fuiſſe quendam Cepham diſtinctum à B. Petro, quo ſic ab argumentis Porphyrij Petrum vindicarent.) Ob quam etiam cauſam non ſine Dei nutu Iacobi Epiſtola inter ſeptem Canonicas

Theoph in c. 15. primæ ad Corinth. circa fine. Marc. vlt. Luc. vlt. & Ioan.20. Ibidem.

Matth.16. Primus Apoſtolorum Petrus est Dominum videre reſurgentem.

Infrà 26. Tertius loc⁹. Gal.2. Ibidem.

Ioan.1.

Vnde quidā fuerunt auſi dicere, Cephā alium quendā fuiſſe à B Petro. B Hier. Præfat. in Epiſt. Catholicas.

primatum tenuit. Et B. Hieronymus quoſdam ſuccenſuit, qui præſtitutum antiquitus ordinem illarum Epiſtolarum inuertentes Epiſtolam B. Petri præpoſuerūt Epiſtolæ, B. Iacobi, propter excellentiam, & primatum Petri, non conſiderantes myſterium: quia prius Iudęos ab Epiſcopo ſuo doceri oportebat, quoniam ipſis ex Iudæis credentes priores in donis eſſe debebant. At Doctor Gentium Paulus, Iudæos Gentibus, & quidem omnibus Gentibus poſtpoſuit; vt agnoſcamus myſterium ab ipſo explicatum: *Quia cæcitas*, inquit, *ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret*, & reliqua.

Catholica B. Iacobi Epiſtola Eccleſię iudicio ſequitur cur antecedat omnibus, quæ Canonicæ nuncupatur. 1.Tim.1. Rom.11. Pauli Epiſtola ad Hebræos reliquas eius inter oēs infimum locum cur tenent.

Canon XLI.

Quoniā Scripturæ traditæ ſunt nobis triplici idiomate, Hebræo, Græco, & Latino; nominum Hebræorum etymologia ſolùm à lingua Hebræa petenda eſt, ſicut Græcorum à Græca, & Latinorum à Latina. Hanc porrò Regulam tradit Philoponus in libr.1. De Anima Ariſt. cùm exponit Democriti opinionem, dicens *Si etymologia reddenda eſt alicui dictioni, ex vernacula lingua deſumi illam oportet.* Hæc ille ferè. Confirmat illā Hieronymus in lib. Quæſt. in Geneſin, vbi tradit: *Dicunt autem Hebræi, quòd ex nomine ſuo Deus, quod apud illos Tetragrammaton eſt, ה he Abrahæ, & Saræ addiderit: dicebatur enim primum* אברם *Abram: quod interpretatur, Pater excelſus: & poſteà vocatus eſt* אברהם *Abraham, quod transfertur, Pater multarum: nam quod ſequitur, Gentium, non habetur in nomine, ſed ſubauditur.* Et infrà: *Errant qui putant, primùm Sara per vnum r ſcriptum fuiſſe, & poſteà ei alterum r additum. Et quia r apud Græcos centenarius numerus eſt; multas ſuper nomine eius ineptias ſuſpicantur: cùm vtique, vtcunque volunt ei vocabulum commutatum, non Græcam ſed Hebræam debeant dare rationem, cùm ipſum nomē Hebraicum ſit: nemo autem, in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera.* Hæc ille, ſtatuens certam regulam verè etymologiæ petendæ; & obiter Ambroſium reprehendens, qui lib.2. De Abraham, cap.9. eo modo, quem reprehēdit Hieronymus, interpretatus eſt. Quāquàm Eraſmus exiſtimet id additum Ambroſio ab aliquo viro perito. Item ſolidum non eſt quod Ambroſius lib.1. de Abraham cap.4. ante med. *Abraham*, inquit, *hoc eſt de patre vano, ſicut habet Latina interpretatio, vocatur pater ſublimis, pater electus. Vanus erat, cùm Deum neſciret: electus factus eſt, poſt quàm cognouit Deum.*

Nominū Etymologiæ a proprijs eorū linguis & germanis ſunt accipiendæ. Philoponus Textu 20. in fine. D.Hier. to.3. Gen.17. Ibidem. Rom.4. Idem. R. litera apud Græcos centenarius numerus eſt. B. Amb. to.3. Eraſmus. Amb. ibidem.

Similiter infirmū eſt, quod Chryſoſtomus

B.Chryſ. to.1. inter med.

iciter, & nem.

mus in homilia quadã de nomine Abram philoſophatur? *Abram*, ait, *Syrorum voce (abbar) quod idem eſt quod trans, vel vltra.*

Hier. Epiſ. 126. tom. 3. ſub init. Ioſeph. lib. 10. contra Apionem, in fine.

Hieruſalem quid ſonet.

Eucherius in Geneſim, lib. 2. c. 17. ſub fin.

Iure etiam à Hieronymo in Epiſtola ad Euagrium de hiſtoria Melchiſedec reprehenditur Ioſephus, qui dicebat nomẽ Hieruſalem ex Græco & Hebræo idiomate eſſe conſtatum; cùm conſtet apud linguę Hebraicæ peritos vocem eſſe Hebræam, & pacis viſionem ſignificare. Similiter Eucherius in Geneſim: *Salem*, inquit, *non vt Egeſippus, & noſtrorum omnes arbitrantur, eſt Hieruſalem, nomen ex Græco, Hebræoq́; compoſitum, quod abſurdum eſſe, peregrina lingua mixtura demonſtrat: ſed eſt oppidum, iuxta Scythopolim, quod vſque hodie appellatur Salem.* Sic ille; quæ videtur accepiſſe ex Hieronymi lib. de quęſtione Heb. In hunc lapidem impegit Philo vir diſertiſsimus, vſque adeò, vt à quibuſdam notetur, linguam ſuam, & proprias literas ignoraſſe. In libro ſiquidem de legatione ad Caium Imperat. Iſrael, vir videns Deum, interpretari aſſerit: (ſicut & Ambroſius in Lucam) quod irridet Hieronym. libr. Quæſt. in Geneſim; & ait: *Non vocabitur nomen tuum ſupplantator, hoc eſt,* יעקב *Iacob, ſed vocabitur nomen tuum Princeps cum Deo?* ſiue Princeps Dei, ſiue Directus Dei: vt infrà ſubdit) *hoc eſt Iſrael. Quomodo enim princeps ego ſum; ſic & tu, qui mecum luctari potuiſti: princeps vocaberis.* Siquidem Iſraël dicitur a verbo שרה Sara cum puncto in ſiniſtro cornu, quod eſt principatum habere. Idem tamen Hieronymus in c. Iſaiæ 44. initio, *Propriè*, inquit, *iuxta Hebræos, & literarum fidem,* ישראל *Iſrael, rectus Dei dicitur. Vir autem videns Deum, non in elementis, ſed in ſono vocis eſt.* Sic ille, deriuans à voce ישר Iaſar, quod eſt rectus.

Philo par. 2. prope fin.

Philo Iudæus linguã ſuam, & proprias literas à quibuſdã creditur ignoraſſe.

B. Ambr. lib. 2. in Lucam c. ii. to. 5. init. B. Hier. to. 3.

Idem lib. c. 12. in Iſa. tom. 5.

Baſil. Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 10. aliquãto à med. Matth. 1. Idem B. Hier tom. 9. Idem ibidem.

Simili ratione Baſilius, & Cyrillus Hieroſolymitan⁹ in nomine Ieſu, deriuãdo ex verbo Gręco futuri temporis *ἰάσομαι*, nõnihil à veritate declinârunt, ita vt Ieſus ſignificet medicum, ſiue curatorẽ; cùm tamẽ ſit vox Hebręa, & Saluatorem ſignificet. Hieronymus quoq; interdum ſui oblitus eſſe videtur, qui in Commentarijs Epiſtolæ ad Philemonem ſcribit, Pauli nomẽ interpretari mirabilem, putans eſſe Hebræam vocem; cùm tamẽ conſtet eſſe nomẽ Romanũ. Et in pręfatione lib. 3. in Epiſtolã ad Epheſ. ait: *Epheſus in Latinam linguam interpretatur, voluntas, ſiue conſiliũ meum in ea, vel certè anima mea in ea, ac ſi eſſet* חפצי־בה *chephci; cùm tamẽ ſit vox Græca.* Peccat & in lib. de nominibus Hebraicis, quia nominum Græcorum etymologiam petit ex Hebræo idiomate, vt in nominibus Aeneæ, Ariſtarchi, Antipatridis, Agrippæ, Apijſori, Cornelij Coloniæ Corinthij, quod in regulam à ſe traditum eſt: & ſi in nominib⁹ Andreæ, Alexandri, & Felti, aſſerat eſſe violentum, ex Hebræo interpretationem petere. Iuſtinus quoque martyr in Dialogo contra Tryphonem. *Sata*, inquit, *Iudæorum, & Syrorum voce. Apoſtata, & deſertor eſt: nomen autẽ Nas, vnde interpretatione etiam Serpens vocatur, idẽ eſt, quod Satã, Hebræorum expoſitum ſermone. Ex quibus vtriſque vnum compoſitum ſit nomen, Satanas* Hæc ille; cùm tamen ſit ſimplex vox, & Satan aduerſarius, ſiue contrarius interpretetur. Haud diſsimili ratione peccare videntur, qui vocẽ Zabulum, quę frequens eſt in antiquis Patribus, vt Cypriano, Origene, Hilario, & Eccleſia, cuius vox eſt: *Michaëlem in virtute conterentem Zabulon*, idem eſſe putant, quod apud Græcos diabolus. Eraſmus in Annotationibus in nouum Teſtamentum, exiſtimauit eſſe vocẽ Græcam: & librariorum incuria in libris priſcorum inoleuiſſe hunc errorem, vt Zabulus pro diabolo legeretur. Ioann. Morellius in Cyprianum, ſcribentem contra Demetrianum, putauit eſſe Græcam vocem: nam Dorica lingua pro *διὰ* præpoſitione Attica, cõſueuit ponere *ζα*, vt *ζαβάλλειν* pro *διαβάλλειν* & *ζάκορος* pro *διάκορος*, ſed omnia hæc, leues ſunt cõiecturæ, & falſæ, cùm nomen ſit Hebræum, vt interpretatur Hieronymus in cap. 6. ad Epheſ. in hunc modum ſcribens: *Diabolus autem nomen Græcum eſt, quod interpretatur criminator. Iuxta Hebraici verò ſermonis proprietatem, quia & tribus Zabulon quandam ſimilitudinem huius vocabuli habet* *καταῤῥέων*, *id eſt, deorſum fluens dici poteſt, quod ſcilicet paulatim de virtute ad vitium fluxerit, & de cæleſtibus ad terrena corruerit.* Sic Hieronymus. Adde, quòd in lingua Syriaca Zabul, fimus, ſiue ſtercus interpretatur. Vnde & Iezabel nomen deductum videtur, vt poſsit Zabulus dici, ſtercus.

B. Cyprian. Orig. hom. 6. in Num. to. 1. Iuſt. martyr. to. 1. à med. Hilarius. Eraſmus.

Ioan. Morell.

Hier. tom. 9.

Zabulõ quid

Zabul Syriacè quid.

Canon XLII.

Nominum impoſitio, dominij ſignũ indicat. Hinc Adam dominus, & princeps omnium animalium illis nomina indidit, quemadmodum & Nabuchodonoſor Danieli, & tribus pueris nomina propria immutauit, & aliena illis impoſuit; & nos in Baptiſmo nomina aſſumimus; quia Chriſto ſerui Dei efficimur. Hinc Damaſcenus lib. De Fide Orthodo. *Vnde & animaliũ appellationem prædicendo, vt mancipiorum ſuo vſui conceſſorum, tanquam dominus indidit.* Et Hieronymus in cap. Dan. 1. *Non ſolùm præpoſitus Eunuchorum, ſiue magiſter, &c. Sanctis immutat nomina, ſed & Pharao Ioſeph in Aegypto* appella-

Nominũ impoſitio ſignũ eſt dominij.

Gen. 2. Dan. 1.

Ioan. Damaſc. lib. 2. de fide orthod. c. 30. in princ. B. Hier. to. 5. circa finem. Gen. 41.

appellauit Saphanathphaneth; volentes eos in terra captiuitatis vocabula habere Iudæorum. Philo quoque Iudæus lib. de mundi opificio circa ſin. *Perpulchrè autem & impoſitio nominum aſſignatur primo homini: ad ſapientiam enim, & regnum pertinet; at ille ſapiens eſt ſiumet ipſe diſcipulus, & doctor per Dei gratiam, & inſuper rex quoq;. Decet autem rectorem, vt appellet vnumquemq; ſubditorum.* Sic ille. Interdum verò nomina ab euẽtu imponuntur, & euentus loco nominum ponũtur, vt habet Chryſoſtomus in Matth. quem eius diſcipuli Theophylactus, & Euthymius ſecuti, iiſdem verbis eandem regulam tradũt. Et addit Chryſoſtomus: *Quid enim eſt aliud, Vocabunt nomen eius Emmanuel; niſi, Videbunt oculi mortalium Deum inter homines verſantem: qui etſi antè cum hominibus fuit, non tamen tam apertè, tamq; manifeſtè? Quod ſi hoc loco Iudæi impudenter repugnant; rogabimus eos: Qui igitur puer vocatus eſt, Velociter ſpolia detrahe, citò prædare? nequaquam enim habent quod reſpondere poſſint. Cur igitur ad Prophetam, Voca nomen eius,* inquit, *Velociter ſpolia detrahe, citò prædare? Quoniam illo vtique nato, detractio ſpoliorum facta eſt, atque populatio. Meritò igitur res, quæ ſub eo tam clara contigit, ipſi nomen impoſuit. Et ciuitas,* inquit, *vocabitur ciuitas iuſtitiæ, mater ciuitatum fidelis Sion. Nec tamen inuenimus quòd aliquando ciuitas iuſtitiæ nominata ſit, ſed in Hieruſalem ſemper appellatione permanſit. Verùm quia iſtud euenit, in melius populi more conuerſo, ciuitatem ita prædixit vocandam.* Sic ille. Hinc accipimus plurium locorum intelligentiam. Nam Chryſoſtomus ſcribens in Geneſ. cap. 3. *Mos,* inquit, *Diuinæ Scripturæ eſt, à rebus contingentibus nomina locis imponere. Eaq; propter lignum hoc vocatum eſt lignum ſcientiæ boni, & mali, quia circa illud obſeruatio, & tranſgreſſio mandati.* Cuius ſententiæ ſubſcribit Auguſtinus libro 8. De Geneſi ad literam cap. 4. & Eucherius in Geneſim cap. 13. Hieronymus quoque in Iſai. cap. 62. initio ferè: *Hoc eſt Hebraicæ conſuetudinis, vt ex euentu rebus vocabula ſemper imponant: ſicut Abram, qui prius dicebatur, Pater excelſus, quando audiuit repromiſſionem: Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, appellatus eſt, Pater multarum gentium, id eſt Abraham. Et Domino Saluatori ſupra nomen imponitur: Citò ſpolia detrahe, velociter prædare. Filij quoque Zebedæi, quorum vnus vocem tonitrui emittere poterat: In principio erat Verbum, &c. appellati ſunt* בני רגש *Bene rabã, quod interpretatur, Filij tonitrui.* Sic ille. Accipimus hinc intelligentiam illius loci, *Propter hoc vocatus eſt ager ille Hacel-dema*, hoc eſt, ager ſanguinis: ab euentu ſcilicet, quia emptus pretio mortis Chriſti: & vallis Achor, id eſt, exturbationis: *Quia turbaſti nos,* inquit, *exturbet te Dominus in die hac:* & illius Nume. 13. *Nehel Eſchol, id eſt, Torrens botri*, quòd eo vſque exploratores portaſſent botrum. Denique & illius: *Nõ vocaberis vltra Derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs Deſolata; ſed vocaberis voluntas mea in ea*, & alterius: *Vocabitur nomẽ eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis; &c.*

Philo Iudæ. part. 1. ſub initium.

In Scripturis ſæpè rerum euentus ponuntur nominum loco.

D. Chryſ. hom. in Matth. 5. à tomo med. 10. à init. Theophyl. Euthym. Matth. 1. & Iſai. 7. Habac. 3.

Contra Iudæos Chriſtũ vocatũ Emmanuelẽ eſſe negantes.

Iſai. 8. Ibidem.

Hieruſalem ciuitas iuſtitiæ iuxta Prophetã quando cœperit appellari.

Chryſ. ho. 16. in Gen. circa fin. to. 1. init. Gen. 2.

Aug. tom. 3. Eucherius. Hier. tom. 5.

Gen. 17. Suprà 12. Infrà 17. Rom. 4. Iſai. 8. Marc. 3. Ioan. 1.

Matth. 27. & Act. 1.

Ioſue 7. Iſai. 62. Suprà 9.

CANON XLIII.

Olim pueris in Lege nomina propria octauo die, quo circunciſionem accipiebãt, indebantur. Præcedebat enim circunciſio, ſequebatur nominis impoſitio: quia adepto nouo eſſe, dandum nomen; & quia abiecta carne nominamur Dei milites, & nomina noſtra in libro vitæ ſcribuntur. Idem fit & apud nos in Baptiſmo, quocunque die ille conferatur. Et apud Athenienſes decimo die à Natiuitate nomina imponi ſolebant, vt teſtis eſt Suidas in verbo Δεκάτην: *Mos Athenienſium ciuium fuit, decima ab ortu infantis nocte conuocare paternos maternosq; cognatos, iisq; præſentibus & nomina pueris indi, & immolari diis, & conuiuio cœtum illum excipi.* Hæc ille. Apud Romanos verò in more erat, maſculis die nono, fœminis octauo nomen imponi: & huiuſmodi dies, Luſtrici apud eos dicebantur, quia in eis infantes luſtrabantur: vt teſtis eſt Macrobius in Saturnalibus. Porrò imponere ſoliti erant nomina parentes, hoc eſt, pater, & mater, ſiue obſtetrix. Vnde Geneſ. 29. de Lia dicitur quod conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben. Et in cap. 30. & Iudic. 13. ſimiles habentur locutiones. Et Luc. 1. *Reſpondens mater eius, dixit; Nequaquàm, ſed vocabitur Ioannes.* Pater quoque quandoque imponit nomen. Geneſ. 21. Vocauit Abraham nomen filij ſui quem genuit ei Sara, Iſaac, & ad Ioſeph Virginis ſponſum dixit Angelus, *Pariet autem filium, & vocabis nomẽ eius Ieſum.* Eſt autem frequens in Scripturis, vt fœmina dicatur parere filium marito ſuo. Vnde Agar peperit Abrahæ Iſmaelem, &; *Sara vxor tua pariet tibi filium.* Et infrà: *Quem* (Iſaac) *pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero*, & Lucæ 1. *Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium.* Et Aſeneth filia Putipharis, peperit Ioſepho filios. Eiuſmodi verò locutiones inſinuant filios in lucem edi ab vxoribus in gloriam, commodum, & conſolationem progenitoris: quia in illis nomen familiæ, & decus parentum, & gloria ſuſtentatur. De Ieſu peculiariter dicitur: *Ecce Virgo concipiet & pariet*

Pueris olim in Lege octauo poſt circunciſionem die cur nomina imponi ſolerent.

Gen. 17. Leuit. 12. Luc. 2. Luc. 10.

Pueri Athenis poſt decimum diem nomina ſortiebantur.

Suidas.

Romani, maſculos die nono, fœminas octauo appellare conſueuerant.

Luſtrici dies qui nã apud eoſdem.

Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 16.

Nomina qui filijs imponerent.

Matth. 1.

Vxorẽ parere filios viro, phraſis Scripturis frequens.

Gen. 16. Infrà 17. Infrà 41.

Quid ſignificet hæc loquẽdi ratio.

Matth. 1. Iſai. 7.

filium;

Quo potiſſimum ſpecta. ecat Chriſti generatio.

filium; ſiue, vt habetur Lucæ 1. *Ecce concipies in vtero, & paries filium*, & non dicitur cui, quia illius natiuitas præcipuè fuit ad illuſtrandam Dei gloriam, & ad ſanctificandam humanam generationem. Interdum

Viri adulti interdũ cur nomina diuinitùs alia ſortiantur.

verò nomina iam viris adultis Diuino conſilio mutantur; Interdum vno elemento detracto, vel addito; in quo ſignificatur virtutis alicuius auſpicium, vel progreſſus ad heroica facinora. Exemplo nobis eſſe poſſunt Abraham, & Sara: nam illi vnum Elementum eſt additum, nempe *he*: Saræ elementum *iod* mutatum eſt in *he*: Iacob additum eſt nomen Iſraël: Petro quoque, & Paulo, & filijs Zebedæi mutata ſunt nomina, vt literæ tradunt Euangelicæ. Et viri quidam, qui debebant ab infantia virtute clarere, à pueritia indita habent nomina, vt Noë, Seth, Iſaac: quibus verò poſtea virtus augeri debebat, tardiùs nomen aſſumpſere. Hinc qui ad Pontificatus dignitatem aſcendunt, nomina mutare ſolent.

Gen 17. Ibidem. Infra 32. Ioan. 1. Act. 13. Marc. 3.

Quòd quod Noë, Seth, & Iſaac, à pueritia indita habuerunt nomina.

Gen. 5. Infra 21. Ibidem.

Conſueuit Scriptura Hebræis nominibus eorũ interpretationẽ adiungere

Hier. in c. 4. ad Gal. lib. 2. tom. 9.

Canon XLIIII.

Tradit beatus Hieronymus, hanc conſuetudinem in pluribus locis Scripturam conſeruare, vt Hebraicum verbum cum interpretatione ſua ponat: *Bar-timæus*, inquit, *filius Timæi; Aſſer, diuitiæ, Tabitha, Dorcas; & in Geneſi, Meſech, vernaculus, & cætera his ſimilia. Abba pater Hebræo, Syroq́; ſermone dicitur.* Hæc ille. Cuius ſententiam corroborare poſſumus multis alijs exemplis. Nam Exodi 12. *Eſt enim phaſe* (*id eſt tranſitus*) *Domini.* Ioannis 1. dicitur: *Inuenimus meſsiam, quod eſt interpretatum Chriſtus*; &, *Rabboni, quod dicitur magiſter*; &, *Cephas, quod interpretatur Petrus.* Et cap. 9. *Natatoria Siloë, quod interpretatur, miſſus*; & in Apocalypſi, *Cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomen Exterminans.* Et Act. 1. *Aceldema, hoc eſt, ager ſanguinis.* Apud Matthæum inuenies, *Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus*; &, *Eli, Eli, lamma Sabacthani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Apud Marcum: *Talitha-cumi, quod eſt interpretatum, Puella* (*tibi dico*) *ſurge.* Sæpè tamen non ponitur interpretatio: vt in vocibus manna, mammona, racha, Gabbatha, alleluia, amen: *Si multiplicaueris tibi herbam borith*, in qua eſt acrimonia Saponis. Interdum verò etiam alluſio fit ad etymon nominis: vt, *Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*; & de Cain. *Poſſedi hominem per Deum*, & de Eua, *Mater cunctorum viuentium: Iuda te laudabunt fratres tui: Nabal, ſecundùm nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo*; & Eccleſiaſticus, *Menſis ſecundùm nomen eius eſt creſcens mirabiliter in conſummatione.* Et Hieronymus in cap. 4. Amos circa med. *Luna, quæ Hebraicè ירח Græcè μήνη dicitur, iuxta vtramq; linguam ex ſuo nomine menſibus nomen dedit.*

Marc. 10. Act. 9. Gen. 15. Gal. 4. Rom. 8. Ioan. 10. Supra 1. Matth. 27. Supra 1. Infra 27. Marc. 5. Ioan. 6. & alibi. Matth. 6. Supra 5. Ioan. 19. Iob 13. & ſæpè alibi. Num. 5. & aliàs ſæpiſsimè. Hierem. 2. Matth. 1. Gen. 4. Supra 3. Infra 49. 1. Reg. 25. Eccleſ. 43.

B. Hier. lib. 2. in Amos, tom. 6 ſub init.

Canon XLV.

Mos Scripturarũ eſt, vnũ & eundem varijs nominibus appellare.

Quia nonnunquam contingit, vt vnus homo plura nomina propria ſortiatur, & multi vno & eodem vocabulo nominentur; ne facilè contingat errare, diligenter hæc ſunt inſpicienda, & diſcernenda lectori. Scribit enim Hieronymus in Heluidium: *Diſce Scripturæ conſuetudinem, eundem hominem diuerſis nominibus nuncupari. Raguel ſocer Moyſi, & Iethro dicitur* (*& iuxta Hebræos Iud. 4. Ceni, Exod. 6. Putiel; Exod. 4. Iethur; Iud. 4. Chobab, & Cheber.*) *Gedeon nullis cauſis immutati nominis antè præmiſsis, ſubitò Hieroboal legitur. Ozias rex Iuda, viciſsim Azarias vocatur. Mons Tabor Itabyrium dicitur. Rurſum Hermon, Phœnices cognominant Sanior, & Amorrhæus cognominat eum Sanir. Eadem calis plaga tribus nominibus appellatur, Nageb, Theman, Darom. Lege Ezechiel.* Idem Hier. in Ezech. c. 25. à med. *Quod Eſau, & Seir, & Edom, & Idumæa, & Duma, vna gens appellentur, non ambiget qui ſcientiam habuerit Scripturarum. Et vt de cæteris Prophetis taceã, Iſaia, Hieremia, Amos, qui contra Idumæam, & Dumam, & Edõ vaticinati ſunt; Abdias propheta totã prophetiã contra hanc dirigit nationem.* Hæc ille. Poſſumus hanc Regulam alijs exẽplis illuſtrare. Sunt enim permulti binis, & ternis nominibus nuncupati. Salomon namq;, id eſt pacificus, dictus eſt Iedida, id eſt Dilectus Domini: & Coheleth, id eſt Eccleſiaſtes, ſiue concionator, qui cœtum congregat, & ad illum verba facit, & Lamuel, id eſt cum quo eſt Deus Pro. 31. Iacobus Alphæi, idẽ eſt qui frater Domini dicitur; & Iacobus Iuſtus & Iacobus minor, & Epiſcopus Hieruſalem fuit. Petrus, & Simon dicitur, & Cephas. Simon Apoſtolus Cananæus dicitur, non à terra Canaan, vel à Cana Galilææ, ſed à Zelo quo ardebat, dictus eſt Zelotes Act. 1. & Luc. 6. Thomas dicitur Didymus. Iudas qui frater Iacobi, dicitur, & Taddæus, atq; Lebæus. Bartholomæus ſecundùm quoſdã etiam Nathanael dictus eſt: ſicut etiam iuxta quorundam ſententiã, Paulus, & Saulus dictus eſt Apoſtolus, vt indicat locus Act. 13. *Saulus qui & Paulus*: & hactenus de illis qui pluribus nominibus gaudent. Contra verò ſunt nomina, quę plures homines deſignant. Quæ etſi ab initio fuerint quorundam propria nomina, aut familiæ cognomina, poſteà tamen communia cognomenta facta ſunt ſucceſſoribus, quemadmodũ Melchiſedech rex Salẽ, & Abimelec Reges

Hier. tom. 2. initio. Num. 10. Iud. 6. & infra. 4. Reg. 14. 2. Paral. 26. Ezech. 47. infra 48. & ſeq. Idẽ in Ezech. lib. 8. ſub init. tom. 5. Iſai. 21. Hierem. 49. Amos 2.

Salomonis vocabula.

3. Paral. 21. Eccleſ. 1. Ibidem.

Varia quorũdam Apoſtolorum nomina.

Matth. 10. Gal. 1. & 2. Act. 10. Matth. 10. & 16. & aliàs. Ioan. 1. & 21. & aliàs. Ibid. & Gal. 2. & ſæpè alias. Matth. 10. Ioan. 11. et 20 Luc. 6. & Iacob. 1. Matth. 10. Ibidem. Ibidem. Ioan 1. & 21.

Quæ nomina in Scripturis plures homines ſignificent.

B. Baſil. in Pſalm. 33 in prin. tom. 1.

Geneſ.4.& Hebr.4. 3.Reg.11.

denotat Philiſtinorum, teſte Baſilio,& illi erat adiunctum Achis à natiuitate. Pharaones porrò fuerunt & tépore Moyſi,& ætate Salomonis, qui filiam Pharaonis duxit in vxorem,& alius tempore Hierem.c.26.& Ezech.c.29.de quo: *Ecce ego ad te, Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorũ.* Hinc Hier. in Iſai.c.30.ait, quòd Pharao apud Aegyptios nomen erat regiæ poteſtatis,& vnuſquiſq; ſpeciali appellabatur vocabulo, vt Pharao Nechao,& Pharao Vafres: quomodo ſi nos Cæſares,& Auguſtos proprijs regum vocabulis proponamus. Et idē in Ezech.2.29. *Videtur,* inquit, *mihi non eſſe vnus? ſed apud Aegyptios hoc vocabulo demonſtrari regiam dignitatem. ſicut apud Romanos, Cæſares & Auguſti, Reges eorum appellantur, à primo Caio Cæſare, & ſecundo adoptiuo eius Octauiano, qui poſtea Auguſtus eſt nominatus; & apud Syros, Antiochi; apud Perſas, Arſacidæ: apud Philiſtim, Abimelech: & poſt Alexandrum in Aegypto Ptolemæi vſque ad Cleopatram: qua victa apud Actium, Aegyptus Romana eſt facta prouincia.* Ita Hieronymus. Item apud Babylonios, Reges dicuntur Nabuchodonoſores: & ideo alius eſt qui templum deſtruxit,& duas tribus tranſtulit in Babylonem: de quo 4. Reg.24. Hierem. vlt. & Daniel.1. cuius nepos Balthaſar fuit à Cyro interfectus: alter eſt Nabuchodonoſor Iudith 2.& 11. Reges verò Medorũ,& Perſarum dicebantur Darij, Cyri, Xerxes, & Artaxerxes,& ab Hebræis appellabantur Aſſueri. Reginæ quoque Aegypti Cleopatræ dici conſueuerant, ſicut Reginę Aethiopum Candaces vocabantur, vt teſtis aſt Plinius lib.6.c.6.& Strabo libro 16. Georg. docens, ab illa, quæ vixit tempore Auguſti, quæ proprio nomine Candaces dicebatur, reginas oēs quæ poſteà regnauerunt ſic dictas. Item in Euangelio allus eſt Herodes primus Antipatris filius, Idumæus, qui regnauit triginta ſeptem annis, qui ædificauit Samariam, quam vocauit Sebaſten, id eſt, Auguſtam, Turrim Stratonis, quam Cæſaream nuncupauit: qui & Bethleemiticos infantes ſub ortu Saluatoris occidit. Fuit & alter Herodes Antipas Galilææ Tetrarcha, prioris Herodis filius, qui tulit à Philippo fratre vxorem Herodiadem, & Ioannem Baptiſtam decollauit, & qui Chriſtum ad ſe miſſum remiſit Pilato, quem Caligula Imperator Lugdunum relegauit. Tertius Herodes, eſt ille qui Agrippa cognominatus eſt,& Iacobum interfici mandauit; necnon & Petrum conijci fecit in vincula: qui & ab Angelo percuſſus vermib. expirauit: Ariſtobuli Magni Herodis filij filius, de quo Act.12. Quartus eſt Herodes Agrippa iunior de quo Act.15. Niſi enim hi inter ſe diſcernātur, perturbare poſsũt Scripturę intellectũ. Vt igitur in Apoſtolis duo fuerunt Simones,& duo Iudæ, alter frater Iacobi, bonus, qui Epiſtolam Canonicā conſcripſit, alter verò Iudas Iſcariotes, proditor: duo etiā fuerũt Iacobi, alter Zebedæi, alter Alphæi filius, tertius verò frater Domini, diſtinct⁹ ab illis duobus non eſt, vt ſuo loco probarum relinquemus: ita etiā duo Marci fuerunt, alter quidem Euangeliſta, qui ſimpliciter dicitur Marcus, alter verò de quo Act.12. vbi Petrus narratur veniſſe ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus. & Act.15. in fi. & 1.Pe.5. dicitur: *Salutat vos Marcus filius meus:* & Paulus: *Salutat vos,* inquit, *Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata: ſi venerit ad vos, ſuſcipite illũ:* & rurſus, *Marcum aſſume, & adduc tecum; eſt enim mihi vtilis in miniſterio.* vt alio loco cóprobabo.

B.Hier.lib 9. in Iſai.circa fin.tomo 5.
4 Reg.23. & ibidem. & 2.Paral. 35.& Hier. 46.
Idem lib 9.in Ezech.circa dimid. eod. tom.
Dan.5.
Plinius. Strabo.
Herodes quot in Euāgelio nominentur.
Matth.2.
Infra 14. Ibidem. Luc.23. Act.12.
Ibidem. Ibidem.

Qui nam ex Apoſtolis fuerint eiuſdē nominis.
Iud. Marc.3.& aliàs. Ibidem. Ibidem. Galat.1.& aliàs.
Marci duo in Euangelica memorãtur hiſtoria.
Act.12. 1.Pet.5. Coloſſ vlt. 2.Tim.4.

Proderit ergo ad vitādam propriorum nominum homonymiā, diligenter ad hanc regulam perſpicere. Nam interdum magni viri huius Canonis neglectu aut obliuione, in falſa & abſurda inciderunt. Nam vt Poetę ex multis vnum Herculem fabricantur, ex multis Bacchis vnum conficiunt; ita noſtri ex multis viris vnum tantũ, aut ex multis fœminis vnam conſtruētes aberrarunt. Nam ecce quidam ex noſtris Nathan Prophetam, & Nathā filium Dauidis confundentes, vnum & eundem eſſe dixerunt Nathan, cũ tñ quando Nathā Propheta miſſus eſt à Deo ad Dauidem, vt argueret crimen adulterij cum Bethſabee perpetrati, nondũ ex illa natus eſſet Nathan filius Dauidis. Itē Hieronymus lib.2. aduerſus Iouin. ita habet: *Si autem transfertur Enoch, & ſeruatur in diluuio Noë, non reor idcirco translatum Enoch, qui vxorem habuerit, ſed quòd primus inuocauerit Deum, & crediderit in Saluatorem.* Hæc Hieronymus, qui ex duobus Enos & Enoch vnum hominem conficit, cum fuerint diſtincti. Idem quoque in cap.8. Iſaiæ enarrans illud: *Adhibui mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, &c.* ita ſcriptum reliquit: *Legimus quòd regnante Achaz, Zacharias Sacerdos fuerit tēpli Domini: cui præcepit Achaz, vt altare ſimile altaris Damaſci faceret: & Dierum narrat liber, quòd Ezechias filius Achaz quæſierit Dominum in diebus Zachariæ eruditi in timore Dei.* Hic enim primo loco in verbo Zachariæ error eſt ſcriptoris potiùs, quam Hieronymi: & legendum Vrias, non Zacharias, vt habetur 4.Regum 16. Quod verò ſecũdò dicitur, Ezechiam filiũ Achaz quæſiſſe

Prædicti Canonis ignoratio quotũ extitit errorum occaſio.
2.Reg 12. & ſeq. Supra 11. B.Hier. to.2 in princ. Geneſ.5. Supra 4. Idem tomo 5. in princ.
4.Reg.16. 2.Paral.29.

Domi-

Dominum in diebus Zachariæ, nuſquam legitur; ſed 2. Paral. 20. habetur, quòd Ozias filius Amaſię quęſiuit Dominum in diebus Zachariæ.

Canon XLVI.

Gentilitia quædam nomina & fabuloſa, ſcriptura non oleat interdum vſurpare.

Aduertendum eſt, ſacras literas à fabuloſis quibuſdam nominibus, & iam vſu receptis non abhorrere: quòd videantur ſignificantiora. Meminit huius regulę Hieronymus, qui in c. 24. Iſa. in hunc modum ſcribit: *Legimus quoq; Iob, Hyadas, & Veſperum, & Arcturum, & theſauros, ſiue interiora Auſtri, &c. Nec putare debemus apud Hebræos has ſtellas his appellari nominibus quæ Græcus ſermo reſonat, & Latinus, ſed propria habere vocabula. Sicut enim Deus vocauit lucem, diem, & firmamentum, cælum: & aridam, terram: & congregationes aquarum maria; ſic & ſingulas ſtellas ſuis appellauit nominibus, quarum proprietatem noſtra lingua non exprimit: ſcriptum eſt de eo in alio loco: Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Idem Epiſtola ad Magnum Oratorem: *Quis neſciat,* inquit, *& in Moyſe, & in Prophetarum voluminibus quædam aſſumpta in Gentilium libris? & Salomonem Philoſophis Tyri & nonnulla propoſuiſſe, & aliqua reſpondiſſe? Vnde in exordio Prouerbiorum commonet, vt intelligamus ſermones prudentiæ, verſutiasq́; verborum, parabolas, & obſcurum ſermonem, dicta ſapientum, & ænigmata, quæ propriè Dialecticorum, & Philoſophorum ſunt.* Et in c. 3. Epiſtolæ ad Galat. In principio: *Quod ſequitur,* ait, *Quis vos faſcinauit? dignè Paulo; qui etſi imperitus eſt ſermone, non tamen ſcientia, debemus exponere: non quod ſcierit eſſe faſcinum, qui vulgò putatur nocere; ſed vſus ſermone ſit trito; & vt in cæteris, ita & in hoc quoque loco verbum quotidianæ ſermocinationis aſſumpſerit.* Et paulò infrà: *Quòd ſi aliquis contradicit, exponat quomodo de communi opinione ſit ſumptum, Vallis Titanorum in Regnorum libris, Syrenæ & Onocentauri, in Iſaia; Arcturus, & Orion, & Pleiades in Iob, & cæteris his ſimilia, quæ vtique vocabula, Gentilium fabularum & cauſas, & origines habent.* Hæc ille. Porrò voces Hebrææ ſunt עיש, & כסיל & כימה id eſt, Has, & vertit Hieronymus Arcturum: Cheſil, & vertit Oriona: Chimah, & vertit Hyadas: de quibus Iob 9. *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri:* id eſt, polum Arcticum, & Auſtralem Antarcticum, qui ſignificatur per interiora, vel penetralia, vel abſcondita Auſtri: quia ille polus nobis eſt omninò ignotus. Gręca Septuaginta Interpretum habēt: Ὁ ποιῶν πλειάδα, καὶ ἕσπερον, καὶ ἀρκτοῦρον, καὶ ταμιεῖα νότου. id eſt: *Facit Pleiada, Veſperū, & Arcturū, & receſſus Auſtri.* Chaldæus interpres: *Qui fecit Arcturum, Oriona, & Hyadas, & cubiculum ſyderum, conſtellationem planetarum in latere Auſtrali:* loco Arcturi alij vertunt Cynoſuram, id eſt, Vrſam minorem, ſicut maior dicitur Helice. De Orione ait Cicero li. de Nat. Deorum ex Arato: *Septentriones autem ſequitur,*

Hier. in Iſai. lib. 5. tom. 5.
Iob 9.
Gen 1.
Ibidem.
Ibidem.
Pſalm. 146.
Idem ep. 84. in princ. tom. 2. circa fin.
Prouerb. 1.
Quænā propriè Dialecticorum, & Philoſophorum ſint, teſte Hieronymo.
Idem tom. 9.
Galat. 3.
2. Cor. 11.
Idem ibidem.
2. Reg. 23.
Iſai 34.
Iob 9.
Ibidem.
Infra 38.
Idem tom. 6. à medio.
Interiora Auſtri apud Iob quid ſignificent.
Cynoſura & Helice quid ſint.
M. Tull. lib. 2. de Nat. deor. à medio.

Arctophylax, vulgò qui dicitur eſſe Boótes,
Quo quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arctum.
Et more bubulci plauſtrum ſequi videtur.

Hyades dictæ ſunt ἀπὸ τοῦ ὕειν, id eſt, à pluendo, quòd in ortu earū & ſine pluuia denuntietur, & ſunt quinq; ſtellæ in fronte Tauri. Pleias Sydus in humero Tauri, quod cōſtat ſeptem ſtellis, ideò dictum, quod nauigationis tēpus oſtendat ἀπὸ τοῦ πλεῖν, id eſt nauigari, vel quaſi πλείονες, id eſt plures, quòd Pleiades ſeptem appareāt, quæ Latinè Vergiliæ vocātur, quod Ver proximum indicent, & Græcè Ὑάδες, de quibus Ouid.

Hyades vnde nomen accipiant, & quæ nam ſint illę.
Pleiadis denominatio.
Vergiliæ cur ſic appellatæ: quot numero.
Ouid. lib. 5. Faſt ſub init.

Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis,
Nauita quas Hyades Graius ab imbre vocat.

Ita ille putauit eſſe ſeptem, cùm alij quinq; tantùm eſſe tradant: & quāuis Pleiades ſint ſeptem, ſolent tamen ſex tātùm apparere. Hinc Ouidius lib. Faſtorum:

Idem lib. 4. Faſtor. circa princ.

Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.

Et de numero Pleiadum, & Hyadum loquens Auſonius, tradit eſſe duodecim in Epiſtola ad Vrſulum Grammaticum:

Auſon. Gallus epiſt. 5.

Quod faciunt iuncti ſubterq́; ſupraq́; locati,
Qui numerant Hyadas, pleiadasq́; ſimul.

Hæc ille, alludens ad numerum duodecim. Heſperus, eſt ſerotina ſtella, quæ & Lucifer, & Venus. De qua Cicero lib. de Natura Deorum: *Infima eſt quinque errantium, terraq́; proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, cùm antegreditur Solem, cùm ſubſequitur autem, Heſperos.*

Heſperus quid.
Cic. lib. 3. de Nat. deorum à medio.

Canon XXVII.

Conſueuerunt autores Scripturarum, cùm contra certas prouincias loquuntur, aut ad certas regiones Epiſtolas mittunt, multa vocabula, & verba illis propria conſultò vſurpare, quo res magis dilucidas faciant. Quam Regulam tradit Hieronymus, ſcribens in Abdiam Prophetam: *Conſuetudinis,* inquit, *Prophetarum eſt, quando loquuntur contra Babylonem, Ammonitas, Moabitas, Philiſtym, & cæteras nationes, multis ſermonibus linguæ eorum abuti, & ſeruare idiomata prouinciarum. Quia ergo lingua Aſſyriorum terminus qui Hebraicè vocatur ספרד, dicitur Saphara, hunc ſenſum eſſe conijcio: Tranſmigratio Hieruſalem, quæ in cunctis terminis, regionibusq́; diuiſa eſt; vrbes Auſtri, id eſt tribus ſua, recipiet.* Hæc ille, qui dictionem Sapharad, verte-

Prophetæ & Apoſtoli earū gentium ad quas ſcribunt multa vocabula, & phraſes illis conſuetas frequēter adhibent, ad maiorē dictorū intelligentiā.
Hier. in Abdiæ c. 1. circa fin. tom. 6.
Exemplis illuſtratur hæc formula.

verterat Boſphorum. Huic regulæ illuſtrandæ multa poſſumus producere exempla. Nam Daniel multa nomina Babylonica continet, tùm inſtrumentorum muſicæ, tùm magiſtratuum Babyloniorum, quia de rebus Babylonicis erat ſermo; vt Satrapæ, qui maximi poſt Regē Principes erant, quibus ſumma regni commiſſa erat, & tanquam præfectorum Præfecti. Secundo loco erant Signei, id eſt, præfecti militiæ, & bello. Tertio iudices, ſiue Præſides prouinciarum, quo Septuaginta vertūt Τοπάρχας, id eſt, loci principes. Quarto, Adargazæi, id eſt, exactores, quos Hieronymus ex Septuaginta Interpretibus, qui verterunt ἡγεμόνας, tranſtulit, duces, qui vrgent vt nihil ex regijs præceptis negligatur; qui Græcis κωμοφύλακες, & Lacedæmonijs peculiariter ἔφοροι, appellantur, hoc eſt, inſpectores, & qui alios ad ſua opera ſolicitant. Quinto loco ſunt Gedrebazi, id eſt, Quæſtores, ſiue Theſaurarij, qui annonæ, ac tributorum curam gerunt; & ſunt velut telonum præfecti; quos Septuaginta tyrannos tranſtulerunt, quia ſunt videlicet inſignis crudelitatis, nullis parcentes. Sexto loco ſunt Detrabazi, id eſt conſiliarij, quorum conſilium mundum & electum erat: in quorum numero cancellarij, & ſignatores, & legiſperiti continentur. Septimi ſunt Tiphthazi, id eſt cuſtodes, ſcilicet clauium, vt includant, & ſoluant à carceribus. In hoc ordine ſunt cuſtodes carcerum, ſpeculatores, & lictores. Græcè hi duo apud Septuaginta dicuntur vno nomine ἐπ' ἐξουσιῶν, id eſt, magni in poteſtatibus. Hæc autem obſeruatio deſeruit intelligendis magiſtratibus, quos bis enumerat cap. 3. Daniel. Liber etiam Iob cùm de Arabiæ cultore tractet, multas Arabicas voces vſurpat; vt teſtatur Hieronymus in Prologo eius. Euangelium quoque multas voces Romanas vſurpat, vt vocem cuſtodiæ, tituli, flagelli, & flagellandi, ſpeculatoris, & numiſmatis cenſus, & coloniæ, & macelli; & pleraſque alias. Paulus verò Tarſenſis in Cilicia prouincia ſuos habet Cilicismos, & vſurpatas ab eis voces: vt annotauit interdum Hieronymus. Nam & illud: *Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die*, diem poſuit pro iudicio, ex Cilicum lingua: nam dies dari reis conſueuit, vt notat Hieronymus epiſt. ad Algaſiam. Et infra: *Nemo vos ſuperat, id eſt, Nemo aduerſum vos brauium accipiat, hoc enim Græcè dicitur* καταβραβευέτω, *quando quis in certamine poſitus, iniquitate agonothetæ, vel inſidijs magiſtrorum*, βραβεῖον, *& palmam ſibi debitam perdit: multaq; ſunt verba quibus* ...

Magiſtratuū genera Babyloniorum.
Satrapæ.
Signei.
Iudices.
Adargazæi.
B. Hieron.
Gedrebazi.
Detrabazi.
Tiphthazi.
Hæc regula quam præſtet vtilitatem.
B. Hier. to. 6.
Matth. 17. & alibi.
Ioan. 19.
Suprà 2. & ſæpè aliàs.
Matth. 10. & alibi.
Marc 6.
Matth. 22.
Act. 16.
1. Corint. 10.
B. Hier. epiſt. 151. q. 10. propè init. tom 6.
Iudicari ab humano die quid ſit apud Paulum.
1. Cor 5.
Idem ibidem.

xta morem vſus, & prouinciæ ſuæ familiariùs Apoſtolus vtitur. Hæc ille. Addit Rabbi Dauid Kimhi in Pſalmum 2. *Cùm Scriptura loquitur de rebus Philiſthinorum, vocabulis illius gentis vtitur: vt loco Malche. 1. Regum ponit Chara.* Et Helias Leuites in præfatione libri Compoſitionis, ait: *Scias quod dictiones habentes quinque vel ſex literas, non ſunt ex lingua Sancta, ſed vel ex lingua Perſica, vel Ægyptia. Nam nō inuenies eam niſi in narratione geſtorum, quæ acciderunt in regionibus illis, vt in Exodo Cefardeah. id eſt, rana.*

Rabbi Dauid Kimhi.
Helias Leuites.
Exod. 8.

Canon XLVIII.

Familiare eſt ſacris literis, vbi nos Deus aduerſis, & triſtibus perterrefecerit, iocunda & proſpera ad erigēdam ſpem noſtram ſubijcere. Atq; ita ſcriptum eſt: *Ad veſperum demorabitur fletus. & ad matutinū lætitia.* Lex quoque perterrefaciens præceſsit Euangelium lætificans; & timor, atque ideò pœnitentia iuſtificationem, ſecundùm illud Eccleſiaſtici: *Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.* Probat hanc eandem Regulam Hieronymus In Amos c. 5. *Mos (ait) eſt Scripturarum ſemper aduerſis læta ſubiungere; & poſtquam triſtia Deus fuerit comminatus, ad pœnitentiam eos quos terruit, prouocat, iuxta illud quod in Iſaia legimus: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, ſemen peſsimum filij iniqui. Cumq; dixiſſet, Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igne conſumptæ, regiones veſtras corā vobis alieni comedent: loquitur ad eos, meliora promittens: Lauamini, mundi eſtote: auferte malitias veſtras ab animis veſtris, &c. Ita & in hoc Propheta quibus dixerat: Domus Iſraël cecidit, non adijciet vt reſurgat: virgo Iſraël erraui in terra, non eſt qui ſuſcitet eam: nunc loquitur ad eos, & dicit, Domus Iſraël, id eſt decem tribus, quærite me, & viuetis: quoniam in eo quod me non quæritis, eſtis mortui. Cumq; quæſieritis, inuenietis: & cùm inueneritis, viuetis. Et nolite quærere Bethel, in qua erat vitulus aureus; & Galgalam, locum idololatriæ.* Ita Origenes ait in Hieremiam: *Obſeruauimus ſemper in Scripturis ſanctis, primùm ea quæ videntur triſtia nominari; deinde ea quæ hilariora ſunt, ſecundò dici. Ego occidam, & ego viuificabo Non dixit primò, ego viuificabo, & poſteà occidam.* Hæc illi Patres. Cùm etiam Dominus apud Matthæū prædiceret; *Filius hominis tradendus eſt in manus hominum; & occident eum;* poſteà ſubiungit; *Et tertia die reſurget.* Etſi enim, quantum ad impios, & incredulos ſpectat, præcedant in illis læta & proſpera, & omnia terminentur in acerbam & luctuoſam tragœdiam: tamen quantum ad pios, & fideles attinet, *Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent;* &, *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

Mos ſcripturarū eſt, aduerſis læta ſubiungere.
Eccli. 1.
B. Hieron. in Amos lib. 2. circa med. tom. 6.
Iſai. 1.
Non quærere Dominū, mori eſt.
Orig. hom. 1. in Hierem. in fine, tom. 1. à medio.
Deut 32.
Matth. 17.
Pſalm. 125.
Act. 14.

Canon

Canon XLIX.

…uræ …la …ūis ſub- …ceſo- …le…t.

Mos in ſacris literis obſeruatus eſt, vt ob- …uris manifeſta ſubnectantur; & quod pr…us ſub ænigmatibus dixerant, aperta vo…e proferant, vt ita ad ſpem intelligentiæ concipiendā perueniant. Hæc Regula traditur à pleriſque Eccleſiæ Doctoribus, ſed præcipuè à B. Hieronymo: cuius verba in Regula aſsignanda produximus. Et Auguſtinus lib. de Ciuit. Dei ſic habet: *Locutiones tropicæ propriè prophetico more miſcentur; vt ad intellectum ſpiritalem intentio ſobria, cum quodam vtili, ac ſalubri labore perueniat.* Et lib. de Vnitat. Eccleſ. *Sed quoniam multa in alios vel ob aliud dicta in quos volunt, & ad quos volunt, maledici plerunq; conuertunt, &c. hoc etiam prædico, atq; propono, vt quæq; aperta, & manifeſta deligamus. Quæ ſi in ſanctis Scripturis non inuenirentur, nullo modo eſſet vnde aperirentur clauſa, & illuſtrarentur obſcura.* Et paulò infra multa in hunc ſenſum adducit: inferiùs quoque aliquid profert ex Scriptura, quod non egeat interprete. Idem contra Fauſtum: *Quis tam quærat,* inquit, *expoſitorem, dum legit: Velut ouis ad victimam ductus eſt; & omnia quæ illic multipliciter, & euidenter dicuntur: Quia liuore eius ſanati ſumus; & peccata noſtra ipſe portauit? Quis nō quaſi Euangelium cantari arbitretur: Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia oſſa mea?* Hactenus ille. Sunt ergo in Scriptura ſacra quædā aperta, quæ obſcura illuminant. Eadem docet Hilarius tùm in Pſalm. 126. tùm in Pſalm. 146. Adde quòd Iſaias, cum cap. 5. obſcurè, & per metaphoram longam texuiſſet parabolam de vinea, quæ facta eſt dilecto in cornu filio olei, ſubiungit: *Vinea Domini exercituum, domus Iſraël eſt; & vir Iuda, germen eius delectabile.* Rurſus cùm cap. 11. dixiſſet Propheta: *Habitabit lupus cum agno; & pardus cum hædo accubabit; vitulus, & leo & ouis ſimul morabuntur:* hæc verba reſerans ait: *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis;* innuere volens, Euangelium in ſumma pace & tranquillitate prędicandum, & homines, depoſitis morib' belluinis, ad Euangelium conuertendos. Denique vt in mundi creatione veſpera præceſsit manè, & in vniuerſo mundo tenebroſa lex Moyſi, illuſtre, & perſpicuum præceſsit Euangelium: & vt fideles ambulant per ſpeculum in ænigmate, …peruenient ad viſionem beatam facie ad …em: ita in ſacris literis, quibus ad benè viuendum inſtruimur, obſcura præcedunt ea, quæ ſunt manifeſta. Ex quibus perſpicuum redditur, quòd etſi obſcuritas vitium ſit in oratione apud Oratores: in Scripturis tamen, & Philoſophis laudabilis eſt; vt ita negligentibus, myſteria ſacra, vel philoſophica deliteſcant. Atque ita Plato numeris, Pythagoras ſymbolis, Ariſtoteles ſtyli ariditate, & pluſquam Cymmerijs tenebris Philoſophiam obſcuram reddiderunt. Prophetæ verò, vt ita Reges, aut populum aduerſum ſe non concitarent, aut libros exurerent, aut margaritas proijcerent ante porcos, aut vt humana ſtudia excitarent, non niſi rerum inuolucris, ænigmatibus, atque parabolis res Euangelicas tradiderunt: ſubijcientes tamen illuſtriora, & faciliora, per quæ ad obſcuriorum intelligentiam peruenire poſſent.

B. Hier. in c. 41.19 tom.5 ad initium.
Aug. lib. 20 de Ciuit. Dei. c. 21. ante medium tom.5.
Idem libr. de Vnitat. Eccl. c.5. initio, to. 7. ante dimid.
Idem cap. 8.
Idem cap. 16.
Idem lib. 12. cont. Fauſtū c. 43. paulò ante med. tom. 6.
Iſai. 53. & Act. 8.
1. Pet. 2.
Pſalm. 22.
B. Hilar.
Geneſ. 1. & ſeq.
1. Cor. 13.
Obſcuritas in Scriptura laudabilis.
Matth. 7.

Caput L.

Vbi prioribus canonibus ad verum literæ ſenſum eruendū peruenire non poſſumus, tunc ad veterem Eccleſiam recurrendum eſt, atque ad certas quaſdam notas eius, quæ plurimum momenti, & ponderis habent in interpretanda Scriptura, cōfugiendum. Et primò quidem conſulendæ ſunt Traditiones Eccleſiaſticæ, ac certi, & indubitati Apoſtolorum Canones, qui lumen aliquod porrigant loco, de quo eſt cōtrouerſia, explicando Deinde conſulenda œcumenica, & Generalia Concilia, in quibus plerunque Canones conditi ſunt ad certos Scripturæ locos explanandos. Ecce enim in Concilio Sardicenſi locus ille: *Quia Pater maior me eſt,* explicatus eſt de Chriſto quatenus eſt homo. In Mileuitano illa Apoſtoli verba: *Omnes peccauerunt,* ad peccatum Originale ſpectare definita ſunt. In Concilio II. Nicæno illud veteris Legis præceptum: *Nō facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem, &c.* haud cogere, ne imagines Dei, aut Angelorum, Sanctorumúe faciamus, decernitur. In nouiſsima Tridentina Synodo plures Scripturarum loci ſunt illuſtrati, atque explicati: vt ille apud Paulum, cùm ait, *Iuſtificari hominem per fidem, & gratis, & ſine operibus: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem:* & ille: *Quorum remiſeritis peccata:* & illi loci: *Hoc eſt corpus meum,* &, *Hoc facite in meam commemorationem.* Ille item ex Iacobo Apoſtolo: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.* Et alter ex Malachia cap. 1. *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Itaque in diuerſis Concilijs varia Scripturarum teſtimonia ſunt elucidata, à quorum ſenſu non licet viro Catholico reſilire. Tertio loco, cōſulendæ ſunt ſanctiones Romanorum Pontificum, & Decretales Epiſtolæ, quas magna veneratione ſuſcipiendas, tradit Gelaſius Papa in Concilio. 70. virorum. Si quid ergo tales Eccleſiæ

Ad veterem Eccleſiā pro literæ ſenſu aſſequendo poſtremo recurrendum.
OEcumenica concilia conſulenda.
Concil. Sardicen.
Ioan. 14.
Concil. Mileuit.
Rom. 3. &
Infra 5.
Concil. 2. Nicænum.
Exod. 20.
Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 8.
Rom. 3.
Ibidem.
Ibidem.
Ioan. 6. ſeſſ. 21. cap. 1.
Infra 20.
Matth. 26.
ſeſſ. 13. cap. 1.
Luc. 22. &
1. Cor. 11.
ſeſſ 22. can. 2
Iac. 5. ſeſſ. 14.
Can. 11. & 12.
ſeſſ. 22. c. 1.
Decreta Pōtificum cognoſcenda.
Gelaſ. PP. Diſt. 15. c. 5.

vniuer

Matth. 16. Ioan 21. Luc. 22.

vniuerſalis paſtores circa Scripturæ explanationẽ deciderunt, quia illis traditæ ſunt claues regni cœlorũ, & poteſtas oues Chriſti paſcendi, & cõfirmandi fratres, venerabiliter ſuſcipiendum eſt: præſertim ſi orta aliqua controuerſia, definitiuam proferant ſententiam; & pro vero ſenſu Scripturæ agnoſcendũ tradant, quod illi Scripturis porrigunt.

Patres & orthodoxi Doctores cõſulendi. *Epheſ. 4.*

Quarto loco conſulendi ſunt Patres, ac orthodoxi Doctores, quos Paulus tradit Eccleſiæ eſſe datos à Chriſto, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum. Nam cum illi in vno aliquo dogmate, aut loco Scripturæ intelligẽdo, tanquam in Fidei articulo conueniunt, ab eorum ſententia, ſine hæreſeos nota, nemo poteſt declinare: quia fidem efficit eorum omnium, vel penè omnium conſenſus.

Eorũ in vno aliquo dogmate cõmuni conſenſio quãti ſit ponderis.

Quãdo verò duo, aut tres, aut quinque ex Doctoribus in vnam aliquam ſententiam inclinant, & alij in aliam, nõ protinus, more quorundam leguleiorum, numero rem euincendam putamus, ſed ponderandas ſententias potius, quàm numerandas dicimus, quia res ex vtraque parte ſit probabilis.

Paucioꝛum meliores ſemper ſententiæ præponendæ.

Vbi verò in quibuſdam dogmatibus, vel locis Scripturæ explicandis ſingulares exiſtunt Doctores; ſi Eccleſiæ iudicio controuerſia ſit terminata, vel aliorum ſolidis rationibus, aut traditionibus impugnata; deſerendi ſunt, & ſalua honorificentia, quæ illis propter multa alia doctè, & Catholicè ab eis tractata, & quibus vel Scripturas illuſtrarunt, vel Eccleſiæ ornamento, & vtilitati fuerunt; aut in bonã partem (ſi commodè fieri queat) ſunt interpretandi, aut excuſandi. Nam propter vnum, aut alterum fulgens in firmamento cœli Sydus, id eſt Doctorem ſingularem, non ſunt cætera omnium ſtellarum lumina aut neganda, aut de medio tollenda.

B. Hier. Epiſt. 152. tom. 3. circa med. Quo loco Hieron. habuerit Patrum veterũ ſcripta.

Proinde laudandum eſt, & magnopere commendandũ Hieronymi ſtudium, qui in Epiſtola ad Minerium, & Alexandrum, vbi teſtatus eſt ſe ſolitum veterum Patrum commentarios, & ſcripta perlegere, in fine ſubdit: *Meum propoſitum eſt, antiquos legere, probare ſingula, retinere quæ bona ſunt, & à fide Eccleſiæ Catholicæ nõ recedere.* Hæc ille. Hanc ſententiam de Patrum veterum conſenſu tradunt antiqui Doctores.

Clem. Alex. lib. 7. Strom. à med.

Siquidem Clemens Alexandrinus lib. Stromatum, ſanctorum conſenſum vt ſequamur, hortatur: *Si quis verò*, inquit, *nouum aliquid cuderet, quod diſſentiat à Patribus, tanquã adulteratam monetam reijciamus.*

Tripart. lib. 4. cap. 43.

Conſilium Siſinij Diaconi libenter accepit Theodoſius Imperator, vt in controuerſia de fide Trinitatis cum Hæreticis, producerentur ſententiæ tantũ eorũ Patrum, qui in veteri, ſiue priori Eccleſia floruerunt. Ac in tertia œcumenica Synodo, quæ Epheſi celebrata eſt contra Neſtorium, paucorum quorundam Patrum teſtimonijs, qui in proxima Eccleſia illuſtres extiterant, cauſa euicta fuit. Atque hanc rationem omnes hæreſes iugulandi ſectata ſunt cætera omnia Concilia Catholica.

Baſilius & Nazianzen. vt Scripturas didicerint.

Baſilius, & Gregorius Nazianzenus, Scripturas nonniſi antiquiorum ſuorum Patrum laboribus, & commentarijs adiuti didicerunt.

Antiquorũ Patrum traditionẽ quanti fecerit Magnus Athanaſios.

Athanaſius ſemper habebat in in ore, Veterum Patrum conſenſum, non pro iudicio aliquo, ſed pro Diuino reſponſo eſſe habendum.

Cyrill. Alex. tom. vlt.

Cyrillus lib. de Incarnat. contra Neſtorium, ſcriptum reliquit, Hæreticos docere, nullum videri detrimentum, ſi omnes mundi totius Sanctos, falſos, mendaceſque dicerent.

Synod. 2. Nicæna Act. 6. tom. 1. Concil. tom. 2. circa med.

Epiphanius vir illuſtris, & doctus, in Synodo II. Nicæna hęreticos accuſat, quòd nec Euangelicæ, nec Apoſtolicæ doctrinæ verbis, nec ex ſanctorũ Patrum ſentẽtijs, neque probabilibus vllis argumentis noſtra ſubuerterent, ſed proprio ore loquentes contra ſanctos Patres in aciem ſe conſtituerent.

Hæreticorũ ſuperba conditio.

Et quia Eccleſia in Concilijs vniuerſalibus repræſentatur, & in ſanctis ac Doctoribus, qui in Eccleſia Dei floruerunt: ideò qui contra Sanctorum ſenſum tenet, toti Eccleſiæ repugnare videtur.

Aug. lib. 4. de Trinit. c. 6. in fine, tom. 3. ante med.

Hinc Auguſtinus eleganter ait: *Contra rationem nemo ſobrius: contra Scripturas nemo Chriſtianus: contra Eccleſiam nemo pacificus ſenſerit.* Sic ille. Si igitur vnus, aut alter in aliquo literæ textu explicando ſingularis extitat; non eſt propterea à communi, & recepto Eccleſiæ ſenſu diſcedendum.

Idem Epiſt. 111. tom. 2. Auguſtini modeſtia.

Hinc Auguſtinus ad Fortunianum: *Neq; enim*, inquit, *quorumlibet diſputationes, quamuis Catholicorum, & laudatorũ hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat, ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare, atq; reſpuere, ſi fortè inuenerimus quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis.*

Idem lib. 2. contra Creſcon. Gram c. 31. tom. 7. inter med. & princ.

Et in Creſconium Grammaticum: *Nos*, ait, *nullam Cypriano facimus iniuriam, cum eius quaſlibet literas à canonica diuinarũ Scripturarum auctoritate diſtinguimus. Neq; enim ſine cauſa tam ſaluber vigilantia canon Eccleſiaſticus conſtitutus eſt, ad quem certi Prophetarum, & Apoſtolum libri pertineant, quos omnino iudicare non audeamus, & ſecundùm quos de certis literis vel fidelium, vel infidelium liberè iudicemus.*

Idem ibidem.

Et infra de eodem Cypriano loquens: *Nunc verò*, inquit, *quoniam canonicum non eſt quod recitas, ea libertate, ad quam nos vocauit*

Dominus,

Cyprianum quanti fecerit Auguſtin.

Dominus, eius viri, cuius laudem conſequi non valeo, cuius multis literis mea ſcripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter ſapuit, non accipio: quia hoc Eccleſia non accipit, pro qua B. Cyprianus ſanguinem fudit. Sic Auguſtinus doctè, & eleganter.

Praxis Eccleſiæ & conſuetudo in conſultationem adhibenda.

1. Cor. 11.

Quintò, praxis Eccleſiæ, & conſuetudo in conſultationem adhibenda eſt. Nam illa ſolet eſſe optima legum interpres, & ea pugnat Apoſtolus aduerſus contentioſos: *Si quis videtur contentioſus eſſe; nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Et Auguſtinus ad Paulinum: *Multa in Scripturis Sacris interpretando dici poſſunt, quæ improbanda non ſunt: ſed eligo in his verbis hoc eligere, quod omnes, vel penè omnis frequentat Eccleſia.*

Idem Aug. epiſt. 59. in ſolut. q. 5. circa med. tom. 2.

Vides quanti Auguſtinus facit Eccleſiæ ſenſum? Audi quoque Bernardum ad Canonicos Lugdunenſes: *Nulla Eccleſia ratione placebit cõtra Eccleſiæ ritum præſumpta nouitas mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia leuitatis.* Hæc ille. Ad hanc Eccleſiæ praxim referenda eſt vita ſanctorum, qui cùm legem Chriſti factis exprimerent, in eis, vt in quibuſdam Spiritus ſancti commentarijs accipimus, quomodo illi Scripturas intelligerent. In quem ſenſum dixit Apoſtolus: *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris: quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati quod epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Hinc Hieronymus: *Vita ſanctorum, interpretatio eſt Scripturarum.* Et Auguſtinus: *Diuina*, ait, *Scriptura non ſolùm præcepta Dei continet, ſed etiam vitam moreſq́; iuſtorum; vt ſi fortè occultum eſt quemadmodum accipiendum ſit quod præcipitur, in factis iuſtorum intelligatur.* Sic ille. Qui rurſus alio loco rectè docet: *Attendite in facta ſanctorum, ne fortè noſtra videatur interpretatio. Quomodo hæc verba intellexerunt ſancti, ſic vtiq; intelligenda ſunt.* Hactenus Auguſtinus egregiè. Gregorius quoque homil. 10. ſuper Ezech. *In ſanctorum vita cognoſcimus quid in Scriptura intelligere debeamus.* Proinde Salomon in Prouerbijs docet: *Multi cibi in noualibus Patrum.* Quòd perinde eſt, ac ſi iuxta ſpiritũ dixiſſet, multos ſpiritualis alimoniæ cibos in dictis & exemplis ſanctorũ Patrum inueniri. *Illi enim laborauerunt, & nos in labores eorum introiuimus*: quibus proinde non minus cedere debemus, quàm veteranis tyrones, aut gigantibus Pygmæi. Denique Ariſtoteles ſtudioſum virum vult eſſe regulam humanorum affectuum; & Principem, legem eſſe viuam, & animatam.

B. Bern. epiſt. 154. in fin.

2. Cor. 3.

B. Hieron. Vita ſanctorũ, interpretatio eſt ſcripturarum, ait Hieron.

Aug. lib. vn. de mendacio ad Conſentiũ, c. 15. tom. 4. initio.

Idem ſer. 16. de verb. dom. inter med. & fin. tom. 10. ſub initio.

Greg. tom. 2.

Prouerb. 13.

Quid ſignificet illud Salomonis: Multi cibi in noualibus Patrum.

Iohan. 4.

Ariſt. lib. 1. Ethic. & lib. 5.

PROLEGOMENON X.

In quo traditur ſecunda quinquagena Canonum ad accipiendum ſenſum literalem Scripturarum.

His adiungendi ſunt nonnulli alij Canones, qui propoſito ſcopo deſeruire poſsint, inter quos ſit

Mundum à Deo conditũ Scriptura nobis diuina cur tradat.

Canon I.

Inter multas ſalutares veritates, quas nobis diuinorum librorum Canon ſuppeditat, primã & in prima Scripturæ ſententia, & in primo Symboli Apoſtolici articulo nobis expreſſam eſſe Deus voluit de vniuerſi orbis, & ſingularũ eius partium creatione. Volebat nimirùm Spiritus ſãctus homines agnoſcere, mundum ab æterno, vt Ariſtoteles docuit, nõ fuiſſe, neq; poſſe cum Deo de æternitate certare: neque rurſus caſu aliquo ex atomis coaluiſſe, vt quidam delirantes Philoſophi tradiderunt: ita enim à ſeipſo fuiſſet; cùm tamen ratio euidenter demõſtret, nihil ſui ipſius cauſam eſſe poſſe: denique à nullo alio, quàm ab omnipotenti, qui viuus, & verus eſt Deus, per verbum ſuũ in Spiritu ſancto ſubſtitiſſe; perque eius potentiam ſeruari, per eius verò ſapientiam, & bonitatem optimè gubernari, & ad finẽ ſuum ſuauiter perduci. Quæ verò cauſa Deum ad eius conditionẽ impulerit, nulla ſanè cogitari poteſt ex parte creaturarum; quarum preces, aut merita vlla præcedere nõ potuerunt. Sola bonitas Deo inſita, quæ ſumma & infinita in eo exiſtit, & cuius proprium eſt munus, in alios quantum poteſt, ſiue natura, ſiue arte ſe effundere & communicare, eum ad creandum impellere valuit: vt Plato in Timæo dixit, & Damaſcenus, qui diuinam bonitatem ollæ iuxta ignem ebullienti, & aliquid extra ſe deſpumanti comparauit. Quam Platonis ſententiam Gregor. Theologus explicans, dixit: *Neq; enim profuſionem quandam bonitatis dicere audebimus; tametſi quiſpiam eorũ, qui apud Ethnicos philoſophiæ laude excelluerũt, hoc vocabulo vti non dubitârit, in eo tractatu, quem de prima & ſecunda cauſſa habuit, diſertis verbis ita loquens: Velut patera quadam ſuperfluxit & exundauit. Verendum enim eſſet, ne coactam quandam generationem inueheremus, ac velut naturale quoddam incrementum, retentuq́; difficile, in diuinitatem minimè quadrans.* Hæc ille, explicans, prædictam ſimilitudinem nõ ita intelligendam, vt neceſsitatem aliquam Deo videatur inducere. Boëtius quoq; noſter eleganter dixit:

Quem non externæ pepulerunt fingere cauſſæ
Materiæ fluitantis opus; verum inſita ſumma
Forma boni, liuore carens.

Gen. 1. & ſeq.

Ariſt. lib. 1. de Mundo & 4. libi.

Democ. & alij.

Sapient. 8.

Cur Deus mundũ condiderit.

Quid proprium bonitatis diuinæ.

Plato.

B. Damaſ. lib. 2. de Orthod. fide, ca 2.

Quod Plato ex profuſione quadã diuinæ bonitatis mundum conditum dixit, quomodo accipiendum ſit iuxta Nazianzen.

Gregor. lib. 3. Theolog. in princ.

Boet. lib. 3. de conſol. Philoſ. Metro 60. in princ.

Quis finis vniuerſi, atq; omnium partium eius. *Prouerb. 16. Pſalm. 15.*

Quis verò fuerit tantæ machinæ, & tot creaturarum finis, venari nõ eſt difficile. Vniuerſa ſiquidẽ propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, quo nobis ſuæ immenſæ potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis opes, & prouidentię ſuæ, & glorię theſauros oſtenderet, & quàm minimè egeat bonorũ noſtrorum; cùm omnia ipſo indigeant, & ad illum ſpectent, vt det illis eſcam in tempore oportuno, niſi velint in puluerem, ex quo condita ſunt, reuerti.

Pſalm. 103. Ibidem.

Modus, & ordo creandi qualis. *Sapient. 2.*

Modus verò, & ordo creandi talis fuit. Nam vt figulus luti materiam prius præparat, & aptam ad id, quod fingere cogitauit, reddit; deinde verò pro ſuo arbitrio vaſa maiora, vel minora efficit: ita Deus ſimul Angelos, ſiue intelligentias, & materiam informem, ſiue inuiſam, ex qua creaturæ corporeæ prodirent, ex nihilo effecit. Quod ignorauit Plato, ponens ab æterno materiam increatam: quod falſum eſt. Hęc autem nomine terræ inanis, & vacuę, & ſuper quam tenebræ erãt, exprimitur: ex qua per ſex inſequentes dies vniuerſa creaturarum genera, *Quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis.* Condebat autem Deus ſine vllo labore, aut tædio, aut motu ſui ipſius, qui immobilis eſt; imò cum ſumma animi voluptate, & delectatione, vt operari ſolent perfecti artifices, qui non ignorant ex operibus ſuis homines in ſui admirationem rapiendos, & in laudationem ſuam eorum linguas conuertendas. Hinc in Prouerbiorum libro dicebat Sapientia: *Cùm eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Vbi ludum vocat Diuinæ ſapientiæ delectationem, & voluptatem, quam per ſex dierum ſpatia creando ſpirituales, & corporeas, & ex vtroque mixtas creaturas captabat. Et ſubdit de homine, quem vltimo loco condidit, vt regem omnium creaturarum, & ex quo condito cenſum gloriæ ſuæ, & gratiarum actionis perpetuum expectabat: *Et deliciæ meæ, eſſe cum filijs hominum.* Nam hominem, iocum, & ludum deorum Plato vocauit, alludens fortaſsis ad id, quod aliquando iuxta Prophetam futurum erat: *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virum.* Auguſtinus quoque Platonem dixiſſe refert, Deum mundi vniuerſitate perfecta, gaudio elatum exultaſſe. Vbi & ipſe non vſque adeò deſipiebat, vt putaret Deum ſui operis nouitate factum eſſe beatiorem; ſed ſic oſtendere voluit artifici ſuo placuiſſe iam factum quod placuit arte faciendum.

Plato in Timæo. Materiam primam, æternã ſomniauit Plato. *Gen. 1. Pſalm. 134.* Propriũ magnorum artificum quid. *Prouerb. 8.* Ludus Dei in orbe terrarũ quid ſignificet. *Gen. 1. & 2.* Homo cur conditus. *Plato lib. 7. de legib. ante demid. Hierem. 31.* Homo iocus eſt, ludusque deorũ, teſte Platone. *Auguſt. lib. 9. de ciuit. Dei, cap. 21. tom. 5. Plato in Timæo.*

CANON II.

Deum mũdi vniuerſitate perfecta gaudio elatũ exultaſſe, vt dixerit Plato, ſecũdùm Auguſtinum. De Angelis. Angeli quando creati. I. Opinio.

Circa Angelorum creationem, quando videlicet, & quo die conditi ſunt, cùm multa à diuerſis dicantur, ante omnia iſta tuendũ eſt, illos aut ante omnem diem, aut in aliquo ſex dierum, aut poſt illos eoſdem effectos fuiſſe. Cùm igitur in illis ſex dieb⁹ nulla creationis Angelorum fiat mentio ad literam (niſi quis velit quod dicitur de luce prima die condita, ad illos referre: quod nõ niſi violentè, & myſticè magis quã propriè intelligere quiſquam queat, cũ lux illa planè fuerit corporea, quę mane & veſpere, & noctem, & diem fecerit, & tenebras à luce diuiſerit: ita vt ante ſex dies nulla Angelorum creatio inueniatur) minus etiã poſt illos elapſos inueniri poteſt: quia Angeli introducuntur poſiti à Deo ad cuſtodiã ligni paradiſi, & ſerpens, hoc eſt cacodæmon, ad tentandum hominẽ acceſſiſſe & ab eo inobedientiæ peccatũ extorſiſſe legatur. Ergo iam Angelorum conditio præceſſerat. Ex quibus neceſſariò colligitur eos ante omnẽ diem creatos fuiſſe. Primò, quia Angeli puri ſunt ſpiritus, & Deo proximi, & eorum natura, & motus non tẽpore, quod à prima die cœpit, ſed æuo, quo æuiterna menſuramus, & quod prǫceſſit omnẽ diem, de quo: *In principio creauit Deus cœlũ & terram.* Deinde, quia opus Dei primum ſunt Angeli, de quo Daniel. 3. *Benedicite omnia opera Domini Domino*, & mox ſubiungit: *Benedicite Angeli Domini Domino.* Et Pſal. 142. dicebat Dauid: *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis*, & ſubdit: *Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius*, vbi primũ locum inter creaturas dedit Angelis, vt ipſe in eodem Pſalmo infra declarauit, dicens: *Quoniam ipſe dixit & facta ſunt, &c.* Si ergo principem locum inter creaturas Angeli habent, oportet illos conditos fuiſſe ante omnem diem. Idem euincit ſententia libri Iob: *Vbi eras*, inquit, *quando ponebam fundamenta terræ?* Et ſubdit: *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarẽt omnes filij Dei?* Vbi Chaldæus habet: *Et exultarent omnes acies Angelorum?* Vocantur Angeli aſtra matutina; quorum reſpectu homines erunt aſtra veſpertina. Et de vno ex illis dixit Iſaias in typo regis Babylonis: *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris?*

II. opinio. *Gen. 3. Ibidem.* III. opinio quę probatur. *Supra 1. Iob 38.* Angeli cur aſtra matutina. *Iſai. 14.*

Dicuntur & Angeli filij Dei, quia ſic vocantur in libr. Iob, cap. 1. & 2. & apud Dauidem: *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? ſimilis erit Deo in filijs Dei?* id eſt, inter Angelos? Septuaginta verò verterunt verba Iobis: *Quando creabam aſtra, laudabant me Angeli*: Ergo Angeli ante aſtra cõdita quarta die, iam erant, vt ponderat Epiphanius in Hæreſin 63. Paulus quoque ad Titum 1.

Angeli filij Dei. *Pſalm. 88.*

Locus Apoſtoli: Vitam æternam promiſit qui nō mentitur, Deus, ante tē pora ſecularia, quid ſignificet.

ſcripſit de vita æterna: *Quam promiſit qui non mentitur Deus, ante tempora ſecularia.* Græca habent: πρὸ χρόνων αἰωνίων. Ante tempora ergo ſecularia aliqui erāt iſtius promiſsionis capaces: quia Deus nihil ſibi promittit, & nullibi probatur, inter promittentem, & eum, cui fit promiſsio, non debere eſſe realem diſtinctionem. Ante autem tempora mundi huius erant Angeli dictæ promiſsionis capaces, vt eo loco explicat Hieronymus, dicens: *Sex millia necdum noſtri orbis implentur anni; & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas ſeculorum origines fuiſſe arbitrandum eſt, in quibus Angeli, Throni, Dominationes, cæteræq; virtutes ſeruierint Deo. & abſque temporum vicibus atque menſuris Deo iubente ſubſtiterint. Ante hæc itaque tempora, quæ nec ſermo eloqui, nec mens comprehendere, nec cogitatio tacita audet attingere, promiſit Deus Pater ſapientia ſua verbum ſuum, & ipſam ſapientiam ſuam, & vitā eorum qui credituri erant, mundo eſſe venturam.*

Hier. tom. 9.

Hæc ille: quam ſententiam, & Græci ferè omnes Patres, & Latini non pauci renuerunt: certior nihilominus habetur, quam Theodoretus tuetur quęſt. 3. ſuper Geneſim, Gonnadius & Achatius, & ipſi Græci, tum etiam Auguſtinus lib. 11. deciuit. cap. 16. & lib. 12. Confeſsionum, & eius ſectatores, Angelos cum mundo corporeo fuiſſe creatos. Siquidē mox, vt creati ſunt in gratia, eam amiſerunt, cœlo iā creato, in quo dimicatum eſt à Michaële, vt dicitur Apocal. 12.

Angelorum creationis in Geneſi cur fiat mentio nulla.

Porrò Angelorum, qui in bono perſtiterunt, & proinde in gloria confirmati sūt, creationem, ſicut & malorum reprobationem, & caſum, ſiue peccatum, propter quod de cœlo deturbati ſunt, Scriptura ſacra in Geneſi non enarrat: etſi cap. 12. Apocal. & in alijs locis aliquid explicari videatur: quòd videlicet eo tempore mundus tanti myſterij intelligendi capax non eſſet: ideò ſuo tempore explicandum Deus reſeruauit.

Eadem ſacra Geneſ. caſus primorū parentum cur meminerit. Rom. 3. & 5. Angelorum caſum malorum cur tacuerit.

Peccatum autem primorum parentū ob id nobis ante oculos proponitur; vt agnoſcamus, nos omnes peccaſſe in Adā; & ſimul Chriſti gratiam, qua illud remiſſum fuit, non ignoremus, & gratias de tanto beneficio agamus. At illud cacodæmonum peccatum, qoia inemendabile fuit, ac proinde incurabile, atque inexpiabile, ſilētio in Scriptura ſuppreſſum eſt, vt tradunt aliqui Patres.

Canon III.

Quid ſit Angelus, quodq; eius officium.

Angelus quod ad ſubſtantiam attinet, purus eſt ſpiritus, vniuerſæ materiæ, & corporis expers. Quod ad eius munus ſpectat, miniſter Dei eſt, per quem omnem adminiſtrat creaturam, etiam ipſos cœlos; & Angelus, hoc eſt Dei nuntius, ad præcinendas Dei laudes, & ad illi non tantùm in naturalibus, ſed & in negotio humanę ſalutis promouendo adminiſtrans. Hinc Theodoret. lib. Diuin. decret. cap. de Angelis: *Angelorum*, inquit, *miniſterium, eſt Dei laudatio, & hymnorum decantatio. De Seraphim enim dixit Iſaias, quod clamabant, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth, plenum cælum, & terra gloria eius. De Cherubim autem dixit diuinus Ezechiel, quod audiuit dicentes: Beata eſt gloria Domini ex loco eius. Non ſolùm autem hymnos decantant; ſed diuina etiam œconomia miniſtrant.* Hæc ille.

Hebr. 1. B. Theod. li. 5. Diuin. decret. cap. 7. circa med. part. 2. à medio. Iſai. 6. Ezech. 3.

Angeli in Scripturis quales inducantur tantūmodò

Vnde in Scripturis Angeli non niſi Deum laudātes, aut Domino in negotio ſalutis miniſtrantes introducuntur, iuxta illud Apoſtoli: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.*

Hebr. 1.

Angeli à Deo cur conditi. Antiqui Patres atq; Prophetæ periculi cuiuſq; liberationem Angelo Domini ferre ſolebāt acceptam.

Sunt autem principaliter Angeli propter Deum conditi, deinde propter ſeipſos, & gloriam ſuam, poſtremò etiam per accidens propter nos, & propter noſtrā ſalutem procurandam. Inde mos antiquorum Patrum, & Prophetarum extitit, vt quoties ex periculo magno euaderent, ſe Angelorum miniſterio ereptos confiterentur. Hinc Iacob dixit: *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis; & inuocetur ſuper eos nomen meum.*

Gen. 48.

Et fortiſsima Iuditha: *Viuit ipſe Dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem.*

Iudith. 13.

Et, *Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & liberauit eos.*

Dan. 3.

Et Daniel: *Deus meus*, inquit, *miſit Deus Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me.*

Infra 6. & 4

Et Petrus de carcere liberatus, dixit: *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.*

Act. 12.

Et Paulo aſtitit nocte Angelus Dei, dicens: *Ne timeas Paulę, Cæſari te oportet aſſiſtere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.*

Infra 27.

Angelorum humanæ ſalutis mira procuratio graphicè vbi depicta atque delineata.

Denique hanc peculiarē tutelam, & protectionem, quam Angeli de nobis gerūt, hiſtoria pulcherrima libri Tobiæ apertè indicat.

Canon IV.

Quid ſit materia prima, eiuſdem duratio qualis. Plato in Timæo. Hermogenes Philoſophus. Gen. 1.

Materia informis, ex qua omnia creaturarum genera, quæ corpore conſtant, ad eſſe à Deo vocata ſunt, nec eſt æterna, & increata, vt Plato putauit, & Hermogenes, & Hæretici eos ſecuti tradiderunt, ſed ex nihilo à Deo condita, & ipſis rebus formatis duratione antiquior: quia apertè habet Textus de terra in principio facta, quòd *erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi; & Spiritus Domini ferebatur ſuper*

Eadem quib. expreſſa nominibus.
Ibidem.

aquas. Vbi nomine infimi elementi, & illius quidem vacui, & inanis, ſiue vt Septuaginta legunt, inuiſibilis, & incompoſiti; & tenebroſæ abyſsi, & aquarum pulchrè deſcribitur vilitas materiæ primæ: & priuationibus illis rectè repræſentatur eius informitas; & per aquas quamuis figurã faciłe ſuſcipientes, eius natura, & propenſio ad quaſuis formas recipiendas. Ita enim per ea, quæ ſunt, ſed infimum gradum habentia, illud, quod eſt in potentia, per analogiã repræſentatur.

Diuinę virtutis argumentum atq. Sapientiæ.

Cæterùm ex illa inuiſa materia potuiſſe tantam corporum cęleſtium machinam, tanta luminaria, tot lucidiſsimas ſtellas, tot elementa, & ex tot elementis mixtas creaturas, plantas, & animalia à Deo produci, ille facilè perſuadebitur, qui cogitauerit, ex quantula, & quàm vili ſanguinis materia homo integer prodeat, tantam carnium, neruorum, oſsium, muſculorum, & membrorũ diſtinctionem habens: vt tanta oris dignitas, ſenſuum viuacitas, & corporis elegantia in eo ſpectari non ſine admiratione artificis naturæ queat.

Eandem materiã ante formas ſubſtiſſe, illiuſque aliquo modo anteriorem fuiſſe, vnde conſtet.

Porrò illud verbum, *erat*; &, *tenebræ erant*, &, *Spiritus ferebatur*, quæ ſunt præteriti imperfecti, & tempus ſignificant indeterminatum, oſtendit, informem materiam non tantùm ratione, ſed etiam duratione, & aliquo imaginarij temporis interuallo præceſsiſſe, & exiſtentiam ſuam habuiſſe. Nihil tale de cœlis agit, quia illi ſi Angeli ſunt, & materiæ expertes, puri erant ſpiritus, & formæ, ſiue intelligentiæ ſeparatæ, & in natura, & gratia, in qua conditę fuerunt, perfectæ: ita vt primo loco, & ante omnem diem habeamus, Deum duas res ſupremas, & inter ſe extremas condidiſſe, nimirùm cœlos, hoc eſt, Angelos cœli habitatores, qui puræ ſũt formæ omnis materiæ corporeæ expertes, & terram inanem & vacuam, ſiue, vt litera Hebręa habet cum duplici articulo terram terræ את־הארץ hoc eſt, materiam primam informem, & corpoream, & omnis formæ, ſiue ſpeciei expertem, & ex qua vt materia terra hęc quã calcamus, producta eſt. Vnde Auguſtinus libro Confeſsionum: *Duo quædam (feciſti Domine) vnum prope te, alterum prope nihil: vnum, quo ſuperior tu es, alterum, quo inferius nihil eſſet.* Hæc illè.

Aug. lib. 12. Confeſs. cap. 7. tom. 1.

Quod materia prima ſine vlla forma valeat Dei virtute conſiſtere.
Luc. 1.

Reuocare verò in dubium, an ſine forma exiſtere valeat materia illa prima, cùm hoc ipſum atteſtetur Scriptura, & hoc loco, & alibi, non eſt admodum rationi conſonum. Nam illud ipſa diuina potentia, cui nihil eſt impoſsibile, niſi naturæ rei, aut rationi cõtradicat, ſatis demonſtrat.

Accidentis natura quænam.

Ratio etiam ipſorum accidentium idem indicat. Nam accidentis eſſe, eſt ineſſe, vt tradit Philoſophus; id eſt, Accidentis exiſtentia eſt inexiſtentia; at Accidentia per ſe eſſe poſſe, oſtendit Euchariſtiæ Sacramentum, vbi quantitas ſine ſubſtantia exiſtit.

Ariſtot. lib. poſterio.
Quid proprium quantitatis.

Prius item à poſteriori non ſolet pendere, etiamſi poſterius à priori pendeat. At materia prior eſt, & ipſi formæ ſubijcitur: non ergo materia à forma dependet. Adhæc ijs quæ ſimul ſunt, & ſimul eſſe ſolent; vt ſunt materia, & forma, id accidit, vt forma ſine materia eſſe poſsit, vt anima à corpore ſeparata, quæ per ſe exiſtit. Erit ergo materia ſine forma, nec naturę formę repugnabit eſſe ſine materia, nec materiæ eſſe ſine forma. Atque ad hunc modum Themiſtius In librum 1. Phyſicor. admittit materiam actu eſſe, ſed non in actu, id eſt, non per actum ſpecificum. Scotus, & nonnulli alij ex Scholaſticis admittunt materiam informem cum quadam confuſa forma corporeitatis. Quare in his, & ſimilibus ratio non debet fidem trahere ad ſe, ſed potius fides rationem: & Scripturę ſeruire debet Philoſophia, non contra Scriptura philoſophiæ.

Themiſtius philoſophus.
Scotus.

Eadẽ veritas quibus Scripturarum locis confirmetur magis.
I. locus.

Quòd autem de ea alibi fiat ſermo, docet primò liber Sapientiæ: *Non enim impoſsibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa*: vbi Græca habent, ἐξ ἀμόρφου ὕλης, hoc eſt, ex informi materia, quæ terræ inanis, & vacuæ nomine expreſſa eſt. Et vocando illam inuiſam, alluſit ad Septuaginta, qui pro illis duabus vocibus, *inanis*, & *vacua*, reddiderunt, *inuiſibilis*, & *incompoſita*.

II. locus.
Hebr. 11.

Secundò, habemus Paulum, qui in epiſtola ad Hebręos ait: *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent.* Vbi præpoſitio *ex*, cauſam materialem, non idealem, vel exemplarem denotat: ex inuiſibili enim materia venuſta huius viſibilis mundi pulchritudo prodijt. Atque ita eleganter eum locum interpretatur Primaſius Auguſtini diſcipulus, & Petrus Lombardus, & Haymo in illum locum ſcribentes.

Primaſ. Aug. diſcipulus.
Petr. Lombar.
Tertius locus.
Ouid. l. 1. Metam. initio.
Virg. l. 6. Aeneid. circa fin.

Tertiò, dicitur etiam materia prima chaos, non tantùm à Poëtis, ſed etiam à Patribus, & Eccleſia, imò etiam ab ipſis Septuaginta interpretibus. Nam locum illum Eccleſiaſt. 3. *Et omnia* (ſcilicet corpora) *pergunt ad vnũ locum: de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur*, Septuaginta tranſtulerunt: τὰ πάντα ἐγένετο ἀπὸ τοῦ χοὸς, καὶ τὰ πάντα ἐπιστρέφει εἰς τὸν χοῦν. hoc eſt, omnia ex chaos cõdita ſunt, & in chaos reuertuntur. Hebræa verò habent Minhahaphar, id eſt, ex luto, ſiue limo humido, qualis fuit illa prima materia, de qua cuncta prodierunt.

Quartus locus.
2. Cor. 4.

Poſtremò Paulus: *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illumina-*

luminationem ſcientia claritatis Dei. Quo in loco, vt rectè dixit Auguſtinus, de tenebris iuſsit lucem ſplendeſcere, quando de tenebroſa abyſſo ſine materia condita ante omnem diem præcepit prima die lucem oriri, cùm dixit: *Fiat lux, & facta eſt lux*: ita ex tenebris noſtrorum peccatorum, & ex obſcuro, & humili noſtro ſtatu, in quo eramus, illuxit nobis Chriſtus ad lucem Euangelicam ſuſcipiendam: *Eramus enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Ex quibus omnibus colligimus, Deum materiæ Informis fundamenta ad mundi molitionem præparaſſe, ſicut & Angelos, vt illi in omnibus quibus poſſent, & ad quæ eorum facultas extenderetur, adminiſtrarent, & laudibus fabricæ mundi conditorem celebrarent.

Aug. li. 1. contra aduerſar. legis, & Prophetæ. cap. 11. tom. 6. inter med. & fin. — *Ephes. 5.* — Angeli in rerum molitione quatenus Deo miniſtrauerint.

Canon V.

Spiritus Domini, qui à principio conditi orbis, vt teſtis eſt Moyſes, ferebatur ſuper aquas, vel aquis incubabat, vt habet Hebręa litera, non erat vel ventus, vel aër, vt quidã dixerunt. Quomodo enim, cùm eſſet materia illa tota informis, quæ nomine aquarum ſignificatur, à vento, vel aëre cepiſſet rerum formationem; aut quid ibi operaturus erat ventus? & ventus non ſolet dici Spiritus Domini, ſed ſimpliciter ſpiritus, de quo Geneſ. 8. *Adduxit Deus ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ*; & Pſaltes: *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Factus eſt repentè de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis*; id eſt venti. Nec ſignificat Angelos, qui cœlos ſibi aſsignatos mouebant, vt interpretatur Caietanus. Quomodo enim mouerent Angeli cœlos, qui nondum formati erant, & quorum creatio prima, & ſecunda die perfecta eſt? & quomodo potuit motus eſſe ante omnẽ diem, qui creata luce cœpit, & fecit primum diẽ? Ad hæc cùm non aſſerãt in hac rerum creatione conditos eſſe Angelos, dediſſe videretur occaſionẽ Iudęis cogitandi illos fuiſſe increatos. Tertiò; nec nomine Spiritus ſignificatur quinta eſſentia, vt quidam recentiores meditati ſunt. Aiunt enim, ſpiritum, pertenue quoddam corpus eſſe de natura quintæ eſſentiæ; quem & rerum vocãt hypoſtaſim, eo quòd per illum rerum conſeruantur naturæ, & quaſi vinculo colligantur, retinenturque in materijs formæ naturales: de quo mira ab Alchimiſtis traduntur. Sed facilè refutatur hic ſenſus, quia hæc res prorſus ignota eſt, & Ariſtoteles præter materiam, & formam, ſpiritum iſtum ignorauit: nec digna erat nomine Spiritus Dei, quãto minus vt in principio Geneſis de ea fieret mentio? Denique hic ſpiritus per alias Scripturas probari nequit. Supereſt igitur, vt nomine Spiritus Dei intelligamus Spiritum ſanctum: tum quia id nomen peculiare ſit Spiritus ſancti in Scripturis: *Vidi*, inquit, *Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo*; & Dominus: *Si in ſpiritu Dei eijcio dæmonia.* Et Paulus: *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.*

Quis ille ſpiritus Domini qui conditi orbis initio ferebatur ſuper aquas. — *Gen. 1.* — Prima opinio de vento. — *Ibidem.* — Ventus nunquam in Scripturis dicitur Spiritus Dei, ſed ſpiritus abſolutè. — *Pſalm. 47.* — *Act. 2.* — Altera opin. de Angelis orbes mouẽtibus. — *Gen. 1.* — *Ibidem.* — Tertia opinio de quinta eſſentia. — Quarta opinio, vera & ſolida, de Spiritu ſancto. — Eius ratio I. — *Ioan. 1.* — *Matth. 3.* — *Infra 12.* — *Rom. 8.*

Deinde Scripturæ tradunt, quòd Dei Spiritus aſtiterit in creatione, ſecundùm illud: *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur: Verbo Domini cæli firmati ſunt; & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Tertiò, Eccleſia cum Patribus hunc ſenſum magis probat. Hinc in die Spiritus ſancti canit Eccleſia:

Tu ſuper aquas, fotur⁹ eas,
Numen tuum expandiſti Spiritus.

Et Baſilius hunc ſenſum præfert, vt veriorem, & à Patribus traditũ. Et Ambroſ. ait: *Nos cum ſanctorum & fidelium ſententia cõgruentes, ſpiritum ſanctum accipimus.* Porrò ferri ſuper aquas dicitur metaphoricè, quoniam materiam omninò imperfectam inſpiciebat, vt eam perficeret per formas, & ad eſſe perfectum in ſpeciebus ſuis vocaret. Et in idem redit lectio noſtra Hebręa, *incubabat*, vel *fouebat*: vbi pulchra metaphora deſcribitur Spiritus ſanctus inſtar gallinę incubare ouis, vt ex illis pullos, id eſt, omnia animantia vita prædita excluderet.

II. Ratio. — *Pſalm. 103.* — *Pſalm. 32.* — III. Ratio. — *B. Baſ. hom. 2 in hexamer. à medio.* — *D. Ambr. li. 1. hexam. ca. 8. ſub init.* — Cur ferri dicatur ſuper aquas ſpiritus Dei.

Canon VI.

Lux prima die condita, quia ſpiritualis nõ fuit, ſed corporea, ad tenebras abyſsi depellendas effecta; & quia eius motu factum eſt veſpere, & mane dies vnus; non intelligas aliquam nubeculam ſplendidam (vt quidam Catholici exponunt) quæ motu ſuo tempus efficeret, quæ mox deſtruenda eſſet, ſi illi ſol ſucceſſurus erat: nec enim lucis nomine intelligere ſolemus nubes lucidas, ſed ipſum Solem, ſiue ſolarem lucem; quæ eo nomine plerunq; in Scripturis venit. Et ſi autem lux propriè qualitatem corporis lucidi denotet: hoc tamen loco exponenda eſt lux more Scripturæ, quæ abſtractũ pro concreto ſæpe ſignificat. Vnde Chriſtus, & Apoſtoli lux mundi dicuntur, & Epheſijs dicitur: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate.* Et Philippenſibus ait: *Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes.* Atque ita dicere, *Fiat lux*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, fiat ſubſtantia, vel corpus Solis. Et quia Sol vt maxima mundi lucerna in candelabro cęli reponenda erat, cogimur accipere lucem cum orbe ſuo, ſiue ſphæra, quæ ipſam lucẽ motu ſuo per totum orbem circũducebat, ac faciebat diem & noctẽ. Dum enim nos petimus nobis lucẽ adferri, certè cãdelam,

Nomine lucis prima die conditę quid veniat intelligendum. — *Gen. 1.* — *Ibidem.* — Prim⁹ ſenſus. — Alter ſenſus. — Lux propriè quid. — Abſtractum pro concreto ponit Scriptura frequẽter. — *Ioan. 8. & 9.* — *Matth. 5.* — *Epheſ. 5.* — *Philip. 2.* — Sol cum orbe ſuo ſimul cõditus fuit.

ſiue lucernam in ſuo ſitam candelabro intelligimus.

Motus, ac tẽpus quando cœperint.

Cùm igitur primũ in ſuo orbe moueri cœperit, & diem ac noctem fecerit tunc principiũ motus fuit, & conſequenter principium temporis; quod nihil eſt aliud quàm menſura primi mobilis per prius, ac poſterius, vt tradit Philoſophus; mobile enim ſi moueatur, efficit motum.

Ariſtot. Quid ſit tempus ſecũdum philoſophũ.

Et ſicut punctus motus fluentis, lineam; ita inſtans temporis fluens, principium motus fecit. Fuitque prima dies conſtans ex veſpere & mane, id eſt, die ac nocte, & ex vigintiquatuor horis. Et quia repugnat, effectum eſſe ante ſuam cauſſam, & tempus definitũ eſt numerus motus in primo mobili, aſſerere oportet illo primo die mobile primũ conditum, vt ratio hæc euincit, & quia de illo nullibi in Scripturis fit mentio: & ſi qua fit, vel occulta, ponit ante fuiſſe creatum: quemadmodum ſecunda die dicitur factum firmamentum.

Mobile primũ cum orbibus planetarum ſimul Deus cõdidit. *Gen. 1.* Cœli nomine aquarum cur veniant. *Ibidem.* *Pſalm. 148.*

Cœli enim quia perſpicuitate, & claritate conſtant, ex aquis conditi dicũtur; & ita vocantur aquæ. Superiores quidem aquæ, id eſt, cœlum Chryſtallinũ, ſiue primum mobile; aquæ verò inferiores, omnes orbes Planetarum, qui ab octaua ſphęra vſque ad orbem Lunæ protenduntur.

Aquæ ſuperiores & inferiores cœlorũ quænam.

Neq; mireris, aquas dici cœlos: quoniam ex eis maximè conſtant, vt perſpicuitas, & diaphana eorum qualitas oſtendunt. Idem denique ratio euincit: quia ſi non exiſteret primum mobile rapiens Solis ſphærã, vel illa haberet duplicem motum cõtrarium, vnum ad Orientem, & alterum ad Occidẽtem: qui motus repugnant vni ſimplici corpori. Et mota ſphæra Solis ab Oriente in Occidentem fuiſſet dies ſolito maior, quia hic eſt proprius eius motus: vel poſito quocunque motu ab Ortu, vel ab Occaſu, cùm eſſet ſolus & vnicus, non cõſummaret 24. horas, ſed citius abſolueretur, & breuior eſſet dies: quia propterea modò per 24. horas vnius diei perficit curſum: quia cùm rapitur à ſuperiori primo mobili, Sol reſiſtit, & regreditur.

Quibus hæc opinio rationibus innitatur.

Niſi fingamus, Deum tunc Solem tardiùs mouiſſe, quàm modo moueat; atque ita motus Solis non ſemper eſſet vniformis: quod tamen ſine certa ratione à ſapiente aſſeri non debet.

I, Ratio.

Fuit ergo illo primo die cũ ſphæra Solis conditum etiam primum mobile, & cæteri orbes planetarũ omnium præter octauam ſphæram ſecũdo die creatã: tum quia nullibi ſcriptura creationis orbium Planetarum mentionẽ facit.

II. Ratio. *Gen. 1.*

Tum quia ſecundo die firmamẽtum aſſerit diuiſiſſe aquas ſuperiores ab inferioribus. Et ſicut per aquas ſuperiores intelligimus cœlum Chryſtallinum; ita per aquas inferiores cogimur eadem ratione interpretari orbes Planetarum.

Tertia.

Tum tertiò, quia quarto die legimus poſuiſſe Lunam & ſtellas in firmamento: conſtat autem, Lunam cum quinque alijs Planetis errãtibus politam in orbe ſuo, & non propriè in firmamẽto, hoc eſt cœlo ſydereo.

Quarta.

Deniq; cùm Sol medius ſit inter tres Planetas ſuperiores, & tres inferiores; per præcipuum illorum, id eſt, Solem, qui oculus mundi vocatur, reliquos ſex intellexit in ſuis orbibus collocatis.

Sol oculus mundi.

Cùm ſeptem Planetæ extra firmamẽtum ſint in ſuis quiſque orbibus collocati; cur ſtellæ dicuntur poſitæ in firmamento?

Neque mireris, dixiſſe ſcripturam ſtellas poſitas in firmamenro; cùm tamen ſeptem Planetę extra firmamentũ ſint in ſuis quiſque orbibus collocati: quia in ea Spiritus ſanctus non tam reſpexit ad illos paucos Planetas, qui ſeptenario numero continentur, quàm ad innumerabiles myriades ſtellarum, quas cœlo ſtellato, quod firmamentum dicitur, affixit.

Cœlũ inter Chryſtallinũ & orbes planetarum, nõdum cõſtituto firmamento, interceſſerit ne vllus cõtactus, nec ne.

Aduerte etiam, cœlum Aqueum, ſiue Chryſtallinũ, non contigiſſe cœlos Planetarum, ſed fuiſſe magnã diſtantiam inter illud, & orbes inferiores, quæ quidem firmamẽto mox condendo ſeruabatur: & tamen diuina factũ eſt ſapientia, vt cœlum inferius moueretur nõ motu ſuperiori, imò nondum exiſtente in rerũ natura, ſed ad motũ inferiorum orbium, id eſt, Planetarum iuuãdum, credibile eſt diuina virtute illos contigiſſe, vt ſic poſsẽt ad motum eius rapi. Orbes verò Planetarum ſuperiores fuerunt moti, quia erant in loco, licet non propriè, erant enim ſub materia extenſa, ex qua condendum erat cœlum ſydereum, quod eſt propriè locus planetę Saturni, diſtantia enim nõ eſt niſi ſine re aliqua inter ea, quæ diſtant.

Angeli cur orbibus aſſignati.

Aſsignauit autem Deus pro ſua ſapientia proprium Angelum motorem, quò inclinationẽ talium corporum ad talem motum perficerent: veluti ſi quis graue deorſum, & leue ſurſum impelleret, coadiuuando & dirigendo motum.

Quatuor elementa quo die, & quo ordine ſint producta.

Quartò, produxit eadem die quatuor elementa, & primò quidem Terram: quia ſine terra, id eſt corpore opaco, non fuiſſet diei, & noctis diſtinctio, ſed ſolùm fuiſſet dies.

Vnde fuerit diei, & noctis diſtinctio.

Deinde quia rationi conſentaneũ eſt, vt educta de materia prima omni illa materia lucida & ætherea pro primo mobili, & ſphæris Planetarũ, quaſi glutine caloris ablata, ab ſe inuicẽ ſeparata fuerint terrea ab aqueis, & ab his aërea & ignea, vt Triſmegiſtus dixit.

Triſmegiſtus.

Id etiã autoritate ſcripturę comprobatur. Dicit enim Dauid: *Initio tu Domine terrã fundaſti, & opera manuum tuarũ ſunt cœli. Ipſi peribũt: tu aũt permanes, &c.*

Pſalm 101. *Hebr. 1.* Propheta cũ dicit: Initio tu Domine terram fundaſti, quo de initio ſermonẽ habeat.

Vbi primũ aduerte, in verbis illis, *Initio tu Domine*, Prophetã minimè loqui de principio illo, quo Deus creauit cœlum & terram: quia illud, hoc eſt Angeli, & materia prima, ſunt

incor-

Gen. 1.
Quinam cœli dicantur perituri, iuxta Prophetã. Apoc. 21. & Iſa. 66.
2. Pet. 3.

incorruptibilia, & æterna; ſed de principio creationis primæ diei eſt ſermo, quia iſti cœli, & terra dicuntur perituri. Vnde ſubdit: *Ipſi peribunt, tu autem permanes;* &, *Vidi cœlum nouum, & terram nouam.* Si igitur initio creata eſt terra hæc, quam calcamus; ergo prima die, tecta tamẽ adhuc aquis: quia nullibi dicitur creatio iſtius terræ, vel aliorum elementorum, ſed tertio die ponuntur prius condita fuiſſe, quia dicitur: *Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida.* Prius ergo ponitur: aridam, & aquã extitiſſe. Quòd ſi Terra fuit, ergo & Aër oppoſitum eius: & ſi Aqua eſt in mundo, ergo Ignis oppoſitũ eius: quia dato vno contrario in rerum natura, oportet poni & alterum. Traditio etiam Auguſtini eſt, Dæmones prima die cecidiſſe, & in hũc aërem caliginoſum & tenebroſum deturbatos, vt ſic locus tenebroſus dæmonibus ſpontè tenebris factis congrueret. Denique fama prædicauit, orbem terrarum, ſeu mundum prima die conditum, vt hymni Eccleſiæ docent.

Gen. 1.
Auguſt. li. 11. De ciuit. Dei, cap. 33. tom. 5. Angeli quando ceciderint.
Eccleſia primo die conditum credit orbem terrarum.

Primo (inquit) *dierum omnium,*
Quo mundus extat conditus.

Et alio loco:

Lucis Creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordijs lucis nouæ
Mundi parans originem.

Sap. 11.

Et ad hoc tendit Sapientię dictum: *Omnipotens manus tua creauit orbem terrarum ex materia inuiſa, & informi*: quod operi primæ diei mirificè quadrat; non autem operi ante omnem diem, quia tunc omnia non ex materia, ſed ex nihilo produxit. Denique quod quarto die dicitur factus Sol, intellige per recapitulationem vſitatam Moyſi, inuentam fuiſſe eo die cum Luna & ſtellis conditam lucem Solarem.

Quod quarto die dicitur factus Sol, quomodo intelligẽdum ſit.

Canon VII.

Sex dierum creationis explicatio.
Aeterna quæ & æuiterna, quæ temporaria dicãtur.
Principia duo in exordio Geneſ. diligẽter conſideranda quænã illa.
B. Auguſt.
Quæ duę ſolæ res æui poſſint eſſe capaces.

Vt clariùs explicentur dies illi ſex creationis rerum aſsignati, præmittendum eſt: æterna illa dici, quæ principio, & fine carẽt: æuiterna verò, quæ fine deſtituuntur, ſed principium habent: temporalia verò illa ſunt, quæ ſui principium, & finem habent. Et vt æternus Deus antecedit æuiternis, & temporalibus, ac proinde æuo, & tempori æternitas antecellit: ita æuiterna dignitate temporalibus præſtant, quemadmodum æuum præcellit tempori. Secundò pręmitto, duo principia eſſe diligenter in exordio Geneſis conſiderãda: alterum æui, de quo: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*: quæ duo intelleximus ex B. Auguſtino ex nihilo fuiſſe condita, nimirum Angelos, & materiam primam, quæ ſolæ res æui poſſunt eſſe capaces, & quæ nunquàm corruptioni ſubiacebunt. Alterum verò principium eſt temporis, quod à prima die, quo condita eſt lux, eſſe cœpit, ex materia illa prima, & inuiſa formata vſq; ad ſex inſequentes dies: quo quidem die Solis motu creatum eſt tempus, & factum eſt ex mane, & veſpere dies prima. Porrò illos dies veros fuiſſe, & reales, & 24. horarum ſpatijs dimenſos, & non metaphoricè, vel cognitiones Angelorum, vel ordines variarum perfectionum naturaliter ſe præcedentium, vt ex Iudæis Philo in libro Allegoriarum legis contendit, & ex noſtris Auguſtinus lib. De Geneſi ad literam, & alijs in locis, quos plerique alij poſteriores ſunt ſecuti, multis modis cõprobare poſſumus. Nam in primis etſi id potentiæ Dei non repugnet, vt vniuerſum orbem vno momento efficere poſsit, & ſit perinde illi operari in vno inſtanti, atque in multo tempore, & perinde totum ſimul, ac partem efficere: noluit tamen pro ſua ſapientia quantum potuit efficere, ſed pro voluntate ſua in pluribus diebus operari. Id quod verba Scripturæ ſatis indicant, nominantis primum, ſecundum, tertium dies &c. Neque ſunt per metaphoras, & parabolas explicanda, quæ per proprietatem accipi poſſunt: alioqui periret omnis Scripturæ literalis intelligentia; & ſomnia Gnoſticorum, & Valentinianorum, quæ ex apertis Scripturę hiſtorijs deducebant, vera, & ſolida redderemus. Deinde ſi ſenſus eſſet de cognitionibus Angelorum, aut de varijs perfectionum ordinibus, certè Iudæi, vtpote rudes, & rerum ignari, ſubtiles eiuſmodi ſenſus apprehendere non valuiſſent, à literæ ſuaui contextu tantoperè alienos. Tertiò, in Scripturis Sacris nullibi oſtenditur, diem pro cognitione Angeli accipi debere, vt per illum hoc Geneſeos principiũ poſsit demõſtrari: & facilè eſt nobis oſtendere diem aut pro ſpatio 24. horarum, aut pro maiori, vel minori ſpatio temporis accipi conſueuiſſe. Quartò dicitur: *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat*: quod verbum planè indicare videtur, omnia ſucceſsione creata. Ratio etiam ſanctificandi Sabbatum tradita à Domino Exod. 20. omninò periret: pręcipitur enim die ſeptima ab omni opere ſeruili quieſcendum; ſicut Deus ſex diebus creauit, & ſeptimo ab opere creandi quieuit. Quòd ſi diem dicas metaphoricè accipiendam; certè non magis dicetur quieuiſſe in die ſeptimo, quàm in die ſecundo, vel tertio, vel quarto, cùm in vno inſtanti temporis, ſiue momento omnia condiderit. Quintò: Dies iſti conſtant mane, & veſpere, id eſt, die, ac

Gen. 1.
Philo part. 1. ſub initium.
B. Aug. lib. 4. de Gen. ad literam, per multa capita 10. 3. & alijs in locis illos ſex dies veros & naturales, non autem myſticos & allegoricos fuiſſe, abũdè cõprobatur.
Primum argumentum. Gen. 1.
II argum.
III. argum.
IV. argum.
Gen. 2.
V. argum.

noćte, & ponuntur luminaria in cœlo, vt præſint diei ac noćti; dies ergo eiuſmodi, qui illis circumſtantijs conſiſtũt, veri ſunt, & naturales. Falſum præthereà redderetur quod ait Scriptura: *Sum eo eram cunćta componens, & delećtabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore; & ludens in orbe terrarum.* Nam ſi in vno inſtanti omnia compleſſet, non ſuiſſet delećtatio per ſingulos dies creationis; nec ſuiſſent ſinguli dies, quorum vnus ſuccedit poſt alium, ſed omnes ſimul. Neque poſſet Deus dicere ad hominem illud: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? &c. Quum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Quibus verbis indicauit hominibus Angelos eſſe antiquiores; ſed æquè homines eſſent antiqui atque Angeli. Adam quoque dormiuit, & ex latere dormientis Deus coſtam eduxit ad ædificandam Euam: certè non capio quomodo dormitio abſq; temporis progreſſu eſſe potuerit.

Prou.8.

Si non propriè, ſed myſticè ac impropriè accipiendi eſſent illi dies, quid inde.

Iob.38.

Gen.2.

Poſtremò perirent dubitationes omnes, quas veteres Patres producere ſolent: cur ſcilicet Sol prima die conditus: cur ſecundo firmamentum: cur illi diei non benedixerit vt cæteris: cur homo ſexta die conditus. Vt interim ſilentio ſupprimamus veteres Patres, qui mundum docent ſex diebus conditum: vt Dionyſ. Areopag. Dionyſius, Gregor. Nazianzenus, & alter Nyſſenus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Gregor Hieronymus, imò & ipſemet Auguſtinus, qui poſtquàm attulit expoſitionem de ſex cognitionibus Angelorum libr. 4. De Geneſi ad literam, cap. 28. in hunc modum ſcripſit: *Quiſquis ergo non eam, quam pro noſtro modulo vel indagare, vel putare potuimus, ſed aliam requirit in illorum dierum enumeratione ſententiam, quæ non in prophetia figuratè, ſed in his creaturarum conditione propriè, meliuſq; poſſit intelligi; quærat, & diuinitùs adiutus inueniat. Fieri enim poteſt, vt etiam ego aliam his Scripturæ Diuinæ verbis congruentiorem fortaſsis inueniam. Neque enim ita hanc confirmo, vt aliam quæ præponenda non ſit, inueniri nõ poſſe contendam.* Hæc ille, incertus, & non ſatis firmus in expoſitione allata. Et in lib. 11. de ciuit. Dei, cap. 6. in fine. *Cum tempore autem factus eſt,* inquit, *mundus, ſi in eius conditione factus eſt mutabilis motus: ſicut videtur ſe habere etiam ordo ille primorum ſex, vel ſeptem dierum, in quibus mane, & veſpera nominatur, donec omnia, quæ in his diebus fecit, ſexto perficiantur die, ſeptimoq; in magno myſterio Dei vacatio commendetur. Qui dies cuiuſmodi ſint, aut impoſsibile nobis, aut perdifficile eſt cogitare, quanto magis dicere?* Hæc ille. Porrò dies ſeptima, in qua ceſſauit Deus à creatione, dicitur à Deo ſanćtificata, & benedićta, hoc eſt cultui Dei applicata, & conſecrata. Et non tantùm Iudæis præſcriptum, vt illam diem religioſè colerent, & in ea ab omni opere ſeruili abſtinerent, ſed etiã cognita fuit fortaſsis ſanćtis Patribus, vt in ea feriarentur: vt multas alias cæremonias ſeruauit Abraham, ſicut dicitur Geneſ 26. Gentibus quoque non fuit ignota: Nam Heſiodus li. De operibus, & diebus:

Supra 1.

Ibid.

Dionyſius Areopag. lib. De diui. nomi. par. 1 c. 4.

Baſil. in Hexame. priori-bus hom. 10. 1.

Nazian. Orat. in ſanctam Chriſti Natiu. & alibi.

Nyſſenus in Hiſtoria ſex dierum.

Chryſ. priori-bus homil. in Gen. tom. 1. initio.

Ambro. lib. 1. Hexame. c. 9. & ſeq & l. 2 c. 1. & ſeq. & alibi, tom. 4. initio.

Gregor.

Hieron. li. qq. Heb. in Gene to. 3. & alibi.

Auguſt. to. 3. circa med.

Idem tom. 5

Gen. 2.

Diei ſeptimæ Deum benedixiſſe, quid.

Exod. 20. & Leuit. 19. & Deut 5.

Diei ſeptimæ religionem etiam Ethnici cognouerunt, coluerunt que.

Heſiodus.

Linus.

> *Quarta dies* (inquit) *ſupremaq; lux, & ſeptima ſacra.*

Et Linus antiquiſsimus Poëta:

> *Septima, quæ fuit omnis res perfećta, atque creata.*

Cauẽdæ ſunt autem voces ambiguæ in hoc primo cap. Geneſ. ne quis inuoluatur tenebris: quia diſtinćtio vocum veritati viam munit. Primò ergo aliud eſt illud: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*; id eſt, In principio æui creauit res æuiternas, id eſt, cœlum cum Angelis, & materiam primam informem. Aliud verò eſt principium temporis, quando condita luce factum eſt veſpere & mane dies vnus, ſiue primus, de quo: *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, &c.* Secundò ambiguum verbum creandi: nam in prima ſententia ſignificat rem ex nulla præexiſtente materia facere, vel ex nihilo. Et ita produxit ex nihilo Angelos, & materiam primam, & die ſexta creauit animam ratione præditam: in reliquis diebus fecit ex materia præexiſtente. Ideo dicebat, *Fiat lux, Fiat firmamentum.* Et, *Creauit Deus cete grandia ex aqua.* Et, *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ.*

Quarum vocum diſtinćtio principij Geneſis, ſtudioſo lećtori planum eiuſdem ac perſpicuum faciet intellećtum.

Diſtinćtio vocum, veritati viam munit.

Gen. 1.

Pſal. 101. & Hebr. 1.

Gen. 1.

Ibid.

Ibid.

Infrà 2.

Tertiò, æquiuocum eſt nomen cœli, quod in principio fecit, & ante omnia, id eſt Empyreum cum cœlitibus Angelis habitatoribus: ſecũda verò die fecit oćtauam ſphæram, quæ firmamentum eſt, & cœlum vocatur. Quartò, terra in principio creata, eſt materia prima, quia terra Terræ, & inanis, & vacua, & inuiſibilis, & incompoſita: in tertio verò die terra eſt elemẽtum Terræ, quam calcamus, detećtum ab aquis, quod vocari voluit, Terram ſiue aridam. Quintò, tenebræ, quæ erant ſuper faciem abyſsi, omnimodam formarum ſpoliationem denotant, cùm per formam res, ſpeciem, & eſſe, & nomen ab alijs diſtinćtum habeat: tenebræ verò primæ diei (quando diuiſit Deus lucem à tenebris) denotãt Solis abſentiam à noſtro Hemiſphærio. Sextò, eſt æquiuocatio aquarum: nam cùm dicitur: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, per aquas deſignauit materiam informem, procliuem ad induendas omnes

Suprà 1.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

formas,

formas, vt aqua omnes figuras: ſecundo die firmamentum diuiſit aquas ab aquis, id eſt primú mobile, ſiue cœlum Cryſtallinum ab aquis inferioribus ſeptem planetarum. Tertiò aqua eſt verum Aquæ elementum, quod cùm tegeret Terram, congregauit aquas in locum vnú, vt appareret arida. Septimò Spiritus Dei qui ferebatur ſuper aquas, eſt Spiritus ſanctus creator, ſpiritus vitarum, ſiue ſpiraculum vitæ: eſt ſpiritus rationalis, qui de foris aduenit, Geneſ. 2. & cap. 8. initio: *Adduxit Deus ſpiritum*, id eſt ventum, *& imminuta ſunt aquæ*. Si ergo dubias, & ambiguas voces diſtinxeris, lucem inuenies, & veritatem apprehendere poteris.

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ariſtot.

Canon VIII.

Cur homo ſexta die conditus ſit.
Gen. 1.
Pſal. 8.
Ratio prima.

Cùm Angeli ante omnem diem conditi ſint, par erat, vt homo illi proximus, aut certè paullò minutus ab eis, teſte Dauide, crearetur. Cur ergo poſtremus omnium creaturarum ſexta die cõditus eſt: Reſpondemus, bonas rationes non defuiſſe, vt ſic fieret. Primò enim inter corporea ea condidit, quæ eſſe tantùm habent; nobilius tamen, & præſtantius, vt lucem, firmamentum, aquam, & terram; deinde quæ eſſe coniunctum cum vita habent: hinc plantæ, & terræ naſcentia producta tertia die; proximè quæ vitam ſenſu præditam habent, vt aquatilia, volatilia, reptilia, iumenta; poſtremò hominem, qui vitam nobiliſsimam ratione præditam accepit, & animam libero arbitrio, & immortalitate ornatam, vtpote de foris venientem, conſecutus eſt: quia vt dicitur, *Inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Deinde oportebat; vt tradit Philo in Coſmopœia, omnia præparari, antequàm homo ipſe veluti conuiua ad conuiuium accerſeretur. Et vt Damaſcen. inquit, *Quia Deus ex viſibili, & inuiſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem, tanquàm quendam Regem, & Principem vniuerſæ terræ, & eorum quæ in ea ſunt, præſtruxit ei quandam veluti regiam, in qua diuerſans, beatam, & omni ex parte felicem duceret vitam.* Et Nyſſenus lib. De homine: *Nondum magna hæc, & pretioſa res homo, mundi dominus aderat: nec enim decuerat prius exiſtere principem, quàm illa, quorum gereret principatum: ſed vbi cuncta ei ſubijcienda parata ſunt, tum conſequens erat apparere rectorem.* Hæc illi Patres. Adde, hoc à Deo factum, vt homo humiliaretur, & cum alijs creaturis, vel cum Angelis de antiquitate certare nõ poſſet, nedum cum æterno Deo, ac Domino ſuo.

Ariſt.
Gen. 2. & 1.
Cor. 15.
Secũda ratio.
Philo. part. 1. initio ferè.
B. Damaſ. lib. 2. c. 11. initio.
Greg. Nyſſen. lib. De creatio hominis c. 2. in princ.
Tertia ratio.

Canon IX.

Quibus præcipuè nominibus in Scripturis exprimatur Diuina maieſtas.
Primum nomen Dei.

Primum nomen, quo diuina Maieſtas in Sacris libris exprimitur, eſt Hebraicè Elohim, Græcè ΘΕΟΣ, Latinè Deus: at cap. 2. completa vniuerſi creatione, vocatur Iehouah, Græcè ΚΥΡΙΟΣ, & à Hieronymo Latinè ſemper vertitur Dominus. Et coniunctim vtroque nomine dici conſueuit Iehouah Elohim, de qua: *In die*, inquit, *quo fecit Dominus Deus cœlum, & terram, & omne virgultum agri*, & reliq. Sunt autem hæc duo nomina Hebræa ex illis decem, de quibus ſcribit Hieronymus ad Marcellam. *Primum nomen Elohim commune eſt apud Hebræos Deo, & creaturæ, quæ participatione aliqua dij dicuntur; vt ſunt Angeli, de quibus: Minuiſti eum paullò minùs ab Elohim; pro quo Septuaginta, & Paulus dixerunt, Paullò minùs ab Angelis. Magiſtratus quoque, qui iudicandi poteſtate funguntur, Elohim dicuntur: iuxta illud: Dijs non detrahes; & Principi populi tui non maledices.* Et ſuprà dixerat: *Ad deos vtriuſque cauſa perueniet (hoc eſt ad magiſtratus; et ſi illi iudicauerint, &c.* Et Dauid, *Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.* Et infrà: *Ego dixi, Dij eſtis; & filij excelſi omnes.* Id etiam nomen ad falſos deos, qui cùm dij non ſint, dij tamen dicuntur, extẽditur: Idem etiam contingit voci Græcè Θεὸς, & Latinè Deus, quia non tantùm ad verum Deum, ſed etiam ad eos, qui impropriè dij ſunt, vel participatione, vel falſa perſuaſione, porrigitur. Eſt autem Elohim pluralis numeri, & habet ſingulare Elohah ſatis vſitatũ, etiamſi aliqui Hebraizantes id impudenter negent. Nam in eo loco: *Deus ab Auſtro veniet*, & Prouerb. 30. *Omnis ſermo Dei ignitus*, & in alijs plurimis locis Eloha habetur. Ita vt teſte Hieronymo in prædicta epiſtola, rectè dicatur Elohim ſingularis ſignificationis, & pluralis exiſtere, quòd & vnus ſit ſubſtantia, & plures perſonæ: ita vt neceſſariò cogamur fateri, hanc conſtructionem nominis pluralis cum verbo ſingularis numeri, nempè Dij creauit, à Deo eſſe procuratam; vt ex ea colligeremus Sacroſanctæ Trinitatis, ac vnitatis, & operationis, ac proinde potentiæ, & naturæ myſterium: quod & nominibus Dei, & Verbi, quo dixit, *Fiat lux*, &, *Fiat firmamentum*, & cæt. & nominis Spiritus, qui ferebatur ſuper aquas, à Moyſe expreſſum fuit, ſed apertiſſimè in hominis creatione, cùm dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, vbi plurale, *faciamus*, & ſingulare, *ad imaginem*, idem indicant. Nec audiendi Iudæi, qui dicunt, Deum illis verbis allocutum Angelos: quoniam Angeli vnam & eandem cum Deo effigiem non habent, nec poteſtate creandi præditi

Gen. 2.
B. Hieronym. epiſt. 130. to. 3. ante dimid.
Pſal. 8.
Nomen Elohim Sacræ literæ quibus etiam rebus accommodent.
Exod. 22.
Pſal. 81.
Ioan. 10.
Vox Dei quibus applicetur præterea.
Deum non ſolùm plurali numero Elohim, ſed ſingulari etiã eſſe Eloha, Scripturis enunciatur.
Gen. 1.
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Deum, cùm inquit: Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, tantùm Angelos allocutum, mentiũtur Iudæi.
Apoc. 19.

ſunt,

ſunt, nec nos illos tanquàm creatores, ſed vt conſeruos, & amicos habemus.

Secundum nomen Dei Iehouah. Cur dictum ineffabile. Prima ratio.

Alterum nomen eſt Iehouam, & ſoli Deo proprium, & creaturæ incommunicabile, & pro ſacroſancto, & ineffabili habitum: quod Græci Patres nunc quidem ἄρρητον, nunc ἄφραστον, & ἀνεκφώνητον, hoc eſt ineffabile, & impronuntiabile vocant, ſiue quod ex Patrum traditione, tanti nominis veneratione tangerentur, & nominare nõ auderent; ſiue, vt ait Dionyſius lib. de diuin. nomin. vt vertit Perionius, *eſt hoc in more poſitum Theologis, vt in Deo quæ ſunt priuationis, contrario ſenſu dicant: ſic & non aſpectabile dicunt ſcripta Diuina lumen ſplendidiſſimum, cumq; qui multis laudibus ornandus eſt, multaq; nomina habet, inexplicabilem, carentemq; nomine, & qui omnibus præſens eſt, atque ab omnibus inuenitur, vt ita dicam, incomprehenſibilem, inueſtigabilem.* Hæc ille. Quamobrem pro eo nomine, ferè quoties occurrit in Scriptura, Iudæi legunt, Adonai, vt vbi ait: *Nomen meum Adonai non indicaui eis,* hoc eſt nomen meum Iehouah. Eſtq; ſenſus; Patribus tuis quibus apparui, non me reuelaui per impletionem earum rerum, quas pollicitus illis fueram: nunc autem me detegam in meo nomine, id eſt manifeſta, & præſenti impletione promiſſionum iuxta mei nominis ſignificationem: & ecce faciam quod promiſi illis, dãdo vobis Terram Chanaan.

B. Dionyſ. c. 7. De diuin. nomin. initio. Secũda ratio.

Iudæi pro Iehouah, quo vtebantur nomine. Exod. 6. Illud ad Moſen dictum: Nomen meũ Adonai non indicaui eis, quid ſignificet.

Tertia ratio.

Dictum etiam fuit ineffabile, quòd proferri non conſueuiſſet extra ſolennes benedictiones, quæ habentur Nume. 6. cùm videlicet intrabat in Sancta Sanctorum Summus Sacerdos, vt traditur ab Hebræis in Opuſculo Middoth, & à Ioſepho in lib. de bello Iudaico, cùm videlicet apud eum Ananus Pontifex verſus ad populum gloriatur ſe induiſſe veſtem Pótificiam, & inclamaſſe nomen Dei ineffabile, quod in templo ſolùm licebat. Eſt autem nominis huius lectio, & pronuntiatio à ſolo Moſe accipienda, cui primùm nominis huius reuelatio facta eſt. Nam roganti quod ei nomẽ eſſet, reſpondit: אהיה אשר אהיה Ehie, Aſſer, Ehie, id eſt *Ero qui ero,* ſiue vt alij verterunt, *Ego ſum qui ſum*: & Moyſes poſteà dixerit in tertia perſona, vt moris eſt eorum, qui perferunt mandata, *Qui eſt,* vel *Qui erit, miſit me ad vos,* Septuaginta verterunt, ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΟΩΝ ὁ ὢν ΑΠΕΣΤΑΛΚΕΜΕ, accipientes futura pro præſentibus, vt etiam accepit Hieronymus, & יהוה, vel יהיה, id eſt Iihuch vel Iihich: nihil enim refert vtrum di... as illorum, cum Hauah, & Haiah idem valeat: niſi quòd Iehue euphoniæ gratia ma... is ſit vſitatum. Et Moſes diuino

Ioſeph. lib. 4. De bello Iud. cap. 5. circa med. Eiuſdem nominis lectio, & pronuntiatio vnde accipienda tãtummodò. Exod. 3. Hieron.

Spiritu afflatus tanquàm nomen proprium poſuit, vt ſignificet eſſentiam; & more Hebræo Iod præpoſitum eſt ad proprij nominis formationem, vt in Iſaac, Iacob, Iſrael, & importat Diuinæ eſſentiæ perpetuitatẽ, in qua radicantur omnia diuina attributa, & explicatur quod Dauid dixit: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*: & Ioannes, *Qui eſt,* & *Qui erat,* & *Qui venturus eſt.* Eſt enim ſolus Deus æternus, de quo Plato in Timæo dixit; *Erat, & erit; quæ nati temporis ſpecies ſunt, non rectè æternæ ſubſtantiæ aſſignamus. Dicimus enim de illa, eſt, erat, & erit. Sed illi reuera ſolum eſſe competit. Fuiſſe verò, & fore deinceps, ad generationem tempore prædecentem referre debemus.* Hæc ille, docens tempus præſens magis congruere diuinæ naturæ, quàm reliquas temporis differentias: quanquàm defectum patiatur noſtrũ præſens, quia in fluxu poſitum eſt, & Deo non, niſi præſens ſtans, ac perpetuo permanens competat. Notauit tamen Theodoritus in Epitome diuinorum dogmatum, ineffabile nomẽ apud Hebræos à Samaritis pronuntiari ſolitum Ἰαβέ, vim verbi ignorantibus. Sicut Macrobius libr. Saturnal. profert verſum:

Pſal. 105. Hebr. 1. Apoc. 1. & 4. Plato lib. 32. vel de natura lõgæuæ med. Præſentis tẽporis nota ſoli cui Deo competat, teſte Platone. B. Theodor. par. 2. Eius nominis varia pronuntiatio.

Φράζεο τῶν πάντων ὕπατον Θεὸν ἔμμεναι ΙΑΩ,

id eſt:

Summum cunctorum Deum tu dicito IAO.

Et Diodorus Siculus tradit, Moſen ab Iao, quem Iudæi inuocarunt, leges ſuas accepiſſe. Et in Pſalm. 8. ſcribit Hieronymus, nomen Tetragrammaton in lecta aſpiratione vocari Iaho. Clemens verò Alexandrinus dixit ſonare Iaon: quæ omnia referenda ſunt ad nomen dictum Iehouah, quam vnus vno, & alius alio modo proferebat. Varro verò, vt eum citat Auguſtinus, Deũ Iudæorum Iouem fuiſſe, quo nil Romani maius habent, exiſtimauit. Quod accipimus vel vt inuiti Pagani veritatem faterentur; vel arte, vel techna Satanæ factum fuit, qui fabulas veritati aſpergebat, quo Sacroſancti numinis fidem adimeret. Aduertendum præterea, idem eſſe Iehoua, & Iehoui: & nulla eſt alia differentia, niſi quòd blandior eſt vox Iehoui. Vnde 2. Reg. 7. Dauid alloquens Deum coram arca, ſic dixit: *Adonai Iehoui*: quæ Septuaginta verterunt ΚΥΡΙΕ μου ΚΥΡΙΕ, & Vulgata noſtra editio habet, *Domine Deus,* vbi diuino nomini Iehoua attribuitur punctuatio propria nominis Elohim, quæ vocalium vim habet, nimirum e, o, i.

Macrob. li. 1. Saturn. c. 18. Diodor. Sicu. in lib. 1. Biblioth. Moſis leges vnde duxit, teſte Diodoro. B. Hiero. in 8. Clem. Alex. lib. 5 Strom. B. Aug. lib. 1. de conſen. Euang. c. 22. & 23 tom. 4. & de ciuit. Dei lib. 6. c. 6. & li. 7. c. 3. 10. 5. & ſeqq. Iehouah & Iehoui tantum in quo differant. Iehoui quid ſignificet.

Quare verò hoc nomen Iehouah in Geneſi poſt illud Elohim ponatur: dicendum eſt, vel hoc factum eſſe, vt Tertullianus in Hermogenem initio teſtatur, *Quia Deus*

Cur nomen Iehouah poſt illud Elohim in Geneſi poſitum. Prima ratio.

quit, *ſubſtantia ipſius nomen, id eſt diuinitatis. Dominus verò non ſubſtantiæ, ſed poteſtatis: ſubſtantiam ſemper (dicimus) fuiſſe cum ſuo nomine, quod eſt Deus, poſteà Dominus, accedentis ſcilicet rei mentio. Nam ex quo eſſe cœperunt, in quæ poteſtas Domini ageret, ex illo per acceſſionem poteſtatis & factus, & dictus eſt Dominus.* Sed

Secunda.

Tertullianus magis ſecutus eſt voces Latinas Dei, & Domini, quam Hebræas Elohim, & Iehoua. Dicendum ergo, quod perfecto Dei opere, de quo dixit: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona*, poſt nomen Elohim, maius & perfectius nomen Iehouah, Moſes aſſumpſit. Elohim ſiquidem vel à nomine אֵל el, quod potentiam, vel fortitudinem ſignificat, quæ neceſſaria fuit ad mundum ex nihilo producendum, deriuatur, & iudicibus perneceſſaria eſt ad rectè iudicandum, *Noli*, inquit Spiritus ſanctus, *quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates*: vel Deum indicat, quatenus iudex eſt, quia non coactus, nec neceſsitate naturæ impulſus, vt aliqui falsò opinantur, ſed cum cognitione liberè, ac ſpontè mundum finxit; ſingulis quoque creaturis aptas, & accommodatas formas, ac qualitates ad fines ſuos conſequendos indidit, & loca etiam conuenientia, in quibus ſeruarentur, tanquàm æquus iudex diſtribuit. Et vt mundus in Deo iudice finem habiturus, in Deo quoque iuſto iudice ſingula cuique quæ ſua ſunt tribuendo principium acciperet. Aduerte etiam, quod vbi nomen Dei in Scripturis geminatur, & nomini ſecundo loco poſito additur aliquod pronomen, meus, tuus, noſter, vel veſter, deſignat ſecundā perſonam in diuinis, quæ per incarnationem noſtra facta eſt, vt *Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Benedicat nos Deus Deus noſter. Diliges Dominum Deum tuum. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Aegypto.* Ita Dionyſ. cap. 1. De diuin. nominibus verbis præfatur veniam: *Sit dux verbi Chriſtus & ſi fas eſt dicere meus.* Et Apoſtolus in abundantia ſpiritus dixit, *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, vt tenerum inde affectum induamus.

Gen. 1.

Elohim vnde dicatur.

Eccl. 7.

Quid maximè iudici ſit neceſſarium.

Canon X.

Tres ſunt antiquiſſimæ de Deo opiniones atque ſententiæ.

Gregor. Nazian. lib. 3. Theolog. in princip. iuxta verſionem ...

Tres de Deo ſunt præcipuę opiniones, vt magnus teſtatur Gregorius cognomento Theologus: quarum prima, nullum Deum, nullumque Dei imperium admittit: alia, deos multos, & cuique ſuum Imperium: tertia, vnum ſolum, eiusque vnicum imperium ſtatuit. Duabus prioribus luſerunt Græci, atque adeò ad ſatietatem vſque ludant. Siquidem vbi nullum eſt imperium, ibi nullus ordo: vbi multorum, ibi ſeditio, vt & ſic nullū imperium, nullus ordo exiſtat. Infrà ſubiungit vnius Dei in Trinitate Perſonarum principatum, Gręcè vocis Θεῦ etymologiam perſtringens idem Gregor. orat. 3. De Theologia: *Quamuis Dei vox*, inquit, *vel à verbo Θέειν, vel ab αἴθειν, vt putant qui in hoc genere ſibi ſciti, atq; arguti videntur, hoc eſt à currendo (quia nimirum ſolem, lunam, ſtellas, & cœlum ipſum, quæ pro dijs habebant, currere videbant) vel ab vrendo rationem originis ſuæ ducat; tum propter ſempiternam agitationem, tum propter vim illam vitioſarum affectionum conſumptricem: Nam hinc quoq; ignis conſumens dicitur) ex eorum tamen numero eſt, quæ ad aliquid referuntur, nec libera, atq; abſoluta, eſt, quemadmodum nec Domini vox, quæ Dei quoque nomen eſſe dicitur.* Clemens verò Alexādrinus lib. 1. Strom. in fine, vocem Θεῦ deducit à verbo τίθημι ſiue παρὰ τῦ θέϛιν, quia diſponit & gubernat omnia ſuauiter. At Dionyſius Areopag. ca. 12. De diuin. nominibus fortaſsis magis appoſitè, & ad rem nomen Dei Gręcum ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι deducit, quòd cuncta videat, & communibus proſpiciat. Cùm autem Deus verus ſit natura; & eſſentia, & hic vnicus ſit, alij verò participatione, ſiue imitatione, vt Angeli, Magiſtratus, Prophetæ, ad quos ſermo Dei factus eſt. & Moſes, de quo: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*: quia Moyſes ſigna operabatur, & Dei inſtar plagis Aegyptum caſtigabat: alij autem nominatione tantum, ſiue ex colentium errore, vnde dictum eſt: *Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis*: item alibi: *Ite, & inuocate deos quos elegiſtis*; & Dominus, *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ*: & Paulus, *Quorum Deus venter eſt; & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* Cùm igitur multi dicantur dij; ne falli contingat, veri Dei notæ, quibus à falſis diſtinguitur, ſubiungendæ ſunt.

Deus vnde dicatur.

Idem.

Deut. 4. & Heb. 12.

Iſai. 42.

Clem. Alex.

Sap. 8.

Diony. Areop.

Pſal. 81.

Exod. 22.

Ioan. 10.

Exod. 7.

Cur Moſes conſtitutus dicatur Deus Pharaonis.

Infrà 20.

Iudic. 10.

Matth. 6.

Ibid.

Philip. 3.

Veri Dei notæ, ac proprietates quę nam illæ.

Quarum vna eſt, quòd verùs Deus vnus ſit, falſus verò multiplex: quemadmodum etiā qui participatione ſunt dij, multi ſunt. Secunda: quoties nomini Θεὸς præponitur articulus Græcè, excellentiæ, & præſtantiæ ſignificatum includit, & nonniſi vero Deo conuenit: vt tradit Auguſtin. lib. Quæſtionum in Geneſim: quanquàm hoc non ſit in vniuerſum verum. Tertia nota colligitur ex Irenæo, qui lib. 3. Aduerſus hæreſes, cap. ſexto, inquit: *Cùm eos qui non ſunt dij, nominat, non in totum, quemadmodum prædixi, Scriptura oſtendit illos deos, ſed cum aliquo additamento, & ſignificatione, per quam in totum oſtenduntur non eſſe dij. Quemadmodum apud Dauid: Dij Gentium, idola dæmoniorum,*

Prima.

1. Cor. 8.

Secunda.

B. Aug. lib 1. qq. in Gen. q. 105. in fine, tom. 4. initio.

Tertia.

B. Irenæus.

Pſal. 95.

& Deos

manum collata: ita vt Liber diceretur, ob vſum vini; Ceres, ob panis inuenti donum; Hercules, ob domita monſtra, Alexiracos dictus eſt; & Aeſculapius ob medicinæ ſalutare inuentum. Ita etiam Deus à varijs, & diuerſis Diuinæ beneficentiæ officijs nomina accipit: vt dicatur Deus omnis gratię, Deus pacis, Deus dilectionis, Deus gloriæ, Deus vltionum, & Deus exercituum, ſiue Deus omnipotens. Et peculiariter in Zacharia, & Aggæo propheta ſæpiùs ſe nomine Dei exercituum vocat: quoniam in eo populum hortabatur ad templi ædificationem, quam hoſtes impediebant, à qua ne metu deſiſterent, ſe Deum exercituum, & omnipotẽtem vocabat: vt ibidem teſtatur B. Hieronymus, dicens: *In paucis verſiculis, breuibusq; ſententijs ſemper in Aggæo & Zacharia additur, Dicit Dominus exercituum; vt ſciat Dominum eſſe, qui præcepit aduerſus Regis imperium, & hoſtes circumfrementes, & hac ad ædificationem templi fiducia concitentur.* Hæc ille. Deniq; ſpecialiter dicitur Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Iſraël, Deus Heliæ, Deus Danielis: quòd illos ſingulariter diligeret, & peculiaribus fauoribus proſequeretur.

Alexiracos. *1. Pet. 5.* *2. Cor. vlt.* *Ibid.* *Act. 7.* *Pſal. 93.* *3 Reg. 19. & ſæpe alibi.* Deus apud Aggæum, & Zachariam, Dominus exercituum, ſiue Deus, omnipotens cui ſæpe dicatur. *B. Hieron. in Zach. c. 9. ſub initium, to. 6.* *Exod. 3. & Matth. 22.* *Ibid.* *Ibid.* *4. Reg. 2.* *Luc. 1. & ſæpè alias.* *Dan. 6. & 14.*

Canon XIII.

Cùm Dei opera Scriptura enumerat, ea plerunque, quę facere poteſt, magis enarrare ſolet, quam quæ facit. Vt Pſal. 103. *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.* Et apud Iob; *Qui præcipit Soli, & non oritur; & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.* Similia ſunt quæ Sapien. 12. habentur: *Quis enim dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes quas tu feciſti?* Et infrà: *Cùm ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: ipſum quoq;, qui non debet puniri, condemnas, & exterum æſtimas à tua virtute.* Vbi tribuitur Deo perdere nationes quas fecit; & eum, qui non debet puniri, condemnare: quòd etſi Deus nunquàm fecerit, facere tamen poteſt; ſi eius inulctam, & abſolutam potentiam attendamus, etſi condemnationem vel punitionem accipias pro deſtructione, vel occiſione, non autem pro punitione formali. Quemadmodum etiam ad Rom. 8. obijcienti ſibi: *Ergo cui vult miſeretur: & quem vult, indurat?* Reſpondit Paulus: *O homo, tu qui es qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Quæ verba ad obturandum os eorum, qui de Deo temerè conquerebãtur, dicta ſunt: & ad oſtendendam abſolutam Dei potentiam, quæ nullis ſuis legibus arctari poteſt, ita vt cùm velit aliter facere, non poſsit. Et reuera Deus neminem facit vas in contumeliam, ſed hominem à ſeipſo talem factum ſuſtinet in multa patiẽtia, vt in ſequentibus oſtendit, vt Græci plerique Patres interpretantur: nam veram reſponſionem inferiùs ſubiungit. Illud ponderandum, quòd in verbis Sapientiæ allatis Græca litera aliter habet: *Ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare exterum æſtimas à tua virtute*, & ita habent nonnulli caſtigati codices Latini, & ex vtraque litera ſenſus Catholicus colligi poteſt.

Cum Dei opera diuina narrat hiſtoria, plerunq; non tam ea quæ fecit, quam quæ facere poteſt illa commemorat. *Iob 9.* *Sap. 12.*

Canon XIV.

Quicunq; ex præſcripto, aut mandato alterius rem aliquam efficit, illa præcipienti & præſcribenti magis, quàm efficienti in Scripturis tribuitur. Nam vt habet regula iuris, *Quod per alios facimus per nos ipſos facere videmur.* Hinc Ioan. 4. Ieſus dicitur baptizare, non manu propria, ſed per Apoſtolos: & filijs Zebedęi petentibus per matrem à ſe ſubornatam, reſpondit Ieſus magis ad filios, quàm ad matrem, per quam petebãt: *Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* ita dicitur Deus plantaſſe paradiſum, induiſſe primos parentes tunicis pelliceis; & 2. Reg. 12. reprehenditur Dauid à Nathan Propheta: *Vriam,* inquit, *Hethæum percuſsiſti gladio*; cùm tamen non ipſe, ſed miniſtri eius id fecerint: imo ne ipſi quidem, quia illi tantùm expoſuerunt in acie prima, & deſertus à ſuis, ab hoſtibus interfectus eſt. Ita intellige illam ſententiam: *Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea:* nam hoc Geneſ. 2. Adæ tribuitur; at verò Matth. 19. Deo adſcribitur, quia videlicet Adam Deo inſpiratus eiuſmodi verba, quæ legem coniugij continent, explicauit.

Quæ fieri præcipiũtur, ea non tam perficientib. quam iubentibus Scripturæ ſolent adſcribere. *Matth. 20.* *2. Reg. 11.*

Canon XV.

Vſitatũ eſt in ſacris literis, vt bona opera, quæcunque facimus, Deo adſcribantur. *Omnia opera noſtra operatus es nobis*, ait Iſaias; & Paulus: *Deus eſt qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate.* Hinc Auguſtinus in id Pſalmi: *Exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus*; ſcribit: *Moris eſt diuinarum Scripturarum, perſonæ Dei tribuere, quod in nobis facit: non quidem vbiq;, ſed vbi congruenter dici poteſt: veluti cùm ipſe loqui dicitur, quando eius dono loquuntur Prophetæ, vel Apoſtoli, vel quicunque nuntij veritatis. Vnde illud eſt: An vultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Chriſtus? Non enim ait, eius, quo illuminante, aut iubente loquor, ſed prorſus ipſam locutionem illi tribuit, cuius munere loquebatur.* Hæc ille. Itaque *Exurge Deus*, idem eſt, ac

Bona quę facimus, Deo in Scripturis tribui conſueuerunt. *Iſa. 26.* *Philip. 2.* *Auguſt. in Pſal. 3. ante dimid. tom. 8. initio.* *2. Cor. 13.*

exurgere me fac. Ad hunc ſenſum illa intelligenda: *Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id eſt, poſtulantes facit; & illud, *Quoniam eſtis filij Dei: miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba, Pater*; id eſt clamare facientem. Et, *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, ſecundùm Auguſtinum, id eſt, requieſcere nos fecit. Et ſi dici poſsit Deus requieuiſſe, eo quod à condendis nouis creaturis ceſſauit: & illud: *Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa exorabit pro te*: propter ſignificat, faciet alios exorantes pro te. Gregorius quoque lib. Moralium ait, ſæpè verba in Scriptura exponi pro facio facis. Vt Iob. 9. *Abominabuntur me veſtimenta mea*, id eſt Abominabilem me facient. Et in Actis: *Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis*, id eſt poſsidere fecit. Deus item dicitur videre, quando videre nos facit, aut ſcire, & cognoſcere, quæ à nobis ſciri, & cognoſci voluit. Ita Abrahæ dictum eſt: *Nunc cognoui quòd timeas Deum*. & Deuter. 13. *Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrùm diligatis eum, an non*. Et Paulus ait. *Didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam*, id eſt, diſcere alios fecit, vt Anſelmus interpretatur. Et 2. Corinth. 2. *Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu*, id eſt, triumphare facit.

Rom. 8. Gal. 4. Gen. 2. Aug. lib. 4 de Geneſi ad lit. c. 9. 10 & circa med. Greg. lib. 9. Moral. c. 29. tom. 1. Eccl. 29. Act. 1. Gen 22. Hebr. 5. B. Anſel. li. 2. cur Deus homo, c. 8. in fin.

Tunc ſæpè aliquid fieri in Scriptura dicitur, cùm id alijs detegitur.

Canon XVI.

Multos locos nobis illa regula explicat qua aliquid tunc fieri in Scripturis dicitur, quando alijs innoteſcit, Audi verba Auguſtini libr. Octoginta trium quæſt. *Sic plerumque Scriptura loquitur, vt quod ſemper eſt, tunc fieri dicatur ab aliquo, cùm in eo cognoſci cœperit. Ita enim dicimus in oratione: Sanctificetur nomen tuum: quaſi aliquando ſanctum non ſit. Ergo, ſicut ſanctificetur eſt, ſanctum eſſe innoteſcat: ita quoque cùm tradiderit regnum Deo & Patri, id eſt cùm Patrem regnare monſtrauerit, vt per ſpeciem, manifeſtationemque clareſcat, quod nunc à fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. Euacuabit autem omnem principatum, & poteſtatem, manifeſtando vtique regnum Patris, vt omnibus notum ſit, nullum principum & poteſtatum, ſiue cœleſtium, ſiue terreſtrium per ſe habuiſſe aliquid principatus, & poteſtatis, ſed ab illo, ex quo ſunt omnia.* Hæc ille. Et ad hanc regulam referendi ſunt illi loci: *Propter quod & Deus exaltauit illum; & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*; quod tamen habebat ante conceptionem, & reſurrectionem. Item illud: *Clarifica me tu, Pater, apud temetipſum, claritate quam habui priuſquàm mundus fieret, apud te*. Et Dominus poſt reſurrectionem: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*. Nam etſi poſt reſurrectionem innotuerit Angelis: poſtea tamen hominibus detectum fuit. Ita dicitur à B. Paulo; *Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax*; id eſt, Manifeſtatur verax, & homo mendax. Et alibi: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit*: effectus, ait, hoc eſt demonſtratus, ac declaratus. Illud quoque: *Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt*: ſignificat, mihi præpoſitus, & me maior declaratus, quia prior me erat, &c.

Aug. lib. 83. quæſt. q. 69. non procul à princ. tom. 4. Matth. 6. 1. Cor. 15.

Hic canon locos ſcripturæ quos explicet. Philip. 2. Matth. 1. Ioan 17. Matth. vlt.

Rom. 3. Pſal. 115. Hebr. 1. Ioan. 1.

Canon XVII.

Scire, ſiue cognoſcere Dei, quãdo perſonis præſertim, & non rebus, vel rebus propter perſonas coniungitur, nõ tam nudum ſcire, quàm Deum probare, & diligere ſignificat: ſicut & per oppoſitum illos neſcire dicitur, quos non diligit, neque probat, & quos indignos ſua notitia cenſet. Hinc Hieronymus in Hier. c. 19. edſſerens id: *Quæ non præcepi* (ſiue cogitaui, vt Hebræa habẽt) *nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum*, &c. *Non quòd Deus*, inquit, *futura neſciret, ſed quòd indigna ſua notitia ignorare ſe dicat, iuxta illud Euangelicum: Diſcedite à me operarij iniquitatis, neſcio vos*. Sic ille. Simile eſt quod fatuis virginibus dicitur, *Neſcio vos*. Item Origenes in Pſalmum 36. edſſerens illud: *Cognoſcit Dominus dies immaculatorum: Secundum ſcripturas, ſicut in multis locis obſeruauimus, Dominum non omnia cognoſcit, ſed ſola illa, quæ bona ſunt: mala autem dicitur ignorare, non quòd verè aliquid ſit quod eius ſcientiam lateat, ſed ea quæ indigna ſunt notione eius, dicitur ignorare*. E contrario verò dicitur ſcire, & cognoſcere, quos charos habet, iuxta illud: *Cognouit Dominus qui ſunt eius*; &, *Quos præſciuit & prædeſtinauit*; & rurſus, *Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit*, item, *Priuſquàm te formarem in vtero, noui te*, hoc eſt dilexi: et, *Nouit Dominus viam iuſtorum; & iter impiorum peribit*. Chriſtus inquit: *Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ*. Verba etiam præſcientiæ, & præſciendi, quatenus Deo tribuuntur, longè aliam ſignificationem habent in ſacris literis, quàm in ſcholis: non tam enim nudam cognitionem intellectus, quàm ſingularem dilectionem, & Dei probationem indicant. Hinc Origenes in verba illa: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit*, ita inquit: *Puto, quòd ſicut non de omnibus dixit, qui prædeſtinati ſunt, ita nec de omnibus quos præſcit. Non enim ſecundum communem vulgi opinionem putandum eſt bona, malaque præſcire Deum, ſed ſecundum Scripturæ ſanctæ conſuetudinem ſciendum eſt. Obſeruet enim qui ſtudioſus eſt in Scripturis, ſicubi inuenit Scripturam dicere, quia malos præſcierit Deus, ſicut in præſenti loco de bonis manifeſtè dicit. Quia quos præſciuit*

Scire Dei, vel neſcire, probare ſeu diligere, vel reprobare eſt, in ſacris literis.

B. Hier. li. 4. in Hier. 10. 5. Luc. 13. Matth 25. Orig hom. 3 circa med. 10. 1 paulo à med.

2. Tim. 2. Rom. 8. Infrà 11. Hieremi. 1. Pſal. 1. Ioan. 10.

Præſcire, & præſcientia in Scripturis quid tantùm ſonet.

Præſciti ſcholaſticis nomine reproborum veniunt.

Orig in c. 8. epiſt. ad Rom. aliquanto à me. li. 7. to. 2.

& præ-

& prædeſtinauit cõformes fieri imaginis Filij ſui, Si enim quas præſciuit, hos & prædeſtinauit conformes eſſe imaginis Filij ſui, nullus autem malus conformis poteſt imaginis eſſe Filij Dei; manifeſtum eſt quia de bonis tantum dicit, Præſcijt quos prædeſtinauit, conformes fieri imaginis Filij ſui. Cæteros verò non modo præſcire, ſed neſcire quidem dicitur Deus. Nouit enim Deus eos, qui ſunt eius. Ad eos autem, qui non ſunt digni vt ſciantur à Deo, Saluator dicit: Diſcedite à me vos operarij iniquitatis, quia non cognoui vos. Sic ergo & in hoc præſenti loco quos præſciuit Deus, ipſos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui: cæteri autem præſciri non dicuntur, non quòd aliquid latere poßit illam naturam quæ vbique eſt, & nuſquam deeſt; ſed quia omne quod malum eſt, ſcientia eius, vel præſcientia habetur indignũ. Quos ergo præſciјt, & prædeſtinauit. Hæc Origenes doctè ſatis & eruditè. Ex cuius ſententia, & alijs locis Scripturæ colligimus, præſcire nihil aliud eſſe, quam prędiligere, atque hæc dilectio propria eſt prædeſtinationis cauſa, vt Apoſtolus in eo cap. & ſequenti indicat, & Auguſtinus multis euidẽtibus rationibus demonſtrat, oſtendens, vlla præuiſa merita cauſam prædeſtinationis eſſe non poſſe. Et Chriſtus in priori Epiſtola B. Petri, cap. 1. dicitur præcognitus ante mundi conſtitutionem, hoc eſt prædilectus, & cæteris in amore præpoſitus. Ibidem quoq; vocat Apoſtolus electos ſecundùm præſcientiam, hoc eſt ſingularem dilectionem. Paulus item, cùm dixit: *Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit*, id eſt, quã beneficijs ſingularibus proſecutus eſt, & præ alijs, vt etiam Auguſtinus exponit, dilexit. Ita vt Præſcitorum nomen, non dãnatos, vt in ſcholis accipi ſolet, ſed electos, & prædilectos ſignificet. Et vt Origenes annotauit, reprobi, ſiue damnati, neſcitorũ nomine veniunt.

2. Tim. 2. — *Luc. 13. & Matth. 7. Pſalm. 6.* — Quæ ſit propria prędeſtinationis cauſa. — *Aug. lib. de prædeſtinat. ſanct. tom. 7. circa finem, & alijs multis in locis.* — *Rom. 11.* — *Aug. in expoſit. epiſt. ad Rom. inchoata, c. 55. to. 4 prope fin. & ſæpè alibi.*

Dicitur prętereà Deus illa ſcire, aut cognoſcere, quę alios ſcire facit. Vt cùm dixit Abrahæ: *Nunc cognoui quod timeas Deum*, & vt dixit Perſius: *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter*. Et itẽ neſcire quæ alijs non indicat, iuxta illud: *De die autem illa, & hora* (ſcilicet iudicij) *nemo ſcit, neque Angeli cælorum, niſi ſolus Pater*. Eadem prorſus ratione ea homo ſcire affirmatur, quæ oſtendit ſe non ignorare: ea verò neſcire, quæ ſe minimè noſſe oſtendit etiamſi maximè ſciat, ſecundùm illud: *Etiãſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea*: id eſt, Geram me quaſi ignorãtem, & peccatorem me coram Deo & hominibus profitebor. Atq; ita locutus eſt Plautus in Milite Glorioſo:

Ne tu hercle, ſic te Dij amabunt, linguam comprimas.
Poſt hac etiam quod ſcias, neſciueris;

id eſt, ſi optime noueris, tacebis, nec palam facies. Et Comicus noſter in Eunucho:

Tu ædepol ſi ſapis, quod ſcis neſcias, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.

Simile eſt quod Apoſtolus dixit: *Si quis autem ignorat, ignoret*. Sic enim habet Græca litera, & nonnulli Patres ita legerunt. Et ſenſus eſt: Si quis ignorat, perſonam induat ignorãtis, neq; arroget ſibi ſe illud ſcire quod ignorat, vt plerique faciunt. Quamuis Latina lectio, quæ habet, ſi quis ignorat, ignorabitur, ſuam peculiarem & bonam habeat intelligentiam.

Gen. 22. — *Perſius Satyr. 1.* — *Matth. 24.* — *Iob 9.* — *Plaut.* — *Terent.* — *1. Cor. 14.*

Canon XVIII.

Deus qui tantoperè deteſtatur peccatum, & qui nos illud abominari præcipit, iuxta illud: *Odio ſunt Deo impius, & impietas eius*; & Dauid: *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum; legem autem tuam dilexi*, non magis eſſe poteſt cauſa propriè peccati, quàm ſit lux cauſa tenebrarũ, aut ignis frigiditatis. Cùm enim ſit ſumma bonitas, iuſtitia, ſapientia, atque infinita ſubſtantia, quomodo eius eſſe poterit cauſa, quod mera eſt malitia, aut iniuſtitia, aut inſipientia, aut nihil? Hoc autem exploratum, atque compertum omnibus eſſe debet, vt omnes hæreſes nouellæ, tum Lutheri, tum aliorum decidant, quæ Deo impietatis notam affingũt. Hinc Mercurius Triſmegiſtus in Pimandro ſcitè dixit: *A Deo nihil malum, nihil turpe: hæ ſiquidem paßiones ſunt creata ſequentes opera, quemadmodum æs rubigo, animata corpora limus.* Plato verò lib. 2. de Repub. prope finem grauiter hoc dogma inſectatur, & eliminandum de Republica docet his verbis: *Malorum autem alicui cauſam eſſe ipſum Deum, cùm bonus ſit, refellendum eſt omninò, neque permittendum hoc quenquam dicere in ſua ciuitate, ſi benè inſtitui legibus ciuitas debet: neq; inſuper quenquam audire, ſiue ſit ille iunior, ſiue ſenior, ſiue carminibus hæc inſerantur, ſiue ſoluta oratione narrentur, tanquam quæ neque dictu ſancta ſint, neq; nobis vtilia, neq; inter ſe conſona. Hæc itaq; vna ſit lex atq; figura ex his, quæ circa Deos ferenda ſunt, in qua cogatur vnuſquiſque, & dicere, & inducere Deum non omnium cauſam, ſed bonorum.* Hæc ille, quæ neſcio an à quoquam ex noſtris elegantiùs, & meliùs dici potuiſſent.

Deum opt. nullius mali cauſſam exiſtere. — *Sap. 14.* — *Pſalm. 118.* — *Mercurius Triſmegiſt. Dialog. 14.* — *Plato.* — Deus bonorum tantùm eſt cauſſa.

Canon XIX.

Circa præcepta Domini quatuor occurrũt obſeruanda. Primum eſt, Deum nobis pręcipere, vt ſe noſtrum verum, & legitimum Dominum eſſe comprobet, qui & cõdidit, & ſeruat, atq; gubernat. Deinde, vt quæ grata & accepta ſint illi obſequia, nobis demõſtret. Ad hæc, vt periculum noſtri faciat, & obedientiam noſtram exploret, & vt cau-

In Dei mandatis quatuor obſeruare debemus. — *Deut. 13.* — Deus cur nobis præcipiat.

Diuinorum præuaricatio mandatorũ vnde.

Iacob.1.

ſam habeat remunerandi, occaſiones quærat; deniq; quo, ſupra quàm pręceptum eſt operantes, ampliori præmio nos cumulet. Quòd interdum præcepta ſequatur pręuaricatio, ac proinde peccatum, quod generat mortem; id ex nobis totum eſt, non ex Deo, qui ea non ſpectat. Secundum, præcepta eius grauia, ſiue dura, & impoſſibilia appellari non poſſe. Nam ſi ad naturam noſtrã nudam, ſiue per peccatum deprauatam ſpectemus, admitti id poſſet vt verũ: ſi verò ad naturam Spiritu Dei, & gratia ornatã reſpiciamus; hæreticum eſt prorſus, blaſphemũ, & à Patribus anathemate percuſſum dogma: quia Deum inſipientem, iniuſtum, & crudelem reddit, qui quæ fieri per nos minimè poſſunt, præcipiat, quo puniendi captet occaſiones. Negat etiam effuſam Dei gratiam per Baptiſmum, & alia Nouæ Teſtamenti Sacramenta in omnes fideles, qui & illam ſibi per preces, quas humiliati ad Deum fundunt, conciliant, & impetrãt. Oratio enim cum Dauide: *Deduc me in ſemita mandatorum tuorũ, quia ipſam volui*; &, *Viã mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum*; Et cum Auguſtino dicunt: *Domine da quod iubes, & iube quod vis*. Qua Dei gratia poſita (vt ait Dilectus) mandata eius grauia nõ ſunt: & Dominus, *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*. Et Moyſes in Deuteron. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum; Nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere, Quis noſtrûm valet ad cælũ aſcendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare poſitum; vt cauſſeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre; vt poſſimus audire, & facere quod præceptum eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum*. Item Propheta; *Spiritum meum ponam in medio veſtri; & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini*.

1.Ioan.5.

Qui diuina à nobis ſeruari mandata nõ poſſe contendunt, quàm turpiter de Deo ſentire videantur.

Pſalm. 118.
Ibidem.

Aug. lib. 10. confeſ. c. 29. tom. 1. ſub init.
1. Ioan. 5.
Matth. 11.
Deut. 30.

Ezech. 36.

Quod ergo dicitur: *Diliges Dominũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*: non aliud exigit, niſi vt nihil contra Deum, nil ſupra Deum, nihil æquè ac Deum diligamus; & vt ad eum omnes diligendi rationes, & noſtri ipſorum referamus. Quod verò ait: *Non concupiſces*: non eſt ſenſus, Noli ô caro concupiſcere, cùm eiuſmodi concupiſcentiæ motus & actus rationem ſæpè præueniant. Neq; rurſus eſt ſenſus, ô homo, noli habere fomitẽ, quod eſt prorſus *ἀδύνατον*, cùm quiſq; videat cum Apoſtolo in membris ſuis legem repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in lege peccati; ſed ſenſus eſt, Noli ô homo regenerate, qui ſpiritus, & mens pręcipuè eſſe cenſeris, actibus, & motibus concupiſcentiæ tuæ acquieſcere, aut illis blandientibus, & allicientibus conſenſum rationis prębere. Hoc eſt enim peccatum carni cedere, & tale, vt per rationem gratia Dei ornatam vitari valeat: & homini, non carni lex à Domino data eſt.

Deut. 6.
Matth. 22.

Quod dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto, &c. quem ſenſum habeat.

Exod. 20. & Deut. 5. & Rom. 7.

Quid ſibi velit illud: Non concupiſces.

Ibidem.

Legem Deus dedit, non carni, ſed homini.

Tertium eſt, præceptorum diuinorum quædam eſſe naturalia, quæ res vel per ſe malas prohibent, vel per ſe bonas imperant: alia verò poſitiua, vt erant in Veteri Lege cæremoniæ, & iudicia, in Noua verò ſunt præcepta de Sacramentis dignè ſuſcipiendis. Vtriuſque generis præceptorum alia ſunt Affirmatiua, & alia Negatiua. De quibus Hieronymus ad Celantiam: *Duo, inquit, ſunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iuſtitia: prohibendi vnum eſt, iubendi alterum. Vt enim mala prohibentur, ita præcipiũtur bona. Ibi otium imperatur, hic ſtudium. Ibi coercetur animus, hic incitatur. Hic feciſſe, illic non feciſſe, culpabile eſt. Vnde & Propheta dicit: Quis eſt homo, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Et beatus Apoſtolus: Odientes malũ, adhærentes bono.* Hæc ille.

Duo ſunt genera mandatorum Dei.

B. Hier. epiſt. 14 ſub init. to. 1. circa pr.

Pſalm. 33. & 1. Petr. 3.

Rom. 12.

Diuinis præceptis addi ſolent vel Diuinæ laudis verba, vt in primo: *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis zelotes*: vel explicatio, vt in præcepto de Sabbato ſanctificando factum eſt. Siquidem lumine naturæ nota nõ eſt ſanctificatio diei ſeptimæ, vt reliqua omnia præcepta. Aliquando verò additur promiſſio rei temporariæ, vt illud eſt: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*: quod eſt primum mandatum in promiſſione, vt teſtis eſt Apoſtolus Epheſ. 6. & non tantùm primum in ſecunda tabula, vt interpretatus eſt Ambroſius, ſed primum abſolutè in tota Lege, vt ſentit Hieronymus. Aliquãdo verò annectitur præmium ſpirituale; vt, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*; &, *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum*. Et ſecundùm Theophylactum, Negatiua mãdata non habent promiſſiones, & mercedem adiunctam: ſunt enim à malis diſceſſus quidam, non bonorum operationes: præceduntq; Negatiuis affirmatiuis in eodem genere: quia prius eſt à malis operibus abduci, quàm ad bona trahi, iuxta illud: *Quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere*. Et apud Hieremiam: *Ecce conſtitui te hodie ſuper Gẽtes, & regna; vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.*

Quænã adiuncta & annexa eſſe ſoleant diuinis præceptis.

Exod. 20.
Ibidem.
Ibidem.

B. Ambr. in c. 6 ad Epheſ. to. 4. Hieron. ibid. tom. 9.
Matth. 19.
Supra 4.
Theophyl. in c. 6. ad Epheſ. initio.

In quo differant Negatiua ab Affirmatiuis mandata Dei.

Iſai. 1.
Hierem. 1.

Quartum ſtatuendum, non omnia quæ præcipiuntur, omnibus in Scripturis tradi, ſed quædam quidẽ omnibus, vt Decalogus

Attendendũ in Scripturis quis, & quibus, & quæ præcipiant.

& quæ-

& quædam Hebræis pro ſtatu Veteris Teſtamenti, quæ nos minimè arctăt; quædam verò fidelibus pro ſtatu Noui Teſtamenti: & inter hæc, quædam peculiaribus ſtatibus ſeruanda traduntur, ad quæ qui ſtatum illũ non profitentur, minimè adſtringuntur. Nam quædam coniugatis, quædam viduis, alia virginibus, alia paſtoribus, alia ouibus, alia ſeruis, alia dominis, alia liberis, alia iam votis adſtrictis, & alia perfectionis viam conſectătibus iubentur: vt illud: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni; ſequere me.* Et, *Omnis ex vobis qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hinc Auguſtinus: *Erit igitur etiam hoc in obſeruationibus intelligendarum Scripturarum; vt ſciamus alia omnibus communiter præcipi, alia ſingulis quibusq́; generibus perſonarum: vt non ſolum ad vniuerſum ſtatũ valetudinis, ſed etiam ad ſuam cuiusq́; membri propriam infirmitatem medicina pertineat.* Sic ille. Proinde diligenter obſeruandum eſt, Dominum aliquando allocutũ Apoſtolos, & in eis omnes, qui Chriſtum profitentur. Vt cùm dixit; *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum;* & rurſus. *Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate.* Aliquando, vt erant ſacerdotes, quibus edixit, *Hoc facite in meam commemorationem.* &, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Quandoque vt paſtores, & Eccleſiarum Epiſcopi regentes Eccleſiam Dei: vt cùm inquit, *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit*; alibi, *euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,* & Petrus, *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei.* Aliquando vt viri perfecti, & in eis omnes, qui ſtatum perfectionis conſectantur, vt illa: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, &c.* Et, *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei:* &, *Omnis ex vobis, qui nõ renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Aliquando tanquàm ſingularibus perſonis, & ita eiuſmodi præcepta illos non egrediebantur, vt cùm aiebat: *Ite in caſtellum quod cõtra vos eſt;* & *Bibite ex hoc omnes:* quod in illis ipſis eadem nocte fuit impletum, quia, vt ait Marcus, *Biberunt ex illo omnes.* Et, *Sinite eam: quid illi moleſti eſtis?* Quædam etiam prędicebat, aut iubebat peculiaribus perſonis, quæ ad alios non extenduntur: vt illa, *Vnus veſtrum me traditurus eſt: Quod facis, fac citiùs: Amẽ dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cantet, ter me negabis.* & de Ioanne: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Aliquando verò in peculiari reſponſo, vel præcepto vni dato, omnibus loquebatur: vt cùm interrogatus Dominus de maximo mădato, explicauit dilectionem, & alteri præcepit, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et quæcunque Petro promiſſa aut exhibita ſunt, ad omnes eius legitimos ſucceſſores, & gradum eius in Eccleſia ſuſtinentes extenduntur: qualia ſunt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunq́; ſolueris ſuper terram, &c.* Et illud *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Id quoque: *Paſce agnos meos:* quæ omnia Petro dicuntur, non Eccleſiæ, vt delirat Lutherus. Hinc Auguſtinus eleganter ſcripſit: *Sicut enim quædam dicũtur quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cùm referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonam, propter primatum, quem in diſcipulis habuit, ſicuti eſt: Tibi dabo claues regni cælorum; & ſi qua huiuſmodi: ita Iudas perſonam quodammodo ſuſtinet inimicorum Chriſti Iudæorum, qui & tunc oderant Chriſtum, & nunc per ſucceſſionem perſeuerante genere ipſum impietatis oderunt.* Hæc ille, docens, quæ dicta ſunt Petro propter primatum, quem gerebat, extendi ad totam Eccleſiam ratione ſui primatus, qui toti Eccleſię ſeruit. Habes igitur ex hoc Canone, quædă olim Deum pręcepiſſe in veteri Lege, & quędam in noua: quædam rurſus illis permiſiſſe, vt vſuram, vxorum multitudinem, repudium earum, inimicorum odium, & perſecutionem: quæ modò ſublata ſunt. Modò etiam quædam conſuluntur, vt virginitas, & paupertas: quædam indulgentur, vt matrimonium, & eius vſus.

Poſtremò obſeruandum eſt, quædam eſſe tradita præcepta ad tempus, & poſteà reuocata, vt de virga, pera, & pecunia non portanda, & prohibitus ingreſſus in viam Gentium, & in ciuitates Samaritanorum: quæ reuocata ſunt à Domino, partim cùm dixit: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera & calceamentis,* partim in die Reſurrectionis, cùm dixit, *Euntes docete omnes gentes, &cæt.* Quædam verò præcepta, quæ data ſunt Apoſtolis in prima miſsione ad prædicădum inter Iudæos, quæ habentur Matth. 10. ad ſecundam miſsionem factam poſt reſurrectionem, vt teſtis eſt Hieronymus, extendenda ſunt. Et ideo in poſteriori illa ad Gentes legatione nullás leges illis præſcripſit, quia illæ, quæ præſcriptę erant in priori, huic miſsioni deſeruiebant. Tantùm ergo illis Spiritum ſanctum contulit, quo vno omnia & poſſent, & vellent præſtare,

Marginal notes (left): Matth. 19. — Luc. 14. — Aug. lib. 3. de Doct. Chriſt. c. 17. tom. 3. initio. — Matth. 5. — Mar. 13. — Luc. 22. — Ioan. 20. & Matth. 18. — Luc. 10. — Matt. vlt. — 1. Pet. 5. — Luc. 14. — Suprà 9. — Infrà 14. — Matth. 21. — Infra 26. — Mar. 14. — Ibid. — Matth. 26. — Ioan 13. — Mat 26. — Ioan. 21.

Marginal notes (right): Matt. 19. — Ibid. — Suprà 16. — Luc. 22. — Ioan. 21. — Aug. in Pſal. 108 init. to. 8. — Contra Lutherum illa verba: Tu es Petrus, &c. ad Eccleſiam propriè pertinere aſſeuerantem. — Matth. 16. — Iudas proditor perſonă ſuſtinet inimicorũ Chriſti Iudæorũ. — Ioan. 15. — Quæ olim in veteri Lege permiſſa ſint in noua prohibita: in eadem quę conſulantur; quę verò permittantur. — Matt. 13. — Deut. 15. ſæpè aliàs. — Matt. 5. — Deut. 24. — Matt. 5. — Leuit. 19. — Matt 10. — Ibid. — Ibid. — Ibid. — Luc. 22. — Matt. 28. — B. Hiero. in c. Matth. 10. 10; 9. in princ.

quæ ad perfectum Euangelicæ, & Apoſtolicæ functionis miniſtrum ſpectabant.

Canon XX.

Non ſolùm præceptis, ſed etiã promiſſis ad ſeruandam Dei Legem impellimur.

Non tantùm præceptis, ſed etiã promiſſis Deus homines ad ſeruandam legem vrgere ſolet. Et temporariæ quidem promiſſiones terræ illius, vitæ, & victoriæ in hoſtes, & bonorum abundantia, ad Legem Moyſi tantùm ſpectabant, quæ ſub conditione Iudæis Deus promiſit, ſi Legem ſcilicet ſeruarent. At ſpirituales de peccatorũ remiſsione, reconciliatione cum Deo; & gratia, & æterna, & cœleſti vita, & corporum ad immortalem vitam ſuſcitatione, ad Chriſtum, & ad Euangelium attinent, quæ & ipſe Dominus non minus nobis ſub certa conditione pollicetur, quàm olim Iudæis temporalia ſpopondit.

Cur non ante, ſed ſtatim poſt Adæ caſum Meſſiæ fuerit illi facta promiſſio.

Sola dandi, & mittendi Meſsiam promiſsio abſoluta fuit, neque voluit vt ab vlla conditione penderet. Idcirco Geneſ.3. poſt peccatum Adæ admiſſum, vt cogitaremus nullo hominum merito tantum bonum nobis collatum, prima Meſsiæ promiſsio facta eſt, dum in Serpentem pronuntiaret ſententiam. Et Iſaiæ 7. impio Achaz reſutante ſignum oblatum à Domino, promiſsio Virginis concepturę, & pariturę Emmanuelem adhibetur.

Matth.1.
Meriti omnis humani ratio ac fundamentum Chriſtus.

Tale enim ac tãtum bonum erat Meſſias, vt ſub meritum vllum nõ caderet humanum, cùm ipſe ſit certum, & verum fundamentum meriti, quodcunque homines habere poſſunt.

Gen.22.
Pſal.131.
Cur olim patribus iureiurando fuerit promiſſus Meſſias.

Adde etiam quod ad Abraham, & ad Dauidem ſub iureiurando promiſsio Meſsiæ facta eſt, quo innueret eiuſmodi donum firmum eſſe, & nulla ratione reuocabile.

Promiſſiones antiquæ Legis Patribus factæ, ab illis nouæ quomodo differant.

Sed hæc eſt inter veteris, & noui Teſtamenti viros diſcretio, quòd illis quidem apertè factæ ſunt promiſsiones temporalium bonorum, occultè ſpiritualium; è contrario in Nouo Teſtamento, manifeſtè nobis ſpiritualia promittuntur, temporalia verò nonniſi rectè, & tanquàn additamentum quoddam.

Matt.6.
B.Chryſ.ho. 23.in Epiſt. ad Heb.circa med.to.4.circaſin.

Sed illud magnoperè dolendum quod annotauit Chryſoſtomus in c.11.ad Hebræ. Cùm enim Patribus non niſi terram, & temporalia polliceretur, illi tamẽ ſpectabãt ſpiritualia. Vnde ait: *Spectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor, Deus. Nos verò, quibus ſpiritualia inculcantur, & toties ad ſatietatem vſque repetuntur, nonniſi ad temporalia aſpiramus.*

Hier.tom.5. in c.30.Iſa.

Hieronymus in Iſai. *Omnes,* inquit, *repromiſsiones, quæ excedunt mediocritatem temporis legis, ad Chriſti referamus aduentum, in quo captiuus quondam populus paſsione Domini liberatus habitauit in Sion, & in Hieruſalem, in ſpecula videlicet, & in viſione pacis.*

Idem tom. 6.

Et in cap.9. Amos: *Quæcumque & in hoc propheta, & in cæteris de reædificatione Hieruſalem, & templi, & rerum omnium beatitudine prædicantur, Iudæi in vltimo tempore vana ſibi expectatione promittunt; & carnaliter implenda commemorant: nos autem, qui non occidentem literam; ſed ſpiritum ſequimur viuificantem, iam in Eccleſia conuicimus expleta, & quotidiè impleri in ſingulis, qui ruentes per peccatum, reædificantur per pænitentiam.* Sic ille.

2.Cor.3.
Iudæi occidentem literam. Chriſtiani verò ſpiritum ſequuntur viuificantem.

Quare nos verè filij Abrahæ ſumus, ad quẽ ſpectant promiſsiones omnes, & nos verum ſemen, & filij Iſrael, quos pro ſuis agnoſcit Deus.

Rom 9.
Veri filij Abrahæ ſunt Chriſti fideles.

Canon XXI.

Proprium eſt bonitatis Diuinæ omnib. modis nos ad ſeruandã eius Legem adigere & ſolicitare.

Omnibus modis pro ſua bonitate Deus nos ad Legis obſeruantiam ſolicitat: & vbi præcepta ſua, monitiones, vel promiſsiones cõtemni videt, ad comminationes conuertitur, vt dicere valeat: *Quid eſt quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci?* Et quia futura ſupplicia in gehẽna, aut non creduntur, aut ſi creduntur, non vt credi deberent, quia homines à peccato non reuocant; ad temporalia ſupplicia interminanda Deus conuertitur, vt tandem proteruus, ac durus animo ad credendum molliatur.

Iſai.5.

Hieron.

Hinc Hieronymus in Ezechielem: *Comminatio non in homines, ſed in peccata eſt, nec in eos qui conuertuntur à vitijs, ſed in peccato permanent.* Et in cap.quarto Daniel. *Si prædixit,* inquit, *ſententiam Dei, quæ non poteſt immutari, quomodo hortatur ad eleemoſynas, & miſericordias pauperum, vt Dei ſententia commutetur?*

Idem eo.to.5.

Quod facilè ſoluitur Ezechiæ Regis exemplo, quem Iſaias dixerat eſſe moriturum; & Niniuitarum, quibus dictum eſt: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Et tamen ad preces Ezechiæ & Niniue Dei ſententia commutata eſt: non vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruére indulgentiam.

Iſai.32.
Ionæ 3.

Alioquin & in Hieremia loquitur Deus ſe mala minari ſuper gentem: & ſi bona fecerit, minas clementia commutare. Rurſum bona agenti ſe aſſerit polliceri: & ſi mala fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſententiam, non in homines, ſed in opera, quæ mutata ſunt. Neque enim Deus hominibus, ſed vitijs iraſcitur: quæ cùm in homine non fuerint, nequaquàm punit quod mutatum eſt.

Hier.18.

Pulchrè quoque Theodoretus ait: *Non eo Deus pœnas minatur, vt eas, quibus minatur, inferat; ſed vt metu perterrefactos ad reſipiſcentiam reuocet, &, cum nequitia quam committunt, eos liberauerit, eis ſalutem afferat: non enim minatus fuiſſet, ſi punire vellet. Cum minationibus agit, oſtendit ſe ſeruare, non perdere velle.* Cùm verò ſimpliciter

B.Theod.in præfat.in 12. Proph.in fi. par.1.

Cõminationes Dei quomodo accipiendæ ſunt.
Hier.18.
Ioan. 8.

Deus comminatur, intelligenda eſt conditio, niſi homo reſipiſcat; vt docet Propheta Hieremias, & Dominus, cùm ait: *Ego vado; & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Et infra: *Si non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.* Et Paulus ad Rom. 11. *Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem; in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu excideris. Sed & illi ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. potens eſt enim Deus iterum inſerere illos, &c.*

Canon XXII.

Punit Deus ſæpè peccatores, non vt perdat, ſed vt ad ſanitatem reuocet.
1.Cor.5.
Infra 11.
Prouer. 27.
Gen.8. & ſeq.
Infra 19.
Exod.14. & ſequent.
2 Reg. vlt. & ſeq.
Quibus de cauſis interdum affligat iuſtũ Deus.

Circa punitiones id ſæpè obſeruat Deus, quod Apoſtolus ait: *Tradidi huiuſmodi* (Corinthium inceſtuoſum) *hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit.* Et alio in loco. *Cùm iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Ita vt agnoſcamus, *Meliora eſſe vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.* Itaque in generalibus ſupplicijs, ac flagellis, quib⁹ homines aut diluuio, vel igne, vel aqua, vel armis, vel peſte afflixit, benignè redeuntes ad ſe per pœnitentiam recipere conſueuit. Habent ergo flagella præſeruantiæ potiùs rationem, quàm ſupplicij. Iuſtos quoque inuoluit flagellum: vel quòd peccantibus non ſe oppoſuerunt, vel illos ad pœnitentiam non inuitauerunt; vel quòd conſortio malorum nõ ſe ſubduxerunt, vt fecit Dominus cum Loth, quem per Angelum de Sodomis egredi coëgit. Et Saul rex admonuit Cinæum: *Abite, recedite, atq; diſcedite ab Amalec; ne fortè inuoluam te cum eo:* vel deniq; quòd preces ad Deum efficaces non effuderunt, quo imminens à Deo peccatoribus flagellum auerterent. Nec obſtat quòd Abraham dixit Dominus, Quòd ſi fuerint decem iuſti, non delebit Deus, ſcilicet ciuitatem. Et Sapient. 12. *Eum quoq;, qui non debet puniri, cõdemnas, & exterum æſtimas à tua virtute:* quia in priori loco oſtendit quantum poſsint iuſti in conſpectu Dei ad impediẽdum eius flagella: in ſecundo loco Græca paulò aliter habent, quàm nos habemus, nimirùm: *Ipſum, qui puniri non debet, cõdemnare, alienum æſtimas à tua virtute.* Hoc etiam in punitionibus obſeruandum, Deum ſolitum peccata detegere, propter quæ ſint flagellandi: quod partim facit, vt diuinę vltionis periculũ effugiant; aut vt ſaltem diuinum eſſe iudiciũ agnoſcant. Hinc Chryſ. homil. de Prouidentia: *Quid tam benigno, miſericordiq; Deo æquale? Nos vindicaturi, ſæpè dedignamur rationem reddere: ipſe autem niſi prius te docuerit, niſi prius te admonuerit, niſi rationem à te acceperit, vt iuſtè pœnam irroget, nõ animaduertit in eos, qui iam olim meruerant pœnas, paratus vbique rationem reddere, & non dedignatur iudicari.* Paulò antè producit huius rei exemplum, dicens: *Sicut Sodomitarum ciuitates deuaſtaturus, non ita ſimpliciter in eos ignem demiſit; ſed quid agit? Auditur Sodomorum, & Gomorrhæorum clamor, & nihil adhuc agitur. Deſcendit vt videat, neque ſic ſubſiſtit; ſed mittit Angelos, qui tibi oſtendant malitiam inhabitantium ciuitatem, ne nulla relinquatur occaſio blaſphemandi Deum.* Idem in capite Geneſeos 11. *Hinc Dei mos eſt, vt puniturus priùs indicet, quàm magna ſint peccata, & quaſi expoſtulans etiam ipſe ſatiſfaciat nobis, ac tunc tandem corripere incipiat. Nam & cùm terribile illud diluuium interminaretur, dicit Scriptura: Vt autem vidit Deus, quod multiplicata ſunt malitia hominum, & vnuſquiſque cogitat in corde ſuo diligenter in mala à iuuentute. Vidiſti quomodo prius monſtrauit malitiæ eorum excellentiam, & poſteà dicit: Delebo hominem? Et inferius: Etiam nunc inquit: Ecce genus vnum, & labium vnum omnium, & hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabunt ab ijs, quæ decreuerunt facere. Venite, & cum deſcenderimus, confundamus illorum linguas, &c.* Hæc ille ſapienter. Idem quoque, quod cum nationibus, & ciuitatibus facit, cum ſingulari quoque homine obſeruat. Hinc eſt, quòd cùm Dauid corripitur à Nathan, de homicidio, & adulterio arguitur; & ſatisfactionis loco mors filij nati denuntiatur.

Gen.19.
1.Reg.15.
Conſueuit Deus inferendi ſupplicij prius cauſſas exponere.
Cur id faciat.
B Chryſ. hom. 5. de Prouid. in fin tom.5. inter med. & finem.
Gen.18.
Idem hom. 30 paulò à medio, tom. 1.
Supra 6.
2. Reg. 12. Ibidem.

Canon XXIII.

Pleraq; Moyſi in lege contenta, in Pſalmis & Prophetis replicantur iuſtas ob cauſas.
2. Cor. 3.
Quomodo nos Chriſtus alloquatur.

Circa repetitiones multa ſunt, quæ in Lege habentur, & in Pſalmis, & Prophetis replicantur; vt videlicet quę in mentibus hominum ſunt, legendi vel negligentia, vel contemptu, & obliuione deleta, viua voce innouentur, quæ non ſunt ſcripta calamo. & atramento, ſed Spiritu, & verbo Dei. Vnde Saluator nullum volumen doctrinæ ſuę proprium reliquit, ſed Patris, & ſuo Spiritu quotidie loquitur in corde credentium. Hęc erit reſponſio aduerſus eos, qui calumniantur Prophetas, cur quę in Pentateucho continentur, in ſuis voluminibus replicentur. Hactenus ex Hieronymo hæc retulimus in calce capit. 44. Ezechielis. Addit his Auguſtinus lib. quęſt. in Geneſ. *Cùm res aliqua narratur in Scripturis, & alibi ſententia eadem repetitur, non eſt opus omnia eodem inculcentur modo, ſed eadem ſententia teneatur. Vt ſeruus Abrahæ narrat ea quæ ſibi dicta ſunt à Domino, non eodem modo. Quod admonendum putaui propter ſtultos, & indoctos homines, qui Euangeliſtas hic calumniantur, quòd in aliquibus verbis non omninò conueniunt, quamuis rebus atque ſententijs non omninò diſcrepent.* Deinde, fiunt hæ repetitiones; vt quædam prius

B. Hier. to. 4.
B. Aug. lib. 1. quæſt. in Gen. quæſt. 64.
Gen. 23.
II. Ratio.

Idem tom. 4.

Exemplis illuſtratur hic Canon.

I. Locus.

Exod. 6.

II. Locus.

prius omiſſa ſuppleantur. Cuius rei exempla producit Auguſtinus, qui in Pſalm. 77. enarrans plagas Aegypti, quaſdam etiam nouas ait Prophetã addidiſſe in eo Pſalmo, quæ in Exodo non inueniuntur. Vt illud: *Et dedit ærugini fructus eorum.* Illud etiam annotat, cũ dixiſſet: *Et tradidit grandini iumenta eorum*, addidiſſe Prophetam: *Et poſſeſſionem eorum igni: De iumentis*, inquit, *grandine occiſis legitur in Exodo: quòd verò poſſeſſio eorũ igne cremata ſit, omninò non legimus. Quamuis voces & grandines cum igne fierent, ſicut tonitrua cum fulgoribus ſolent: non tamen ſcriptum eſt, aliquid traditum igni vt arderet.* Et cùm de Ioſeph dicitur: *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, &c. Compedes* (ait Auguſtinus) *accepiſſe Ioſeph non legimus, ſed factum eſſe minimè dubitandum eſt.* Denique ſubdit Auguſtinus: *Plagæ Aegypti cùm ſint decem; nec omnes commemoratæ ſunt, nec eodem ordine, quo ibi factæ ſunt, leguntur. Libera enim eſt laudatio à lege narrantis, & texentis hiſtoriam. Cum laudationis autor, & doctor cùm ſit per Prophetam Spiritus ſanctus, eadem vtique autoritate, qua per eum egit hominem, qui illam ſcripſit hiſtoriam; & commemorat aliquid factum, quod ibi non legitur; & quod ibi legitur, præterit.* Hęc ille. Quæ quidem regula duobus alijs exemplis illuſtratur. Primò ex Pſalm. 80. habemus: *De petra melle ſaturauit eos.* Quod expendens Chryſoſtomus homil. 2. ad populum Antiochen. *Hoc unſquam*, ait, *in Scriptura lectum eſt, quòd mel de petra Moyſes eduxerit, ſed vbique fluuios, & aquas, & frigida fluenta. Quid igitur tandem eſt quod dicitur? neque enim Scriptura mentitur. Poſtquam enim ſitientes, & indigentia defatigati frigidioribus aquis inciderunt; ex potu voluptatem aſſerere volens, mel aquam appellauit; non tanquam mutata in mel natura, ſed bibentium diſpoſitione fluenta illa melle iucundiora faciente.* Hæc ille. Certè Cicero Tuſculana 5. *Darius*, inquit, *in fuga, cùm aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundiùs. Nunquam videlicet ſitiens biberat.* Item illud quod habetur in Pſalmo 117. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*, nullibi in hiſtoria ædificationis templi, quæ in libris Regum, & Paralipomenon habetur, ſcriptum inuenitur: & tamen improbabile non eſt ita accidiſſe.

Idem in Pſal. 104. paulò ante dimid.

III. Locus.

Idem ibidem.

Illud Pſalmi, de petra melle ſaturauit eos, vnde ſumptum eſſe videatur.

IV. Locus.

B. Chryſ. tom. 5. initio.

Cicero.

V. Locus. Quid ait regius Propheta: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, vbi cõtigerit.

Sed vt ad ſuperiorem regulam reuertar, obſerua verba Hieronymi in Ezechiel. 33. initio: *Hoc in omnibus Scripturis ſanctis obſeruare debemus, vbi videtur aliqua ſimilitudo eſſe ſententiæ; non in omnibus eadem dici, ſed vel ſubtrahi pleraque, vel addi: & ſingulorum inter ſe verborum diſcrepantium haberi rationem.* Et ponit exemplũ in verbis Ezech. 3. quæ videntur eſſe eadẽ cum illis 33. & tamen eadẽ non ſunt. Repetitiones quoque nominum ſæpè fiunt: & ſi nomen Dei venerãdum repetatur, precandi auget affectum, teſte B. Gregorio: vt, *De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meã*; &, *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* De alijs nominibus proprijs in caſu vocãdi replicatis, aſsignat Euthymius in Pſal. rationem: *Duplicatio*, inquit, *appellationis, hoc eſt vocatiui, aut demõſtratio eſt miſerationis, aut diligentis vocationis ſignum. Vt, Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas; & Eli, Eli, Lamma ſabacthani.* Quibus addere poſſumus illa: *Martha, Martha ſolicita es*; &, *Saule, Saule quid me perſequeris?* &, *Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos, &c.* Interdum verò repetitiones fiunt verborum ad maiorem emphaſin exprimendam: vt, *In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos.* Et paulò poſt: *In te ſperauerunt, & non ſunt confuſi.* Interdum etiam geminatur verbum: vt cùm dicitur: *Multiplicans multiplicabo: Benedicens benedicam*; &, *Expectans expectaui Dominum.* In quem locum ita ſcribit Euthymius: *Huiuſmodi verborum repetitio frequentiſsima eſt apud Hebræos, & intenſionem quandam mentis denotat. Vt illud, Videns vidi; &, Cognoſcens cognoſces, hoc eſt, exquiſite cognoſces, & alia huiuſmodi. Expectans igitur expectaui Dominum, hoc eſt, valde expectaui adiutorem meum Chriſtum. Ipſe enim eſt expectatio gentium.* Hæc ille. Aliquando verba eodem loco repetita ſolent in alia; & alia ſignificatione accipi: vt Ioan. 1. *Mundus per ipſum factus eſt*, id eſt machina, ex cuius contemplatione agnoſci poterat Deus: *& mundus eum non cognouit*, id eſt, homines huic mundo addicti nõ agnouerunt. Et Hiere. 33. initio: *Vos non viſitaſtis gregem meum*, id eſt, nõ gubernaſtis, nec curam eius geſsiſtis: *Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum*, id eſt, puniam negligentiam veſtram: vbi verbum, *viſitandi*, in diuerſo accepit ſignificatu. Ita 2. Cor. 5. in fine. *Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*: vbi primo loco peccatum propriè accipit, in ſecundo ſacrificium pro peccato, quia peccatũ piacularis hoſtia dicitur. Simile eſt illud ad Rom. 8. in principio: *Deus mittens filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne*: vbi primò carnem ſuam, quæ ſimilitudinem carnis peccati geſtabat, peccatũ vocat: deinde verò propriè accipit, cũ ait: *Damnauit peccatum.*

Nomen Dei repetitum, quid efficiat.

Greg. in Pſal. pœnitentialẽ.

Pſalm. 129.

Euthym.

Matth. 23.

Infra 27.

Luc. 10.

Act. 9.

Luc. 22.

Pſalm. 21.

Gen. 16.

Euth. in Pſal. 39. initio.

Verba interdum eodem loco repetita aliã & aliam ſignificationem habent.

Matth. 21. & alibi.

Hier. in Ezec. li. 10. circa ſi. to. 5. à medio.

Non ignorauit Origen. hãc doctrinam, qui lib. 3. in epiſt. ad Rom. *Inuenimus*, inquit,

Orig. in cap. 3. epiſt. ad Rom. à med. tom. 2.

hanc eſſe ſcriptura cõſuetudinem & in alijs locis: vt ibi, Nõne vos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt vt veniat meſſis? eleuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſẽ. Num & hoc loco meſſis ſecũdò nominata, primo ad corporalem meſſem refertur, ſecundo ad ſpiritualẽ?
Ibidem. *Et iterum in Euangelio cùm dicit ad Samaritanam mulierem Saluator, Da mihi bibere, & poſt reſponſum eius iterum dicit ad eam: Si ſcires quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu vtique petiſſes eum, & dediſſet tibi aquam viuam. Et iterũ addidit ad eam: Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dedi, non ſitiet in æternum. Vides quomodo & bibere ex aqua nunc quidem corporaliter, nunc autem ſpiritualiter, in vno eodemq; accipitur loco?*
Infra 9. *Eſt & illic ſimiliter poſitum, vbi cæcus à natiuitate curatur: Poſt hæc dicit Saluator: In iudicium ego veni in hunc mundum; vt qui non vident videant; & qui vident, cæci fiant. Nonne etiam hic & videre, & non videre, nunc corporaliter, nunc ſpiritaliter intelligitur? Ita ergo in hoc loco Apo-*
Rom. 3. *ſtolus, cùm ſine lege dicit iuſtitiam Dei manifeſtari, naturalis lex intelligitur: cùm verò dicit:*
Ibidem. *Teſtificata à Lege, & Prophetis, Moyſi Legem deſignat.* Hæc ille. Deniq; ſicut carnalium eſt
Quid proprium carnis quid verò ſpiritus. ex ſpiritu carnem efficere, & carnalia intelligere; ita moris erat Chriſto à carnalibus
Matth. 4. ad ſpiritualia ſermonem inſtituere. Ita Apoſtolis, quos à piſcatura vocauit, dixit: *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores homi-*
Ioan. 4. *num.* Et rogatus vt cibum ſumeret, reſpondit: *Meus cibus eſt, vt faciã voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Et à lotione pedum corporea, ad ablutionem ſpiritualem
Ioan. 13. progreſſus eſt, cùm dixit Petro: *Niſi lauero te, non habebis partem mecum.*

Canon XXIV.

Libri Iob cauſæ obſcuritatis exponuntur. Liber Iob difficilis ſemper eſt habitus, & perobſcurus itum quòd inſtar poëmatis ſit cõtextus, verbis & locutionibus ab vſitato loquendi modo diſcrepãs, quia Syriacas, & Arabicas voces quamplurimas Hebræis intermiſcet: tum quòd Dialecticè in eo diſſeritur inter Iob, & amicos, & non ſemper quæ opponunt aduerſarij ipſi Iobi, ſolida, aut vera ſunt; nec etiam omnia quæ Iob di-
Quodnam eius ſit libri argumentũ. xit, vt illa quę ipſe Deus in fine diſputatiõis in eo reprehendit, & ipſe Iob agnouit, & ſeipſum reprehendit: tum quòd argumentũ diſputationis altum fuerit, & ſublime: diſſeritur enim in eo de diuina Prouidentia, qua humanas res adminiſtrat, & quæ ſæpè apud mortales vt dubia, & deſiderata, aut abeſſe credita, elucet nonnunquam: & quæ cùm iniurias miſeris illatas, aut humanas querimonias diſſimulaſſet, præſentiæ ſuæ præbet indicia. Proponitur igitur inſigne quoddam, & memorabile patientiæ ſpectaculum in homine iuſto Iobe, in quem flagellatum & omnibus bonis ſpoliatũ ſi ſpe-
ctent mortales, conſpicient qua ratione agat Deus cum his quos diligit, & qualem & *Hebr. 5.*
quantum iuſtitiæ fructum exercitatis per eam reddat. Deinde vt in eodem agnoſcãt Ieſu Chriſti filij Dei apertum typum & figuram, quæ innocens, & omnis culpæ ex-
pers, diram & ignominia plenam crucis *Philip. 2.*
mortem pro nobis peccatoribus pertulit; & non tantùm Chriſti, ſed etiã Martyrum, & aliorum ſanctorum, qui indigniſſima, & grauiſſima pro Iuſtitia & virtute colenda paſsi ſunt.

Neq; mirum eſſe debet, ſi Iob patientiſſimus nõ ſine aliquot defectibus typus extiterit Chriſti Innocentiſſimi, qui peccatũ non fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eius. Solent enim typi repræſentare res multo maiores & excellentiores, quã ſint illæ, quę inueniuntur in typis. Depinxit enim hic liber virum iuſtum, & perfectum non ſine quibuſdam leuioribus delictis, & maculis, quas tum Deus reprehendit in eo, tum ipſe in ſe agnouit, & egit de illis pœnitentiam in fauilla & igne: ſed illæ humanę offenſiones in eo ſicut non derogabant iuſtitiæ & perfectioni eius, ita nec obſtabant quominus eſſent typus Chriſti, abſolutè innocentiæ & ſanctitatis exemplaris, qui ne in leuiſſimum quidem & minimum peccatum im-
pegit. Diſputatur igitur, an Deus iuſtos, & *Iſai. 53. & 2. Petr. 2.*
ſanctitate, & ſapientia conſpicuos interdum ſine culpa affligat, & an id iudicium ſit cum Dei æquitate coniunctum. Et quo exemplum propoſitum magis permoueat
lectores, ponitur in primis Iob ſpoliatus *Iob 1. & ſeq.*
omnibus facultatibus, & ſubſtantia: deinde
morte filiorum, & filiarum omnium repẽ- *Infra 2. & ſe.*
tè percuſſus. Tertiò in corpore vlceribus *Ibidem.*
pleno, & vermibus ſcatẽte, & dolore ad oſſa vſq; penetrante afflictus. Quartò in vxore tentatus, quę in id ſeruata illi videtur, vt eum induceret ad blaſphemias Deo inferẽdas, & ad deſperationẽ: *Benedic*, inquit, *Deo, & morere*, & quę virum exhorrebat, & abominabatur. Vnde & Iob 19. *Halitum meum exhorruit vxor mea.* Quintò paſſus eſt in amicis, Leonem, & Tigrin eum vocãtibus c. 4. arrogantẽ, & hypocritã c. 15. furioſum c. 18 oppreſſorem pauperum, & tyrannum c. 22. vaniloquũ, & impium c. 8. Sextò paſſus eſt à ſuis ſeruis c. 49. & à vulgo c. 17. Septimò paſſus eſt in anima, dæmone eũ viſionibus, & inſomnijs terrente c. 7. Paſſus eſt mentis perplexitatẽ, an cederet ei paſsio in bonum c. 19. Dubitabat etiã de ſua iuſtitia, vnde dixit: *Viro cuius abſcõdita eſt via, & circũdedit eũ*

Deus tenebris. Pertulit deſolationem à Deo abſcondente vultum: *Quo facto quis eſt qui contempletur eum, &c.* Iob 34. Denique timuit, ne ſibi adderentur pœnæ, & ne afflictus peccaret, cap. 6. *Hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam ſermonibus Sancti?* Quis non obſtupeſcat ad tot Iobis plagas? quis nõ admiretur Dei iudicia? Quis eſt qui flagellatus Deo præſcribere valeat plagarum numerũ, aut modum? Cernis igitur præclarum militis Dei exemplum, qui tot ictibus reſtitit, qui cum mortifero peccato nullo, aut cum leuiſsimis, & pauciſsimis delictis tanta pertulit, non tantum vt præberet documentum externus homo patientiæ Iſraëlitis in Aegypto oppreſsis, ſed & toti mundo præluceret, & præiret, & muniret viam Chriſto Domino, & Martyribus vſq; adeò, vt dicat Hieronymus ad Demetriadem tom. 4. O *virum ante Euangelium Euangelicum, & Apoſtolicum ante Apoſtolica præcepta, Apoſtolorum diſcipulum!* Hæc ille. Continet etiam finẽ Domini, vt ait Iacobus Apoſtolus: quia *Miſericors Dominus & miſerator*. Illa enim omnia infauſta, & triſtia in Iob, terminata ſunt in ſummo honore, & gloria eius, in ſubſtantia à Deo duplicata, in numeroſæ ſobolis procreatione, & vita longæua, & beata: qua in re non fuit Euangelicus, ſed typus eorũ, qui in Euangelio cæſi recipiunt in futuro ſeculo ampliſsima feliciſsimæ, & interminabilis vitæ præmia.

Exod. 1. & ſeq & infr. 5. & ſeq.
Iobis encomium.
Iacob. vlt.
Pſalm. 100.

Græci diuidunt hunc librum in 32. capita, Latini in 42. Sunt & qui apud Græcos in 20. colloquia diſtribuant, vt Athanaſius: vnum quidem Dei ad diabolum, & Iobis ad amicos nouẽ colloquia: Eliphaz ad Iob tria, Sophaz ad eundem duo, Balda ad eundem duo, Elihu ad Iob eundem vnum, poſtremò Dei vnũ ad Iob, & amicos eius. De quo rectè Orig. li. 1. in Iob, initio ait: *Adhuc vſque in hodiernum diem beati Iob tolerãtia ante eos, qui ſunt in dolore, & luctu atque planctu, legitur pro conſolatione, atque exhortatione dolorum illorum, & pro ablatione anguſtia cordium eorum. Similiter autem & in conuentu Eccleſiæ in diebus ſanctis legitur paſsio Iob, in diebus ieiunij, in diebus abſtinentia, in diebus in quibus tanquam compatiumur ij qui ieiunant, & abſtinent, admirabilis illi Iob, in diebus, in quibus in ieiunio, & abſtinentia ſanctam Domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionem ſectamur.* Hæc ille. Et ob hanc cauſam in ſepeliendis Chriſtianorum corporibus ex libro Iob multas lectiones Eccleſia prælegendas ſuſcepit, ad leniendum dolorẽ eorum, qui ſuperſtites remanent, & caros amiſerunt, cùm ille filiorum ſeptem, & trium filiarum fecerit vna hora iacturá.

Triplex huius libri diuiſio.
Athanaſ. in Synopſi, tom. vlt.
Orig. tom. 1.
Iob quo tempore legitur in Eccleſia.

Et meritò poſt Tobiæ exemplum, qui oculos in exercitio pietatis, & charitatis emiſerat, & ſine vllo peccato tulerat cæcitatem, proponitur altius & maius Iobis documentum, & Euangelico ſtatui vicinius.

CANON XXV.

Tradunt Talmudicorũ librorum autores; Iob in rerum natura fuiſſe nunquã, ſed eſſe narrationem confictam: quos ſecuti Anabaptiſtæ, perditiſsimi noſtræ ætatis hæretici, docẽt hunc librũ eſſe merum figmentũ; & comicam quandam fabulam, quã & tragicomœdiam Hebræorũ non verentur vocare, hoc eſt, fabulã ex parte comœdiæ non abſimilẽ, quia eius extrema fauſtis & lætis terminantur, ex parte verò tragœdiæ perſimilem, quia principium accipit a triſtibus & turbulentis, id eſt, à iactura facultatum omniũ, & à cædibus filiorũ, & filiarũ, & ab ipſius vlceribus, quæ vermibus ſcatebant. Probant deinde eſſe fabulã, quia incerta eſt perſona Iob, & an ex Nachor fratre Abrahã deſcendat, vt vult Hieron. cũ Hebræis, dubium, an verò ex Eſau progenie, vt tradũt Orige. Ambroſ. & Auguſt. Incertus etiam eius locus, & patria: quia Origenes, ſiue potius alius eo poſterior in terra Hus, vel Auſitide facit eum Arabem: at alij Patres faciunt eum Idumæum. Incertum etiã tempus ſub quo floruit: nam alij ſub Moyſis, alij verò multo ante Moyſen. Incertus deniq; libri autor: multi enim illum tribuunt ipſi Iobo, alij alicui ex amicis, vel ex Prophetis, alij verò ipſi Moyſi, qui ex Syriaco idiomate cõuertit in Hebræũ, vt conſolaretur Hebræos in Aegypto vexatos & angariatos, & ad patientiam amplectendã adhortaretur.

Librum Iob non veram, ſed commentitiam eſſe narrationem Talmudici tradunt autores.
In lib. Babathra p. 3. 4. ordin.
Eũdem infeliciſſimi librum Iobis cõparant tragicomœdiæ.
Quibus ijdẽ rationibus Talmudiſtæ fabulam eſſe contendant.
Gen. 11.
Hiero. in tradit. in Geneſ. tom. 3.
Orig. lib. 1. in Iob, init. 10. 1.
Exo. 1. & ſeq. & 5. & ſeq.

Sed hæc neq; vera ſũt, neq; firma ad narrationem hanc confictã probandũ. Oſtẽdit enim primũ Scriptura, hãc veram hiſtoriã, & rẽ geſtam fuiſſe, vt ſcribitur. Nam & alij loci Scripturæ coniungunt Iob cum his qui verè extiterũt. Et Ezech. 14. *Etſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe. Daniel, & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Hoc eſt, etſi ſanctiſsimi viri, qui diuerſis ſeculis floruerunt, pro eis preces ad me funderẽt, vt fuit Noe celebris & perfect⁹, & Daniel ſanctus, & Iob patiẽs, non exaudiã eos. Vt ergo Daniel, & Noe homines fuere, ergo & Iob: & Iacob. c. 5. *Patientiã Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis: quia miſericors, & miſerator Dominus, qui reddidit ei omnia bona duplicata.* Et præcedit: *Exemplũ accipite fratres exitus mali, & lõganimitatis, & laboris, & patientia, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini.* Ecce Prophetas verè fuiſſe in rerum natura. Ergo & Iob. Deinde probat Auerroes Arabs, in Moralibus Ariſtotelis de animi magnitu-

Vana prorſus atq; ridicula eiuſmodi traditio abundè comprobatur.
I. Argum.
Gen. 6.
Pſalm. 100.
Iob vlt.
II. Argum. ex Auerroe.

dine,

dine, & diuerſæ fortunæ ſuſtinentia diſſe-
rens, vbi Iob in exemplum adducit & bea-
III. Argum. *Iob 1.*
tum vocat. Ipſe etiam Textus libri Iob hi-
ſtoriam ſe contexere indicat, dum diligen-
ter ea ponuntur, quæ in fabulis, & in para-
boli[illegible] negliguntur: nam proprium nomen
ei[illegible], ac ciu[illegible]tatis Hus, ac filiorũ, & filiarum
nu[illegible]erum recenſet: ponitur vxor, & quan-
titas facultatis à bob[illegible] ad aſinos, dies item
vitæ ei[illegible]s, & nom[illegible] [illegible]ic[illegible]orum eius, & ge-
nus ipſorum, & [illegible]a, & patria. Neſcio,
an de Adam, vel alio [illegible] poſsint produci te-
ſtimonia ex Scri[illegible]s ad probanda[illegible] ali-
IV. Argum.
quam hiſtoriã. Præterea ſi rati[illegible] co[illegible]tur,
omnia quæ hiſtoria cõprobar, hic ad unt:
quæ parabolam ant fabul[illegible]m oſtendunt, hic
abſunt. Vana ſiqu[illegible]dem eſſ[illegible] [illegible]quæſtio, ex quo
g[illegible]ere, vel pro[illegible] [illegible]ied[illegible] [illegible]cenderet, an ex Na-
Gen. 11.
chor fratre Ab[illegible]aham, an ex Eſau. Vanum,
Iob 3. & ſeq
quomodo maledixerit cõceptui, & partui,
qui nec natus, nec conceptus eſt. Vanum,
quæ eius extiterit pat[illegible]a an Arab[illegible]a, an Idu-
V. Argum.
mæa, inquirere. Res [illegible]tera comica non
haberet vires ad per[illegible]dendum, vt omnia
p[illegible] r[illegible] ra[illegible]us: ſicut ille, qui in humanis
pr[illegible] expertus eſt ſecundam fortunã, de
V I. argum.
inde aduerſam. Item hic liber coniunctus
eſt libro Eſther, Iudith, & Tobiæ, & Pſal-
mis, qui omnes ſunt hiſtorici: ergo & iſte
VII. argum.
erit. Tobias etiam eum, vt hiſtoricum con-
firmat, cùm c. 2. ita habet: *Hanc autem tenta-*
tionem ideò permiſit Dominus euenire illi, vt po-
ſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut &
ſancti Iob. Infra: *Nam ſicut beato Iob inſultа-*
bant, ita iſti parentes, & cognati eius irridebant
vitam eius: quæ autem eſſet entis cum non
VIII. argum.
ente in rerum natura comparatio? Præterea
Eccleſia Diuum Iobem templis, altaribus,
& feſt[illegible] ſuo die honorat, & per eum patroci-
nium ab omni morbo, & peſte à Deo poſtu-
lat, & calamitoſis omnibus vt protectorẽ
pr[illegible]ponit. Igitur B. Iob reuera fuit, & in Ka-
lend[illegible]rio Romano ponitur colendus deci-
ma die menſis Maij.

Iob qualis vir
[illegible]e fuerit.
Quis autẽ Iob extiterit, & ex c[illegible] [illegible]ro-
[illegible]enie deſcenderit, non eſt obſcurum. Imo
[illegible] me eſſet, non ob id euinceretur I[illegible]
nõ fu[illegible]ſe. Nam de quibuſdam in ſcri[illegible]turi[illegible]
[illegible]tamus quibus parentibus ſin[illegible] orti, nec
Orig. ſuperiori loco.
[illegible]rop[illegible]erea idcircò perit ratio hiſtoriæ. Cer[illegible]
[illegible] Origenes, & Chr[illegible]ſoſt. affirmant ipſum
Chryſ ſerm. [illegible]e Iob. & Abra
[illegible]cendere ab Eſau fratre Iob & [illegible]intum
a[illegible] Abraham eſſ[illegible]: nam Abraham genuit I-
[illegible]mitio. 1.
[illegible], h[illegible] [illegible]u, Eſau Rah[illegible]el, hic Za[illegible], & Za-
[illegible] fin.
ra I[illegible]b. Gen. 36. in enu[illegible] [illegible]e R[illegible]m in
[illegible] 21.
terra [illegible]dom, antequam [illegible] [illegible] el[illegible] [illegible]bere[illegible]
Infra 25.
r[illegible] n[illegible] d[illegible]itur reg[illegible]aſſe Balach [illegible] u[illegible],
[illegible] 36.
a[illegible] d[illegible] & regna[illegible] Iob [illegible] [illegible]ũ Za-
ibi em.
[illegible] [illegible]b & Iobab idẽ [illegible] Orige-
Orig. ibidem.

nes vocat Eſau tritauũ ipſius Iob, & Chryſ.
Chryſoſt. codẽ loco.
pronepotem ipſius repudiati Eſau. Subſcri-
pſit Auguſtin. huic ſententiæ, dicens ipſum
Aug. lib 18. de ciuit. Dei, [illegible] 47. tom. 5.
eſſe de gente Idumæa. Edom autem idem
eſt quod Eſau. Gregorius quoq; Iob recen-
Gregor. lib. 1. Moral. [illegible]en. 34.
ſet eſſe eundem qui Iobab, Geneſ. 36. Idem
quoq; probatur ab argumento ipſius [illegible]i
Iob, quod in fine eius in Græcis volumini-
bus apponi ſolet, quod ita habet: *In terra qui-*
dem habitaſſe Iob Hu[illegible]it[illegible]dem in finibus Idumææ
& Arabiæ fertur. & erat ei ante nomen Iobab. et
habuit vxorem Arab[illegible] m[illegible] [illegible] quod ac-
ceperit [illegible] filium [illegible] [illegible]ob, & genuit filium, quem
vocauit Ennon. [illegible] autem [illegible] quidem filius Za-
ra de Eſau [illegible] [illegible] matre Bozra; ita vt ſit
quintus ab Abraham [illegible] argumentum ten-
ræ [illegible], & Græ[illegible], & [illegible] [illegible] [illegible], vt
pars quædam [illegible] [illegible] [illegible]ur, vt hodie in fi-
ne libri Iob apud omnes Græcos codices ha-
Origen.
beatur adiectum. Et Origenes vt Scripturã
illud citat, & probat per ipſum M[illegible]ſen in
Hebr[illegible] [illegible]am ling[illegible]am [illegible]e conuerſum, atq;
filijs Iſraël traditum. *Quod oſtendit,* inquit,
ipſa Scriptura de Iob dicens. Et Chryſoſt. *Scri-*
Chryſ hom. 2. de patientia Iob, in princ.
ptura, inquit, *quintũ ab Abraham dicit eſſe Iob.*
Et Auguſt. lib. de ciuit. Dei: *Sanctus & mira-*
B. Aug. loco dicto.
bilis vir Iob, nec indigena, nec proſelytus, id eſt,
aduena populi Iſraël fuit, ſed ex gente Idumæa
genus ducens, ibidem mortuus eſt: qui diuino ſic
laudatur eloquio, vt quod ad iuſtitiam pietatem-
que attinet, nullus homo ei ſuorum temporum co-
æquetur. Qua tempora eius, quamuis nõ inuenia-
mus in chronicis, colligimus tamen ex libro eius,
quem pro ſuo merito Iſraëlitæ in autoritatem ca-
nonicam receperunt, tertia generatione poſterio-
rem fuiſſe quàm Iſraël. [illegible] ille. Quod Augu-
ſtini dictum oſtendere non poſſumus, niſi
ex prolog[illegible], vbi dicitur: *Quintus ab Abraham,*
& Iſraël ſecundus eſt ab Abraham. Ambroſius
B. Amb. lib. 2. de interpel. c. 8 tom. 4 paulò ante med.
lib. de interpel. Ex hoc loco ſcripturæ aſſe-
rit ſanctum Iob cum Chriſto ſurrexiſſe à
mortuis. Idem etiam argumẽtum teſtatur
B Hier præfa- tio in Iob, to. 3 ſub initium, lib. 1. tradit. in Geneſ.
B. Hieron. in quibuſ[illegible]an exemplaribus La-
[illegible] inueniri. Nec obſtat quod Hi[illegible]rony-
mus [illegible]lud neglexerit: quia hoc ideo fecit,
quia non haberetur in Hebræis volumini-
Argumẽtum lib. Iob apud Græcos recep- tiſſimũ, cur Hiero negle- xiſſe videatur.
bus; ſicut nec in Daniel. habetur in Hebræo
Belis, & Draconis, & Suſannæ hiſtoria, nec
Canticum trium puerorũ, nec in libro E[illegible]-
her i[illegible]la epiſtola Artaxerxis, quæ in fine ad-
ditur ex Theodotione. Nec [illegible]ſtat quòd a-
Dan 14. & infra.
liter ſcribatur איוב & aliter יובב quia idem
nomen in ead[illegible] lingua variè ſcribitur. Nam
Sup 13. & ſeq. Sup 3 & ſeq. Ruth 4. & Matth 1.
Aram pater Ampiadab interdum dicitur
Ramimò & Abrã. & Abraham, etiã Ram,
vt Iob 32. dici[illegible]ur E[illegible]u filius Barach [illegible]
[illegible]es, de cog[illegible]at[illegible]e Rã, qui ſecund[illegible] Hebræ-
[illegible] Abraham. Tertiò, nõ obſtat Hieron.
B. Hieron. to. 3 à med.
lib. Quæſt. in Gen. & Commentariolo ſuo

in Iob

Idem tom. 6. *Gen. 11.* *Idem.*

in Iob ex ſententia Heb. ao. am de , quod deſcenderit à Nachor fratre Ab Legimus enim c.22. Gen. Melcham ſororē Sarai, filiam Aram, genuiſſe filins Nachor fratri Abraham, Hus primogen m, & Buz fratrem eius. Quem locum ter ibi ſic explicat: *Primogenitus Nachor fratris Abraham de Melcha vxore eius filia Arā, natus eſt Hus, de cuius ſtirpe Iob deſcendit, ſicut ſcriptū eſt in exordio voluminis eius: Vir fuit in terra Hus nomine Iob. Malè igitur quidam exiſtimant Iob de genere eſſe Eſau: ſiquidem illud quod in fine libri ipſius habetur, eò quòd de Syro ſermone tranſlatus eſt, & quartus ſit ab Eſau, & reliqua, quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus nō habentur. Secundus natus eſt de Melcha, quem Septuaginta Banz transferre voluerunt, & ex cuius genere eſt Balaam ille diuinus, vt Hebræi tradunt, qui in libro Iob dicitur Eliu, primum vir ſanctus, & prophetes Dei, poſteà per inobedientiam, & deſiderium munerum, dum Iſraël maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatur.* Et ibidem: *Legimus Eliphaz Themanitem illum, qui primo loco inter amicos poſt verba Iob loquitur, ipſum eſſe primogenitum Eſau ex vxore Ada filia Elon Hethai, & à regione Theman, in qua regnauerat, dictum eſſe Themanitem.* Quæ ſi vera eſſent, oporteret fateri, Balaam ipſum, qui Eliu dicitur, ſupra modum communem illius temporis vixiſſe, & quod contemporaneus fuerit ipſi Eliphaz primogenito Eſau, atq; vixiſſe eum vſq; circiter finem vitæ Moyſi, quādo perijt gladio in vltione Madianitarum. A tempore autē Eliphaz vſq; ad tempus mortis Moyſi ſunt ſupra an. 300. vt facilè eſt computare: quod tñ non eſt probabile tanto tēpore illa ætate viuere ſolitos. Nā nec Abraham, nec Iſaac, nec Iacob, nec Eſau tantum tēporis vixerunt. Deinde Balaam non erat ſenex tempore Moyſi, quia equitabat in aſina, aſcendebat in montem, vt malediceret Iſraël; & aſcendit in excelſa vt ſacrificaret: quæ non ſunt hominis trecentenarij. Ad hæc, ante Eliphaz primogenitum Eſau, nunquam legimus Theman, vnde dici poſſit Themanites: benè tamen Theman fuit filius primogenitus ipſius Eliphaz, vt dicitur Geneſ. 36. ex quo regio illa nomen habuit. Non ergo conſtare poteſt opinio Hebræorum, & improbabile non eſt opinionem Hebræorum inde natam malignè ob odium Eſau, & filiorum eius, dolentium eius ſobolē per omnia ſecula memorabilem: ideò finxerunt in ſuis genealogijs, Iob non ab Eſau duxiſſe originem, ſed à Nachor fratre Abraham: ne homo Idumæus propoſitus eis eſſet in exemplum. Quod verò de loco incerto aſſeritur falſum eſt. Erat enim terra Hus propè Idumæam, & iuxta Arabiam, & de ea loquitur Hiere. in c. 4. Thren. in fin. *Gaude,* inquit, *et lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus,* quā LXX. vertunt ſemper vel Auſidē, vel Huſitidem. Idumæa, teſte Plinio, partim Syriæ miſcetur, cuius vltima ad Occidentem Solem pars eſt, partim verò Arabię Petrę: cui contigua eſt, & in eam excurrit.

Qui dicunt Iob de genere fuiſſe Eſau eorum ſententiam improbat Hieron.

Num. 22. & ſeq.

Iob 4. & infra.

Iudic. 7.

Num. 22.

Gen. 11.

Iobis patria qualis fuerit.

Plin. lib. 5. cap. 13.

Quartò, quòd dicunt incertum de tempore, vanum eſt. Vixit enim Iob, quo tempore Iſraëlitæ erant in captiuitate Aegypti detenti, vel paulò ante. Quod ex eo oſtenditur, quoniam Iſaac genuit Iacob & Eſau, Iacob autem Iudam, Iudas Phares, & Phares Eſron. Eſau genuit Rahuel, hic verò Zarā, & Zara Iobab; & ita Iob & Eſron fuerunt æquales, vt Iob & Phares, quia cum Iacob & Eſau fuerūt vno partu editi: tamen Eſau quadragenarius multo ante Iacob accepit duas vxores, & filios procreauit, Gene. 26. Iacob vero erat annorū circiter 84. quādo accepit vxorem Liam, & Rachel: quod inde liquidum redditur, quia Iacob vnius & nonaginta annorum erat, quando genuit Ioſeph in Meſopotamia, dum ſeruiret auunculo ſuo Laban, ante quod tempus non habuerat vxores, niſi circiter ſeptem, vel octo annos, & per ſeptem annos ſeruiuit, antequam vxores acciperet, & vniuerſum tempus fuit viginti annorum: & in reditu Iacob ex Meſopotamia in Chanaan puer Ioſeph, vt minimus, erat quatuor, vel quinque annorum. Quod vero Iacob nonaginta & vnius annorum eſſet, quando genuit, patet: quia quando venit Ioſeph ad Pharaonem, erat triginta annorum, & priuatus, & dominatus erat ſeptem annis fertilitatis, & duobus famis. Et quando rurſus ſtetit Ioſeph coram Pharaone, habebat 130. ann. vt dicitur Gen. 47. è quibus ſi ſubtrahas 39. Ioſeph, ſuperſunt 91. Et ita Iob vixit cum Phares, & Eſron, qui numeratur Gen. 46. Inter filios Iacob ingreſſos in Aegyptum. Et quia Iob poſt flagella vixit 140. annos, vt habes Iob vlt. ſupereſt quod paulò ante Moſen mortuus ſit Iob: quia Moſes natus eſt anno à captiuitate 135. nam vixit Ioſeph annos 110. à quibus tollendo 39. ſuperſunt 71. Nam primus annus captiuitatis fuit vltimus Ioſeph, à quo vltimo vſque ad Moſen ſunt anni 64. qui ſimul iuncti reddunt 135. Cui ſententiæ concordat Origenes, dicens: *Super hæc omnia, ô amici, inuenimus in antiquorum dictis, quòd cum magnus ille Moſes in Aegypto à Deo fuiſſet miſſus, & vehementem afflictionem filiorum Iſraël videret, & conſolari eos ab anxietate lamentabilis eorum afflictionis, quæ illos Aegyptij affligebant, minimè valeret; vehementes illos, atq; terribiles Iob dolores pro cōſolatione*

Quando vixerit.

Matth. 1.

Gen. 25.

Infra 29.

Infra 38.

1. Paral. 2. &

Ruth 4.

Gen. 36.

Ibidem.

Ibidem.

Gen. 41.

Orig. ſub init. lib. 1. in Iob. tom. 1.

Moſes & Iob eiſdem ferè temporibus.

ſolatione

ſolatione illis enarrauerit, necnon in Scriptura eos ponens, adhuc cùm eſſent recentiores, illi populo dederit, vt per cognationes, & tribus ſuas hæc legentes, vehementes atque terribiles illos beati illius viri dolores audientes, inuicem ſe conſolarentur, & cum patientia, atque gratiarum actionibus mala quæ eos circumdederant, ſufferrent; & vt bonam remunerationem Domini, quam Iob poſt tolerantiam largitus eſt, audientes, etiam ipſi liberationem ſperarent, & beneficia beatæ mercedis laborum ſuorũ expectarent. Hæc Origenes.

Qui fuerit autor libri Iob.

Quòd quintò incertus ſit ſcriptor, nihil refert: ſatis eſt eſſe canonicum, & Spiritum ſanctum eſſe primarium autorem. Sicut etiam de Tobia, Iudith, Eſther, non ſatis cõſtat qui fuerint ſcriptores immediati.

I. Opinio.

Vel ergo ſcriptor fuit Moſes, qui exul ab Aegypto in terris Arabum cum ſacerdote Madian, id eſt, gentis Arabiæ, vnde genus ducit ipſe Iob, quadraginta annis eſt verſatus, cùm adoptatus à filia Pharaonis, omnibus literis & diſciplinis imbutus fuiſſet, & tunc ſcripſit hunc librum.

Exod 2. Ibidem. Act 7.

II. Opinio. *Greg. in expoſitionem beati Iob, ca. 1. to. 1. in 19. Iob 19. Infra 31.*

Vel, vt ait Gregorius, Iob ipſe, qui hoc ipſum deſiderabat. Ait enim: *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel certè ſculpantur in ſilice?* & rurſus: *Quis mihi tribuat adiutorem, vt deſiderium meum audiat omnipotens; & librum ſcribat ipſe qui iudicat; vt in humero meo portẽ illum; & circundem illum quaſi coronam mihi?*

Canon XXVI.

Anabaptiſtarum cõtra librum Iobis argumenta: eorundẽ confutationem, & quarundã Iobis ſententiarum explicationem cõtinet hic canon.

Cùm autor libri Iob (quiſquis tandem ille fuerit) eò ſpectet potiſsimùm, vt plenam, & perſectam viri æquo animo, & patienter aduerſa omnia tolerantis imaginem nobis deſcribat, qui nec ſecundis, aut proſperis inflatur, neque aduerſis frangitur, ſed in vtriſque Deum non deſerit, & in fidei virtute firmus, & in ſpe diuini patrocinij cõſtans perſeuerat: videtur tamen ſummè defeciſſe, quòd motus animi perturbati, & minimè patientis illi adſcribat, dum eum tradit maledixiſſe diei natiuitatis ſuę, & nocti cõceptionis, & eò progreſſum, vt in Deum indignationis ſuæ aculeos iacularetur: *Quare* inquit, *non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus?* Et ita grauiter deliquiſſe, oſtendit finis primi, & ſecundi capitis, vbi habetur: *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.* Ergo his verbis innuitur deliquiſſe, aut ſaltem ſtultè aliquid in Dominum dixiſſe. Adde, quòd fractum diffidentia, ſuſpendium, quo vita eius abrumpatur, eligentem facit: *Quamobrem*, inquit, *elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. Deſperaui, nequaquam iam viuam.*

Iob 3. Ibidem. Iob 7.

Ad hæc, deſcribitur propriæ iactator iuſtitiæ, & Dei iuſtitiæ accuſator: *Vtinam*, inquit, *appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior appareret*: quo peccato nihil eſt peruerſius. *Supra 6.* Et cap. 31. longum texit catalogum operum ſuorum, & aſſerit: *Iuſtificationem meam quam cœpi tenere, non deſeram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita me.* *Infra 27.* Cùm tamen ſcriptum eſt: *Non eſt homo qui peccet*; & alibi, *Iuſtus prior eſt accuſator ſui.* *2. Paral. 6. Prouerb. 18.* Et vt hæc aliqui excuſent, & in bonam partem interpretentur, in fine reprehenditur à Deo, & ipſe agnoſcit errores ſuos, dicens: *Vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem: & alterum, quibus vltra non addam.* *Iob 39.* Idcircò ſe agere pœnitentiam in fauilla & cinere commemorat. *Infra 42.* Poſtremò aiunt Anabaptiſtæ, in fine fabulæ induci Deum vt iudicem, qui examinata cauſſa pronuntiaret ſententiam, & aperiret quinam illorũ, Iob, an amici eius rectius locuti eſſent: atq; hoc iuxta regulam Horatij in Arte ſua poetica:

Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus. *Horatius.*

Ita pro Iob pronũtiauit, & reſtituit omnia duplicia priora bona per tentationem dæmonis ablata. Et cùm cœperit proſa oratione liber, verſu extenditur diſputatio tota in morem dramatis: & rurſus proſa oratione concluditur. Et vt in comœdijs Græcorum & Latinorum diuerſa nõnunquam linguarum genera ad maiorẽ ſpectatorum oblectationem producuntur: vt apud Ariſtophanem in Comœdia, quæ inſcribitur Acharnis, introducitur quidam Barbarus Perſica lingua loquens, & apud Plautum Penulo Apher quidam Punicè loquens: ad eum modum in hac fabula: *Nunc*, inquit, *Hebræo, modò Arabica, rurſus Syriaca lingua diſputationes fiunt.*

Hæc omnia illi hæretici in canonicum, & ſanctiſsimum librum effundunt. Quibus omnibus pro virili ſatisfaciendum eſt, eo conſilio, vt multos locos ſcripturę apertiùs explicemus. Et primùm quidem, ſanctum virum ab illis contumelijs & maledictis in Deum vindicare conabimur. Deinde argumenta in contrarium producta diluemus. Poſtremò explicabimus, quomodò hæc maledicta intelligantur catholicè.

In eo quòd S. Iob diei natiuitatis ſuæ maledixit, nil eum proinde in Deum deliquiſſe, aut ſtultum quid fuiſſe locutũ.

Quod igitur Iob illis in ſpeciem maledicis verbis, & blaſphemis non peccauerit, ex multis demonſtrari poteſt. Primò, quia qui patiẽter egerat gratias Deo de amiſsis opibus, & filijs interfectis, & de perſona in carne grauiſsimè læſa, & vxorem perſuadentem, vt recederet à perſeuerãtia virtutum,

multis oſtenditur.

& à Dei fide, & patientię conſtantis tolerãtia, grauiter reprehenderit, vnde dicitur: *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis*: quomodo

I. Ratio.
Iob 1. & 2.
B. Gregor.

ſine vllo inſtigante (vt Greg. expendit) abduci potuit ad blaſphemiã Deo inferendam? Secundò, quia textus ait, *Poſt hæc*, id eſt

II. Ratio.
Iob 3.

poſt ſeptem dies: ex quo patet, quòd ex vlla animi vitioſa perturbatione, aut ex vehementia doloris locutus nõ ſit, quę non tanto tempore dediſſet quietem, & ſilentium, ſed ex ratione mera, & matura deliberatione locutus eſt. Dicitur enim quòd aperuit os ſuum; non ſolùm ad ſignificãdum quòd prolixiorẽ ſermonem eſſet habiturus, & de rebus magnis & grauibus; ſed etiam ad inſinuandum, quòd ex deliberata & meditata ratione hæc loqueretur. Cùm enim quis paſsione aliqua agitatus in verba prorumpit, non ipſe ſibi propriè os aperit, ſed perturbatio animi, vt ira, vel dolor.

III. Ratio.
Ioan 8.
Iob 1. & 2.
1. Cor. 10.

Tertiò, quia ſi in hoc Iob peccaſſet, compos ſui voti euaſiſſet pater mẽdacij, quia dixit Deo: *Niſi in faciem benedixerit tibi*. Et ipſe Deus eſt, qui non patitur hominem tentari ſupra id quod poteſt; ſed facit cum tẽtatione prouentũ, vt poſsit ſuſtinere.

IV. Ratio.

Quartò, ſi Iob maledicendo peccaſſet, grauius ſanè, & maius peccatũ admiſiſſet quã amici Iob, qui Dei cauſam agebãt, & nullum impatientiæ verbũ, nedum blaſphemiæ in Deum protulerant.

Iob vlt.

Et tamen Dominus inſinuauit: *Non eſtis locuti coram me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob*: nec ipſe dignè cõſtitutus eſſet à Deo, vt pro alijs oraret, & ſacrificium Deo offerret pro eis.

Ibidem.

Nec euadit Iudæus dicendo, quòd Iob pœnituit; alij verò de peccato ſuo pœnitentiam non egerunt: quia ibi de toto diſputationis progreſſu eſt ſermo, vt patet: & non eſt niſi probabiliſsimũ, illos, pro quib⁹ exauditus eſt Iob ſacrificans, etiã de ſua ſtulta locutione pœnitentiam egiſſe, vt illis Deus remitteret.

V. Ratio.

Quintò, ſi Iob maledicẽdo peccauit, non eſſet propoſitus in exemplar patientiæ & ſuſtinentiæ, ſed potiùs in ſpeculũ impatientię & blaſphemię, & in documentum hominis peccatoris, & de peccato pœnitentis: quod tamen ſcopo libri repugnat, de quo Tob. 2. & Iacob. 5. & omnes Patres, tum veteres, tum noui philoſophãtur.

VI. Ratio.

Sextò derogat opinio Hebręorum inſigni gratiæ Dei, & ſanctitati Iobis à Deo laudatæ, & commẽdatæ in principio & fine libri. Et

Ire. l. 4. c. 50.
Greg. in c. 9.
Iob, lib. 9. Moral. c. 20. to. 1.

iuxta regulam Irenæi, & Gregorij in illud: *Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat*. *Nõ ſunt facta, aut verba ſanctorum à nobis temerè reprehendenda, quæ Scriptura non reprehendit*: maximè verò ſi laudat, vt hic in principio, & fine: & cum Patribus

Nõ ſunt ſancta ſanctorũ temerè damnanda vel leuiter.

quęrenda eſt aliqua figurata, aut tropica locutio, qua hæc verba ſine peccato intelligi poſsint, vt faciunt Patres oẽs Eccleſiaſtici.

VII. Ratio.

Septimò, ſi per hęc verba maledixiſſet verè Iob diei natiuitatis ſuæ, Hieremias etiam Propheta ſimiliter aut grauius peccaſſet: quia cap. 20. non afflictus, perinde atq; Iob non ſolùm diei, & nocti, ſed etiam homini portanti nuntium natiuitatis ſuę ad patrem qui genuit, maledicit: & tamen Hieremias ſanctificatus in vtero nunquam peccaſſe ab omnibus conceditur. Et quia præcedit immediatè in Hieremia: *Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum*. Et, vt rectè annotauit Theodoretus in hæc verba: *Præponit laudes, vt omnem occaſionem blaſphemiæ tollat*. Sic ille. idem fecit Iob dicens: *Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus?* Et, *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum*.

Hierem. 1.
Theod. in cap. Hierem. 20. part. 1.
Iob 2.
Suprà 1.

Alioqui ſi maledicus extitiſſet, *Nunquid* (vt ait beatus Iacobus Apoſtolus) *fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?* Et Eccleſiaſticus: *Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus?* Et Marc. 9. cùm Ioannes dixiſſet, *Magiſter, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui nõ ſequitur nos, & prohibuimus eum*. Ieſus autem ait: *Nolite prohibere eum, nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſsit citò malè loqui de me*.

Iacob. 3.
Eccleſ. 34.

Licet etiam ex zelo iuſtitiæ maledicere aliquando: vt Dauid montibus Gelboë, & Helias: *Si homo Dei ego ſum, deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos*; Et Petrus Simoni Mago: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poßideri*, & Paulus ad Ananiam, *Percutiat te Deus, paries dealbate*, & ad Bar-Ieu: *O plenè omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? Et nũc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem vſque ad tempus*. Et huic imprecationi adfuit Deus confirmans eam. Deus etiam, *Maledicta*, inquit, *terra in opere tuo*.

Liceat quandoq aliꝗ maledicere.
2. Reg. 1.
4. Reg. 1.
Act. 8.
Infra 23.
Suprà 13.
Gen. 3.

Ex odio, vel iracundia non licet maledicere, quia ſcriptũ eſt: *Benedicite, & nolite maledicere*; &, *Maledici regnum Dei nõ poßidebũt*.

Quando nõ liceat.
Rom. 12.
1. Cor. 6.

Octauò adde doctores omnes noſtros. Origenes lib. in Iob: *Quem ergo, ait, ipſe Deus irreprehenſibilem confeſſus eſt, famulũ ſuum eum appellando, & hoc in fine totius tolerantiæ, quis ſanus criminari audeat? quis ſapiens reprehendere aggrediatur? Quis enim accuſabit electos Dei? Iuſtum maximè, quem tantùm elegit, & ſe dignũ teſtificatus eſt, ita vt etiam faceret dotem illũ delinquentium amicorum conſtitueret, & per illum peccata eorum illis promitteret remittere*. Idem Chryſoſtomus, Ambroſius, Auguſtinus,

VIII. Ratio.
Orig. lib. 3. in Iob, circa med.
Iob. vlt.
Rom. 8.
Chryſoſtomus.
Auguſtinus.

Auguſtinus. Hieronymus. Gregor. lib. 4. Moral. c. 4. in fin. tom. 1.

ſtinus, Hieronymus, Gregorius, & alij Patres antiquitate, & ſanctitate, & doctrina conſpicui, præter Rabbinos, & Hæreticos affirmare non dubitant.

Argumenta diluuntur oppoſita.

Argumenta ſoluamus. Ad primum dicimus, quod cùm ex negatiua concludat, nihil efficit. Imò ſi poſt omnes plagas, quibus percuſſus fuit, nō peccauerat, nec per impatientiam fractus fuit: arguitur inde minus in ſequentibus peccaſſe, quia triſtitia, & ira tempore mitigatur, cùm minus eſſet ratio peccandi. Sicut cùm dicitur: *Antequam cõuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto*: non ſequitur quòd poſteà cõuenerint: ſed ſi eo tempore quo erat conueniendum, non conuenerunt, minus multo poſtea: ita hic.

Matth. 1. I. Argum.

II. Argum.

Ad ſecundum dicendum, quòd non accuſat ſe de his verbis Iob, nec agit pœnitentiã de illis, quia dicit: *Nõ eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob*; qui etiam flagellari innocentes, & iuſtos à Deo, contendit contra amicos ſuos. Nec dixit, Blaſphemus fui, aut impatiens, vt fecit Apoſtolus, ſed accuſat ſe leuitatis, & inſipientiæ, quia in verbis, quibus in amicos egerat, commiſerat aliquam leuitatem, vel ſtultitiam. Vnde ſe accuſat ſtultè dixiſſe, & iactaſſe de his, quæ vltra modum excedebant ſcientiam ſuam. Ita vt rectè dixerit Deus: *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt*, quia deliquit quidem veniali aliquo delicto, & ſtultè aliquid dixit, quod antea non dixerat: at iſti parui næui non pugnant cum iuſtitia, vel patientia, vel gloria ſanctitatis Iob.

1. Timot. 1. Iob. vlt.

Iob 1. & 2.

III. Argum.

Ad tertium, quomodo ſit Propheta Dei, non eſt recurrendum ad Iudæos, qui dicunt illum reſpexiſſe ad horoſcopum conceptus, vel natiuitatis, quaſi illi præbeant hominibus bona, vel mala: & dubitaſſe de diuina Prouidentia, cùm deitatem, iuſtitiamque ſuam nihil ſibi profuiſſe vidiſſet, ſed ab aſtris, & conſtellationibus omnia pendere, ſicut M. Brutus à M. Anton. ſuperatus (vt Dio Caſſius narrat) re prorſus deſperata, ad mortẽ ſibi conciſcendam confugit, alta voce recitata Herculis ſententia: *O infelix virtus! itane cùm nihil aliud eſſe quàm nudum nomen, ego te tanquam rem aliquam exercui, cùm tu fortunæ ſerueris?* Et præcepit vni ex ſuis, vt inferret ſibi manus, & ſic extinctus eſt. Cic. lib. 11. epiſt. ad Attic. *Hæc ad te die natali meo ſcripſi, quo vt natus ſuſceptus nõ eſſem, aut ne quid ex eadem matre poſtà natum fuiſſet.* Hæc ille ob Quintum fratrem, in quem indignationẽ conceperat, & ſibi, & fratri maledixit. Sed certè hęc indigna ſunt tantis pietatis cultoribus, Iobe, & Hieremia, & qui de Prouidẽtia optimè ſentiebant.

Dio Caſſ. lib. 47.
Querula quędam, atque maledica de virtute Herculis ſententia.

Cicero.

Diei illa, & noctis maledicta Iobi eiuſdem 3. ca. comprehenſa, quot modis catholicè accipi poſſint.

I. nimus ſenſus.

Dicendum ergo ad rectã intelligentiam horum verborũ, quòd in his verbis Iob nõ loquitur in propria perſona ſua, ſed, vt moris eſt perfectis, induere perſonas imperfectorum, & eorum infirmitates, & defectus ſibi tribuere: vt Chriſtus, qui ſub perſona ſuorum membrorum interdum loquitur. Paulus etiam Rom. 7. induit perſonam gentilis, & Iudæi, & Chriſtiani, doctrinæ gratia. Daniel confitetur peccata ſua, & peccata populi ſui. Ita Iob ſub perſona peccatorum loquitur, deflet peccata, & calamitates hominum, qui cùm perculſi ſunt, naturam inculare, & in pœnas, quibus torquentur, indignari ſolent; & ita ſibi aſſumunt affectus omnes maledicentiæ in tempus, & horam natiuitatis, & in fatum, & horoſcopum maledicta iactant, & in Deum cauſam tãtorum malorum retorquent. Coguntur etiam vt inſanientes mortem deſiderare, & quaſi deſperantes loqui; & hic eſt modus facilis, & apertus intelligendi hęc, quę toto cap. 3. habet Iob: nec laborandũ eſt qua alia ratione ſint accipienda, cùm in perſona Iobis non ſint dicta, ſed in aliorum imperfectorum perſona, qui his, & ſimilibus verbis vti ſolent. *Pereat*, inquit, *dies, in qua natus ſum*: id eſt, vtinam nunquam fuiſſet talis dies tanti mali nuntia.

Dan. 9.

Hierem. 20.

Alter ſenſus.

B. Hier. to. 7. Philip. Hieron. diſcipul. B. Gregor. loco ſuprà citato, & deinceps.

Alter ſenſus ſit, vt hæc dicta interpretemur in perſona propria, & omnium iuſtorum: ſed vt explicant Hieronymus in commentar. in Iob, & Philippus Hieronymi diſcipulus, & B. Gregorius, & alij, hoc ad literam, non myſticè, quatenus deplorat peccatũ originale, & pœnas, quæ illud conſequuntur, & acerbiſſima tormenta: idcircò non dixit: Pereat dies, in qua conditus eſt homo; ſed, *in qua natus*: [illegible] Adam conditus fuit in die iuſtitiæ: [illegible] rò natus in die peccati. [illegible] diebus, quibus ſilentium ſeruauit: quia tantùm vexatio, ait Propheta, dat intellectum auditui, id eſt fidem, Iob eruditus eſt. De de macula originalis peccati, & de ſuppliicijs, & tormentis, quibus ob illud homines affligantur in hoc mundo, etiam pij: & habens illud præ oculis, debacchatur in illud, & omnia mala imprecatur: ita deſiderabat abortiuum ſe interijſſe, ne inter diem peccati veniret. Nec mirum ſi notitiam habuit originalis peccati illo ſeculo, quo nondum data erat lex, quæ illud detegeret: quia fide apprehendit illud. Sicut cùm dixit: *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum*, agnoſcẽs ſe indigere Redemptore, & tali, qui & animã & corpus diuiſa coniungeret in vnum: & propterea poſſe Deum flagellare iuſtos in hoc ſeculo vſque ad mortem; nec tamen idcircò pro-

Iſai 28.

Originalis culpæ ſancto Iob, vt & reſurrectionis poſtremę vnde fuerũt nota myſteria. *Iob 19.*

Suprà 9. & Sap. 12. & Hebr. 12. Apocal. 3.

uidentiam deperire. Atque in hunc ſenſum interpretantur prædicti Patres.

Quæ duæ res hominibus veritatẽ ignorantibus, magnã lætitiam & voluptatẽ; contra verò illam cótemplantibus, id eſt, ſanctis, ſummũ mœrorem & dolorem adferre ſoleant.

De duobus potiſsimùm ſolet mundus veritate ignota lætari, & maiorem illi modú gaudij edere indicia, ſancti verò, & ſapientes viri, cœlitus hauſta veritate, de eiſdem maximè contriſtari ſolent. Primú eſt conceptio, de qua vxor, maritus, & parentes, & amici congaudere ſolent. Secundú, eſt partus, in quo lætitia duplicatur; & congratulationes audiuntur. Et multi ob eam cauſſam quotannis iubebant cum conuiuio & gaudio celebrari diem natalé: vt Epicurus, qui reliquit in teſtamento, vt quotannis cú epulo & lætitia celebraretur eius natalis. Idem fecerunt Pharao, Antiochus, & Herodes. Sed ſancti in cóceptionis, & partus cogitatione turbabãtur, immunditiá peccati, quo inficiebantur, & infecti in lucẽ edebantur, meditantes. Hinc Dauid flens dicebat: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis concepit me mater mea.* Et Iob poſt ſeptem dierum ſilentiu maledixit diei natiuitatis ſuę, dicés: *Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo.* Et à peccato defendit eiuſmodi maledicentiã, quòd illis ſeptem diebus contemplatus eſt peccati immunditiam, in qua conceptus, & natus: ex quo in tantum horrore & odium peccati prorupit, vt illa verba effatus fuerit.

Epicurus ille vanitatis ebrietatiſque doctor ac magiſter, natalem ſuũ obliuione & morte digniſſimum excipi conuiuio, ac celebrari quotannis inſtituit.

Gen. 40.
2. Mach. 6.
Matth. 14.
Pſalm. 50.
Iob 3.
Iſai. 66.

Quibus non intendebat, operibus Dei maledicere (eius enim eſt conceptus & partus) vel tépori, vel creaturæ, ſed ſolùm peccato, ſub quo concipimur & naſcimur, & anima fit damnationis æternæ rea. Etſi aliquo modo errauerit in modo loquẽdi, qui apud ignorantes poſſet ſcandalum generare, & dare impatientiæ exemplum, & occaſionem in aduerſis, & maledicendi Dei operibus maligno animo: vnde à Deo fuit reprehenſus, & ipſe de eo egit pœnitétiam in fauilla & cinere.

Iob diei natiuitatis ſuæ maledicens, quatenus deliquerit.

Iob vlt.

Similiter intelligendum de Hieremia c. 20. in fine, dixit: *Maledicta dies in qua natus ſum: dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta.* Quod ſi dicas, Hieremiam natum ſine peccato, quia ſanctificatus fuit in vtero: reſpondetur, quod licèt fuerit ab vtero ſanctificatus à peccato; ſed non ita, quin remanſerit ſubiectus pœnis temporalibus in hac vita, quæ originem trahunt à peccato. Idcircò dum aduerſa patiebatur, recurrebat ad illud peccatú, quo communiter concipimur, & naſcimur, niſi per ſpecialé Dei gratiam fuiſſet pręſeruatus. Sed iſtę duæ maledictiones fuerunt plenæ myſterijs & futurorum prophetia, id eſt, ſecundæ noſtrę natiuitatis; quia in Baptiſmo renaſcimur filij Dei: *Oportet enim naſci denuò*; &, *Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, Spiritus eſt.* Et quádo baptizamur, quid aliud facimus, quàm maledicere priori noſtræ natiuitati? renuntiamus dęmoni, cuius naſcimur ſerui, operibus & pópis eius. Ideò cogimur maledicere diem natiuitatis, quia naſcimur peccatores, filij Adę, filij gehénę: & benedicimus ſecundæ noſtræ renaſcétiæ in Baptiſmo, quo ſumus filij Dei, & noua creatura. Et nos cùm baptizamur, in ſpiritu dicimus, Pereat dies, in qua nati ſumus, & nó compareat ante cóſpectum tuum ſtatus ille primus noſter, quo ſecúdùm ſpiritum noſtrum moueri, & viuere cœpimus. Secus de natiuitate Hieremiæ ſanctificati, & Ioánnis Baptiſtæ ex vtero matris ſuę Spiritu ſancto repleti, & B. Virginis excellentiori ratione præſeruatæ & ſanctificatæ. De reliquis dicere poſſumus, quòd nemo mundus ante baptiſmum, etiam infans vnius diei ſuper terrà. Hinc ergo omnes Sancti, & Prophetæ affligebantur in conſideratione natiuitatis ſub peccato; & conſolabantur meditantes Chriſti puriſsimam cóceptionem, vt medelam immunditiæ omnis peccati; & Chriſti ſacroſanctam natiuitatem, vt virtutem ſanctificandi habentem omnes maculas, quæ noſtris inſunt natiuitatibus.

Hierem. 20.

Hieremias in vtero quatenus fuerit ab originali criminis labe ſãctificatus.

Duę iſtę maledictiones, quid adumbrauerint.

Ioan. 3.
Ibidem.

Cùm baptizamur, quid agere videamur.

Epheſ. 2.
Galat. 5.
Hierem. 1.
Luc. 1.
Luc. 2.

At verò inter recentiores B. Thomas, & Paulus Burgenſis aliam viam meditantur explicandi hanc difficultatem. Tradunt enim, quòd vt Dominus inſtante morte deprecatus eſt calicẽ, & rogauit: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*: nó quod portio métis ſuperior id vellet, quę per omnia cóformis diuino beneplacito erat: ſed voluit vt mens repræſentaret Patri deſideriú portionis inferioris, & carnis ingenium, & ſenſus, qui horret morté: ad eum modum hæc quidé dixiſſe Iob, vt exprimeret quid portio inferior, aut ſenſus, ſiue caro ſentirent in eiuſmodi conflictu, vt appareat, quàm ex ſe ſit contraria carni, & quàm ſibi horreat, & auerſetur dolores & paſsiones: quémadmodum de Chriſto diximus. Et niſi adſit inſignis gratia Dei, homo ineptus inuenitur ad patiendum. *Vnde & patientia opus perfectum habet.*

III. ſenſus.
B. Thomas.
Paulus Burg.
Matth. 26.

Qua ratione Chriſtus à ſe calicem deprecaretur.

Iacob. 1. & Rom. 5.
Iob 6.

Quod vero dixit: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quã patior: quaſi arena maris hæc grauior appareret*: non iactat iuſtitiam ſuam Iob, & iram Dei non obijcit quaſi iuſtus omnino; ſed indignationem ſuam, ſiue furorem, vel iracundiam ſuam, quia æſtuabat, dicit eſſe calamitate minorem, ſi rectè expendatur. Ita enim habent Hebræa in illo verbo, *Peccata mea, quibus iram merui.* Vel etiamſi admittamus lectionem noſtram, confitetur quidem

Illis verbis Iob: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior: quaſi arena maris hæc grauior appareret: quid innuerit.

dem ſe peccatis grauari, ſed leuibus, & venialibus, & quibus tanta ſuppliciorum moles, qua opprimebatur, non ad iuſtum reſpondebat. Et certè ſi rationem conſulas, non tantùm Chriſtus, ſed & B. Virgo, & Martyres quā plurimi plura paſſi ſunt tormenta, quàm eorum peccata promererentur: & quod plus exigitur, remanet in theſauro indulgentiarum diſpenſandum vltra exemplum patientiæ, & merita, quibus ôrationes ſuas efficaciores reddiderunt.

Licet ſanctis de ſuis virtutibus & bene factis, tatùm in Domino gloriari.

Luc. 1. *Iſai. 38.* *2. Cor. 10.*

Quòd verò cap. 31. in medium producit chorum virtutum ſuarum, & illas per ſingula exaggerat, nihil in eo peccauit, ſicut nec B. Virgo: *Quia fecit mihi magna:* & Paulus 2. Timoth. vltim. & Ezechias, & omnes Sancti. Et ita remanet Iob ab omni apparente calumnia liber, & poteſt quis in Domino gloriari. Non ergo deſperauit qui dixit: *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* Quomodo maledixit, qui ait: *Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus?* Et quomodo ſe iuſtum, & mundum ab omni peccato diceret, cùm dixerit: *Non reprehendit me cor meum in omni vita mea:* qui dixit: *Peccaui, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferes iniquitatem meam?* Et quomodo queritur de ſeueritate iudicij, vel crudelitate, qui iuſtitiam Dei prædicans, ait: *Si æquitas iudicij quæritur, nemo audet pro me teſtimonium dicere. Si iuſtificare me voluero, os meum condẽnabit me.* Sunt duo genera peccatorum: alterum quod iuſtis & perfectis adeſt, id eſt, veniale: hoc admittit, aliud negat, lethale ſcilicet, quod vitari poteſt, ſicut prius vitari nequit in vniuerſum.

Iob 13. *Supra 2.* *Infra 27.* *Supra 7.* *Infra 9.*

Duo peccatorum genera quænam.

Canon XXVII.

Quid ſit Pſalteriũ, & quomodo vocetur Hebræis. *Euthym.*

Pſalterium, inſtrumentum muſicum eſt, quod Hebraicè נֵבֶל Nebel vocatur, & à 70. in Græcam vocem Pſalterij ita conuerſum. De qua voce Euthymius in Prologo Pſalmorum docet, vocem Pſalterij primò ſignificare hanc Pſalmorum collectionem impropriè: quia pſalterium propriè organi quoddam genus eſt, quod apud Hebræos dicitur Naula, à pſallẽdo ſic dictum: quemadmodum oratorium ab orando: ſed huiuſmodi appellatio, ad Pſalmorum librum poſtmodùm trãſlata eſt. Cùm autem multa ſint organa muſicorum, huic tamen organo, quod Pſalterium appellatur, vt Auguſtinus docet in Prologo Pſalterij, aptauit in ſuperioribus inſpiratam Dei gratiã per Spiritum ſanctum; oſtendens quidem hoc ſolùm organum muſicorum ſonos de ſuperioribus habere; cithara verò, & lyra ex inferiori parte reſonat; quo doceamur quæ ſurſum ſunt, & quæ ſuperiora attendere, & quæ infima, id eſt, vitia carnalia, declinare. Sic ille, in ſenſu. Diſtinguitur porrò Pſalterium à cithara in tribus. Primò, quia Pſalterium ſupra latum, infrà anguſtum: contra verò cithara. Deinde Pſalterium conſtabat decem chordis: *In Pſalterio decẽ chordarum pſallite illi: In decachordo & pſalterio pſallite illi;* Cithara tantùm ſeptem chordis, vt aſſerit Hieronymus. Deniq; pſalterium percutitur in parte ſuperiori, cithara in inferiori.

Vnde dicat. Euſdem duplex acceptio.

Auguſt. tom. 8. in prin. Euſdem allegoria. *Coloſſ. 3.*

Pſalterium à Cithara in tribus diſtinguitur. *Pſalm. 32.* *Pſalm. 91.* *B. Hieron. in Pſalm. tom. 8.*

Ode ſiue canticum quid.

Eſt autem ode, ſiue canticum, vox muſica cum harmonia ſolo ore prolata: atque ita canticum, pſalmum impropriè complectitur. Eſt tamen canticum Pſalmo antiquius: Moſes quippe cantici autor fuit, illiusque vſus vſque ad Dauidem perſeuerauit, qui primus Pſalmos ſcribere cœpit. Quòd ſi antè Dauidẽ vllus fuit inſtrumenti Pſalterij vſus; vel ſine arte vlla erat, & gregibus mulcẽdis, & paſcendis accommodabatur, aut ab illo primum ſapientiùs coaptatum, per eum ad templum, & ad Dei laudes concinendas introductum fuit.

Canticũ Pſalmo antiquius. Eius primus autor quis fuerit.

Qualis ante Dauidẽ fuerit (ſi quis fuit) inſtrumẽti Pſalterij vſus. Hymnus quid. Canticũ Pſalmi, & cõtra, pſalmus cantici, cur dicãtur.

Hymnus porrò nõ diſsimilis vox à cantico, diuinæ gloriæ amplior laus eſt atque vberior: nam laudis nomen vulgare erat canticum etiam hominibus commendandis & celebrandis accõmodatum. Dicitur autem cãticum Pſalmi, vt Euthymius non indoctè opinatur, quãdo vox humana præcedit, & ſequitur pſalterium. Pſalmus verò cantici oppoſito modo, quando præcedenti Pſalterio adiungitur vox humana.

Pſalterij inſcriptio qualis. *B. Hieron. ep. 134. tom. 3.* *B. Dionyſ. lib. de Eccl. hierarch. c. 3.*

Inſcribitur Hebraicè liber laudũ, vt ait Hieron. ad Sophorinum, volumẽ hymnorũ, à ספר תהלים eo quòd hic liber omnia Dei opera, & verba laudibus celebret, & exornet, vt magnus teſtatur Dionyſius. Verti etiam poteſt, liber orationum, quia illas cõtinet, & illis laudatur Deus: & laudes Dei bona pars ſunt precationis ſanctæ.

Euſdem diuiſio quibus membris. *B. Hieron. ad Marcel. de exi in Lex. Epiſt. 24. tom. 1.* *B. Hilar. circa operis dimid.*

Librum aũt pſalmorum in plures libros eſſe diuiſum, tradit Hieron. in epiſt. ad Marcellam. Hilarius quoq; in prologo Pſalmorum initio: *Aliqui Hebræorum,* inquit, *pſalmos in quinq; libros diuiſos volunt eſſe: vt ſit vſque in quadrageſimum Pſalmum, liber primus: & à quadrageſimo vſq; ad ſeptuageſimũ primum liber ſecundus: & ex eo vſq; ad octogeſimum octauum liber tertius: & vſq; ad centeſimum quintum, liber quartus: eo quòd hi omnes in conſummatione ſua habeant, Fiat. fiat. Concludatur deinde in centeſimo quinquageſimo Pſalmo liber quintus.* Idem etiam docuit Ambroſ. in Pſalm. 40. & Epiphanius in Epitome. Contrarium tñ huius rei magis probauit Hieron. in epiſt. ad Cyprianum, & in epiſtola ad Sophorinum: *Scio,* inquit, *quoſdam putare; pſalterium in*

B. Amb. to. 4. & Epiph. D. Hieron. epiſt. 134. initio, tom. 3.

quinque libros eſſe diuiſum, vt vbicunq; apud 70. Interpretes ſcriptum eſt γένοιτο, γένοιτο, id eſt, Fiat, fiat, finis librorum ſit: pro quo in Hebræo legitur אמן אמן *Amen, amen. Nos autem Hebræorum autoritatem ſecuti, & maximè Apoſtolorum, qui ſemper in nouo Teſtamento Pſalmorum librum nominant, vnum aſſerimus Pſalmorum volumen.* Hilarius quoqne loco prædicto: *Nos ſecundùm Apoſtolicam autoritatem librum Pſalmorũ, & nuncupamus, & ſcribimus. Ita enim in Actis Apoſtolorum dictũ meminimus: Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Fiat domus eius deſerta, &c.* Ad hæc, ſi quinque libros continerent Pſalmi, numerus viginti duorum librorum Hebraicorum, & myſterium eiuſdem numeri periret. Ad hæc, Paulus ſæpè ponit Amen in medio operis, & Chriſtus à principio orationis: *Amen, amen dico vobis.* Auguſtinus etiam eſt pro hac ſententia.

Act. 1.
B. Hilar.
Act. 1.
Pſalm. 108.
Niſi vnus tãtùm eſſet liber Pſalmorum, quid inde.
Auguſtinus.

Canon XXVIII.

De Pſalmis.
Pſalmi à quibus editi fuerint.
I. Opinio.
B. Hiero. præſcripta epiſt.

Quot extiterint Pſalmorum autores, in dubium reuocatum eſt. Certè Hieronymus in epiſtola ad Sophorinum, omnes eorum teſtatur eſſe autorum, qui in Titulis ponũtur: nempe Dauid, Aſaph, Idithum, filiorum Core, nempe Aſir, Abiſaph, Elcana, & Ethan Ezraitæ, Moyſis, & Salomonis, & reliquorum, quos Ezras primo volumine comprehendit. Cui ſententiæ ſubſcribit Hilarius in Procemio Pſalmorum, atque alij. Ponunt etiam Hebræi Adamum Pſalmi 91. qui incipit: *Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo, Altiſſime,* fuiſſe autorem; & cantatum ab eo, poſtquàm creatus eſt die ſexto, cui ſucceſſit Sabbatum, de quo in principio illius Pſalmi fit mentio; Melchiſedech edidiſſe Pſalmum, *Dixit Dominus Domino meo,* Abrahamum, ſiue Ethan Ezraitam, Pſalmum 88. *Miſericordias Domini in æternum cantabo:* & Aſaph Pſalmum 72. Idithum 76. Moſen 89. & Salomonem 71. & tres filios Core Pſalmos illos, qui ipſorum nominibus inſcribuntur. Sed certè de Pſalmo illo 109. aliter Hieronymus ſentit, & qui tribuitur Melchiſedecho, Matth. 22. adſcribitur Dauidi, & Pſalmus 11. incipiendo à Pſalmo 81. quos Moyſi tribuendos cẽſet Hieronymus, ſolidum non habet fundamentum, quia ibi legimus: *Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius; & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.* Sed à Hieronymo, & Hebræis nobiliſsimi multi autores diſſentiunt, qui omnes Pſalmos à Dauide ſolo editos cenſent: vt Theophylactus in Ioan. cap. 10. *Legem,* inquit, *dicit & librum Dauid, ſicut ſimpliciter & omnem Scripturam.* Auguſtinus item libro 17. de ciuit. Dei, & peculiariter in Pſalmum 9. etiamſi in Procemio Pſalmorum aliter docere viſus fuerit. Euthymius quoque in Prologo Pſalmorum eruditè hoc tractat, dicens: *Alij verò (quibus ego conſentio) aſſerunt Pſalmos omnes à Dauid fuiſſe compoſitos: & quemadmodum octogeſimum octauum Pſalmum, qui Moyſi inſcribitur, dicunt Moyſi non eſſe: quia ſi eius eſſet, ob illius antiquitatem, primus in ordine legeretur: aut ſaltem haberetur inter libros Moyſi, ſicuti habentur eius cantica; quorum vnum in Exodo, alterum in Canticis, tertium in Deuteronomio reperitur: ita etiam exiſtimandum eſſe aſſerunt de alijs Pſalmis, qui aliorum inſcriptiones præ ſe ferre videntur: quod ſcilicet ab alio compoſiti non ſint, quàm à beato Dauid. Eadem etiam dicunt de duobus Pſalmis, qui Salomonis inſcriptionem habent: quod ſcilicet ſi eſſent Salomonis, aut extremo in ordine collocari debuerant, aut in libris Regum, aut Paralipomenon interſeri, aut ſaltem alicubi de eis memoria haberi, eo modo quo cæterorum omnium eius operum ratio habita eſt. Erant enim,* inquit, *illi cantica quinquies mille, parabolæ ter mille; Pſalmorum vero eius Scriptura non meminit.*

B. Hilarius.
II. Opinio Hebræorũ.
Gen. 1.
Infra 2.
Pſalm. 109. & ſeq.
Hanc Hieronymus ſententiam non admittit.
III. Opinio quæ probatur.
Theophylact.
Auguſt. c. 14. tom. 5.
Idem tom. 5.
Euthym. præfatione in pſalmos. §. 4. initio.
Exod. 15. & ſeq.
Deut. 32. & ſeq.
3. Reg. 4.

Cæterùm inſcriptiones, Idithum, filiorum Core, Aſaph, Heman, & Ethan, hoc tantùm volunt ſignificare, quod his viris, quos beatus Dauid elegerat de tribu Leui, in duces, ac principes chororum, quouſq; inſtituerat, vt varijs organis Deum laudarent: & quorum organorum genera apertè poſtremus omnium Pſalmus connumerat: quod his, inquam viris vnuſquiſque Pſalmorum iuxta nominum inſcriptionem, priuatim ad pſallendum ſit traditus; cum alij Pſalmi ab vniuerſis cantoribus, atque in commune canerentur. Illi igitur Pſalmi, qui priuatim ab aliquo eorum decantati ſunt, cantoris ſui inſcriptionem retulerunt. Quod etiam manifeſtum fit ex his, quæ in libro Paralipomenon legimus. Cecinit, inquit, *canticum in hoc in manu Aſaph. Quin etiam ab inſcriptione Pſalmi triceſimi octaui, quæ huiuſmodi eſt: In finem Idithum canticum ipſi Dauid. Compoſitum quippe fuit ad canticum à beato Dauid, & ab eo traditum Idithum, vt illud caneret. Pſalmus etiam quadrageſimus tertius ſic inſcribitur: In finem filijs Core, Pſalmus ipſi Dauid. Præterea Pſalmi omnes, qui aliorum inſcriptiones habent, non per Genitiuum caſum, ſed per Datiuum inſcribũtur: quæ res abundè indicat, Pſalmos quidem à beato Dauid fuiſſe conſcriptos; ſed illis cantoribus priuatim traditos ad canendum.* Infra: *Ille Pſalmus qui Moyſi inſcribitur, huiuſmodi habet inſcriptionem:* Oratio *Moyſi hominis Dei: quæ inſcriptio docere videtur, quòd ille Pſalmus ijs congruat, qui per diuinam aquam, hoc eſt, per ſalutare lauacrum Baptiſmatis, homines* Dei *effecti ſunt. Moyſes quippe interpretatur, aſſumptus ex aqua. Ex aqua verò aſſumuntur omnes*

Pſalmorum inſcriptiones Idithum, filiorũ Core, & ſimilium, quid ſignificent.
1. Paral. 23. et ſeq & Infra 24. & ſeq.
Infra 25.
Pſalm. 89.
Moyſes quid ſonet.

qui

Exod.2.

qui baptizantur. Vnde etiam Dei homines meritò cognominantur. Eos verò Pſalmos, qui Salomonis dicuntur, in Chriſtum fuiſſe compoſitos, reputamus. De pſalmis qui ſine inſcriptione ſunt, illud in primis ſciẽdum eſt, quòd multa Hebræorum exemplaria coniunctum habent ſecundum Pſalmum cum Primo; cùm apud eos non ſit numerus in Pſalmis. Secundus autem ſine contradictione, cõſcriptus fuit à B. Dauid, &c. Quòd ſi primum & ſecundum Pſalmum, qui carent inſcriptione, dicimus eſſe Dauid; conſequenter alij omnes, qui ſine inſcriptione ſunt, eiuſdem erunt: ſicuti inter cæteros eſſe ſcimus Pſalm. 94. vt atteſtatur Apoſtolus in Epiſtola ſua ad Hebræos, dicens; Iterum quendam terminat diem hodie, in Dauid, dicendo, poſt tantum temporis, ſicut ſuprà dictũ eſt, Hodie ſi vocem eius audieritis, &c. Pſalmi quoque, qui ſunt ſine nomine, eidem adſcribendi ſunt, vt docet B. Stephanus Protomartyr in Actibus dicens ad Iudæos, Vſque in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante Deum, & petijt, vt inueniret tabernaculum Deo Iacob: quod dictum manifeſtè ſcriptum eſt ex Pſalm. 131. qui autoris caret nomine. Simili modo etiam Pſalmi, qui loco inſcriptionis habent Allelua, ipſius Dauid reputandi ſunt, ſiquidem eorum primus, qui eſt 104. manifeſtè ab eo fuit compoſitus, vt legimus in libro Paralipomenon. Sic ille ſentit. Etiã ſi aliter docere videatur Hieronymus in Epiſtola ad Cyprianum, Pſalmos videlicet, qui cuius ſint, titulum non habent, his deputandos eſſe, quorum prioribus Pſalmis nomine continentur. Idem repetit in Epiſtola ad Pammachium, & Oceanum, & in Prologo in Malachiam Prophetam, ſicut Hilarius in Prœmio Pſalmorum: quod mihi ſoliditatem habere nõ videtur, ſi verum eſſe ſtatuamus, quod comprobatum reliquimus, omnes videlicet Pſalmos ſolũ Dauidem autorem habere.

Pſalmos qui ſine inſcriptione, & nomine ſunt, Dauidi eſſe tribuendos vnde conſtet.

Hebr. 4.

Act. 7.

1. Paralip. 16.

B. Hieron. epiſt. 139. initio ferè, to. 3. ante deuied.
Idem tom. 3.
Idem tom. 6.

Canon XXIX.

In Pſalmis vnà colligendis non eſt temporis ordo ſeruatus.

Pſalmi nõ ſunt temporis ordine ſeruato in vnum collecti, vt teſtis eſt Chryſoſtom. in ſecundo Prœmio Pſalmorum, ſed vt vnuſquiſque inuentus eſt ab Ezra, vel ab Ezechia eorum congregatore. Probat autem ex eo, quòd Pſalmus 43. prior eſt iuxta hiſtoriam, quam tertius, in quo agitur de perſecutione Dauidis ab Abſalone. Et Hieronymus in Pſalmum tertium, ſcribit, illum Pſalmum inferiorem eſſe Pſal. 17. quia prius Dauid à Saule paſſus eſt inſidias, quã Abſalon arma indueret aduerſus eum. Idem quoque Origenes lib. 2. in Epiſtolam ad Romanos apertè cõprobat. Eadem hæc Regula & in Prophetis, & in Epiſtolis Pauli obſeruãda eſt: ſiquidem nec illi ordinem hiſtoriæ temporis ſeruant, vt quo quiſque eſt antiquior, reliquis præferatur, nec epiſtolæ Pauli eo ordine quo Scripię fuerunt, ſunt digeſtæ: vt etiam de epiſtolis ſuis tradidit Plinius ſecundus Iunior.

Hier. tom. 8.

Orig. tom. 2.

Eadem Regula vbi locum habeat.

Plin. Iunior epiſt. lib. 1. epiſt. 1.

Canon XXX.

Pſalmi hoc ſingulare habent, vt omnia geſta tum Veteris Teſtamenti, tum in Nouo gerenda laudando commemorent.

Dionyſ. Areopag. cap. 3. de Eccl. hierar.

Pſalmi Dauid illud ſibi priuilegium vendicant; vt omnia geſta, tum Veteris Teſtamenti; tum gerenda in Nouo, per modum laudis recenſeant, Id quod Magnus Dionyſius in lib. de Eccl. hierar. docuit, Non enim ſolùm à diuinis beneficijs, & victorijs, quas ipſe peculiariter à Domino acceperat, ſed etiam ab vniuerſis operibus naturæ, & ſingularibus donis, quæ in illum populum eductum de Aegypto, & in Terram promiſsionis magnis miraculis introductum, & conſeruatum, in Dei laudes aſſurgit; verùm etiam ex ijs omnibus, quę Chriſto, & eius Nouo populo euentura erant, excitatus, ea & prænuntiando laudat, & laudando prænuntiat. Et in Veteris illius Teſtamenti geſtis, tanquàm certis ſymbolis, & aptiſsimis typis, myſteria Noui Teſtamenti decantat. Quæ quidem Regula ob id ſeruanda eſt: quia Chriſtus, qui Eccleſiæ caput eſt, in ſua ſæpè perſona loquitur vt Deus, interdum vt homo infirmitate circundatus, interdum in perſona membrorũ ſuorum, ita vt in omni ferè Pſalmo, vel ipſe loquatur, vel preces ad Patrem fundat. Talia enim decebat eſſe cantica, quæ in Nouo Teſtamento in ſacris, & Diuinis officijs vſurpantur, vt Spiritum, & incomprehenſa eius beneficia, & myſteria ſaperent, & ſpirarent. Quare omnis Pſalmus, qui in Dauidem nõ poteſt conuenire, meritò iuxta regulam Apoſtolicam de Chriſto venit intelligendus: at in oppoſitum, Pſalmus qui perſonæ Dauidis adaptari poteſt, & aliquam hiſtoriam continet, nõ tamen aliquo Meſſiæ myſterio caret: quia vt omnia olim Iudæis in figuram futurorum contingebant, ita geſta, & vita Dauidis, ſemotis culpis, & imperfectis, vmbra quædã, & imago Chriſti fuerunt. Quã Regulam ſi agnouiſſet Caietanus, non pronuntiaſſet tam liberè formulam illam, qua omnem Pſalmum, qui Dauidi cõuenire poſſet, excluſit à Chriſto. Quare tutius fidem noſtrã adiungemus ſanctis Patribus, qui de ſenſibus Pſalmorũ diſſerentes, omnia ad Chriſtum retulerunt. Hinc Tertullianus. *Sed & omnes penè Pſalmi Chriſti perſonam ſuſtinent: Filium ad Patrem, id eſt, Chriſtum ad Deum verba faciẽtem repræſentant.* Et Hieronym. *Omnes Pſalmi in perſona Chriſti loquuntur.* Theodoretus ſubſcribit huic ſententię in Pręfatione in Pſalmos, dicens: *Sed nemo hunc noſtrum laborem ſuperuacuum exiſtimet, quod & alij ante nos hanc eandem Prouinciam ſuſceperunt. Cùm enim in va-*

Huius Canonis vtilitas.

Epheſ. 1. & Coloſſ. 1.

Qualia Nouum Teſtamentũ Cantica decuerint.

Act. 2. & ſeqq. Infrà 13. 1. Cor. 10. Hebr. 10.

Caietan. in Pſalmos.

Tertull. lib. aduerſus Praxeam. non procul ab initio: Pſalmi penè omnes Chriſti perſonam ſuſtinent teſte Tertulliano.

B. Hieron. in Prœmio Pſalmorum, in fin. tom. 8. initio.
B. Theodo. to. 1. circa princ.

Qua ratione adductus B. Theodoretus, eodem teſte, Pſalmos ſuſcepe rit interpretandos.

rios incidiſſem commentarios, qui partim in allegoriam cum multa ſatietate abibant; partim verò vaticinationem quibuſdam hiſtorijs adaptabant, vt Iudæis potiùs interpretationem conſcriberent, quàm Fidei alumnis: ſolertis hominis eſſe putaui, & horum, & illorum, ſuperuacuam copiam fugere: quæcunque quidem priſcis hiſtorijs cohærebant, his hac accommodare etiam nunc: Prædicationes autem de Domino Chriſto, & de Eccleſia è Gentibus conſtanda, nec non de Euangelica Republica, deq; Apoſtolicis prædicationibus, non alijs quibuſdam adſcribere.

Iudæi, vtpote malitiæ aſſueti (ait Theodoretus) ſuæ infidelitatis cauſam contexunt.

Id quod Iudæi facere ſolent; qui malitia aſſueti ſunt, & ſuæ infidelitatis excuſationem cõtexunt. Adde Hilarium in Prologo in Pſalmos, ſub Initium: *Non eſt ergo ambigendum, ea, quæ in Pſalmis dicta ſunt, ſecundùm Euangelicam prædicationem intelligi oportere; vt ex quacunque licet perſona propheticus ſpiritus ſit locutus, tamen totum illud ad cognitionem aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & corporationis & paſſionis, & regni, & reſurrectionis noſtræ gloriam, virtutemq; referatur.* Hactenùs ille.

B. Hilar. Pſalmi canunt Euangelicam hiſtoriam.

Ruper. Tuitien. Pſalmi quatuor Dauidis priores, quæ myſteria Chriſti contineant.

Act. 1. Primus pſalmus. *Pſal. 39. & Hebr. 10.* *Gen. 3.*

Quare Rupertus Tuitienſis, huius egregiæ Regulæ memor, primo Pſalmo Chriſti incarnationem, & prędicationem tradi ſcribit, & ſic etiam illum interpretatur: ſecundo autem Chriſti paſsionem: tertio à mortuis reſurrectionem: quarto, Spiritus Sancti in Apoſtolos effuſionem; & ſingula verba Dauidis his myſterijs adaptat. Nam in primo, Chriſtus eſt ilic vir beatus ab inſtanti conceptionis, qui de ſe dixit in alio loco: *In capite libri ſcriptum eſt de me:* Qui in conſilio impiorum dæmonum, aut Adæ, & Euæ ambitioſorum, volentium, cùm eſſent puluis & cinis, dij fieri, ſciẽtes bonum & malum, non abijt, & in via peccatorum, opere cogitata complendo, non ſtetit; verùm in lege Domini fuit eius voluntas, & ſecundùm eius conſilium puluis fieri voluit, cùm eſſet Deus: nec ſedit in cathedra peſtilentiæ, transfundens in alios peccati venenum, vt Adam; ſed tanquàm lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, id eſt, cõceptus plenus gratia, & veritate, ſui corporis à morte excitati, & noſtræ redẽptionis fructũ tulit, liberans à noxio eſu pomi.

Ioan. 1. & Luc. 2.

II. Pſal. *Ioan 12.* *Matth. vlt.* *Iſa. 53.* *Ibidem, & Ioan. 8.* *1. Pet. 2. & 1. Ioan. 3.*

In ſecundo, Filius Dei per paſsionẽ meruit omnia ad ſe trahere, & omnem poteſtatem in cœlo, & in terra: & poſtulatione mortis meruit Gentes in hæreditatẽ ſuam: *Si poſuerit,* ait Propheta Iſaias, *pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* Et rectè incipit voce indignantis: *Quare fremuerunt Gentes; & populi meditati ſunt inania?* Cùm Chriſtus non haberet peccatum, quod ſolùm indignatione dignum eſt.

III. Pſal.

In tertio, Reſurrectionem, & Aſcenſionem declarat, cùm ait: *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Hunc, inquit Petrus, *reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos teſtes ſumus. Dextera igitur exaltatus, &c.* Et, *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi: quia Dominus ſuſcepit me.* Et ſubdit de armatis militibus Chriſti ſepulchri cuſtodibus: *Non timebo millia populi circumdantis me: Exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus:* incipiẽs à narratione eorum, qui Chriſto mortuo inſultabant, vt impotenti, & à Deo derelicto: *Domine, quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicunt animæ meæ. Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.*

Act. 2. *Matth. 27.* *Ibidem. & Pſal. 21.*

IV. Pſal. *Act. 2.*

In Pſalmo quarto, Spiritus ſancti in Apoſtolos collationem canit: *Cùm inuocarem* inquit, *exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ* (quia Act. 2. erant omnes pariter in eodem loco) *& in tribulatione dilataſti mihi*, ſcilicet cor meum ad Scripturas, & ora ad linguis Deũ magnificãdum, & ad dicendum Iſraelitis: *Filij hominum, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Scilicet quòd Apoſtoli dormientibus cuſtodibus corpus Chriſti furati fuerint. *Scitote,* inquit, *quoniam mirificauit Dominus Sanctum ſuum:* Quia vt dicitur Act. 2. *Deus Patrum noſtrorum glorificauit Filium ſuum Ieſum. Iraſcimini,* inquit, *& nolite peccare*: quod nihil eſt aliud quàm dicere illud: Pœnitemini, & cõuertimini, vt deleantur peccata veſtra: indignatio enim in peccata concipitur, dum nolumus ea admiſiſſe, & infideles ſunt illi. *Multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos* (ſcilicet fideles) *lumen vultus tui Domine*, id eſt, Spiritus ſanctus, quo docente agnoſcitur Pater, & Filius; qui dicitur vultus, quia voluntatem Patris mundo oſtendit. Et ex eo ſubdit: *Dediſti lætitiam* (ſcilicet Spiritus ſancti) *in corde meo:* quia Eccleſia vnum eſt corpus, in ſingulari loquitur; & quia habet varia membra, in plurali, dicendo: *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* Chriſtus, eſt granum frumenti in Euchariſtia, in qua eſt vini inebriãtis per amorem fructus; & olei, id eſt Diuinæ miſericordiæ ſanantis. Atque hac triplici gratia abundãt fideles: quo fit vt in pace diuina requieſcant, & in certa ſpe æternæ vitæ conſequendæ conſtituantur. Nihil tamen obſtat, quo minus ſub varijs ſenſibus pſalmi explicari poſsint: vt enim in vna arbore eſt radix, truncus, medulla, cortex, rami, folia, flores, & fructus; in ſeminibꝰ herba, ſtipulæ, ariſtæ, ſquamulæ, fructus pro vno multiplices: ita in vno Spiritus ſancti verbo multi ſenſus deliteſcunt.

Act. 3. Iraſci in peccata, quid.

Matth. vlt.

Lumen vultus Dei ſuper nos ſignatũ quod ſit. *Ioan. 14. & 16.* Chriſtus vultus Dei Patris ſcilicet, cui dicatus. *1. Cor. 10.* *Coloſſ 1.* *1. Cor. 12. & ſeq. & Rom. 12. & ſeq.* Granum frumenti Chriſtus. *Ioan 12.* *Cant. 5.* Pſalmi varios poſſunt ſenſus recipere.

CANON XXXI.

Pſalmi metrica ſunt ratione compoſiti, vt tradunt Patres, quanquàm incognita.

Pſalmos metro eſſe conſcriptos, affirmãt

Patres,

Auguſt. epiſt. 131. in ſi. to. 2.
B. Hieron. tom. 6.
Idē epiſt. 103. circa mediū, to. 3. in princ.

Patres, licèt fateantur ſe menſuram ignorare, vt Auguſtinus epiſt. ad Memorium Epiſc. affirmat, & Hieron. prœmio in Iob: *Sicut*, inquit, *videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morē noſtri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Pſalterium vel Lamentationes Hieremiæ, vel omnia ferme Scripturarum Cantica comprehendi; legat Philonem, Ioſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verū dicere comprobabit.* Et in Epiſtola ad Paulinum de libro Iob: *Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur.* Sic ille, quem imitatus Boetius lib. De conſolatione, nunc proſa oratione nunc verò verſu progreditur, & miſtim modò hac, modò illa forma ſcribendi vtitur. At verò Iudæi inficiantur carmina in Scripturis inueniri, ſed affirmant voces quaſdā in modum rhythmi in fine verſuū inculcari: quod genus ornaméti apud Rhetores ὁμοιοτέλευτον, vel ὁμοιόπτωτον vocatur, hoc eſt ſimiliter deſinens, vel ſimiliter cadens.

In Scripturis non quidem verſus, ſed rhythmos inueniri tantūmodò Iudæi aſſerunt.

Quid ſit diapſalma.

Eſt tamen frequens in Pſalmis particula Sela, quā diapſalma verterunt Septuaginta, & in ea aut ſententiæ mutatio, aut cantus ſignificatur, aut interiectio pulſationis, vel fulgor, & illuminatio Spiritus diuini, quæ canentibus tunc apparebat, ſignificabatur. Hieronymus de hac voce ad Marcellam hanc ex Origene affert expoſitionem: *Scire debemus, apud Hebræos, in fine librorum vnum è tribus ſolere ſubiecti; vt aut Amen* אמן *ſcribant, aut Sela* סלה*, aut Salom* שלום*, quod exprimit pacem. Vnde & Salomon pacificus dicitur. Igitur, vt ſolemus nos, completis opuſculis, ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere explicit, aut feliciter, aut aliquid huiuſmodi: ita & Hebræi, vt, quæ ſcripta ſunt, roborentur, facere ſolent; vt dicant, Amen, aut in ſempiternum: aut ſcribenda commemorāt, vt ponant Sela; aut tranſacta feliciter proteſtantur, pacem in vltimo ſubnotantes. Hæc nos de intimo Hebræorum fonte libauimus.* Hæc ille.

B. Hieronym epiſt. ... circa ... to. 3.
Libri Hebræorum quibus ſere vocibus finiantur teſte Hierom. Salomon vnde dictus.

Qui dicunt Sela poni in Pſalmis in ſignum vocis exaltādæ, inde accipiunt quod Salal exaltare ſignificat. Solebant enim cātores vocem eleuare.

Salal Hebræis quid.

Pſalmi etiam nonnulli per alphabeta texuntur: vt 24. 33. 36. 100. 101. 118. 148. & 118 conſtat octuplici alphabeto; Lamentationes quoq; Hieremiæ, & caput Prou. 31. Quod quidem Diuina arte factum eſſe, dubitandum non eſt: vel quod res eſſet magni momenti; vel vt memoriæ mandari facilius poſſet: quæ enim numeris adſtringitur oratio, fidelius, & firmius retineri ſolet, quam quæ proſa oratione contexi ſolet.

Pſalmi quinam ad alphabetum compoſiti.

Cur ita factū ſit diuino cōſilio.

Canon XXXII.

Cùm tres libros Salomon ediderit, alterum Prouerbiorum, ſecundum Eccleſiaſtis, tertium Cantici Cāticorum: in quibus vitam incipientium, progredientium, & perfectorum complectitur. In primo, præcepta tradit ad fidem excitandam, & promouendam: in ſecundo, vanitate omnium creaturarum oſtenſa, in ſu... orum, & æternorum bonorum ſpem erigit: in poſtremo, perfecta charitas in amoribus Sponſi, & Sponſæ delineata, apertè traditur.

De libro Prouerbiorum, Eccleſiaſtis, & Cantici Canticorum libri Salomonis quò tendant.

Pro libro tamen Prouerbiorum melius intelligendo, accipe regulam Hieronymi in cap. vlt. Eccleſiaſtis circa med. *Prouerbia*, inquit, *& parabolas compoſuit Salomon; aliud in medulla, aliud in ſuperficie pollicentes. Prouerbia quippe non hoc ſonare quod ſcriptum eſt, etiam in Euangelijs edocemur: quod Dominus populo in parabolis, & prouerbijs ſit locutus; ſecretò autem Apoſtolis diſſoluerit ea. Ex quo manifeſtum eſt, & Prouerbiorum librum non vt ſimplices arbitrantur, patentia præcepta, ſed quaſi in terra, aurum; in nuce, nucleum; in hirſutis caſtanearum operculis abſconditus fructus inquiritur, ita in eis diuinum ſenſum altius perſcrutandum.* Hæc ille.

Libri Prouerbiorum ſatis commoda B. Hieronymi intelligendi formula.
B. Hieron. 10. c. à medio.
Marc. 4.

Porrò quàm obſcuræ ſint parabolæ, & quantis myſterijs refertæ, indicant parabolæ Euangelij: & hic liber magis eſt Parabolarum, vel ſimilitudinum, quàm Prouerbiorum, vel Adagiorum dicendus, ſi Hebræam; & Græcam vocem conſulas.

Parabolæ intellectu difficiles, & obſcuræ.

Canon XXXIII.

Pro certiori intellectu libri Eccleſiaſtis accipiendo, nō erit inutile egregiam regulam Gregorij ante oculos habere; quæ lib. 4. Dialog. cap. 4. initio his verbis traditur: *Hic liber idcirco concionator dicitur, quia Salomon in eo quaſi tumultuantis turbæ ſuſcepit ſenſum, vt ea per inquiſitionem dicat; quæ fortaſſe per tentationem imperita mens ſentiat. Nam quot ſententias quaſi per inquiſitionem mouet, quaſi tot in ſe perſonas diuerſorum ſuſcipit. Sed concionator verax velut extenſa manu omnium tumultus ſedat, eosq; ad vnam ſententiam reuocat, cùm in eiuſdem libri termino ait: Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Et paulò pòſt: *Qui igitur in fine libri dicit: Omnes pariter audiamus, ipſe ſibi teſtis eſt, quia in ſe multorum perſonas ſuſcipiens, quaſi ſolus locutus non eſt.* Hæc Magnus Gregorius.

De libro Eccleſiaſtis: Qua ratione planiorem ad Eccleſiaſtis intelligentiam peruenire quis poſſit.
B. Greg. 10. 2. non procul à princ.

Ex hoc libro dupliciter viam præmunimus ad Ieſum Chriſtum. Primò quidem id accipientes, magnoperè hallucinari Iudæos, qui Meſſiam carnalem viribus, & exercitus robore potentem, Gentium omnium domitorem, opibus, & facultatibus circumfluentem, latiſſimo imperio fruentem, delicijs, & car-

Qualem olim miſeri, ac cæci Iudæi Meſſiam venturum expectarent.

nis voluptatibus vacãtem, ſapientia, & omnium diſciplinarum peritia inſigniter præſtantem, denique omnibus mundi huius commoditatibus, Principum gratia, honore, & immortali gloria, & ſama florẽtem.

Matth. 6.

Nam ſi Salomon in omni gloria ſua, quanta in hoc libro deſcribitur, Deo dilectus, omnibus bonis cumulatus, nihil inuenit, quòd famem eius extingueret, quòd guſtui eius ſatisfaceret, quodq; animum eius omniũ rerum auidiſsimum expleret: imò expertus omnia eſſe vanitatem meram, & afflictionẽ ſpiritus, declarauit planè, Meſſiam, qui venturus ad eos erat, eiuſmodi bonis, aut diuitijs, aut delitijs, aut imperio, aut ſapientia, aut gloria, quæ ex hoc mundo colligi poteſt, etiamſi millies in his omnibus Salomonem ſuperaſſet, nequaquàm fruiturum, ſed alijs ſolidioribus, & immortalibus, quæ ſpiritualia ſunt, & omnis amaritudinis, & afflictionis ſpiritus expertia, à Deo ornandum, & illuſtrandum; & omnes eius ſectatores talia bona, quæ mera ſunt ſoliditas, & conſolatio Spiritus, participaturos.

Matth. vlt. & Mar. vlt.

Quanti faciendum Salomonis in hoc libro de vanitate omniũ rerum iudicium, ſeu teſtimonium.

Secundò, quoniam futurum erat, vt ipſe Chriſtus dum vixit, & Apoſtoli, ac diſcipuli per totum orbẽ ab eo ad Euangelizandum emiſsi prædicarent vana eſſe omnia huius mundi bona, peritura imperia, delicias euaneſcere, diuitias cruciatu cordis plenas eſſe, & vt Dominus dixit, ſpinas, gloriæ ſplendorem ex copioſo famulitu, pretioſo veſtitu, palatij ſuperbi cõſtructione in fumum abiturum, ne auditores cauſari poſſent Chriſtum pauperem eſſe, inermem, & omnibus bonis ſeculi deſtitutum,

Act. 2.

Apoſtolos verò aut piſcatores fuiſſe, aut pauperculos Galilæos, nec dignos eſſe, quibus fides noſtra accommodaretur;

I. ratio.

præmiſit Regem maximum, potentem, ſapientia, gloria, & opibus celebrem; qui cùm in ſe ipſo hæc omnia expertus fuiſſet, teſtimoniũ ſolidum, & omni acceptione dignum proferret, quo omnia Apoſtolorum dicta confirmaret, & cui vt expertiſsimo nemo ſe opponere poſſet. Dixitque aſſeuerantiſsimè, *Vanitas vanitatum; dixit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

II. ratio.

Si hæc verba dicta eſſent ab aliquo priuato, & obſcuro homine, poſſent meritò in ſuſpicionẽ falſitatis venire: ſed ſunt verba Regis illuſtriſſimi, & cui præter amplum imperium propriũ ſuberant Syri, Philiſthæi, Ammonitę, & Moabitæ, & Idumæi, parentis Dauidis robore ſuperati.

2. Reg. 10.
Sup. 5. & 8.
Infrà 12.
Suprà 8.
Ibid.

III. ratio.

Si etiam dixiſſet pauper aliquis, aut egenus eiuſmodi verbum, negligi poterat: at id dixit opulentus, & ditiſsimus Rex, cuius tempore præ auri copia, quod importabatur ex Ophir, & ex omnibus prouincijs vicinis, qui fama tanti Regis permoti munera mittebãt, & à Regina Saba, quæ habitabat in finibus terræ, non erat in pretio vllo argentũ, vt teſtatur Scriptura.

IV. ratio.

Matth. 12.
3. Reg. 10.

Rurſus ſi tale verbum profectum eſſet ab aliquo ſtulto, & rerum ignaro, deſpicatui haberi poſſet: verum illud pronunciauit ſapientiſsimus Salomon, qui ſapientia ſua omnes ante ſe Reges, & poſt ſe futuros ſuperauit, quique diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus, & veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis Regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius.

1. Reg. 3.
Infrà 4.

V. ratio.

Rurſus, ſi hæc profecta eſſent tantùm ab Apoſtolis rudibus, pauperibus, & deliciarum carnis expertibus, & qui periculum non fecerunt de omnibus carnis oblectationibus, derideri poſſent: ſed præceſsit Salomon, qui hoc aſſeruit, qui vxores habuit quaſi reginas, ſeptingentas, & concubinas trecentas, & nullam ſeſe oblectandi rationem prætermiſit.

3 Reg. 11.

VI. ratio.

Si Apoſtoli dixiſſent, in ſplendidis conuiuijs, & cibo pretioſo, & potu delicato, & in ſeruorũ miniſterio, & vaſis, & poculis aureis, & argenteis inueniri vanitatem, vix crediđiſſet mundus: ſed dixit, qui expertus erat Salomon, vt ipſe hoc libro teſtatur, & cuius cibus erat per dies ſingulos triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinę: decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & auium altilium.

Eccl. 2.
3. Reg. 4.

VII. ratio.

Nec dici poſſunt Apoſtoli mendaces vanas prædicantes fabricas, aut hortos, aut domos ſplendidas, aut vana eſſe omnia aromata, & odores pretioſiſsimos, quòd nõ eſſent experti: expertus eſt Salomon, qui templum magnificentiſsimum auro ſolido intus veſtitum à fundamentis erexit ſeptem annis; & domum propriam tredecim annis, præter domum vxoris filiæ Pharaonis, & domum ſaltus, ſiue aromatũ, & hortos permultos, & currus mille quadringentos habebat, & quadraginta millia equorũ in ſtabulis, inſuper & curruum equitumq; duodecim millia, vt tradit liber Paralipomen.

Infrà 6. per totam.
Infrà 7.
Ibid. & ſeq.
Infrà 10.
2. Paral. 9.

Deniq; nihil ſingi poteſt eorum, quorum ſummo ſtudio capiuntur homines in hac vita, vt gloria, triumphus, imperiũ, fama, ſapientia: quòd etſi abfuerit à Chriſto, & Apoſtolis, fuit tamen cumulatè in Salomone, qui experiẽtia hauſit omnes fructus eorum, & commoditates. Et ita Salomon prælulit Chriſtum eius gloriæ, & prædicationi per Apoſtolos futuræ inſeruiuit.

Quænã ſint quæ ſummè afficiunt homines huius mũdi bona.

Egre-

Greg. Nyſſen.

Egregiè proinde dixit Gregorius Nyſſenus in Eccleſiaſten: *Conſidera quemadmodum Sapientia per perſonã Salomonis ſecundùm carnem de ijs differit, quibus maximè ad contemptum eorum, quæ homines magnifaciunt, adduci poſſumus. Non enim differit Salomon, vt plerique ſolent, qui non habent in poteſtate ſua illa quæ delectant: vt vel ex eo habeat autoritatem ſermo eius, quòd illa accuſat, quæ expertus eſt. Nos enim non omnia experientia noſtra didicimus, ſed ſola cogitatione, quorum voluptates experiri prohibet paupertas. Et cùm alicui conſilium damus, vt pro nihilo ducat, quæ homines in pretio habent: qui iſta audit, in promptu habet illud, idcirco nos iſta paruipendere, quòd ea non ſimus experti. Hanc verò totam obiectionem Salomon deleuit, cùm dixit: Vanitas vanitatum.* Hæc ille.

CANON XXXIV.

De Cantico Canticorum. Quonã modo abſq; errore Cantici Canticorum ſenſum poterimus verum inueſtigare. Hebræorum & Zerchintæ cuiuſdã hæretici impia & obſcœna reijcitur huius libri interpretatio. Matth. 15. 2. Cor. 3. 3. Reg. 3. & 11.

Canticum Canticorum, quod Salomon cecinit, inter difficilia Sacræ Scripturæ volumina, etiam ab ipſis Hebræis cõputatum eſt; quia eius lectione iuniores, qui necdum ad ætatem maturam peruenerant, interdicebant. Pro illo igitur libro ſine errore intelligendo, atque etiam explicando, in primis fugienda eſt ſententia Iudæorum, qui cæci, Rabbinos, hoc eſt duces cęcos ſectantes, & literam, quæ occidit, neglecto omni ſpiritu, ſequentes, iuxta textus ſuperficiem de Salomone & filia Pharaonis eius vxore adamata, librum Canticorum intelligendum cenſent. Quam ſententiam imitatus eſt quidam noſtri ſeculi hæreticus; qui, vt puto, diſsimulato nomine proprio, & mutato, ſe Zerchintam appellauit. Hic ergo, librum hunc teſtatur profanos, ac delirantes Salomonis amores cum vxore ſua filia Pharaonis continere: *Vt poſsis*, inquit, *conſiderare, quid ſit homo Dei gratia, & Diuino lumine deſtitutus.* Sic ille dixit. Sed ego certè ſatis mirari nõ poſſum hominis audaciam & temeritatem, & quantum fuerit diuino lumine deſtitutus, qui tam ſordidam, & vilem interpretationem, addo etiam periculoſam, & quæ grauia tentationum vulnera lectoribus infligeret, doctiſsimo Salomonis libro, & per Spiritum ſanctum edito, adſcribere non eſt veritus: quaſi Spiritus ſanctus vllam videret neceſsitatem erudiendi populum ſuum, vt quæ meram laſciuiam, & impudicitiam ſpirant, in profanis Salomonis amoribus addiſceret.

Alter ſenſus. Lyranus in Cantica.

At Lyranus hunc librum de Salomone, & populo eius, quem à Deo regendum ſuſcepit, & qui inſtar Spóſæ, ſubditum ſe Regi, quaſi viro ſuo præſtare debet, interpretandum tradit. Qui ſenſus etſi priori præſtare videatur, nihil tamen magnificum, aut ſublime continet; nec propterea pericula, quæ à lectione libri huius prouenire poſſent, cauerentur. Et videtur Lyranus hũc ſenſum qualemcunq; accepiſſe à Chaldæa paraphraſi, quæ fuſiſsimo ſermone contexitur, & habetur in Biblijs Antvverpienſibus.

Vnde probari videatur, à Salomone hũc librum, & Prouerbia, priuſquã mulierum illicito amore caperetur, fuiſſe cõſcripta. III. ſenſus Eccleſiæ probatiſſimus. T. Theodor. tom. 1. circa medium.

Hæc autem omnia doctiſsimè impugnat Theodoretus in Præfatione quã præmiſit in Cantica Canticorum ad Ioannem Epiſcopum his verbis: *Cæterùm, quia plerique ex ijs qui Canticum Canticorum calumniantur, ac ſpiritalem eſſe librum negant, fabulas quaſdã, ne aniculis quidem deliraantibus dignas, contexunt: alij nimirum quod ſapiens Salomon de ſe ipſo, deq; Pharaonis filia conſcripſerit, nonnulli autem eidem affines ſtultitia, pro Pharaonis filia ſponſam eſſe Abiſai Sunamitidem confinxerunt: quidam verò prudentiùs conſiderantes, ſermonem hunc regium appellàrunt, vt Sponſa nomine populus, Sponſi autem Rex intelligatur; operæpretium nos facturos puto, ſi interpretationis initio prius falſas, ac pernicioſas iſtorum opiniones confutemus; deinde verum, ac dilucidum ſcriptoris propoſitum oſtendamus.* Hæc ille. Eſt porrò longe probabile, Salomonem Prouerbiorum, & Cantici Canticorum libros multo antè ſcripſiſſe, quàm per mulierum amorem deprauaretur: cuius rei argumentum non leue eſt, quia 3. Reg. 4. ponitur catalogus parabolarum, & carminum, quæ cecinit: & cap. 11. recenſetur eius deprauatio per mulieres, quam poſteà ſecuta eſt reſipiſcentia, & editio libri Eccleſiaſtis, in quo de omnibus delictis ſuis pœnitentiam agere videtur. Dicendum igitur, cum Eccleſiæ Catholicæ Patribus, non ex vocibus iuxta Grammaticam ſumptis, ſed ex rebus ipſis per voces immediatè ſignificatis (quemadmodum in parabolis facimus) ſenſum verum & proprium eſſe colligendum: quo

Quæ res occaſionem dediſſe videantur de hoc libro Salomonis turpiter cogitandi.

vnio Verbi cum humana natura, vel ſponſi Chriſti cum Eccleſia, vel cum potiſsimo membro eius Deipara Virgine, quæ primaria eſt Spóſa, vel cum quauis anima per fidem, & charitatem Sponſa Dei facta, eo libro deſcribitur, & laudibus celebratur; & excellentia virtutũ ornamenta; tam Sponſi, quàm Sponſæ, declarantur. Nemo ergo in eo libro, vel os, vel labia, vel faciem, vel genas, vel naſum, vel frontem, vel oſcula, vel vbera, vel collum, vel amplexus, vel dexteram, & ſiniſtrã, vel filias Hieruſalem, ſiue adoleſcentulas, vel vnguenta, vel odorem vnguentorum, vel vinum, vel cellam vinariam, vel veſtimenta, ſiue ornamenta, id eſt murenulas, inaures, armillas, vel floridum lectũ, vel tactum, vel ventrẽ, & alia de inuicem amantium colloquia, & amores

Spiritales animas deliciæ ac voluptate corporeis & ſenſibilibus longè antecellunt. In Cantica Canticorum quantum valuerit Origenes.

carnaliter,aut corporaliter cogitet;ſed ſpiritu aſcendat ad ſuauitates, & dulcedines animorum,quæ omne carnis,vel mundi delectamentum ſuperant, cogitandas, & ruminandas;ne in verbis æternę vitę certiſſimam Spiritus mortem ſibi accerſat.Quo in libro interpretando Origenes, vt teſtis eſt Hieronym.ſeipſum ſuperauit, qui reliquis in libris alios ſuperauerat. Hic igitur hom. 3 in Cantica, ſub finem in hunc ferè modum ſcribit: *Intelligi ergo mihi videtur ex initio propoſiti dramatis Sponſam foris ſtare in biuio,& ob amorem, Sponſi huc atque inde proſpicere, ſi fortè veniat; nec viam velle ingredi aliquam, dum ignorat vnde magis veniat: nec domi,ſed foris ſtare,& deſiderio eius agitari,ac dicere: Oſculetur me oſculo oris ſui.Vbi autē Sponſus aduenerit,deſiderium Sponſi trahit in fruitionem. Quò fit vt Sponſa iam habens quod deſiderabat ſentiens caſtiſſimos eius amplexus, iam veris fœcundata virtutibus, conuertit ſermonem ad Sponſum,dicens: Bona ſunt vbera tua ſuper vino,fragrantia vnguentis optimis: Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.Trahe me:poſt te curremus,&c.*Et Theodoretus in commentarijs ſuis in Cantica, ait: *At ne quis oſculorum vocabulo perturbetur,conſideret quemadmodum myſtico Sponſi tempore Sponſi corpus ſuſcipientes,complectimur,& oſculamur, atque oculis cordis imponimus, & animo ac cogitatione quaſi complexus quoſdam, & congreſſus nuptiales affingimus, atque ipſum charitate timorem foras eijcientes,nos amplexari putamus,& ſuauiari.* Ambroſius quoque lib. De Sacramentis:*Veniſti,* inquit,*ad altare:vocat te Dominus Ieſus, vel animam tuam, vel Eccleſiam,& ait:Oſculetur me oſculis oris ſui.*

B. Hieronym. præfat. in lib. 1. Periarchon. Orig. tom. 1. In illud Cantic. 2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras,proſpiciens per cancellos,&c. Cant. 1. Ibid. B. Theodor. tom. 1. circa dimidium. B. Amb. lib. 5. De Sacramen. c. 2. initio, to. 4. prope dimid.

CANON XXXV.

De Prophetis. Prophetę nomen vnde, eius non tantùm ad futura, ſed ad futura etiam & præterita vaticinium extenditur. Deut. vlt. Moſes Prophetarum omnium maximus in Scripturis declaratus.

Etſi nomen Prophetæ iuxta vocis ſuæ etymon, à procul fando dicatur;quòd ea, quæ poſt ſe ventura ſint,prædicat:vetus tamen vates ad omnia præterita,& pręſentia, quæ viſu,aut ratione cōiectari nō poſſunt, & ad futura prænuntiāda ſe porrigit.Quod non tantùm ex Scripturis colligitur, quæ Moſen Prophetarum omnium maximum vocant,qui non tantùm de futuris, ſed etiā de præterita creatione, & modo condendi prophetauit; verùm etiam ex profanis autoribus accipere poſſumus. Ait enim Homerus lib. 1. Iliadis de Calchante.

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Et Virgilius in Georgicis.

Nouit namq; omnia vates,
Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Homer. ſub Iliados initiū. Vergil. lib. 4. Georg. mediū inter & finē.

Eſt autem commune nomen tam veris, quàm falſis Prophetis. Nam pſeudoprophetæ, Prophetæ vocantur: vt Prophetæ Baal,& idolorum. Et Hierem. 28. legimus: *Tulit Ananias Propheta catenam de collo Hieremiæ Prophetæ,& confregit eam;*qui tamē pſeudopropheta erat. Et Threnor. 2. habetur: *Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam;* & alibi, *Vbi ſunt Prophetæ veſtri,qui prophetabant vobis?* Paulus ait; *Dixit quidam ex illis, proprius ipſorum Propheta,Cretenſes ſemper mendaces,&cæt.* Item Hierem. 23. *In Prophetis Samariæ vidi fatuitatem,& prophetabant in Baal,& decipiebant populum meum Iſrael. Et in Prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium.* Ezech. 14. *Propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum;ego Dominus decepi Prophetam illum.* Vbi Hieronymus: *Non putemus de vero Propheta dici, ſed de pſeudopropheta, qui* συνωνύμως *Propheta appellatur.* Idem in caput Oſeæ 4.& alijs locis inſinuat. Et Gregorius in procemio lib. 27. Moralium ſcribit: *Non mirandum, quòd vir arrogans impleri prophetiæ ſpiritu potuit; cùm Saul etiam in numero Prophetarum fuit. Sed hoc de Saule cur dicimus, cùm ex viſione Angeli accepiſſe verba rationalia & aſinā nouerimus? Sed ſicut irrationale animal rationis verba edidit: nec tamen ad permutationem naturæ rationalis acceſſit: ita ſæpè quilibet indignus ſancta verba per prophetiæ ſpiritum accipit; ſed tamen ad promerendum ſanctitatis gloriam non pertingit,vt & ſupra ſe loquendo emineat,& infra ſe viuendo torpeſcat.* Hæc ille;quæ in amicis Iob,& Caipha, & Balaam, qui multa de Redemptore noſtro prophetârunt, vera eſſe comprobantur.

Prophetarū nomen,bonis,malisque cōmune eſt. 3 Reg. 18. & ſeq. Hierem. 37. Tit. 1. Hieron. li. 4. in Ezech. to. 5. Idem lib. 1. in Oſeam, to. 6. initio. B. Greg. to. 1. 1. Reg. 10. Num. 22. & 2 Pet. 2. & Iuda. Multi prophetiæ ſpiritū accipiunt, ſed tamē ad ſanctitatis meritum nō attingunt. Ioan. 11. Num. 22.

CANON XXXVI.

De eiſdem.

Prophetæ in duplici ſunt differentia, & alij ad vetus, alij ad Nouum Teſtamentum magis ſpectāt. De quibus Ambroſius ita loquitur: *Prophetas duplici genere intelligamus, & futura dicentes, & Scripturas reuelantes.* Rurſus alibi: *Sicut enim Propheta futura prædicit,quæ neſciuntur: ita & hic dum Scripturarum ſenſum, qui multis occultus eſt, manifeſtat, dicitur prophetare.* Sic Ambroſ. in illud Pauli:*Qui prophetat,Eccleſiam ædificat.* Et Auguſtin. epiſt. 58. *Hos,* inquit,*Prophetas,quos poſt Apoſtolos poſuit,nō puto illos eſſe,qui ordine temporum ante Apoſtolos fuerunt, ſed iſtos, quibus iam ſub Apoſtolis per gratiam donabatur, aut interpretatio Scripturarum,& inſpectio mentium, aut prædictio temporis ſecuturi: vt Agabus cernebat, qui & famem inſtantem prædixit, & quæ B. Paulus in Hieroſolymis paſſurus eſſet, & verbo denuntiauit,& ſigno zonæ eius oſtendit.* Et Hieronymus in cap. 4 ad Epheſ. *Poſuit,* inquit, *ſiue dedit Pater & Filius primò Apoſtolos, ſecundò Prophetas. Non illos qui futura vaticinentur, quales in veteri legimus Teſtamento;ſed qui inſi-*

B Ambr. in c. 12. 1. ad Cor. circa finem, tom. 5. Idem in c. 14. eiuſdem epiſt. in princip. B Aug. to. 2. Epheſ. 4. & 1. Cor. 12. Act. 11. Infrà 1. B. Hieron. li. 2. in epiſt. ad Epheſ. paulò à med. tom. 9.

deles

Prophetæ in Nouo Teſtamento, ſcripturarum interpretes ferè ſignificant.

Act. 21.

deles atque imperitos arguant, atq; dijudicent. Hæc Hieronymus. Et ſic ferè ſemper vox Prophetę in Nouo capitur Teſtamẽto. Vnde quatuor Philippi filiæ virgines leguntur prophetaſſe, Diuina nimirùm explicantes myſteria. Et 1. Timoth. 1. In fine: *Secundum,* inquit, *præcedentes in te prophetias.* Et cap. 4. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam.* Et eſt ſenſus: ideo largitus eſt tibi Dominus ſcientiam Scripturarum, vt alios doceas, & erudias. Tales erant Prophetæ Antiochiæ Actor. 13. & pſeudoprophetæ; quos Dominus cauere iubet, dicens, *Attendite à falſis prophetis,* id eſt, hæreticis, qui corrumpunt Scripturas. Quod verò dicitur à Domino: *Lex, & Propheta, vſq; ad Ioannem*: intellige de illis, qui de aduentu primo Chriſti in carnem prophetârunt, non de illis, qui de ſecundo aduentu prædixerunt. Nam Ioannes in Apocalypſi verus eſt Propheta, & librum ſuum in vltimo Chriſti aduentu ad iudicium terminat.

Quæ data fuerit Timotheo gratia per prophetiam.

Matt. 7.

A quibus cauere iubeamur falſis Prophetis.

Luc. 16. *&* *Matth.* 11.

Illud: Lex, & Prophetę, vſque ad Ioannem, quomodo verum.

CANON XXXVII.

De eiſdem.

Prophetæ ſuas intelligunt prophetias, & quæ loquuntur, ſecundùm Doctores: quia vt Daniel eſt teſtis, intelligentia opus eſt in viſione, id eſt, prophetia. Quanquàm hoc Hęretici pernegent, filij Montani, qui Prophetas in extaſi poſitos dicebãt locutos eſſe quæ ignorabant. Hinc Baſil. in procœm. in Iſaiã negat Prophetas furere, & ſine certo ſcopo verba in ventum iactare. *Porrò,* inquit, *ſunt qui dicant eos* (ſcilicet Prophetas) *extra ſe prophetare humana mente à Spiritu abſorpta. Verùm id abhorret à profeſſione Diuinæ præſentia, vt amentem reddat, qui à numine corripitur: cumq; plenus diuinorum decretorum eſſe cœperit, tum à propria mente etiam excidat: & qui alijs à ſeſe præbeat vtilitatẽ, ipſe ex proprijs ſermonibus nihil capiat vtilitatis. In ſumma quî conſentaneum eſt, vt quis ex ſapientia Spiritus inſanus ſimiliter reddatur, vt quæ intelligentia Spiritus cohærentiam excludat? Quin potiùs neq; lumen cæcitatem parit, verùm videndi vim à natura inditam expergefacit. Neque Spiritus tenebras inducit animo, ſed ad contemplationem rerum intelligibilium mentem à peccatis purã exigit. Non diſſimile veri eſt, improbam dæmonum vim naturæ humanæ inſidiantẽ, confundere mentem. Verùm ſi quis dicat, Diuini Spiritus præſentiam idem hoc efficere, is impiè dixerit. Adhac ſi ſapientes ſunt ſancti; fit, vt non reſponderint, congruerintq; ijs, quæ prophetantes addebãt; ſapiens enim, inquit; intelliget quæ ab ore proprio proficiſcuntur, in labijs autem portat intelligentiam.* Hieronymus quoque in procœmio libr. 1. Commentariorum in Iſaiam; *Neque verò, vt Montanus cum inſanis fœminis ſomniat, Propheta in extaſi ſunt locuti, vt neſcirent quid loquerentur, & cùm alios erudirent, ipſi ignorarẽt quid dicerent, de quibus Apoſtolus ait: Neſcientes neque de quibus loquantur, neque de quibus affirment, ſed iuxta Salomonem, qui loquitur in Prouerbijs: Sapiens intelligit quæ profert de ore ſuo, & in labijs ſuis portabit ſcientiam: etiam ipſi ſciebant quid dicerent. Si enim ſapientes erãt Propheta, quod negare non poſſumus, & Moyſes omni eruditus ſapietiã loquebatur ad Dominum, & Dominus reſpondebat ei, & de Daniele ad Principem Tyri dicitur: Nunquid ſapientior es Daniele? & Dauid ſapiens erat, qui gloriabatur in Pſalmo: Incerta, & occulta ſapientia tua manifeſtaſti mihi: quomodo ſapientes Propheta inſtar brutorum animantium quid dicerent, ignorabant? Legimus & in alio Apoſtoli loco: Spiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſunt, vt in ſua habeant poteſtate, quando taceant: quando loquantur,* Sic ille. Quibus in verbis Hieronymus non negat Prophetas extaſin paſſos, vt neſcirent quid loquerentur: nam extaſis (teſte Auguſtino lib. quæſtionum in Geneſin) ſolet fieri in magnarum rerum reuelationibus. Sic ab Adam cùm prophetatur Sacramentum illud magnum (vt dicit Apoſtolus) in Chriſto, & Eccleſia dicendum eſt quòd extaſin paſſus fuerit, & ſenſuum alienationẽ. Et Epiphanius lib. contra Phrygaſtas, ſiue Montaniſtas, probat Prophetas conſtituta mente, & immota prędixiſſe futura, & ſemper dixiſſe conſequentia, & ſibi cohærentia: & hoc ſolo Poetis præſtare, quòd ſapientiam præferant, quæ maior ſit quàm humana, propter Spiritus ſancti donum; & hanc negat in dæmonum vatibus inueniri, qui furiunt, & cæca mentis caligine pleni fundunt oracula, vt erant Montani vates. Et ſubdit Epiphanius quid ſit extaſis prophetica; ne quis putet amentiam eſſe, aut mentis alienationem, & docet eſſe abſtractionem à ſenſibus, & ab his rebus, quibus Propheta erat intentus, totus rapitur ad diuina, & cœleſtia. Addit prætereà, eundem Spiritum ſanctum eſſe in Apoſtolis, & Euangeliſtis, qui & in Prophetis fuit: ſed in Apoſtolis cohærentia loquitur, & conſentanea: Igitur & in Prophetis. Propriũ eſt igitur Iudæorum ita Scripturas interpretari, vt antecedentium & cõſequentium rationem nõ habeant. Idem etiam eſt proprium Mahometi in Alcorano, in quo nullus eſt verborum, aut ſententiarum nexus, ſed omnia ſunt diſſentanea, & vt ſcopæ diſſolutæ. Certè Plato in Phædro, Propheriſſas Delphici oraculi multa tradit dixiſſe diuinitùs ſupra humanam ſapientiam, inſania diuina percitas: & tamen illæ multa fundunt oracula, quæ nexum, & conſequentiã

Dan. 10.

Baſil. to. vlt. circa finem.

Quàm idoneis rationibus Baſilius diuinos vates oſtendat ſancto tantũ impellente ſpiritu fuiſſe locutos.

Primum arg.

II. argum.

III. argum.

S. Hieron. to. 5. in proœ.

1. *Tim.* 1.

Act. 7.

Ezech. 28.

Pſal. 50.

1. *Cor.* 14.

Quomodo accipiendum dictum Hieronymi negantis Prophetas in extaſi locutos, vt neſcirent quid loquerentur.

Auguſt. lib. 1. *qq. in Gen. q.* 30. *to.* 4. *init.*

Epheſ. 5.

Gen. 2.

B. Epiphan. lib. 2. *in Hæreſin* 48. *circa initium, to.* 1

Prophetæ à Poetis quid differant ſecundùm Epiphanium.

Qualesnam olim Montani vates.

Extaſis prophetica quid ſit.

Idem ibidem.

Prophetæ eundẽ quem Apoſtoli, & Euangeliſtæ Spiritum ſanctũ habuẽre.

Idem ibidem.

Proprium Iudæorum quid in ſenſu Scripturæ tradendo.

Qualis Mahometici Alcorani contextus.

P. 410.

Hæreticorũ ingenium.

inter ſe habent: quanto magis diuini Prophetę? Hanc technam, & dolum Iudęorum mutuati ſunt Hæretici; qui ſæpè diſſentanea, & ſibi cõtraria tradunt. De quibus Auguſtinus contra Manichæi diſcipulum Adimantium, *Particulas*, inquit, *quaſdam de ſcripturis eligunt, quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ ſuprà, & infrà ſcripta ſunt, ex quibus voluntas, & intentio ſcriptoris poſſit intelligi.* Et Clemens Alexandr. *Solent*, inquit, *hæretici accipere ex Propheticis ſermonibus particulas quaſdam, quibus nos oppugnent, quas aliò deflectunt, nec eo ſenſu accipiunt, quo à Prophetis ſunt dicta.* Hæc ille ferè.

Aug. lib. vno contra Adimantium cap. 14 ſub initiũ, tom. 6. circa princ.

Clem Alex. lib. 3 Strom. inter med. & initium.

4. Reg 4.

Prophetas, & Apoſtolos, Deus cur quædam voluerit ignorare.

Ezechiel filius hominis à Domino cur vocatus.

Non tamen propterea Prophetæ omnia nouerant; quemadmodum nec Apoſtoli. Hinc Heliſæus mortem filij Sunamitidi ignoraſſe videtur. Tum vt ſuperbiam comprimerent; qua ſibi Prophetæ omnia arrogare poſſent; & ob eam cauſam, nec Ezechiel ob excellẽtiam viſionum efferretur, ob id dictus eſt filius hominis. Tum etiam ne homines maiores ipſos eſſe exiſtimarent, quàm conueniret. Nam & Paulum, & Barnabam deos vocabant Acto. 14. vt Paulus coactus ſit dicere, *Parco autem; ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.* Tum denique, vt ſciremus, Prophetas homines fuiſſe, & eiſdem affectibus obnoxios, quibus nos ſumus: virtute tamen, ac laboribus peregiſſe quæ operati ſunt. Vnde nec Diuino ſemper perfundebantur lumine, & omnium cognitio, & certiſsima veritas ſoli Chriſto ſeruata eſt, qui tamẽ propter nos ſe ignorare dixit poſtremum iudicij diem.

2. Cor. 12.

Chriſto omnium rerum perfecta cognitio ſoli ſeruata eſt.

Matth. 24.

Canon XXXVIII.

De eiſdem. Hoc Canone veros Prophetas à falſis dignoſcendi rationes ac notę traduntur.

Cùm nomen Prophetarum, & veris, & falſis cõmune fuerit, quęrimus meritò, qua ratione inter ſe diſcernerentur. Reſpondemus primò, veros Prophetas non ſoliros probare ſua dicta ratione, aut exemplo, aut vllis probabilibus coniecturis; ſed, *Quia os Domini locutum eſt:* ideo in ore habebant: *Hæc dicit Dominus exercituum*, ſiue, *Hæc dicit Dominus omnipotens.*

Iſai. 1 & ſæpè aliàs.

Ierem. 6. & alibi frequentiſsimè.

Primum ſignum.

Secundum.

Secũdò: Prophetę veri, à veritate, quã prædicebant, à falſis dignoſcebantur, Vt enim Deuteron. 18 in fine dicitur: *Propheta qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorũ interficietur. Quod ſi tacita cogitatione reſponderis, Quomodo poſſum intelligere verbum quod Dominus non eſt locutus? Hoc habebis ſignum, quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit; hoc Dominus non eſt locutus, ſed per tumorem animi ſui Propheta confinxit; & idcirco non ti*mebis eum. Sed hæc intellige de prophetia abſoluta, non autem de comminatoria, qua Ezechias Rex euaſit mortem prophetatam ab Iſaia, & Niniuitæ ſubuerſionem ciuitatis poſt quadraginta dies: vt in Hieremia cap. decimo octauo, expreſſe Dominus docet.

Duplex prophetia, abſoluta, & comminatoria.

Iſai. 38.

Ionæ 3. & ſeq.

Tertiò, diſcernuntur veri à falſis prophetis per eos; qui gaudebant dono diſcretionis ſpirituum. Vt enim lingua guſtatu naturali bonum à malo, & amarum à dulci diſcernit: ita quidam in Eccleſia Dei lingua Spiritus ſancti inſtructi, veros à falſis prophetis internoſcere poſſunt. Quod his verbis tradũt Origenes, & Hieronymus: hic quidem in cap. 3. Iſaiæ, ſub initium, *Conſtituti erant in populo Iudæorum Sacerdotales gradus, qui Prophetas, pſeudoprophetaſq; diſcernerent, hoc eſt intelligerent; qui de Dei Spiritu loquerentur, qui de cõtrario.* Origenes verò homil. 1. in Lucam, initio: *Sicut olim in populo Iudæorum multi prophetiam pollicebantur, & quidam erant pſeudoprophetæ, è quibus vnus fuit Ananias filius Agot; alij verò Prophetæ; & erat gratia in populo diſcernendorum ſpirituum, per quam alij inter Prophetas recipiebantur, nonnulli quaſi ab exercitatiſsimis trapezitis reprobabantur: ita & nunc in Nouo Teſtamento, &c.* Hæc ille, cuius verba repetit Ambroſius in procemio ſuo in Lucam.

III. ſignum, ſeu diſcrimẽ.

1 Cor. 2.

Simile.

Hieron. lib. 2. in Iſaiam prope princ. to. 5. initio.

Orig. tom. 2.

Hierem. 28.

Gratia diſcernendorum ſpirituum in Eccleſia.

Ambr. to. 5. in proæ.

Quartò alia etiam ratione diſtinguebantur. Audi verba Gregorij in Ezechielem: *Prophetæ veri ſi quid aliquando per ſuum ſpiritum dicunt (vt fecit Nathan dicendo Dauid vt templum conſtrueret) hoc ab auditorum mentibus per Spiritum ſanctum eruditi citiùs corrigũt. Prophetæ autem falſi, & falſa denuntiant, & alieni à ſancto Spiritu, in ſua falſitate perdurant.*

IV. ſignum.

B Greg. hom. 1. in Ezechielem, prope fin. tom 2. ante med.

2. Reg. 7.

Quintò: veri Prophetię in temporalibus prædicendis non ſiſtebant, ſed vel ad ſpiritualem populi correctionem, & pœnitentiam in eis excitandam ſpectabant; vel in his quæ prędicebant, ad Meſsiam, & Eccleſiam, & eius myſteria oculos mentis dirigebant. Vnde parũ grati ſolebant eſſe principibus, quibus grauis eſt, & moleſta veritas; at pſeudoprophetæ temporales tantùm commoditates; & placere principibus quęrebant, & dicebant, *Pax, pax: & non erat pax:* de quibus Thren. 2. dicitur: *Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & electiones.*

V. ſignum. Prophetę parum grati cur ſolerent eſſe principibus.

Hier. 6.

Sextum diſcrimen eſt, quod aſsignat Dominus in Deuteronom. cap. 13. in principio. *Si ſurrexerit*, inquit, *in medio tui prophetes, aut qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum*

VI. diſcrimẽ verorum à falſis Prophetarum.

atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos (quos ignoras) & ſeruiamus eis; non audies verba Prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, an non. Ex quo loco elicimus, falſum eſſe prophetam, qui poſtquàm aliquid prædixit quòd euenerit, inuitat tamẽ populum, vt à Deo vero ad falſum deficiat, & à doctrina legis recedat, vt impiam, & hęreticam amplectatur: contrà verò, verum eſſe Prophetam, qui doctrinam Eccleſiæ germanam ſequitur, & illam vt cæteri amplectantur, aut miraculis, aut pręnotionibus confirmat. Signa enim non præcedere, ſed ſubſequi debent doctrinam: vt Chriſtus ſuo exemplo nos docuit.

Signa ſubſequi debent doctrinam, non præcedere.

Matth 9. & ſeq. a tex.

VII. diſcrimen.

Exod. 4 & ſeq.

Ioan. 1.

Iſai. 40.

Septimò: Propheta verus ſuã miſsionem comprobat, vel ſigno, vt fecit Moyſes; vel verbo, vt fecit Ioannes Baptiſta, qui legationem ſuam comprobauit per illud Iſaiæ: *Ego vox clamantis in deſerto*; vel per aliũ Prophetam teſtimonium accipiat: vt Chriſtus magnus Propheta accepit à Ioanne Baptiſta, quem ille pronuntiauit pluſquàm Prophetam, & Ioannes accepit teſtimonium à Chriſto Matth. 11. & Ioan. 5. vel demq; per aliquam prophetiã de re aliqua breui euentura prædictam. Nam vt teſtatur Procopius Græcus autor, & Hippolytus Romanus, & Ammonius in Danielem; & Chryſoſtomus hom. 11. in Matth ſolitι ſunt Prophetæ, quo ſibi ad res arduas de Chriſto, & Eccleſiæ myſterijs præſtruant fidem, res breui pòſt tempore euenturas prædicere, quo ſibi autoritatem, & nomen Prophetarum compararent, & omnium animos admiratione imbuerent, vt ſibi in futura tempora Meſsię vaticinãtibus ab omnibus crederetur. Quod præter dictos autores etiam Rupertus in prologo in Oſee Prophetam, his verbis confirmat: *Sancti Prophetæ cũ mitterentur ad prænuntiandum de longinquo Chriſti aduentum, ſimul etiam de propinquo datum, vel iniunctum eſt illis prophetare illud, in quo citiùs veraces comprobari poſſent; vt cùm illa prophetia pars completa eſſet, illud quoque quod reliquum, vel maximum erat de aduentu Meſsiæ, verum fore conuinceretur.* Sic ille propemodum. Quod comprobamus exemplo Iſaiæ, qui prædicturus de Virgine conceptura, & paritura Emmanuelem, quę longè poſt futura erant, prænuntiauit Regi Achaz liberationem vrbis à Rege Syriæ; & Iſrael, & illorum regna poſt ſexaginta annos nõ ſtatura: vt habes cap. 7. Similiter ca. 9. de Sennacheribo prophetat, cuius exercitum ab Angelo delendum deſignat, neque acceſſurum ad vrbem Hieruſalem; vt cum nos oculis ſuis factum viderent, crederent his, quę vaticinaturus eſt de natiuitate Meſsiæ, cum dicit: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Et infrà cap. 11. adiungit de eodem myſterio: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Cap quoq; 38. Iudæos liberandos à Sennacheribo tempore Ezechiæ vaticinatus eſt; & ſignũ dedit horologij Achaz, in quo vmbra Solis per decem lineas retroceſsit, quo fidem ſibi conciliaret ad ea quæ ſubiungit de Meſsia, & eius Præcurſore cap. 40. *Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, &c.* Ad eum modum Daniel cap. 2. ſomnium Nabuchodonoſori explicauit, cùm omnes harioli, & magi, & ſapientes ad mortem quærerẽtur. Et cap. 3. fornax illa ardens præceſsit, vnde illi tres pueri illæſi prodierunt, & flamma erumpens Chaldæos accendẽtes fornacem combuſsit. Et cap. 4. aliud ſomnium de arbore magna declarauit Daniel. Et cap. 5. interpretatio verborum, quæ in pariete ſcribi vidit, MANE, THECEL, PHARES. Atque hæc omnia, vt ſibi fidem præpararet ad ea, quę prænuntiaturus erat de mutatione imperij, ſiue monarchiæ ad diuerſas Gẽtes, cap. 7. & quæ præciſè de Chriſti aduentu poſt Septuaginta hebdomadas, & eius morte cap. 9. & quæ de Antichriſti aduentu, & mundi fine cap. 12.

Luc 7.

Matth. 11.

Procop. in c. 20. Iſaiæ.

Hippolyt. Rom.

Ammonius.

B. Chryſoſt. to. 2. in princ.

Ruper. Tuitien.

Quomodo Prophetæ fidem ſibi vaticinando conciliarent.

Iſai. 9.

Ioan. 1.

CANON XXXIX.

De Veteri Teſtamento. Quod in Veteri Teſtamento inueniunt eius perſonam de quo eſt ſermo, longè antecedens; ad Meſsiam eſt referendum.

A Chriſto, & Apoſtolis indicatus eſt, &c. Si quid in Veteri Teſtamento inuenitur, quod eius perſonã, de qua videtur eſſe ſermo excedat, & dignitatem eius longe ſuperet, etiam in hiſtorijs, ſed pręſertim in Prophetis, & in Pſalmis, tunc illud perinde atq; de Meſsia accipiendum venit. Confirmanda eſt, & exẽplis illuminanda hæc pulcherrima Regula. Dominus ſiquidem Matth. 22. cùm interrogaſſet Phariſæos, *Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid:* tunc ſubintulit; *Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis? &c. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?* quo argumento apertè declarauit, illum Pſalmi locum perſonæ Dauidis conuenire minimè poſſe, qui homo purus tantùm erat; ac proinde ſoli Meſsiæ congruere ratione Diuinæ naturæ, qua etiam Dominus Dauid eſt, & quam Iudæi illi eripiebant.

Primus loc. *Pſal. 109.*

Ad eum modum Petrus Act. 2. explicãs illa verba: *Non derelinques animam meam in inferno; nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, Dauidi non poſſe competere ex eo probauit, quia Dauid vidit corruptionem, & corpus eius corruptũ in ſepulchro apud

Alter locus. *Pſal. 15.*

eos erat. Et Paulus Acto. 13. productis eiuſmodi verbis, vt comprobet vni Chriſto cõuenire, ſubiungit: *Dauid enim in ſua generatione cùm adminiſtraſſet voluntati Dei, dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem. Quem verò Deus ſuſcitauit à mortuis, non vidit corruptionem.* Hanc regulam Tertullianus in Iudæos cap. De claritate in Chriſto Ieſu, tractans illud verbum Dauidis; *Exterminauerunt manus meas, & pedes,* docet: *Hæc Dauid paſſus non eſt; vt de ſe meritò dixiſſe videatur, ſed Chriſtus, qui crucifixus eſt. Manus autem non exterminantur, niſi eius, qui in ligno ſuſpenditur.* Sic ille.

3 Reg. 2.
III. locus.
Tertull.
Pſal. 21.

IV. locus.

Hac aurea planè, & inuicta regula, multos locos de Meſsia ſolùm intelligi, euidenter probare poſſumus. Nam caput illud 53. Iſaiæ, in quo de Chriſti paſsione, & morte, atque de eius fructibus Propheta vaticinatur, nemini alteri adaptari poteſt. Non enim iuxta Iudaicam perfidiam, de populo in captiuitate poſito accipi poteſt: quia hoc eſſet facere ex prophetia hiſtoriam, qui frequens eſt dolus Iudæorum: cùm tamen & quæ præcedunt, & quæ conſequuntur, prophetica ſint, & nullam hiſtoriam percenſeant. Deinde, quomodo illi populo quadrare poteſt, quòd iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus ſit in ore eius? Rurſus, quomodo verum erit illud: *Propter ſcelus populi mei percuſsi eum?* Et, *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum?* nũquid populus pro peccatis populi eſt percuſſus? Quomodo item locum habebit: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum:* cùm armis ſe captiuantibus reſtiterit? Et quomodo pro tranſgreſſoribus rogauit, qui tot maledicta, & conuicia in ſuos aduerſarios congeſsit?

Caput Iſaiæ 53 ad ſolum Meſſiam qui Chriſtus eſt, pertinere cõprobatur.
Primum arg. Facere ex prophetia hiſtoriã, frequens eſt dolus Iudæorũ.
II. argum.
1. Pet. 2.
III. argum.
IV. argum.
Act. 8.

Aperitur & hoc Canone, Pſal. 71. qui incipit: *Deus iudicium tuum Regi da; & iuſtitiam tuam filio Regis,* nõ poſſe verum, aut plenum ſenſum habere in Salomone, ſed in vero pacis Rege Meſsia per illum adumbrato. Habet enim in hunc modũ Hieronymus verba prædicti Pſalmi ediſſerens: *Omnia quæ de eo dicuntur, Salomoni non valent conuenire. Neque enim permanſit ille cum Sole, & ante Lunam generationum generationum; neq; dominatus eſt à mari vſque ad mare & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum; nec omnes gentes ſeruierunt ei, neque ante Solem permanſit nomen eius; nec benedicta ſunt in ipſo omnes tribus terræ, neque omnes gentes magnificauerunt eum. Ex parte autem, & quaſi in vmbra, & imagine veritatis in Salomone præmiſſa ſunt, vt in Domino Saluatore perfectius implerentur.* Idẽ habet Tertullianus lib. aduerſus Marcionem, & Auguſtin libro vno De vnitate Eccleſiæ: *Pſalmus,* inquit, *71. in Salomonẽ titulatur: ſed quia ita dicta ſunt, quæ in illum Regem temporalem, & poſteà grauiter peccantem conuenire non poſſunt, etiam contra ipſos Iudæos de Chriſto eſſe prædicta, inuictiſsimè oſtendunt.* Sic ille, & poſteà explicat multis quę ſoli Chriſto poſsũt congruere.

V. locus.
Pſal. 71. ſoli Chriſto, non autem Salomoni propriè conuenire.
Hieronym. in cap. Daniel 11. circa med. & 5. circa finem.
Idem Pſalm Salomoni vt poſſit conuenire, teſte Hieronymo
Tertull. lib. 5 aduerſus Marcionem inter initium, & med.
Auguſt. lib. De vnit. Ecclef. c. 8. circa med tom. 7. ante dimid.
3 Reg 11.

Poſtremò hac regula verum illius loci intellectũ aſſequimur, qui habetur 2. Reg. 7. *Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum Patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſq; in æternum, ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter.* In quæ verba ita ſcribit Tertullianus: *Semini eius,* inquit, *quod erit, ex ventre ipſius. Hoc ſi in Salomonem ſimpliciter ediſſeres, riſum mihi mouebis. Videbitur enim Dauid peperiſſe Salomonem. An & hic Chriſtus ſignificatur ex eo ventre, ſemen Dauid, qui eſſet ex Dauid, id eſt Mariæ? Quia & ædem Dei magis Chriſtus ædificaturus eſſet, hominem ſcilicet ſanctum, in quo potiore templo inhabitaret Dei Spiritus, in Dei Filium magis Chriſtus habendus eſſet, quàm Salomon filius Dauid. Denique & thronus in æuum, & regnum in æuum, magis Chriſto competit, quàm Salomoni, temporali ſcilicet Regi: ſed à Chriſto miſericordia Dei non abſceſsit, Salomoni verò etiam ira Dei acceſsit poſt luxuriam, & idololatriam. Suſcitauit enim illi Dominus Adad hoſtem Idumæum. Cùm ergo nihil horum competat in Salomonem, ſed in Chriſtum, certa erit ratio interpretationum noſtrarum, ipſo etiam exitu rerum probante, quæ in Chriſtum apparet prædicatas; & ita in hoc erunt ſancta; & fidelia Dauid.* Hæc ille ſapientiſsimus Pater. Vbi ponderandum, non ſolùm quod de vtero dicitur, ſed etiam quod ait: *Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te:* quod non poteſt ad Salomonem referri, qui viuente Dauide natus eſt, & in Regem exaltatus. Hæc etiam duplici teſtimonio corroborantur: altero Angeli Gabrielis, qui alludens ad hanc regni perpetui promiſsionem, dixit: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis:* altera verò Pauli, eo Chriſti diuinitatem probantis: dixit enim: *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filiũ.* Adde, quòd cùm hic peccanti ſemini Dauidis promittat, miſericordiam non eſſe ab eo auferen-

VI. locus.
3. Reg 5 & 6. & 2. Paralip. 22. & Pſal. 88. & Heb. 1.
1. Reg. 15.
Tertull. lib. 3. aduerſus Marcionem, med. inter & finẽ.
Luc. 1.
Spiritale templum Deo ædificandum per Chriſtũ quodnam illud fuerit, teſte Tertulliano.
1. Cor. 3. & 6.
3. Reg. 11.
Act 13.
3. Reg. 1. & ſeq. & 1. Paralip. vlt. & ſeq.
Luc. 1.
Hebr. 1.
Spiritale ſemen Dauidis, à quo nimirum peccãte Dei miſericordia nõ eſt auferẽda, ſunt Gentes iuxt August.

dam;

Auguſt. in Pſal. 88. to. 2. dam; interpretans hoc in Pſalm. 88. non de ipſo Salomone vero, id eſt, Chriſto Domino, qui peccare non poterat, ſed de eius filijs, hoc eſt Chriſtianis, Auguſtinus interpretatur: *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint; ſi iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint; viſitabo in virga iniquitates, & in verberibus peccata eorum.* Quæ verba planè docent de filijs, vel fratribus, ſiue de corpore Meſsiæ, hoc eſt Chriſtianis Chriſti legem profitentibus, has promiſsiones miſericordiæ Diuinæ intelligendas: quia in Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ perpetua eſt vis diuinę gratiæ, & miſericordię propter Chriſtum in Nouo Teſtamento.

CANON XL.

Qui loci de Chriſto differentes Meſsia, varia tamen ratione ei conuenire non poſſe videntur, quo illi ſint accipiédi modò.

Quæ in Scripturis ſacris apertè de Chriſto dicuntur; ſi talia ſunt, vt illi aut vix, aut minimè propter abſurditatem, & quòd tantam dedeceant maieſtatem; vel ſimpliciter ab eo videantur remouenda, vt peccata, vitia, inſipientia, ignorãtia, & ſimilia: vel per tropum aliquem cogimur illa interpretari, quo vocum ſignificatus molliatur; vel ſi illi ratione humanæ naturæ tribui nequeant, corpori eius myſtico, cuius ipſe eſt caput, ſunt adſcribenda. Illuſtremus Canonem propoſitum locis nonnullis. *Eum*, in-

Coloſſ. 1. I. locus. 2. Cor. 5.

quit Paulus, *qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit; vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* Ecce Deus, qui Ieſum pro nobis peccatum feciſſe dicitur: quod per proprietatem nequaquàm eſt intelligendum: nec enim iuſtitia, aut ſalus, iniuſtitia, aut perditio effici valet; ſed per tropum & idiotiſmum Hebræum interpretandum, Ieſum peccatum factum, id eſt, piacularem pro peccato hoſtiam. Ita enim in Oſea dicitur:

Oſeæ 4. *Sacerdotes peccata populi mei comedent*; id eſt, victimas, quas pro peccatis ſuis offerre conſueuerunt. Quod etiam Ieſus dicitur pro-

II. locus. Luc. 2. Ioan. 1.

ficere ſapientia, & gratia apud Deum, & homines: de vero profectu, ſiue in natura diuina, ſiue in Humana, quæ ab initio plenitudinem gratiæ, & ſapientiæ à Domino accepit, non eſt accipiendum, ſed de profectu, quem in alijs edebat, & per quem ipſe nobis ſuæ diuinæ ſapientiæ, & gratiæ opes quotidiè magis ac magis in alios proferebat. Vel ſanè ſi citra tropum intelligere cupimus, de ſcientiæ acquiſitę, & experimentalis profectu eſt accipiendum: quemadmodum & illud ad Hebræ. *Didicit ex ijs quæ*

Hebr. 5. *paſſus eſt, obedientiam.*

III. locus. Matth. 24. Per tropum etiam dicitur Chriſtus iudicij diem ignorare; quatenus eum diſcipulis etiam petentibus, non declarabat.

IV. locus. Quod verò dicitur Pſalm. 21. *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum: Deus meus* *Pſal. 21.* *clamabo per diem, & non exaudies: & nocte; & non ad inſipientiam mihi*: hic Chriſtus loquitur in perſona ſuorum membrorum, quorum eſt caput, fideiuſſor, aduocatus, & procurator, vt pro ſuis agnoſcat delictis, quæ ſui corporis membra operantur, ille, qui eorum cauſam in ſe recepit tuendam. Et vocat hoc, verba delictorũ, more Hebræo, id eſt, opera peccatorum, pro quibus ſatisfaciebat. Ita etiam 2. Reg. 7. vbi Dauidi ſemẽ promittit poſt eius dies, quòd regnum eius adminiſtret, id minimè de Salomone, ſed de Meſsia filio Dauidis intelligitur. Et ſubdit: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Miſericordiam autem meam non auferam ab eo.* Hæc autem de condonandis peccatis promiſsio Meſsiæ facta iuxta Pſalmum 88. de membris peccantibus Chriſti corpori inſitis eſt intelligenda: quæ ſic habet: *Si autem deliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea*, & reliqua.

Quæ ſint apud Prophetam verba delictorum. V. locus.

Quandoque verò, ſi fieri poteſt, id quod prima facie abſurdum videtur, vel aſſumptæ humanitati, vel corpori ſuo myſtico adſcribi debet: vt quod dicitur *Vermis, & nõ homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Et iterum: *Nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum.* Rurſus, *Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.* Denique & vtrique, hoc eſt aſſumptæ humanitati, & corpori myſtico attribui debet, ſi neutri repugnet: vt illud: *In manus tuas cõmendo ſpiritũ meum: redemiſti me Domine Deus veritatis*: quia ſimul & ſuum, & in eo omniũ noſtrum ſpiritum Patri commendauit: & ſe exauditum gratulatur, dicendo per præteritum, more prophetico, quod mox futurum erat: *Redemiſti me*, hoc eſt redimes corpus meum à morte ſuſcitando: vel redemiſti me, hoc eſt, populum Chriſtianum mihi coniunctum, merito meæ mortis redimes; iuxta illud Prophetæ: *Si poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longæuum.* *Iſai. 53.*

Quænam vtpote abſurda primo aſpectu, aſſumptę Chriſti humanitati; vel corpori eius myſtico, quæ vero vtrique ſint adſcribenda.

Pſal. 21. Iſai. 53. Gal. 3. Pſal. 30. & Luc. 23.

CANON XLI.

De Prophetis. Saltus in Prophetis à litera ad ſpiritũ, & ab hiſtoria nuda ad Meſſiam non infrequens.

Apud Prophetas in medio hiſtoriæ curſu frequenter fit tranſitus à litera ad ſpiritum, & è contrario à ſpiritu ad literam, & narrationem hiſtoriæ. Literam voco, rem geſtam, quæ eo tẽpore accidiſſe narratur: Spiritum voco, Chriſti, & Eccleſiæ myſteria, quæ in eis deſcribuntur, vel diaboli, & re-

Quid per literam, quid per ſpiritum ſit accipiendum.

gni eius intellectû. Et talis ſenſus de Chriſto, & Eccleſia, vel de diabolo, & regno eius, non eſt myſticus, aut ſpiritualis, ſed literalis, ſiue hiſtoricus. Exemplum eſt quod

I. locus.

Iſai. 7. ab hiſtoria regis Achaz nolentis petere ſignum à Deo, Dominus dedit ſignum Virginis concepturæ, & parituræ Emmanuelem. Et ca. 14. & Ezech. 28. ſub hiſtoria regis Tyri, & regis Babylonis, ſaltat Propheta ad diabolû Regem ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ; atq; eius caſum, & ſuperbiã deſcribit. Quod hæretici quidam nonaduertentes, inſanire Prophetas exiſtimarût.

Matth. 1.
II. locus.
Iob 41.
Huius Regulæ ignoratione hæretici quidam inſanire Prophetas exiſtimarunt.

Interdum mens Prophetæ de primo Chriſti aduentu in humilitate, rapitur ad deſcribendum ſecundum in Maieſtate, & gloria: & ſi litera ſit capax, vterque ſenſus eſt recipiẽdus. Vnde verba illa, quæ Petrus ex Ioële deſumpſit: *Et erit in nouiſsimis diebus: effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*: & infrà, *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequàm veniat dies Domini magnus, & manifeſtus*: de vtraq; die, & aduêtu Chriſti accipi poſſunt.

III. locus.
Act. 2.
Ioel.

Fit præterea tranſitus de Eccleſia militanti ad triumphantem: de regnis perſequentibus populum Dei, ad Eccleſiam malignãtium, cuius caput eſt cacodæmon, ſiue Antichriſtus: & de deſolatione ciuitatis Hieroſolymorû per Chaldæos, ad eam, quæ facta eſt per Romanos; & ab hac ad vniuerſalem, quæ futura eſt ſub Antichriſto: & ſi litera patitur, de vtraque eſt exponendum.

IV. locus.
Pſal. 25.
4. Reg. vlt. & ſeq.
Dan. 9. & 12.

Vnde Auguſt. lib. de Ciuita Dei rectè docet: *Tripartita itaq; reperiuntur eloquia Prophetarum: ſiquidem aliqua ſunt ad terrenam Hieruſalem ſpectantia, aliqua ad cœleſtem, nonnulla ad vtramq;.* Hæc ille.

B. Auguſt. li. 17. de Ciuit. Dei, c. 3. initio, tom. 5.

Et quia difficile eſt valdè eiuſmodi tranſitus agnoſcere; diligenter inſpiciendum eſt, ne quid ſit in litera poſitum, quòd cogat abſurditate ſua ad deſerendum literã, & quærendum ſpiritum. Hanc Regulam tradunt duo Eccleſiæ proceres, Auguſtinus, & Gregorius. Auguſtinus quidem in Pſalm. 103. Serm. 1. *Quare quædam*, inquit, *in rebus viſibilibus quaſi abſurda miſcet Spiritus ſanctus, niſi vt ex eo quod non poſſumus accipere ad literam, cogat nos iſta ſpiritualiter accipere?* Gregorius verò in lib. Moralium: *Plerunque in ſacro eloquio ſic nonnulla myſtica deſcribuntur, vt tamen iuxta narrationem hiſtoricam prolata videantur. Sed ſæpè dicta talia in eadem hiſtorica narratione permiſta ſunt, per quæ ſuperficies hiſtoriæ cuncta caſſetur; quæ, dum nil hiſtoricum reſonat, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. His enim dictis quæ aperta credimus, cum interiecta aliqua obſcuriùs inuenimus, quaſi quibuſdam ſtimulis pungimur; vt ad aliqua altiùs intelligenda vigilemus, & obſcuriùs prolata ſentiamus ea etiam,*

Tripartita ſunt eloquia Prophetarû.
Propheticas eiuſmodi tranſitiones ad cognoſcendû quid iuuerit.
B. Aug. to. 8.
Cur in rebus viſibilibus quædã quaſi abſurda miſcere ſoleat Spiritus ſanctus, teſte Auguſtino.
Grego lib. 18. Moral. in Proœmio, tom. 1.

quæ apertè dicta putauimus. Hæc ille.

Admonent etiam Patres, Prophetas ſolitos intercidere ſermonem, & alia inſerere; & paulò poſt ad ſermonem priorem redire; ea ratione, vt prophetiæ vmbra quadã, ac velamine obtegantur; ne ſi apertius traderentur, maius ſacris libris immineret ab inimicis periculum: vt docet Euthymius in Pſal. 117. & confirmat Hieronymus in c. 16. Iſaiæ, dicens: *Omnis prophetia ænigmatibus inuoluitur, & præciſis ſententijs, dum de alio loquitur, tranſit ad aliud; ne ſi ordinem Scripturæ conſeruet, non ſit vaticinium, ſed narratio.* Vnde cùm Iſaias loqueretur de Moab, ſubdit: *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de Petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Et poſtquã expoſuit de Chriſto, ſubdit Propheta: *Et erit, ſicut auis, &c.* vbi Hieronymus: *Redit Propheta ad narrandam Moabitarum dauaſtationem.* Et Gregorius in Ezechielem: *Conſuetudo prophetiæ eſt, nunc iſta, nunc illa conſpicere, & ab alijs in aliud ſubitò verba derivare. Sicut Pſalmiſta cû de Domino loqueretur; dixit: Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Niſi conuertamini, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum: & in ipſo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit, repentè ſubiungit: Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueã, quam fecit. Ecce cùm Domini narraret iuſtitiam, quaſi non mutata voce, repentè peccatoru intulit culpam.* Hactenùs ille.

Prophetæ, perſæpè ſermonem inceptum cur ſoleant intercidere.
Euthym.
Hier. lib. 5. in Iſaiam. ante med. to. 5. init.
Iſa. 16.
Idem ibidem.
Greg. hom. 7. in Ezech. initio, to. 2. ante dimid.
Pſal. 7.

CANON XLII.

De Prophetia.
Prophetia varijs nominibus appellatur

Prophetia dici ſolet viſio, & verbû Domini, & onus, ſiue Hebraicè maſſa, & Græcè λῆμμα. Viſio dicitur, ſicut & Propheta dicitur videns, de qua Propheta: *Viſio Iſaiæ filij Amos, quam vidit, &c.* Et ita vocatur ob certiſsimum rerum euentum: ſicut quæ videmus, pro certiſsimis habemus. Et ponitur viſio pro re viſa. Vnde Moyſes dixit: *Videbo viſionem hanc magnam.* Et Dauid: *Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis*, & Salomon, *Viſio, quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus*; & Iſa. *Videte viſionem, & nolite cognoſcere.* In Nouo Teſtamento Act. 2. habemus, *Iuuenes veſtri viſiones videbunt.* De Zacharia cognouerunt Iudæi quòd viſionem vidiſſet in templo. De Petro etiam dicitur, *Dum intra ſe hæſitaret quidnam eſſet viſio quam vidiſſet.* Et quemadmodum ob certitudinem prophetia dicitur viſio; ita etiam quia à Deo diſcitur, & percipitur, & non ex proprio capite inuenitur, dicitur Auditio vel Auditus, iuxta illud: *Domine, quis credidit auditui noſtro;* & Habacuc, *Domine audiui auditionem tuam, & timui.* Nahum. 3. in fine: *Omnes qui audierunt auditionem tuam*; id eſt, rem à te tra-

Iſai. 1.
Viſio cur dicatur.
Exod. 3.
Pſal. 88.
Iſa. 6.
Ioel. 2.
Luc. 1.
Act. 10.
Cur auditio, vel auditus.
Iſa. 53.
Habac. 3.

ditam,

viſionẽ idem eſſe quod auditionem in Scripturis, vnde conſtet.

ditam,& reuelatam, vel auditu Prophetico perceptam. Et vt intelligas, idem re ipſa eſſe viſionem,& auditionem, lege Abdiam in principio dicentem: *Viſio Abdiæ, Hæc dicit Dominus Deus ad Edom, Auditum audiuimus à Domino,& legatum ad Gentes miſit.* Vt idem colligas eſſe viſionem, quam poſteà vocat auditionem. Similiter Iſai. cùm dixiſſet: *Viſio quam vidit Iſaias,* & non infert quid viderit, ſubiungit: *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniã Dominus locutus eſt.* Hinc Chryſoſt. homil. de Pœnitentia: *Viſio quam vidit Iſaias ſuper Hieruſalem,& Iudaam. Dic viſiõem* (inquit) *quam vidiſti. Audite cœli, & auribus percipe terra: quoniam Dominus locutus eſt. Alia promiſiſti,& alia dicis. Quæ alia promiſi? Incipiens dicis, Viſio ſuper Iudæam, & Hieruſalem: cœlum alloqueris, atque in terram ſermonem declinas: dimittens rationales homines, irrationalibus cum elementis diſputas. Hoc eſt: Propheta rem quam audiunt, vel per internam inſpirationem ſuſcipiunt, dicũt ſe vidiſſe, vt fidem adhibeamus prophetiæ.* Hactenus ille, verbũ viſionis, & auditionis ponderans. Aſsignans autem differentiam Hieron. inter viſioné & alias voces, ſcribit in c. 23. Hierem. ſub finem: *Vbicunq; proſpera Dominus pollicetur, ſiue poſt cõminationem meliora promittit, ibi viſio dicitur, vel certè verbum Domini.* Onus, propriè ſarcina eſt,& per metaphorã omnis prophetia quę perimit,& grauis eſt, dicitur maſſa. Vnde idem in Procemio Habac. *Maſſa,* inquit, *nunquam præfertur in titulo, niſi cum graue, & ponderis, laborisq́; plenum eſt quod videtur.* Et ſic à principio habent Nahum, Habac. Malachias, & Zacharias in medio, & circa finé, id eſt c. 9. & 12. Et Iſai. à c. 13. & in ſequentibus capitib. ſæpè hoc verbũ repetit: vt, *Onus Babylonis, onus Moab, onus Damaſci, onus Aegypti onus deſerti maris, onus vallis viſionis, & onus Tyri.* Et Hierem. c. 23. *Si igitur interrogauerit te populus iſte, vel Propheta, aut Sacerdos, dicens: Quod eſt onus Domini? dices ad eos: Vt quid vobis onus? proyciam quippe vos, dicit Dominus.* Solebant enim Prophetæ vitia inſectari, & impendentem diuinã iram minari ex diuino mandato: vt boni conſueuerunt facere cócionatorés, & Ionas fecit cum Niniuitis. Vnde cœpit in ore vulgi tanquam prouerbium verſari, vt omnis prophetia grauior, onus diceretur. Et cũ irriſione, & contemptu interrogabant: Quod onus nobis hodie prędicauit Hierem.? Septuaginta verterũt, λῆμμα; quæ vox aſſumptionem ſignificat ſecũdùm Theophylactum in Nahum 1. quia quoſdam de repẽte Spiritus ſancti gratia apprehẽdebat prophetas, eosq; detinens aut ab humanis ſeparans, per ipſos loquebatur futura. Vnde omnis prophetia, cõmuni

Iſai. 1.

B. Chryſ. ho 3. de Pœnit. paulo à med. tom. 5. circa finem.

Viſionis ab onere, & auditione differentia, ſecundùm Hieron.

B. Hier. in fin lib. 4. in Hier. tom. 5.

Onus ꝓpriè quid: eius nomine quę veniat prophetia.

Idem tom. 6.

Iſai. 15.

Infra 17.

Infra 19.

Infra 21.

Infra 22.

Infra 23.

Boni concionatores in Prophetis designantur.

Ionæ 3.

Theophylact.

vocabulo λῆμμα dici poteſt; ſiue quod accipitur ex Dei tradita doctrina, vel reuelata, vt alibi docebitur. Apparet etiam veteris à nouo Teſtamento differentia: nam ibi prophetia, ſicut & lex, onus graue erat: at de nouo dixit Dominus: *Iugum meum ſuaue eſt, & onus leue.*

Antiquæ legis à noua, id eſt Euangelica, differentia quæ.

Act. 15.

Matth. 11.

Canon XLIII.

Omnis ſermo propheticus obſcuriſsimus eſt: tum vt conſuleretur incolumitati Prophetarum, tectè, & non apertè loquendo: quia *Formido, & laqueus facta eſt illis vaticinatio, & contritio,* vt dicit Hierem. tum ob res prophetatas, quę in ſe obſcuræ ſunt, & ænigmatibus, & prouerbijs, ac tropis ita inuoluuntur, vt ferè nullũ videantur habere acceſſum: tum ob ignorantiam hiſtoriarum, quia nõ ſatis tenemus quo quiſq; tempore ad prophetandũ fuerit miſſus: tum ob linguarũ ignorationem: quia cùm primo ſint Hebræo ſermone prophetię conſcriptæ, & ſecundo loco in græcum per 70. viros trãſlatæ; tertio gradu in Latinam linguam conuerſæ ad nos deſcendunt: tum denique ob frequentes tranſitus Prophetarum ab hiſtoria literæ ad ſpiritum, & à corporeis ad myſteria Meſsiæ, & ab illis rurſus redeunt ad hiſtoriam. Quamobrem qui intelligentię Prophetarum incumbere cogitat, ſe ad has omnes difficultates ſuperandas accingat: quia poſtquam Chriſtus ad nos venit, & mentem aperuit Apoſtolis, vt intelligerent ſcripturas, magna ex parte viam nobis munitam Apoſtoli reliquerũt, qua ad ſenſum aſſequendum peruenire valeamus. Et in primis adferat linguarum cognitionem, ad ea dubia ſuperanda, quæ per illas reſolui poſſunt: cõferendo præſertim Latina cum Hebręis & Gręcis fontibus, & lectione Patrum veterum, qui eiuſmodi locos citatos interpretati ſunt.

Omnia cur ſint tam obſcura vaticinia Prophetarum.

Thren 3.

Quibus reb' facilis in primis, & aperta comparetur eorundem intelligentia Prophetarũ.

Luc. vlt.

Secundò diligentiſsimè det operam, vt cognitam, & exploratam habeat temporis, aut Regis, ſub quo Propheta vixit, rationé; quæ vt plurimum in titulis Prophetarum ipſorum præfigitur: nam ex qualitate principis, qui regnabat, nota, ſiue ille pius, ſiue impius extiterit, facilè detegitur quales eſſent mores populorum. Nam vt plurimũ ſub bonis principibus bonus eſt populus; & ſub iniquis, impius & ſceleratus: quia vt ille dixit:

Eccleſ. 10.

Totus componitur orbis. Regis ad exemplum.

Claudian. de 4. Honorij conſulatu.

Tertiò, ſpectandũ eſt ad illos ſaltus, quos Prophetæ de more facere ſolent à litera ad ſpiritũ. Nam vt qui fœminã deperit, quicquid cogitet, quicquid dicat, quicquid agat ſemper animus eius eſt in illa, quã deamat:

Proprium amantium quid.

Prophetæ quo tantùm ſpectaſſe videantur in omni vita, atq; ſermone.

ad eum modum Prophetę, quaſi diuini ſauciati amoris vulnere, quo futurū Meſsiam ardebant, omnes ſuos cogitatus, & verba, & facta cò inflectebant, vt illum deſiderarét, eum quærerent, eius deniq; in quo vno ſalus, & mundi redemptio poſita erat, vitam, mores, & myſteria, vbicunque commode poſſent, ſæpè quoque delinearent. Quartò: lectioni veterū Patrum, qui nobis illos libros commētarijs ſuis illuſtrarunt, & multam lucem illis intelligendis contulerunt,

Rabbinorū in Prophetas, & Hæreticorū commentarij nobis declinandi, & quamobrem

vacandū eſſe cōſulerem: & à lectione Rabbinorum, & Hæreticorū, qui in hos libros aliquid ediderunt, cauendum eſſe ſuaderé: quia qui Chriſtum non agnoſcunt, aut vt par eſt, & Dei Eccleſia præſcribit, non cognoſcunt, quid lucis ab eis ſpectare valeas, tu ipſe cogita.

Qui maximè Prophetarū loci eorundē intelligentiæ deſeruient.

Maximè verò loci Prophetarum à Chriſto, vel ab Euangeliſtis, vel Apoſtolis producti, ſunt nobis pro certiſsima, & nunquam fallenti regula intelligentiæ propheticæ ante oculos habendi, vt iuxta illos curſum noſtræ nauigationis in explicandis Prophetarum oraculis, rectum & expeditum habeamus.

Futura per præteritum Prophetæ cur ſoleant enuntiare. *Pſalm. 21. Iſai. 9.*

Habeat prætereà cognitum lector morem prophetarū, quo futura per præteritum vaticinantur, iuxta illud: *Foderunt manus meas, & pedes meos*: &, *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Quod illi pro inſtinctu Spiritus ſancti fecerunt, & pro modeſtia ſua; quo variatione potius hiſtorici, quam vates apparerent:

Cur Poëtæ ſecùs feciſſe videantur.

cū tamen Poëtis id vitio verti poſſet, quod præterita iam & completa per futurum indicauerint, quo ſibi Prophetiæ gloriam arrogarent. Vnde Poëta dixit de Romano Imperio:

Virg. 1. Aen. ante med. Ibidem.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

Et de progenie Aeneæ:

Sed pater Aeneas Troas dominabitur inter,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Canon XLIV.

Quo quiſq; Prophetarū tempore vaticinatus ſit. *B. Hiero in c. 1. Iſa ſub init. ll. 1. to. 5 init.* In titul. Prophetarū, eorundem exprimi perſonas cur ſoleāt. *Iſai. 1.*

Quoniam diximus magnoperè referre, ſub quo Prophetarū quiſq; tempore floruerit, cognoſcere; in primis illud annota ex B. Hierony. in titulis Prophetarum commemorari perſonas, Iſaiam videlicet & Hieremiam: ea ratione vt Hebræorum vitia referent, aut aliquid prænuntient, aut vt mœrentem populū conſolentur, aut vt tempus etiam exprimant ſub quibus Regibus prophetiam ediderint: Vt, *Viſio Iſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Hieruſalem in dieb. Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.*

Iſaias. Eius vaticinij partitio.

Et ſub Ozia quidem prophetauit Iſaias per quinque prima capita: ſub rege Ioathan per totum ſextū caput: ſub rege Achaz à ſeptimo cap. vſque ad finem 14. cap. vt verò ſub Ezechia rege à ca. 15. vſq; ad 40. à 40. verò ad 49. Cyri hiſtoriam, & liberationem à captiuitate Babel vaticinatur; nec ſatis exploratū eſt, an ſub Ezechia, an ſub Manaſſe eius ſucceſſore: à 49. ad finem libri apertè, & ſine typo de Chriſto & eius Eccleſia præcinuit, quamquam in alijs etiam multa de Chriſto admiſcuerit. Atq; hæc quidē prophetandi ratio non ita diſtincta inuenitur in alijs Prophetis.

1. Eſdr. 1. & 2. per totum. Idē quid proprū habeat.

Hieremias.

etenim Hierem. per 41. annorum ſpatium prophetauit: nā ſub Ioſia, qui regnauit 31. annos, per 19. an. prophetauit: ſub Ioachaz filio eius, tribus mēſibus: ſub Ioachim 11. an. ſub Sedechia filio Ioſiæ, & fratre Ioachim, annis 11. ſub Ioachim, tribus alijs menſibus. Prophetauit ergo Hieremias ſub 5. Regibus Iuda, nec tamen in Hieremia ſit vlla mentio de Ioachaz, vel Ioachim: quòd ſub illis exiguo tēpore prophetauerit. Poſt captiuatum Iudam, & ductum in Babylonem, vaticinatus eſt in Aegypto ad reliquias Iudæ, qui illic contra Domini verbum ſe receperant, ne Rex Babyloniæ iterum illos inuaderet.

Hieremias cum etiā ſub Ioachaz, & Ioachim regibus Iuda prophetauerit, eorū cur nihil meminerit. *Hierem. 43. & ſeq.*

Nathan. Gad. Iſaias. Ioel. Oſeas. Amos. Daniel. Aggæus. Zacharias.

Prætereà ante captiuit. decē tribuum Iſraël, vel duarū Iuda, & Beniamin, propheta runt Nathan, & Gad, Iſaias, Ioël, Oſeas, & Amos: poſt captiuit. verò floruerūt Daniel, Aggæus. Zacharias: Hieremias tamen, & Ezechiel, imminente captiuit. Babylonis: ſed Hierem. in Iudæa, Ezechiel in Babylone vaticinatus eſt: Aggæus verò, & Zacharias, & Malachias poſt reditū à Babel floruerūt.

Hieremias & Ezechiel vbi prophetauerint.

Prophetæ verò ſynchroni, & æquales fuerunt Iſaias, Oſeas, Amos, Ioël, Abdias, Ionas, & Michæas, qui regnante Ezechia floruerunt: cuius tempore regnum decem tribuū à primo rege Hieroboam vſq; ad vltimum Oſeæ terminatum, & finitum fuit. Manſit autem illud regnum per annos 250. Rurſus Aggæus, Zacharias, Malachias, eadem ętate fuerunt.

Prophetę qui nam fuerint ijſdem ferè temporibus, & æquales. *3. Reg. 12.* Sophonias.

Sophonias ſub Ioſia rege floruit, & publicè in concilijs fundebat oracula: qua etiam ætate Olda in cœtibus mulierum prophetabat.

Qui nā ſacri vates vaticinia literis nō conſignarint ſua.

Cæterùm prophetæ, qui nullā ſcripto ediderūt prophetiam, multi fuerunt: vt Nathan, Gad, Semeias, Ahias, Debora, Olda, Helias, & Heliſæus: qui duo, præter ea, quæ in lib. Regū de eis ſcribūtur, nihil ſingulare ſcriptū reliquerunt.

B. Hiero. to. 6 Cùm Prophetæ alicuius pater, aut auus ponitur in titulo, ipſos quoque Prophetas fuiſſe, autor eſt Hieronymus. *Amos 7.*

Tradit prætereà Hierony. in Sophoniam, cap. 1. initio ex Hebræorum ſententia, cuiuſq; Prophetę cùm pater, aut auus ponitur in titulo, ipſos quoq; Prophetas fuiſſe. Vnde & Amos vnus de duodecim Prophetis, qui dixerat: *Non ſum Propheta, nec filius Prophetæ; ſed paſtor caprarum vellicans ſycomoros;* patris nomen in titulo non habet. *Hoc ſi verum eſt,* inquit Hierony. *Sophonias Propheta,*

que

Sophonias nomine prophetico quodãmodo; & glorioſa maiorum ſuorũ ſtirpe generatus eſt, eodẽ autore.

quem nunc conamur exponere, nomine, vt ita dicam, prophetico, & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt: habuit enim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam: & talem quadrigam ipſe velut extremus auriga complent. Sed Paulus Burgenſ. in cap. 1. Hieremiæ, & Oſeæ hanc obſeruationem negat in vllo bono, vel Hebræo ſcriptore reperiri. Sed certè Hieronymus niſi apud Hebræos vidiſſet, minimè illud affirmaſſet.

Eiuſmodi obſeruationem B. Hiero. Paulus Burg. non admittit.

Canon XLV.

Prophetæ, vt ſunt tales, hiſtorias nõ cõtexunt, nec hiſtoriã prophetias, niſi tantùm ex occaſione.

Ex occaſione inquam id faciunt dupliciter.

Prophetæ qñ tantum populũ docerent, non futura prædicerent.

Prophetæ quatenus vates ſunt, & futura prænuntiant, hiſtorias non recenſent, niſi quatenus ex illis occaſionem ſumunt prædicendi quæ euẽtura ſunt: vt faciunt Iſaias, Hieremias, Daniel, & alij. Et quoties ex legis veteris verbis oracula attexũt, hiſtorias illas adſerunt, vt figuræ ſunt & typi prophetiæ, de qua eſt ſermo: vt frequẽter fit. Prophetæ tamen non vt tales, ſed vt doctores, & concionatores, quatenus mores populi reprehendunt, aut ad pœnitẽtiam, vel legis obſeruantiam, & ad bonorum operum ſtudium cohortantur, vt plerunque facere ſoliti erant, non tantùm bonorum promiſsionibus, ſed etiam hiſtorijs & exemplis maiorum, & geſtarum narrationibus rerum agunt. Neque rurſus per contrarium hiſtorici, quorum eſt res geſtas narrare, prophetica admiſcent, niſi quatenus faciunt ad hiſtoriam: ſiquidem narrat fuiſſe Nathan, & Gad, aut Heliam, & Heliſæum; quia aliqua ventura prænuntiarunt: vt libri Regum, & Paralipomenon docent. Vel niſi ipſe hiſtoricus eſſe deſinat, & vt Propheta loquatur, vt facit interdum Moyſes. Idcircò ſicut abuſus magnus eſſet, & violentia quædam, hiſtorica vt prophetica interpretari: ita ſanè ingẽs eſſet error, & durities textus, quę propheticè dicta ſunt, ad hiſtoriam referre, etiamſi illa maximè enarrentur de præterito, propter immobilem prophetiæ certitudinem. Et in hoc Rupertus explicãs Apocalypſin defeciſſe videtur, qui res maximè propheticas, & futuras, ad hiſtorias Veteris retulit Teſtamenti. Talis eſt & dolus Iudęorum, quorum ſtudium eſt omnes Pſalmos, & Propheticos libros ad Chaldæos, vel ad Aſſyrios, ad Nabuchodonoſorẽ, vel ad Sennacheribum, ad Dauidem, ſiue ad Salomonem, vel Ezechiam detorquere: ita vt in illis nihil de Chriſto, nihil de Apoſtolis, vel de myſterijs Noui Teſtamenti dicatur. Vnde Origenes in librum Leuitici ſcribit: *Quomodo enim Prophetam probabit, cuius literas aſſerat eſſe communes, futuri nullius conſcias, nec occulti aliquid myſterij continentes? Hunc itaque qui ita ſentit, legentem hæc arguit ſermo diuinus, & dicit: Putaſne intelligis quæ legis?* Sic ille. Et in hunc ſenſum loquitur Hilarius in Pſalmum 74. & alij pleriq; Patres. Auguſtinus contra Fauſtum, docet, Iudęorum eſſe commentũ, vt negent Scripturam typum eſſe Chriſti, cùm hic ſit potiſsimus eius ſcopus. Et Tertullianus libro aduerſus Iudæos, docet, illos in omnibus putare ſubeſſe hiſtoriam, cùm ſæpè non ſubſit. Lege Theodoretum præfatione in Pſalmos.

2. Re. 12 et ſe. & deinceps. 1. Reg. 22. 2. Reg. 14. & ſeq. & alias. 1. Paral. 19. 3. Reg. 17. & 18. & infra 4. Reg 1. & ſeq. ibid. 4. 5. 6. & alibi.

In prophetis interpretandis duplex extremum prudens lector cauere debet.

Rupert. Tuitien. abbatis ſectam Apocalypſin ex parte detorto ſuo notatur.

Pſalmos oẽs, & Propheticos lib. quonam tantùm referant perfidi Iudæi.

Orig ho. 10. in Leuit. ant. 10. 1. ante med. Aß. 8.

B. Hilar. circa oper. dimid. Aug. l. li. 12. cont. Fauſt. c. 17. & ſe. 10. 6. Tertullianus.

B. Theo. to. 1.

Canon XLVI.

Modi rationesq; prophetandi potiſſimum ex D. Greg. doctrina deſumpta

Circa modum prophetandi, & rationẽ, qua Prophetę ad vaticinandum excitabantur, aliquid certi ſtatuendum eſt. Certe Gregorius homilia 1. in Ezechielem initio præclara multa ad hunc modum illuſtrandum adfert: *Prophetia*, inquit, *tempora tria ſunt: ſcilicet præteritum, præſens, & futurum. Sed ſciendum eſt, quod in duobus temporibus prophetia etymologiam perdit. Quia cum ideò prophetia dicta ſit, quòd futura prædicat; quando de præterito, vel præſenti loquitur, rationem ſui nominis amittit, quoniam non prodit quod venturum eſt, ſed vel ea memorat, quæ tranſacta ſunt, vel ea quæ ſunt. Quæ tamen tria prophetiæ tempora verius loquimur, ſi ex ſacræ Scripturæ teſtimonijs oſtendamus. Prophetia de futuro eſt. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Prophetia de præterito. In principio creauit Deus cælum & terram. De illo enim tempore dixit homo, quo non erat homo. Prophetia de præſenti eſt, quando Paulus Apoſtolus dixit: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnib⁹, dijudicatur ab omnib⁹: occulta enim cordis eius manifeſta fiũt, &c. Sciendũ quoq; eſt, quia prophetiæ tempora inuicem ſibi concinunt ad probationem, vt aliquando ex futuris præterita, aliquãdo verò ex præteritis probentur futura. Dixerat enim Moyſes: In principio creauit Deus cælum, & terrã. Sed quis crederet, quia verum de præterito diceret, ſi de futuro etiam aliquid non dixiſſet? In ipſius etenim libri fine, in cuius exordio illa de præterito dixerat, aliquid prophetiæ per Iacob vocem de venturis permiſcuit, dicens: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius; donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. Qui etiam per ſemetipſum eundem, qui mittendus erat, ei, quem ducebat, populo prophetauit, dicens: Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris; tanquam me, ipſum audietis (id eſt, erit legislator, vt ego:) erit autem, quicunque non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo ſuo. Certè rex Babylonis cùm ſomnium vidiſſet, miſit ad magos, & hariolos, omnéſque ſapientes Babylonis*

B. Greg. to. 2.

Prophetia vnde dicatur & in duobus etymologiam perdit.

Iſa. 7. Matth. 1. Gen. 1.

Prophetiæ de futuro, & de præterito, exempla ponuntur.

1. Cor. 14.

Prophetiæ aliquando tẽpora inuicem ſibi cõcinunt ad probationem.

Gen. 1.

Infra 49.

Exod 3 & 4. & ſeq.

Dan. 2. & ſeq.

conno-

conuocauit, nec ab eis ſolummodo interpretationem ſomnij, ſed etiam ſomnium quæſiuit; vt nimirùm ex præterito colligeret, ſi quid in eorum reſponſionibus de venturo certum teneret. Et

Idem ibidem.

ſubdit Gregorius: *Spiritus prophetiæ, nec ſemper, nec eodem modo Prophetæ animum tangit.*

I. Modus. Ioan. 1.

Ex præſente enim prophetiæ ſpiritus prophetantis animum tangit, atque ex futuro non tangit: ſicut Ioannes Baptiſta venientem Dominum videns, ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed cùm iam moriturus eſſet, miſſis diſcipulis requirebat, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Matth. 11.

Aliquando verò prophetiæ Spiritus animum prophetantis ex futuro tangit, atque ex præſenti non tangit: ſicut apertè Geneſeos hiſtoria teſtatur, cùm Iſaac Eſau filium ſuum ad venandum miſit, cui minorem filium Rebecca ad benedicendum ſuppoſuit; qui hædinis pellibus indutus, paterno palpatu corpus fraternum finxit. Cui ille minori filio tanquam maiori benedictionem dedit, quæq; ei eſſent longè futura, nuntiauit: ſed quis eſſet, qui coram ſe aſſiſteret, ſcire non potuit.

II. Modus. Gen. 27.

Aliquando prophetantis animum ex præſenti pariter, & ex futuro tangit: vt cùm Iacob cancellatis manibus benedixit Ephraim, & Manaſſe. Sic Abia propheta animam prophetiæ ſpiritus, & ex præſenti, atque ex futuro tetigerat, cùm caligantibus oculis eam quæ ſe aliam eſſe ſimulabat, & vxorem Hieroboam eſſe cognouit, & quicquid ei futurum eſſet, aperuit.

III. Modus.

Infra 48. 3. Reg. 14.

Aliquando autem ex præterito, & ex præſenti, atque ex futuro pariter animus tangitur prophetantis: ſicut Eliſabeth venire ad ſe Mariam conſpiciens, quia incarnatum Verbum geſtaret in vtero, agnouit, eamq; iam Domini ſui matrem vocauit, dicens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Quæ videlicet Eliſabeth dicit: Beata quæ credidiſti, quoniā perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Dicens enim Beata quæ credidiſti: apertè indicat, quia verba Angeli, quæ dicta ad Mariam fuerant, per ſpiritum agnouit: atque ſubiungens: Perficientur ea quæ ſunt dicta tibi à Domino; quæ eam in futuro ſequerentur, prœuidit.

IV. Modus. Luc. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Hæc ille, qui in ſequentibus multos alios modos ſubtiliter producit, quibus Deus prophetas tangendo vti ſolet: quos quia non niſi vtile, & iocundum eſt agnoſcere, lectorem ad dictum locum conſulendum tranſmittimus.

Qui modos prophetandi plures, & quidem ſanè per vtiles ſcire deſiderat, ex eiuſdem ſancti patris Gregorij copioſa officina depromat.

Deinde aduerte, quid ſignificent illa verba: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen*, vel alium Prophetam; vel, *Factum eſt verbum Domini*. De quibus inprimis audi Hieronymum in capite ſecundo Habacuc, ſub initium: *Notandum*, inquit, *propheticam viſionem, & eloquium Dei non extrinſecus ad Prophetas fieri, ſed intrinſecus, & interiori homini reſpondere. Vnde & Zacharias: Et Angelus, inquit, qui loquebatur in me.* Et in Pſalmis: *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Idem in Pſalmum 84. prope initium: *Multi putant, quando loquitur Moyſes, & dicit: Hæc dicit Dominus, & Iſaias, & cæteri, & cùm dicitur: Factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, ſiue Ezechiel Prophetam, quoniam forinſecus ſermo fiat, & per iſtas aures audiat Propheta quod loquitur, à Domino. Non eſt ita. Denique & Dominus noſter quid loquitur ad Phariſæos, & Iudæos? Qui habet aures audiendi, audiat, Iſaias ait, Dominus addidit mihi auriculam. Videte quid dicat. Quoniam non habebam illam auriculam, quæ in corde; addidit mihi, vt Dei poſſim audire ſermones. Et nunc ergo Propheta quodcunq; audit, audit in corde. Quando enim clamamus in cordibus noſtris, Abba pater; & clamor ille ſilentij eſt, & ſilentium auditur à Domino: ſic & Dominus loquitur ad cor noſtrum, quod clamat Abba Pater. Ideò ergo nunc dicit Propheta: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Tale quid & Habacuc Propheta dicit: Stabo in contemplatione, & videam quid reſpondeat mihi Dominus: & quid reſpondeam ad eum.* Et reliqua.

Ad Prophetas non exterius ſed interius Domini ſermo fiebat. B. Hier. to. 6 Zach. 1. Pſalm. 84. Idem tom. 8.

Luc. 8. & alibi. Iſai. 5.

Rom. 8. Galat. 4.

Habac. 2.

His adiunge verba Gregorij lib. 28. Moralium, cap. 2. & ſeq. vbi egregiè de locutione Dei loquitur; cuius ego ſummam, bone lector, breuibus hic perſtringam, quod ille amplè, vt ſolet, edisſerit:

B. Greg. tom. 1.

Locutio, inquit, *diuina duobus modis diſtinguitur. Aut enim per ſemetipſum Dominus loquitur, aut per creaturam Angelicam eius ad nos verba formantur. Sed cùm per ſemetipſum loquitur, ſola nobis vis internæ inſpirationis aperitur, & de verbo eius ſine verbis, & ſyllabis cor docetur, quia virtus eius intima quadam ſubleuatione cognoſcitur. Cum verò per Angelum ſuum Dominus voluntatem ſuam indicat, aliquando eam verbis, aliquando etiam rebus demonſtrat, aliquando ſimul verbis & rebus, aliquando imaginibus cordis oculis oſtenſis, aliquando imaginibus ante corporeos oculos ad tempus ex aëre aſſumptis: aliquando cœleſtibus ſubſtantijs, aliquando terrenis ſimul & cœleſtibus. Nonnunquā etiam tacita per Angelū humanis cordibus loquitur Deus, vt ipſe quoq; Angelus mentis obtutibus præſentetur. Verbis per Angelum loquitur Deus, cùm nihil in imagine oſtendit, ſed supernè verba locutionis audiuntur. Sicut dicente Domino, Pater, clarifica filium tuum, Angelus reſpondit: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Interdum per Angelos loquitur Deus, cùm nihil verbo dicitur, ſed ea quæ futura ſunt, aſſumpta de elementis imagine, monſtrantur. Vt Ezechiel nihil verbo audiens, in electri ſpecie myſteria cognouit incarnationis Chriſti. Electrū ex auri, argentiq; metallo miſcetur: in qua permiſtione argentum quidem clarius redditur, ſed tamen auri fulgor temperatur. Nonnunquā per Angelos verbis ſimul, & rebus loquitur*

Quot modis hominibus loquatur Deus, Gregorio teſte.

Ioan. 12.

Ezech. 1. Incarnatio Chriſti io electro quàm pulchrè delineata. Cap 3. init.

Gen 3. & ſeq. Ibidem.
Deus in paradiſo deambulans quid myſticè.

ter Deus, cùm quibuſdam motibus inſinuat, hoc quod ſermonibus narrat: vt Adam poſt peccatum non vidit Dominum, ſed increpationis verba per Angelū audiuit, cùm audiſſet vocem Domini deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem. Cùm deambulat Deus, receſſum ab homine ſignificat. Nonnunquam imaginibus cordis oculis præſentatis per Angelos loquitur Deus: quemadmodum Iacob vidit Scalam à terra in cœlum pertingentem, & Petrus in extaſi vidit linteum reptilibus plenum; hoc eſt, non oculis corporeis, ſed interioribus vidit. Ita Paulo in viſione vir Macedo apparuit, qui rogabat eum, vt tranſiret in Macedoniam. Nonnunquam etiam imaginibus corporalibus ex præiacētis materia formatis loquit Deus per Angelos conſueuit, ſicut Abraham tres viros vidit, quos in tabernaculo terreno ſuſcepit, quibus menſam appoſuit: qui ei quædam interna, & paulò pòſt futura nunciauit.

Cap. 4. in princ. Gen 28. Act. 10. & 11. & ſeq. Infra 16. Cap. 5. init. Gen. 18.

Aliquando etiam cœleſtibus ſubſtantijs per Angelos Deus Prophetas affatur: ſicut baptizato Domino, vox ſonuit de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Interdum etiam terrenis ſubſtātijs: nam cùm Deus Balaam corripuit, in ore aſinæ humana verba formauit. Nonnunquā ſimul & terrenis, & cœleſtibus ſubſtantijs per Angelos Deus verba ſua fundit: ſicut cùm in monte ad Moyſen præcepta dedit, ignem, rubumq; ſociauit, atque aliud ſuperius, aliud inferius miſcuit. Poſtremò interdum Deus humanis cordibus per Angelos loquitur, ſecreta tamen eorum præſentia virtutū ſuæ inſpirationis infundit. Vnde Zacharias ait: Et dixit ad me Angelus qui loquebatur in me: oſtendens dum ad ſe quidem, ſed in ſe loqui Angelum dicit, quod is, qui ad ipſum verba faceret, per corpoream ſpeciem extra non eſſet. Hæc magnus ille Pater. Vt igitur Prophetæ verbū Domini varijs modis excipiebant, pro diuinæ volūtatis beneplacito, in oracula ſua in aures audientium, & ſpectantium ſundere ſolebant dupliciter. Aut enim verbis tantùm nudis agebāt, aut ſignis & factis, vt Iſaias, qui nudus, & diſcalceatus inceſsit, in ſignum Aegypti, quæ cū Aethiopia ſpoliata, & nuda ducēda erat ab Aſſyrijs cum magna ignominia. Et Ezechiel cap. 12. præceptum accepit, vt faceret vaſa tranſmigrationis, & trāſmigraret per diem in conſpectu populi, in ſignum quòd populus tranſmigrare deberet: & Hierem. cap. 28. catenam ligneam collo impoſitam geſtabat, in ſignum quòd populus ille catenatus, & vinctus eſſet abducendus è terra Promiſsionis. Interdum verò, & verbis, & factis prophetabant: ſicut Hieremias cap. 18. ingreſſus domum figuli, per vas, quod figulus è luto faciebat ſuper rotam, & manibus eius diſsipatū, & rurſus eius manibus refectum, prophetauit Hieremias in nomine Domini: *Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere, domus Iſrael, ait Dominus? Ecce ſicut lutū in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael.*

Eodem cap. Matt. 3. & 17. Ibidem. Num. 22. 2. Petr. 2. Exod. 20. & ſeq. Cap 6. in princ. Zach. 11. Iſai. 20.

Canon XLVII.

De eiſdem.
Prophetiæ hoc propriū eſt, vt multa frequenter de alijs dicantur, & in alijs compleātur.

Illa quoque regula ad intelligenda prophetica teſtimonia accommodata eſt, quam tradit Chryſoſtomus homilia 8. in Matth. *Autumo*, inquit, *hunc eſſe prophetiæ morem, vt multa ſæpè in alijs dicantur quidem, ſed in alijs impleantur: vt illud quod de Simeone & Leui dicitur: Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Hoc enim non ipſis, ſed in eis etiam factum eſt, qui de illorum ſtirpe proceſſerunt. Et quod in Cham à Noe dictum eſt, in Gabaonitis poſteris eius impletur. Euthymius ſecutus hanc regulam, explicat exemplum illud de Simeone & Leui: nam Leui hæreditatem propriam non accepit, ſed in omnibus tribubus paucas vrbes ad habitandum: & de Simeone dicitur Ioſue 19. quòd proprium funiculum non eſt conſecutus, ſed de tribu Iuda partem aliquam accepit.* Adfert & illud quod dictum eſt ad Iacob: *Eſto Dominus fratrum tuorum, & adorent te filij patris tui*: non eſt impletum in Iacob, cùm ipſe timeret Eſau, & genua coram eo flecteret, ſed in poſteris eius, vt teſtis eſt Hieronymus in Quæſtionibus Hebræis in Geneſin, quando Idumæi ſeruierunt Iudæis, vt habetur 2. Regum 3. Et ſubdit Euthymius ſic eſſe dicendum de ipſo Euangelij loco: *Ex Aegypto vocaui filium meum*: quod dictum eſt de reuocatione Iudæorum ex Aegypto, & de Chriſto, qui natura filius erat Patris æterni, & Virginis originem ducentis à Iudæis. Addit quoque Origenes homilia 4. in Ezechielem, à medio: *Ben-iamin Lupus rapax, ad matutinum comedit, & ad veſperam dedit eſcam.* Ben-iamin ille nunquam fuit lupus rapax, Ben-iamin ille nunquam in veſperam dedit eſcam, ſed is qui natus eſt ex tribu Ben-iamin, Hebræus, Paulus ſcilicet Apoſtolus. Et Act. 7. Repromiſit Deus dare Abrahæ terram Chanaam in poſſeſsionem, & ſemini eius poſt ipſum, cùm non haberet filium: & tamen, vt ibi teſtatur Stephanus, Abraham nec paſſum pedis poſſedit in ea. Similes ſunt promiſsiones in nouo Teſtamento de Spiritu ſancto, qui maneret cum Apoſtolis in æternum: quod nō in eis, ſed in ſucceſſoribus impletur. Et illud: *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant*, explicans Chryſoſtomus in Matt. ait: *Quomodo hæc generatio, dictum eſt? Non de viuentibus tunc, ſed de fidelibus dixit, vt ſolet loqui Scriptura, vt quando dicitur: Hæc eſt generatio quærentium Dominum.* Alibi: *Generatio rectorum benedicetur.* Et de malis generationibus ait Dominus: *Venient hæc*

B. Chryſ. tom. 2. in princ. Gen. 49. Supra 9. Ioſu. 9. & ſeq. Euthym. in c. 2. Matth. Idem ibidem. Gen. 27. Infra 33. B. Hier. to. 2. Matth. 2. Oſeæ 11. Orig. tom. 1. à med. Gen. 49.
Paulus nomine Beniamin intellectus.
Act. 22. & alias. Gen. 15. Ioan. 14. B. Chryſ. tom. 2. hom. 28. in Matth. init. Pſalm 23. Pſalm. 111. Matth. 23.

omnia

Pſalm. 11. B. Aug. contr. Fauſt. lib. 22. c. 56. tom. 9.

omnia ſuper generationem iſtam. Et Pſaltes orabat; *Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.* Auguſtinus contra Fauſtum agens de Iuda Patriarcha, qui concubuit cum nuru ſua, & poſt hanc turpitudinem benedictus, & ſuper omnes fratres laudatus eſt: *Vt inde appareat*, inquit, *non ad ipſum pertinere illam Prophetiam; ſed ad Chriſtum, qui ex eius tribu prænuntiabatur venturus. Et ideò non tacitum ab Scriptura eſt illud peccatum, vt in laudatione patris non ipſe intelligeretur, ſed Chriſtus.* Hæc ille ferè.

Gen. 46.

Canon XLVIII.

Animaduertenda lectori in primis eſt, cùm in Scripturis omnibus, tùm in Pſalmis potiſſimum, & in canticis, & in Prophetis, frequens perſonarum variatio.

Diligenter perſpicienda eſt in ſcripturis perſonarum mutatio, quæ frequens eſt & in Pſalmis, & in Canticis, & Prophetis: quia illa maximè ſcripturis tenebras adferre ſolet. Adde etiam perſonarum affectus. Hinc Hieronymus in ca. 8. Hierem. habet: *Perſonarum mutatio, & maximè in Prophetis, difficilem intellectum facit: quæ ſi ſuis locis, & cauſis, temporibusq́; reddantur, plana fient quæ videbantur obſcura.* Et in caput 2. Nahum, initio: *Hinc vel maximè obſcuri ſunt Prophetæ, quòd repentè dum aliud agitur, ad alios perſona mutatur.* Gloſſa Ordin. in cap. 16. Iſai. in princ. *Idcircò*, inquit, *Prophetæ vix intelliguntur; quia & perſonas, & numeros, & tempora ſubitò commutant, & de qualibet re tranſeunt ad aliam.* Cyrillus quoq; rectè admonet: *Ante omnia, quando locum Scripturæ aliquem rectè intelligere volumus, tria diligenter conſideranda ſunt: tempus quando ſcriptum eſt quod dicitur: perſona quæ dicit, vel per quam, aut de qua dicitur: & res, propter quam, aut de qua ſcribitur. Sic enim abſq; errore ſenſum poterimus verum inueſtigare.* Cognitione temporis opus eſſe non dubitamus, audientes Apoſtolos dicere ad Chriſtum: Quando hæc erunt, & quod ſignum eſt tui aduentus? Hymenæus etiam & Alexander ignorātia temporum putârunt, iam factam eſſe omnium reſurrectionem. Perſonarum verò cognitionem Eunuchus neceſſariam oſtendit, dicēs ad Philippum: *Quæſo Domine, de quo Propheta loquitur? de ſe ipſo, aut de aliquo alio?* Et Paulus volēs Saluatoris perſonam intelligi, in quem dicuntur hæc, inquit: *In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu eſt. Manifeſtum eſt enim, quia ex Iuda ortus eſt Dominus.* Quod autem rei quoque notitia neceſſariò requiratur, inde diſcemus, quòd res quæ de Saluatore ſcribuntur (vt verbi cauſa, *Ecce virgo in vtero concipiet*; &, *Sicut ouis ductus ad occiſionem*) ad neminē ſanctorum referri poſſunt, quare propriè ad Chriſtum referuntur. Ita ſentiunt boni hi Patres. Anſam igitur dederunt, vt hæc de perſonis, temporis, & alijs ſimilibus loquamur.

B. Hier. lib. 2. in Hierem. circa med. tom. 5. Idem tom. 6. circa med. Gloſ. Ordin. B. Cyril. lib. 8. Theſaur. c. 2. init. tom. 2.

Ad intelligentiam Scripturarum requiruntur tria: quænam illa.

Matth. 24. 2. Tim. 3.

Hymenæi & Alexandri hæreſis vnde, teſte Cyrillo.

Act. 8. Iſai. 53. Hebr. 7. Iſai. 7. & Matth. 1. Iſai. 53. Act. 8.

Perſonæ mutantur tripliciter.

Perſona igitur loquēs ſæpè mutatur, vel perſona, cum qua quis loquitur, vel perſona tertia, cum qua erat ſermo, quæ niſi rectè diſtinguantur, facilè quiſque ſenſum alienum ab Spiritu ſancto imbibere poterit. Perſona igitur quæ loquitur in Prophetis, vel in Pſalmis, vel eſt Deus Pater, vel Filius vel Spiritus ſanctus, vel tota Trinitas, vel Propheta, vel Apoſtolus. Pater ergo Deus, vel ſermonem dirigit ad Deum, ſiue ad alias perſonas, hoc eſt Filium, vel Spiritum ſanctum: & tunc ſtatuenda in vnitate eſſentiæ diſtinctio perſonarum. Vt cùm dixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; &, *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.* Rurſus: *Venite deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Et, *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*: &, *Nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius.* Nunc ad Filium hominem factum verba facit. Vt, *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, & hodie genui te*; &, *Ego primogenitum ponam illum; excelſum præ regibus terræ*; & rurſus: *Seruus meus es tu Iſraël, quia in te gloriabor: Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ*; &, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: & clarificaui, & iterum clarificabo.* Interdum verò ad Eccleſiam iuſtorum verba fundit, nunc ad Prophetam, nunc ad alium quem quam qui exprimitur.

Perſonæ in Prophetis, vel Pſalmis quæ loquantur.

Gen. 1. Infra 3. Infra 11. Pſalm. 109. Matth. 22. Iſai. 48. Pſalm. 2. & Act. 13. Hebr. 1. & 5. Pſalm. 88. Iſai. 49. Ibidem. Act. 15. Matt. 17. & 3. Ioan. 12.

Quam variè Chriſtus inducatur loquens.

Deinde ſępè qui loquitur ad Patrem, eſt Filius, & nunc in forma ſerui, quo à carne ſua calicem deprecatur. Vt cùm dixit: *Deus Deus meus reſpice in me*: nunc verò pro membris ſuis eundem deprecatur, & cùm ſubiunxit: *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum*: & in plurimis alijs Pſalmis ipſe preces ad Patrē porrigit. Nunc verò ad fideles verba facit. Vt, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*; &, *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, &c. dicens: Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? Conuertimini ad correptionem meam, &c.* Nunc vt Deus loquitur: *Dominus*, inquit, *poſſedit me in initio viarum ſuarum: ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ab initio & ante ſecula creata ſum, & vſque ad futurum ſeculum non deſinam.* Et nunc ad Eccleſiam iuſtorum, nunc ad Antichriſtum, nunc ad Satanam, cùm ait: *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris?* & eius ſatellites, & organa: nunc ad Gentiles, nunc ad Iudæos, nunc ad eorum neminem, ſed de eorum aliquo verba facit.

Pſalm. 21. Ibidem. Matth. 11. Prouerb. 1. Infra 8. Eccleſ. 24. Ibidem. Iſai. 14.

Rurſus loquitur ſæpè Propheta, vel Apoſtolus, vel potius per eos ſpiritus ſanctus

& in

& in nomine ſuo, vel hortatur, vel præcipit, vel conſulit, vel futura pręcinit. Interdum Apoſtolorum induit perſonam, vt cùm ait: *Domine quis credidit auditui noſtro? aut brachium Domini cui reuelatum eſt?* [*Iſai.53. Ioan.12. Rom.10.*] Significans, paucos è Iudęis in Ieſum credituros; cùm de Gentibus præmiſerit: *Iſte aſperget gentes multas: ſuper ipſum continebunt Reges os ſuum.* [*Supra 52.*] Nunc verò in perſona dæmonis: *Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum:* [*Gen.3.*] & in perſona inſipientis, qui dixit in corde ſuo: *Non eſt Deus.* [*Pſalm.13.*] In perſona quoq; impiorum, de quibus Salomon: *Dixerunt impij cogitãtes apud ſe non rectè, exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & nõ eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis, &c. Venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.* [*Supra 2.*] Et illud Eliphaz Themanitis apud Iob in perſona eorum, qui negant Dei prouidentiam: *Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat.* [*Iob 22.*] In quorum etiam perſona Dauid: *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* [*Pſalm.93.*] In perſona quoque Iudæorum permulta dicuntur: vt, *Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris.* [*Sap.2.*] Et rurſus: *Dirumpamus vincula eorum, & projciamus à nobis iugum ipſorum.* [*Pſalm.2.*] Epulo quoq; in ſua, & ſui ſimilium perſona, hoc eſt damnatorum, dixit: *Non, Pater Abraham; ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* [*Luc.16.*] Qui etiam admirantes gloriam Sanctorum, dicent: *Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore,* & quæ ſequuntur. [*Sap.5.*]

[Quomodo Salomon loquens introducatur.] Loquitur etiam Salomon in perſona plebis, ea quidem quæ ante oculos verſantur, magnifacientis, & futura æterna bona, vel non credentis, vel ſpernentis, vel de Prouidentia Dei, & de animorum immortalitate dubitantis, vt facit in libro Eccleſiaſtis: *Dixit*, inquit, *ſi vnus, & ſtulti, & meus occaſus erit, quid mihi prodeſt, quòd maiorem ſapientiæ dedi operam?* [*Eccleſ.2.*] quod corrigens ſubdit ibidem: *Locutuſq́ cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque eſſet vanitas.* Item: *Dixi in corde meo de filijs hominũ, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Idcircò vnus interitus eſt hominis, & iumentorum, & æqua vtriuſq; conditio, ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius: cuncta ſubiacent vanitati, &c. Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?* [*Infra 3.*] Quæ omnia dicuntur in perſona de animorum immortalitate dubitantium, & totus ille liber hac eget circunſpectione, vt [Huius regulæ diligens obſeruatio, Eccleſiaſtis] perſona quę loquitur, rectè apprehẽdatur.

Liber inſuper Cantici Canticorum eadẽ animi attentione eſt legendus: nàm crebra eſt perſonarum mutatio, & verè carmen nuptiale dramaticum. [præſertim, & Cantici canticorũ libris, in eorum optimum & ſalutarem duntaxat ſenſum lectorem inducet.] Eſt autem drama, cantilena quædam variarum perſonarum fabulam agentium: [Quale videri poſſit Canticum canticorum. Quid ſit drama.] ſunt autem tres qui loquuntur, nimirùm ſponſa, ſponſus, & adoleſcentulæ, ſiue filiæ Hieruſalem: & nunc hic, nunc illa loquitur, nunc adoleſcentulę. Et quoniam iam perſonę loquentes diſtinctæ ſunt in quibuſdã libris Bibliorum, qui textui applicatam habent diſtinctionẽ perſonarum loquentium; ego tantùm illud admonebo, duodecies ſponſam loqui modò cum ſponſo, modò cum adoleſcentulis; ſponſum verò nouies, adoleſcentulas verò quinquies: [In eo quot inducantur perſonæ loquentes, & quoties.] & ſponſam, quæ ab initio præſentiam, & oſcula ſponſi poſcebat, poſtremò loquendi faciens finem, ait: *Fuge dilecte mi, & aſsimilare capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum:* [*Cant.vlt.*] non quòd familiaritas animæ cum Deo contemptum pariat; ſed quòd agnitus Dominus euaneſcat, & incomprehenſibilis reddatur. Etſi verò cùm loquitur in Prophetis, & ait: *Hæc dicit Dominus, dixi ego ad Dominum*, aperta ſit perſona loquens: interdum tamen occultè fit perſonę variatio, vt acri iudicio ſit opus ad dignoſcendam perſonam, quę loqui de integro introducitur.

[Ex hoc loco quatenus liceat firmum argumẽtum deducere.] Eſt autem in ſacris literis exploratum, non ex quauis perſona loquente efficax ſumi argumentum: ſed ex his tantùm, quę in Dei perſona, vel ipſius ſcriptoris dicuntur, probationis robur ſumi ſolet. Et qui verborum conſequentiam non exactè ſcrutantur, facilè aberrant. Nam ecce illud Iſa.42. initio: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit*, quidam putantes eſſe verba Patris ad Filium, dixerunt nomen eſſe nouum verbum Patris, & nomen Ieſu. Sed reuera ſi ſuperiorem cõtextum conſuluiſſent, capere abundè potuiſſent verba eſſe Prophetę ad lętabundam Eccleſiam de nouo nomine ſibi per Chriſtum comparato. Nam cœperunt dici Chriſtiani Eccleſiæ in Antiochia, prædicante Paulo. [*Act.11.*] Et ita interpretatus eſt Hieronymus locum Iſaię poſt Patres veteres Ignatium ad Magneſianos, & Cyrillum Hieroſolymitanum Catecheſ. 10. [*B.Hiero.in c.42.tom.5. B.Ignat.ep.6. D.Cyril.Hieroſolym.*] Idem & ſequentia comprobant verba: *Non vocaberis*, ait, *vltra derelicta, & terra tua nõ vocabitur amplius deſolata: ſed vocaberis voluntas mea in ea:* quæ verba ad Hieruſalem directa ſunt.

Quòd verò difficilè ſit certas aſsignare perſonas, duobus illuminabo exẽplis. [Eiuſmodi perſonarum in Scripturis notitiam diſtinctionem-] Alterum ſit ex primo cap. Iſaiæ deſumptum, vbi

ve perdifficilem eſſe, ex duobus colligitur.

I. Locus.

vbi præfatio totius operis, vox eſt Iſaiæ, dicentis: *Viſio Iſaiæ filij Amos quam vidit ſuper Iudam & Hieruſalem.* Deinde hortatur totũ populum ad verbum Dei audiendum, dicens: *Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt.* Ad hæc declarans quid ſit locutus, incipit in perſona Dei, *Filios enutriui & exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui; Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, &c.* Subditque: *Et deſolabitur* (terra veſtra) *ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculũ in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur.* Quibus in verbis declarat quod ante dixerat: *Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram corã vobis alieni deuorant*, quæ ſunt de futuro intelligenda.

Gen. 49.

Et rediens ad propriam perſonam, ait: *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.* Quæ verba citata à Paulo Rom. 9. ſignificant illa eadẽ per præteritum ſpectare ad tempus Chriſti, non ad tempus Iſaiç, vel ad captiuitatem Babel. Nam de tempore Chriſti illa verba ſunt accipienda: *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt*: quod dictum eſt ob cædem Chriſti. Et ſubdit: *Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentũ tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuum miſtum eſt aqua.* Et explicando argentum, & vinum ſubdit: *Principes tui infideles, ſocij furum*: quç ad Chriſti tẽpora ſpectant, quo ſacrificia, quç olim dilexerat, & ſuauiſsimi ſibi inſtar odoris erant, odit Deus quaſi falſa ſigna, Chriſtum nondum veniſſe teſtãtia. Hinc hortatur ad Baptiſmũ mundantẽ cor à malis cogitationibus & peccatis: *Lauamini, mundi eſtote, &c.*

B. Irenæus. Tertullianus. Cyprianus. Euſebius. Hieronymus.

Ita enim plerique ex Patribus, vt Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Euſebius & Hieronymus interpretantur. Et cùm ſubdit: *Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legẽ Dei veſtri populus Gomorrhæ*: innuit, non recipientes Dei verbũ per Apoſtolos prædicatũ, grauius accipere iudicium, quàm peccatores Sodomæ & Gomorrhæ: vt dixit Dominus in Euangelio.

Matth. 11. Luc. 10.

Quale autem ſit illud verbum audiendum explicans, in perſona Dei ſubiungit: *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum?* Et repudiatis victimis veteris legis, & Iudaicis holocauſtis, mox Euãgelium, & Baptiſmũ conſtabilit.

II. Locus.

Alterum exemplũ ſit in Pſalmis, in quibus non tam cãtatur hiſtoria, quàm titulus Pſalmis præfixus præ ſe fert, quàm myſterium ſub illa adumbratum, & repræſentatum in Chriſti regno: vt Apoſtoli, vt veteres Patres indicârunt. Nam primus Pſalmus, vox eſt Prophetæ laudes viri beati, hoc eſt Chriſti, & omnis qui Chriſto per fidem eſt inſitus, celebrantis. In quatuor primis ſecundi Pſalmi verſibus necis Chriſti autoribus Propheta minatur: vt Petrus Actor. 4. interpretatur. Ab illo verò verſu: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius*: loquitur ad Dei populum, indicans Patrem ad ſe illud locutum: *Ego hodie genui te*: &, *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes*, & reliqua vſque ad decimum verſum. Ab illo vero loco: *Et nunc reges intelligite*, in finem vſque Pſalmi, Propheta hortatur Reges ad diſciplinam Domini ſuſcipiendam. Tertius porrò Pſalmus, vox eſt Chriſti loquentis ad Patrem, & contra ſe perſecutiones ortas explicantis, & nihilominus à mortuis reſurgentis, & victoria contra hoſtes ſuos fruentis, non obſtantibus armatis cuſtodibus. In Pſalmo 3. 21. 68. 87. voces querulæ Chriſti carne infirmi, & Patrem deprecantis continentur, etiamſi tituli illis præfixi hiſtoriam aliquam Dauidis reſonent. In Pſalmo 21. Filius Patrem alloquitur per 24. verſus: à quo verbo incipit Filius populum ſuum alloqui: *Qui timetis, inquit, Dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.* Et rurſus ſermonem conuertit ad Patrem: *Apud te laus mea in Eccleſia magna: vota mea reddam in cõſpectu timentium eum. Edent pauperes, & ſaturabuntur.*

Act. 13. Hebr. 1. & 5.

B. Ambr. in 4. à med.

Pſalmus maximus 118. poſt tres primos verſus, quos Propheta de argumento cantando proponit, quæ ſequuntur omnia, nihil aliud ſunt, quàm perpetuum, & minimè interruptum colloquium, aut ſoliloquium hominis iuſti cum Deo. Ambroſius in Pſal. 43. *Quid eſt*, inquit, *quod interdum ex perſona vnius, interdum ex perſona plurimorum Pſalmus hic dicitur? Nam à principio à pluribus cœpit, vt eſt: Deus auribus noſtris audiuimus, & cætera quæ ſequuntur. Deinde ait: Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus. Iterum: In te inimicos noſtros ventilabimus. Et poſtea: Non enim in arcu meo ſperabo. Et, In Deo laudabimur tota die. Et, Tota die verecundia mea contra me eſt. Quid ſibi vult iſta mutatio, quæ frequenter in Pſalmis reperitur? ſicut & in centeſimooctauo Pſalmo ait: Deus laudem meam ne tacueris, &c.* in quo crebra eſt perſonarum mutatio, vt ibidem explicat Ambroſius. Multa prçterea per figuram, quæ appellatur Proſopopœia, dicta in ſacris literis inueniuntur: quç eſt, cùm rebus ratione, vel ſenſu carentibus humana loquela tribuitur, vt plantis, & animalibus. Ethi verò Poëta, & externi ſcripto-

Pleraque in Scripturis per Proſopopœiam dicta inuenire licet. Quid ſit proſopopœia. Quænam ſi-

miliaris Poë-tis Proſopo-pœia.

A qua Scripturæ fabularũ ratione abhorreant.

ſcriptores illa, quæ facit brutas animantes loquentes, frequenter vtantur: Scriptura tamẽ ab illa fabularum ratione abhorruit. Vnde nullus eſt eis in ſacris literis vſus, vt alio loco diximus. Nam quòd ſerpens locutus ſit ad Adam, & aſina muta ad Balaam hariolum, non per proſopopœiam, ſed Angelus quidem per aſinam, Satanas verò per ſerpentem, quemadmodum in ſtatuis, vel in arreptitijs facere conſueuit, locuti ſunt.

Gen. 3. Num. 22. 2. Petr. 2. & Iude.

Iud 9.

Si quando in ſacris voluminibus vſus rationis brutis animantibus datur, id quo modo accipiendum ſit.

Vtitur tamen Scriptura proſopopœia in plantis, dum libro Iudicum dicitur: *Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe Regem*: & ibi loquitur oliua, ficus, & vitis, & rhamnus, ſed ne tunc quidem ex perſona Dei ſermo factus eſt, ſed in nomine & perſona Ioathan minimi filij Gedeon, qui ſuo ingenio illum apologum excogitauit. Iob verò 28. dicitur: *Sapientia verò vbi inuenitur? Et quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Abyſſus dicit, Non eſt in me: & mare loquitur, Non eſt mecum. Perditio & mors dixerunt, Auribus noſtris audiuimus famam eius.* quę ad dictam figuram ſpectare videntur. Sicut in Cantico trium puerorum cete, & omnia quæ mouentur in aquis, volucres cœli, beſtiæ, & vniuerſa pecora ad benedicendum Deum inuitantur: quatenus vel opera naturæ quę præſtant, laudes ſunt Dei, iuxta illud: *Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi*, vel quatenus præbent hominibus materiam benedicendi Domino, accipiendum eſt.

Dan. 3.

Iob 12.

Perſonarum affectus loquẽtium perſpiciendi.

Circa perſonarum affectus eſt etiã illud diligenter aduertendum, vt affectus loquentium rectè inſpiciantur. Nam quidam acceptorum memores diuinorum beneficiorum, vt grati loquuntur: quemadmodum ille qui dicebat: *Diligam te, Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, &c.* Quædam affectu admirationis pronuntiantur: vt illud: *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra?* Et alibi: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? Omnia in ſapientia feciſti.* Et alibi: *Quia delectaſti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarũ exultabo.* Eſt item affectus congratulationis, quo alijs de beneficijs acceptis congaudemus, vt illud: *Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.* Et Eliſabetha ad Virginem, Lucæ 1. *Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ tibi dicta ſunt à Domino.* Quædam denique animo peccata ſua deplorantis; vt, *Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.* Alia affectu deſiderij, & ſitis diuinæ gloriæ enuntiantur, vt cùm dicitur: *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea?* Et, *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Poſtremò alia dicuntur affectu percontantis, alia laudantis, alia gloriam Dei zelantis, alia indignantis: quorum interrupta ſolet eſſe oratio: alia deridentis, & inſultantis, alia commiſerantis, & dolentis: vt niſi quis affectum, quo quis loquitur, teneat, difficilè ad eius verba intelligenda peruenire poſsit: quæ facilè eſſet exemplis illuſtrare, ſi foret operæpretium.

Pſalm. 17.

Pſalm. 8.

Pſalm. 103.

Pſalm. 91.

Pſalm. 49.

Luc. 1.

Pſalm. 50.

Pſalm. 62.

Pſalm. 41.

Canon XLIX.

Pſalmi, Cantica, libri quoque Prophetici frequenti temporum mutatione gaudent.

Frequens temporum mutatio in Pſalmis, Canticis & Propheticis libris; ita vt Propheta nunc à præteriti temporis verbis trãſeat ad futurum, nunc à futuro relabatur ad præteritum: quæ res maximè Scripturas obſcuras, & difficiles reddit. Illuſtremus regulam aliquot exemplis, & cauſſas, & rationes huius rei, quoad poſſumus, proferamus. Ecce, Iſa. cap. 9. habes Prophetam per præteriti temporis verba vaticinãtem: *Primo*, inquit, *tempore alleuiata eſt terra Zabulõ, &c. & nouiſsimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* His præteritis ſubiungit futura: *Lætabuntur*, ait, *coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda.* Et rediens item ad pręteritum, ait: *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Et iterum reuertitur ad futurum: *Et vocabitur nomen eius admirabilis, &c. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, &c.* Poſſet lector tantis obſcuritatibꝰ inuolutus cogitare, aut Prophetam non ſatis ſibi conſtare; aut de vna & eadem re ſacrum vatem ſermonem non habere; aut denique eum imponere lectoribus voluiſſe.

I. Locus. Matth. 4.

Iudic. 7.

II. Locus.

Vide etiam cap. 60. Iſaiæ: à præterito inchoat vaticinium: *Surge, illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt*: & mox ſaltans ad futurum, ait: *Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; ſuper te autem orietur Dominus. & gloria eius in te videbitur; & ambulabunt Gentes in lumine tuo*, & reliqua. Rurſus agit verbis præteriti temporis: *Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi.* Et explicans quomodo venerint, per futurum ſubdit: *Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc*

videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Idem frequentiſsimum eſt in Pſalmis & Canticis.

III. Locus. *Habac.3.* Reſpice in Cantico Habacuc, vbi prędicit: *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* Et addit de præterito: *Operuit cœlos gloria eius, &c.* Et iterum redit ad futurum: *Splendor eius vt lux erit, cornua eius in manibus eius. Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.* Mox per præteritum loquitur: *Stetit, & menſus eſt terram: aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſeculi; incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.* Rurſus in futurum relabitur: *Quia aſcendens ſuper equos tuos, & quadriga tua ſaluatio: ſuſcitans ſuſcitabis arcum tuum, &c.* Atque ſimilibus variationibus gaudent Prophetici libri. Iam rationem huius varietatis explicare facilè non eſt. Sed illud vt certum præmitto, non caſu, aut temerè id accidiſſe, ſed diuina Spiritus ſancti prouidentia, qui locutus eſt per Prophetas, vt Eccleſia in Symbolo profitetur.

2. Petr.1. Futuris contingentibus cur nihil ſit incertius. Quod iam præterijt, vt id non præterierit, nulla fieri virtute, vel diuina poteſt. *Sapient.8.* Propheticas Scripturas cur Deus hac temporũ variatione temperauerit. I. Ratio.

Nihil ergo dixiſſe, quod tempori non conueniat ſuo, conſtitutiſsimum eſſe debet. Deinde præmitto, nihil eſſe futuris contingentibus incertius, quæ nullam cauſam habent ad eſſe, vel ad nõ eſſe: præteritum verò hoc habet, vt certiſsimum ſit quod dicitur, vſq; adeò, vt hoc ſolo Deus priuari dicatur, *Infectum vt faciat quod factum eſt atq; peractum.* Igitur Spiritus ſanctus qui omni tempore præeſt, & qui ſuauiter omnia diſponit, & temporũ differentijs & viciſsitudinibus gaudere nos nouit, ſapienter nos præſentis, præteriti, & futuri temporis ſermonibus erudire, & ad ſe nos trahere voluit. Cùm enim hæc mixtio præteriti cum futuro incertam, & dubiam reddat orationem; conſilium eius fuit, vt hac ratione infidelibus Iudæis verba ſua celaret, ne margaritas proijcere in porcos videretur: & ne Impij Reges, aut populi audientes quæ ſibi non placent, in Prophetas inſurgerent, & necem illis inferrent, vel ſacros Prophetarum libros exurerent, vt interdum fecerunt: ad quos reſtituendos, & reſtitutos ſeruandos nouo opus eſſet miraculo.

Matth 7. II. Ratio. *Hierem.36.* III. Ratio.

Adhæc, vt Prophetia ipſa inuoluta, & perplexa lectores cogeret vaticiniorum omnium autorẽ Deum adire, & ad illum humiles preces fundere, vel ad Eccleſiam confugere, & ad illuſtres viros, & ſe doctiores pro eorum adipiſcendo Intellectu: qui ſanè ingens eſt fructus.

IV. Ratio. Item familiare eſt Spiritui ſancto, res futuras, & merè contingentes, quales ſunt de Chriſto & regno eius, quod eſt Eccleſia, per præteritum enuntiare, ad earum Indubitatum, & certiſsimum euentum deſignandum, ac ſi iam præſentes, vel pręteritæ eſſent. Ne verò illis propterea ademptam fuiſſe futuri rationem exiſtimares; per præteritum prædicuntur. Nec ergo naturali contingentia, quam in ſe ipſis habent, cùm ſint futura, adimitur certitudo, & ſtabilitas, quam habere deſignantur per hoc quòd præterita enuntiantur, nec è contrario. Ad hæc, ſi perpetuo vteretur Scriptura præteritis, nõ rem propheticam, hoc eſt futuram, ſed rerum geſtarum hiſtoriam contexere videretur: ſi verò futuris verbis ſemper ageret, earum prophetiarúm euentũ cogitaremus noſtro tempore nunquam euenturum, ſed ſemper eſſe nobis exitũ expectãdum. Ideò ne id poſsimus cogitare, præteritis ſubiungit futura. V. Ratio.

VI. Ratio. Præterea, Prophetæ res geſtas, & ſui ſeculi, vel aliorum ſeculorum præcedentium ita enarrant, non vt in eis ſimpliciter ſiſtant, ſed quatenus in eis noui Teſtamenti myſteria adumbrata ſunt: quare & per præteriti, & per futuri temporis differentiam euẽtura prædicuntur. Quædam ergo per præſens dicuntur: Vt, *Ecce Virgo concipiens, & pariens filium*; ſic enim habent Hebræa, licet Septuaginta, & Hieronymus de futuro legant. *Iſai.7.* Quædam verò per futurum; Vt, *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui.* *Deut.18.* Quædam verò per præteritum: Vt, *Foderunt manus meas & pedes meos: Dinumerauerũt omnia oſſa mea.* *Pſalm. 21.* Quędam denique mixtione quadam præteriti, vel præſentis cum futuro, vt per omnia tẽpora, quibus aſſueuimus, diuina nobis traduntur myſteria.

Aſſidua hæc temporum mutatio bono lectori nõ tam ipſi fonti Hebræo, quã Apoſtolis & Euangeliſtis eſt tribuenda nonnunquã.

Poſtremò inſpiciendum diligenter, ne hæc tam denſa temporum mutatio interpretibus ſcripturæ, vel Apoſtolis, & Euangeliſtis aliquando magis veniat tribuenda, quàm fonti Hebręo. Nam Septuaginta qui verterunt in Gręcum, & Hieronymus, qui in Latinũ vertit eloquium ſacra Biblia, ſæpè mutârunt tẽpora, & id quidem iuſtis de cauſis: vel quia aliter legerunt in Hebræo, quàm nos modò habemus: vel quia Apoſtoli in Euangelio mutârunt futurum tempus in prędteritum, eo quòd res iam exitum ſuũ ſortita eſſet: vel deniq; quia iuxta proprietatem, & linguæ Hebrææ idiotiſmum vnum tẽpus ſumitur pro altero. Nam ecce Vau præmiſſum futuro, facit præteritum: præfixum præterito, facit futurum: vt eruditi illius linguæ nouerunt. Vel deniq; ob aliam iuſtam cauſam, quæ ex antecedentibus, & conſequentibus pendere ſolet.

Cur ita factũ ſit.

Adhibeamus exempla, quæ rem dilucidã reddant. Illa verba Iſai.53. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*, quæ per præſens tempus Septuaginta expreſſerunt: I. Locus. *Matth.8.*

runt : *Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet:* Petrus tamen alludens ad hæc verba, quaſi iam exitum eſſent ſortita, dixit per præteritum : *Peccata noſtra pertulit* : & adiecit quæ non ſunt in Propheta, explicationis gratia : *in corpore ſuo per lignum*. Item in eodem cap. Prophetæ : *Sicut ouis ad occiſionem ducetur ; & quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet, & non aperiet os ſuum* : ita de futuro dicuntur in Hebræo fonte, quæ Philippus Diaconus Act. 8. Euangelizans Eunucho Candacis Reginæ, per præteritum expreſsit, eo quòd iam exitũ ſortita eſſent, & ſic haberentur in editione Septuaginta, *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum*. Illud etiam Pſalmi 77. quod iuxta Hebræos habet : *Aſcendiſti in excelſum, captiuam duxiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*, Apoſtolus Epheſ. 4. mutato verbo, & verbi tempore, quia iam videbat impletum, dixit de præterito : *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*: quę tamen verba nec in Hebręo, nec in editione Septuaginta inueniuntur : nam Septuaginta in ſecunda perſona præteriti omnia illa verba vertunt. Item illud Iſaiæ 7. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium* : vbi Hebræa apertiſsimè habent de præſenti : *Ecce virgo pragnans, vel fœta, & pariens filium*. Sic etiam vertunt Pagninus, & Vatablus ; niſi quòd Vatablus ſupplet verbum, *Erit*, quod repugnat præſentis tẽporis verbis Harah, & Ioledeth, & potius erat ſupplendum, eſt. Ex qua vocum ponderatione habes Meſsiæ genitricem Virginem eſſe in conceptu, ſiue ante partum: dicitur enim Virgo concipiens, vel in vtero habẽs. Fuit etiam in partu Virgo, quia dicitur Virgo pariens, ac proinde poſt partum, quod eſt omnium ſignorum Dei maximum. Etſi autem Hieronymus, ſecutus Septuaginta interpretes, per verba futuri temporis verterit : *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium* : in ſuis tamen commentariolis in Matthæum, vbi hæc verba ab Euangeliſta citantur, annotauit de præſenti haberi in Græco Matthæi textu : *Ecce virgo habet in vtero*. Siquidẽ hæc ſunt Hieronymi verba : *Pro eo quod Euangeliſta Matt. dicit: In vtero habebit: in Propheta ſcriptum eſt : In vtero accipiet. Sed Propheta quia futura prædicit, ſignificat quid futurũ ſit, & ſcribit, accipiet: Euangeliſta quia non de futuro, ſed de præterito narrat hiſtoriam, mutauit, accipiet, & poſuit, habet. Qui enim habet, nequaquam accepturus eſt*. Hæc Hieronymus. In cuius verbis quidam falſi ſunt legendo, mutauit, *accipiet*, & poſuit, *habebit*: non enim ſic eſſe legendum, vt corruptè in plerisque codicibus legi ſolet, annotauit Eraſmus; ſed de præſenti poſuit, *habet*. Quod & ratio contextus verborum eius indicat, dicens: Qui enim habet, nequaquã accepturus eſt. Legit ergo Hieronymus in Græco Matth. codice, ἰδοὺ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔχει, non autem ἕξει.

1. Petr. 2.

II. Locus. Act. 8.

III. Locus.

IV. Locus.

Ita etiam hęretici vertunt de præſenti, vt Oecolampadius & Caſtalio.

Qualenã ſit omnium ſignorum Dei maximum.

B. Hiero. in c. Iſai. 7. tom. 5. Idẽ in Matth. c. 1. tom. 9. initio.

Eraſmus.

Adiungo aliud exemplum ex Iſai. cap. 6. vbi in Hebræo de præſenti dicitur : *Audite audientes, & nolite intelligere : & videte viſiones, & nolite cognoſcere*. Quæ non ſolùm à Septuaginta interpretibus per futurũ ſunt reddita, ſed etiam à Matthæo, ca. 13. Euangelij, & ab Apoſtolo Actor. vltim. *Auditu audietis, & non intelligetis : & videntes videbitis, & non videbitis*. Quod verò ſubditur per Imperatiuum : *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude ; ne fortè videant oculis ſuis, &c.* per præteritum reddita ſunt à Matthæo, & à Paulo, quemadmodum etiam à Septuaginta interpretibus, qui habent : *Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt ; ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos*. Et ſimiliter fecit Ioan. cap. 12. per verba præteriti temporis exprimens, quæ iam ſuum euentum ſortita erãt. Vides igitur in propoſitis exemplis, tùm Apoſtolos & Euangeliſtas, tum Septuaginta interpretes, qui Spiritu Prophetico ſacra Biblia verterunt, tempora variaſſe, & præterita in futura, & futura in præterita conuertiſſe, idque bonis, & rationabilibus de cauſis feciſſe.

V. Locus.

Non diſsimulabo etiam quoſdam tradidiſſe, ea, quæ per præteritum prædicta ſunt certo quodam tempore ita futura eſſe, vt poſtea fieri deſinerent. Vt illud : *Foderunt manus meas, & pedes meos* ; &, *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*. Quæ verò per futurũ tempus enuntiantur, & ſic aliquando futura, ſunt accipienda, vt vſque ad ſeculi cõſummationem ea ſemper impleri non deſinant. Vt illud : *Narrabo nomen tuum fratribus meis ; in medio Eccleſiæ laudabo te*. Item: *Edent pauperes, & ſaturabuntur : & laudabunt Dominum qui requirunt eum : viuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium* : quæ omni ſeculo in omnibus religioſè accedentibus ad Euchariſtiam, & illam antequam ſumant, adorantibus, implentur. Sed hoc non videtur ſolidè dictum: quia multa ſunt per præteritum expreſſa, & non repugnat illa pluries impleri: multa etiam per futurum prædicta, quæ nonniſi ſemel impletionem acceperunt : vt illud,

Alia quorundam ratio, minus tamen idonea.

Pſalm. 21. Iſai. 9.

Pſalm. 51. Ibidem.

Deut. 18.

Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui. Negandum tamen non eſt, Chriſtum quædam facere, & pati, quæ faciunt, & patiuntur eius membra: dixit enim: *Saule Saule, quid me perſequeris?* vt quæ ſemel paſſus eſt in carne ſua naturali, eadē ſæpè patiatur in myſtico corpore ſuo.

Act. 9. 1. Petr. 2.

Dei quod ſit opus proprium.

Quanquam autem portare peccata noſtra, redimere mundum, & ſaluare homines ab interitu, opus Dei ſit proprium, & non noſtrum: poſſunt tamen hæc munera aliqua ratione membris ſuis quadrare, vel potius ſibimet, in ſuis tamen, conuenire. Vnde dixit: *Alter alterius onera portate, &c.* & alibi: *Omnibus omnia factus ſum; vt omnes facerem ſaluos.* Et alio in loco: *Gaudeo in paßionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paßionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Non autem pro his natura ſua cōſideratis tanta dignitas poſsit competere; ſed per ſingularem gratiam adminiſtri ſumus, & cooperatores filij Dei in ſalute electorum eo quo poſſumus modo promouenda, verbo ſcilicet, Sacramento, & exemplo; corrigendo, precando, promerendo, & pro eorum incolumitate ſanguinem fundendo, & redemptionem ſolo Chriſti ſanguine, & obedientia partam eis applicando. Non enim eſt Chriſtus inuidus, aut parcus beneficiorum ſuorum diſpenſator, ſed quantum capaces eſſe per gratiam eius poſſumus, in nos ſua bona effundit, & & impartitur: & hæc ſatis de hac regula nobis in præſenti ſint dicta.

Galat. 6. 1. Cor. 9. Coloß. 1. 1. Cor. 3. 2. Cor. 3. Philip. 2.

Chriſti charitas & beneficentia qualis.

Canon L.

Numerorū mutatio ſcripturis vſitatiſſima.

Frequens eſt in ſacris literis numerorum enallage: nam ſæpè à ſingulari tranſitus fit ad plurale, & à plurali ad ſingulare ſub eodem contextu, tam in nominibus quàm in verbis: quæ res intellectum lectoris ſæpè impedire valet, ita vt nulla videatur eſſe rerum conſequentia, & alia eſſe quæ ſingulariter, alia quæ pluraliter enuntiantur.

I. Locus.

Ecce Pſalmo 108. *Deus laudem meam ne tacueris*: à ſingulari numero inchoat: *Quia os*, inquit, *peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt.* Inde ad plurale ſaltat: *Locuti ſunt*, ait, *aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circumdederunt me; & expugnauerunt me gratis.* Inde relabitur ad ſingularem numerum: *Conſtitue*, inquit, *ſuper eum peccatorem; & diabolus ſtet à dextris eius.* Et ſignificatur Iudas caput Synagogæ Chriſtum perſequētis: per pluralem verò deſcribit Iudæos Iudæ proditoris imitatores, & in necem Chriſti conſpirantes.

II. Locus. *Pſalm. 13.*

Et in alio loco ſingulariter ait: *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus*: quæ vox, impij, & Athei eſt, vel negantis Deum, ac eius prouidentiam; vel Iudæi, & Arriani Chriſto diuinitatem adimentis. Et ſtatim ille inſipiens explicatur per verba pluralis numeri: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Et rurſus redit ad ſingulare: *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum; vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum*: & ſtatim relabitur ad pluralem numerum, dicens: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.*

Rom. 3.

III. Locus.

Tertium exemplum ſit Pſalm. 139. vbi inchoat à ſingulari: *Eripe me Domine, ab homine malo, à viro iniquo eripe me*: ſaltat in plurale: *Quia cogitauerunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant prælia.* Et iterum: *Cuſtodi me Domine, de manu peccatoris*: & reuertitur ſecundò in plurale, *Et ab hominibus iniquis eripe me, Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos.* Et iterum: *Ne tradas me Domine, a deſiderio meo peccatori*: & reuertitur ad plurale: *Cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.*

IV. Locus.

Quartum exemplum eſt apud Iob 24. *Oculus* (ait in ſingulari) *adulteri obſeruat caliginem, dicens: Nō me videbit oculus, & operiet vultum ſuum. Perfodit in tenebris domos*: inde ad pluralem numerum ſaltans, ſubiungit: *Sicut in die condixerant ſibi* (ſcilicet adulter, & adultera, vt pateret ingreſſus ad flagitiū) *& ignorauerunt lucem. Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis* (quia videlicet: *Qui malè agit, odit lucem; & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius*, vt Chriſtus dixit) *& ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.* Rurſus in ſingulari ſermonem inſtituit. *Leuis eſt*, inquit, *ſuper facie aquæ: maledicta ſit pars eius* (pro eorum ſcilicet, adulterantium flagitioſorum) *in terra, nec ambulet per viam vinearum*, hoc eſt, per vias tritas & cultas. Porrò eiuſmodi verborum, *Leuis eſt ſuper faciem aquæ*, ſenſus eſt de auerſantibus, & fugientibus lucem, & timentibus ſuas fraudes detegi, rapido flumine, & præcipiti torrente velocius eos auſugere, ſeſe abdere ne agnoſci, aut comprehendi valeant.

Ioan. 3.

V. Exemplū, ſeu locus. *Pſalm. 63. Pſalm. 74.*

Quintum exemplum ſit: *Lætabitur* (inquit Dauid in ſingulari) *iuſtus in Domino, & ſperabit in eo*: (de plurali ſubiungit) *Et laudabuntur omnes recti corde.* Et alio loco: *Narrabimus mirabilia tua: cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* Loquitur enim ſimul cum fidelibus Chriſtus Patri: & in ſecunda parte verſus ſeparat ſe ab eis, quaſi iudicium ſibi ſoli reſeruans.

VI. Locus. *Matth. 11.*

Sextum eſt in Euāgelio: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt.* Et ſubdit in ſingulari, quia pauci tales erāt futuri: *Et beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.*

VII. locus. *in me.* Interdum quoque ſuppoſitum nomen verbo eſt numeri pluralis, verbum verò eſt ſingularis: vt illud, *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum*, id eſt, non commouebuntur, vel quiſque eorum qui confidunt, non commouebitur. Et Paulus ad Galat. 6. *Vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris:* pro, conſiderantes vos ipſos, ne pariter tentationi ſubiaceatis. Et iterum ad Epheſ. 3. *Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra*; id eſt, quæ ſunt, vt gloria Eccleſię auctor ſiat: quanquàm quidam ex imperitia artis Grammaticæ Apoſtolum locutum exiſtimant; cùm tamen ſit vſitata phraſis Hebræa in Nouo & Veteri Teſtamento, & à bonis autoribus vſurpata. Sic enim Gregorius lib. Moral. ſcribit: *Mos Sacræ Scripturæ eſt, vt à ſingulari numero ad pluralem ſubitò tranſeat, atque à plurali ſæpè ſe ad ſingularem vertat. Atque inde Heliu cùm diceret: Clamabunt, & eiulabunt, nequaquam ſubdidit: Non dixerunt, vbi eſt Deus; ſed, Non dixit, vbi eſt Deus. A plurali quippe numero in ſingularem veniens, ad perſonam ſubitò vniuſcuiuſq; tranſiuit: fortaſſe quia à ſingulis melius recognoſcitur quicquid de eis ſingulariter auditur, vt ad cor ſuum quiſque redeat, & in ſemetipſo hoc, quod de vnoquoque dicitur, reprehendat.* Hæc Gregorius.

Pſal. 124.

VIII. locus.

Hieronym. in c. 3. ad Epheſ.

IX. locus, ac poſtremus.

B. Greg. li. 26. Moral. ca. 10. in x. a finem, tomo 1.

Iob 35.

PROLEGOMENON XI.

In quo traduntur Regulæ ad Euangelium præcipuè ſpectantes.

Primvs Canon.

De Euangelio. Vnum quid, omnes quatuor Euangeliſtas ſpectaſſe potiſſimû.

ANte Omnia præmittendum, primarium Euangeliſtarũ finem vnum & eundem omnium eſſe. Nam Matthæus toto libro id vnum agit, vt doceat, Ieſum Mariæ Filium, Chriſtum ac Meſsiam ad homines redimendos promiſſum, tandem deſtinatum ac miſſum fuiſſe: quemadmodum Lex, & Prophetæ venturum prædixerant. Neque præcipuus eius ſcopus fuit tradere hiſtoriam Chriſti, & vniuerſas res ab eo geſtas enarrare: alioqui multo plura referre potuiſſet; ſed illa tantùm quæ magna ex parte per Prophetas de Chriſto prænuntiata fuerant, atque ea in Ieſu fuiſſe completa. Et idem eſt aliorum argumentum. Hinc Ioannes: *Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.* Non igitur vnus omnia intendit ſcribere; alioqui ſuperflui fuiſſent alij tres. Et ſubdit: *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia IESVS eſt filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.*

Ioan. 20.

Sic etiam Lucas exorditur: *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum, &c. viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere*, & reliqua. Completæ autem dicuntur, prout in Lege, & Prophetis prius erant promiſſæ.

Res Chriſti Domini à ſe deſcribendas B. Lucas cur dicat eſſe cõpletas.

Marcus etiam eodem tendit, cùm ait: *Initium Euangelij IESV Chriſti Filij Dei.* Id eſt, Scribendam ſuſcepi fauſtam illam, ac lætam annuntiationem, qua promiſſus ille Dei filius & Meſsias ſit Ieſus, qui de Virgine natus ad ſaluandum genus humanum venit. Quintò Matthæus cùm ait: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham*, palàm oſtendit ſe deſcribere velle illum, qui de ſemine Dauid, & Abrahæ venturus erat, & in Lege & Prophetis prænuntiatus erat ad hominum ſalutem ſua morte promouendam. Vnde colligimus, vnum eſſe tantùm Euangelium, licèt à quatuor ſit conſcriptum, iuxta viſionem Ezechielis Prophetæ de animali quatuor facies habente; quæ ante oculos habenda eſt ad Euangelica ſcripta meliùs, & fructuoſiùs intelligenda. Nam cùm illæ quatuor facies, vt latiùs ſuperiùs explicatum eſt, primò ipſi Chriſto conueniant, & ipſe quatuor Euangeliſtis illas impreſſerit, & quiſque in Euangelio conſcribendo faciem ſibi aſsignatam, aut Hominis, aut Leonis, aut Bouis, aut Aquilæ principaliter deſcripſerit, ex eo multa vtiliter colligimus, nempè cur ſic incipiant, vel ſic finiant Euangeliſtæ. Cur potiùs hic & ille hoc enarrent, & cur alius ſileat; & cur duo, vel tres magis inter ſe conueniant, & cur alij non ita conueniant, ſed quod vni deeſt, per alterum ſupplendum eſt. Denique in tam mirabili varietate quatuor facierum, vnum Chriſti Euangelium, in quo quiſque ſua quædam habet peculiaria, magna cum vtilitate, & venuſtate deſcribitur.

Etſi quatuor ſint Euangeliſtæ, eſſe vnicum tamẽ Euangelium quid arguat.

Vtilis Euangelico lectori Ezechielis Prophetæ de quatuor aligeris animalibus viſionis cognitio. *Ezech. 1. & ſeq.*

De Chriſto.

Canon II.

Quoties abſolutè legimus Venientẽ, vel Venturum, nec perſona ſignatur quæ venit; ſimpliciter eſt de Chriſto intelligendum: vt Hippolytus Romanus in Danielem tradit. Et confirmatur apertis teſtimonijs, vt apud Habacuc: *Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.* Et Iſaias: *Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob*; & iterum: *Creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion.*

Vbicunq; in diuina hiſtoria Veniens vel Venturus, Miſſus vel Mittendus narratur quis, nec tamen exprimitur omninò, Chriſtus intelligendus eſt.

Hippolyt. Roman.

Habac. 2.

Iſai. 59.

Rom. 11.

Suprà 4. Infrà 56. Infrà 60. Zachar. 9. & Matt. 21. Malach. 3.

Vbi Septuaginta habent: *Et veniet, & erit omnis locus montis Sion.* Rurſum ait; *Iuxta eſt ſalus mea vt veniat.* Idem quoque: *Quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Zacharias inquit: *Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator.* Malachias: *Et ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator quem vos quæritis.*

Ioan. 1. Matth. 11. Ioan. 6. Infrà 12. Suprà 5. Pſal. 39. & Hebr. 10.

Ad quod alludens beatus Ioannes Baptiſta dicebat: *Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt;* & per diſcipulos interrogabat: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* & Ioan. 6. populus viſo Chriſti ſigno clamauit: *Hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.* Et in die Palmarum acclamatum illi à populo eſt: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael.* Dominus quoque: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me.* Et Dauid: *Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.*

Venire nunc Chriſtus quomodo dicatur.

Poteſt etiã nunc Chriſto conuenire hoc Veniendi epithetum: Tum quia per Spiritum ſuum in ſingulos dies & ad peccatores iuſtificando, & ad iuſtos conſolandos venire ſolet: Tum quia ad hoſtiam benedictione ſacratam venire dicitur, ita vt Myſterio confecto Eccleſia præcinat: *Benedictus qui venit in nomine Domini:* Tum denique quia ob id voluit diem iudicij nobis eſſe occultum, vt ad nos quotidiè credatur venturus.

Matth. 24. Cur nos iudicij diem ignoremus. *Apoc. 22. Suprà 1. & Dan. 7. Matth. 26.*

Ideo de præſenti dixit: *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt.* Et rurſus: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.* Ipſe quoque, *Amodò*, inquit, *videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.*

Gen. 49. Iſai. 17. Infrà 48. Exod. 4.

Idem prorſus ſentiendum, cùm quis dicitur mittendus, aut miſſus: quod de Chriſto venit intelligendum, niſi aliud exprimatur. *Donec veniat*, inquit, *qui mittendus eſt:* Iſaias, *Emitte agnum Domine dominatorem terræ.* Et, *Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius;* Moſes etiam: *Obſecro, Domine*, inquir, *mitte quem miſſurus es.* Ideo Euangelia Chriſtum miſſum à Patre frequenter reſonant.

Aduentui Meſſiæ ſolẽt Prophetæ Gentium vocationem adiungere. *Gen. 49. Iſai. 3. Infrà 49. & Act. 13. Infrà 60. Agg. 2. Matth. 2. & ſeq.*

Solet etiam aduentui Meſſię in Prophetis adiungi Gentium vocatio. Vnde illud, *Donec veniat qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio Gentium.* Iſaias inquit; *Fluent ad eum omnes gentes.* Idem; *Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Rurſus; *Gloria Domini ſuper te orta eſt.* Infrà: *& ambulabũt Gentes in lumine tuo.* Aggęus quoque: *Veniet Deſideratus cunctis gentibus.* Quia non Iudæi, ſed Gentes erant, quæ Chriſtum agnoſcere, & fide complecti, & fructum aduentus eius, & mortis adipiſci debebant. Ideo, nato Chriſto, veniunt Gentes in Magis deſignatæ, ductæ per ſtellam, vt eum adorent, & in Regem ſuum recipiant.

Canon III.

De eodem. Meſſiæ filij Dei varię appellationes vnde.

Nomina quãplurima in Scripturis Chriſto Domino tribnũtur: vel propter diuerſas tum Diuinę, tum Humanæ naturæ proprietates: vel, vt eum, qui infinitus eſt, & incomprehenſus aliqua ratione cognoſcamus.

Matth. 1. Luc. 2. Meſſiæ proprium nomẽ Ieſus, Chriſtus cognomen, eique quàm aptè conueniat. Olim Iudæis ſacra vnctio quibus ſoleret conferri.

Sed inter cætera omnia nomen Ieſu proprium eſt, in Circumciſione inditum: nomen verò Chriſti, cognomen eſt, & dignitatem eius, & officium indicat. Etenim in Lege, Chriſti dicebantur, qui vnctione Dei gratias, & munera accipiebant ſuper alios, & participabant. Vnde & Reges, & Sacerdotes, & Prophetæ olim iungi conſueuerant. Sed hæc plenitudo gratiarum, & munerum ſummo modo, & quantum capax eſſe potuit natura humana, reſedit in Chriſto; ita vt de plenitudine eius non tantùm omnes, qui poſt eum nati ſumus, accipiamus, ſed etiam omnes qui præceſſerunt. *Ioan. 1.*

Prima ratio. *Hebr. 5. & ſæpè infrà.*

Eſt enim Chriſtus ſummus Sacerdos, ſuo cruento, & incruento ſacrificio, & precibus Deum ſuum, & Patrem placans nobis atque concilians.

II. ratio. *Hierem. 23. & Luc. 1. & ſæpè alibi.*

Supremus quoque Rex, ſanctiſsimis legibus, & conſilijs populum ſuum regens, ac moderans: & ſeueris interminationibus, & cœleſtibus promiſsis ad officium iuſti, & pij hominis reuocans: & Spiritu ſuo nos imbuens, ad ea, quæ à nobis exigit, præſtanda ſuauiter impellens.

III. ratio. *Luc. 8. & ſæpè alibi.*

Denique eſt magnus ille Propheta, qui non tantùm de præteritis, & præſentibus, quæ omnem captum humanum effugiunt, ſed etiam de futuris, & ſempiternis bonis, ſi eius legi morigeros nos præſtiterimus: de futuris quoq; gehennæ ſupplicijs, quæ manent impios, & legis diuinæ contemptores, maximè inſtruens atque erudiens.

Sacerdotalẽ, Regiam, & Prophetalẽ Chriſti dignitatem quomodo fidelis quiſque participet.

Porrò Chriſtianus eſt, qui huius diuinitatis pro ſuo modulo, & gratiarum particeps efficitur, per quam more boni Sacerdotis ſeipſum, & ſua omnia Deo offerat in ſacrificium: & tanquàm Regulus quidam ſeipſum, ſuosq; ad legis Euangelicæ formam conformet: & prophetici muneris particeps, omnia Chriſti dicta, & Eccleſiæ ſuæ Sponſæ omni humanæ ſapientiæ anteponit.

Nomen Ieſu diuinitùs tantùm impoſitum, & quãobrem.

Nomen verò Ieſu ſacroſanctum de cœlo venit à Deo, qui Pater eius erat, & qui infinita ſapientia præditus optimè nouerat quod illi nomen cõgrueret, & quo maximè affectus noſtros omnes ad ſe diligendum alliceret, atque pertraheret.

Canon IV.

De eodem. Communicatio idiomatũ in Diuina, & Humana natura qualis ſit.

Quemadmodũ in matrimonio inter hæredem regni alicuius fœminam, & Impe-

ratorem

ratorem celebrato dignitas Imperatoria Reginæ tribuitur, & Regius titulus Imperatori communicatur: ita vt quemadmodum ſponſa dicebat, vbi tu Caius, id eſt, dominus, ego Caia, id eſt, domina, ita ſponſus dicere poſſet, vbi tu Caia, ego Caius, quia hæ duæ perſonæ in vnam carnem, hoc eſt in vnam perſonam conuegiunt: ita in Incarnationis myſterio In vnam Verbi, ſiue Filij Dei perſonam coaluerunt omnipotens Diuina natura, & infirma humana ſubſtantia. Hinc fit, vt quæ Dei ſunt propria, natura humanæ tribuantur: quæ verò Humanitatis ſunt, approprientur Filio Dei. Hanc regulam tradunt veteres Patres: nam Origenes lib. De principijs: *Propter incarnationem*, inquit, *per omnem Scripturam tam Diuina natura humanis vocabulis appellatur, quàm Humana natura diuina nuncupationis inſignibus decoratur. Magis enim de hoc, quàm de vllo alio dici poteſt, quod ſcriptum eſt: Quia erunt ambo in carne vna, & iam non ſunt duo, ſed caro vna. Magis enim Verbum Dei cum anima in carne vna eſſe, quàm vir cum vxore, putandum eſt.* Addit Theophylactus: *Filium hominis cùm audieris deſcendiſſe de cælo, ne exiſtimes quòd caro è cælo deſcenderit: (hoc enim Apollinarius docuit, quòd Chriſtus habuerit corpus de cælo, quòd per Virginem tranſierit, quaſi per canalem) verùm quia vna hypoſtaſis, hoc eſt vna perſona Chriſti ex duabus naturis conſtituta. Ideo omnia quæ ſunt hominis, dicuntur de Verbo, & iterum ea quæ ſunt Verbi, attribuuntur homini.* Hæc ille ferè. Damaſcenus libro de fide Orthodoxa, *Deus ſuſcepit ea quæ ſunt carnis idiomata, hoc eſt proprietates: vt vnde paſſibilis nominatur, & Deus gloriæ crucifixus eſt.* Cyrillus quoq; In Epheſino Concilio: *Si quis voces illas, quæ in Euangelicis, & Apoſtolicis habentur literis, ſiue de Chriſto à Sanctis, ſiue ab ipſo de ſeipſo dictas, duabus perſonis, vel ſubſiſtentijs aſsignat, & alias tanquàm homini ſeparatim à Dei Patris Verbo intellecto, alias verò, tanquàm Deo competentes, ſoli Dei Patris Verbo adaptat; anathema ſit.*

Orig. lib. 2. Periarchon, c. 6. à medio, & 1. non procul à fine.
Gen. 2. & Matth. 19. & alibi.
Theophyl. in cap. Ioan. 3. circa mediũ.
Filium hominis, hoc eſt Chriſtum, quomodo verum ſit deſcendiſſe de cælo.
Apollinarij hereſis.
Damaſ. lib. 3. De fide ortho. cap. 6.
Syno. Epheſ. Anathematiſmo 4.

Et quo tantum myſterium magis capiatur, ac deguſtetur, aduerte, Sacras literas multis, & varijs nominibus & verbis illud delineaſſe. Eſt enim incarnatio exitus, introitus, deſcenſus de cœlo. Exitus quidem: quia cùm olim vt inuiſibilis deliteſceret in ſinu Patris, factus eſt per exitum ſpectabilis: *Exijt enim qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.* Secundò dicitur Introitus, iuxta illud: *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, &c.* Cùm enim prius eſſet Deus, & extra mundum, quia nondum homo erat; cœpit per hoc quod homo factus eſt, pars quædam eſſe mundi. Dicitur tertiò deſcenſus de cœlo: quia propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. *Deſcendit ſicut pluuia in vellus: Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes.* Quia præter illam ſummam altitudinem, quam poſsidebat vt Deus, humiliauit ſe propter Humanitatem. Denique in Scripturis, & Patribus varijs deſcribitur verbis, quæ nos ad tanti myſterij admirationem, & ad Fidem, & charitatem excitent. Dicitur enim aduentus, miſsio, apprehenſio, ſuſceptio, abbreuiatio, exinanitio, conglutinatio, inſitio, habitatio, viſitatio, conuerſatio cum hominibus, recapitulatio, ſiue anacephalçoſis, œconomia, ſiue diſpenſatio, matrimonium, ſiue deſponſatio, & nuptiarum celebratio; denique dici ſolet creatio: *Rorate*, inquit, *cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iuſtitia oriatur ſimul. Ego Dominus creaui eum.* Et per Hieremiam: *Creauit Dominus nouum ſuper terram:* Et nouum, vel res noua dicitur Incarnatio: quia teſte Dionyſio Areopag. lib. De diuin. nomin. *Nouitatum omnium ſupereminens eſt nouitas*, & explicat iſtam nouitatem Propheta addendo, *Fœmina circumdabit virum*: quia videlicet totus eſt mulieris matris; nihil in eo habet pater putatiuus Ioſeph, aut alius: id enim circundamus, quod noſtrum, non alienum eſt. Et circulus quiſque vna linea eſt cõtentus: nos patre, & matre quaſi duabus lineis conſtamus, Chriſtus vna tantùm linea matris. Deſignat porrò iſta circundatio Virginis matris integritatem in partu, & poſt partum. Et circundedit, vt ait Propheta, non infantem, vel puerum, vt cæteræ matres ſolent, vel virũ, qui corpore erat infans, ſapientia verò, & omni virtute perfectus: fœmina benedicta, quę & virum nõ cognouit, & virũ in vtero circumdedit.

Quibus Incarnationem diuina exprimat nominibus & verbis hiſtoria.
Ioan. 1.
Matth. 13.
Hebr. 1.
Ioan 6 & alibi ſæpiùs.
Pſal. 71. & Iudic. 6.
Iſai. 64.
Philip. 2.
Eandem Patres vt nominent.
Gen 49.
Habac. 2.
Agg. 2. & alibi.
Ibidem, & Exod. 4. & aliàs.
Hebr. 2.
Pſal. 47.
Luc. 1.
Iſai. 10. & Rom. 9.
Philip. 1.
Deut 16.
Iacob. 1.
Ioan. 1.
Luc. 1.
Baruch 3.
Iſa. 45.
Hierem. 31.
Incarnationis myſteriũ, nouum cur dicatur apud Prophetam.
B. Dionyſ. Areopag c. 2. part. 2. libri De diuin. nomi. prope init.
Expenditur locus ille Hieremiæ: Fœmina circumdabit virum.
Luc. 2. & Ioan. 1. & 3.
Luc. 1.

Porrò Humanitas aſſumpta, ſiue caro, modò dicitur velamen, quia illa tegitur Diuinitas. Ita interpretatur Apoſtolus ad Heb. 10. Per velamen, id eſt, carnem ſuam. Dicitur & nubes: quòd ea nobis obumbrauerit, & ex aquarum diuinarum riui ad nos permanauerint: *Ecce Dominus aſcẽdet ſuper nubem leuem.* Dicitur & propitiatorium: quòd per eam Patri immolatam, & oblatam propitij Deo redditi ſumus. Vocatur à Dauide cilicium: quòd in ea fame, ſiti, labore, ſudore, & morte cruciatus fuerit. Appellatur habitus, iuxta illud: *Habitu inuentus vt homo*: quia eo Humanitatis ornamento, quo nobis plus placeret, & ad ſe alliceret, veſtiri dignatus eſt. Denique dicitur terra, iuxta illud: *Plena eſt omnis terra gloria eius*: quia caro hominis ex terra eſt,

Iſai. 19.
Exod 37. ac ſæpiùs & alibi, & Heb. 9.
Pſal. 68.
Philip. 2.
Iſai 6.

& Ver-

Io. n.1.

& *Verbum caro factum eſt*. Et multa his ſimilia legimus in diuinis literis, quo magis capiatur, & alliciat nos tantum myſterium.

Canon V.

De Chriſto. Illorum verborum Athanaſij: Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo; ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus, vera, & catholica traditur intelligentia.

Verba illa Athanaſij, quæ in Symbolo eius legũtur: *Nã ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo: ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus*: diligẽter ſunt intelligenda, & explicanda, niſi aberrare velimus, & ſcopus, in quẽ ſpectãt, inſpiciendus. Eſt enim ſenſus, quòd vt anima rationalis & caro vnus eſt homo; id eſt vnam hominis perſonam conficiunt: ſic Deus & homo vnus eſt Chriſtus, id eſt, vna perſona conſtat, & nõ duplici. Ad hanc enim hypoſtaſin declarandam aſſumitur ſimilitudo, vt explicant veteres Patres, nimirùm Iuſtinus Martyr in expoſitione Fidei, Gregorius Nazianzenus epiſt. 1. ad Clidonium; Cyrillus libro De incarnatione Vnigeniti; Damaſcenus lib. De fide Orthodoxa; Auguſtinus ad Dardanum, & in Enchiridio ad Laurentium, & lib. 13. De Trinitat. cap. 17. Lirinenſis in lib. De antiqua fide, & Epheſinum Concilium in epiſtola ſuo nomine miſſa eſt ad Neſtorium: *Quãuis*, inquit, *Verbum habitauerit in nobis, & dictum ſit, in Chriſto habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter: attamen intelligimus eũ, quod caro factus, non ſicut in Sanctis habitare dicatur, nec talem in ipſo habitationem factam definire tentauimus, ſed vnitus iuxta naturam, nec in carnem penitùs commutatus, talem ſibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus*. Et infrà: *Non enim duplex eſt vnus Chriſtus, & Deus ſolus, quamuis ex duabus, diuerſiſq; rebus ad vnitatem cognoſcatur indiuiduam conueniſſe: ſicut homò quoque ex anima conſtans, & corpore, non duplex, ſed vnus potiùs eſt ex vtraque*. Hæc in ea Synodo.

Iuſtin. Martyr to. 3. in pr. Greg. Naziãz. B. Cyrill. Alexand. lib. De incarn. Vnig. c. 8. tomo vlt. Ioan. Damaſ. lib. 3. De fide Ortho. c. 3. Auguſt. to. 9. Idem epiſt. 57. tom. 2. Idem in Enchirid. c. 37. tom. 3. Idem tom. 3. Lirinenſis. Cõc. il. Epheſinum. Ioan. 1. Coloſſ. 1. & 2.

Vnio hypoſtatica cum naturali animę & corporis vnione in quibus conueniat. Prima ratio ſimilitudinis.

Quia verò omnis ſimilitudò ſemper habet aliquid diſsimile, diſtinguẽda ſunt hæc diligenter, & ſingulatim explicanda. Conueniunt ergo in primis: quia vt in vno homine eſt duplex natura, ſpiritualis, & corporea, non tamẽ duplex homo: ita duæ naturæ in Chriſto vna Verbi conſtant hypoſtaſi, ita vt non confundantur; nec vna in alteram tranſeat, aut commutetur. Hinc Auguſtinus epiſt. ad Voluſianum: *Sicut in vnitate perſonæ anima vnitur corpori, vt homo ſit; ita in vnitate perſonæ Deus vnitur homini, vt Chriſtus ſit. In illa ergo perſona miſtura eſt animæ, & corporis; in hac perſona miſtura eſt Dei, & hominis: ſi tamen recedat auditus à conſuetudine corporum, qua ſolent duo liquores ita commiſceri, vt neuter ſeruet integritatem ſuam, quanquàm & in ipſis corporibus aëri lux incorrupta miſceatur. Ergo perſona hominis, miſtura eſt animæ, & corporis; perſona autem Chriſti, miſtura eſt Dei, & hominis*. Hæc ille.

Auguſt. epiſt. 3. circa medium, tom. 2 in princ.

II ratio. Quod traducũt Logici, ſpecies, nimirũ diſparatas de ſe mutuò nõ prędicari, vbi locũ habeat,

Deinde, vt anima corpori cõiuncta corpus animatum denominat, ita Diuinitas hominem Deum. Etſi enim ſpecies diſparatæ de ſe mutuò non prædicentur (cũ ſint iſtæ enuntiationes falſæ; Homo eſt arbor, arbor eſt equus) id tamen euenit, quando fit vnio duarum naturarum diſparium, in eodem ſuppoſito, vt in hac propoſitione, homo eſt Deus.

III. ratio.

Tertiò, vt anima in corpore quaſdam habet actiones communes cum corpore, vt ſentire, appetere, triſtari, & gaudere; alias propria, vt intelligere, & velle: ita Diuinitas quaſdam habet communes energias cum corpore aſſumpto, vt ſignorum effectionem, quaſdam cum anima aſſumpta, vt rerum omnium peritiam: quaſdam verò non communicat; ſiue quia humana natura non eſt illarum capax, ſiue quia illas ad ſuam perfectionem non requirit; vt ſunt omnipotentia, & omnipræſentia; ſiue eſſe vbique.

Diuina verbi natura cum humana quę communicet, quę verò non communicet.

IV. ratio.

Quartò, vt anima quædam per corpus gerit (vt, ſabricat, meditatur) & per ſe plura ſine corporis adminiculo facit: vt cum ſe à carne ſegregans, diuina, & cœleſtia contemplatur: ita diuinitas multa exercet per humanitatem, vt cùm olim miracula edidit, & ſalutem hominis operata eſt: hodie verò in Euchariſtia gratiam largitur, corpora, menteſque alit, Pontificiſque, & Mediatoris officium obit: quædam verò per ſe ſolam ſemper operata eſt.

V. ratio.

Quintò, anima non omnia verè & eſſentialiter corpori ſuo communicat; niſi titulo tenus; nam corpus hominis non dicitur rationis; conſilijque particeps niſi per accidens: & rurſus corpus non omnia cum mente ſua communicat, niſi quadam conſecutione, vt mortalitatem, ægritudinem, & ſimilia; illi non tribuit: ita Diuinitas vniuerſas proprietates Humanitati largitur, & viciſsim Humanitas ſuas Diuinitati nonniſi per idiomatum cõmunicationem impertit. Ita Chriſtus dicitur homo æternus, omnipotens, & vbique conſiſtens, quia etiã Deus eſt; cuius hæ ſunt notæ propriæ. Ad hæc, vt actiones vtriuſque, corporis & animæ, compoſito, id eſt, homini verè tribuuntur: ita actiones Humanitatis, & Diuinitatis, vni Chriſto veriſsimè adſcribuntur.

In quibus hę duæ vniones inter ſe differant. Prima ratio diſſimilitudinis.

Diſsimilia vero, quæ huic ſimilitudini non conueniunt, explicanda ſunt propter nouos Hęreticos, id eſt Vbiquitarios, & Semieutychianos. Primùm ergo nõ ſicut ani-

ma, &

ma, & corpus hominem ſecundùm ſubſtantiam componunt, ita Diuinitas, & Humanitas partes ſunt vnum Chriſtum conſtituentes; ne Verbi ſubſiſtentia, & Diuinitatis dependeat ab eſſe totius.

Secunda.

Deinde, ſi vnio Diuinitatis, & Humanitatis æquaret animæ & corporis vnionem, Diuinitas eſſet Humanitatis forma, eaque vnio dicenda eſſet eſſentialis: cùm tamen ſit perſonalis, quæ inter eſſentialem, & extrinſecam media exiſtit.

Tertia.

Ad hac anima, & corpus faciunt vnum hominem, vt actus & potentiæ, ſiue ſicut materia & forma: atqui in Incarnatione vtraq; natura actus eſt, & veluti forma.

Quarta.

Pręptereà, ex animo & corpore efficitur tertia quędam natura, quæ nec animus eſt, nec corpus, ſcilicet homo, & ſignificat vnam naturam compoſitam ex duabus: at verò Chriſtus tantùm ſignificat vnam perſonam duas naturas habentem.

V. ratio.

Poſtremo, ex anima & corpore vnum efficitur ſuppoſitum, quod nec proprium eſt corporis, nec animæ, ſed vtriq; commune: ex natura autem Diuina, & Humana nullum fit ſuppoſitum, ſed id quod erat diuinum, vtramque naturam ſuſtentat.

Canon VI.

De eodem. Chriſti progenies initio Euangelij Matthæi cur poſita.

Auguſt. lib. 7. qq. in lib. Iudicum. q. 2. ... 4. non pro... ab initio.

Luc. 1. & ſeq.
Iudic. 13. & ſeq.
1. Reg. 16. & ſeq.
Iudith. 8.
Eſther 2.
Hebr. 7.

A genealogia Chriſti deſcribenda initiũ ſumit Euangelium Matthæi: quia moris eſt in Scripturis, cùm alicuius ducis, aut Principis, aut illuſtris fœminæ præclara geſta deſcribuntur, ab eorum parentibus, & genealogia exordiri. Ita Auguſtinus annotauit lib. quæſtionum in librũ Iudicum: *Non ſolet*, inquit, *duces nominare Scriptura, cùm conſtituuntur, niſi commemorata etiam origine parentum*: vt conſtat de Ioanne Baptiſta, de Dauide, & alijs iudicibus, & interdum de Prophetis, de Iudith quoq;, & Eſther, plјs, & lectiſsimis fœminis. Ita vt ſi quandoque eiuſmodi genealogia intermittatur, myſterio vacare non videatur: & tamen ab Apoſtolo dicitur Melchiſedech ſine patre, ſine matre, ſine genealogia.

Canon VII.

De eodem. Quadruplex Chriſti generatio eſt ab Euangeliſtis conſcripta.

Iſa 9.
Iacob. 1.
Iſa. 53.

Secundùm ſpiritum nos generamur duplicitèr.

Ioan. 3.

Quatuor Chriſti generationes deſcribũt Euangeliſtæ, ſi rectè animum aduertas. Eſt enim Chriſtus & Deus perfectus, & homo perfectus; & non ſolùm genitus, ſed etiam ipſe ſecundùm ſpiritum generans: vtpote qui dicitur pater futuri ſeculi, & de quo dicitur: *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius*; & Propheta: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum*. Adde, duplicem eſſe generationem noſtram ſpiritualem; alteram, qua ex aqua & Spiritu ſancto renaſcimur, vt videre poſsimus regnum Dei: alteram verò, qua ſic renati, & mortui in Chriſto, ad vitam immortalem, & glorioſam regeneramur. Hinc dicitur: *In regeneratione, cùm ſederit Filius hominis, &c.* & Martyrum, qui pro fidei confeſsione decertantes, glorioſè occubuerunt, celebrantur dies natalitij, quia illi cœleſti regno in lucem ſunt editi.

Matth. 19.

Quale quiſque Chriſti geneſi... tractandam ſuſceperit Euãgeliſta.

Ioan. 1.
Matt. 1.

His poſitis vt veris, Ioannes diuinam Filij Dei explicat generationem initio ſui Euãgelij: paſsiuam verò hominis ad vitam hanc mortalem generationem Matthæus ſibi explicãdam ſuſcepit. Vnde initium ſumit ab illis verbis: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham, filij Iacob, qui genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus*. Tertius paſsiuam ad vitam immortalem generationem, per quam filius Dei agnitus eſt, perſequitur Marcus: de qua Paulus Act. 13. explicauit illud Prophetæ: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Vnde Marcus, miſſa generatione ſecundùm carnem, qua eſt filius hominis, hanc diuinam ſuſcitati Filij Dei natiuitatem deſcribens, inchoat Euangelium ſuum: *Initium* (inquit) *Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, &c.* Hinc Marco Leonis effigies tribuitur, ſicut Matthæo filij hominis; vt fortitudo ſpiritus ſui agnoſcatur, qui rugitu primò prædicationis, deinde etiam reſurrectionis homines ad vitã beatam ſuſcitauit. Quartam, poſtremamque natiuitatem, qua ipſe nos ſuo ſanguine ad vitam ſpiritualem regenerauit, declarauit Lucas; cui bouis, aut vituli ſpecies datur: quia ipſe victima corporis ſui, & precibus, quas ad Patrem æternum vt Sacerdos pro nobis effudit, obtinuit nobis vitam, qua Adæ mortui, Deo in futurum vt ſancti, & immaculati coram eo viueremus.

Marc. 1.
Heb. 1. & 5.
Malach. 3. &
Matth. 1.
Ezech. 1.
Ibidem.
Ibidem.
Hebr. 5.
Epheſ. 1.

Canon VIII.

De Chriſto. Genealogijs olim ante Chriſtum Iudæi vtiliter vacabant; at poſteà non niſi inutiliter & pernicioſè.

Num 18 & alibi, & Hebra. 5.

Studium Genealogiarũ fuit olim laudabile, & neceſſarium, vt quiſque noſſet cuius eſſet tribus, & ad quam eius tribus familiam ſpectaret, & portionẽ haberet in terra ſuæ tribui aſsignata. Deinde vt agnoſcerentur, & diſtinguerentur in familijs Leuiticis illi, qui Sacerdotio fungi poſſent in templo: quia nullus deſcendens ab altero quàm ab Aaron, adminiſtrare poterat. Poſtremò, vt poſſet ex illuſtri, & regia familia Dauidis Meſsias, qui ex ea tantùm oriturus etiam cum iuramento promiſſus erat, diſcerni. *Iurauit*, inquit, *Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*. Ad hæc omnia diſcernenda magnum ſtudium adhibebant Iudæi, vt genealogiarum libros

Pſal. 131. &
2. Reg. 7. & ſeq.

in templo, id eſt, loco ſacroſancto aſſeruarent, vnde hæc omnia cùm in dubium reuocarentur, petenda erant. At vbi venit Chriſtus illis promiſſus, & ſe talem eſſe doctrina, & ſignis comprobauit, & lex conſummata, vana eſt omnis genealogiarum cura: quia iam Hieroſolyma euerſa, & Iudæis in captiuitatem abductis, & per totum orbem diſsipatis, nó eſt cur ampliùs velint habere portionem in terra, quæ tot ſeculis ab hoſtibus eius detinetur: nec iam opus eſt ſacerdotio Leuitico, quod ſolùm in vrbe Hieroſolymitana offerri poterat. Idcirco Paulus auertit homines ab eis: *Sicut rogaui te*, inquit, *vt remaneres Epheſi, cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæſtionis magis præſtant quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide.* Et ad Titum: *Stultas quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas Legis deuita vel omitte: ſunt enim inutiles, & vanæ.* Ecce quomodo Paulus eiuſmodi ſtudium reprobare videatur. Et rectè vocat genealogias interminatas, id eſt, termino, & fine carentes: quia earum finis, ſicut legis, eſt Chriſtus, qui iam venit. Vocat eas vanas, & inutiles: quia fructu bono carent, & carnis tantùm tumorem, & elationem nutriunt. Ideo illæ Ieſu Chriſti Domini noſtri aliatæ per Matthæum & Lucam genealogię neceſſarię extiterunt ad oſtendendam Dei fidelitatem, qui dãdo Meſsiam ex domo Dauid, fidem ſuam liberauit, & Iudæos palàm edocuit finem eſſe omnibus genealogijs datum. Vnde etiam quodam futurorum pręſagio Herodes Rex, ne obſcuritas ſanguinis ſui detegeretur, fertur omnes genealogiarum libros incendiſſe.

Quare Iudęi genealogijs inquirendis nihil modò proficiant.

Vbi tantùm in lege licet ſacrificare.

Deuter. 12. ac ſæpè deinceps in eod. libro.

1. Tim. 1.

Tit. 3.

Genealogias Apoſtolus cur vocet interminatas.

Rom. 10.

Cur vanas, & inutiles.

Matth. 1. & ſeq.

Luc. 3. & ſeq.

Quadrifariæ huius Chriſti genealogiæ deſcribendæ neceſſitas.

Qua ratione ductus, Iudæorum omnes genealogiarũ libros combuſſerit Herodes Aſcalonita.

Quòd ſi dicas de nobili & generoſa familia prodire, eſſe Dei donum non deſpiciendum; nó negabo, modò qui tales ſunt, non propterea in ſeipſis intumeſcant, nec in alios efferantur, atq; eos deſpiciant: modò etiam agnoſcant aliam eſſe nobilitatem pretioſiorem, & priori illi præferendam, de qua Ioannes ſcribit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*; & in qua malint gloriari: in qua plerumque obſcuri genere, & contemptibiles non modò nobiles æquant, ſed etiam ſuperant, & antecellunt.

Ioan. 1.

Nobilitas Chriſtianorũ vera quę ſola.

Canon IX.

De Chriſto.

Chriſtus de progenitoribus ioterdũ obſcuris, partim etiam fla-gitioſis cur naſci voluerit.

Chriſti generatio ab illaudatis aliquot tã mulieribus, quàm viris deducitur: eo quòd cùm Chriſtus omnia propter nos ſuſceperit, hoc quoque ſuſtinere voluit, vt obſcuros, & illaudatos progenitores haberet, quo omnes ille ſanctificaret, qui non ad iuſtos venit, ſed ad peccatores vocandos. Et non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentilibus: nam Ruth, & Rahab, Gentiles erant: quo omnes tum Gentiles, tum Iudæos ſaluos faceret. Et ita iuſtificat Chriſtus ſua hac genealogia omnes partus, aut ex vxore alieni ſanguinis, aut ex fornicaria naturales, aut ex adultera ſpurios. Hæc eadem tradũt Patres, quorum vnum, aut alterum teſtimonium producemus, vt hominum temeraria iudicia comprimamus. Hieronymus igitur ad Pammachiũ aduerſus errores Ioã. Hieroſolymit. *Naſci*, inquit, *de adulterio, non eius culpa eſt, qui naſcitur, ſed illius qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra quæ fouet; non ſemen, quod in ſulcis iacitur; non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; ſed, verbi gratia, fur, & latro, qui fraude, & vi eripit ſemina: ſic in generatione hominum recipit terra, id eſt, vulua, quod ſuum eſt, & receptum confouet: confotum corporat; corporatum in membra diſtinguit. Et inter illas ſecretas ventris anguſtias Dei manus ſemper operatur: idemq; eſt corporis, & animæ creator. Noli deſpicere bonitatem figuli tui, qui te plaſmauit, & fecit vt voluit. Iephte, inter viros ſanctos Apoſtoli voce numeratus, meretricis eſt filius. Sed audi, ex Rebecca & Iſaac, Eſau genitus hiſpidus, tam mẽte, quàm corpore, quaſi bonum triticum in lolium, auenamq; degenerat: quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa eſt vitiorum, atq; virtutum.* Chryſoſtom. quoque in Matth. *Nunquàm erubeſcamus de vitijs parentum; ſed vnum quæramus illud, atque omnibus ſtudijs aſſequamur, nobilitari propriarum honore virtutum: huiuſmodi enim etiamſi alienigenam habeat matrem, etiamſi fornicatione populatam, vel quolibet eiuſmodi dedecore ſordidatam, nihil tamen de eius aut vtilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quod ſi fornicatorem ipſum ad meliora conuerſum nequaquàm prior vita commaculat: multò magis è meretrice natus, & adultera, ſi propria virtute decorêtur, parentum ſuorum non decoleratur opprobrijs.* Poſtremò Auguſtinus in lib. de Bono coniugali: *Vndecunq; naſcantur homines, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum rectè colant, honeſti, & ſalui erunt. Semen enim hominis ex qualicunq; homine, Dei creatura eſt, & eo malè vtentibus malè erit, non ipſum aliquando malum erit. Sicut autem filij boni adulterorum, nulla defenſio eſt adulteriorum: ſic mali filij coniugatorum, nullum crimen eſt nuptiarum.* Hæc illi Patres egregiè.

Matth. 9.

Ruth 1.

Ioſu. 2.

Hæc Chriſti naſcendi ratio quàm ſalubris.

B. Hieronym. epiſt. 61. paulò antè dimidium, tom. 2. ante med.

Elegans ſanè cõparatio B. Hieronymi.

Hebr. 11.

Iudic. 11.

Gen. 25.

Chryſ. ho. 3. in Matt ſub initio 2. in princ.

Si ſapimus, propriarum conemur nobilitari honore virtutum.

B. Aug. lib. de Bono Coniu. c. 16. 10. 6. circa fin.

Canon X.

De Chriſto.

Chriſti tenta-

Cùm in Euangelicis literis tentationes Chriſti deſcribuntur, aut colloquia, ſiue

Ange-

tiones, colloquia euiſdēq; & Apoſtolorum ſermones diſputationesq; Euangelijs comprehenſæ, compendio duntaxat, & breuiter enarrare.

Angeli cum Virgine Deipara, ſiue Chriſti cum Nathanaele, Nicodemo, Samaritana, aut cum alijs pleriſque enarrantur, aut diſputationes variæ cum Iudæis, ſiue cum Capharnaitis, ſiue cum diſcipulis traduntur, aut conciones habitæ à Chriſto, & Apoſtolis commemorantur, non oportet ſemper eas enarrari tā latè, & copiosè, ac geſtæ vel habitæ ſunt, ſed tātùm rerum capita, & breue tantùm compendium earum rerum ab Euangeliſtis traditur. Sæpè enim quæ multis verbis dicta ſunt, & multo tempore geſta, vnius aut alterius verbi ſumma perſtringuntur: quæ regula ad multa, quæ in Euangelijs, & Actibus Apoſtolorum conſcripta ſunt, plurimum poteſt conferre. Eſt enim Scriptura verbum abbreuiatum, de qua Hieronymus in capite 12. Eccleſiaſtis circa finem: *Scriptura*, inquit, *diuina breui circulo coarctata eſt, & quantum dilatatur in ſenſibus, tantùm in ſermonibus conſtringitur. Quia conſummatum, breuiatumq́; ſermonem fecit Deus ſuper terram.* Hæc ille, poſtquàm dixerat ex ſententia Salomonis breuitati ſtudendum, & ſenſum magis ſectandum eſſe, quàm verba aduerſus Philoſophos, & ſæculi huius Doctores, qui ſuorum dogmatum falſitates conantur aſſerere varietate, ac multitudine ſermonum. Et poteſt illuſtrari exemplo Ionæ, cui nautæ dixerunt: *Indica nobis cuius cauſa malum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu?* Vide quot interrogationes conficiunt, vbi vna ſatis eſſe poterat.

Luc. 1. *Ioan. 1.* *Infrà 3. & ſeq.* *Infrà 4. & ſeq.*

Qualis Scriptura ſit.

B. Hier. to. 7. à medio. *Iſai. 10. & Rom. 9.*

Quid proprium Philoſophorum, mundiq; ſapientum.

Ionæ 1.

Canon XI.

De Chriſto. Chriſti prædicatio à beatitudine cur ſumat exordium.

Chriſtus prędicationem ſuā à beatitudine exorditus eſt, dicens: *Beati pauperes ſpiritu*, &, *Beati mites, &c.* quia, vt teſtis eſt Theodoretus, filium Dauid ſe voluit oſtendere, qui dixit: *Beatus vir qui non abijt, &c.* Chryſoſtomus quoque homil. 4. in Marcum, iuxta initium: *Quantum in meo corde, legens Legem, legens Prophetas, legens Pſalterium, nunquàm regnum cœlorum audiui, niſi in Euangelio. Poſt quàm enim venit ille, de quo dictum eſt: Regnum Dei intra vos eſt, apertum eſt regnum Dei. Ante enim aduentum Saluatoris, & Euangelij claritatem, antequàm Chriſtus aperiret paradiſi ianuam cum Latrone, omnes ſanctorum animæ ad inferos deducebantur.* Auguſtinus etiam libr. contra Fauſtum Manichæum: *Non temerè dixerim, neſcio vtrùm quiſquam in illis libris (ſcilicet veteribus) inueniat nomen regni cœlorum, quod tam crebrò nominat Dominus. Dicitur quidem ibi: Diligite ſapientiam, vt in æternum regnetis. Et ipſa vita æterna ſi non illic in manifeſto prædicaretur, non diceret Dominus etiam malis Iudæis: Scrutamini Scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere: ipſæ teſtimonium perhiberent de me: quomodo enim niſi ad hoc pertinet, quod ibi ſcriptum eſt, Non moriar, ſed viuam, & enarrabo opera Domini, &c. Illumina oculos meos; ne obdormiam in morte, &c. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ?* Et paulò pòſt: *Illi autem ſunt in pace. Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt: & in paucis vexati, in multis benè diſponentur. Et alio loco, iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio eorum apud Altiſſimum: ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini. Vbi habet euidentem de vita animæ poſt mortem ſermonem. Sicut & apertè Daniel dixit: Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabūt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant ſemper. Tectè autem de reſurrectione dictum eſt: Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sanguis enim etſi anima non ſit, non eſt tamen ſine anima.*

Matth. 5. *Ibidem.* *Pſal. 1.* *B. Theod. in Pſal. 1. init. tom. 1.* *B. Chryſ. to. 2. circa fin.* *Luc. 17.* *Aug. lib. 19. cont. Fauſt. Manich. c. vlt. init. to. 6.* *Sap. 6.* *Ioan. 5.* *Pſal. 117.* *Pſal. 12.* *Sap. 3.* *Infrà 5.* *Dan. 18.* *Gen. 4.*

Corporū reſurrectio vbi inſinuata.

Canon XII.

De Lege Euangelica. Legis Moyſi, & Legis Chriſti, id eſt, Euangelicæ, diſcrimen aſſignatur.

Cùm leges ciuiles, & imperiales nō omnia crimina & delicta puniant, ſed illa tantū quæ vnitatem, & pacem Reipublicæ diſſoluere ſolent: hinc factum eſt vt Lex Moſaica, quæ magna ex parte politica erat, maximè in præceptis, quæ ad iudicia ſpectant, & rudi, & imbecillo populo tradita, vt quędam impunita peccata relinqueret, & de peccantibus vindictam non ſumeret. Talia erant, vſura, plurium vſus vxorum, diuortium, odium inimicorum, & ſimilia interna vitia, quæ in actiones externas non ſe porrigebant. Cæterùm lex Euāgelica, quæ & immaculata, ſiue irreprehenſibilis à Propheta vocatur, nullum vel minimum ſiue cordis, ſiue oris, ſiue operis delictum non prohibet, & omnia malè facta ſua die vindicanda pronuntiat, & de omni verbo otioſo exigendam rationem declarat. Hinc apertum Legis, & Euangelij diſcrimen colligitur, quòd illa Moyſis, ſicut & aliæ ciuiles, vitioſos multos actus externos, & internas odij, iracundiæ, & concupiſcentiæ motiones non vindicabat, ſed eatenus permittebat, quatenus illas non caſtigabat. Hinc dicta eſt Lex non cor, ſed manum cohibere. At in Euangelio nulla (vt diximus) vel leuiſſimi delicti permiſſio facta eſt. Etſi verò 9. & 10. præcepto prohibeantur tum concupiſcentia vxoris alterius, tum rei alienæ cupiditas, & per Prophetas interdicat malas & noxias cogitationes: *Vſquequo*, inquit, *morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Et Iſaias: *Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis*: dicendum eſt, eiuſmodi prohibitiones ad Moſen legiſlatorem

Deut. 23. & ſæpè aliàs. *Infrà 24.* *Leuit. 19. & Matth. 5.* *Pſal. 18.* *Matth. 12.* *Rom. 7. & ſeq.* *Matth. 5. & ſeq.* *Exod. 20.* *Ierem. 4.* *Iſai. 1.*

Si quando in Lege, vel Prophetis vita prohibentur interna, id potiùs ad perfectionē Euangelicā, quàm legalē referendum eſt.

torem propriè non ſpectare, ſed ad Chriſti Legem Euangelicam, quam per Moſen vt Prophetam, & cæteros omnes vates cœpit diſſeminare, quaſi propriam Meſsiæ Filij Dei, qui præceptū fidei, & dilectionis quaſi ſuum Moſaicæ miſcuerat Legi.* Lex enim Euangelica, quod attinet ad eius ſubſtantiā, id eſt fidem, ſpem, charitatem, Chriſtū & Spiritum ſanctum, non autem alia, quæ ſecundo loco ſunt, vt Sacramenta, ſemper cum omni lege, ſiue naturæ, ſiue Moſaica concurrit, vt homines ſalutis ſuæ poſſent eſſe capaces, licèt apertiùs poſt exhibitum Chriſtum, & datum Spiritum ſanctum de cœlo. Hinc apud Matthæum cùm veterem reformat, & corrigit Legem, ſæpe addit, *Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio:* &, *Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo:* &, *Ego dico vobis non iurare omninò:* &, *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos.* Cùm tamen illa omnia ad Legem naturalem & moralem ſpectent, ad cuius perfectionem nitebatur Dominus Legem Moſaicam reuocare.

Lex Euangelica in quo conſiſtat.

Act. 2.
Matth. 5. & ſeq.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

CANON XIII.

Qualis in Vetere, qualis in noua Lege ſeruatus modus iurandi.

In Veteri Teſtamento iuramentum eſt: *Viuo ego, dicit Dominus*, ad condemnationem mortuorum deorum, per quos idololatræ iurant. Et Pſal. 88. *Semel iuraui in Sancto meo*, id eſt, Firmiter, & per ſanctitatem meam, aſſerui. In nouo autem: *Amen amen dico vobis*, vel: *In veritate dico vobis*: vt teſtis eſt Hieronymus. Nimirum quod Iudæis dictum eſt: *Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua*, ne videlicet per deos alienos iurarent. Nobis verò dictum eſt, *Ego autem dico vobis non iurare omninò.* Vnde Amen, amen, &, In veritate, & verè, & certè, & ſimiles particulæ, non ſunt propriè iuramenta, ſed aſſeuerandi modi. Et Baſilius in Pſalmum 14. *In Nouo Teſtamento iurare minimè licet. Sunt autem quidem figuras habentes: non tamen iuramenta omninò exiſtentes, ſed remedia potiùs perſuadendi: vt Ioſeph Aegyptium familiarem ſibi reddere cupiens, per ſanitatem iurauit Pharaonis. Et Apoſtolus charitatem ſuam erga Corinthios oſtendere volens, ait: Per gloriam veſtri, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Non enim Euangelicæ doctrinæ immoriger fuit, & inobediens is, cui concreditum erat Euangelium, ſed ſimplici ſermone ſub forma iuramenti reddito, gloriationē quam in ipſis habebat, omnium ſibi pretioſiſsimam eſſe, hoc verborum tropo vſus oſtendit.* Idem ibidem tradit Euthymius. Fertur etiam Cliniam Pythagoreum laudatum, quod cùm per verum iuramentum poſſet euadere mul-

Deut 32. & alibi ſæpè.
2. Reg. 7.
B. Hier. in Matth. cap. 5. tom. 9. init.
Exod. 20. & Matth. 5.
Ibid.
B. Baſil. to. 1.

Quæ videantur iuramēti ſpeciem habere, nec tamen ſit.

Geni 42.
1. Cor. 15.
Gal. 2. & 1. Cor. 9. & 1. Theſſ. 2. & 1. Tim. 1. & Tit. 1.
Euthym. in Pſal 14.

Clinij Pythagorici mira iuramenti religio.

ctam trium talentorum, iniuriam pati voluit potiùs quàm iurare; Euangelicum dictum cuſtodiens. Formam iurandi Chriſtianis Paulus reliquit, dicens: *Teſtis mihi eſt Deus, cui ſeruio:* rurſus, *Ego teſtem Deum inuoco.* Theophylactus in Matth. cap. 5. circa finem: *Iurare* (inquit) *& adijcere ampliùs ad etiam, vel non, à diabolo eſt. Porrò ſi dixeris quod & lex Moſis mala erit, quoniam iurare iubet: Diſce quod tunc non erat malum iurare: poſt Chriſtum autem malum eſt, ſicut & circumcidi, & in ſumma quicquid eſt Iudaicum.* Hæc ille: cuius verba apertum exceſſum loquendi continent. Non eſt enim ita interdictum iuramentum in Lege gratiæ, vt non liceat, exigente cauſa, aut charitate, etiā cum merito illud vſurpare: imò eſſet error, & hæreſis manifeſta hoc negare. Sed quia nouerat Dominus linguæ labilitatē, & ab aſsiduo vſu iurandi procliue eſſe in periurium incidere; meritò illud nobis interdixit, & ſuo exemplo, quomodo ſit aliquid affirmandum, nos erudiuit. Quòd verò olim Dominus iuraret, & diceret, *Viuo ego, dicit Dominus*: partim factum eſt propter hominum incredulitatem, quo nos ſecuriores redderet. Vnde Hieronymus in Iſaiæ cap. 14. *Iurat Dominus, cui etiam non iuranti credendum eſt, quod ſua æſtimatio nō fallatur, & quod mente concepit, irritum non fiat. Hoc autem humano loquitur affectu, quòd ſcilicet non fallatur, qui falli non poteſt.* Partim etiam, quo ſignificaret immobilem promiſsionem eius rei, quàm iureiurando confirmat. Vnde Damaſcenus ſcribit, quòd iuramentum ſignificat immutabilitatem conſilij eius: eo quod apud nos contractus qui inuicem fiunt per iuramētum rati ſunt, firmitatemque habent.

Iuramenti à Paulo traditi Chriſtiani formula iuſta.

Rom. 1. & Philip. 1. & 1. Cor. 1.
Theoph. operis initio.
Leuit. 19.

Si malum eſt iuramētum, illud Lex Moyſi à Deo profecta cur patitur, ait Theophylactus.

Iuramentum quatenus à Chriſto prohibitum.

Matt. 5.
Iacob. 5.

Iuret cur Dominus.

Deut. 32.
Ezech. 33. & alibi.
B. Hier. in Iſai. lib. 5. nō procul ab initio, tom. 5.
Iſt. tatio.
Heb. 6.
D. Ioan. Damaſc. lib. 1. de Orthod. fide, c. 14. prope fin.

CANON XIIII.

Cyrilli, & Auguſtini continet Regulas. Prior quidē lib. 3. in Ioan. cap. 37 *Solebat*, inquit, *Chriſtus ſanctorum virorum gloriam non modò non deprimere, aut obſcurare, ſed illuſtrare potiùs, & confirmare. Verùm cùm inſcitia nonnullorum fieret, vt Chriſti excellentia non agnoſceretur, ac ideo plus illis tribueret, cōmodiſſimè, ac ſubocculte ab ipſa rerum collatione, in infinitum ſe illis præſtare, modeſtiſsimè oſtendit. Ita Samaritana cùm dixiſſet Chriſto: Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum? Volens Dominus eam ab huiuſmodi opinione remouere, ac ſe abſque comparatione maiorem oſtendere, ad aquarum differentiam deſcendit: Omnis, inquit, qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, &c. Ex quo probauit longè ſe maiorem eſſe Iacob, qui lōgè maiora, quàm ille, præſtare poterat.*

De Chriſto. Magnis viris priùs à ſe cōmendatis cur ſe Chriſtus tandem lōgè maiorem eſſe demōſtraret.

Ioan. 4.
Geneſ. 33. & Infrà 48. & Ioſu. 24.

Deinde

Chriſti, & Moyſi differentia.
Ioan.6.
Exod.16.
Num.20.

Deinde, cùm ſuperbirent Iudæi de Lege, ac Moſe legiſlatore, ac cum Chriſto, & Euangelio Legem anteponerent, dicentes Moſen dediſſe manna, & fluxum aquarum de petra: apertè ſe verbis Moyſi non prætulit, ſed maiora ſe daturum promiſit, cum dixit, Ego ſum Panis vitæ: qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Nam qui manna edebant, rurſus eſuriebant, & qui bibebant aquam eductam de petra, rurſus iterum ſitiebant. Sed qui ederit panem Chriſti, & aquam biberit, non eſuriet, nec ſitiet in æternum. Hoc ille in ſenſu. Quam ſententiam Chriſtus confirmauit Ioan. 5. vbi ſe apertè Moyſi prætulit: *Si crederetis,* inquit, *Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit.* Et cap. 1. Ioannes Baptiſta prædicabat: *Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta:* & infrà: *Deũ nemo vidit vnquàm* (hoc eſt, nec ipſe quidem Moſes) *Vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit.*

Vnde confirmetur hæc doctrina.
Ioan.5.
Suprà 1.

Quibus verbis oſtendent ſe Chriſtus Dauide maiorem.
Matth.22.

Ad hæc cùm Dominus videret ſe à Iudæis vt hominem tantùm haberi, interrogauit eos, Chriſtus cuius eſſet Filius? & cùm dixiſſent, Dauidis, cótinuò ſubintulit Dominus, *Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens; Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?* Præthereà cùm Matth. 12. protuliſſet exemplum Ionæ, qui plus fidei inuenerat apud Niniuitas, quam ipſe inueniret apud eos; & exemplum Salomonis, ad quem venit à finibus terræ regina Saba, audire ſapientiam eius: tandem de ſeipſo modeſtè intulit: *& ecce plusquàm Ionas hic, &, ecce plusquàm Salomon hic.* Similiter cùm Ioann. 8. dixiſſet, *Abraham exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt*, Iudæi putantes eſſe imperitum aliquem, & ſui ipſius iactatorem, obiecerunt illi; *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* Replicat Dominus, *Amen amen dico vobis, antequàm Abraham fieret, ego ſum.*

Idem ſe præterea quibus maiorem oſtendent.
Suprà 12.
Ionæ 3.
3. Reg. 10. & ſeq.

Iu[illegible] de C[illegible] humile iudiciũ, ac ſuperbũ.
Ioan.8.

At verò viri magni, & Chriſti Spiritu præditi, vbi Chriſtum agnouerant, ille ſuper omnia ſeſe ſubijciebant, & ſupponebant tanquàm eius ſerui. Vnde Ioannes Baptiſta tantoperè laudatus à Chriſto, vt dixerit de eo, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior*, & in tanto pretio habitus à Iudæis, dicebat tamen, *Veniet fortior poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius:* & iterum, *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Paulus quoque, qui tantus erat Apoſtolus, hunc morem ſecutus in Epiſtola ad Hebræ. Chriſtum præfert Angelis, qui præceptũ adorandi Chriſtum habuerunt. Oſtendit quoque illum maiorem fuiſſe omnibus Prophetis, & Moſe, & Aarone, & Melchiſedeco. Idem Corinth. 15. conferens illum cum Adam, pronuntiauit: *Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis.* Et ita cùm nos ſãctos Dei celebramus, aut magnificamus, præferre tamen, aut æquare illos Chriſto impium eſt, ſed omnibus præferri debet Chriſtus, vt Dominus ſeruis, Creator creaturis, Redemptor redẽptis. Vt ita Ieſus maior ſit Adamo, Abrahamo, Melchiſedeco, Iacobo, Moſe, Dauide, Iona, & Salomone, atque adeò Angelis vniuerſis.

Sanctorum omnium victoru in Chriſtum honor, & reuerentia.
Matth.11.
Ibidem.
Luc.3.
Ioan.3.
[illegible]bus ſ[illegible] [illegible] [illegible]gni [illegible] [illegible]no.
Hebr.1.
Infrà 3. & ſeq.
Infrà 7.
Gen.2.
Sãcti omnes infra Chriſtũ laudãdi ſunt & magnificandi.

Huic Regulæ proxima eſt, & coniuncta altera. Cùm enim Chriſtus maxima, & altiſsima Regni Dei myſteria coram Iudæis proponeret, etiamſi non ignoraret multos adeſſe inſidiatores; & obſeruatores, qui malignè omnia dicta ſua eſſent excepturi: non tamen propterea ſibi contrarius extitit, cùm dixit: *Nolite dare ſanctum canibus; neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos.* Nam Princeps ſuis legibus non arctatur: nec hæc propter ſe dicebat, ſed propter alios, qui libenter illa erant inde accepturi, & in corde ſuo conſeruaturi, & propter nos, qui poſteà ea eramus lecturi. Hanc Regulam tradidit Auguſtinus libr. De ſermone Domini in Monte, his verbis: *Quod Dominus noſter quædam dixiſſe inuenitur, quæ multi qui aderant, vel reſiſtendo, vel contemnendo non acceperunt, non putandum eſt ſanctum dediſſe canibus, aut margaritas miſiſſe ante porcos. Non enim dedit eis qui capere non poterant, & ſimul aderãt, quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat.* Hæc ille.

Regni Dei myſteria Chriſtus nequaquã indignis atq; maleuolis, ſed fidelibus tantũ, & ſuę ſalutis amanuſsimis tradebat, & explicabat.
Matth.7.
B. Aug. lib. 2 c. 32. prope init. tom. 4. circa fin.

Canon XV.

Parabolæ, quas frequẽter Chriſtus vſurpabat, etſi maximam vtilitatem erudiendo intellectui, & inflammandæ voluntati noſtræ, & adiuuandæ memoriæ ad ea quæ dicebantur, retinenda continerent: Dominus tamen ob eam potiſsimùm rationem producebat, vt doctrinã Euangelicam impijs, & malignis celatã traderet, ne illa exaſperati in eum inſurgerent. Iſq; vſus fuit parabolarũ omnium, quibus Prophetæ vſi ſunt in Veteri Teſtamẽto. Nam eiuſmodi prouerbijs, & ſimilitudinibus doctrinam Chriſti parabolis inuoluendã præludebãt. Verùm Dominus ſeorſim omnes illas Apoſtolis exponebat, vt inſinuaret, hoſtibus ſuis doctrinam celandam, amicis verò ſuis ſuo loco, & tempore aperiẽdam. Ita, vt quemadmodũ Ariſtoteles libros de Phyſico auditu ad Alexandrũ ſcripſit fuiſſe conſcriptos, & non conſcriptos, propterea quod maximis

De Chriſti parabolis.
Quare Chriſtus parabolis, iiſq; tam difficilibus, & obſcuris vti voluerit.
Matth 13.
Pſal.77.
Parabolas Chriſt⁹ ſeorſim Apoſtolis cur explicaret, teſte Marco.
Marc.4.
De ſuis de Phyſico auditu libris conſcriptos

quale iudiciũ tulerit Ariſtoteles.

ambiguitatibus, & obſcuritatibus conſtarent, ita Dominus Ieſus vna, & eadem opera doctrinã ſuam texit, & obumbrauit impijs, & communicato ſuo Spiritu fidelibus detexit, ac explicauit.

Canon XVI.

Sẽtẽ de Chriſti parabolis ex tribus potiſſimùm capitũ, quas Chriſtus nobis non aperuit, parabolarũ ſenſum debemus colligere.

Parabolarum intelligẽtia, quas Chriſtus non explicauit, ex tribus potiſsimũ venanda eſt: nimirũ ex radice, ſiue ſcopo, ob quẽ dicuntur, qui vt plurimum ante ingreſſum parabolæ ab Euangeliſta traditur. Deinde ex ipſo cortice, ſiue ſigno ſenſibili ſimilitudinis adhibitæ, quæ quo vilior eſt, ac nobis notior, & familiarior, eo magis ſenſum intentum, & præcipuum nobis repræſentat. Demùm colligitur ex medulla, ſiue ex fructu ipſius parabolæ, qui finita ſimilitudine vno aut altero verbo ab Euangeliſta explicatur.

Parabolicæ comparationes ex triplici capite fieri cõſueuerunt.

Senſus igitur parabolæ literalis non eſt ex prima & propria vocum ſignificatione accipiendus; ſed ex rebus ipſis per voces ſignificatis, quæ humiliores, & viliores aſſumuntur ad maiores, & excellentiores ſignificandas: atque in eis comparatio, quæ fit à carnalibus ad ſpiritualia, vel à terrenis ad cœleſtia, plerunq; fit à ſimili, quandoq; à maiori ad minus affirmatiuè, vel à minori ad maius negatiuè, interdum vero à cõtrario: quæ acuto, ac diligẽti lectori attẽtè inſpicienda eſt. Et in parabolis, ſicut & in metaphoricis, illud eſt obſeruandum, eatenus eſſe comparationem accipiendam, quatenus ſcopo, ſiue propoſito loquẽtis deſeruit: & ideo non eſt ad alia extendenda, quę nõ niſi durè, & violenter applicantur: vt ſeptimo libro latiùs proſecuti ſumus. Hinc Auguſtinus libr. De ciuit. Dei rectè admonet. *Non ſanè omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt: ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea, quæ nihil ſignificant, attexuntur. Solo enim vomere terra proſcinditur: ſed vt hoc fieri poßit, cætera etiam aratri membra ſunt neceſſaria: & ſoli nerui in citharis, atque huiuſmodi vaſis muſicis aptantur ad cantum: ſed vt aptari poßint, inſunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonãt, his connectuntur. Ita in Prophetica hiſtoria dicũtur, & aliqua quæ nihil ſignificant, ſed quibus adhæreant quæ ſignificant, & quodammodò religentur.* Hæc ille.

Parabola, ſicut & metaphora, quatenus adhibenda.

B. Aug li. 16. de ciuit. Dei, c. 2. in. ſi. to. 5.

Propheticã hiſtoriã Auguſtin⁹ duobus aſſimilat.

Poteſt tamen in parabola multiplex ſenſus, & ille quidem ædificans colligi: nam & ex ipſo cortice aliquid quod charitatem, aut prudentiam, aut alias virtutes ædificet, hauriri poteſt. Ex medulla verò non vnus, ſed varius ſenſus, qui charitati congruat, à diuerſis veterib⁹ Patribus accipitur. Interdum verò ſunt quædam parabolæ, quæ manifeſtas habent allegorias, vt Patres annotârunt, quanquàm vera allegoria, quæ colligitur ex factis, & verè geſtis veteris Teſtamenti ad inſinuanda myſteria Noui, non inuenitur in parabolis, quæ ex artificiosè cõfictis, & proximè ad veritatem accedentibus narrationibus à Domino conflata eſt. Et vt Saluator noſter in Euãgelijs quaſdã parabolas interpretatur, ſic & Prophetæ: vt ait Origenes in Ezechielem. Nam illam Iſa. 5. de vinea, interpretatus eſt Iſaias, & illa Ezech. 47. de aquila alarum grandium, & illa Ezech. 5. parabola raſorum pilorum, & apud Danielem multæ viſiones expoſitæ ſunt ab Angelo.

Parabolæ multiplicem eumq; charitatem ædificantem ſenſum poſſunt admittere.

Vera allegoria in parabolis Euangelicis locum nullum habet.

Matth 3. & ſeq.

Ibidem & ſeq.

Iſai. 5.

Ioan. 16.

Orig. ho. 11. in Ezech. tom. 1.

Quantum in Prophetis parabolarũ, prouerbiorumq; explicationem habeamus.

Canon XVII.

Solet Deus, quãdo magnifica, & ſublimia operaturus eſt, teſte Chryſoſtomo, ante multa tempora illa prædicere, exercẽs hoc pacto ſuorum auditum, quo faciliùs & certiùs accipiant eorum aduentum: quæ quidem Regula multis exemplis illuminari poteſt. Nam ad incarnationis Myſterium faciliùs ſuſcipiendum, tanto antè tempore per Iſaiam prænuntiauit Virginem concepturam, & parituram Emmanuelem. Et Chriſtus in Euangelio paſsionem ſuam, & à morte reſurrectionem frequenter inculcauit, quo minus de eorum euentu dubitarẽt: quia incredibile videbatur Filium Dei mori poſſe, vel mortuum ad vitam reuocari. Admirandum prętereà Aſcenſionis myſterium interdum, hoc eſt Ioan. 1. & 6. & 20. prænuntiauit; vt ita maiorẽ fidem apud Apoſtolos inueniret. Mirabile etiam, & ſalutiferum Euchariſtiæ myſterium non ſolùm prædixit, ſed & promiſit, & ſibi repugnantes Ioan. 6. compeſcuit; vt cùm in menſa cœnę paſchalis audirent: *Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum,* in memoriam reducerent verbum Domini anno ante paſsionem integro ad ſe dictum: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Denique cùm difficile, & creditu arduum videretur vni Petro inter Apoſtolos, & ſuper omnes Apoſtolo Eccleſiam vniuerſam regendam commiſiſſe; longè ante pollicitus illi fuit claues Regni cœlorum, quibus quicquid ligaret in terra, eſſet ligatum in cœlo; & quicquid ſolueret in terra, eſſet ſolutum & in cœlo.

De Chriſto. Cõſueuit diuina maieſtas quæ magna & admirabilia facere conſtituit, ea multo antè tempore prænuntiare.

B. Chryſ. ho. 1. in Epiſt. ad Rom. tom. 4. in princ.

Primus loc⁹. *Iſai. 7. Matth. 1.*

II. locus.

III. locus.

IV. locus.

Matth. 26.

V. locus.

Ioan. vlt. Matth. 16.

Canon XVIII.

Circa Dei miracula illud eſt obſeruandũ, Deum tunc illa edere, quando aliquid fide à nobis eſſe accipiendum præcipere vult. Huius autor Canonis eſt Chryſoſtomus, qui homil. 14. in Matth. *Quando nouum,* inquit, *fit aliquid atq; præcipuum, ſigna Deus facere conſueuit, præſtans quædam pignora ſuæ potentiæ*

De Chriſti miraculis. Legi cupiẽs à te ferendæ Dominus fidem & autoritatem præſtruere conſueuit virtute ſignorum.

B. Chryſ. 14.

.ſub init. .en.1.& ſeq. Infrà 9. Suprà 7. & ſeq.

tentia hi qui legẽ eius accipiunt. Sic igitur cu hominem facturus eſſet, prius mundum creauit, ac tum demùm facto homine Legem in Paradiſo dedit. Et tum ſancto etiam Noe legem poſiturus eſſet, magna vtique mirabilia monſtrauit, per quæ inſtaurauit omninò creaturam, ac terribile illud pelagus per annum certè integrum toto fecit orbe diffundi, iuſtumq́ illum in tanta totius mundi tempeſtate ſeruauit. Abraha quoque multa ſigna legitur præſtitiſſe, vt claram illam de Regum bello victoriã, vt inſignem quoq; aduerſus Pharaonem plagã, vt cùm de varijs illum periculis liberauit. Sed & Iudæis quidem cùm legem eſſet daturus, prius mirabilia illa, & prodigia magna oſtendit; ac tunc demùm eis præcepta Legis impoſuit. Ita hic quoque cùm ſublimem quandam viuendi introduceret etiam diſciplinam, & quæ nunquã ab illis fuiſſet audita, autoritatem mandatis ſuis præſtruxit de claritate ſignorum. Hæc ille. Quæ quidem ratio firma eſt, cur hodie, vt olim, miracula non videamus: quia nullam aliam Legem profitemur, quàm illam ipſam Legem Euãgelicam, quã ipſe ab initio tot ſignis, & prodigijs illuſtrauit.

Infrà 14. Exod.19.& ſeq. Infrà 20.& ſeq.

Signa hoc tempore in confirmationem Fidei Chriſtianæ, vt olim, nulla cur fiant.

Canon XIX.

De Chriſti miraculis.

Signa Chriſti & miracula ea circũſpectione fiebãt, vt apud aduerſarios certiſſimam obtinerent fidem.

Solitus eſt Dominus Ieſus miracula, quę per ſe, aut per ſuos edit, ita conſtabilire, & confirmare, vt nullum dubium de eorum veritate in mentibus aduerſariorum reſidere poſsit. Huius Regulæ autor eſt Chryſoſtomus in Ioannem: *Seruat hunc morem ſæpenumerò Chriſtus, vt maiorem in modum impudentibus ſilentium imponat. Siquidem in quinque panum miraculo, ne quid ſuſpicionis oriretur, non tantùm miraculum fecit, ſed voluit vt multa fragmentorum reliquia ſupereſſent: & mundato leproſo, Vade, ait, oſtende te Sacerdoti. Simul vt miraculo certam fidem faceret, & calumniantium ipſum Legem Dei præuaricare impudentia ora comprimeret; idem in nuptijs fecit: non enim vinum ſimpliciter oſtendit, ſed ferri architriclino imperauit, vt qui id neſciret, confitendo indubitatum perhiberet teſtimonium, hac gratia Euangeliſta inſcium architriclinum, vnde id vinum eſſet, demonſtrauit, vt incorruptum iudicium oſtenderet. Et cùm mortuum ſuſcitauit, Date, inquit, ei manducare, vt certum reſurrectionis ſignum præberet. De Lazaro dixit, Soluite eum, & ſinite abire, & paralytico ſanato dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula, in ſignum reſtitutæ, & corroboratæ ſanitatis. Signum etiam claudi ex vtero matris per Petrum editum ad Speciosam templi portam, tam efficax, & apertum fuit, vt Iudæi dicerent: Quid faciemus hominibus iſtis; quoniam quidẽ nouum ſignum factum eſſe per eos omnibus habitantibus Hieruſalem manifeſtum eſt, & non poſſumus negare. Vides ergo ab aduerſarijs teſtimonium de Petri miraculo allatum.*

D. Chryſ. ho. 36. in Ioan. ante dimid. Tom.3. Matth. 14. Infrà 15. Suprà 8. Ioan. 2. Marc.5. Ioan.5. Act.3. Infrà 4.

Canon XX.

De Nouo inſtrumento. Quid myſterij habeat, in priori Teſtamento eorũ, qui à Deo ſingularibus ſunt donis ornati, quod ætas exprimitur, in poſteriori verò Apoſtolorũ, & Martyrũ, aliorumq́ue Sanctorum ferè ſupprimitur.

Illud apertum; & frequẽs eſt in Scripturis Veteris Teſtamẽti, vt eorum, in quos inſigne aliquod beneficium diuinitùs collatum eſt, anni enumerentur: In Nouo verò Teſtamento id omninò negligatur. Ecce Iob ſcribitur vixiſſe poſt flagella cẽtum quadraginta annis: & Tobias poſtquã illuminatus eſt, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum ſuorum. Iudith poſt victoriam de Holoferne, mãſit in domo viri ſui annos centum quinq;, vt habetur in fine libri ei⁹. Et Ezechię regi ad mortem laboranti, & cui per Iſaiam prędictum erat: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues,* poſteà ei preces cu lacrymis ad Deũ fundenti per eundem Prophetã reſpondit Dominus, *Audiui orationem tuã, & vidi lacrymas tuas, ecce, ego adijciã ſuper dies tuos quindecim annos.* Deſcribitur ergo vita exacta vt plurimum poſt acceptũ miraculo beneficiũ, quòd pretioſa eſſet eo tempore vita, & iuſtis à Deo promiſſa propter legis obſeruantiã: hinc illud, *Honora patrẽ tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.* Idcirco recenſentur anni Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Ioſephi, & Moyſis: de annis verò Apoſtolorum, & Martyrum mentio nulla. Dabatur ergo eis prolixior vita, vt longo tẽpore teſtes eſſe poſſent Diuinę virtutis, & gratię acceptæ apud homines obliuioſos, & ad fidem illos excitarent. Contrarium verò contingit in Nouo Teſtamento, qui enim donum aliquod ſigno diuino accipiunt, tamen eorum ætas poſt ſignum exacta non ſolet narrari, eo quòd Chriſto iam agnito, & in cœlo nos expectante, vita non ſit ampliùs ita chara, & pretioſa, vt olim: quia noſtrum eſt cum Paulo dicere, *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto;* & cum Simeone: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine.*

Iob. vlt. Iudith. vlt. Tob. vlt. Iſa. 38. 4 Reg. 20. 2. Paral. 32. Exod. 20. Gen. 25. Infrà 35. Gen. 47. Infrà 50. Deut. vlt. Philip. 1. Luc. 2.

Morbi à quo quis diuinitùs liberatus ſit, diuturnitatem cur exprimant Euangeliſtæ.

Solent Euangeliſtæ ætatem eorum in morbo, aut in cæcitate, aut in paralyſi exactam diligenter annotare, ad ſigni magnitudinem, & maiorem Chriſti vim, & bonitatem explicandã. Ita legimus cæci à natiuitate ſua, & pueri lunatici ab infantia à dæmone obſeſsi, & mulieris Hæmorrhoiſſæ, quę ꝑ duodecim annos morbo vexata fuerat, ſanitates: ita etiã paralytici ad piſcinam morbũ ꝑ triginta & octo annos duraſſe, recenſet Ioannes: & mulieris inclinatę, & ſpiritum infirmitatis habentis quæ per decem & octo annos laborauerat, Lucas expreſſit. Adde iſtis claudi à ventre matris, & ad templi portã Speciosam mendicantis ętatẽ: nam per plures quàm per quadraginta annos eo morbo detentus erat: vt habes Act.3. & 4. Et eodem libr. c.9. narratur Aeneæ cuiuſ-

Ioan 9. Mar. 9. Matth. 9. Ioan. 5. Luc. 13. Act. 3. Infrà 4. Infrà 9.

dam infirmitas, qui per octo annos iacuerat in grabato, & à B. Petro reſtitutus eſt. Itẽ c. 14. *Quidam vir Lyſtris infirmus pedibus ſedebat claudus ex vtero matris ſua; qui nunquàm ambulauerat. Cum dixit Paulus magna voce, Surge ſuper pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulabat.* Hæc enim ætas in morbo exacta plurimum conferebat ad ſignorum euidentiã, & illorum magnitudinem declarandam, ne quis illa calumniari poſſet vt falſa, vel tanquàm naturalia, & facilia. Quòd ſi obijcias Annæ propheriſſę, filię Phanuel, de tribu Aſer, annos enumerari in Euangelio, & Eliſabethæ matris Ioannis Baptiſtæ, & Zachariæ. Sed hæc non propter annos ipſos recenſentur, ſed quòd magnum Dei extiterit beneficium Annæ collatum, quod in fide, & precibus, & ieiunijs permãſerit per octoginta quatuor annos, donec videret meruit Meſsiã, ſicut & Simeon. Porrò Eliſabeth & Zacharias, grãdæui deſcribuntur, & ſteriles tanto tẽpore; vt inſigne Dei donum eluceret in generatione filij Præcurſoris Domini.

Infrà 14. — Luc. 1. — Suprà 1. — Ibidem. — Quorũdam Euangelia ætatem cur memorent ſolaem.

Canon XXI.

Imperatiuus nõ ſemper habet formam præcepti, ſed adhærens ominibus diuinis vim habet deprecãdi. Vt: *Miſerere mei Deus, miſerere mei, & exaudi orationem meam*: maximè ſi addantur, particulæ Hebrææ, na, & ana, id eſt, obſecro, vel quæſo, vt Dan 9. *Obſecro Domine*, & Pſal. 117. *O Domine ſaluum me fac obſecro.* Interdum etiam imperatiuo vtitur Deus in cõſilijs dandis: vt, *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia qua habes*, &c. *& veni, ſequere me*, &; *Vouete, & reddite Domino Deo noſtro*; &, *Solutus es ab vxore? noli quarere vxorem*; & illud, *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum*, & reliq. quod Chryſoſtomus admonitionem ſiue exhortationem vocat. Eſt etiam imperatiuus, quo peculiarem aliquam poteſtatem Dominus conferre ſolet. Nam illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*, illum inſtituit ſacerdotes, vt definitũ eſt in ſancta Synodo Tridentina: quemadmodum & forma Eccleſiæ, qua Epiſcopi vtuntur in promouendis ad ſacerdotium, imperatiua quoq; eſt, nempè: *Accipe poteſtatem offerendi in Eccleſia Dei, tam pro viuis, quàm pro mortuis, &c.* Summam etiam prouinciam regendæ Eccleſiæ, verbo imperij contulit Petro, cùm dixit, *Paſce oues meas*: & poteſtas facta Apoſtolis vniuerſum orbem peragrandi, & euangelizandi, illo præcepto Chriſto ſignificata eſt: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creatura.*

Multiplex modi imperandi vſus in ſacris literis. — Primus vſus. — Pſal. 117. — II. vſus. — Matth. 19. — Pſal. 75. — 1. Cor. 7. — Matth. 19. — B. Chryſ. ho. 5. de verb. Iſaiæ tom. 1. — III. vſus. — Luc. 22. — 1. Cor. 11. — Trid. Synod. Seſſ. 22. c. 1. — Ioan. 21. — Mar. vlt.

Quartò, ſeruit etiam interdum modus imperandi ad exprimendas comminationes: & debet cum irriſione quadam, & ſubſannatione proferri. Vt Deut. 32. *Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?* Et ſubdit irridendo: *Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſsitate vos protegant.* Et illud Ioan. 13. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*: id eſt, ſi ſolueritis, væ vobis, quia reſurgam. Et Dominus ad Iudam: *Quod facis, fac citius*: Væ tibi eſt, ſi feceris. Et Eccleſiaſtes; *Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tua, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum; & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.* Et ſubdit: *Adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt*: quaſi diceret; Si lætaberis in adoleſcentia, punieris grauiter in iudicio: *nam adoleſcentia* (inquit) *& voluptas vana ſunt.* Simili ratione Helias irridens Prophetas Baal, dicebat: *Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur.* Et Amos cap. 4. initio: *Venite*, inquit, *ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem; & offerte mane victimas veſtras, tribus diebus decimas victimas veſtras*, id eſt, ter in anno offerte decimas veſtras, vt ſoleris mihi offerre. In quæ verba Hieronymus: *Hæc autem præcipio*, inquit, *& imperatiuo modo loquor, vt veſtra ſatisfaciã voluntati: quia ſic egiſtis, & voluiſtis filij Iſrael.* Vnde & ſubdit Propheta: *Sacrificate de fermento laudem; & vocate volũtarias oblationes, & annuntiate: ſic enim voluiſtis filij Iſrael, dicit Dominus Deus*: quæ omnia cũ irriſione ſunt legenda, & intelligenda. Threno. 4. in fine eſt & aliud teſtimonium: *Gaude*, inquit, *& lætare filia Edom, qui habitas in terra Hus: ad te quoq; perueniet calix*: quo vltimo verbo explicauit eſſe irriſionem. Et in eodem capit. Amos in fine: *Quapropter hæc faciam tibi Iſrael: poſtquàm autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſrael.* Hoc eſt, teſte Hieronymo, *Occidiſti ſeruos quos ad te miſeram: mittam nouiſsimè Filium meum: tu autem iuxta conſuetudinem tuam, qua ſemper voluntati Domini reſtitiſti, præpara te vt contradicas, & aduerſeris Deo tuo, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionẽ multorum, & in ſignum cui contradicetur. Et hoc dicit non quo præcipiat quid facere debeat, ſed ante prædicit quid ſpontè facturus ſit, quaſi increpans, & arguens, vt ſaltem correptus non faciat quod prædictum ſit.* Hactenùs Hieronymus: quæ ironicum habent ſenſum. Vt enim ait Auguſtinus ad Simplicianum: *Multa ſunt in Scripturis, quæ niſi illo modo pronuntientur* (cum geſtu videlicet) *in contrariam ſententiam recidunt: ſicuti eſt, Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat, ſi quaſi cõfirmans*

IV. vſus. — Ioan. 13. — Eccleſ. 11. — 3. Reg. 18. — B. Hieron. in Amos lib. 2. initio, tom. 6. ante medium. — Hier. ibidem. ſiue in c. 4. in fine. — Matth. 21. & 23. — Ibidem. — Luc. 2. — Aug. lib. 2. ad Simplicianũ, q. 5. circa med. to. 4. iuxta dimid.

reſpon-

Rom. 8.

reſpondeas, vides quanta peruerſitas oriatur. Sic ergo pronuntiandum eſt, ac ſi dicatur: Deus ne qui iuſtificat? vt ſubaudiatur, Non vtique. Et ita interpretatur verba Heliæ de vidua quę alebat Heliam. 3. Reg. 17. iuxta 70. *O Domine teſtis huius viduæ, cum qua ego inhabito apud ipſam, tu malè feciſti vt occideres filium eius:* quod legẽdum dicit per interrogationem, vt non malefaciendi cauſa mortificauerit filium eius, ſed exhibendi miraculi ad gloriam nominis ſui. Et in verbo malefaciendi accepit malũ pro pœna & punitione, iuxta illud: *Si* (pro non) *erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.*

3. Reg. 17.

Malum pro pœna non rarò in Scripturis accipitur.

Amos 3.

V. vſus.

Quintò, eſt vſus futuri Imperatiui modi in tertia perſona loco Optatiui, more Hebræo. Vnde Origenes in Cantica: *Mos eſt Scripturarum, Imperatiuum modum pro Optatiuo ponere. Vt ibi: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuũ: pro vtinã ſanctificetur. Et nunc in præſenti: Oſculetur me oſculo oris ſui: pro eo quod eſt, vtinam oſculetur.* Sic ille. Et ita illud: *Oſculetur me,* & illud; *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam; & ſalutare tuum da nobis:* vox eſt veteris Eccleſiæ Chriſti in carne aduentum deſiderantis. Quæ ſanè Regula multos locos nobis explicat. Nam Num. 6. de benedictione ſacerdotis populo danda dicitur: *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem: quæ omnia etſi imperandi modo dicantur, per modum deprecationis & voti ſunt interpretanda.* Hinc Euthymius in illud Pſalmi: *Intende, proſperè procede, & regna; licet verba hæc Imperatiui ſint modi, vim tamen Optatiui habent: quemadmodùm ſæpiùs apud Scripturam repetitur: Sanctificetur, inquit, nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua: quæ verba nõ optatiui, ſed imperatiui ſunt modi, &c. Et tamen optantis animum referunt.* Hæc ille, quæ ad literam accepit à B. Baſilio in illum Pſalmũ. Ita intellige illud: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius; & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus ſic deficiant, &c.* Significat: Vtinã exurgat, & inimici eius profligati diſſipentur. Similiter illud accipe: *Deleantur de libro viuentium; & cum iuſtis non ſcribantur,* id eſt, Vtinã hoc fiat. Idem ſentiẽdum de illo loco: *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri;* & de alio: *Veniat ſuper me miſericordia tua, Domine, ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum,* &, *Fiat manus tua vt ſaluet me,* id eſt, Vtinam fiat. Eodem modo accipi debẽt qui ſequuntur loci: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob,* & reliq. *Benedicat nos Deus Deus noſter, Benedicat nos Deus,*

Orig. hom. 1. in Cantica, circa med. tom. 1.
Matth. 6.
Cant. 1.
Pſalm. 84.

Quorũ nobis locorum hæc Regula ſenſum aperiat.

Euthym. in Pſalm. 44. circa princ.

Matth. 6.

B. Baſil to. 1.
Pſalm. 67.

Pſalm. 68.

Pſalm. 66.

Pſalm. 118.

Ibidem.

Pſalm. 19.
Pſalm 66.

& metuant eum omnes fines terræ: Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras. Ita explicanda ſunt verba illa Iobis, quæ maledicentiam reſonãt: *Pereat dies in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo,* id eſt, Vtinam mihi contingere poſſet, vt ille dies nunquam fuiſſet in rerum natura, quo ſum editus in lucem, & nox illa, in qua conceptus. Similiter quod prædixit Dauid: *Cõſtitue ſuper eum peccatorem; & diabolus ſtet à dextris eius. Fiant filij eius orphani,* & reliq. non maledicentis, aut execrantis affectu, ſed futura prædicentis, & annuntiantis ſpiritu accipienda ſunt. Quod ex Hebrȩa conſtat veritate, quę habet: *Cõſtitues ſuper eum peccatorem; & diabolus ſtabit à dextris eius,* vbi Imperatiua reſoluenda ſunt in futura Indicatiui. Ita illud Iſaiæ: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua,* hoc Apoſtoli recitârunt per futurum Indicatiui, dicentes Act. 28. *Aure audietis, & non intelligetis.* Et illud Zachariæ 13. *Phramea ſuſcitare;* &, *Percute paſtorem,* apud Matthæum Dominus explicauit per futurum: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* Illud etiam Cantic. 1. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Duo illa Imperatiua, *abi,* & *paſce,* non ſunt verba præcipientis, vel ſuadentis bonum aliquod, ſed permittentis, & quaſi pœnam peccati prænuntiantis, & comminantis, & ſenſus eſt: O pulchra inter mulieres, ſi ignoraueris temetipſam conditam ad imaginem & ſimilitudinem Dei, recede à me, & ſocietate mea, & abi poſt veſtigia gregum: id eſt, iam digna non es loco paſcuæ meæ; ſequere veſtigia hominum carnaliter viuentium, & paſce iam non agnos, ſed hœdos à ſiniſtris ſtatuendos.

Philip. 4.

Iob 3.
Hierem. 20.

Pſalm. 108.

Iſai. 6.

Matth. 26.
Zach. 13.

Illud Canticorum: Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregũ tuorum, &c. quid ſignificet.

Gen. 1.

Poſtremò ſolent Prophetæ Imperandi modo mala aduerſarijs imprecari; cùm reuera eorum malorum potius contexant prophetiam & futuri habeant rationem, ſecundùm illud: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, &c.* Et, *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam; & furor iræ tuæ comprehendat eos.* & Pſal. 108. *Conſtitue ſuper eum peccatorem; & diabolus ſtet à dextris eius.* Infra: *Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.* Et Iſaias, *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* Iob quoque: *Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo.* Vnde Hieronymus in cap. 1. Threnor. prope finem eleganter ait: *Quando ſancti viri deprecatorio more contra hoſtes ſuos rogant, non voto malitiæ, ſed ſpiritu prophetiæ, hoc quod*

VI. ac poſtremus vſus.

Pſalm. 68.
Rom. 11.
Ibidem.

Iſai 6.
Iob 3.
Hierem 20.
B. Hier. lib. 1. in lamentat.
Hierem. 10. 5.

præſciunt futurum prædicunt; vel etiam contra ſpiritales nequitias orant, quas incorrigibiles eſſe ſciunt, vt iuſtam à Domino recipiant ſententiam. Hinc eſt illud quod in Pſalmo Propheta Dominum contra nocentes ſe precatur, dicens: Iudica Domine nocentes me. Aſſumpta pro nobis clamat infirmitas, vt dãnentur nocentes, id eſt, diabolus cum miniſtris ſuis, quod nouerat eſſe venturum. Hæc ille doctiſsimus Pater. Eandem phraſim vſurpant Prophetæ, cum congratulantur, aut ad laudem inuitant: Vt, *Lætamini Gentes cum plebe eius*, pro Gẽtes gaudete. Item, *Laudate Deum omnes Gentes: Iubilate Deo omnis terra*, & ſimilia permulta. Poſſet etiam mitigari illud genus imprecationũ; ſi aſſeramus, earum autores zelo diuinę iuſtitiæ, & vindicandæ gloriæ Dei, & ſiti ſpirituali expurgandæ Eccleſię ab infidelibus & peruerſis hominibus, qui illi bellum indixerunt, inflammatos, eiuſmodi punitiones à Deo efflagitaſſe. Sed de hoc alibi dixi, tantùm hæc ſit ſatis inſinuaſſe.

Pſalm. 34.
Deut. 32.

Canon XXII.

Solet Chriſtus cùm loquitur, magis ad mẽtem eorum, qui ſecum agũt, ſpectare quàm ad verba. Huius regulę autores ſunt Chryſoſtomus, & Cyrillus: hic quidem lib. 3. in Ioannem: *Conſuetudinem*, inquit, *fuiſſe Chriſto cognouimus, maximè quando ad imperitos Phariſæos loquebatur, corda illorum aſpicere, cogitationiſq; motus vt Deum examinare, ac ad ea, quæ illi mente verſabant, orationem nõnunquam accommodare. Ac ideò non ſerie à ſuperioribus quandoq; tibi ſermo procedit, cùm ad ea, quæ illi ſecum verterent, acutiſſimè oratio componatur.* Producit autem exemplum paralytici per tegulas demiſsi ad Phariſæos ſecum dicentes: *Quis eſt iſte qui blaſphemat?* quorum cogitationes ſciens Ieſus, reſpondit: *Cur cogitatis mala in cordibus veſtris?* Et alio loco: *Obſeruabant eum Phariſæi, & Scribæ, ſi Sabbatis curaret, vt accuſarent eum: & interrogabat eos ſi licet Sabbatis beneſacere, an non? Ipſe verò ſciens cogitationes eorum, ait homini qui habebat manum aridam, Surge, & ſta in medium.* Ita Luc. 1. reſpondit non ad verba quærentium ſigna de cęlo, ſed ad eorum mentem, dicens: *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.* Chryſoſtomus vero in Matthæum: *Chriſtus*, inquit, *ſæpe ad mentem interrogationem accommodat, non ad verba eorum (quemadmodùm ille qui interrogauit, Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?) Quoniam ceu ad hominem nudum, & vnum è multis Iudæorum magiſtris adijt; idcircò etiam ipſe quaſi homo ei reſpõdet: Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus Deus.* Cùm etiam loquitur cum Samaritana, quæ Chriſtum ceu vnum è plebe Iudæorum eſſe arbitrabatur, reſpondit vt vnus ex eis, *Nos adoramus quod ſcimus.* Et iterum loquens cum Iudęis, qui Chriſtum vt mendacem, & deceptorem eſſe putabant, dixit: *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum*, ſcilicet ſecundùm vos, qui me nudum hominẽ putatis, & ambitioſum, cùm tamẽ alio loco dicat ſolidiſſimum eſſe ſuum teſtimonium: dixit enim, *Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde veni, & quò vado.* Similiter cùm Apoſtoli apud Lucam dæmonia eieciſſent, morbos curaſsẽt, & virtutes multas feciſſent, reſpondit illis: *Videbam Satanã ſicut fulgur de cœlo cadentem*, id eſt: ne ob id quod dæmones vobis ſubijciuntur, inſolentes ſitis; ne tanquam Satanas è cœlo deturbatus eſt, ita vos à me, qui mitis ſum, & humilis corde, expellamini. Ad hæc Ioan. 13. interrogauit Petrus, *Domine quo vadis?* Ille reſpondit, *Quo ego vado, non potes me modò ſequi, ſequẽris autem poſteà:* non declarauit quò iret, vt petebat Petrus, ſed tantùm ipſum pro eo tempore non poſſe ſequi, ſed poſteà ſecuturum: quia Petrus ob id maximè deſiderabat ſcire quò ibat, vt eũ conſequeretur: vt annotauit B. Cyrillus. Demùm Nicodemo dicenti: *Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo:* deſignans ſe habere Chriſtum pro Propheta aliquo, cum quo Deus eſt per gratiam ſuam. At Chriſtus indicans ſe verum Deum, reſpondit: *Meritò de me ita ſentis, quia necdum de cœlo renatus es. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei*, id eſt, agnoſcere Chriſtum verum Dei Filium, & qui verum eſt regnum Dei.

De Chriſto. Mens fuit Chriſto, eorũ quos alloqueretur, ad mẽtem magis, quàm ad verba orationẽ ſuam accommodare.
B. Cyril. cõ. 3. in Ioan. initio. tom. 1. in prin.
Marc. 2.
Matth. 9.
Luc. 5.
Luc. 6.
Matth. 12.
Chryſoſt. hom. 44. in Matt. initio, tom. 2.
Matth. 19.
Ioan. 4.
Ibidem.
Infra 45.
Infra 8.
Luc. 10.
Iſai. 14.
Matth. 11.
B. Cyr. lib. 7. in Ioan. c. 25. tom. 1.
Ioan. 3.
Chriſtus verum eſt regnum Dei, renatis ſolis ſpectabile.

Canon XXIII.

Solet plerunque Dominus, quando de alicuius rei myſterio verba eſt facturus, ab Euangeliſta introduci id ipſum corporaliter faciens, vt ex eo occaſionem aſſumat de myſterio per illud ſignificato diſſerẽdi, vt tradit autor operis imperfecti in Matthæum. Exempla ſunt in promptu, ſiquidem à multiplicatione panũ, aſcendit ad diſputationem de myſtico, & Euchariſtico pane: ex lotione vrceorũ, & æramẽtorum anſam ſumpſit reprehendendi internã Immunditiam Phariſæorum, ex hydropico, quem ſanitati reſtituit, argumentum accepit compeſcendæ iactãtiæ: ex omnium bonorũ abdicatione propter regnum cœlorum facta, tranſiuit Dominus ad parabolam de mercenarijs conductis in vineã; & ab aqua corporea, quam Samaritana haurire volebat, eleuauit Dñs eius intellectum ad ſpiritualem fidei aquã expetendam: ex eo quoq;, quod

De Chriſto. Cœleſtem aliquam, & ſalutarem traditurus doctrinã Dñs, qualem ſoleat de ea diſſerẽdi occaſionem captare.
Auctor operis imperfecti 10 Matth. hom. tom. 2. operũ D. Chryſoſt.
Ioan. 6. et ſeq.
Marc. 7. & ſeq.
Luc. 14. & ſeq.
Matth. 19.
Infra 20.
Ioan. 4.
Marc. 17.

pro

pro ſe,& Petro tributum reddi iuſsit,excitati ſunt diſcipuli ad interrogãdum Ieſum:

Infra 18.

Quis putas maior eſt in regno cælorum? Vnde Dominus pulchrã de humilitate doctrinã, & ambitionis reprimendæ tradit.

Canon XXIIII.

De diuinis perſonis. Duplex eſt de Deo ſermo, coniunctus, & diſcretus, ſecundũ Patres.

Dionyſ. Areop. infra producendus. Greg. Nazian. lib. de Theolo. & duobus epiſtolis ad Cledonium, & aliis. Damaſc. lib. 1. de orth. fide.

Quæ nam Theologia ſit cõiuncta, quę diſcreta.

Theologia duplex eſt: vna coniuncta; altera diſcreta; de quibus apud Dionyſ. Areop. & Gregorium Nazian. & Damaſcenum eſt ſermo. Coniuncta dicitur, quãdo toti Trinitati nomina, vel prædicationes conueniunt: vt, bonus, ſapiens, iuſtus, potens, & ſimilia nomina, quæ eſſentiam ſignificant. Diſcreta verò, vel ſeparata eſt, quãdo prædicationes, vel nomina vni tantùm conueniunt perſonæ: vt ſũt relatiua nomina, quæ oppoſitionem important: vt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus; Ingenitum, Genitum, & Procedens: quæ non ſunt ſubſtantiæ indicatiua, ſed habitudines ad ſe inuicẽ, & modi ſubſiſtendi demõſtratiua. Hinc incarnari, pati, mori, ſepeliri, reſurgere, aſcendere, ſoli Filio competunt. Nam etſi actus aſſumptionis carnis procedat ex virtute tribus communi Perſonis; terminis tamen aſſumptionis eſt ſola Filij Dei perſona. Qua de re audi verba Dionyſij c. 2. de diuin. nominibus:

Par. 1. inter med. & princ.

Porrò diſcreta ſunt Patris ſuperſubſtantiale nomen, & perſona, Filijq́; ac ſancti Spiritus, cùm nulla in his conuerſio, aut omninò cõmunitas inducatur. Eſt præterea diſcreta Ieſu ex nobis ſumpta perfecta, immutabiliſq́; ſubſtantia, & quæq́; ſunt aſſumpta carnis ſubſtantialia ſacramenta. Hæc ille.

Nomen Dei [illegible] ſignat.

Dei porrò nomen dupliciter capi conſueuit: aut enim eſt perſonale nomẽ, & vni tantùm perſonæ conueniens, & cùm dicitur Filius, vel Verbum, vel Dominus erat

Ioan. 1.

Deus, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & à Deo Patre noſtro, &

Philip. 2.

Domino Ieſu Chriſto, de quo dicitur: *Qui cùm in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*, hoc eſt Patri. Et Iſaias di-

Iſai. 48.

cens: *Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius*; tres perſonas expreſsit, in Deo mittente, & miſſo, & ſpiritu item mittente. Interdũ verò nomen Dei eſſentialiter accipitur, & ſignificat indiſtinctè tres perſonas, vt cũ dici-

Gen. 1. Ioan. 4. Supra 1.

tur: *In principio creauit Deus*, Spiritus eſt Deus; &, *Deum nemo vidit vnquã*. Propterea acutè ac diligenter attendere debet lector, ne

Dei nomen primæ perſonæ quatenus ſit attributũ.

lucis & argutijs Arrianorum capiatur, quia etſi Deus ſit Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, atq; vnus quidem, & idẽ numero Deus: tñ ad exprimendas, & diſtinguendas hypoſtaſes, Dei nomẽ ſoli Patri datur, nec tamẽ Filius aut Spiritus ſanctus à Deitate excluditur: ſicut & Domini nomẽ frequenter [illegible] Filio appropriatur in Nouo Teſtamento, nec tamẽ ab illo dominio vel Pater, vel Spiritus ſanctus excipitur: quia

B. Athanaſ. in Symbolo. B. Ambr. lib. 1. de fide, c. 2. circa finem, tomo 2. ſub init.

Dominus Pater, Dominus Filius, Dñs Spiritus ſanctus. Hinc Ambroſius lib. de Fide: *Vt vna, inquit, Deitas & Patris, & Filij, & vna dominatio probaretur; ne Gentilis aut Iudaicæ impietatis incurreremus errorem; prouidens Apoſtolus, quid ſequi deberemus, oſtendit, dicens:*

1. Cor. 8. 1. Tim. 6.

Vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſo: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Sicut enim vnum dicendo Dominũ Ieſum Chriſtum, Patrem Dominum nõ negauit, ita vnum dicendo Deum Patrem, aquè ac Deitatis veritate nec Filium ſeparauit. Hæc ille. Prętereà Dei nomen Patri ſæpiùs tribuitur; ne

Apoſtoli ad quid miſſi.

Apoſtoli ad conuellendã deorum multitudinẽ, & vanitatem miſsi, ſuſpicionẽ darent multitudinis deorũ per eos inducẽdę. Hinc ſoli Patri diuinitatis titulum tribuebãt, referentes Verbum & Spiritum ſanctum virtute Patris ἐνυπόστατος, & inſeparabiles à Patre, ex quo, & in quo eſſent tanquam ex principio, & fonte. Ad hæc, quemadmodũ Hebręi Adami nomine nunc primũ noſtri propagatorem denotant, nunc verò quaſi humanæ æqualiter naturæ participem: ita Dei nomẽ nunc quidem primã perſonam, nunc verò reliquas ab ea productas ſignat. Et vt nemo dedit principalius eſſe Adamũ hominem, quàm reliquos ab ipſo progenitos, cùm ſint eiuſdem ſpeciei: ita cùm Deus, Patrem, & alias conſequenter perſonas deſignet, nemo tamen Patri dabit vt ſupra cęteras perſonas ab ipſo productas ſit Deus, cùm vnius & eiuſdem diuinitatis ſint ęqualiter cõſortes, cùm etiã ſubſtantia, vt docet

Ariſtot.

Subſtantiæ quid ſit proprium.

Ariſtot. in Categorijs, nec intendatur, neq; remittatur, ſed quoq; in Diuina natura ineſt, æqualiter ineſt. Nam etſi homo homini præſtare valeat accidentium, & qualitatum ratione, quæ & intendi, & remitti poſſunt: non tamen ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ ratione. At Deus qualitatum, vel accidentium

Diuina natura vllius accidentis, vel qualitatis capax eſſe nequit.

capax non eſt: nec magnoperè curandum, quod in vno loco Pater dicatur Deus, & filius Dominus; quoniam in alijs locis & Filius dicitur Deus, & Pater Dominus. Et idem dicendum de Spiritu ſancto.

Canon XXV.

De Deo trino & vno, Vnius in natura Dei, & trini in perſonis arcanum ſolo Fidei lumine concipi, & cognoſci poteſt.

Sacroſanctæ Triadis myſterium nulli vnquam mẽti, quantumcunq; excellenti, & de diuinis altiſsima ſpeculanti peruiũ fuit, aut eſſe potuit; ſed in ſolo Euangelio eius patefactio, & prædicatio myſterij ſeruata fuit. Vnde ad Patrem Filius dixit: *Manifeſtaui nomen tuum.* Etſi nihil vetet, aliquid eiuſmodi myſterij fuiſſe Moyſi detectũ, vel Prophetis, qui poſt eum ſcripſerunt. Vnde Epiph.

Aperta huius myſterij patefactio Euan-

agens in Pneumatomachos ex libro ſuo,

gelij ſolius eſt propria.

Ioan. 17.

B. Epiphanius in hæreſim 74. aliquanto à medio.

quem Ancoratū inſcripſit, hæc verba produxit: *Deitas vna in Moyſe maximè denuntiatur. Dualitas in Prophetis vehementer prædicatur. Trinitas autem in Euangelijs manifeſtatur, amplius iuxta temporum occaſiones, ac generationes conueniens iuſtis in cognitionem, ac fidem.*

Qualis in Lege, & Prophetis fuerit huius veritatis cognitio.

Dei vnitas olim Iudæis cur fuerit inculcata.

Hæc ille, non negans vel in lege, vel in Prophetis Trinitatis myſterium inueniri, ſed nec tā apertè, nec tā crebrò, vt fuit in Euangelio, cùm is articulus eo tempore credendus nondum proponeretur, quia eius populus nōdum poterat eſſe capax. In lege tamē, Dei vnitas cōtra idololatras inculcabatur. Vnde illud in principio legiſlationis:

Deut. 6.

Exaudi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt.

Quomodo in Lege, & in Euangelio innotuerit veritas tanta.

2. Cor. 5. *Matth. 1.* *Luc. 1.* *Matth. 3.* *Infra 4.* *Luc. 11.* *Hebr. 9.* *Ioan. 14.* *Infra 15. et 16.* *Luc. 24. & alias.* *Ioan. 14.* *Matth. vlt.*

Temporis progreſſu per Prophetas cœpit apertius Deus de filij ſui in mundū miſſione ad eum ſaluandum, ſibiq; reconciliandum promiſsiones facere: & ita Deus cognitus eſt Filium habere. Demùm venit Chriſtus, qui cùm conceptus ſit de Spiritu ſancto, & ille capiti Chriſti baptizati in forma columbæ inſederit, & per eū actus ſit in deſertū, & in eo vt digito Dei eiecerit dæmonia, & per illū ſe ipſum obtulerit ad crucē pro nobis ſuſtinendā, & magnificas de eo in Apoſtolos mittendo promiſsiones impleuerit, & Paracletū à ſe alium vocauerit, manifeſtè trium perſonarū maieſtas, & cōſubſtantialis vnitas indicata; & præceptum vt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti tingerentur omnes, qui Chriſti corpori inſeruntur; & ex more Eccleſiæ, ſigno ſanctæ Crucis cum inuocatione Trinitatis muniren tur.

Qui Platonē aiunt cū ſuis tantæ rei verā notitiam habuiſſe, quanto in errore verſentur.

Quare qui ex Platonis verbis, vel ex Platonicis Porphyrio, Plotino & Numenio hoc myſterium confirmare nituntur, grauiter in fidem peccare videntur. Non enim hæc res de earum numero eſſe poteſt, quæ humano intelligentiæ captu apprehendi poſsit, niſi tantùm diuina Spiritus reuelatione.

B. Cyrillus.

Platonis theologia tres deos diuinas pſonas efficit, earū conſubſtantialitatē negat, teſte Cyrillo.

Conſubſtantialitatis nomen Catholicos à quibus ſeparet.

Idem ibidem circa.

Quamobrem Cyrillus lib. 8. cōtra Iulianum ſcribit, nihil in Platonicis libris ſe deſideraſſe, quàm vt conſubſtantialitatis rationem tribus hypoſtaſibus accommodent, & vt vna intelligatur Deitatis natura; neq; ſubſtantiarū diuerſitate hypoſtaſes diſcriminent: nā ſola cōſubſtantialitatis ratio Catholica à veterib⁹ Tritheitis ſeparat. Et idē Cyrillus lib. 1. Platonem tritheitam facit: *Videt igitur*, inquit, *non prorſus ſanè, ſed ſicut Arrianis ſeparat & ſubſtituit, ſubſiſtentias ſubiectas ipſis infert, & tres opinatur eſſe Deos diſtinctè, ſanctamq; & conſubſtantialem Trinitatem.* Hæc ille ſub libri finem.

CANON XXVI.

De Chriſto, vel de eodem myſterio.

Quæ de Chriſto in Scripturis pronuntiantur, diligenter inſpiciēda ſunt; ne quę œconomicè de Filio Dei dicuntur, hoc eſt, iuxta Humanitatis diſpenſationē, Theologicè interpretemur, id eſt iuxta Diuinæ proprietatem naturę. Nec enim diuinitas nata eſt, aut circunciſa, aut paſſa, aut mortua, aut ſuſcitata: ſed primò, & per ſe Humanitati conueniunt, & conſequēter diuinæ Verbi hypoſtaſi humanitatē ſuſtentanti, ob idiomatum communicationē tribuuntur.

Nō ſunt accipienda œconomicè quæ de Filio Dei theologicè dicuntur, nec e contrario; quædam vero vtroque modo accipi debent.

Luc. 2. [illegible] *Infra 18. & ſeqq. & alibi.* *Infra 23.* *Infra 24.*

Rurſus cauendum, ne ea, quę Theologicè de filio Dei dicuntur, hoc eſt propriè, ad humanæ naturæ œconomiā transferamus. Hinc enim Arij, & Eunomij hæreſes iugulantur: quia aut humana Deo, aut diuina Homini propriè tribuebant, & non ſolùm per communicationem idiomatū.

Arij & Eunomij vnde tam peruerſa dogmata conſtiterunt.

B. Theod. dialog. 2. part. 2. *Aug lib. 2. de Trin. c. 2. ſo ante med.* *tom 3.* *Ioan. 10.* *Philip 2.* *Ibidem.* *Ioan. 14.*

Hanc Regulā tradidit Theodoret⁹ in dialogo, quem inſcripſit Ἀσύγχυτος, hoc eſt Inconfuſus. Quædam verò ſunt, quę veritati vtriuſq; naturæ non repugnant; atq; hæc de vtraq; intelligere & exponere, non erit abſurdū. Vnde Auguſt. *Quadam*, ait, *ita ponuntur in Scripturis de Patre & Filio, vt indicent vnitatem, æqualitatemq; ſubſtantia, ſicuti eſt: Ego, & Pater vnum ſumus, &, Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, & quæcunq; talia ſunt. Quædam verò ita, vt minorem oſtendant Filium propter formam ſerui, id eſt propter aſſumptam creaturam mutabilis humanaq; ſubſtantia, ſicuti eſt quod ait: Quoniam Pater maior me eſt; &, Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit Filio, &c. Quædam porrò ita, vt nec minor, nec æqualis oſtendatur, ſed tantum quod de Patre ſit, intimetur. Vt eſt illud: Sicut habet Pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit Filio vitam habere in ſemetipſo, &c. Et cùm ex vtraq; ſenſus Catholicus habeatur, nullus venit reſpuendus.*

Supra 5. Idem.

CANON XXVII.

De eodem. Quomodo ſentiēdum, & loquendū in Trinitatis, & Incarnationis myſterio.

Quis modus catholicè credēdi, & rectè loquēdi ſeruādus ſit in ſanctiſsimæ Trinitatis myſterio, in quo tres pſonas re diſtinctas & in eſſentia diuinitatis coniunctas cōfitemur; & quomodo in altiſsimo incarnationis arcano, vbi duas naturas, humanā & diuinā in vnam Verbi hypoſtaſin, & perſonā coaluiſſe profitemur, à magno Theologo Nazianz. in epiſt. ad compresbyterum Cledon. nobis diligēter traditus eſt. Ait enim:

Greg. Nazian. epiſt. 1. ante medium.

Atq; [illegible] rem complectar, aliud quidem atq; aliud [illegible] ea, ex quibus Seruator cōſtat (ſi quidem id quod cerni non poteſt, idem eſt cum eo, quod in oculorū aſpectum cadit: & quod temporis expers eſt, cū eo quod tempori ſubeſt) nō tamen alius atq; alius, abſit. Ambo enim hac copulatione vnū ſunt, Deo nimirùm humanitatem, atq; homine diuinitatem ſuſcipiente, aut quocunq; tandem alio verbo quiſpiam eam rem exprimēdam duxerit. Porrò aliud atque aliud dico, contra quàm in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne Perſonas confundamus; non autem aliud atque

Aliud in Incarnatione [illegible] habet [illegible] non Alius.

Alius in Trinitate locum habet, at non aliud.

Quid Arrius, quid verò Sabellius perfidi illi ſenſerunt de hoc myſterio. Eutychetis de duplici Chriſti natura figmentũ.

aliud, quoniam tria quantùm ad diuinitatem vnum idemq́; ſunt. Hæc ille, erudiens nos, ne in Trinitatis myſterio aliud atq; aliud ponamus, quod eſt cũ Arrio ſentire: Rurſus vt alium & alium pronuntiemus, ne cum Sabellio cõfundamus perſonas. At in œconomia Incarnationis cauendum eſt, ne aliũ & aliũ nominemꝰ; ne hypoſtaſes, vel perſonas multiplicemus. Aliud verò & aliud libenter aſſeramus, ne cũ Eutychete naturas humanam & diuinam confundamus.

Canon XXVIII.

De eodem Triadis ſanctę myſterio. Deus vnus, ſolus aut verus in Scripturis cũ dicitur; ad excludendos Gẽtium deos tantùm pertinet.

Deut.32. & alibi. Iſai.43. Ioan.17. B Hieron. in Iſai c.43. ante med. ſeu lib. 12. in Iſai paulò à med. to.5. 1.Cor.1. Ioan.1. Chryſ. homil. 72. in Matth. circa princ. tom.2. Ioan.17. Auguſt. lib. de ſpirit. & litera, c.33. propè finem, & alijs locis. tom.3. Nazian. lib.4. de Theologia, circa med. Theophyl. in c.2. prior. ad Timotheum, ſub initium. Euariſt. Papæ Epiſt.1. paulo ante dimid. to. Concil.1. circa princ. 1.Tim.6. Act.7.

Quoties in ſacris litteris Deus dicitur vnus aut ſolus Deus, aut verus Deus, & alius præter eũ nemo, nõ hoc ad excludẽdas diuinas perſonas, Filium, & Spiritũ ſanctum, ſed ad falſos deos, & mortuos excipiẽdos profertur. Hinc Hieronymus in illud Iſaiæ: *Ante me non fuit alius, & poſt me non erit. Ego Deus, & nõ eſt abſque me Saluator.* pulchrè ait: *Præter Deum Patrẽ alter nullus eſt Deus quia Chriſtus Dei virtus eſt, & Dei ſapientia, qui loquitur in Euangelio, Ego in Patre, & Pater in me eſt: Sicut enim vnus Chriſtus Dominus non aufert Patri ne Dominus ſit: ſic vnus Deus Pater non aufert Filio ne Deus ſit, qui in principio erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Chryſoſtomus etiam, *Quando,* inquit, *in Scriptura ſiue veteri, ſiue noua dicitur vnum eſſe Deum, & præter eum alium non eſſe: non ad diſtinctionem Filij, ſed excluſionem dictum eſt idolorum.* Hæc illi Patres. Quod ergo dicitur apud Ioannem: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum, Deum verum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum:* eleganter eſt ab Auguſtino, & Nazianzeno explicatum in hũc ſenſum: vt cognoſcant te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ad hæc Theophylactus in illa Apoſtoli verba: *vnus Deus, vnus & Mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus: Non dixit manifeſtè de diuinitate Chriſti, poſtquam idolorum cultus tum regnabat. Ne autem & ipſe exiſtimetur multos deos adducere; neque vnus & vnus voces hic componere conuenit, ac dicere duos deos, verùm vnus & vnus eundem Chriſtum reſpicit.* Euariſtus Papa in epiſtola decretali tractans illa verba Pauli: *Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem: Non ſolus,* inquit, *Pater ſine Filio lucem inacceſſibilem habitat: quia vbi Pater eſt, ibi etiam Filium eſſe, indubitabili fide credendum eſt. Nam ſi ſolus Pater ſine Filio (quod dicere nefas eſt) lucem habitat inacceſſibilem; neceſſe eſt vt ſequeſtratam Pater à Filio habeat manſionem. Quod ſi ita eſt, quonam modo idem Filius ad dexteram Patris adſtans, à B. Martyre Stephano dicitur conſpici, ſi Pater ſecundùm eos ſolus dicitur ſedibus lucis contineri?* Et quæ ſequuntur. Similiter idem dicendum eſt de Spiritu ſancto. Nã etſi contingat interdum ſolum Patrem Deum, & Dominum Ieſum Chriſtum nominari in quacunque re, quæ ad eſſentiam diuinã ſpectet, nõ excluditur Spiritus ſanctus, ſed iuxta regulas Patrum ſubintelligendus eſt. Vt cùm dicitur: *Vt cognoſcant ſolũ te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum:* intellige, & quem miſiſti Ieſum, & Spiritũ ſanctum, qui ab vtroq; procedit, & ſine quo non ſunt, nec eſſe poſſunt, eſſe verum Deũ. Ita accipe illud apud Matthæum: *Nemo nouit Filium, niſi Pater: neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Intelligendus eſt enim Spiritus ſanctus, per quẽ Pater & Filius reuelant, de quo ait Paulus: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Et alio loco: *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Ita etiam quod dicitur: *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto,* non excipitur Spiritus ſanctus, ſed potius includitur in donis ipſis: nã gratia, ſiue charitas ſine Spiritu ſancto nos inhabitante non datur: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum qui datus eſt nobis.*

Qui loci ſolũ Deũ Patrem, & Dominum Ieſum Chriſtum declarantes, neceſſario etiam de Spiritu ſancto debeant intelligi. Ioan.17. Matth.11. 2.Cor.2. Apocal.1. 1.Cor.1. Rom.5.

Canon XXIX.

De eodẽ myſterio. Ea Grãmaticorũ obſeruatio, adiectiua neutrius generis in ſubſtantiuorum naturã tranſire, nõ ineptè applicatur huic myſterio. Virg. Eclog.3. à med. Ioan.10. 1.Ioan.5.

Certam Regulam habent Grammatici, adiectiua neutrius generis ſic debere reſolui, quòd in ſubſtantiuorum naturam tranſeunt, & in eorum ſocietatem demigrant: iuxta illud:

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres:
Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.

Et alter:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Ad eum modum cùm dicitur: *Ego & Pater vnum ſumus,* & non, *vnus ſumus;* &, *Hi tres vnũ, vel in vnum ſunt:* & Eccleſia cùm orat:

Nunc ſancte nobis Spiritus,
Vnum Patri cum Filio, &c.

perinde eſt ac ſi dixiſſet, vna ſubſtantia, vel vna eſſentia ſumus. Nec obſtat, *Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te. Vt & ipſi in nobis vnum ſint.* Non enim ait: Fideles Chriſti ſunt vnum per hoc quòd ſint vna res, quæ communis ſit omnibus, ſed ſunt vnum, id eſt, vna Eccleſia, propter fidei, & charitatis vnitatem. Quibus dicendũ eſt, hoc nomen Vnũ pro fidelibus ita accipi, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro perſonis verò diuinis, vt attendatur vnitatis identitas in natura. Vt alibi veritas ait, *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectꝰ eſt,* ac ſi diceret, perfecti eſtote perfectione gratiæ, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectione naturæ: vt explicat Innocentius III. in tit. de Sum. Trinit. & Fid. Cath. cap.2. & Auguſtinus lib. de Trinitat. *Neſcio,* inquit, *vtrùm inueniatur in Scripturis dictum,*

Illud: Vt omnes vnũ ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, quomodo accipiendum ſit. Ioan.17. Matth.5. Innoc.III. B Aug. lib.6. de Trin. c.3. initio, tom.3.

[*1.Sen.diſt.27. c. Hic dici oportet. Act. 4. 1.Cor.6. Gen.2.& 19.* Vir & vxor quomodo ſint vna caro.]

vnum ſunt, quorum eſt diuerſa natura. Si autem aliqua plura eiuſdem naturæ ſint, & diuerſa ſentiant, nō ſunt vnum in quātum diuerſa ſentiunt. Hæc ille. Quod ergo dicitur: *Credentiū erat cor vnum, & anima vna* : &, *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Et erunt duo in carne vna,* quoniam vnum non ſubſtantiuè, ſed adiectiuè ponitur, non faciunt vnitatē ſubſtantiæ, ſed fidei, & charitatis, vt in duobus prioribus teſtimonijs, vel vnitatē perſonæ in tertio. eſt enim vna caro iuris fictione, vna perſona ex viro, & muliere conflata.

Canon XXX.

[De S. ſpiritu. Spiritus nomen in Scripturis, ſine additamento poſitum, ferè Spiritum ſanctum ſignificat.]

[*B.Hiero.in c. 2. Michea à medio, ſeu lib. 1. poſt demid. tom. 6. Galat.5. Infra 6. Rom. 8. Pſal.42.*]

[Quinam bonum ſpiritū, non malum merentur accipere.]

[*Matth.12. Luc.9. 1.Reg.16. Aug.lib 2.qq. ad Simplicia. q.1. tom.3.circa medium.*]

[Nomen ſpiritus quàm variè accipiatur.]

[*Hebr.1. Luc. vlt. Luc.10. 1.Theſſal. 5. 1.Ioan.4.*]

Nomen ſpiritus abſolutè acceptum, ſolet pro Spiritu ſancto accipi, vt teſtantur Patres. Hieronymus enim ediſſerens illud: *Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, &c. Quod autem*, inquit, *Spiritus tam in Nouo, quàm in Veteri Teſtamento, vbicunque ſine additamento ponitur, in bonam partem intelligatur, & ſæpè diximus, & nunc ex parte ponemus, ne cui dubium ſit. Fructus autem Spiritus, charitas, gaudium, pax. Et, ſi ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. Et alibi: Si autem Spiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis. Et in Veteri Teſtamento, Dans ſlatum populo qui eſt in ea, & ſpiritum his qui calcant eam: haud dubium ex præcedentibus, quin terram ſignificet. Qui enim calcant terrena opera, & pedibus ſuis ſubijciunt ea; vtique non malum, ſed bonum ſpiritum merentur accipere. E contrario malus ſpiritus ſemper cum additamento legitur: vt ibi, Cùm autem malus ſpiritus exierit ab homine. Et in alio loco: Increpauit ſpiritum immundum. Et, Spiritus malus inuaſit Saul, & cætera his ſimilia.* Hæc ille. Eadem propemodum Auguſtinus tradit libr. Quæſtionum ad Simplicianum. Sed hæc ſentētia vt veritatem contineat, declaranda eſt ita plerunque accipi. Nam ecce Gen.8. *Adduxit ſpiritum ſuper aquam, & imminutæ ſunt aquæ*, ibi ſpiritus ventum ſignificat. Et Pſal. 103. *Qui facis Angelos tuos, ſpiritus*, id eſt, ventis vteris vt nuntijs. Et in malā partem accipit Chriſtus, cū ait: *Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*, id eſt, cacodæmon. Et Lucæ 9. *Spiritus apprehendit filium meum.* Act. 23. *Sadducæi dicebant non eſſe reſurrectionem mortuorum, neque Angelum, neque ſpiritum.* Et, *In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus* (id eſt, dæmonia) *vobis ſubijciuntur.* Capitur & pro ſuprema parte animę rationalis, vt Dan.3. *Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorū Domino.* Prouerb. 16. initio: *Spirituum ponderator eſt Dominus.* Et Heb. 12. *Multò magis obtēperabimus Patri ſpirituum* (ſcilicet humanorum) *& viuemus.* Et alibi: *Vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Significat etiā abſolutè dogmata, iuxta illud: *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Signat etiā abſolutè Angelum: vt Act. 8. *Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum iſtū.* Et Infra: *Cùm autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum*, id eſt Angelus, de quo paulò antè. Et duxit Habacuc in lacum Leonum. Athanaſius verò li. de Spiritu ſancto ad Serapionem, aliam tradit Regulam, nimirùm quòd cùm in Scriptura ponitur πνεῦμα, hoc eſt ſpiritus cum articulo ſuo τὸ, ſemper ſignificat Spiritum ſanctum. Cuius hæc ſunt verba: *Diſcite ſaltē, vbi in Scripturis ſanctis reperitis, Spiritum ſanctum ſimpliciter nominari Spiritum, ſine additamento Dei aut Patris, aut à me, hoc eſt ex Deo, vel abſque articulo, vel Chriſti, vel Filij, aut vt non adiungatur ſanctus, aut paracletus, aut veritatis, hoc eſt Filij, qui ſeipſum nominat veritatem, vt ſimpliciter allegata hac voce, Spiritus, de Spiritu ſancto hoc dictum ſuſpicemini?* Et agit in Macedonianos hæreticos, qui Spiritum creaturam eſſe dicebant. Et apertè Athanaſius contradicit regulæ ſuperiori B. Hieronymi, concludens ſine articulo aut ſine adiectionibus nunquam ſpiritus nudi vocabulum trahi ad ſignificationē Spiritus ſancti: excepit tamen ab hac regula, cùm poſt nominatū Spiritum ſanctum in conſequentia ſermonis dicitur Spiritus ſine additamento. Vt Matth. 4. dicitur: *Ieſus abductus eſt à Spiritu in deſertum*, quia præcedit, quod Spiritus deſcendit ſuper eum in Baptiſmo. Et ad Galat. *Hoc ſolum cupio ex vobis reſciſcere, ex operibus legis accepiſtis Spiritū, an ex auditione fidei?* vtpotè quibus cognitū erat, ſe eum Spiritum accepiſſe, qui datur credentibus, & renatis per lauacrum regenerationis. Quale illud ad Theſſalonic. *Spiritum nolite extinguere*: qua forma verborū vti voluit, quia & ipſi ſciebant quem Spiritum accepiſſent: ſcilicet ne Spiritum, qui gratiam in ipſis accendebat, extinguerent. Hæc ex Magni Athanaſij doctrina decerpta ſunt: & cōprobatur hæc, *Spiritus manifeſtè dicit*: &, *Amodò iam dicit ſpiritus*, vbi Græca habent, τὸ πνεῦμα. Quod etiam ſimili modo accipiēdum eſt: nā interdum Spiritus cum additamento Dei ſignificat ventum: vt, *Benedicite imber, & ros Domino, benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.* Et ſequitur, *Benedicite ignis & æſtus Domino.* Cùm ergo ſpiritus ponatur inter imbrem & rorem ex vna, & ex altera parte inter ignē, & æſtū, manifeſtè ponitur pro ventis, etiamſi Græca habeant cū articulo πάντα τὰ πνεύματα Θεοῦ. Hieronym⁹ tamen cum adiectione illa vertit. Et illud: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, de vi motiua aëris intelligit ad literā Athanaſius lib. Quæſtionū, ſicut & illud: *Flabit ſpiritus eius* (ſcilicet Dei) *& fluent aquæ.*

[*Dan.14. B.Athanaſ. to.3. à med.*]

[Spiritus cum articulo vbicunque exprimitur, ſanctū Spiritum tantùm denotat teſte Athanaſio. *Ioan.16.*]

[Macedonianorū hęreſis]

[*Matth. 4. Galat.3. Ioan.5. & 3. Tit.3. 1.Theſſal.5. 1.Tim.4. Apocal.14. Dan.3. Gen.1. B. Hieronym. Mag. Athan. lib. Quæſtion. q.81. tom.4. in princ. Pſalm.147.*]

Canon

Canon XXXI.

De eodem. Spiritus ſanctus non dici tur Filius in ſacris literis. B. Atha. tom. 3. à medio.

Spiritus ſanctus in Scripturis Patris filius nunquam nominatur. Athanaſius libro de Spiritu ſancto ad Serapionem: *In deitate autem Pater, propriè eſt pater, & Filius propriè eſt Filius; atque ea de cauſſa Pater ſemper Pater conſiſtit, & Filius ſemper Filius: & quemadmodum Pater nunquam fuerit Filius, ita nunquam Filius fuerit Pater. Et quia Pater nunquam deſinet ſolus eſſe Pater; ideò Filius nunquam deſinet ſolus eſſe Filius Error enim eſt, nec vel cogitādum, vel dicendum de Filio, illum alicui fratrem eſſe, aut de Patre illum alicuiauum eſſe. Nō enim Spiritus in Sacris literis nominatus eſt Filius, ne frater Verbi haberetur: neque Filius Filij, ne auus illi eſſe exiſtimaretur: ſed Filius ibi Filius Patris eſt dictus, & Spiritus Patris, Spiritus Filij nominatus eſt: & ſic Trinitatis vna eſt Deitas, & vna fides.* Hæc Magnus Athanaſius, vt agnoſcas melius Spiritus ſancti naturam, & proprietatem. Et ex his collige, Spiritū nullibi dici Patre minorē, vt Filius interdum dicitur ob aſſumptam humanitatem. At Spiritus ſanctus vel columbam, vel linguā igneam in quibus apparuit, in vnitatem non aſſumpſit hypoſtaſeos ſuę. Qua de re egregiè Auguſtinus ita loquitur: *Nuſquam ſcriptum eſt* (ait) *quòd Deus Pater ſit maior Spiritu ſancto, vel Spiritus ſanctus minor Deo Patre; quia non ſic eſt aſſumpta creatura, in qua appareret Spiritus ſanctus, ſicut aſſumptus eſt filius hominis, in qua forma ipſius Verbi Dei perſona præſētaretur, etc. Non ergo ſic eſt aſſumpta creatura, in qua apparuit Spiritus ſanctus, ſicut aſſumpta eſt caro illa, & humana illa forma ex Virgine Maria. Neque enim columbā beatificauit Spiritus, vel illum flatum, vel illū ignem, ſibiq́, & perſonæ ſuæ in vnitatem, habitumq́, coniunxit in æternum. Sed apparuerunt iſta; ſicut opportunè apparere debuerūt, creatura ſeruiente Creatori.* Hęc ille, quę cap. ſequenti confirmat. Nam reuera Chriſtus cùm verus eſſet Deus, & verus Dei filius, ſe tamen & hominē, & Filium hominis ab aſſumpta natura appellabat. Quare idem Auguſtinus libro Octoginta trium quæſtionum: *Regula*, inquit, *Catholica fidei ſic ſe habet; vt cùm aliqua in Scripturis dicuntur de Filio, quòd ſit minor Patre, ſecundùm ſuſceptionem hominis intelligantur. Cùm verò ea dicuntur, quibus demonſtratur æqualis, ſecundùm id quod Deus eſt, accipiantur.* Idem confirmat in Symbolo Athanaſius: *Aequalis*, inquit, *Patri, ſecundùm diuinitatem: minor Patre, ſecundùm humanitatem.* Hinc apparet, quare dixerit, *Pater maior me eſt*, cùm prius dixiſſet: *Ego, & Pater vnum ſumus.* Rurſus cur dixerit, *& Deus erat Verbum*, & iterum, *Verbum caro factū eſt.* Item cùm dixiſſet: *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*; tamen ſubiunxit: *Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus.*

Nunquam etiam Patre minor exprimitur.
Ioan. 14.
Supra 1.
Act. 2.
B. Aug. lib. 2. de Trinit. c. 6 initio, tom. 3. ante demid.
Cap. 7. per totum.
B. Aug. lib. 83. quæſt. q. 69. initio, to. 4. paulò antè demid.
Ioan. 14.
B. Athanaſ.
Supra 10.
Supra 1.
Ibidem.
Philip. 2.

Canon XXXII.

Moris Chriſto, Apoſtolis & Prophetis fuit, vt de ſe ſe tanquam tertio aliquo ſermonē haberent.

Non ſolùm Chriſtus, ſed & Prophetæ, & Apoſtoli de ſe ipſis quaſi de alijs in tertia perſona, &c. loqui cōſueuerunt. Huius Regulæ autores ſunt Auguſtinus, & Gregorius. Prior quidem lib. de conſenſ. Euangeliſtarū, quòd ſolet eſſe quaſi de alijs locutio & ipſorum Euangeliſtarum Matthęi & Ioannis. Nam & Matthęus dixit: *Inuenit hominem ſedentem in teloneo.* Et Ioannes: *Hic eſt*, inquit, *diſcipulus, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.* Non dixit, ego ſum, aut, verum eſt teſtimonium meum. Dominus autem ipſe ſæpiſsimè dicit: *Filius hominis*, aut, *Filius Dei*: & non dicit, *Ego.* Et: *Oportebat*, inquit, *Chriſtum pati, & reſurgere tertio die*: nō dixit, oportebat me pati. & Paulus, *Scio hominem in Chriſto* (id eſt Chriſtianum) *ante annos quatuordecim, &c. raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum*, & reliqua. Vnde Auguſtinus in Ioan. *Erat*, inquit, *eorum hæc cōſuetudo, qui ſacras literas nobis miniſtrauerunt, vt quando ab aliquo eorū diuina narrabatur hiſtoria, cū ad ſe ipſum veniret, tanquam de alio loqueretur, & ſic ſe insereret ordini narrationis ſuæ, tanquā rerum geſtarum ſcriptor, non tanquam ſui ipſius prædicator.* Et refert exemplum Moyſes, de quo. *Dixit Dominus ad Moyſen.* Gregorius quoque in pręfatione Moral. *Moris*, inquit, *Scripturæ ſacræ eſt, vt ipſi qui ſcribunt, ſic de ſe in illa quaſi de alijs loquantur. Hinc eſt enim quod Moyſes ait: Erat Moyſes vir mitiſsimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra: Hinc Ioannes dicit, Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus: Hinc Lucas ait, quòd ambularent duo ex diſcipulis in via, Cleophas, & alius. Ioannes Baptiſta etiam dixit: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Et conuertens ſermonem ad ſe in tertia perſona, ait: Hic eſt enim, de quo dictum eſt per Iſaiam prophetam: Vox clamantis in deſerto. Parate viam Domini.*

B. Aug lib. 2. de cōſen. Euāgel. c. 12. ſub initium, to. 4.
Matth. 9.
Ioan 21.
Luc. 24.
1. Cor. 12.
D. Aug. tract. 61. in Matth. circa med. tom. 9.
Exod. 6. ac deinceps ſæpiſſimè, & alibi.
B. Greg. Præfat. Moral. c. 2. initio, to. 1. in princ.
Num. 12.
Ioan. 19. & ſæpè aliàs apud eundem.
Luc. 24.
Matth 3.
Iſa. 40.

Canon XXXIII.

Conſuetudo eſt ſacrarum literarū, rebus variatis antiqua retinere vocabula.

Solent interdum in Scripturis, mutatis rebus, nomina priſtina illarum aſſeruari, Cuius Regulæ autores ſunt Patres. In primis Hieronymus in Matth. 26. ſub initium: *Aliquando*, inquit, *in Scriptura, mutata re, priſtinū nomen manet. Vt Simon Leproſus*, id eſt qui olim fuit leproſus: non quòd leproſus & illo tēpore permaneret, ſed qui anteà leproſus, poſteà à Saluatore mūdatus eſt, nomine priſtino permanēte, vt virtus curātis appareat. Nā in catalogo Apoſtolorum cum priſtino vitio & officio, Matthęus Publicanus appellatur, qui certè Publicanus eſſe deſierat. Similiter illud accipe: *Cæci vidēt, claudi ambu-*

B. Hier. lib. 4. in Matth. tom. 9.
Luc. 5.
Matth. 11.

lant: id eſt, Qui olim erant cæci & claudi: alioquin cæci non viderunt. Et Dñs Oſeæ præcepit accipere vxorem meretricẽ, non quòd permanſerit meretrix, quę Prophetę erat coniuncta, ſed quòd ante connubiũ in proſtibulo fuerit. Quare nec opus fuit aut diſpenſationẽ Dei admittere, aut à lege ſoluere Prophetam, vt quidam faciunt: ſed & virgo dicitur & in Scripturis, & in prophanis autoribus illa quæ oppreſſa eſt, & virginitatem amiſit: ita meretrix dicitur, quæ olim talis fuit, etiamſi modò non ſit. Chryſoſt. in Marcum addit, priſtinũ nomen remanere liberatis per Chriſtum, quo virtus Saluatoris appareat. Ita ſuſcitati à morte tẽpore paſsionis Chriſti dicuntur veniſſe in ſanctam ciuitatem, tametſi iam nihil minus quàm ſancta eſſet. Et Hieron. in Iob: *Mos ſãcta Scriptura huiuſmodi eſt, vt priſtina culparũ nomina, in ſanctis frequenter recenſeat. Sicut B. Iſaias propheta ait de Deo: Benedicent me beſtiæ agri, id eſt, Gentiles, qui iumenta erant olim, licèt nunc iumenta eſſe deſierint.* Origenes quoque in librum Ieſu Naue: *Raab illa meretrix, quæ à Ioſue miſſos ſuſcepit exploratores, propterea ſuſcepit, ne vltra ſit meretrix.* Sic illi Patres. Ad eam rationem interpretãdum eſt quod ab Apoſtolo dicitur Euchariſtia panis; cũ tamẽ panis amplius nõ ſit: & quod ait Moyſes, virgam Aaron deuoraſſe ſerpentes, id eſt ſerpentem, qui paulò ante virga erat: & quòd homo dicitur puluis & terra; nã ex tali materia conditus eſt. Et Dina oppreſſa virgo vocatur. Terentius in Eunucho: *Virgo (ſcilicet vitiata) illachrymat.*

Oſeæ 1.
B. Chryſoſt. in Marcum hom. 4. tom. 2. non procul à fine.
Matth. 27.
B. Hieron. in c. Iobi 38. circa fin. tom. 7. propè finem.
Iſai. 34.
Orig. hom. 1. in Ioſue circa dimid. tom. 1. paulò ante med.
Ioſue 6. & Hebr. 11.
1. Cor. 10. & 11. & ſeq.
Exod. 7. & ſeq.
Gen. 3.
Supra 2.
Infra 34.
Terent.

Canon XXXIIII.

Interrogationis vſus perfrequens in ſacris liter. s, eiuſq́; multiplex adhibendæ ratio.

I. Ratio.

Familiaris eſt in ſacris literis interrogatio, & multis de cauſis illam fieri contingit. Interdum enim interrogationes occultè fiũt, vt reſpondens ad interrogata contra ſe ferat ſentẽtiam, vt Nathan fecit cum Dauid, qui ad propoſitam à Propheta parabolam reſpondit: *Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt qui fecit hoc.* Idem ad Thecuitidem mulierem ſapientem dixit: *Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui ſuper terram.* Et in Euangello de parabola vineæ fecit reſpondere aduerſarios: *Malos malè perdet, & vineã ſuam locabit alijs agricolis.* In parabola duorum debitorum cuidam fœneratori: vnius debentis denarios quingẽtos, & alius quinquaginta, Phariſæus interrogatus; *Quis ergo eum plus diligit?* etſi contra ſe, reſpondit tamen, *Aeſtimo, quia is, cui plus donauit.* Et in parabola duorum filiorum, quos Pater miſerat in vineam, interrogauit, *Quis ex duobus fecit voluntatem Patris? Dicunt ei, Primus.* Et cùm interrogatus fuit, *In qua poteſtate hæc facis?* quaſi clauum clauo trudens, *Interrogabo vos*, inquit, *& ego vnum ſermonem; quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate facio. Baptiſmus Ioannis erat è cœlo, an ex hominibus?* Qui ſe victos & illaqueatos videntes, in caput ſuum mentiti ſunt, & dixerunt, *Neſcimus.*

2. Reg. 12.
Infra 14.
Matth. 21.
Luc. 7.
Matth. 21.
Ibid. & ſeq.

II. Ratio.

Deinde interrogatio fit interdum, vt ea quæ certa ſunt affirmemus. Vt Geneſ. 13. *Nonne ecce omnis terra coram te eſt?* ita enim habent 70. Et in libris Regũ & Paralipomenon frequenter dicitur: *Nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborũ Regum Iuda?* Similia ſunt illa: *Nonne Deus requiret iſta? Nonne Deo ſubiecta erit anima mea?* &, *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis? Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Nõne, ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?* Vnde Chryſoſtomus in priorem ad Corinth. *Per interrogationem*, inquit, *ſermonem ſuũ* (Apoſtolus) *proſequitur, quòd in rebus quàm certiſsimis fieri ſolet, ita inquiens, Nunquid ſecundùm hominem hæc dico? &c.* Eò pertinent quæ ſequuntur: *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat, &c.*

Pſalm. 43.
Pſalm 61.
Luc. vlt.
Ibidem.
Act. 2.
B. Chryſ. hom. 21 in prior. ad Corinth. ante dimid. tom. 4.
1 Cor. 9.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

III. Ratio.

Tertiò, eſt interdũ interrogatio nõ dubitationis, ſed admirationis, vt teſtis eſt Auguſt. lib. locutionum in Geneſ. vt eſt, *Putasne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet?* Et Iſaias: *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis* veſtibus *de Boſra, &c.* quia Angeli iam diu incarnandi Verbi myſteriũ nouerant, ideò non ignoranter interrogant. Quod verò dicitur ab Apoſtolo: *Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus, per Eccleſiã, & multiformis ſapiẽtia Dei*, de dæmonibus quidam interpretãtur, qui de Chriſti aduentu dubitabant, iuxta illud: *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Nec obſtat quod dicitur, *in cœleſtibus*: quia hic aër caliginoſus in Scripturis dicitur cœlũ; & alibi Apoſtolus ſic appellauit, cùm diceret; *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarũ harum, cõtra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*: quo in loco nominauit principatus & poteſtates, quas ſuperiori loco vocauerat, tribuens illis ſimiliter, *in cœleſtibus*: ita vt vnus locus alium videatur explicare.

B. Aug. lib. 1. locut. in Gen. q. ſeu ca. 56. to. 4. non procul à princ.
Gen. 17.
Iſai. 63.
Epheſ. 3.
Aër caliginoſus iſte cœli nomine interdũ in Scripturis venit.
Matth. 4.
Ephеſ. vlt.

IV. Ratio.

Quarto loco vtitur Scriptura interrogatione de re nõ ſatis comperta, ſed dubia, & nobis ignota. Vt ibi: *Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?* Et alibi, *Quæ eſt hæc parabola?* &, *Quid eſt hoc quod dicit nobis, Modicum? neſcimus quid loquitur*: & Saulus: *Quis es Domine?* & ille, *Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris.*

Ioan. 9.
Luc. 8.
Ioan. 16.
Act. 9.

V. Ratio.

Eſt quinto loco interrogatio per relati-

uum

uum Quis; quæ non rem impoſsibilem, ſed nuentu d fficilem denotat, ſecundùm id; *Quis putas, eſt ſeruus fidelis, & prudens?* Et Oſeæ; *Quis ſapiens, & intelliget iſta? Intelligens & ſciet hæc. Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* Quandoque enim rem innuit prorſus impoſsibilē, etiam ſine aduentu dictionis Quis. Vt: *Generationem eius quis enarrabit?* &, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Et Pſaltes: *Deus quis ſimilis erit tibi?* Habacuc: *Quid prodeſt* (ait) *ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile, & imaginem falſam?* quaſi diceret, ex idolis nulla vtilitas prouenire poteſt. Origenes in cap. 10. Epiſtolę ad Roman. tractans illa verba: *Domine quis credidit auditui noſtro? Obſeruare,* inquit, *debemus, quòd ſermo hic in Scripturis interdum pro raro, interdum omninò pro nullo ponitur. Verbi gratia, vt cùm dicit: Quis ſapiens, & intelliget hæc? Quis eſt homo qui vult vitam? in his omnibus rarum quemque ſignificat. Vbi verò dicit* (ſcilicet Salomon) *Quis aſcendit in cælum, hoc eſt, Chriſtum deducere? vel quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt, à mortuis reducere? hic quis, nullus intelligitur. Nullus eſt enim qui aſcendit in cælum, Chriſtum inde deducere.* Hæc Origenes.

Pſalm. 23. Matth. 24. Oſeæ vlt. Pſalm. 23. Act. 8. Rom. 8. Pſalm. 82. Habac. 2. Idola prorſus inutilia, ſed & pernicioſa illi. Orig. lib. 8. in Epiſt. ad Rom. circa princ. tom. 2. Oſeæ vlt. Pſalm. 33. 1. Petr. 3. Prouer. 30.

VI. Ratio.

Eſt ſexto interrogatio, quæ vim habet Optatiui, præſertim ſi fiat per dictionem, Quis, cum verbo dandi aut tribuendi, vt oſtendi. Exempla ſunt: *Quis oſtendit nobis bona? Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? Quis dabit capiti meo aquam? Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te ſolum foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?* Id eſt, vtinam iſta omnia mihi à Deo, qui ſolus poteſt, concedantur, &c. vt ſuprà diximus de modo Optatiuo.

Pſalm. 4. Pſalm. 13. Hierem. 9. Pſalm. 54. Cant. 8.

VII. Ratio.

Præterea adhibetur interrogatio ad aliquid extenuandum: Vt, *Quis ego ſum, Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc uſque?* Et Saul: *Nunquid non Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin?* Et cum Paulus & Barnabas viderent ſacrificia quæ ſibi parabantur à Lyſtrenſibus, cōſciſsis tunicis dixerunt: *Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines.* Idē Dauid: *Quid eſt homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam viſitas eum?*

2. Reg. 7. 1. Reg. 9. Act. 14. Pſalm. 8.

VIII. Ratio.

Octauò, Chriſtus ad eos, qui ex ſimplicitate, ſiue ignorantia quęſtiones proponebant, reſpondere ſolitus erat: vt fecit interroganti de maximo mandato, & de muliere, quæ nupſit ſeptem viris, & interroganti, *Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Samaritanæ item, & cæco nato, & Apoſtolis interrogantibus reſponſa dabat. Quando verò interrogationes ex malignitate, aut curioſitate proficiſcebantur, reſponſum vllum non dabat: vt fecit cum Herode, & cum Pilato, qui admiratus eius ſilentium, dixit: *Mihi non loqueris?* &, *Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.* Interdum verò non ad verba, ſed ad mentem eorum, qui interrogationes formabant, vt ſe Deum eſſe oſtenderet, & aduerſarios reuinceret. Denique interrogantes ſe interdum interrogabat, vt cùm dixit: *Interrogabo vos & ego vnum ſermonem, &c. Baptiſmus Ioannis vnde erat, è cælo, an ex hominibus?* Alibi quoque interrogatus, *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum?* reſpondit: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?* Et cùm rogatus an liceret cenſum dare Cæſari, an non? reſpondit: *Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio?*

Matth. 22. Ibidem. Supra 19. Ioan. 4. & 9. Infra 9.

Quaſnam Chriſtus quæſtiones propoſitas ſuo dignas haberet reſponſo, quas non haberet. Luc. 23. Matth. 27. Ioan. 19. Matth. 21. Chriſti ad mentē potius quàm verba interrogantium reſponſa quò tenderent. Ibidem. Supra 5. Quandoque Domini interrogatio erat alienæ interrogationis reſponſio. Infra 22.

Dominus etiam in Scripturis ſæpè ambigentis affectu vel loquitur, vel interrogat, quę benè nouit: tum vt liberum hominis monſtret arbitrium, ne præſcientia futurorum bonorum, vel malorum immutabile faciat quod Deus futurū nouit: non enim quòd ille futura cognoſcit, neceſſe eſt facere quod ille præſcierit, ſed quod nos propria voluntate ſumus facturi, illud nouit futurum quaſi Deus. Hinc Hieronymus in cap. 25. Hierem. initio: *Verbum ambiguum, forſitan, maieſtati Domini non poteſt conuenire; ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum hominis ſeruetur arbitrium.*

Quare cùm Chriſtus omnia nouerit, ſæpè quaſi neſcius percontetur. I. Ratio. B. Hieron. lib. 5. in Hierem. paulò ante dimid. tom. 5.

II. Ratio.

Deinde cum dubio interrogat, vt, dum homines dubij ſunt de ſalute ſua, fortiùs agant pœnitentiam, & magis ad miſericordiam Deum prouocent. Vnde Ionas: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?* Auguſtinus in Pſalm. 2. *Ne quando iraſcatur Dominus,* inquit, *cum dubitatione poſitum eſt, non ſecundùm viſionem Prophetæ, cui certum eſt, ſed ſecundùm eos ipſos qui monentur, quia cum dubitatione ſolent cogitare iram Dei, quibus non apertè reuelatur.*

Ionæ 3. Ioel. 2. Aug. tom. 8. in princ.

III. Ratio.

Ad hęc, interrogat, vt oſtendat ſe ignorare ea, quæ ſuis oculis non placent, nec illi probantur. Qua de re Gregorij optimum teſtimonium habemus in lib. Moralium: *Quid eſt,* inquit, *quòd venientibus Angelis electis, nequaquam dicitur, Vnde venitis, Satan verò vnde veniat, percontatur? Non enim requirimus niſi vtique quæ neſcimus. Neſcire autem Dei reprobare eſt. Vnde quibuſdam in fine dicturus eſt: Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Sicut & neſcire mentiri vir verax dicitur, qui labi per mendacium dedignatur: non quia ſi mentiri ve-*

B. Greg. lib. 2. Moral. cap. 4. inst. tom. 1. in princ. Iob 2. Infra 2. Luc. 13. Pſalm. 6. Mentiri qui neſciat.

ſit, neſciat; ſed quòd falſa loqui veritatis amore contemnat. Quid eſt ergo ad Satan dicere, Vnde venis? niſi vias illius quaſi incognitas reprobare? Veritatis igitur lumen tenebras quas reprobat, ignorat, & Satanæ itinera, quia iudicans damnat, dignum eſt vt quaſi neſciens requirat.

Gen. 3.

Hinc eſt quòd Adæ peccanti conditoris voce dicitur, Adam vbi es? Neque enim diuina potentia neſciebat, poſt culpam ſeruus ad quæ latibula fugerat: ſed quia lapſum vidit in culpa, iam ſub peccato velut ab oculis veritatis abſconditum, quia tenebras erroris eius nō approbat, quaſi vbi ſit peccator, ignorat. Hæc ille.

Infra 4. Ioan. 11. Matth. 20. Rom. 5. Gen. 3. Cauſa mortis peccatum.

His ſimile illud eſt: *Vbi eſt Abel frater tuus?* Et Dominus, *Vbi poſuiſtis eum?* ſcilicet Lazarum. Et cùm matri filiorum Zebedæi dixit: *Quid vis?* vt oſtendat peccatum Cain interficientis Abel, & mortem Lazari, quam peccatum inuexit per primam mulierem, & preces illas ambitioſas filiorum Zebedæi, à ſpiritu ſuo non eſſe profectas.

Greg. hom. 9. in Ezech. ſub init. tom. 2. ante med. Matth. 24.

Idem Gregorius in Ezechielem: *Sciendum*, inquit, *nobis eſt, quia iſta dubitatio locutionis Dei non ex ignorantia, ſed ex aliqua ſignificatione deſcendit. Nam quis neſciat quòd qui fecit, & videt omnia, omnia ſciat? Et per ſemetipſam in Euangelio veritas de Antichriſti prædicatoribus dicit: Dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt, etiam electi. Cur hoc ſub dubitatione dicitur, cùm, quid futurum ſit, à Domino præſciatur?* Paulò poſt: *Dicitur ergo, ſi fieri poteſt: quia trepidabunt, & tamen dicuntur electi, quia non cadunt. Dubitatio itaque ſermonis à Domino in electis exprimit trepidationem mentis. Quos & electos nominat, quia certum quòd in fide, & bono opere perſiſtunt.* Hæc ille ſapientiſsimus Pater.

Quid ſignificet quod Chriſtus dixit: Ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi.

IX. ac poſtrema Ratio.

Demum interrogationes ſeruiunt ad aliquod occultum myſterium detegendum. Vnde Hæmorrhoiſſæ fidem, quæ tetigit fimbriam veſtimenti, detexit, dicens: *Quis eſt qui me tetigit?* etiamſi Petrus non agnoſcens quò tenderet Dominus, reſponderit, *Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, Quis me tetigit?* Et vno Samaritano ex decem leproſis ſanato, & reuertenti ad gratias agendum, reſpondit Dominus per interrogationem: *Nōne decem mundati ſunt? Et nouem vbi ſunt?*

Luc. 8. Infra 17.

Canon XXXV.

De traditionibus. Traditionis vocabulū in Diuinis libris quàm latè pateat. 2. Theſſ. 2. I. Acceptio. Act. 6.

Traditionis nomē in Scripturis, ad omnes etiam Diuinas leges, ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcripto diſpenſatas, tam in Veteri, quàm in Nouo Inſtrumēto, accipi ſolet. Vnde Apoſtolus dixit: *State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Et Stephanum accuſarunt Iudæi, dicentes: *Audiuimus eum dicentem, quoniā Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.* Et Apoſtolus docet, ſe Corinthijs tradidiſſe ritum cœnæ Dominicæ, & Reſurrectionis myſterium: quæ tamen in ipſo Euangelio habentur. Et ita traditionis vox Diuinas, & Euangelicas Leges complectitur.

1. Cor. 11. Infra 15 & 14.

II. Acceptio.

Deinde ea vox ad ea omnia, quæ Apoſtoli propria autoritate condiderunt, vel Patres in Concilijs Generalibus, ſiue Romani Pontifices, Chriſti Vicarij, tanquam paſtores, & Eccleſiæ moderatores inſtituerunt, extenditur. Nam de Apoſtolicis dicitur: *Tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis, & ſenioribus, qui erant Hieroſolymis*: de quibus verè dicere poterāt quod Paulus dixit, *Dico ego, non Dominus.*

Act. 16. 1. Cor. 7.

III. Acceptio.

Sunt tertio loco traditiones, quæ & Eccleſiaſticæ, & Canonicæ, & Synodales, ſiue Conciliares, vel Pontificij nuncupari poſſunt, nec propriè ad ius diuinum ſpectant, etiamſi maximè omnes fideles non ſecus arctent, ac ſi diuinæ eſſent.

IV. Acceptio. Matth. 15. Iſa. 9. Coloſſ. 2.

Sunt quarto loco traditiones humanæ, quas tam Chriſtus in Euangelio, producto ex Iſaia teſtimonio, inſectatur, quā Paulus, cùm ait: *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum.* Et alibi: *Increpa illos durè vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate.*

Tit. 1.

Hūc ſignificatum à ſecundo ac tertio diſcrepare quid oſtēdat. 1. Cor. 11. Infra 14.

Quæ quidem traditiones non poſſunt eſſe eædem, quæ ſecundo, aut tertio loco dictæ ſunt, quia ipſemet Apoſtulus commendat eos, qui ſuas traditiones ſeruabant, & ſuis præceptis parebāt. *Laudo vos fratres*, inquit, *quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Et infra: *Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata. Qui ergo tenentes traditiones, & mandata ſua, laudabat, pugnaſſet ſecum, ſi de humanis traditionibus, quas ſolet reprehendere, verba faceret?* Deinde ſi diligenter inſpicias, poteris facilè deprehendere, eiuſmodi leges & mandata non fuiſſe traditiones hominum.

Quales ferè ſint Eccleſiaſticæ ſanctiones, traditionesve.

Nam Eccleſiæ præcepta vt plurimùm determinationes præceptorum diuinorum ſunt, quæ quidem generatim loquuntur: at illa Eccleſiæ ſpeciatim de ſingulis præſcribunt: vt ſunt leges ſeruandæ Dominicæ diei, & dierum feſtorum; confeſsiones quoque priuatæ coram proprio Sacerdote quotannis faciendæ, & de tempore percipiendæ Euchariſtiæ, de ieiunijs, & delectu ciborum, de ratione alendi miniſtros verbi, & Sacramenti, quæ quidem omnia & ſimilia, quatenus aliquid peculiare, & in Scripturis minimè definitum, ſed benè in Scripturis approbatum, & commendatum, complectuntur, diui

Leges Eccleſiaſticæ quatenus diuinæ dici poſſint, & debeant.

na quo

na quodãmodò dici poſſunt. Deinde quia hæ leges non à puris hominibus, ſed à viris ſanctiſsimis, ſapientia, & Spiritu Dei plenis profectæ ſunt, vt diuinæ habendæ ſunt: quemadmodũm etiam conſtat ex eo quòd vim & efficaciam eiuſmodi traditiones Eccleſiaſticæ habeant hominem illuminandi, vt ad ſanctitatem, & ad æternæ vitę poſſeſſionem peruenire valeat. Quare his omnibus de cauſis præcepta, & leges Eccleſiæ inter humanas propriè traditiones non ſunt computãdæ: etſi interdum apud Patres eo titulo inſigniantur, id eſt, ad bonum ſenſum traducendum. Dices; Quid eſt ergo humana traditio? Non eſt cuicumque exploratum & certum; nam Manichæi per traditiones ſeniorum intelligebant omnes Scripturas Veteris Teſtamenti, quas à Paulo dicebant appellatas Iudaicas ſabulas & nouitates, in quos ipſe Apoſtolus ait: *Lex quidem ſancta, & præceptum iuſtum & bonum:* &, *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, &c.* Deinde, vt Epiphanius tradit, hæretici dicti Ptolemæitę per traditiones à Chriſto dãnatas intelligebant non omnes Scripturas Veteris Teſtamenti, ſed quaſdam earum quas in tres partes diſtribuebant, dicentes vnam eſſe à Deo, alteram à Moyſe, tertiam à ſenioribus Iudæorum conſcriptam, & poſtea à Chriſto reiectam: ſed cùm huiuſce traditionis nuſquam in Scripturis fiat mentio, perſpicuum eſt, Chriſtum nullam damnaſſe partem Veteris Teſtamenti, ſed tantùm Iudaicas conſtitutiones extra ſacram Scripturam poſitas. Tertiò Hieronymus in libro 3. Iſai. & cap. 3. Epiſt. ad Titum, intelligit Deuteroſes, quas primi ante Chriſti aduentum docuerunt Sammai, & Hillel, quorum ſcholam ſuſcepit Aziba, Aquilæ proſelyti præceptor, & poſt eum Mayr, &c. Et B. Thomas in Epiſtolis ad Timoth. intelligit omne corpus libri dicti Talmud, quod vanis & ſuperſtitioſis traditionibus plenum eſt. Verùm cùm hic liber lõgè poſt Pauli tempora fuerit à Iudæis compoſitus, nimirùm ferè poſt ducentos annos à Chriſto, Paulus, aut Dominus futuros libros non prohibet, ſed eos, qui ſuo tantùm tempore circumferebantur. Poſtremò Lutherus cum ſuis, per traditiones reiectas à Chriſto, intelligit Eccleſiaſticas omnes ſanctiones, quæ in Diuinis literis expreſſum Dei verbum non habent: quod ſatis ſupra refutatũ eſt. Quam ergo humanã dicimus traditionem? Illã ſolam, quæ à vero Dei cultu auocat, & in Chriſti fidem, ſiue præcepta militat, & non ſolùm vtilitatem aliquam non adfert, ſed etiam ſuperſtitionẽ nutrit. Vnde quoties Dominus, aut Paulus de illa ſermonem faciunt, mandata homioum opponunt legi Dei. Hinc Chriſtus: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, & mãdata hominum:* &, *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.* Et Paulus: *Secundum traditionẽ hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum.* Alibi: *Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate.* Vbi vides, ſemper traditioni humanæ opponi Chriſtum, vel verbum eius. Et reuera hominis nomen malè audit in Scripturis, & in malã partem accipitur, & ſignificat eũ, qui Spiritu Dei, & ſapientia eius deſtituitur, à quo vt tali nihil boni proficiſci poteſt. Sic enim dixit Dominus Petro: *Non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.* Vbi Deus homini opponitur. Paulus etiam: *Cùm ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* Pſaltes, *Dominus*, inquit, *mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Tales erant traditiones, quas Phariſæi tradebant, licere adoleſcenti bona ſua offerre templo, neglecto patre, etiamſi penuria graui oppimeretur: &, iurãtem per templum, vel per altare Domini, non teneri ad iuriſiurandi religionem ſeruandam: qui verò iurauerit in auro templi, vel in auro altaris, teneri. Tales erant & ſeniorum traditiones, quæ crebram lotionem fieri inter edendũ præcipiebant, ne cibus illotis manibus ſumptus animum contaminaret: quæ mera erat ſuperſtitio, & nihil pietatem promouebat. Quòd verò Eccleſiaſtica præcepta non ſint talia, ex eo liquidum & exploratum redditur: quia nullum Eccleſiæ præceptum, aut votum eſt adeò ad ſui obſeruantiam arctans, vt ſi quo modo, vel aliquo tempore immioueret charitatem, vel offenderet, negligendum potius non ſit, quàm charitas vulneretur, aut relaxetur. Cõſtat enim ex certa, & explorata regula, quòd vbi duo concurrunt obſeruanda, & vnum alterum impediat, maius eſſe præferendum, & ſeruandum, minus verò negligendum: Has traditiones vbiq; Paulus irridens, nunc Iudaicas ſabulas, nunc aniles nugas, nunc ſtultas, & proſanas nouitates appellat multis in locis, quo nos ab earũ ſtudio deterreat. Ipſe enim quia ęmulator extiterat paternarũ in Iudaiſmo traditionum, vt ipſe teſtatur, ſibi atq; alijs illis traditionibus nocuerat.

Quanta earũ vis & efficacia.

Si quãdo Patres eiuſmodi leges & ſanctiones humanas vocauere, quã, Hæretici, aliter acceperunt.

Quid ſit propriè humana traditio. Matth. 15. Ibidem. Ibidem. Coloſ. 2. Tit. 1.

Hominis vocabulum in Scripturis minus benè ſonat, & quid ſignificet.

Matth. 16. 1. Cor. 15.

Quales Phariſęorũ traditiones eſſent. Matth. 15. Infrà 23.

Traditiones ſeniorum quales. Supra 15.

Eccleſiæ pręcepta traditiones hominum dici nõ debere, vnde conſtet.

Tit. 1. & 3. 1. Tim. 1. Infra 4. 2. Tim. 2. & 4. Galat. 1.

CANON XXXVI.

Veteris Teſtamenti Patres, ſiue excellentes mulieres, etſi ſanctitate, & gratia prophetandi præfulſerint, non eſt opus interdum à leuio-

Sãctos Veteris Teſtamẽti viros, ac fœminas le-

[margin: ...nitur interdũ peccaſſe, non eſt ignorandum. *Rom. 8.* *1. Ioan. 1.* *Iacob 3.*]

à leuioribus, hoc eſt à venialibus peccatis excuſare: quandoquidem Apoſtolos, qui primitias Spiritus acceperunt, ac prophetis præſtare dignoſcuntur, à ſimilibus peccatis non excuſamus, quorum vnus in omnium perſona dixit: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt:* & alter, *In multis offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.*

[margin: Eorundem vitia (qualia tandem) nobis apertè in diuinis libris cur prodita. *Iren. lib. 4. cap 50.* Egregia Irenæi martyris omniq; exceptione digniſſima de Patriarcharum vitijs Prophetarumq; non exprobandis improbandisq; documenta duo. *Gen. 9.*]

Ideò non eſt quòd laboremus in excuſando Iacob, aut Ioſepho, aut Sara, aut Iudith, eo quòd in mendacia officioſa inciderint. Proponuntur verò nobis eorũ, ſiue parui, ſiue magni defectus, vt Dauidis, Salomonis, Ezechiæ, & aliorum; vt in eorum capitibus diſcamus nobis proſpicere, & peccata declinare. Vt tamen tradit Irenæus: *Talia quadam enarrãs de antiquis presbyter, reficiebat nos & dicebat, de his quidem delictis, de quibus ipſa Scriptura increpat Patriarchas, & Prophetas, nos non oportere exprobrare eos, neq; fieri ſimiles Cham, qui irriſit turpitudinem patris ſui, & in maledictionem decidit: ſed gratias agere pro illis Deo, quoniã in aduentu Domini noſtri remiſſa ſunt eis peccata. Etenim illos dicebat gratias agere, & gloriari in noſtra ſalute. De quibus autem Scriptura non increpant, ſed ſimpliciter ſunt poſita, nos non debere fieri accuſatores; non enim ſumus diligentiores Deo, neque ſuper magiſtrum poſſumus eſſe, ſed typum quærere. Nil enim otioſum eſt eorum, quæcunque inaccuſabilia poſita ſunt in Scripturis.* Et cap. ſeq. idem Irenæus ponit exemplũ in filiabus Loth, quæ propter ſimplicitatem & ruditatem putantes vniuerſum mundum extinctum, inebriarunt patrem, & ad eum ſunt ingreſſæ, vt pater neque ſenſit, neque cognouit quid fieret: proinde non peccauit, ſed impleuit typum Chriſti, qui Pater futuri ſeculi futurus erat, & per ſemen Spiritus ſancti cum duabus filiabus, id eſt, Synagoga, & Gentilitate, ſine peccato vllo eſt commixtus. His addenda ſunt quæ Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum diſſerẽs, acutè & eleganter ſcripſit: *Sancta Scriptura, quam totus iam mundus meritò veneratur, laudanda, & vituperanda hominum facta, vel ipſa iudicat, vel legentibus iudicãda proponit: nec ſolùm homines ipſos vel vituperabiles, vel laudabiles intimans, verũ etiam quædam in vituperabilibus laudanda, & in laudabilibus vituperanda non tacens. Neque enim quia vituperabilis homo erat Saul, ideò non eſt laudabile factum eius, quòd guſtatum de anathematе tam diligenter ſcrutatus, tam ſeuerè vindicare conatus eſt, obediens Deo, qui hoc fieri prohibuerat: vel quod pythones, & ventriloquos de regno ſuo deleuit. Aut quia laudabilis erat Dauid, ideo peccata eius, quæ Deus quoque arguit per Prophetam, vel approbanda, vel imitanda ſunt. Sicut nec in Pontio Pilato vituperandũ eſt, quòd aduerſus accuſationes Iudæorum innocentem eſſe Dominum iudicauit. Nec in Petro laudandum eſt, quòd eundem Dominum ter negauit, vel vnde ab ipſo Satanas appellatus eſt, quòd nõ ſapiendo quæ Dei ſunt, eum voluit à paſſione, hoc eſt à noſtra ſalute reuocare: paulò antè ergo dictus eſt beatus, paulò poſt dictus eſt Satanas.*

[margin: *Matth. 10.* *Idem c. 51.* *Gen. 19.* *Iſai 9.* Noe cum filiabus inceſtus quid deſignant ſecũdum Irenæũ. *B. Aug lib 22 contra Fauſt c. 65. tom. 6.* Aurea D. Auguſtini doctrina. *1. Reg. 14. & ſeq.* *Deut. 18.* *1. Reg 28.* *2. Reg. 12. & ſeq.* *Matth. 27.* *Supra 26.* *Supra 6.*]

Canon XXXVII.

[margin: Quã factum ſit diuina prudentia apud omnes gẽtes vt qui varijs morborum generib^9. vel nimia inopia laborarent, in ipſis templorum veſtibulis conſiderent. *Ioan 9.* *Act. 3* *1. Cor. 1.*]

Fuit ſemper in more poſitum apud omnes gentes, vt pro foribus ſacrorũ templorum ij qui varijs morbis confecti, vel mutilati membro, aut ſenſu aliquo priuati, aut denique ad extremam redacti paupertatem cõſiderent: vt cęcus à natiuitate, & claudus ex vtero matris ſuæ. Id autem magna ratione factum eſt, vt oſtendat Dominus quales ſatellites & domus ſuæ cuſtodes habere velit: *Infirmum enim Dei fortius eſt hominibus.* Illi enim quaſi communes præceptores omnium qui in templum veniunt, & ibi verſantur, & inde egrediuntur, exiſtunt, vt diſcant, ne rebus ſecundis efferantur, qui in tales morbos & penuriam incidere poſſent: & ne aduerſis frangantur, vt & illi maiori humilitate præditi preces ad Deum fundant, & gratias agant Deo de morbis illis, & calamitatibus, quas euaſerunt, & vt Diuinam miſericordiam impetraturi, miſericordiam prius impendant, quia *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Itẽ diſcant ex mendicis qui clamore inſtant, & plagas detegunt, & gemebunda voce augent, qua ratione ſit illis cũ Deo agendum: vt videlicet in orationibus perſeuerent, & clamoribus, & lachrymis inſtẽt, & intimos ſuorum malorum receſſus Deo aperiant. Ita enim facilius peccatorum veniam conſequẽtur. Ipſi verò ęgroti, & pauperes ſi ficti nõ ſunt (vt ille, qui ab Epiphanio eleẽmoſynam prętextu confictæ mortis extorquere voluit: & illi, qui, ne ſanitatem conſequerentur, & ad labore vitam alendam cogerentur, præſentiam B. Martini omnes eos ſanare volentis fugiebant) vt in primis agnoſcant, ſe ſub vmbra protectionis Diuinæ, ac nominis Dei inuocatione ali, & vitam ſuam ſuſtentare. Deinde vt gratos ſe præbeant ſuppeditantibus temporalia, & rependant ſpiritualia à Deo oratione ſua impetrata: *Cõclude,* inquit, *eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo:* & gratias agant Deo, qui mouit per ſe, aut per Angelũ ſuum corda templũ intrantium, vt petentibus eleẽmoſynam porrigerent. Vt deniq; acciperent maiora eſſe mala, ad quę depellenda & arcenda homines ſani, & opibus, & poteſtate florentes

[margin: *Matth. 5.* *Seuer. Sulp. in vita B. Martini.* *Eccl. 29.*]

non

non in veſtibulum, vt ipſi, ſed in templi penetralia ſe recipiunt. Ob hos, & ſimiles fructus decerpendos Deus magna ſua ſapientia tempus voluit adhiberi pauperes, cęcos, & afflictos homines. Vtinam eos nos ſeriò meditemur, & decerpere enitamur. Memini me aliquando legiſſe, ampliſsimæ ciuitatis Epiſcopum quendam dixiſſe, artem benè precandi ſe à mendicis, qui pro templo ſtabant, didiciſſe.

Epiſcopum quendam, vt ipſe teſtatus eſt, precandi modũ in pauperes docuit beneficentia.

Cur qui digniorẽ vitæ ſtatum diuinitùs ſortiuntur, conuiuiũ de more inſtruant.

CANON XXXVIII.

Vocati ad excelſiorẽ gradum à Deo, conuiuium celebrare ſolent, vt illo veluti certo argumento teſtentur, & profiteantur, ſe ab illo munere, ad quod exercendum aſciti ſunt, reſilire nolle. Ita Heliſæus arans in duobus paribus boum, cùm vocatus fuit ab Helia, conuiuium fecit, quemadmodum Matthæus c. 9. ſui Euangelij, poſtquã reliquit teloniũ, Dominum, & Apoſtolos conuiuio excepit: & princeps publicanorũ Zachæus, Domino, & Apoſtolis ſplendidam menſam appoſuit, euocatus ad fidem, exercitio priſtino abdicato. Ita etiã hodie Sacerdotes cùm initiantur, & Religioſi dũ anno Probationis peracto, profeſsionem de more faciunt, ſplendidiori menſa vti ſolent: quomodo etiam qui nuptiarũ fœdere coniunguntur, & qui ineunt magiſtratum, facere conſueuerunt.

3. Reg. 19.
Luc. 5.
Infrà 19.

CANON XXXIX.

Semper in Scripturis boni à malis ſegregantur, non è contra.

Vbicunq; ſeparatio inter bonos & malos facta legitur in Scripturis, ſemper boni ſeceſſerunt à malis, & non mali à bonis: quia ſemper diabolus deſiderat infideles ſuos cũ fidelibus eſſe, & infideles cum fidelibus miſtos, vt eos corrumpãt. Chriſtus verò ſemper feſtinat fideles ab infidelibus ſeparare, ne fideles conuenientes cũ infidelibus, corrumpãtur ab eis: quia procliuius eſt bonos à malis contaminari, quã malos à bonis iuuari. Vnde Iudæi cùm eſſent in captiuitate, Deus per Prophetã non ad Aſſyrios dicit: *Exite exite de medio populi mei*, ſed ad populũ ſuum: *Exite, exite de medio eorũ, & immũdum ne tetigeritis*: quia malum coinquinat bonũ, bonum autem non coinquinat malum. Vt puta, iunge lutum farinæ, non farina ſordidat lutum: ſed lutum farinam. Item iunge acetũ vino, non vinũ corrumpit acetũ, ſed acetũ vinum. Nec enim corrumpi poteſt ab alio, quod naturaliter à ſe ipſo corruptum eſt. Hactenùs autor operis imperfecti in Matth. elucidans illud: *Qui diligit patrẽ pluſquàm me, non eſt me dignus*. Ex quibus multi loci dilucidi reddũtur. Nam Chriſtus dicitur ab Apoſtolo ſegregatus à peccatoribus, & Paulus ſegregatus in Euangeliũ Dei: quia vt ipſe ait: *Cùm autẽ placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiã ſuam, vt reuelaret Filium ſuum in me.* Et Petrus prædicabat, *Saluamini*, inquit, *à generatione iſta praua.* Ita Abraham ſeparatus eſt ab Vr Chaldæorum, & à cognatione ſua; & Loth, vt de Sodomis effugeret, ab Angelis perſuaſus eſt. Nathan quoque quaſi adeps ſeparatus à carne Eccl. 47. Et Hiere. *Recedite*, inquit, *de medio Babylonis, de terra Chaldæorũ egredimini*, & reliqua.

Iſa. 52.
Autor. oper. imperf. in Matth. hom. 26. circa medi. tom. 2. ope. D. Chryſ.
Matth. 10.
Heb. 7.
Rom. 1.
Gal. 3.
Act. 2. cap. 12.
Infrà 19.
Hierem. 50.

CANON XL.

Malos cum bonis cõponere, & minus malos cũ deterioribus cõſueuit Scriptura frequenter.

Vulgaris eſt & vſitata quædã in Scripturis comparatio, qua iuſti cum iniuſtis, aut minus iniuſti cum magis iniuſtis cõparantur: & priores præ poſterioribus iuſtificantur. Ecce verba Hieronymi ad Damaſum In explicatione parabolæ de prodigo: *Omnis, inquit, mũdi iſtius iuſtitia, ad Dei comparationem nõ eſt iuſtitia. Quomodo enim ex peccatis Hieruſalem Sodoma iuſtificatur, non quòd ipſa ſit iuſta, ſed quod maioribus delictis fiant minora delicta: ita & omnium hominum vniuerſa iuſtitia non eſt, Deo collata, iuſtitia.* Hæc ille, quæ quidẽ exemplis illuſtrari poſſunt: vt. *Deſcendit hic iuſtificatus ab illo*, ſcilicet ſuperbo Phariſæo: &, *Melius eſt nubere quàm vri: Bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, & claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum*: quod eſt dicere, Melius eſt, &c. Et rurſus: *Melior eſt vnus timens Deũ, quàm mille filij impij.* Alibi: *Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciens mulier.* Addit Hieronymus lib. Aduerſus Iouinian. *Bonũ eſt illud naturaliter, quod comparationem non habet mali, quod prælatione alterius non obumbratur.* Hæc ille. Iudicare igitur in Scripturis, nõ tam iudicium pronũtiare, quàm condemnare eſt. Vnde illud: *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael*: intellige comparatione bonitatis, & ſanctitatis. Vt, *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. Et Regina Auſtri ſimiliter.* Hinc Sapien. 3. dicitur: *Iudicabunt iuſti nationes, & dominabuntur populis, &c.* non autoritate, quæ ſolius eſt Chriſti, ſed collatione bonorum operum. Ita etiam dixit: *Si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi, iudices veſtri erunt.* Et, *Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die*, id eſt, cõdemnabit. Similiter dicitur: *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus?* hoc eſt Angelos apoſtatas comparatione melioris vitæ illius qui de cœlo per ſuperbiam ceciderũt, condemnabimus. Et ita Corint. 6. dicitur: *Sancti de hoc mundo iudicabunt.* Quod explicans Ambroſius ait: *Quia exemplo fidei illorum perfidia mundi damnabitur.* Et Euthymius in illud de viris Niniuitis ita inquit: *Dicere*

B. Hier. Epiſt. 146. circa fin. tom. 3. ante med.
Luc. 18.
1. Cor. 7.
Matth. 18.
Eccl. 16.
Infra 42.
Idem lib. 1. aduer. Iouinia. ſub init. 10. & in princ.

Bonum naturaliter quid ſit.

Iudicare in Scripturis, ſæpe idem quod condemnare eſt

Matth. 19.
Suprà 12.
Ibidem.
Matth. 12.
Ioan. 12.
1. Cor. 6.
Apoc. 12.
B. Ambroſ. 10 5 à medio.
Euthym. c. 23 in Matth.

ſolemus, hunc, aut illum in futuro iudicio nos condemnaturum: non quaſi ille futurus ſit iudex, ſiquidem omnium iudex vnus erit Chriſtus; ſed quòd illius operatio noſtris collata confundet nos.

Idem cap. 41. in Matth. *Matth. 19.*

Hanc quoq; conſuetudinem ſecutus eſt Chriſtus. Idem explicans illa verba: *Iudicantes duodecim tribus Iſraël,* ſcribit: *Suprà diximus, Niniuitas, ac Reginam Auſtri condemnaturos generationem illam; ita & Apoſtolos nunc condemnaturos ait duodecim tribus Iſraël. Ideo enim nō dixit Gentes, aut Orbem, ſed ſolos Iſraëlitas ſuos contribules, ſuos cognatos. Condemnabunt enim eos, nō quaſi iudicantes, ſed quia ii quos iudicabit, à fide horum ſit condemnaturus illos. Siquidem cùm eiſdem moribus, ac legibus, & hi, & illi ſint enutriti; hi tamen crediderunt, illi verò credere noluerunt.* Hæc ille: quæ accepta ſunt ex Chryſoſtomi homilia 69. In Matthæum.

B. Chryſoſt. tom 2. *Origen. tract. 9 in Matth. circa med. tom. 2. initio.* *Hieron. in ca. 9 Matthæi prope fin. 10. 9. idem tom. 5.*

Origenes quoque in eadem verba: *Omnis,* inquit, *vita iuſtorum iudicabit tribus Iſraël, quæ non crediderunt; & iudicabunt Apoſtoli, & qui Apoſtolorum imitati ſunt vitam, & iudicabunt generoſos quidem propter quod ſunt Iſraël, non autem egerunt digna genere ſuo.* Idem tradit Hieronymus: *Quia vobis credentibus, illi credere noluerunt.* Idem in Iſai. cap. 50. ante medium: *Iudicatur quis cum Domino, non auctoritate regnantis, ſed comparatione virtutum: quomodo & Apoſtoli iudicant duodecim tribus Iſraël, & Niniuitæ, ac Regina Saba populum Iudæorum: iuxta quem ſenſum ad Hieruſalem dicitur: Iuſtificata eſt Sodoma ex te.*

Ezech. 16.

Hæc ille. Non ignoro, quoſdam ex noſtris aſſerere, aliquā poteſtatem iudicandi ſimilem illi Chriſti, & ſub illa Chriſti Apoſtolis fuiſſe collatā; cui ſenſui non auſim contradicere: ſed hæc expoſitio videtur Scripturis magis conſona, & à Patribus magis probari, & ſcrupulis magis carere.

Canon XLI.

Quædā circa negationem obſeruatione digna. *Gen. 8.* *Iſai. 9.*

Circa negationē in primis conſiderandū venit, an ſit de Textu, an non ſit, quia id ſæpè in controuerſiam venit: vt illud, *Coruus egrediebatur, & non reuertebatur*: quod ſine negatione in Hebræis habetur; & id, *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam*; quod ſine negatione habet tum Hebraicus codex, tum Septuaginta interpretes: Tertiò: *Etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ*: quem locum Ambroſius, & Origenes, & Hieronymus in Cōmentariolis affirmatiuè legunt.

Rom. 5. *Ambroſ. in c. 5. ad Rō to. 5.* *Orig. ibid. li. 5 tom. 2.* *Hiero. ibid. tom. 9.*

Quartò eſt locus Ioſue 11. *Non fuit ciuitas quæ ſe non traderet filijs Iſraël: præter Heuæum in Gabaon: omnes enim bellando cepit*: in illa oratione ſecunda negatio ſuperflua eſt, quia non eſt in Hebræo, neque in Septuaginta, qui habent, *Nulla fuit ciuitas, quam non tradidit* (ſcilicet Ioſue) *filijs Iſraël*, & propter rationem ſubiunctam, *Omnes enim bellando cepit*, & propter verba quæ ſequuntur, *Domini enim ſententia fuerat, &c.* In his ergo, & ſimilibus conſulenda in primis eſt Eccleſia, deinde inſpicienda ſunt antiqua exemplaria, & magis caſtigata, & præſertim veteres Patres, ex quorū locupletiſſimo penu poſſimus propoſitum dubium diſſoluere: neque aut quibuſuis Latinis, aut Græcis exēplaribus contra veritatem, & lectionem in Eccleſia receptam fides eſt adiungenda, ac multo minus Hebraico fonti: qui interdum corruptiſſimus eſt, & per Rabbinos deprauatus, ita vt pleriq; illorum pro nihilo pendant, an legendū ſit cum negatione, an ſine illa.

Multiplex eius vſus in Sacris literis. Primus vſus. *Ioan. 6.* *Ibidem.*

Deinde expendendum, ſæpè negationē eſſe tranſponendam, vt durities orationis tollatur: vt illo loco: *Non Moyſes dedit vobis panem de cælo*, pro eo quod eſt, *Moyſes nō dedit vobis panem.* Et paulò inferiùs: *Deſcendi de cælo non vt faciam voluntatem meam*: quod ita intelligendum eſt, *Non deſcendi de cælo vt faciam voluntatem meam.* Item illud Apoſtoli; *Debitores ſumus, non carni, vt ſecundùm carnem viuamus*: pro eo quod eſt, *Non ſumus debitores carni.*

Rom. 8.

Alter vſus.

Tertiò obſeruandum eſt, negationem neceſſariò ſupplendam & repetendam eſſe ex proxima quæ præcedit clauſula, vt Pſal. 142. *Non auertas faciem tuam, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum*, hoc eſt, & nō ero ſimilis: ita Iſaiæ 53. *Vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum*: hoc eſt, & non deſiderauimus eum. vnde Grāmatici docent, Vau poſt negationem, vel poſt dictionem negatiuam non affirmat, ſed negat, quia repetit præcedentem negationem: vnde Poëta:

Iſai. 53.

Neſcia mens hominis fati, ſortiſq; futuræ,
Et (repete neſcia) *ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.*

Greg. Nazianz. *1. Petr. 2.*

Quartò aduerte ex Gregorio Nazianzeno orat. 2. de Filio Dei (quæ modò eſt oratio 4. de Theologia) interdū negationes, quas de Filio Dei vſurpat Scriptura, nihil omninò ponere: vt ſi quis diceret Chriſtum non propter ſua, ſed propter noſtra delicta crucifixum, & mortuū, non ſignificare, Chriſtum deliquiſſe, qui peccatum non fecit.

Quomodò illud accipiendum: Deſcendi de cælo, nō vt faciam voluntatem meā, &c. teſte Nazianzeno.

Item: *Deſcendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me*, nō denotat, vllam infuiſſe Chriſto humanam voluntatem à Diuina ſeparatam. Nam etſi Diuinam, & Humanam in eo confiteamur voluntatem, diuina tamen Chriſti voluntas eadem omninò fuit cum Patre, creata verò Chriſti hominis voluntas, etſi eadem non fuerit cum illa Diuina, fuit tamen ab illa minimè ſeiuncta, ſed illi per omnia conformis.

formis. Et de hac, vt ſeparata à Dei voluntate, ac priori minimè conformi, aſſerimus Chriſtum dixiſſe, non deſcendiſſe vt faceret, quia nunquàm talis in eo fuit. Atq; hoc pulchro exemplo explicat Gregorius Nazian. ex illo loco Apoſtoli ad Titu, cùm ait: *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos*: hic enim ſermo non ponit vlla opera iuſtitiæ extitiſſe in homine ante Dei gratiam, cùm eſſe non potuerint. Et ita intelligo illud, quod de Abraham teſtatur Apoſtolus: *Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriã, ſed non apud Deum*; quo verbo Apoſtolus non aſſerit, illum talibus operibus non ornatum fuiſſe, vt gloriã haberet apud homines; ſed loquens ſub conditione, quæ vicina eſt negationi, docet, quòd ſi talia opera Abraham habuiſſet, antequã fide Deum noſſet, potuiſſet in illis gloriari: ſed reuera nulla talia extiterunt. Eſt etiam aliud exemplum in eadẽ epiſtola: *Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore*: quod ad Romanos ipſos attinet, qui legem Moſaicam nunquàm audierant, intelligimus illos nunquàm talem ſpiritum accipere potuiſſe, ſed tantum negari id quod nunquam fuerat.

Tit. 3. Quod ait Apoſtolus: Nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, quid ſignificet.

Rom 4.

Infra 8.

III. vſus.

Negat etiam Dominus, vel Apoſtolus, frequenter nos ea facere, quæ non tantùm nobis conueniunt, ſed etiam, (ac id quidem præcipuè & principaliter) Deo ſoli competunt, & nobis quaſi ſecundario. Vt cùm dicitur; *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Et iterum: *Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat, Deus.* non vt excludat adminiſtros qui plantant per baptiſmum, & rigant per doctrinam, ſed quod præcipuas partes habeat Deus, qui omnia in omnibus operatur. Et vt alibi Apoſtolus dixit: *Abundantiùs illis omnibus laboraui: nõ ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Vbi ſe videtur excludere tanquàm principalem autorem, nõ autem tanquàm adminiſtrum. Simile eſt illud: *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*: hoc eſt: Non tantum eſt hominis volentis, & currentis ſalus, ſed præcipuè Dei miſerentis: vt Gregorius interpretatur Nazianzen. quanquàm alij quidam aliter contendant interpretandum: voluntati noſtræ videlicet, aut curſui bonorum operum non deberi Diuinam prædeſtinationem, ſed illam potiùs cauſam eſſe & bonæ voluntatis, & curſus. Prior tamen ſenſus, qui proximus eſt ſuperiori, bonus eſt & verus: quia eſt perinde ac dicere illud, quod alio in loco dixit: *Deus eſt qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate*, nimirum diuina. Ita Hieremias cap. 10. dixit in fine: *Scio Domine, quia nõ eſt hominis via eius; nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos*, ſcilicet ad bonũ perficiendum ſine ope Chriſti, qui dixit: *Sine me nihil poteſtis facere*: quia alioqui homo eſt qui ambulat viã, & qui dirigit greſſus ſuos diuino auxilio fretus.

2. Cor. 3.

Quomodo plantent, & rigent miniſtri Euãgelici.

Infrà 12.

Infra 15.

Rom 9.

Greg. Nazianz. in [illegible]

Matt. 19.

[illegible] 2.

Ioan. 15.

Quandoque verò negationes nõ omninò inficiantur, ſed aliquid vltrà addunt, quod ſtatim affirmatur: vt illud Apoſtoli Epheſ. 6. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem*, & ſubaudiendum eſt, tantum, *ſed aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum*: quod eſt dicere, non tantùm contra carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus aëreas poteſtates. Vel potiùs ita colluctamur cum carne, & ſanguine, hoc eſt, cum carnali tentatione: nam in carne, vt quidam ait, quaſi in luſtro quodã deliteſcit Satanas, quo nos proſternat. Quamob cauſam Apoſtolus dixit: *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans; ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*: quod cùm caſtigo, dæmonem illi confœderatum ferio, vt exponit ibi Anſelmus. Vel quod magis eſt veriſimile cum hominibus nequam, & peruerſis, qui curſui Euangelico obſiſtunt. Ita enim Dominus dixit Petro: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi.* & alio loco ipſe Apoſtolus: *Continuò non acquieui carni, & ſanguini*: quia in illis conſiderabat dæmones per ſua organa, & adminiſtros nos tentãtes. Simile eſt illud Ioan. 11. *Infirmitas hæc non eſt ad mortem* (ſolam ſcilicet, vt in ea ſiſtat) *ſed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam*, vt deuicta morte per Lazari reſurrectionem, ſuſcitator Dei Filius gloriam ſibi compararet. Simile eſt huic illud Pſalmi 117. *Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me*; & ſunt Chriſti verba, in quibus teſtatur Dominus omnia mundi peccata in corpore ſuo punita, & caſtigata fuiſſe: & morti non traditum propterea quod poſt illam illatam paulò poſt ſurrexit, & in vita perpetua, & immortali terminata fuit eius caſtigatio, non autem in morte, quàm breui debellauit: vnde ſubdit: *Non moriar, ſed viuam, & narrabo opera Domini*: hoc eſt, non permanebo in morte, ſed in vita immortali, quo opera Domini laudare valeam.

IV. vſus.

Epheſ. 6.

Eius dicti Apoſtolici: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, &c. triplex intelligentia.

Caro noſtra quid, teſte Auguſtino.

1. Cor. 9.

B. Anſelm. part. 2.

Matth 16.

Gal. 1.

Ioan. 11.

Actiones enim non aliunde niſi à fide laudationem, vel vituperationem promerentur; & ab eo bonæ, vel malæ denominantur. Ita etiam illud: *Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis*: intellige, non eſt meum tantùm, pro me, & meo arbitrio, vt vos ambitioſè putatis; ſed.

Actiones vnde bonæ, vel malæ ſint.

Matth. 20.

eſt

eſt meum dare illis, quibus paratum eſt à patre meo, & ſimul cum Patre meo dare.

Infrà 24. Vt enim dixit ſe diē iudicij ignorare, quod illum non detexerit, cùm tamen illum ſciret, & ſoli Patri reſeruauit eius cognitionē: ita negat eſſe ſuum dare, ſed ſimul & Patris, & ſuum eſſe dare: illius quidem principaliter, Chriſti verò vt mediatoris. Sic etiam cùm ait: *Mea doctrina non eſt mea*, non ita Ioan. 5. excludit ſeipſum, cùm ſua eſſet, ſed quà Deus erat, excludit originem, quæ à Patre illā acceperat: qua homo eſt, excludit ſe eius eſſe fontem, & autorem, negans ſe proprio marte inueniſſe, quod ſibi homini à Patre per reuelationem infuſum erat.

V. vſus, ac poſtremus. Quintò, interdū negationes apud Paulum negant id, quod ſibi imperatum non 1. Cor. 1. erat. Quale eſt: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare.* Potuit tamen ſupra mandatum ſupererogare: Vnde ait: *Baptizaui autem & Stephana domum: cæterùm, neſcio ſi quem alium veſtrûm baptizauerim.* Ita Matth. 15. Dominus dixit: *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael*: & tamen ſupererogando nonnulla ſignorum beneficia Gal. 2. Gentibus etiam contulit. Ita cùm Petrus Ibid. & Rom. 11. & alibi. eſſet miniſter Circumciſionis, & Paulus Gentium Apoſtolus: vterq; tamen vltra fines legationis ſuæ operatus eſt. Nam & Petrus Romæ euāgelizauit Gentibus, & Paulus verbo, & ſcriptis, Circumciſis doctrinā tradidit Euangelicam. Simili ratione Apo- 1. Cor. 9. ſtolus, cùm Dominus inſtituiſſet, vt illi qui Ibidem. Euangelium annuntiant, de Euangelio viuant: ipſe tamen nullo horum vſus eſt, ſed Ibidem. in eo gloriatur, quòd Euangelium prædicans, opus perfectionis adiunxerit.

CANON XLII.

Generales, communesq́; ſcripturæ enuntiationes pro incertis, infinitisque ſæpenumerò vſurpantur.

Vniuerſales interdū propoſitiones, etſi communiter ſint accipiendæ, quales ſunt: Pſal. 24. *Vniuerſa via Domini, miſericordia, & veritas*; Ioan. 1. &, *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: quæ vox ſi de lumine naturali ſit ſermo, vniuersè intelligitur, etſi aliquando aliter contingat ob defectum materiæ: ſi verò de lumine gratiæ, & gloriæ, explicanda eſt, quòd aut ex ſe illuminat omnem hominem, aut omnem accepit pro multis: ſæpè tamen capitur vniuerſalis pro infini- Pſal. 92. ta & incerta, ſecundùm id: *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*: non quidem omnes, qui aut doloſè, aut vanè iurant, ſed qui rectè, & cum debitis ſuis circumſtantijs. Ita 1. Cor. 9. Apoſtolus ait: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet*; id eſt, à multis abſtinet Leuit. 11. cibis. Et Leuit. 11. *Omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis*: quod non extenditur ad cadauera, vel animantia à feris dilaniata. Matth. 24. *Eritis* Matth. 24. *odio omnibus Gentibus propter nomen meum*; cū tamen multi Apoſtolos diligerent, & pro illis ceruices ſuas gladio ſupponerent: & rurſus: *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, &c. & dixerint omne malum aduerſum vos*, id eſt, multa verba contumelioſa. Ad- Suprà 5. hæc: *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones*: nec tamē omnes intelligendi ſunt, Ioan. 10. niſi qui ſua ſponte non miſſi venerunt. Et ita Græca lectio habet: *Quotquot ante me venerunt*, id eſt, ante meam vocationem, Meſſiæ ſcilicet nomen ſibi vſurpantes, & à Deo non miſſi, iuxta illud: *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Ante Chriſtum ... uenerunt, qui fures dicantur, & latrones. Hierem. 23.

Gen. 3. Item illud, Gen. 3. *Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium*: quod tamen ad omnia animantia irrationalia extendi non debet. Simili- Luc. 2. ter dicitur exijſſe edictū à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis: quod de orbe Imperio Romano ſubiecto intelligendum eſt tantum: ſicut illud: *Fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo*, id eſt, in Rom. 1. multis eius partibus. Ita Geneſ. 41. dicitur Gen. 41. omnis terra ſiue omnes prouinciæ veniſſe in Aegyptum, id eſt, bona eius pars, quæ Aegypto circumiacebat. Ad eum ſenſum accipiendum eſt quod ſæpè dicitur: *Omnis* Suprà 6. & ſæpe alibi. *caro*, quod nō de beſtiarum, aut volucrum, aut piſcium eſt accipiendum, ſed de huma- B. Hieron. in cap. Zachar. in ed. tom. 6. na tantùm, vt etiam explicat Hieronymus in Zachariam, in illud: *Sileat omnis caro a facie Domini, &c.* Vt ibi: *Omnis caro corruperat* Pſal. 64. Rom. 3. *viam ſuam*; &, *omnis caro ad te veniet*: *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo.* Nec enim omnis caro irrationabilium ventura eſt animantium, ſed illa, quę donū ſancti Spiritus ſuſceptura eſt, de qua: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnē carnem.* Quod verò dicitur: *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt*; &, *Ego dixi in exceſſu meo, Omnis homo mendax*: non ſunt hæc in vniuerſum accipienda: alioquin & ipſe qui ſcribit, declinaſſet, & is qui dicebat omnem hominem mendacē, mendax eſſet. Sicut & quod Paulus ait: *Corripientes omnem hominem, &* Coloſſ. 1. *docentes in omni ſapientia*; cùm tamen multi doctrinam eius nō audirent; ſed ipſe quod ad ſe ſpectabat, omnes paratus erat corripere, & docere.

Quæ ad Deū ... caro ... illa ... ait Propheta. ... 2. ... 2. Pſal. 13. ... 3. Pſal. 115. Rom. 3.

Infinitæ pro vniuerſis propoſitiones etiam è contrario accipi conſueuerunt.

Quemadmodum etiam vniuerſales propoſitiones pro infinitis poni cōſueuerunt; ita è contrario infinitæ pro vniuerſalibus vſurpantur. Exempla ſunt in promptu: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Marc. vlt. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Ioan. 7. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum.* Pſal. 1. *Beatus* Pſal. 115.

Vir

Pſal. 40. Eccleſiaſt. 31. Exod. 21.

vir qui timet Dominum. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurū nō abijt, &c. Qui maledixerit patri ſuo, vel matri, morte moriatur; id eſt, Quicunque maledixerit. Quæ quidem omnes propoſitiones in vniuerſum ſunt accipiendæ, etiāſi infinitè proferantur. Et ad hos locos referendi ſunt illi, in quibus Multi ponitur pro omnibus, iuxta illud: *Filius hominis venit dare animam ſuam in redemptionem pro multis.* Et rurſus: *Hic eſt ſanguis meus Noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorū.* Vbi Theophylactus: *Pro multis dicit effundi, hoc eſt pro omnibus: ſunt enim & omnes multi.* Et Rom. 5. *Si enim vnius delicto multi mortui ſunt; multò magis, &c.* Conſtat autem mortē peccati in omnes homines deſcendiſſe. Et Auguſtin. lib. cōtra Iulianum, idem cū Theophylacto prorſus annotauit.

Multos pro omnibus plerunq; ponit Scriptura.

Matth. 10. Infrà 26. Theophyl. Rom. 5.

B. Auguſt. lib. 6. contra Iulianum, Pelagia. c. 12. à med. tom. 7.

Prætereà obſeruādum, ſolere interdum Sacram Scripturam, ad maiorem rei, quæ narratur, affirmationem, ponere negātem cum affirmante enuntiationem, ſecundum illud: *Et confeſſus eſt, & non negauit*; id eſt confeſſus eſt veritatem, atq; ad eā deſerendam, & negandam inuitatus, nō negauit tamen, ſed conſtanter retinuit. Item Marc. vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, cōdemnabitur.* Rurſus: *Qui credit in eum* (ſcilicet Filium Dei) *non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* Similiter: *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundū, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Et paulò antè: *Vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitā æternam.* Et Ioan. 5. *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam.* Rurſus Ezech. 18. & 33. *Vita viuet, & non morietur.* Et Iſaias in Ezechiam: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Facilè eſſet pluribus exemplis regulam hanc corroborare, ſi eſſet operæpretium. Certè ea loquēdi ratione voluit Spiritus ſanctus corroborare noſtram intelligētiam, vt certa, ac indubitata aſſenſione Diuina oracula recipiamus.

Affirmanti, negās interdum propoſitio cui ſolebat adiungi.

Ioan. 1. Marc. vlt. Ioan. 3. Ibidem. Ibidem. Infrà 5. Ezech. 18. Infrà 33. & eq. Iſa. 38.

Canon XLIII.

Quemadmodum Chriſtus ſæpè induit perſonam peccatorū, quorum ſe aduocatū, & vadem cōſtituit, vt cùm dixit: *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.* Et, *Saule Saule quid me perſequeris?* Et, *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*: Ad eum modum ſancti Chriſtum imitātes, Imperfectorum perſonas induunt, vt eorum cauſam agant corā Deo. Vt Dauid qui dixit, *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorū meorum.* Et Daniel. cap. 9. *Cùm confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael*: & quæ ſequuntur. Itē Hier. 12. *Quare via impiorū proſperatur; benè eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt?* Et Habacuc, *Quare reſpicis contemptores, & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe?* Ioannes Baptiſta induit perſonam infirmorum diſcipulorum ſuorum, qui de Ieſu tātam fidem non habebant, vt haberent illum pro Meſſia, quando miſit legationem ad Chriſtum, *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Cū ipſe nihil ambigeret. Et Paulus: *Omnia ſuſtineo propter electos; vt & ipſi ſalutem conſequantur.* Et ad Coloſſen. *Gaudio in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Atque hoc eſt Paulo frequentiſsimum, qui docendi gratia nunc ſe in perſonam Iudæi, nunc in perſonam eius, qui ſine lege Moſaica vixit, nūc verò in Chriſtiani perſonam ſe transfigurat; vt multa oſtendunt, ſed præcipuè caput 7. ad Romanos, vbi ſine hac transfiguratione rectum Pauli ſenſum apprehendere poterit nemo. Et in priori ad Corinth. inquit: *Hæc autem, fratres, transfiguraui in me, & Apollo propter vos.* Et in Epiſtola priori ad Theſſalonicenſ. doctrinæ gratia ſe transformat in perſonam eius, qui Domino venienti ad iudicium occurrit: *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgēt primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cū Domino erimus.* Vbi Paulus ſe in poſteriori gradu reſurgentium connumerat.

Peccatorum perſonas, Chriſti exemplo ſuſtinent ſancti, vt pro eis apud Deū patrocinentur, Diuinæque gratiæ illis fauorem obtineant.

Pſal. 21. Act. 9. Zachar. 2. Pſal. 37. Dan. 9.

Hierem. 12. Habac. 1. Matth. 11. 2. Tim. 2. Coloſſ. 1. 1. Cor. 9. Suprà 4. 1. Theſſ. 5. 1. Cor. 15. Matth. 24. Ioan. 5. 1. Cor. 15.

Canon XLIIII.

Ignorantia duorū Chriſti aduentuum, prioris in infirmitāte carnis, & poſterioris in maieſtate; Iudæorum oculos omninò excæcauit: quia legentes Prophetas, qui de Chriſti glorioſo aduentu vaticinātur, Chriſtu Ieſu primo aduētui accōmodantes, illi minimè congruere iudicârunt. Rurſus cùm Dominum audirent de ſe dicentem: *Videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli*, & vt ait Lucas, *cum poteſtate magna, & maieſtate*; illi tanquā merā blaſphemiā interpretati ſunt: & ſicut olim Synagoga tota erat in expectatione prioris aduētus Meſsiæ: ita nūc Eccleſia tota eſt in expectatione poſterioris aduētus in gloria, quādo de cœlis veniet iudicare viuos & mortuos. Et vt Iudæo nulla pernicioſior extitit ignorantia, quā illa de primo Meſſiæ aduentu: ita nulla deterior

Quare factū ſit vt Iudæi Chriſtum Meſſiam nō agnouerint, nec receperint.

Matth. 26. Luc. 21.

Quænam ignorantia

Chriſtia-

Chriſtiano ſummè Perniencioſa exiſtat.

Chriſtiano incogitantia, vel obliuio illa de ſecundo, & imminenti aduentu, qui in dies ſingulos ſalubriter futurus cogitatur. *Ideo & vos*, inquit, *eſtote parati; quia qua neſcitis hora Filius hominis venturus eſt.* Et iterum: *Vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs; vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Qui igitur hanc duorum aduentuum diſtinctionem certa fide apprehenderit, haud dubiè multos Prophetarum, & Euangeliſtarum locos commodè accipiet & interpretabitur. Velle autem coniecturis poſtremum illũ diem aduentus Chriſti apprehẽdere, vanum eſt, & temerarium, cùm Dominus dixerit: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Et planè vtilitates multæ, quæ ex ignorata illa die promanãt, nobis eriperentur. Si quis enim diem illam noſſet, ſiue vniuerſalem omnibus, ſiue peculiarem cuique, nulla illi virtutis cura ineſſet, ſed innumera perpetraret mala, & nõ niſi extremo ſpiritu ad Baptiſmum accederet. Deinde multa metu mortis delicta amputantur: ſi autem certa die illam aduentare notum eſſet, intrepidè illa committeret; in cõtinua viueret animi triſtitia, cùm modò ob illam incertam in bona ſpe nutriamur; & ab imminentibus; & certis periculis minimè nos ſeruaremus, niſi incerta eſſet nobis dies mortis.

Matth. 24.
Luc. 12.

In eos qui extremũ diẽ iudicij curioſiùs inquirunt, & obſeruant.

Act. 1.

Cuipiam ſi conſtaret ſuę mortis, vel ſupremi iudicij dies, quàm hoc illi pernicioſum foret.

Canon XLV.

Deus hominẽ ab initio rectum cõdidit impeccabilem nempè, vt Græci loquuntur, & immortalem, ſiue, vt liber Sapientiæ ait, inexterminabilem. Impeccabilem intelligo, hoc eſt valentem nõ peccare: & immortalem, ſiue inexterminabilem, quòd poſſet ſi Deo paruiſſet, non mori, nec exterminari: ſed vbi ſua culpa peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatum mors, homo incidens in latrones, dõnis ſpiritualibus, & gratuitis ſpoliatus fuit, & quod ad natura bona attinet, vulneratus. Sed illud immenſæ Dei bonitati eſt adſcribendum, quòd illa ipſa vulnera talia ſunt, vt homini fiduciam concipiendæ remiſſionis peccatorum præberent, & Deum ad præſtandã illorum veniam magis allicerent. Illa verò ſunt, inconſideratio, ignorantia, obliuio, pronitas ad malum, ad bonum tarditas, cõcupiſcentiæ fomes, fragilitas carnis, mors imminẽs, ac perterrefaciens, homines ad peccatum ſolicitantes, ac dæmones omnibus vijs, & inſidijs tentantes: quæ quidem omnia quò magis rationem voluntarij imminuunt, eò faciliorem, & impetrabiliorem reddunt peccatorum condonationem. Hinc Deus volens ignoſcere, ad hæc dicitur reſpicere: *Quomodo*, inquit, *miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe: Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Recordatus eſt quoniam puluis ſumus. Homo ſicut fœnum dies eius, &c.* At homines ad hæc eadem vulnera ſpectantes, & miſericordiam Dei ſibi pollicentes, dicere audent; *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Et, *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea: Et anima mea turbata eſt valdè.* Et Iob: *Contra foliũ quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris.* Et Apoſtolus: *Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei cõſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.* Quare cùm per legem contingeret cognitio peccati (quoniam vt ait Apoſtolus, *Concupiſcentiam neſciebam*, (ſcilicet eſſe peccatum) *niſi lex diceret*, (*Non concupiſces*) & ſi gratia per illam nõ porrigeretur, qua peccatũ aboleretur, aliqua ex parte ratione inuoluntarij excluſa, quæ ab ignorantia oritur, factum eſt quod ait Paulus, *Peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem; vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum:* &, *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* Verùm cùm in ſtatu Euangelico Fides hominem de omnibus ad ſalutem neceſſarijs illuſtret, & omnem propulſet ignorantiam, & gratia Dei contra imbecillitatem carnis, & mortis metum præmuniat, & Spiritus ſanctus, quo filij Dei aguntur, contra omnes Satanæ, & malignorum hominũ technas & inſidias eos inhabitet; & Dei vnctio habiles, & fortes ad benè operandum; & promptos ad vitia declinanda reddat, minus reddimur digni remiſſione; ſi iterum ſuccumbamus, quia voluntaria magis redduntur delicta. Ita vt dixerit Apoſtolus. *Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia; terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.* Cumque ante Baptiſmum necdum ab illis vulneribus homo curatus ſit; liberaliùs agit nobiſcum Deus, omnia quæ ad culpam, & pœnam ſpectãt, in illo Sacramento, condonando. At verò ſi poſt illud contindat peccare, pœnas, &, ſupplicia à nobis iuſtè exigit Deus in Pœnitentiæ Sacramento; non tantùm ad medelam, & ad pręſeruationem à peccatis, ſed etiam ad ſatisfactionem coram Diuina iuſtitia pendẽdam. Quæ quidem quia Hæretici ignorare volunt; & tam in hoc, quàm in alijs articulis Eccleſiæ ſententiæ, & iudicio non ſe ſubijciunt, vt debent, contra ſatisfactiones debacchantur, & vt inuentum hominum, &

contu-

Qualem initio cõdiderit hominem Deus.

Eccleſiaſt. 7.
Sap. 2.

Niſi homo peccaſſet, quomodo impeccabilis, immortaliſq; fuiſſet.

Gen. 3.
Rom. 5.
Luc. 10.

Homo per peccatum quomodo ſpoliatus, & quomodo vulneratꝰ ſit.

Homini poſt peccatũ quęnam plagæ fuerint impoſitæ.

Minus voluntaria delicta leuiora, veniæq; proxima.

Pſal. 102.
Gen 3.

Piæ peccatorum ad Deũ voces, quęnam illæ.

Pſal. 24.
Pſal. 6.
Iob. 13.
1. Tim. 1.
Rom. 3. & 7.
Ibidem.
Exod. 20. & Deut. 5.
Rom. 7.
Suprà 5.

Quę peccata poſt baptiſmũ nos admittimus, vnde minorẽ veniæ rationem habeãt.

Rom. 8.

Magis voluntaria peccata grauiora.

Hebr. 10.

Cur nobis ſatisfactiones pœnitentibus imponantur.

Noſtri ſeculi hęretici ſalutarem hãc ſatisfactionum doctrinã reſpuentes, ac ſubſannãtes, quàm grauiter in Deum peccare deprehẽdantur.

Marc. 3.
Ephef. 5.

contumeliam meritorum Chriſti inſectantur. Vnde fit, vt rei ſint æterni delicti, & in Spiritum ſanctum Eccleſiam ipſam Chriſti Sponſam regentem peccare inueniãtur.

De ritibus conuiuiorũ. Vtilis quædam ad Euãgelij quorundam locorũ intelligentiã, de multiplici conuiuiorũ olim ritu ſeruato doctrina proponitur.

CANON XLVI.

Cùm in Sacris literis frequẽter dicatur Chriſtus inuitatus ad conuiuium, recumbere, ſiue diſcumbere, ſiue accumbere, & ſimiliter Apoſtoli recumbere; non erit abs re de more antiquorum obſeruato in cœnis, ſiue in conuiuijs nonnihil ediſſerere; vt & rationem certam accipiamus, quomodo potuerint Chriſti in conuiuio Phariſæi diſcumbẽtis pedes ab ſtante peccatrice lacrymis irrigari: & rurſus in cœna Bethaniç facta, à Maria capite, & pedibus inungi: denique qua ratione Ioannes in cœna poſtrema potuerit in ſinu Chriſti, ſiue in pectore recumbere. Præmittendum igitur, olim homines in ſumẽdo cibo, & potu, ſiue in conuiuijs celebrandis conuiuas ſedere ſolitos ad menſam in ſua quemq; ſede, vt nos etiã facere ſolemus. Ait enim Scriptura: *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*; & de Saule dixit Dauid ad Ionathã, *Ecce Calendæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo iuxta Regem ad veſcendum*: Et infrà: *Sedit Rex ad comedendum panem.* Et Salomõ; *Quando ſederis*, inquit, *vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam.* Et Pſaltes, *Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum*: nempè ad menſam. Et ſuperfluum eſt pluribus id teſtimonijs confirmare. Verùm ab ea conſuetudine orbis totus cœpit declinare; & vt delicatiùs viuerent, pro ſedibus, vti cœperũt toris, ſiue lectis diſcubitorijs, & mẽſç quadrç accumbere per triclinia, id eſt tres lectos ex tribus menſæ partibus ſtratos, & paratos: per quartam autem menſæ partem, quç lecto carebat, epulas, & pocula ſerui miniſtrabant. Ita enim Cicero li. 13. ad Atticum in fine eius epiſtolæ, quæ vnica tantum eſt, & longiſsimè protenditur loquens de conuiuio, quo expertus fuerat à ſe Cçſar, addit: *Præterea tribus triclinijs accepti οἱ περὶ αὐτὸν, valdè copiosè.* Et Macrob. lib. 3. Saturnal. recenſet cœnam quandam põtificiam, in qua Lentulus, Flamẽ Martialis inauguratus eſt: *Domus* (ait) *ornata fuit; triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt: duobus triclinijs Põtifices cubuerunt: in tertio triclinio mulieres, &c.* Et Iuuen. ſatyr. 5. *Tertia ne vacua ceſſaret culcitra lecto, Vna ſimus, ait.*

Luc. 7.
Ioan. 12.
Ioan. 13.
Primus ritus conuiualis.
Exod. 32. & 1. Cor. 10.
1. Reg. 20.
Ibidem.
Prou. 23.
Pſal. 100.
Diſcubitorijs lectis pro ſedibus homines cur poſteà vti cœperint.
Cicero.
Macrob. c. 13.
Iuuenal.

Lecti diſcubitorij quales.

Erant porrò lecti ſplendidi, & pretioſi, in quibus pro inſtructoris conuiuij magnificentia diſcumbebant: vt etiam Poëtæ referunt, ſuper ſtrato oſtro diſcumbere, & ſuper toto Tyrio recubare. In Scripturis etiã fit mentio aureorum, & argenteorum lectorum in conuiuio Regis Aſſueri, Eſther 1. Et propheta Amos c. 6. *Væ vobis qui dormitis* (vel, vt Hebrça vox ſonat, accũbitis, quia de lectis diſcubitorijs videtur eſſe ſermo) *in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij.* Vbi apertè loquitur de recubitu ad menſam, vbi eiuſmodi edebant: & ad conuiuij delectationem adhibebant cantus, & alia muſices inſtrumenta. Et quantum licet ex Scripturis accipere, tempore Aſſueri Regis Perſarum hçc conſuetudo recumbendi ad menſam inualuerat, & per Medos, & Perſas, & Grçcos ad Romanos iucundç vitæ, & delicatæ auidiſsimos vſq; penetrauit: ita vt Iudæi ab illo more non abhorrerent. Cui rei ſacra atteſtantur Euangelia, vbi narrantur nuptiæ in Cana Galilææ celebratæ, quibus præerat Architriclinus vt magiſter, & præparator conuiuij. Parabola etiam de Rege, qui fecit nuptias filio ſuo, & intrauit vt videret diſcumbentes, & vidit ibi vnum hominem non veſtitum veſte nuptiali, idem confirmat: & alia parabola Lucæ: *Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, &c. ſed vade, recumbe in nouiſsimo loco.* Idem conſtat ex cõuiuio, quo exceptus eſt à Phariſæo, vbi peccatricem conuertit; & ex conuiuio ante ſex dies Paſchæ in domo Marthæ in Bethania, & ex poſtremò altero, quod ipſe cum diſcipulis ſuis duodecim celebrauit.

Tibul. lib. 13.
Eſther 1.
Amos 6.
Vbi hçc conſuetudo maximè viguerit.
Ioan. 2.
Matth. 2.
Luc. 14.
Suprà 7.
Ioan. 12.
Matth. 26.

Alter ritus. Viri ſeparatim à mulieribus conuiuabantur, idque vnde conſtet.

Erat etiam obſeruatum, vt mulieres viris commixtæ non conuiuarentur, ſed vel non vocabantur, vel vocatæ, ſeparata menſa cum fœminis cõuiuabantur. Ita legimus Aſſuerum viros conuiuio excepiſſe, & Vaſthi Regina in alia aulæ parte fœminis conuiuium exhibuiſſe. Ita etiam in Euangelio Herodes viris à ſe inuitatis die natali ſuo conuiuiũ exhibuit: cumq; puella filia Herodiadis ſaltando, Regi, & recumbentibus placuiſſet, & illi pollicitus eſſet, vt quodcunque à ſe poſtularet, acciperet; puella à loco triclinij egreſſa venit ad matrem, quæ alio loco etiam cum fçminis epulabatur, & dixit ei, Quid petam? illaq; reſpondit, Caput Ioãnis Baptiſtæ. Tunc introiuit ad Regẽ, & poſtulauit quod voluit. Ex quo exitu & introitu colligitur, quòd in alio domus cœnaculo epularentur mulieres, in diuerſo autem viri. Idem confirmat Macrobius loco prçdicto, fœminas in proprio triclinio conuiuatas abſque viris. Cicero etiã act. 3. in Verrem recenſet, quendam negaſſe moris eſſe Grçcorum, vt in conuiuio viro-

Eſther 1.
Ibid.
Matth. 14.
Ibid.
Macrob. lib. 3. Saturn. c. 13.
Cicer. oratio. vol. 1.

rum accumberent mulieres. Et certè mulier, quę contra viri voluntatem, vel eo ignorante, extraneorum cõuiuia peteret, legitimè poterat ab illo repudiari, iuxta l. Conſenſu. C. de repudijs. Conuiuia enim, Veneris ſunt præludia.

Conuiuia, Veneris ſunt præludia.

III. Ritus. Cœnacula vnde dicta.

Habebant autem loca ampla, & accommodata ad cœnas celebrandas; quæ cœnacula proptereà vocabantur.

Quartus. Lotio, & vnctio ante conuiuium adhiberi ſolita.

Cicero lib. 13. epiſt. ad Atticum in fine.

Erat etiam in more poſitum, vt nonniſi loti, & vncti conuiuarentur. Vnde Cicero in Epiſtola dicta ad Atticum de Cæſare loquens, ait: *Inde ambulauit in littore poſt horam 8 in balneum: tum audiuit: de Mamurra nõ mutauit. Vnctus eſt, accubuit, ἐμετικὴν* (id eſt vomitum) *agebat. Itaq; & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè ſanè, et apparatè.* Plautus quoque in Moſtellaria: *Nõ omnes*, inquit, *poſſunt olere vnguẽta exotica, vt tu oles; neq; ſuperiores accũbere.*

Plautus.

Luc. 7.

Et vt aliquid de Scripturis proferamus, *Dominus obiecit Phariſæo inuitanti, quòd ſolitas exhiberi inuitatis ceremonias ſecum non obſeruaſſet*, nimirum lotionis, & vnctionis: *Aquam*, inquit, *pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oleo caput meum non vnxiſti; hæc autem vnguento vnxit pedes meos.* Et liber Sapientiæ: *Vino pretioſo, & vnguẽtis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis.* Et propheta Amos de epulantibus: *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti.* Et de Dauide poſt ieiunium, & preces pro puero effuſas dicitur: *Lotus vnctusq; eſt: cumq; mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum Domini, &c. & comedit.*

Sap. 2.

Amos 6.

2. Reg. 12.

V. Ritus. Sine calceis cur accumberent.

Luc. 7.

Prętereà moris erat, vt accumbentes detractis calceis accumberent. Vnde Chriſti accumbẽtis pedes facilè potuerunt lachrymis lauari, & inungi vnguẽto. Et ipſe Chriſtus ante inſtitutionem Euchariſtiæ potuit Apoſtolorum pedes lauare: tum ne toros pretioſos pedibus inquinarẽt, tum vt mollius, & delicatius diſcumberent. Hinc Plinius Iunior epiſtola ad genitorem ſuum: *Quàm multi*, inquit, *cùm lector, aut Lyriſtes, aut Comœdus inductus eſt (ſcilicet ad cœnam) calceos poſcunt, aut non minore cum tædio cubant, quàm tu iſta (ſic enim appellas) prodigia perpeſſus es.* Et Horatius libro 2. Sermon. ſatyr. 8. propè finem.

Plin. iunior l. 8. epiſt. 7.

Horat.

Et ſoleas poſcit.

Scilicet, qui à menſa recedit, nam nudis pedibus cœnabant. Vnde Martialis lib. 5.

Depoſui ſoleas, adfertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumq; liber.

Adde Comicum in Heautontimor.

Accurrunt ſerui, ſoleas detrahunt,
Video alias feſtinare, lectos ſternere, cœnam parare.

Vnde Exod. 12. de eſu agni, *Renes*, inquit, *veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus veſtris.* Vbi quia feſtinanter edebãt, omnia contrario modo fieri præcipit: nam qui ſine feſtinatione edit, & veſtes, & cingula laxare ſolet, & ſtrictiores calceos in laxiores commutare.

VI. Ritus. Qualis in conuiuijs locorũ delectus haberetur.

Erat præter eà ratio locorum in conuiuijs: nam non omnes ſimul indiſcriminatim diſcumbebant: nec locus arbitrio inuitatoris aſſumendus, ne lites, & contentiones orirentur, & ne indigni primos recubitus contra ius ſibi vſurparent: vt docet Plutarchus libro Quæſtionum conuiualium. *Et primus locus digniori, & maiori debitus erat.* Vnde etiam in Euangelio legimus notatos Phariſæos, quod ambitioſè quærerent primos recubitus in cœnis, & conſuluit: *Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo, &c.* Et fortaſſe erat altior præ cæteris, vt ea ratione agnoſci facilè poſſet: de quo Horatius lib. 2. Sermonum:

Plutar. lib. 1. qq. Conuiual. q. 2.

Matth. 23.

Luc. 14.

Horat. Satyr. 8. iuxta ms.

Summus ego, & prope me Viſcus Taurinus, & infrà,
Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
Vibidius: quos Mecœnas adduxerat vmbras.
Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcus infrà.

Vides ergo ſummus, & infrà. Et Cicero ad Papyrium Pætum: *Accubueram*, inquit, *hora nona. Et quidem ſupra me Atticus, infrà Verrius familiares tui.* Vocat autem vmbras Horatius, illos, qui non vocati, comites tamen erant inuitatorum, & illos tãquàm vmbras, quæ corpus aſſectabãtur, appellat, vt etiam docet Plutarchus li. 6. Conuiualium quæſt. Vnde Horatius dixit in epiſtola ad Torquatum:

Cicer. lib. 9. epiſt. famil. ep. 77 in princ.

Quas vocet Mecœnatis Horatius vmbras.

Plutarch. c. 5.

Horat. li. 1. epiſt. 5. in fine.

Locus eſt & pluribus vmbris.
Et infrà:
Tu quotus eſſe velis, reſcribe:

id eſt declara, quot vmbris comitatus vis venire.

VII. ritus. Quibus vocabulis eum, qui cõuiuijs præeſſet ſolerent exprimere.

Moris etiam fuit, vt in conuiuijs inter ſodales, & amicos vnus eſſet, qui cæteris præeſſet, & qui legem in edendo, & maximè in bibendo cæteris præſcriberet: quem Conuiuij Regem, aut Rectorem, aut Modiperatorem, aut Magiſtrum, & Sympoſiarcham vocabant: de quo & Gentiles, & Scriptura mentionem facit. Et vt incipiam à ſacris literis, cum Eccleſiaſtici 31. Ieſus Sirach multa de conuiuijs, & vino ſobriè potando dixiſſet, & varia præcepta tradidiſſet, per magnã eius Capitis partem, ſubdit in principio 32. capitis: *Rectorem te poſuerũt? noli extolli: Eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſide* (ſic enim legẽdum

& non,

& non, conſidera, vt nos habemus) *& omni cura tua explicita recumbe; vt læteris propter illos. & ornamentum gratia accipias coronam, & dignationem cõſequaris corrogationis.* Quæ quidem verba, ſi eorum, quæ ſuperiùs dicuntur, conſequentiam expendas, & quæ infrà ſubijciuntur, intelliges nonniſi de ijs, qui præſunt conuiuijs, accipi poſſe, quæ olim cum frequentia, & magna cum celebritate agitabantur: vſq; adeò, vt opus fuerit Præfectum conſtituere, & leges certas præſcribere, quibus hilariter, & iucundè celebrarentur. Hic autem teſte Plutarcho, vigilantiſsimus eſſe debebat, & maximè ætatis, & naturæ conuiuarũ eſſe conſcius, vt eos melius tractare poſſet. Nam crapula tentantur citiùs ſenes, quàm iuuenes: agitati, quàm quieſcentes; mœſti, & ſoliciti, quàm læti, & hilares; largè aſſueti portare, quàm inſueti; modeſti, quàm laſciui. Tales verò dicebantur modiperatores, vt Nonnius citat ex lib. 20. Varronis rerum humanarum: quia modum bibendi ſingulis præſcribebat. Et tales re benè peracta, ſolebant accipere ornamentum coronæ (vnde etiam Reges vocabantur) quæ decorem, & gratiam habebat. Sequitur per appoſitionem in Eccleſiaſtico (etiamſi in textu Græco non habeatur) *dignationem corrogationis*, id eſt, dignitatem, vt alij legunt, pro conuocata, & ſimul ſua ſymbola ſoluente congregatione. Monet igitur, vt qui præfectus eſt conuiuio, non prior ipſe ſedeat, ſed cogitet ſe præfectum ad curandum omnia conuiuio neceſſaria, nec honorem ei eſſe poſſe niſi rebus benè curatis: & tunc ei licere cõſidere, & accumbere, & lætari, quòd videat iucũdos, & hilares cõuiuas. Et idem præſtare debet præfectus Reipubl. ſiue moderator Eccleſiæ ſibi commiſſæ, vt officio ſuo dignè fungi poſsit. Vt ita ſenſus literalis primò ſpectet ad magiſtrum poculi, ſiue ſympoſiarcham deinde ad alios Eccleſiarum, ſiue Rerumpublicarum moderatores. De quo Cicero lib. De ſenectute ait: *Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo.* Sic ille. Elegebatur autem in modiperatorem vel communi cõſenſu eorum, qui epulabãtur, vel ſorte talorum. Ita enim Horatius ſcribit:

Nec regna vini ſortiêre talis.

Veneris enim iactus regem vini, ſeu magiſtrum efficiebat: vt idem teſtatur,

Quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?

Hic non videtur fuiſſe architriclinus, cui vinum deguſtandum eſt exhibitum, vt de eo ferret iudicium, ſed archimagirus, id eſt, præfectus Regiæ mẽſæ, qui apparabat conuiuium, qui dicitur Italicè *Scalco*, Hiſpanicè *Maſtreſala*.

Qualem eſſe deceat conuiuij magiſtrum, & modiperatorem teſte Plutarcho.
Plutar. lib. 1. q. Conuiual. q. 4.
Nonnius.
Rector conuiuij modiperator cur diceretur.
Quid ſit dignatio corrogationis in Eccleſiaſtico.
Qui Eccleſiã, vel Rempubl. adminiſtrat, qualis eſſe debeat.
Cicero in ſer. ca. vituperatione ſenectutis, non longè à principio.
Cõuiuij Regem ratio eligendi duplex.
Horat. lib. 1. Carm. ode 4. in fine.
Idem lib. 2. Car. ode 6. & 7. in fine.
Ioan. 2.
Archimagirus quid.

Porrò primus locus honorabilior apud Perſas, teſte Plutarcho, erat medius, quo accubabat Rex: apud Græcos, primus medij lecti, apud Romanos poſtremus, quem Conſularem dixere. Vt ita poteſtas Regia ac tyrannica cederet loco medio, & regali, & ad infimum vſq; locum tranſiret, & nulla ſpecies tyrannidis exiſtente in mẽſæ poſtremo loco Conſule. Et qui primum locum habebat, dicebatur Protclites, hoc eſt, primus accumbens: Et cùm inuitatis duo lecti darentur: tertij, & medij lecti locum primum occupabat conuiuator inuitans: ſub eo verò cubat coniux, vel liberi, vel amiciſsimus. Locus ſupra eum iure tributus eſt honoratiſsimo, quo hic prope conuiuatorem cubet: habet etiam hic locus cõmoditatem ad res peragendas: nam in angulo inter duos lectos locus patebat ingrediẽdi ſcribæ, apparitori, lictori, & nuntio ex caſtris venienti, vt colloqui Conſul cum eo, ac percunctari queat, & ſubſcribere literas, vel etiam dictare, ſi opus eſſet: vt teſtatur Cicero ſe feciſſe in epiſtola ad Pætum Papyrium.

VIII. Ritus conuiualis.
Plutar. lib. 1. quæſt. conuiual. cap 3. in princip.
Cur locus qui dicitur Conſularis, in honore fuerit, eodẽ teſte Plutarcho.
Idem ibidem, prope finem.
Medius locus in conuiuijs qualem commoditatem præſtet.
Cicer. lib. 9. epiſt. 177. initio.

Accumbebant de more quatuor in ſingulo lecto, & pauciores, id eſt terni, & bini, & vnus: ſupra quatuor, erat ſordidum in vno lecto. Vnde Horatius lib. Sermonum;

Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.

Et Cicero in Piſonem, obiecit illi: *Nihil apud hunc lautum, nihil elegãs, nihil exquiſitum: quini in lectulis, ſæpè plures.* In conuiuio Naſidieni, quod deſcribit Horatius, erant in lectulis terni, nimirum Fundanius, Viſcus Taurinus, Varius: in altero, Balatro, Vibidius, Naſidienus conuiuator: in tertio, Nomentanus, Mecœnas, & Porcius. Et apud Macrobium de cœna põtificia duobus triclinijs accubuere nouem Pontifices: id eſt, in vno triclinio, tres; in altero, ſex; in tertio ſex mulieres, binæ per lectulum.

IX. Ritus.
Horat. lib. 1. Sermo. ſatyr. 4. à med.
Cicero.
Horat. lib. 2. Sermo. ſaty. 8. prope initiũ.
Macrob. lib. 6. c. 6.

Diſcumbentes etiam, in vna eadem patina manus porrigebant, quod etiam obſeruant nunc Germani: quòd fieri haud poſſet, ſi menſæ longiores fuiſſent, aut quadræ non eſſent. Hoc etiam confirmatur ex patinis Aeſopi, & Vitellij, quæ amplæ erant.

X Ritus.
De vna omnes patina conuiuæ ſumebant dapes.

Adhibebant etiam conuiuijs cantilenas, & muſica inſtrumenta ad hilaritatem excitandam; & canebantur ad tibiam clarorum virorũ laudes; vt Cicero ait in quarta Tuſculana: vt etiam hodiè obſeruatur apud noſtrates, id eſt Hiſpanos.

XI. Ritus.
Cantus, & ſoni.
Cicero.

Adhibebant etiam ſibi conuiuæ coronas floreas: tum vt ſympoſiũ exhilararent; & obte-

XII. Ritus.
Floreæ cur adhiberentur coronæ.

ob tetrum corporum accumbẽtium odorem fugandum: nã vt Horatius ait ad Torquatum:

Horat. li. 1. epiſt. 5. in fin.

Sed nimis arcta premunt olida conuiuia capræ:

tum vt caput calidum ex nimia compotatione refrigerarent; tum ob odorum fragrantiam, & ſuauitatem. Vnde in lib. Sapientiæ de Epulantibus dicitur: *Coronemus nos roſis antequàm marceſcant.* Et Cicero lib. De legibus: *Sequebantur,* inquit, *epulæ, quas inirent propinqui coronati.* Et Horatius libro Carminum:

Sap. 2. Cicer. lib. 2. De legib. Horat. lib. 1. Carmi. ode 4.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt ſolutæ.

XIII. ritus. *Plutar. lib. 5. q. conuiual. q. 6.*

Id eſt, tepefactæ Auſtro in Vere. Et vt Plutarchus eſt teſtis, arctius in principio accumbebatur, ſed in progreſſu laxius, cùm potiùs contrarium euenire deberet, conuiuis iam cibo refertis. Sed certè accumbentes in principio in latum protendebantur, &, vbi iam progrederetur cœna, retorquebant ſe in latus, ac figuram efficiebant corporis acutam. Itaque in ſiniſtræ cubitum recumbentes manu dextera ſumebant cibum, & potabant, & hinc fiebat, vt vnus in ſinu, ſiue ſupra pectus alterius recumbere poſſet. Et ita ampliori modo accumbebant quàm prius, cùm proni edebant. Hæc dicta ſunt, vt oſtendamus, tum Chriſtum, tum Apoſtolos pro more ſuæ prouinciæ non ſedere, ſed accumbere ad menſam ſolitos. Quòd ſi cui videatur difficil[illegible], aut parũ honeſtus hic modus edendi; intelligat id oriri ex eo quòd experientiam non habet huius rei, & quam non eſt veriſimile Romanos, & Græcos in vniuerſum vſurpaſſe, ni ſi plena eſſet illa ratio [illegible]ndi, & cœnandi oblectationis, ac d[illegible]arum; ob quam fortaſsis rationem à Chriſtianis progreſſu temporis deſerta eſt. Chriſtus igitur in cœna nouiſſima accubuit cũ diſcipulis ſuis duodecim in triclinio: veneruntque loti, & vncti ad illam. Nec enim Chriſtus ab vnctione abhorrebat: quia & permiſit ſe vngi à mulieribus dum viueret, accumbens menſæ, & præcepit: *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, vt appareat te iam prandiſſe, & non amplius ieiunare; vt ita occultes ieiunium tuum.* Tempore enim ieiunij Iudæi carne, vino, & pane optimo ac delicato, & vnguentis abſtinebant, teſte Daniele, qui cap. 10. ſcribit: *Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. Panem deſiderabilem* (id eſt, delicatum, & exquiſitum, qui fit ex adorea, vel ex ſimila candidiſsima, qui opponitur atro) *nõ comedi; & caro, & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum, &c.* Vnde Hieronymus in eum locum: *Hoc nos etiam exemplo, tempore ieiunij à cibis delicatioribus abſtinere: quod ego puto nunc dici panem deſiderabilem, nec carnem comedere, nec vinum bibere. inſuper & vnguenta non quærere. Qui mos apud Perſas, & Indos hodie quoque ſeruatur, vt pro balneis vtantur vnguentis.* Hæc ille. Dauid quoque poſt ieiunium, & ſaccum, & cinerem, & preces pro puero ſibi nato, & ægrotante, cognita poſteà morte eius, ſurrexit de terra, & lotus, vnctusque eſt; cumque mutaſſet veſtes, ingreſſus eſt domum Domini: & adorauit, & venit in domum ſuam, petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit. Non eſt etiam veriſimile, patremfamilias illius domus, qui tribuit Chriſto cœnaculum magnum ſtratum ad cœnandum, non prouexiſſe de balneo, ac de vnguento: maximè ſi intellexiſſet Chriſtum conqueſtum fuiſſe de Phariſæo qui eum inuitauerat, quòd non obtuliſſet aquam pedibus, & vnguentum capiti: aquam verò ipſe ſuis manibus attulit, & lauit pedes diſcipulorum ante inſtitutionem Euchariſtiæ. Dixit enim Dominus: *Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus:* ſignificans fortaſsis, quòd etſi ad cœnam loti veniſſent, inter veniendũ tamẽ à balneo poterant pedes ſordidare: qua in re declarauit, quãta munditia ſit neceſſaria ad Euchariſtiam. Et cùm prius in eſu agni paſchalis ſtarẽt, & calceos in pedibus, & baculos in manibus haberent, & feſtinanter ederent; poſt illam tamen menſam iterum diſcubuerunt etiam ſine calceis, & cœperũt communem cœnam edere: ita enim detectis calceis, aut ſoleis, mos erat cœnandi.

Margin (left): Quos nobis Euangelij locos capiteet hic Canon. — I. locus. — *Matth. 26. Ioan 13. Luc. 7. Ioan. 12. Matth. 26.* — *Suprà 6.* — Iudæi cùm ieiunabant, quibus abſtinerent, teſte Daniele. *Dan 10.* — Panis deſiderabilis apud eundem quis ille, & ex quo fiat. — *B. Hiero. in c. 10 Danie. prope init. tom. 5. in fine.*

Margin (right): Perſæ & Indi pro balneis vtuntur vnguentis. — *2. Reg. 2.* — *Luc. 22.* — *Suprà 7.* — *Ioan. 13.* — *Exod. 12.*

Porrigebãt autem manus omnes in eandem patinam, vt etiam probatum reliquimus: & probatur ex Euãgelio. Nam Chriſtus dixit; *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet:* neminem vnum deſignare volens, cum omnes pariter intingerent: Ex quo elicitur, menſam fuiſſe quadrã, & quę ex ſingulis lectis ſuſciperet quatuor, & vnum ampliùs in vno ex illis. Diſcubuit enim Dominus cum duodecim, vt teſtantur Euangelia. Detegitur etiam ex his quæ dicta ſunt, quomodo peccatrix non procidens, ſed retrò ſtans, potuerit Domini recumbentis pedes lachrymis rigare: nam cũ lectuli eſſent alti (vt etiã Poeta de toro Aeneæ dixit: *Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto*) & Chriſtus ſoleas in pedibus non haberet, vt dictum eſt de omnibus cõuiuantibus facilè ſtans potuit id officium præſtare: ſicut & Maria exterſit pedes Ieſu capillis, & vnguento vnxit. Ad hæc aperitur via, quo modo recumbens in lecto potuerit inungi capite ab eadem fideli fœmina. Nam cum

Margin (right): *Matth. 26.* — *Ibid.* — *Luc. 7.* — *Virgil. lib. 2 Aeneid. initio.* — *Ioan. 12.* — Alter locus. — *Ibidem.* — *Gell. lib. 10. c. 15.*

locum primû Dominus obtineret, vt conuiuator, & Pontifex, ſeu ſacrorum Rex, vel ſacrificulus Rex, de quo Gellius: *Super flaminê Dialem in conuiuio nemo niſi Rex ſacrificulus accumbit*: qui erat primus medij lecti locus, & inter lectum, & alterû lectum ex alia parte ſiniſtra eſſet angelus, per quem erat introitus ſcribæ, aut nuntio, vt ſuperiùs

Matth. 26.

diximus de Cõſule: ita Maria per illum locum penetrauit, & fracto alabaſtro effudit vnguentum in caput ipſius recumbentis, &

III. locus.

domus impleta eſt ex odore vnguenti. Via quoq; præmunitur ad intelligendum, qua

Ioan. 13. & 22.

ratione Ioannes in ſinû, & in pectus Chriſti recumbentis accumbere poterit. Nam in progreſſu conuiuij qui prius proni iacebãt, ſeſe erigebant, & in cubitum ſiniſtrum innixi puluinari accumbebant: qua de re habemus apud Ezechielem cap. 13. *Væ ijs qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub omni capite*: vbi Origenes adnotat: *Signum mihi videtur voluptatis carneæ ſub cubito manuum ceruical aſſutum, quia in tempore diſcumbendi ad beneficia corporalia videmur vti conſuetis quibuſdam & acu pictis ſub cubitis manuum noſtrarum.* Hæc ille: Et Ioannes cû aſſideret Chriſto proximus, ac dexter, in cubitum ſuum innixus, potuit facilè aut cibo, & potu, aut triſti narratione eorû

Suprà 13.

quæ tractabantur oppreſſus, in Chriſti pectus caput inclinare, & ſinum eius tenere: à quo Ioanne cùm non longè abeſſet Petrus, innuit illi vt interrogaret de proditore. Erat autê locus ille Ioannis, vel filio, vel vxori, vel amico chariſsimo debitus: qualis erat Ioannes reſpectu Chriſti. Vnde Plinius

Plin. lib. 4. epiſt. 22.

Epiſtola ad Sempronium: *Cœnabat*, inquit, *Nerua cum paucis. Veiento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat.* Dio quoque Caſſius,

Dio Caſſ.

vel potiùs Xiphilinus in epitome Dionis in vita Pſeudantonini, ſiue Heliogabali, refert, illum in Aurelij Zotici Smyrnenſis, impuri hominis, qui ſecum cœnabat, ſinû & pectus velut amicam recubuiſſe. Itaq; in ſinu recumbere, ſignum erat eorum, qui ſe mutuò damnabent.

XIV. ritus conuiualis. Veſtes cœnatoriæ vnde dictæ.

Erat quoque veſtium mutatio in cœnis: vnde veſtes vocabant cœnatorias: & hoc præcipuè obſeruabatur in cõuiuijs nuptialibus, ſicut in funebribus adhibebantur pul-

IV. locus. *Matth. 22.*

læ veſtes. Vnde Rex non habẽtem veſtem nuptialem, de conuiuio expulit. Et quia

V. locus.

moris erat in cõuiuijs adhibere cantilenas, & interdum etiam fabulas, quas delecti aliqui agebant, & ſimilia acromata; Chriſtus in cœna admirandum ſuæ humilitatis ſpe-

Ioan. 13. ad c. vſque 18. Matth. 26.

ctaculum exhibuit, dum proſtratus eorum pedes lauit, & ſermonem pręclarum de ſuo diſceſſu apud eos habuit, & deniq; ſtupendum Euchariſtię myſterium illis exhibuit. Vt omnia ferè videantur more à Romanis obſeruato in conuiuio illo geſta fuiſſe.

Canon XLVII.

Quinam olim nuptiales ritus in more fuerint Latinis, & Græcis. Ritus.

Circa ritus in nuptijs obſeruari ſolitos aduerte in primis conſuetudinẽ fuiſſe, tum apud Græcos, tum apud Latinos, vt Sponſæ ſub veſperam, & appetente nocte ſponſis ſuis traderentur. Hinc Geneſ. 29. traditur, Laban, conuocatis amicorum turmis ad conuiuium, nuptias feciſſe, & veſpere Liam filiã introduxiſſe ad Iacob, & in hoc decepiſſe Iacob, qui putauit ſe dormire cû promiſſa Rachele, & veriſimile eſt Iacob ab illa ducẽda ſe ſubductum iri, ſi illam prius

Nuptiæ cur noctu celebrari ſolitæ.

cognouiſſet eſſe Liam. Quòd verò noctu conciliarentur coniugia, docet ratio, & ad honeſtatem legitimi congreſſus factum, & ad verecundiam ſponſæ, quæ virginitatem amiſſura erat, & quia, vt ait Cicero, *Actus ma-*

Cicer. lib. 1. de officijs.

trimonij vult intelligi non videri; & ne ſponſus aliquo næuo, vel macula ſponſæ offenſus reſiliat à matrimonio conciliãdo. Proptereà prius cogitur accipere poſſeſsionem in corpore ſponſæ, quam videat. Et ſic, teſte

Plutarch.

Plutarcho in Proble. Romanus legiſlator ſi quid abſurdum, aut deforme corpori aderat, occultauit. Vnde & ipſum verbû nu-

Verbum nubendi vnde ductum ſit.

bendi dictum videtur, quòd flammeo in capite ſponſæ obtegeretur. Docet & ex noſtris Catullus in Carmine nuptiali:

Caull.

Veſper adeſt, iuuenes conſurgite, Veſper Olympo
Expectata diu vix tandem lumina tollit,

Porrò modus conciliãdi matrimonia traditur apud Tobiam c. 7. *Et apprehendens*, ait, ſcilicet Raguel, *dexteram filiæ ſuæ dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe cõiungat vos, impleatq; benedictionem ſuam in vobis. Et accepta charta, fecerunt conſcriptionem coniugij, & poſt hæc epulati ſunt.* Similia ferè obſeruabant Ethnici. Vnde Claudianus de nuptijs Palladij, & Serenæ ait:

Tum dextram complexa viri, dextramq; puellæ,
Tradit, & his vltrò ſancit connubia dictis:
Viuite concordes.

In coniugio celebrando adhibebantur magnæ lætitiæ, & gaudij ſigna ad leniendos labores, & dolores in eo futuros. Porrò peculiare fuit, & proprium ſanctorum, quod ſequitur in Tobia: *Tunc hortatus eſt virginem Tobias, dixitq; ei: Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & ſecundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autẽ tranſacta nocte in noſtro erimus coniugio: filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut Gentes quæ ignorant Deum.*

Alter ritus. *Homer.*

Solebant etiam nouæ nuptæ faces, accenſas geſtare, vt teſtis eſt Homerus lib Σ. Ilia-

dos: *Nymphas autē*, id eſt ſponſas, *ex thalamis tedis ſubaccenſis ducebant per ciuitatem, & multus Hymenæus mouebatur.* Docet & Cicer. pro Cluentio: *O audaciam ſingularem; non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumq́ famam, illam ipſam noctem, facesq́ illas nuptiales.* Faces verò præferri quinq; numero ſolitæ erant teſte Plutarcho in Problematibus, dicente: *Quid eſt quòd nec plures, nec pauciores, ſed quinque tantummodò faces in nuptijs accedunt, quas cereos appellant? An illud eſt quod Varro prodidit, Imperatores tribus vti ſolitos eſſe, Aedilibus plures adhiberi (Mos eſt autem, vt ab Aedilibus qui vxores ducunt, faces accedant)? An quod cum plurimis in rebus numeris vtantur, tum cæteris melior, ac perfectior ſit, & ad nuptias impar numerus conuenientior, atq́ aptior habeatur? Par enim numerus, & interuallum ſuſcipit, & eius paritas aduerſatur ac pugnat. Impar verò omninò ſcindi non poteſt, ſed ſi diuidatur, ſemper aliquid commune relinquit. Ex omnibus verò imparibus numeris quinarius potiſſimùm nuptialis eſt. Tria enim primum imparis locum tenent, duo verò paris: ex quibus, tanquàm ex mare, & fœmina, quinarius commiſcetur numerus.* Hæc ille. Plato quoque tradit, amicos quinque, & totidem amicas ex vtraque parte conuocari ad conuiuium nuptiale: quia primus numerus, vel compoſitus ex pari & impari, ſignificat coniunctionem fœminæ ad marem. Erant prætereà illæ faces ex alba ſpina cōfectæ apud Romanos, quas pueri matrimi, patrimiq; portabant, vt teſtatur Catullus in Epithalamio Manlij, & Iuliæ, vbi habetur:

[Cicer. Orat. 14. prope initium, Orat. 10. 2. in princ. III. ritus.]
[Plutarc. Problem. 2. Nuptiales faces cur tantū quinq; teſte Plutarcho. Varro.]
[Paris numeri & imparis proprietates ex eodem.]
[IV. ritus. Plat. lib. 6. de legib. procul à med.]
[Faces vnde nam fierent.]
[Catull.]

Pelle humum pedibus manu ſpineā quate tedam:
Tollite ô pueri faces.

Et Plinius reddit huiusrei rationem: *In eodem ritu comitatur & ſpina, nuptiarum facibus auſpicatiſſima, quoniam inde fecerint paſtores qui rapuerunt Sabinas, vt autor eſt Maſſurius. Nunc facibus carpinus, & corylus familiariſſima.* De tedis multa dicuntur, vt Virgilius:

[Plin. lib. 16. c. 8. circa med.]
[Maſſurius autor.]
[Virgil. lib. 4. Aeneid.]

Si non pertæſum thalami, tedæq́ fuiſſet;

Et alio loco:

Mopſe, nouas incide faces, tibi ducitur vxor.

[Idem in Eccl.]

Ex quibus licèt colligere, olim nuptias celebrari ſolitas poſt noctem, ita vt opus eſſet tedis, vel lampadibus, vel cereis, vt ait Plutarchus. Habes etiam morem puerorū geſtandi in nuptijs quinq; tedas, & ſimul cauſam expreſſam à Platone, & Plutarcho. Et ad hunc morem fortaſſis alludit Dauid, cū Pſal. 44. canit: *Adducentur Regi virgines poſt eam* ſcilicet Reginam, ſiue ſponſam, *proximè eius afferentur tibi*, cùm ſcilicet ſponſa in domum ſponſi traducitur. Adde etiā Statium Papinium, qui in Epithalamio Stellæ, & Violantillæ hæc docet:

[Pſal. 44.]
[Statius lib. 1.]

Procul ecce canoro
Demigrant Helicone deæ, quatiuntq́ nouena
Lampade ſolennem thalamis coeuntibus ignem.

Infrà:

Quas inter vultu petulans Elegia propinquat
Celſior aſſuete.

Vbi habes iam etiam lampadis nomen, & cum nouem Muſis Elegiam decimam, quæ faces geſtabat.

Porrò noua nupta candida veſte induebatur, iuxta illud Apocal. *Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido.* Atque ob id fortaſſis veſtis nuptialis candida erat. Verba Platonis libr. 6. De legibus hæc ſunt: *Ad nuptiale conuiuium non plures quàm quinq́ amici, & amicæ quinq́ ex latere paterno vocentur: ex cognatis & propinquis totidem: impenſa non maior quàm ſecundùm diuitias fiat.*

[Apoc. 19.]
[Matth. 22.]
[Plato.]

Morem primi congreſſus viri cū vxore ſua, deſcribit in Licurgo Plutarch. *Nubebāt* (inquit) *raptu neque paruas* (ſcilicet puellas) *neq́ ad cōiugium immaturas, ſed adultas ac pubiles aſſumentes. Raptam verò ea, quæ pronuba dicitur, accipiens, capitis quidem crines prorſus ad cutem adradebat: virilis autē amictu, calceamentisq́ inſtructam, in torum ſolam declinabat ſine lumine. At ſponſus non ebrius, neq́ delicijs emollitus, ſed ſobrius, vt ſemper, poſteaquā in Phiditijs* (alij vertūt, vt in ſodalitio cœnare cōſueuit) *cœnatus eſſet, ingreſſus, ac ſpōſæ cingulum ſoluens, eam ſublatam in lectum transferebat, ibiq́ ſecum moratus haud diu, honeſtè abibat, vbi cum alijs iunioribus conſueuerat dormiturus, idemq́ in poſterum agebat, cum æqualibus quidē diem trahens, ſimulq́ quieſcens: ad ſponſam verò quadam cum religione clàm pergens, & verecundus, & timidus, ne quis ex intimis ſe intueretur. Simul enim & ſponſa moliebatur, agebatq́, quo tempeſtiuè, & clàm inuicem conuenirent. Et hoc non breui tempore gerebant, ſed quoad etiam aliquibus filij naſcerētur, priuſquàm interdiu ſuas vxores aſpicerent. Huiuſmodi verò congreſſio non temperantiæ modò atque pudicitiæ exercitatio quædam erat, verùm & verecundos corporibus, & perpetuo quodam amore nouos recentesq́ ad concubitum ducebat; neque ſatietate eos capi, neque inuerecundis congreſſibus à mutuo affectu refrigeſcere, quin potius vt reliquias ſemper aliquas, & fomentum cupiditatis, & gratiæ inuicem relinquere ſinebat.* Hæc ille. Hanc Lacedæmoniorum in proprijs vxoribus continentiam iam tum meditatus eſt Iacob, vt ſoluta zona ſecubuerit, etiamſi Ioſephus libr. 1. Antiquit. ſcribat, propter ebrietatem & tenebras Iacob nihil ſenſiſſe. Et Lycurgus, teſte Xenophonte libr. de Polit. Lacedæmoniorum, cenſuit moderatam Venerem ſemper amorem quaſi recentem inter com-

[V. ritus nuptiarum.]
[Plutar. to. 1.]
[Sponſi cum ſponſa quàm honeſti ac verecundi congreſſus apud Lacedæmonios.]
[Ioſeph. c. 18.]
[Xenophon.]

pares

pares ſeruare. Cauit enim legibus, vt qui ad vxorem iret, ab alijs videretur, & ſic verecundia afficeretur: quod idem cótingeret, ſi ab ea exiret.

VI. Ritus de tempore conuiuiorum nuptialium.

Septem erant dies conuiuiorum: at apud Græcos erant tres præcipuè, & quiſque ſuo nomine vocatus, nempe προαύλια dies, qui præcedit nuptias: ἐπαύλια, dies ipſe nuptiarum: ἀπαύλια verò dies, in qua ſponſus in ſoceri domo à ſponſa accipitur. Sunt etiam repotia appellata, quando poſtridie nuptiarum apud maritum cœnatur, quòd quaſi potio reficiatur.

Repotia cur dicta.

Quòd verò lampades in nuptijs geſtarẽtur; fortaſsis id ſignificabat, quod Plato libro 6. de legibus dixit, ciues oportere liberis generandis, atque educandis operam dare, vt vitam, quam ipſi à maioribus accepiſſent, viciſsim quaſi tedam ardentem poſteris traderent. Verba Platonis loquentis de nouis nuptijs sũt: *Quapropter parentibus vtriſque affinibusq́, relictis ſeorſum quaſi ad Coloniam proficiſcantur, ac viciſsim ſeipſos obſeruantes habitent, liberos generando, & educando: & vitam quam ab alijs acceperũt, à ſe quaſi lampada alijs tradant, deos ſemper ſecundum leges colentes.* Hæc Plato. Vnde Lucretius lib. 3.

Plato.

Lucretius.

Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.

Agit de animantibus, quæ ſucceſsione propagãtur, vita per vices ab alijs in alios trãſfuſa. Et Perſius Satyr. 6. *Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis?* Et Varro lib. 3. de re ruſtica, cap. 16. *Sed à Merula, Axius noſter, ne dum hæc audit, phyſicam addiſcat, quod de fructu nihil dixi, nunc curſu lampada tibi trado.* Quo verbo innuit ſe alteram ſermonis partem Merulę tradere, vt iam in dicendo ſuccedat. In nuptijs autem vir per vxorem, & vxor per virum generat alterum, cui lampada tradat vitæ. Maximè autem quadrat, quod in Hebræo idiotiſmo lucerna vocatur filius hæres, qui in nomine, & hæreditate patri, & matri ſuccedat: *Quoniam* (inquit Propheta) *illuminas lucernam meam, Domine,* id eſt, das liberos, in quibus adhuc viuam, & ſplẽdeam vt lampas. Ariſtophanes in Ranis: *Iam nemo queat geſtare facem. Quod non curant exercere.* λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φορεῖν, ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νυνί. Quo loco interpres addit, in trib⁹ certaminib⁹ ſolere veteres geſtare faces δᾳδουχεῖν, ſiue λαμπαδουχεῖν in Prometheis, in Vulcanijs & Panathenaicis. Et primus prometheus fertur hoc genus ludi inſtituiſſe, vt currentes facẽ geſtarẽt eam defatigatus proximo in manus dabat, ille feſſus alteri, ac deinceps alius ſucceſsiõe tradebat inuicẽ, hiſtor. Prometheę quaſi ſimulachrũ repræſentãtes, quemadmodũ ferulã, qua cœleſtẽ ignẽ exceperat, ne rurſus

Perſius.

Varro.

Lucerna Hebræis quid.

Pſalm 11.

Ariſtophanes.

extingueretur, perpetuo motu iactârit in terrã deuolans, meminit Herod. in Vrania, oſtẽdens eum morẽ à Perſis repertũ, vt diſpoſitis equis atq; curſoribus, alius alijs mandata veluti lampada traderẽt. Et autor libri ad Heren. *Nõ enim quemadmodum in palæſtra qui tedas ardentes accipit, celerior eſt in curſu cõtinuo, quàm ille qui tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitũ, quàm ille qui diſcedit.*

Herodot. Halicarnaſſ.

Autor lib. ad Heren.

Canon XLVIII.

Cruci ſuffigere malefactores, Romanũ, nõ Iudaicũ ſuppliciũ fuit: quia etſi Iudęi haberent furcas, quibus damnatos appenderent, nunquam tñ clauis eos configebant. Crucẽ quoq; à damnato baiulari, non fuiſſe morẽ Roman. id oſtendit, quòd coegerunt Dñm Ieſum crucem ſuam baiulare, quod Origenes in Matth. ponderat quaſi nouum & inauditũ crudelitatis genus, & quod de latronibus cum eo crucifixis nó legitur obſeruatum. Sed ſi attentius ex hiſtoricis vel poetis mores Romanorũ indagemus, inueniemus eos, qui crucis ſupplicio afficiendi erant ſolitos fuiſſe crucem ferre. Hinc Plutarc. lib. de tarda numinis vindicta: *Malitia verò coniunctum, aſsidueq́, ipſam torquentem atque affligentem geſtat dolorem, non poſt quam ſcelus perfecerit, ſed tum maximè flagitiorum pœnã exoluit, cùm iniuriam atrociter inferre videtur. Quẽadmodum enim facinoroſus quiſq́, vltimo affligendus ſupplicio corpore ſuo propriã fert crucem: ita improbitas ex ſeipſa ſupplicium ſibi ſtruit ipſi.* Græca habent: Καὶ ἐν τῷ μὲν σώματι τῶν κολαζομένων ἕκαστος τῶν κακούργων ἐκφέρει αὐτοῦ τὸν σταυρόν. Adde M. Varron. lib. rerum humanarum, vt citatur à Nonio Marcello in verbo patibulum: *Deligati ad patibulum circumferuntur, cruci deinde figuntur.* Citat item Plaut. in Carbonaria: *Patibulum ferat per vrbem, deinde affigatur cruci.* Adde Macrob. lib. 1. Saturnal. *Antronius quidã Maximus, ſeruum ſuum verberatum patibuloq́, conſtrictum, ante ſpectaculi commiſsionem per circum egit.* Dio Caſsius libro 50. *Patrem Cæpionis cùm ſeruum, qui herum proſcriptum tradidiſſet, per medium forũ traductum cum tabula cauſam ſupplicij indicãte in crucem tolleret, Auguſtus id factum nõ indignè tulit.* Ex quibus colligimus non fuiſſe morem in lege Moyſis, reos, qui in ligno ſuſpendebãtur, clauis perfoſsis manib⁹ ac pedibus trãſfixis cruci affigere, pręcipiente Lege, vt ſuſpenſi, & non transfixi in cruce penderent. At Chriſti tempore poteſtas Iudæis adempta erat iudicandi per Romanos, ſed præſidis erat pro arbitrio punire ſontes. Vnde & Ioſeph rogauit Pilatum, vt donaret ſibi corpus Ieſu: quod ante Solis occaſũ iuxta præceptum legis erat deponendum.

De crucis ſupplicio. Romanorũ fuit, non Iudęorum proprium crucis pœna ſontes afficere.

Primus ritus Romanorũ.

II. Ritus.

Leuit. 18.

Deut. 21.

Galat 3.

Orig. tract. 35. in Matt. 10. 2.

Plutarch.

M. Varro.

Non. Marc.

Plaut.

Macrob. c. 11. prope init.

Dio Caſsius.

Deut. 21.

Iudæi quãdo primùm iudiciariæ poteſtati conceſſerint.

Marci 1.

Fuit etiã ex Romano iure cauſam mortis

III. Ritus.

 in ta-

in tabula deſcribere, vt habes ex teſtimonio Euangelico.

Ioan. 19.

Pręterea cruci ſuffigendos Romani prius verberare conſueuerant, vt tradit Macrobius in verbis ſuperius allatis. Quod cófirmat T. Liuius: *Miſſiq; lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, & ſecuri feriunt.* Quod ſi arguas, Iudæos etiam verberare, vel flagellare ſolitos fuiſſe: non negamus: ſed quia Apoſtolus ad Corint. diſtinxit duo genera flagellationum, cùm dixit: *Quinquies quadragenas, vna minus, accepi:* & infra: *Ter virgis cæſus ſum*; prius ad verberationé Iudæorum referendú eſt, in qua non licebat ex lege numerum quadragenarium excedere: & illi, qui pij viderétur, vna minus verberabant. At ter virgis cędi, ex more fuit Romano, in quo etiam cædi flagellis plus eſt quàm fuſtibus, quia vt habetur in l. ſeruorum. ff. de pœnis: *Ex quibus cauſis liber fuſtibus caditur, ex his ſeruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur.*

Macrob. lib. 1. *Saturn. ca.* 11. *in princ.* *T. Liuius.* 2. *Cor.* 11. *Deut.* 25. Flagellis cædi, quàm fuſtibus, cur grauius & atrocius.

Adde etiam, crurifragium, non Iudæorum, ſed Romanorum proprium fuiſſe ſupplicium. Vnde Cicero Philippica 11. illam pœnam illatam cuidam Cælio, & poſt eam ſuperuixiſſe teſtatur: *Quid quòd & milites cruci ſuffixum ſeruabant, dum viueret?* & hoc in Ieſu legimus obſeruatú apud Matthæum, & à Romanis videtur deſumptum. Nam Petronius Arbiter in ſatyra ſic ait: *Cùm interim imperator prouinciæ latrones iuſsit crucibus affigi ſecundùm illam caſulam, in qua recens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte cùm miles, qui crucem ſeruabat, ne quis ad ſepulturam corpus detraheret,* infra ſubdit: *Itaque parentes vnius in crucem acti, detraxere noctu pendentem ſupremoq; mandauerunt officio. At miles circumſcriptus dum reſidet, vt poſtero die vidit vnam ſine cadauere crucem, veritus ſupplicium, mulieri quod accidiſſet, exponit: nec ſe expectaturum iudicis ſententiam, ſed gladio ius dicturum ignauiæ ſuæ.*

IV. Ritus. *Exod.* 12. *Ioan.* 19. *Cicer. Orat. tomo* 3 *orat.* 54 *in ordine.* *Matt.* 27. & 28. & *ſeq.* *Petron. Arbiter.*

CANON XLIX.

Quoniã Euangeliſta Ioannes refert Dominum Ieſum ſepultum, ſicut moris erat Iudæis ſepelire, conſiderandæ ſunt circunſtãtiæ, quas de more obſeruare conſueuerant. Inprimis ergo corpus examine lauabát, vt de Dorcade diſcipliña nomine Tabitha tradit Lucas in Actis: *quam cùm lauiſſent, poſuerunt eam in cœnaculo:* & idem, ſi benè memini, obſeruatum in Chriſti corpore, docet B. Chryſoſtomus in Ioannem: & hodie etiã inter Chriſtianos hoc à quibuſdam obſeruatur. Homer. lib. 18. Iliad. de Achille lauante Patrochum interfectum ab Hectore, *Membra* (inquit) *lauant, oleoq; omnis perfunditur artus.*

De more ſepeliendi Iudæorum. Corporibus tumulandis quas Iudæi ceremonias obſeruarent. *Ioan.* 19. I Ritus. *Act.* 9. *B. Chryſ. ho.* 84. *in Ioan. tom.* 3. *Homerus.*

Et Virgilius in 6. Aeneidos Palinuri ſepulturam deſcribens, ait:

Virgil.

Pars calidos latices, & ahena vndãtia flammis,
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.

Et Ennius de Tanaquile:

Ennius.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Dionyſius ad Hieracem de peſtilentia Alexandrina ſcribit de Chriſtianorum funeribus, vt habet Euſebius: *Sanctorum corpora ſupinis manibus, ac ſinu exceperunt, oculos depreſſerunt, ora clauſerunt, vnanimes & pariter affecti ſtrictim complexi ſunt, lauerunt, & ad ſepulturam ornárunt.* Hæc ille.

Euſ. lib. 7. *c.* 22. *Dionyſ.*

Secundò, ſoliti erant cum linteis & aromatibus alligare. In qua vna re Ioannes explicauit morem Iudæorum: nam præcedit Nicodemum veniſſe ferentem mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum. Hæc cæremonia fuit in Iacob Patriarcha obſeruata, & in Ioſeph, qui aromatis, & vnguentis deliboti ſepulturæ ſunt traditi, In ſignum & fidem, qua reſurrectionem futuram per Chriſtum proteſtabantur, quæ præſeruat ab omni putredine, & corruptione corpus, & quia primus, ſine primogenitus dormientium expectabatur Meſsias futurus. Hinc nata ſunt illa Patrum veterum deſideria, vt cuperent ſepulturæ in terra Chanaan tradi, in qua prænouerant Meſsiæ mortem, & reſurrectionem celebrandam. Et præter Iacob, & Ioſeph, & Moyſen, de Iob ſanctiſsimo viro legimus in quibuſdam Græcorum codicum verbis poſt finem libri: *Scriptum eſt autem, ipſum rurſus reſurrecturum cum his, cum quibus Dominus reſurrexit.* Quæ verba vt ſacramenta Scripturarum citat Clemens libro 5. capite 8. & Ambroſius libro 1. de interpellatione, capite 8. Hinc illa pia mulierum feſtinata voluntas Dominum vngendi defunctum, quam ante ſepulturam præſtare non potuerunt. Mos vngendorum corporum in Aegypto natus videtur, vt tradit Plato in Phædone.

II. Ritus. *Ioan* 19. *Gen.* 50. *Ibidem.* Iudæorum mos ille ſepeliendi cum linteis & aromatib⁹ quid ſignificaret. 1. *Cor.* 15. *Coloſ.* 1. *Apoc.* 1. *Gen.* 47. *Infra* 50. *Matth.* 27. *Clem. Rom.* *B. Amb. to.* 4. *Luc.* 24. Vnde conſuetudo corporum vngendorú ducta videatur.

Tertiò in more poſitú erat, vt defuncti extra ciuitaté efferrentur, vt patet de Chriſto: nam in eodem loco vbi crucifixus eſt, erat hortus, & in horto monumentum nouum exciſum in petra: vbi & venerabiliter repoſitus fuit. Vt ergo extra portam paſſus eſt, ita & extra portam ſepultus: vt etiam Lazarus, & adoleſcens, qui cùm appropinquaret portæ ciuitatis ſepeliendus extra eam, à Domino eſt ſuſcitatus, vt Lucas ait Euangeliſta. Hæc autem ſepeliendi ratio ſeruata eſt eo tempore, & ad ſalubriorem auram, ne inficeretur aër, ſi intra ciuitatem ſepeliretur corpora, & ad ſignificandú, nullú adhuc ex electis perueniſſe in cęlum, vbi

III. Ritus. *Ioan.* 19. *Luc.* 29. *Hebr.* 13. *Ioan.* 11. *Luc.* 7. Cur Iudæi ſepelirent extra caſtra.

Deo

Deo frueretur, ſed extra erant omnes pij animi in Limbo expectantes Meſsiæ aduentum, qui ſua potenti reſurrectione & animos ſecum ducerent in cœleſte regnum, & ſpem reſurrectionis corporum (vt ait Apoſtolus) configuratorum corpori claritatis ſuæ porrigeret. Quare rectè dictum eſt à

Philip. 3.

B. Hiero. lib. 4. in Hiere. circa med.

Hieronymo in cap. 22. Hierem. *Hanc habet Scriptura cõſuetudinem, vt omnes Reges & mortuos referat, & ſepultos. Ioachim autem filium Ioſiæ legimus, & regnaſſe crudeliter, & extitiſſe impium, & poſteà mortuum: nec tamen eius ſepultura narratur.* Et Hieremias tantùm ait: *Sepultura aſini ſepelietur*, id eſt, inſepultus erit, vt ab auibus & beſtijs lacerari poſsit.

Hierem. 22.

IIII. Ritus.

Matth. 27.

Quartò, Chriſti ſepulchri oſtio aduolutum eſt ingens ſaxum, & illud quidem ſigillo Pilati munitum: tum ne corpus expoſitũ eſſet feris, quæ noctu vagantes eius odore capi poſſent: tum ne diſcipulos illud furto ſurripuiſſe vlla probabili ratione fingi poſſet: tum denique vt vi diuinitatis impedimenta omnia illi perrumpens, certiorem nobis traderet ſuæ reſurrectionis fidem.

V. Ritus.

Quintò, nulla mentio de precibus in hac Chriſti humatione, quia eum reſurrecturum nemo ſperabat, dolore turbante fidẽ, etiamſi ipſe toties prædixiſſet ſe tertia die ad vitam rediturum. Sed hæc fides in pectore matris viua perſeuerabat, & ad ipſum filium mortuũ preces fundebat, vt ſeipſum ſua virtute à morte reuocaret: quod & ipſi Iudæi, qui ex ore Chriſti audierant, Pilato retulerunt, vt cuſtodiam apponeret obſiſtentem ne reſurgeret.

Matth. 27.

CANON L.

De numeris regula prima

B. Hieron. to. 5. prope fin.

Ac poſtremus. Circa numeros, ſiue numerandi rationem, ad ſenſum literalem melius accipiendum, ſeruabis ſequentes regulas. Quarum prima eſt, & cuius Hieronymus meminit in cap. 9. Danielis, Idioma ſermonis Hebraici, & antiquorum ſermonis Latini, vt antè minorem numerum apponent, & poſteà maiorem. Vt verbi gratia, nos iuxta proprietatem linguæ Latinæ noſtræ nunc dicimus, Abraham vixit annis 175. illi è contrario loquuntur, Abraham vixit annos 5. & 70. & 100. Multa in Geneſi inuenies exempla. Et libr. aduerſus Iouinian. *Omnis Scriptura, maximè vetus minorem præponit numerum, & ſic ad maiorem gradatim conſcendit. Hinc dictum eſt: Hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt.*

Gen. 25.

Idem lib. 2. aduer. Iou. med. inter circiter, & fin. tom. 2. circa princip.

Dan. 9.

II. Regula.

Secunda regula: Nomina numeralia ab vno vſque ad quinque ſolent in ſacra Scriptura accipi aliquandò impropriè ad ſignificandam diminutionem, ſiue paucitatem. Vt cum dicitur: *En colligo duo ligna*, id eſt, pa[illegible] & [illegible] *Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut concuſſio oleæ duarum, vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor, aut quinque in cacuminibus eius fructus eius.* Vidua quoque obtulit duo æra minuta: quod etſi parum eſſet, Dominus tamen commendauit. Et iterum Chriſtus: *Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio?* id eſt, duobus aſsibus: & Apoſtolus: *In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua.* Id eſt, malo pauca apertè loqui, quàm multa eleganter, vel in varijs linguis. Rurſus à numero quinque, & ſupra vſque ad decem, multitudinem inſinuat. Vt ibi: *In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.* Et alibi: *Septies in die cadet iuſtus, & reſurget.* Rurſus: *En decies confunditis me*, hoc eſt pluries. Et Iacob de Laban: *Mutauit mercedem meam decem vicibus.* Hanc regulam tradidit Alfonſus Zamorenſ. in 2. lib. Grammaticæ Hebr. cap. 5.

3. Reg. 17.

Luc. 21.

Supra 12.

1. Cor. 14.

Iob 5.

Prou. 24.

Iob 19.

Gen. 31.

Alfonſ. Zamorenſ.

III. Regula.

Tertia regula: Mos eſt Hebræis vti nominibus cardinalibus pro ordinalibus, etiamſi interpretes ſoni aſperitate offenſi ſoleant interdum mutare cardinale in ordinale. Quod vt exemplis illuſtretur, Geneſ. 1. habetur: *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, pro, primus: in Euangelio, *Vna Sabbatorum*, pro prima die ſolennitatis Azymorũ. Et in Aggæo cap. 1. legitur: *In anno ſecundo Darij*: vbi Hebræa legunt per numerũ dualem: *In anno duorum Darij.*

Ioan. 20.

IV. Regula.

Quarta regula: Solet Scriptura ita tempora nuncupare, vt quod de ſumma perfectionis numeri paullùm excreſcit, aut infra eſt, non computetur. Hæc regula tradita eſt ab Auguſtino lib. Quæſtionum in Exodum, & comprobat eam ex illo teſtimonio, quod dixit Deus ad Abraham: *Sciendo ſcias quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria, & in ſeruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis*, citat enim ex Septuaginta. Quod quidem non eſt ita intelligendum, vt tot annis ſeruitute oppreſsi fuerint, ſed quod ab anno natiuitatis Iſaac, vſque ad annum egreſsionis populi de Aegypto computantur anni 405. Nam ſi de quadringentis triginta detraxeris viginti quinque, qui ſunt à promiſsione Dei vſq; ad natum Iſaac, mirum non eſt ſi quadringentos, & quinq; annos ſumma ſolida quadringentos voluit appellare Scriptura. Igitur illud: *In ſeruitutem redigent, & nocebunt eis*, referendum eſt non ad quadringentos annos, quaſi tot annis captiui ſeruierint, ſed ad id, *Peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria*: ſiue illa fuerit Aegyptus, ſiue Chanaan, antequam eam in hæreditatem promiſſam acciperet. Vt is videatur eſſe ordo

August. lib. 2. Quæſtion. in Exod. q. 47. initio tom. 4. prope init.

Gen. 15.

Infra 21.

Supra 12.

verbo-

verborum: *Sciendo ſcias, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria quadringentis annis*: illud autem, *& in ſeruitutem redigent eos, & nocebunt illis*, nō pertinet ad quadringentos annos, ſed ad finem illorum. Lege Oecumenium in c. 3. ad Gal. Et Auguſt. lib. Locutionum in librum Iudicum: *Et intrauit in domum patris ſui in Ephrata, & interfecit fratres ſuos Hierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum. Septuaginta*, inquit, *dixit occiſos, quamuis minus occiſi fuerint duo, id eſt, ipſe qui occidit, & Ionathan iunior, qui latuit. de quo adiungens, dicit: Et remanſit Ionathan filius Hierobaal iunior, quoniam abſcondit ſe: ac per hoc vniuerſum numerum poſuit pro penè vniuerſo*. Eſt & aliud exemplum Gen. 42. *Duodecim fratres vnius patris geniti ſumus*, cùm tamen poſteriùs dicant, vnum non eſſe ſuperſtitem, ſcilicet Ioſeph, exiſtimantes eum periiſſe, & Gen. 35. *Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ*, cùm ibi natus non ſit Beniamin, ſed in Ephrata. Adhæc Auguſt. libro Quæſt. in Geneſ. hoc ipſum ponderans, per Synecdochen dictum interpretatur. Vbi enim pars maior eſt, aut potior, ſolet eius nomine etiam illud comprehēdi, quod ad ipſum nomen non pertinet. Sicut ad 12. Apoſtolos iam non pertinebat Iudas, qui etiā mortuus fuit, cùm Dominus reſurrexit à mortuis: & tamen ipſius duodenarij numeri nomen Apoſtolus in epiſtola ſua tenuit, vbi ait, eū apparuiſſe illis duodecim. Cum articulo enim hoc Græci codices habēt, vt non poſſent intelligi quicunq; duodecim, ſed illi in illo numero inſignes. Subiungit aliud exemplum Auguſtinus: *Eo*, inquit, *modo locutionis puto & illud à Domino dictum: Nōne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? vt non ad electionem etiam ipſe pertinere videatur*. Adde Eucherium lib. Comment. in Geneſ. in illud: *Noe verò cùm quingenterū eſſet annorū, genuit Sem, Cham, & Iaphet, &c. More*, inquit, *ſuo Scriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumque ſignificans; cùm 480. annum vitæ ageret*: quod quidem ille accepit ab Auguſt. lib. 25. de ciuit. Dei, cap. 24. Ad Hebr. quoque 11. dicitur: *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti*; cùm tamē Henoch non fuerit mortuus. Et 3. Reg. 2. *Dies quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt: in Hebron regnauit ſeptē annis: in Hieruſalem triginta tribus*: cū tamen 2. Reg. 2. illi ſummæ ſex menſes addātur. Et Gen. 17. dixit Abraham: *Putaſne centenario naſcetur filius?* Et tamen Abraham nonaginta annorum eſſe cœperat. Ad hæc Epiphanius in Compendiaria vera doctrina de fide catholica: *Ab Adam vſque ad Noe præterierunt generationes decem: Et à Noe vſq; ad Abraham alia decem: Ab Abraham verò vſque ad Dauidem generationes quatuordecim. A captiuitate vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim, vt ſint ab Adam vſque ad Chriſtum ſexaginta duæ generationes. Quæ ſanè ſexaginta per compendium numeratæ ſunt. Nam cùm in deſerto ſeptuaginta duæ ſtirpes palmarum eſſent, ſeptuaginta nominantur: & ſeptuaginta in montem vocati, reperiuntur ſeptuaginta duo, cum Elad, & Modad: & ſeptuaginta duo fuerunt, qui interpretati ſunt tempore Ptolemæi: verùm compendij gratia ſolemus dicere interpretationem ſeptuaginta.* Hactenus Epiphanius.

Aug. lib. 7 locut. in lib. Iudic. c. 42. tom. 3. ſub init. — *Iudic. 9.* — *Gen. 42.* — *Supra 35.* — *Ibidem.* — *Aug. li. 1. Qu. in Gen q. 117. circa med. to. 4. in princ.* — *Matth. 27.* — *1. Cor. 15.* — *Idem ibidem.* — *Ioan. 6.* — *Eucher. lib. 1. Comment. in Gen. c. 37. propè finem.* — *B. Aug. tom. 5.* — *Hebr. 11.* — *Gen. 5.* — *3. Reg. 2.* — *2. Reg. 2.* — *Gen 17.* — *Ibidem.* — *B. Epiph. lib. 3. contra Hæreſ. tom. 2.* — *Matth. 1. & ſe.* — Generationū ab Adam ad Chriſtum catalogus. — *Num. 33.* — *Supra 11.*

V Regula.

Quinta regula: Numerus definitus ponitur quandoq; pro indefinito, iuxta illud 1. *Septies in die cadet iuſtus, & reſurget*, id eſt, ſępè. Et Eccleſ. *Da partes ſeptem, nec non octo: quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram*, id eſt: Diſtribue facultates tuas indigentibus, aut potius omnibus, vt ſerueris à Domino ab imminenti neceſsitate. Et Zacharias: *Super lapidem vnum ſeptem oculi*, id eſt, multæ cuſtodiæ. Ita accipe quæ ſequuntur: *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia: Habebitis tribulationem diebus decem*, hoc eſt, permultis: *Sed & pater veſter circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus*. Quod etſi pro infinito numero poſitum explicari poſsit, tamen propriè accipit Hieronym. dicens, quod oues Italię bis pariunt in anno, iuxta illud Poëtæ:

Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbor.

Et eandem dicit eſſe naturam ouium Meſopotamiæ, vbi agebat Laban. Item illud Amos: *Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertam eum*. Numerus quippe ſeptenarius qui ex tribus & quatuor conſtat, pro indefinita ponitur multitudine. Gentes quas debellàrunt filij Iſraël, alibi dicuntur ſeptem, & alibi numerātur decem. Et quod Dominus dixit: *Centuplum accipiet*, alter dixit: *Et non recipiat multa plura in hoc tempore*. Id etiam: *Septies in die laudem dixi tibi*, perinde eſt ac ſi dixiſſet: Semper laus eius in ore meo.

Prouerb. 24. — *Eccleſ. 11.* — *Zachar. 3.* — *Pſalm. 90.* — *1. Reg. 18.* — *Apoc. 3.* — *Gen. 31.* — *B. Hiero. li. q. Hebr. in Gen. tom 3. à med.* — *Virg. li. Geor.* — *Amos.* — *Deut. 7.* — *Gen. 15.* — *Matth. 19.* — *Luc. 18.* — *Pſalm. 118.* — *Pſalm. 33.*

VI. Regula.

Sexta regula: Frequenter in ſacris literis Spiritus ſanctus qui per Prophetas loquitur numerū pręciſum vel dierum, vel annorum non ignorans, tamen demittens ſe ad ſcribentis perſonam, ſolet in illis addere illas particulas, quaſi, fermè, ferè, circiter, qui illas ab Spiritu ſancto ita acceperunt, vt in confuſo noſſent. Ita dicitur Ioan. 6. *Edentes de quinque panibus fuiſſe numero quaſi quinque millia*. Et Actuum 1. *Erat autem turba hominum ſimul ferè centum viginti*. Iterum Ioan. cap. 6. *Cùm remigaſſent, quaſi ſtadia viginti quinque, aut triginta*; &, *Hora erat quaſi*

Ioan. 6. — *Act. 1.* — *Ioan. 6.* — *Supra 1.* — *Infra 4.*

decu-

Luc. 3.
Act. 2.

decima: Et, *Ipſe Ieſus erat quaſi incipiens annorum triginta*: *Appoſita ſunt in die illa animæ circiter tria millia.* Ita vt licèt paulò plures, vel pauciores eſſent, veritati nó contradiceret, quia particulis illis oratio mitigatur. Multa alia de numeris ſuperſunt, quæ ad myſticū ſenſum ſpectant, quæ commodiùs ſuo loco inferiùs, cū peculiari Prolegomeno de ſenſu ſpirituali agemus, explicabuntur.

PROLEGOMENON XII.

In quo certa Regula ad eruendum ſenſum literalem in oratione tropica, ſiue figurata, præſcribuntur, deq́; Troporum ac Schematum numero, quæ ſacris literis magis ſunt in vſu.

QVoniam oratio humana, qua mentis noſtrę ſenſa exprimimus, & quam etiam Deus in ſacris literis ad noſtram eruditioné vſurpat, ex proprijs, & tranſlatis verbis cóflata eſt; & vt Quintilian⁹ eſt auctor, perſpicuitas orationis in proprijs, ornatus verò eius in tranſlatis verbis magis cóſiſtit: & Cicero lib. de Claris Oratoribus: *Ornari orationem Græci putant, ſi verborum immutatio nibus vtantur, quos appellant* τρόπους; *& ſententiarum, orationiſq́; formis, quæ vocant* σχήματα, hinc eſt vt ad tranſlatas locutiones intelligendas, ne tanquam proprias, aut è contrario proprias pro tranſlatis accipiamus, certæ ſint Regulæ nobis aſsignandæ.

Quintil. lib. 8. cap. 3.

Cicero.

Ante omnia autem illud præſamur, ſcripturam ſacram non ſolùm vti metaphoris propter vtilitatem noſtram, ſed etiam propter neceſsitaté. Nam cùm velit nobis ſpiritualium rerum, & cœleſtium notitiā tradere, nec facilè nos illas, vt in ſe ſunt, capere valeam⁹, rectè adhibuit metaphoras ſenſibus noſtris obuias, & apertas, vt per eas illas apprehenderemus. *Neq; enim aliter fas erat* (vt magnus tradit Dionyſius) *infirmitati noſtræ lucere diuinum illum radium, niſi ſacrorū varietate velaminum* (*quibus ad ſuperiora ferremur*) *opertum, & his quæ nobis familiaria ſunt, prouidentia paterna naturæ mortalium ſeſe accommodante veſtitum.* Sic ille. Imò vt rectè ſcripſit Cicero lib. de Oratore, tractans de ortu metaphoræ: *Tertius,* (inquit) *ille modus transferendi verbi latè patet, quem neceſsitas genuit inopia coacta & anguſtijs; poſt autem delectatio, iucunditáſq; celebrauit. Nam vt veſtis frigoris depellendi cauſa reperta primò, poſt adhiberi cœpta eſt ad ornatum etiam corporis, & dignitatem: ſic verbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. nam gemmare vites, luxuriam eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt.* Hæc Cicero.

Tropis & metaphoris ſcriptura vtitur, tū ob neceſſitatem, tū ob vtilitatem fidelium.

Dion. Areop. li. Cæleſt. hierar. c. 1. circa med.

Cic. lib. 3. de Orat. à med. M. Tullij ſimile perelegans.

Metaphoræ

Habent autem metaphorę vim magnam & ad docendum, & perſuadendum, & ad lectorum pectora permouendum, & ad rei quam volumus memoriam ingenerādam, & genitam conſeruandā. In ſacris igitur literis interpretandis ſummoperè cauendum eſt, ne figuratam locutionem vt propriam, aut contra propriam vt figuratam vſurpemus, niſi in manifeſtum hæreſis ſcopulum impingere velimus. Nam qui (verbi gratia) in illis verbis propriè accipiendis: *Hoc eſt corpus meum*; &, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*, tropicam locutionem quærit, & vt Symbolicam, ac figuratam exponit, apertè hæreticam, damnatamq́ue ab Eccleſia ſectatur doctrinam: quemadmodum Caluinus in vtroque loco explicándo, perniculoſiſsimè ſallus eſt. Qui verò illa verba: *Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum*; & illa, *Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te; abſcinde eum, & proyce abs te, &c. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proyce abs te*; & illud, *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, &c. adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*: qui, inquam, has ſententias ad literam acciperet, ſcelus perpetraret, & impietatem Deo præcipienti impingeret, cùm in illis per tropum intellectis Dominus carnis concupiſcentiā propter ſe reprimendam eſſe docuerit, & eos qui nobis hęrent, etiamſi perinde chari ſint atque oculi, tamq́ue neceſſarij ac pedes, & manus, ſi tamen ad peccatum impellant, abijciendos eſſe à nobis, ac penitus deſerendos, & parentes etiam ipſos chariſsimos in negotio ſalutis, ſiue Euangelij, Deo principali omnium noſtrum parenti poſthabendos eſſe. Memini me aliquando audiuiſſe, dum in Germania eſſem, Lutheranū quendam extitiſſe, qui volens argumentari pro legitimo ſacerdotum coniugio, producebat, vrgebatq́ue Pauli teſtimonium ex epiſtola ad Philemonem, vbi Apoſtolus ait: *Obſecro te pro filio meo, quem genui in vinculis Oneſimo*: exiſtimabat enim, Paulum Romæ filiorum procreationi cum vxore vacaſſe: vt videas quàm verum ſit, vnumquemque pro affectu ſuo carnali interpretari ſacras literas. Vt igitur tantùm, tamq́ue periculoſum in Scripturis exponendis euitemus ſcopulum, diligenter aduertendum eſt quę ſit figurata locutio. Et primo quidem loco Canones figuratas locutiones venādi proponemus: Deinde ipſas figuras, quæ in vſu ſunt penes Grammaticos, aut Rhetores, aut Poëtas, & quibus interdum vtuntur ſacræ ſcripturæ, percenſebimus. Sit igitur primus.

trāſlationisve virtus.

In Scripturis interpretandis quid cauendum magnoperè.

Qui loci Euāgelici tātùm propriè, qui verò impropriè & metaphoricè velint intelligi.

Matth. 16.
Ioan. 3.

Caluinus in Inſtitut.

Matth. 19.
Supra 18.
Ibidem.
Luc. 14.

Quid oculi, manusve, vel pedis abſciſſio Chriſti pręcepto nobis facienda ſignificet.

Odium parētum, ac noſtri ipſorum à nobis quale Dominus requirat.

Vndenā Lutheranus quidam, antiqui vt videtur ſacerdotij non cœlibis, impurus æmulator, honeſtū connubium ſacerdotum, & totum immaculatum probare contenderet.

Philemo.

Canon I.

Ad tropicam in Scripturis agnoſcendã. Quæ vt figuratè dicta ſint accipienda.

Vbicunq; aliquid dicitur, quod ſi propriè ſumatur, ad ædificandam geminam charitatem, vel ad deſtruendam cupiditatem, id eſt, immoderatum creaturæ amorem, non poteſt referri, ibi figurata eſt locutio. Vbi etiã quid prima facie aut facinoroſum, aut impoſsibile, aut in ſpecie abſurdum ſignificatur, non eſt dubitandum, illi ſubeſſe tropum, figuratam ve locutionem. Quæ exemplis antè propoſitis illuſtrantur. Quæ enim Dominus ad membra ſua præſcindenda, aut ad ſeipſum caſtrandum, aut ad parẽtes atque adeò ſeipſum, odio habendos hortabatur: neque Paulus generationi carnali filiorũ vacabat, ſed ſpiritualium, quos Chriſto lucrifaciebat: & Corinth. vt filios ſuos agnoſcebat: *Nam in Chriſto*, inquit, *Ieſu per Euangelium ego vos genui*; & ad Galat. *Filioli mei quos iterum parturio*. Hæc regula ab Auguſtino traditur, qui libr. de doctr. Chriſt. ſic inquit: *In principio cauendum eſt, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Et ad hoc enim pertinet quod ait Apoſtolus: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Cùm enim figuratè dictum ſic accipitur, tanquam propriè dictum ſit, carnaliter capitur. Neque vlla mors animæ congruentius appellatur, quàm cùm id etiam, quod in ea beſtijs antecellit, hoc eſt, intelligentia carni ſubijcitur ſequendo literam. Qui enim ſequitur literam, tranſlata verba ſicut propria tenet: neque illud quod proprio verbo ſignificatur, refert ad aliam ſignificationem*. Et infra: *Huic autem obſeruationi, qua cauemus figuratam locutionem id eſt, tranſlatam quaſi propriam ſequi, adiungenda etiam illa eſt, Ne propriam quaſi figuratã velimus accipere. Demonſtrandus eſt igitur primus modus inueniendæ locutionis, propriane, an figurata ſit. Et iſte omninò modus eſt; vt quicquid in ſermone diuino, neque ad morum honeſtatem neque ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Morum honeſtas ad diligendum Deum, & proximum; Fidei veritas ad cognoſcendum Deum, & proximum pertinet.* Hæc ille, qui multa ad hunc ſenſum inſerius adiungit. Et eleganter inquit: *Si præceptiua locutio eſt, aut flagitium, aut facinus vetans, aut vtilitatem, aut beneficentiam iubens; non eſt figurata. Si autem flagitium, aut facinus videtur iubere; aut vtilitatem, aut beneficẽtiam vetare, figurata eſt.* Ait Scriptura: *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: Si ſitit, potum da illi. Hic nullo dubitante beneficentiam præcipit. Sed quod ſequitur: Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius; maleuolentiæ facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris figuratè dictum. Et cùm poſſit dupliciter interpretari: vno modo ad nocendum, altero ad præſtandum; ad beneficentiam te potius charitas reuocet, vt intelligas carbones ignis eſſe vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius, qui dolet ſe inimicum fuiſſe hominis, à quo eius miſeria ſubuenitur.* Idem concilioribus verbis eandem regulam tradit lib. ſuper Geneſin ad literam: *Si autem in verbis Dei, vel cuiuſquam perſonæ in officium Propheticum aſſumptæ dicitur aliquid, quod ad literam, niſi abſurdè non poſsit intelligi, proculdubio figuratè dictum ob aliquam ſignificationem accipi debet: dictum tamen dubitare fas non eſt, hoc enim à fide narratoris, & pollicitatione expoſitoris exigitur.* Idem quoque libro de Catechizandis rudibus rectè admonet, his verbis: *Deinde monendus eſt ex hac occaſione; vt ſi quid etiam in ſcripturis audiat, quod carnaliter ſonet, etiamſi non intelligit, credat tamen ſpiritale aliquid ſignificari, quod ad ſanctos mores, futuramq́; vitam pertineat. Hoc autem breuiter diſcet, vt quidquid audierit ex libris Canonicis, quod ad dilectionem æternitatis, & veritatis, & ſanctitatis, & ad dilectionem proximi referre non poſsit figuratè dictum vel geſtum eſſe credat, atque ita conetur intelligere, vt ad illam geminã referat dilectionem.* Hæc ille pulchrè, inſtitui volẽs catechizandos. De his autem, quæ impoſsibilia, ſiue ἀδύνατα ſunt, tradit Origenes regulam lib. 4. Periarchon, ca. 2. *Procurauit diuina ſapientia offendicula quædã, vel intercapedines intelligentiæ hiſterialis, impoſsibilia quædam & inconuenientia per medium inſerendo, vt interruptio ipſa narrationis velut obicibus quibuſdam legenti reſiſtat obiectis, quibus intelligentiæ huius vulgaris iter ac tranſitum neget, & extruſos nos ac excluſos reuocat ad alterius initium viæ, vt ita celſioris cuiuſdam, & eminentioris tramitis per anguſti callis ingreſſum immenſam diuinæ ſcientiæ latitudinem faciat.* Hæc ille, id eſt, ad anagogen, & interioris ac ſpiritualis intelligentiæ examen. Exempla ſunt: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te*: & de Sabbato: *Sedebitis vnuſquiſque in domibus veſtris: nullus mouebitur de loco ſuo in die ſabbato*, quod impoſsibile eſt ſeruare ad literam, nullus enim poteſt tota die ſedere. Illud etiam Apoſtoli: *Circumciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputium*; ſimiliter impoſsibile eſſe videtur, cùm ſit ibi ſermo de nuptijs, vt ait Origenes. Similiter illud ex Oſea ca. vlt. *Inebriabuntur frumento*, quod ex LXX. legit Hieronymus in eo loco: nemo enim propriè inebriatur pane, niſi ebrietas ſit abundantia, iuxta illud: *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam.* Et ita cogimur intelligere de myſtico pane, in quo dignè percipiendo conſolationes, & deliciæ ſpirituales à Deo communicantur. Iſaias etiam capite 55. *Omnes ſitientes*, inquit, *venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, edite, & comedite. Venite, emite abſque argento*

Matth. 18.

Cui nõ Paulus ſoboli procreandæ operam daret.

1. Cor. 4.
Galat. 4.
Aug. lib. 3. de doctr. Chriſt. c. 5 init. to. 3. ſub initium.
2. Cor. 3.

Idem ibidem c. 10. in princ.

Idem cap. 3. & 12.
Cap. 18.

Prouerb. 25.
Rom. 12.

Qui ſint carbones ignis apud Salomonem, ſu-per Inimici caput qui cõgeruntur, eodem interprete.

Idem li. 11. de Geneſ. ad literam, ca. 1. ſub fin. eod. tom.

Idem lib. de catechizand. rudib. ca. 26. init. tom. 4. inter med. & finem.

ſento, & abſq; vlla commutatione vinum & lac, vbi duo impoſsibilia tradere videtur, quia iubet vt emãt ſine argento, cùm tamen propriè nihil ematur niſi medio pretio. Alterũ eſt quòd iubet edere & comedere aquas, quod perinde eſt impoſsibile, atq; inebriari frumento, & ita cogimur intelligere de aquis Spiritus, de quibus Ioan. 7. quas poſteà vocat lac incipientium, & vinum perfectorum.

CANON II.

Cur Scriptura de Deo, deque tribus diuinis perſonis propriè loqui non poſſit.
Nomina ad quid inſtituta.

Nõ ab vno tantùm, ſed à pluribus Patribus traditus, Scripturam ſacram de Deo, & ſanctiſsima Trinitate, Patre & Filio & Spiritu ſancto, propriè loqui non poſſe: quia tum nomina, tum verba illi ſublimi naturę non conueniunt. Nomina quidem, quia primò ad ſignificandas creaturas ſunt impoſita; à quibus Deus infinito interuallo diſtat: verba verò, quia cum tempore ſignificant: at Deus in æternitate ſua ſuper omne tempus exiſtit. Et ſicut in loco operatur, qui extra omnem locum, & ſuper omnem locum eſt, & omnem locum implet, licet illo non circumſcribatur: ita ſuper omne tempus eſt, & extra omne tempus; & ſi in tempore operatur, non tamen tempore menſuratur. Adde quod verba pleraq; aut motum, aut laborem, aut imperfectionem aliquam deſignant; quæ tamen longè ſunt ab illa perfectiſsima, & incomprehenſa Dei natura. Hanc regulam his verbis tradit Didymus Alexandr. *Omnis humana vox*, inquit, *nihil poteſt aliud indicare quàm corpora: & Trinitas, de qua nunc ſermo eſt, omnes materiales ſubſtantias ſuperat; idcircò nullum verbum poteſt ei propriè coaptari, & eius ſignificare ſubſtantiam, ſed omne quod loquimur, καταχρηστικῶς, id eſt, abuſiuè eſt, & de incorporalibus cunctis, & maximè cum de Trinitate loquimur*. Hæc ille bonus Pater. Porrò verbum ſubſtantiuum quatenus præteritum, aut futurum enuntiat, Deo minimè conuenit: quatenus verò præſens repræſentat, etiam illi diuinæ naturæ non quadrat, quia noſtrum præſens quod repræſentat, nonniſi fluxum, & motui ſubiectum eſſe denotat: quod tamẽ à Deo longè abeſt.

Hierem. 23.
Quæ res à diuina natura ſint remotiſſimæ.
B. Didym. lib. 2. de Spir. ſan. paulò a med. tom. 9. operũ B. Hieronym. prope finem.
Deo ſubſtantiuum verbũ qua ratione non rectè conueniat.

CANON III.

Corporea Deo, ſenſibilesq; hominũ proprias, & animantium, diuina ſcripta, cur ſoleant accommodare Corporum propria.

Diuinas literas noſtra omnia corporea, & ſenſibilia Deo tribuere conſtat, vt eum aliqua ratione valeamus apprehendere. Nam aſsignat illi caput, oculos, aures, faciem, vultum, palpebras, labia, os, nares, capillos, barbam, brachia, pectus, vterũ, pedes, manus, dexteram, ſiniſtram, digitos, linguam, voces, cor, animam, ſcapulas, humeros, poſteriora, alas, terga, arma, veſtimẽtum, palliũ, ſedem, ſiue thronum, ſcabellum, crapulam, ebrietatem, ſomnum, & ſimilia. Attribuunt etiam illi verba, quę corporeas actiones deſignãt: vt, ſedere, ſtare, feſtinare, ambulare, tranſire, currere, aſcendere, deſcendere, volare, videre, audire, odorari, tangere, guſtare, zelare, vigilare, dormire, pœnitere, non pœnitere, iraſci, miſereri, odiſſe, amari, triſtari, dolore cordis tangi intrinſecus, ſe abſcõdere, ſe propalare, recordari, ſeu memorari, obliuiſci, laborare, requieſcere, clamare, & intonare, & alia propè innumera.

Humanæ affectiones quænam.

Quæ omnia metaphoricè eſſe accipienda, atq; per tropum explicãda, nemo vel parũ eruditus eſt in Theologia, qui id ignorare debeat, ſi illud ſemel ſtatuat, Deum eſſe incorporeum ſuaptè natura, materiæ omnis, & compoſitionis expertem, ac pelagus ſpiritualis ſubſtantiæ, ſimplicisſimum, immẽſum, & incomprehenſum præterquam à ſe ipſo. Hinc Auguſtin. pulchrè dixit: *Diuina ſcriptura à terreno, & humano ſenſu ad diuinũ, & cœleſtem nos erigentes, vſque ad ea verba deſcenderunt, quibus inter ſe ſtultiſsimorum etiam vtitur conſuetudo. Itaq; earum etiam affectionũ nomina, quas animus noſter patitur, quas longiſsimè à Deo eſſe ſeiunctas, iam qui melius ſapit, intelligit, nõ dubitauerunt illi viri, per quos locutus eſt Spiritus ſanctus, opportuniſsimè in libris ponere.* Et in lib. contra Adimantium: *Sancta*, inquit, *Scriptura verbis noſtris loquens, etiam per hac verba demõſtrat, nihil dignè de Deo poſſe dici. Cur enim non etiam verba iſta dicantur de illa maieſtate, de qua quicquid dictum fuerit, indignè dicitur: qui omnes opes linguarũ omnium ineffabili ſublimitate præcedit?* Hactenus Auguſtinus, qui librum edidit, quem de eſſentia diuinitatis inſcripſit, in quo omnes huiuſmodi metaphoras & tropicas locutiões, quo ſenſu ſint accipiẽdę, explicauit. Et Eucherius Lugdunẽſ. librum edidit de forma verborum ſpiritalis intelligẽtiæ, & Damaſcenus has formas, quæ de Deo dicũtur, explanauit, & poſt eum Beda noſter. Sed ante omnes Dionyſius Areopag. hoc argumentum perſecutus eſt lib. de Symbolica Theologia, qui temporum iniuria intercidit, & quem ipſe aliàs citare ſolet.

Quid proprium diuinę ſubſtantiæ.
Auguſt. li. 83. qu. q. 52. init. tom. 4. paulò ante med.
2. Petr. 1.
Idẽ lib. contra Adimant. c. 7. prope fin. tom. 6. ante med.
Idem tom. 4. procul à med.
Eucher. Lugdun.
Damaſc. lib. 1. cap. 14.
Beda tom. 1. ſub init.
Dionyſ. Areo.

CANON IIII.

Attributa, ſiue perfectiones Dei, quę re ipſa à natura ſimplicisſima non diſtinguuntur, tamen ob affectus plures internos, vel effectus externos Deo in numero multitudinis ſacræ literæ adſcribunt. Vt cùm ait Pſaltes: *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius: Omnes viæ eius iudicia: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: Iuſtitia Domini rectæ, lætificantes corda: Iuſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas vſquequaque: Iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa*, & ſexcen-

Dei attributa, quæ tamẽ à natura eius ſimplicisſima non diſtinguuntur, ci[illegible] innumero multitudinis eis ſacræ literæ adſcribãt, atque applicent.
Pſalm. 10.
Deut. 32.
Pſalm. 144.
Pſalm. 18.
Pſalm. 118.
Pſalm. 18.

ta alia ſunt eiuſdem generis.

Canon V.

Deus ille ſalutis humanæ amátor ardĕtiſſimus tradere in reprobum ſenſum quo modo dicatur.

1. Tim. 2. Rom. 1. Ibidem. Pſalm. 104. Pſalm. 80. Exod. 4. Iſai. 6. Ibidem. Pſalm. 106. Hier. 20. Ezech. 3.

Per tropum benignus ille Pater, & clementiſsimus, Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionĕ veritatis venire, dicitur tradere in reprobum ſenſum, & tradere in paſsiones ignominiæ, Conuertere cor alicuius in odiū alterius, & Dimittere ſecundùm deſideria cordis eorum, Indurare aliquĕ, aggrauare, excæcare, errare facere à via Dei, & ſeducere, & alia quæ ſunt his cō iuncta: non quòd malitiæ, aut culpæ effector ſit Deus: abſit de tanta bonitate tantū malum cogitare; ſed quòd iuſto ſuo iudicio in vindictā & ſupplicium peccantium, ſapientiæ ſuæ lumen ſubtrahit, quod pellebat tenebras; & gratiam, quæ cor carneum, & molle reddebat, adimit, ex quo homo in ſua duritie, & grauitate peccati permanet. Deniq; quicquid ſuo iuſto iudicio permittit, vnde nos in peccata prolabimur, Deus iuxta phraſim Scripturæ facere dicitur, vt ſæpè Patres tradūt. Quos inter Euthymius in Ioan. cap. 10. *Hoc Scripturæ idioma*, inquit, *eſt, Dei permiſsionem quaſi opus eius appellare. Siquidem excæcauit, & indurauit, ſignificant, excæcari, ac indurari permiſit tāquam incurabiles: neminem enim vi attrahit, propter liberum cuiuſque arbitrium. Simile etiam eſt quod dicitur: Indurans indurabo cor Pharaonis; &, Declinare feciſti ſemitas noſtras à via tua; &, Errare feciſti nos, Domine, à via tua: frequentiaq; ſunt huiuſmodi in veteri Teſtamento idiomata. Tale quoque eſt quod apud Paulum dicitur: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum; &, Tradidit illos in affectiones ignominiæ. Nam non ſolùm nemini hoc facit, ſed nec relinquit, niſi eum relinquamus. Ait enim: Peccata veſtra diuiſionem faciunt inter me, & vos. Rurſumq; dicit: Ignoraſti legem Dei tui, ignorabo & ego te. Et Dauid: Ecce qui elongant ſe à te, peribunt.* Idem in Pſalmum 68. *Eſt etiam & hæc Hebraicæ linguæ proprietas, vt ei, qui promittit, factum adſcribat, eo quòd prohibere potuit, & nō prohibuit. Vt, Quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt. Sic etiam Zacharias dixit: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis; & Iſaias alibi: Dominus tradidit eum pro peccatis noſtris.* Sic Euthymius. Cui ſimile eſt illud: *Ne nos inducas in tentationem*, id eſt, induci permittas. Et B. Iob: *Dominus abſtulit*; cùm eſſet Satanas qui abſtulerat, ſinente Domino. Adde Damaſcenum libr. de fide Orthodox. de hoc ita diſſerentem: *Operæpretium eſt agnoſcere, moris eſſe diuinæ Scripturæ, permiſsionem Dei, actionem eius vocare: vt cùm dixit Apoſtolus in epiſtola ad Romanos: An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere, hoc quidem vas in honorem, illud autem in ignominiam? Quandoquidem ille facit hæc & illa. Solus profectò ipſe eſt vniuerſorum opifex, ſed non ipſe honorabilia, aut ignominioſa ſtruit vaſa, ſed propria vniuſcuiuſque voluntate, ac delectu. Et hoc etiam dilucidum eſt ex iis, quæ Apoſtolus in ſecunda ad Timoth. inquit epiſtola: In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & teſtacea. Et illa quidem in honorem, hæc autem in ignominiam. Si igitur quis expurgauerit ſeipſum ab his; erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile dominatori, in omne opus bonum paratum. Perſpicuum autem, quòd voluntarie purgatio fit.* Et ſubdit, ſimilia eſſe illa: *Concluſit Deus omnia in incredulitate*; & illud: *Dedit Deus illis ſpiritum compunctionis, vt oculis non videant, & auribus non audiant.* Ita creare dicitur mala, & non eſſe in ciuitate malum, quod nō facit Dominus. Et loquitur non de peccato, ſed de malo, id eſt, moleſtia ſenſus.

Euthy. c. 15. in Ioan. à med. Exod. 4. & 7. Pſalm. 43. & 107. Iſai. 63. Rom. 1. Ibidem. Quos Deus tantūmodò derelinquat. Iſai. 59. Pſalm. 72. Idem Euthy. in Pſalm. 68. Zach. 13. Iſai. 53. Matth. 6. Iob 1. Ibidem. B. Damaſcen. li. 4. de ortho doxa fide, cap. 20. in princ. Rom. 9. 2. Tim. 2. Rom. 11. Ibidem. Iſai. 6. Amos 3.

Malū quod faciat, quod creet Dominus, teſte Propheta.

Canon VI.

Deū ſcire aliquid, vel neſcire accip. ſæ, in Scripturis quid ſignificet.

Gen. 22. Deut. 13.

Deus tunc ſcire, aut cognoſcere aliquid dicitur, quando illud vt cognoſcamus efficit, iuxta illud Domini ad Abraham: *Nunc cognoui quod timeas Dominum*; &, *Tentat vos Dominus Deus veſter*, non vt ipſe periculum veſtri faciens, ſciat (ipſe enim cognouit figmentum noſtrum) ſed *vt palàm fiat vtrum diligamus eum, an non*: vt dicitur in Deuter. Illud contra Deus neſcire dicitur, quod nobis celatum eſſe voluit, & non docet: qua ratione dicitur Chriſtus neſcire diem iudicij. Simili ratione dicitur Spiritus interpellare pro nobis, vel clamare, vel poſtulare: quia nos interpellantes, vel clamātes, ſiue poſtulantes facit, ob vim Spiritus ſancti operātis in nobis. Similiter dicitur teſtimoniū reddere Spiritui noſtro quod ſumus filij Dei, ob bonū teſtimonium quod nobis reddit ipſa conſcientia. Ad hæc fertur Deus dare Chriſto, & Chriſtus accipere; cùm id à nobis cognoſci cœperit, & ipſe manifeſtū reddiderit. Ita Paulus loquitur: *Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen*; & Dilectus, *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam.* Et iterum: *Tunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius*: hoc eſt, nunc detectū eſt myſterium regni Dei, & poteſtatis Chriſti. Ipſe verò de ſe ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*; & apud Ioan. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quā habui priuſquam mundus fieret, apud te*: quod eſt dicere, Redde omnibus notam, & perſpicuam gloriam meam, quam ab æterno, vt filius Dei habui.

Pſalm. 102. Matth. 24. Rom. 8. Ibidem. Pſalm. 2. Ioan. 10. & ſæpè aliàs. Philip. 2. Apoc. 5. Infra 12. Matth. vlt. Ioan. 17. Supra 1.

Canon VII.

Quæ regum propria terrenorum Chriſto in Scriptu

Quando ſcriptura verba facit de rege Meſſia, aut de eius pulchritudine, & eloquētia, aut armis, bello, victoria, militibus, cibo,

potu,

ni adaptâtes vt hæc accipienda.

potu, veſtitu, domo, vel de eius ſponſa, hoc eſt de Eccleſia, vel de eius filijs, ſeruis & miniſtris, aut de eius cultu, veſtitu, ornamêtis: omnia talia per metaphoras, & tropos ſunt interpretâda. Vt quęcunq; David Pſal. 44. de Meſsia vaticinatur, dicês: *Speciosus forma præ filijs hominum. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, &c. Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſsime*, & quæ ſequuntur. Et de ſponſa eius ſubiungit: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Adducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi.* Nam etſi Chriſtus verus homo ſit, & Eccleſia ex hominibus fidelibus conſtetur: nihil tamen corporeum, aut quod ſub ſenſum cadit, hic celebrat Propheta, ſecundùm illud: *Etſi cognouimus ſecundũ carnem Chriſtũ ſed nũc iam non nouimus, ſed ſpirituales eius dotes, & ornamêta, quæ corpore à omnia lôgè tranſtulerunt.* Idem etiam facit Iſai. ca. 60. & 61. & 62,

2. Cor. 5.

Parabolæ, vt & Canticum canticorum, vnde tantùm à nobis vellent intelligi.

Eodem etiam ſpectat liber Cantici Canticorum, in quibus non ſecus, atq; in Parabolis, ex vocum proprijs ſignificationibus non eſt quærendus ſenſus, quæ prima facie carnalia & laſciua ſpirât, & grauia tentationum vulnera lectoribus inſligerent; ſed ex rebus ipſis per voces immediatè ſignificatis ad res alias ſpirituales, quibus vnio verbi cum humana natura, vel cum anima, vel cum Eccleſia, ex illis aſcendendum eſt.

D. Hier. in lib. Prouer. 10. 7. Tom 3. Eccl. 29. Ioan. 3. Apoc. 5. Deut. 32. Pſalm 21. Ioan 8. Ioan 6. Infra 10. Sap. 5. Zach. 3. Ioan 12. Infra 15. Iſai. 3. 3. Ibidem. 2. Cor 4. Rom 9. Gen. 18.

Idem magna ex parte aſſerendũ de libro Prouerb. Salomonis: qui, vt teſtis eſt Hieronym. præter corticem literæ, in intimis penetralibus multa complectitur myſteria: quemadmodum etiã parabolę Euangelicę. Cum ergo de Chriſto traditur quòd ſit Agnus, Vitulus, Serpês, Leo, Aquila, Vermis, Lux, Panis, Oſtium, Sol oriens, Granũ frumenti, Vitis, Leproſus, Maledictũ, ſeu Maledictus, Peccatum, & Peccatũ factus, & frequentes tales locutiones, non ſunt per proprietatem accipiêdæ, ſed per tropos & metaphoras ad ſpiritum ſunt omnes referêdę. Sicut etiã cùm ſermo eſt de filijs Abraham, vel Iſrael, vel Iudæis, nõ tantùm de ſemine ſecundùm carnê, ex quo ſumptũ eſt initiũ promiſsionũ, ſed de filijs ſecundùm imitationê fidei, & de Iudęis ſecundùm ſpiritum eſt accipiendum, vt docet Apoſtolus.

Canon VIII.

Quando in ſacris literis eſt ſermo de vita æterna, quæ in præmiũ fidelium benè operantium, vel fortiter in finem vſq; perſeuerantium promittitur, charis & pretioſis nobis rebus comparatur, quo magis nos allicere valeant, per tropos eſt explicanda. Dicitur enim * Merces, Brauiũ, Denarius, Corona, & Corona vitæ: Regnum Dei, ſeu regnũ cœlorũ, Poſſeſsio terræ, Côſolatio, Satur-

† Matth. 5. & 1. Cor 9. Matth. 20.

itas, Theſaurus, Margarita, Nuptiæ Agni, Conuiuiũ, cœna magna, Edere & bibere in menſa Domini, Quies, Requies ve, Manſio, Somnus, vel dormitio, Oſcula, Amplexus, Delectationes, & alijs permultis vocibus deſcribitur, & figurata eſt locutio ad deſcribenda illa bona, quę ſub ſenſum nõ cadunt, & quæ, vt Iſai. c. 64. teſtatur, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.* Cauendum aũt magnoperè, vt cum Cherintho, & Chiliaſtis, imò cum Mahometo, felicitatê in bonis ſenſus, aut carnis delicijs côſtituamus: hoc enim eſſet ſpiritum in carnem, & aurũ in plumbum, & cœlum in terrã commutare. Similiter etiam cùm Impiorũ ſupplicia, & gehennæ tormenta comminantur Scripturæ, per tropum, vt ratio poſtulat, ſunt accipienda: Vt ſunt, * Vermis non moriens, manuum ac pedum vincula, tenebræ exteriores, fletus & ſtridor dentium, & ſpiritus procellarum, ſtagnum ignis & ſulphuris, tranſire ab aquis niuium ad calorem nimium: his enim omnibus & ſimilibus alijs multis à nobis intelligi voluit per tropum, ſiue metaphoram omne genus tormentorum, quo in perpetuum reprobi ſunt cruciandi. Nam & ſpiritus eorum grauiſsimas & acerbiſsimas luent pœnas; & eorũ corpora ſuis accommodatis ſupplicijs non carebunt, ita vt deſiderent mori, & fugiat mors ab eis. Quemadmodum etiam ſpiritus piorũ corporibus coniuncti, omnibus ſpiritualibus & ſolidis bonis circumfluent, atq; illis iocundiſsimè in æternum perfruentur.

2. Tim. 2. & 4. Apoc. 2. Luc. 6. Matth. 5. Ibidem. Ibidem. Ibidem. Infra 8. & 13. Ibid. id eſt 13. Apoc. 19. Iſai. 26. Luc. 14. Infra 22. Pſalm. 94. Ioan. 14. Pſalm. 126. 2. Mach. 12. Cant. 1. Infra 2. Pſalm 15. † Iſai. 66. Matth. 23. Matth. 8. Ibidem. Ibidem. Apoc. 19. Iob 24. Apoc. 9.

Canon IX.

De Satana & Angelis eius, deq; beatis illis, & cœleſtibus ſpiritibus, quoniã ſpirituales ſunt creaturæ, corporis, & materiæ omnis expertes, non poteſt de illis eſſe ferè ſermo niſi metaphoricus. Hinc ſcribitur Dæmon Satanas inſtar leonis rugientis circuire, & quærere quem deuoret; Venire ante Deũ, & recedere; tentare, transfiguratum in Angelum lucis, nõ iam vt periculũ faciat, quã vt ſubruat, & perdat; cum Angelis ſuis præliari cum Michaele, immittere in cor Iudæ proditionê Domini; expetere Apoſtolos vt poſſet cribrare ſicut triticũ; accuſare fratres, & opera eorum calumniari; obſidere corpora humana, & pleraq; his ſimilia; quæ quatenus opus eſt, & ſpiritibus non propriè quadrant, per tropũ ſunt explicanda. Idem multo magis in Angelis, qui adminiſtratorij ſunt ſpiritus, obſeruãdum eſt. Nam Deo aſsiſtunt, ab eo mittuntur, ad nos veniunt. A nobis recedunt, Hymnos & laudes Deo decantant, gaudent ſuper pœnitentiam noſtram; cuſtodiunt animas, ſib. creditas; tu-

De Angelis bonis & malis ſermo qualis ſit.

1. Petr. 5. Iob 1. & 2. Matth. 4. & alibi. Apoc. 12. Ioan. 13. Luc 22. Apoc. 12. 1. Reg. 16. Matth. 8. Luc 5. Marc. 9. & ſæpe alias. Hebr. 1. Apoc. 1. Tob. 12 & Luc. 1. & alibi. Infra 13. Matth. 18.

Iſai 6. Pſalm.67. Ibidem. 4.Reg.6. Pſalm.103. Hebr 1. Ibidem. Luc.1. Ibidem. Infra 2. Matth.3. Infra 2.

contur eas à periculis; Excitant ad ea quæ ſalutis ſunt æternæ; Reuelant myſteria; Offerunt Deo preces noſtras; Reſiſtunt ſpiritibus nequam, qui cauſam contra nos agunt ſicut Angeli patrocinium noſtri ſuſcipiũt: quæ ſuo etiam modo tropicè dicuntur, & præſertim cùm Scripturę illis alas tribuunt & currus, & iuuentutem, & celeritatem, vt ventis, & efficaciam, vt igni. Illud tamen ponderandum, quòd interdum Angeli in aſſumptis corporibus apparent: vt ille, qui Zachariæ aſtitit in templo, & legationem obiuit apud virginem, & paſtoribus annuntiauit Chriſti ortum, ad Ioſeph in ſomnis non ſemel acceſsit. Poſſunt enim nonnulla eis quadrare propter corpus aſſumptum, in quo videntur. Hinc Raphaël dixit: *Videbar quidem vobiſcum manducare & bibere; ſed ego cibo inuiſibili, & potu qui ab hominibus videri nõ poteſt, vtor. Tempus eſt ergo vt reuertar ad eum, qui me miſit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius, &c.*

Tob.12.

CANON X.

Ad ſermonẽ humanũ tropi, & ſchemata cur acceſſerint.

Etſi humanus ſermo propter hominem inſtitutus ſit, & ad animi ſui ſenſa alteri propriè explicanda valeat: idem tamen vocum proprietate non contentus, tropos addidit, & figuras, quibus à principio neceſsitate ductus vti cœpit: poſtea eò progreſſus eſt, vt ornatè & eleganter loqueretur. Hinc eſt, vt ea quæ ſunt corporis, ad ſpiritum cum venuſtate quadam transferantur, etiam in communi, & vulgato ſermone; ita vt ſine tropis & ſchematis artis oratoriæ aliquis bonus autor, ſiue Poëta, ſiue Orator, ſiue Philoſophus, intelligi non poſsit: quanto ergo magis diuinæ literæ, quę hominem ad ea, quæ ſunt ſpiritus, & ſalutis æternæ, cohortantur, cùm proprijs verbis explicari non poſſunt, tropis abundabunt? Ita animus noſter Infirmari dicitur, cùm debilis eſt ad bonum: Mori, cùm peccat: (*Anima rum quæ peccauerit, ipſa morietur*) Dormire, cum otio torpet: Reſurgere, cùm peccatum deſerit: Renouari de die in diem, cùm progreſſus facit in via ſalutis: Aedificari, cùm creſcit, vel proficit: Aedificare, cùm verbo, vel vitæ bonæ exemplo alijs non ſine fructu prælucet: Stare, cùm conſtantiam in virtute ſeruat: Sedere, cùm liber à tentatione in Deo quieſcit: Currere viam mandatorum, cùm promptè, & cum delectatione operatur: Edere, & bibere, dum ſpiritum, virtutes eius reficit: Eſurire, & ſitire, dum ad maiora alia adſpirat: Incaleſcere, cùm ſeruet ſpiritu: Frigeſcere, cùm feruorem amittit: Tepeſcere, dum retrocedit. Et innumerabilia ſunt huius generis, & per vniuerſam Scripturam ſparſa.

Sine tropis, & figuris plena & perfecta ingenuarum artium non conſtat intelligentia, nedum diuinarũ rerum atque cœleſtium.

Ezech 18

Quibus gaudeat Scriptura tropicis locutionibus.

2.Cor.4.

Pſalm.118.

CANON XI.

Si quando opus intelligẽtię rebus mẽte deſtitutis in Scripturis tribuitur, id tripliciter accipiendum venit.

Quando actus rationis rebus intellectu carentibus in ſacris literis aſsignatur, vt cęlis, terræ, lignis, montibus, collibus, mari, ſiue animalibus, quę vſu rationis ſunt deſtituta: vel ratione contentorum per metaphoram tribuuntur continentibus, id eſt Angelis, & hominibus, qui in cœlis, & terra continentur: vel ratione mouentium rebus motis, vt cœlis, qui Angelorum miniſterio mouentur: vel ſecundùm materiam accipiẽda ſunt, quatenus videlicet eiuſmodi ratione materiam prębent rationem habẽtibus illũ actum exercendi, qui eſt benedictio, laus, & gratiarũ actio. Hinc Moyſes: *Audite, inquit, cæli quæ loquor: audiat terra verbum oris mei;* & Dauid, *Aduocauit cælum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum:* &, *Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie Domini;* & alio loco: *Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium.* Iſaias inquit: *Iubilate montes laudem.* Sed præcipuè Daniel in cantico trium puerorum, in quo omnes creaturas ad laudes Dei concinendas inuitat. *Benedicite,* inquit, *fontes Domino; benedicite maria & flumina Domino. Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, Domino. Benedicite volucres cæli, Domino.*

Deut.32. Pſalm.49. Pſalm.95. Pſalm.113. Iſai. 49. Dan.3. & ſe.

CANON XII.

Malorum imprecationes à ſanctis viris prolatę quatuor modis accipi poſſunt ac debent.

Quando Prophetæ, aut Apoſtoli, aut alij viri ſancti malum alicui imprecantur, aut euenire imperant: vel Propheticè accipienda ſunt, quę ab eis proferuntur, non deprecatoriè, etiamſi modo imperandi vtantur, vt illud: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini: Fiat menſa eorum ipſis laqueum, & in retributionem, & in ſcãdalum: Obſcurentur oculi eorum ne videant; & dorſum eorum ſemper incurua: Erubeſcant & conturbentur omnes inimici mei; confundantur, & erubeſcant valde velociter.* Et, *Duplici cõtritione contere eos: Ingrediatur omne malum eorum coram te; & vindemia eos ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas.* Et rurſus: *Obſtupeſcite, & admiramini; fluctuate, & vacillate.* Vel ex zelo diuinæ iuſtitiæ vindicantis temporalem punitionem, cupiunt, vt corrigantur: Quemadmodum Paulus tradidit Corinthium Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret. Vel ad deſtructionem regni cupiditatis accipiendæ ſunt, vt illud: *Vſquequo Domine (ſanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de ijs qui habitant in terra?* & illud: *Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos:* & Paulus, *Percutiet te Deus, paries dealbate;* & ad Timoth. ait: *Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit: reddet illi Dominus*

I. Modus. Iſai 66. Supra 2. Pſalm.68. Ibidem. Pſalm. 6. Hierem.17. Thren.5. Iſai.29. II.Modus. 1.Cor.5. III.Modus. Apoc.6. Pſalm. 53. Act.23. 2.Tim.4.

ſecun-

IV Modus.

ſecundum opera eius. Vel ex zelo iuſtitiæ indicatur quàm graue & pernicioſum ſit peccatum, ſub quo concipimur, & naſcimur: atque hoc ſpectantes ſanctiſsimi Prophetę, Iob & Hieremias, nocti cőceptioni, & diei natiuitatis ſuæ maledixerunt, dicentes; *Pereat dies, in qua natus ſum; & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo:* quod interpretãdum venit per regulam Imperatiui, quod ſæpè pro Optatiuo capitur, Id eſt, vtinam perijſſet dies, & nunquam fuiſſet dies tantæ calamitatis, & miſeriæ prænuntius, in quo ego natus ſum: vt hac ratione teſtatum relinquerent fidem ſuam, qua credebant ſe obnoxios peccato originali, quod dignum eſt omni maledictione, natos eſſe atque conceptos, iuxta illud: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis peperit me mater mea,* ita enim legunt Septuaginta. Solent enim viri ſancti, aſſumpta perſona peccatorum, & ſubditorum, ſeculi calamitates, & peccata deflere: vt Daniel qui dicebat: *Cùm confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael:* & Hieremias; *Quare via impiorum proſperatur; benè eſt omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt?* Paulus etiam ad Romanos ſcribit: *Ego carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* Infra: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Certè Cicero ad Atticum ſcribens, dolet diem natalem ſuum, quo editus fuit in lucẽ: vnde graues à Quinto fratre offenſas ſuſtinuit: vt ſuperiùs protulimus; vt intelligas, non tantùm pios & ſanctos ita ſenſiſſe, ſed eos etiam, qui inter Paganos meliori iudicio præſtabant. Hinc nemo ex Sanctis inuenitur diem feſtũ, vel conuiuium magnum in die natalis ſui celebraſſe, ſed tantùm impios, vt Pharaonem, & Herodem, & Antiochum; quorum erat par impietas: vt teſtes ſunt Origenes in Leuiticum, Hieronymus in Matthæum. Herodotus in Terpſichore tradit, eum morem olim Thraciæ populos tenuiſſe, vt in lucem editos filios lacrymis proſequerẽtur, mortuos verò beatos prędicarent, & conuiuijs, & tripudijs exciperent. Cuius rei Græcum extat Epigramma.

Iob 3. Hierem. 20.

Quo ſpiritu ducti Iob, & Hieremias, diei natiuitatis, & nocti conceptionis maledixerunt ſuæ.

Pſalm. 50.

Viri perfecti minus perfectorũ perſonas ſolẽt induere.

Daniel. 9. Hierem. 12. Iob 21. Habac. 1. Pſalm. 72. Rom. 7.

Cic. lib. 11. ad Attic. epiſt. in fin.

Nemo ſanctorũ natalis ſui diem legitur celebraſſe, niſi tantum inſignes peccatores.

Gen. 40. Matt. 14. 2 Mach. 6. Orig. hom. 8. in Leuit. circa med. tom. 1. B Hieron. in Matth. c. 14. tom. 9. in princ. Herodot. Halicarnaſſ.

Apud Thraces olim populos, nuper genitos infantes luctu & mœrore excipiendi, extinctos verò riſu, & conuiuijs perſequẽdi cõſuetudo fuit.

Laudãtur Thraces, natos quòd viſcera matrum
Egreſſos gemitu protinus excipiunt:
Quodq́; relinquentes vitam. ſine fine beatos
Credunt, mcautos dum fera parca rapit.
Illos, vita malis quia deſtinat omnibus: hinc hos
Pharmaca quod mortem tot reperere malis.

Videbantur iſti non ignoraſſe quãtam peccati miſeriam incurrerent qui naſcebãtur; & quantum bonum ſequeretur eos, qui piè hinc diſcedebant, & tunc vera eſſe illorũ natalitia. Huic aũt conceptui, & partui oppoſita eſt mundiſsima Chriſti cőceptio, & natiuitas omni benedictione plena, per quam nos eius meritis & ſanctè cőcipimur in vtero ſanctæ matris Eccleſiæ, & mũdi renaſcimur in Baptiſmo; de eius benedictione participantes. Quod tamen Dominus ſuapte natura habuit, ſanctiſsima eius genitrix, ſingularis diuinæ munificentiæ priuilegio cőſecuta eſt ſupra oẽs homines, vt & eius conceptio immaculata eſſet, & natiuitas ſancta. Vt ita in vtroq; ſexu humana natura certã concipiat ſpẽ; quòd eius ſpiritualis conceptio in vtero Eccleſiæ, & renaſcẽtia per aquã & Spiritũ ſanctum cũ omni munditie à ſorde peccati, & cũ gratiæ ſanctitate ſit futura.

Mater Eccleſia purè nos, & ſanctè concipit, & parit Chriſti naſcẽtes beneficio.

Qualis Chriſti cőceptio, eiuſq; Virginis matris.

Ioan. 3.

Canon XIII.

Quemadmodum cum ſenſum literalem ex vocibus propriè acceptis commodè habere poſſumus, non eſt opus ad tropicas, vel figuratas locutiones accurrere: ad eum modum ſi duæ tropicę locutiones alicui loco Scripturæ adhibeãtur, quarum vnaquæq; ſuum peculiarem ſenſum habeat, illa venit alteri anteponenda, quę magis ad proprietatẽ accedit, vel minus ab illa recedit; quã illa quæ longius à proprietate diſtat, vel quę minus ad proprietatẽ accedit. Quę quidem regula magnam lucem & adiumentũ adfert ad diſcernendas figuratas locutiones. Atq; in primis ex ea hoc deducimus, ſermonem de ſerpente, qui habetur Gen. 3. per metaphoram non tantùm ſignificare diabolũ, vt quidam volunt, ſed diabolum ſerpente veſtitũ: ita enim ad proprietatẽ magis accedit ſermo, maximè cùm ſententia ſerpenti inflicta illũ ſenſum confirmet in ſerpentis forma ad ſeducendũ veniſſe. Dixit enim illi Deus: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuũ gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ,* & reliqua. Quæ quidẽ maledictiones ita ſerpentẽ corporeum attingunt, vt tamẽ in eis per tropũ intelligamus magis principaliter inflictas eſſe diabolo: nec ergo ſoli ſerpenti, neq; ſoli diabolo, ſed diabolo in ſerpẽte, & ſerpẽti propter diabolũ illa Domini verba conueniunt. Ex eadem regula deducimus, veritati, ac proprietati verborũ illi ſententiæ: *Niſi mãducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c.* magis reſpődere ſenſum qui ad manducationem & bibitionem ſpiritualẽ in ſpeciebus Sacramẽti accommodat, quam illũ, qui tradit ſpiritualẽ omninò per fidem & charitatẽ, excluſo omni vſu Sacramenti. Siquidẽ conſtat in ſpeciebus Euchariſtię eſum, & potum verũ, & proprium inuenire, qui nő eſt in manducatione purè ſpirituali. Ad eum etiã modum cùm Chriſtus dixit: *Quis me tetigit?* nő tantũ intellexit

Si cui loco Scripturę, tropicæ duæ, figuratæve locutiones valeãt accőmodari, vtra alteri preferenda videatur.

Quibus potiſſimum locis hic Canő intelligendis deſeruiat.

I. Locus.

Gen. 3.

II. Locus. Ioan. 6.

III. Locus. Marc. 5.

Ibidem.

ſpiritalē tactum per fidē & charitatē, quia veriſimile eſt nōnulſos bonos viros ibi adfuiſſe, qui ſic eū tangebant: neq; denotat tantum corporalem attactum ſine ſpiritu: quia multi eum, vt Petr. dixit, cōprimebant; ſed cōtactum mixtū ex fide, & manibus, in veſtimento eius ab Hæmorrhoiſſa factum.

Canon XIV.

Vna eademque ſenſtua plures tropos poteſt admittere.

Exemplum.

Rom. 9. 1. Tim. 5.

Non rarò contingit, vt vna & eadē numero litera duos, aut tres, aut quatuor, aut plures habeat tropos: ita vt diligenter vigilandum ſit, & attētè inſpiciendum ad figuras, quę in litera deliteſcūt, vt ita commodior enarrationem locus accipiat. Hoc autem maximè in Prophetis, & Prouerbijs eſt frequens, imò etiam in hiſtorijs. Nam vidi obſecro, quid clarius illis verbis Pauli: *Dicit enim Scriptura Pharaoni?* vbi per Antonomaſiam diuina volumina Scriptura ſimpliciter vocantur: & per figuram Metonymia verba Dei, quæ in diuinis literis continentur, Scriptura vocantur: & tertiò per Scripturā eius autor deſignatur, quod ad Metonymiam etiam ſpectat. Sed in hoc canone diutius confirmando non hæreo, qui nimis eſt apertus.

Canon XV.

Quæ tropicè figurateq; in Scriptura dicuntur, niſi tropos & ſchemata à Latinis autoribus vſurpata probè nouerit, poteſt aſſequi nemo.

B. Aug. lib. 1. de Trin. c. 12. tom. 3. circa med.

Tropus quid ſit.

Quint. lib. 8. c. 6. initio.

Idem ibidem.

Ad agnoſcēdas figuratas locutiones neceſſaria eſt exacta, & plena Schematum, Troporumque cognitio, quibus tum Grammatici, tum Rhetores, & interdū etiam Poëtæ vti conſueuêre. Nam vt Auguſtin. præclarè docet: *Nullo genere locutionis, quod in cōſuetudine humana nō inuenitur, Scriptura vtuntur, quia vtiq; hominibus loquuntur.* Sic ille. Et primò præfandum eſt, tropum, eſſe decoram orationis faciem à vulgari diuerſam. Quintilian. verò ita definit: *Tropus, eſt verbi, vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. Circa quem inexplicabilis & Grāmaticis inter ipſos, & Philoſophos pugna eſt, quæ ſint genera, quæ ſpecies, qui numerus, quis cui ſubijciatur.* Sic ille. Deinde ſubiungit, Troporum quoſdam gratia ſignificationis, quoſdam decoris aſſumi: & eſſe alios in verbis proprijs, alios in tranſlatis: vertiq; formas non verborum modò, ſed & ſenſuum, & compoſitionis.

Beda lib. de Tropis ſcripturæ in prin. to. 1. circa init.

Metaphora quatuor de cauſſis excogitata eſt, & inuenta.

Species Metaphoræ quęnam.

Horum primo loco Metaphoram recenſet Quintilianus, & Beda: quę vim, iocunditatem & vtilitatem habet plurimam. Fierique quatuor de cauſis contingit: neceſsitatis, ſignificationis vehementioris, ornatus, & turpitudinis vitandæ cauſa. Continet autem Metaphora vndecim ſpecies: ſeptem quidē, quæ in vno, & ſimplici verbo ponuntur, nempe Synecdochen, Metonymiam, Antonomaſiam, Onomatopœiā, Catachreſim, Metalepſym, & Epitheton; Quatuor verò in verbis cōiunctis, Allegoriam, Periphraſim, Hyperbaton, & Hyperbolen. Alij verò, vt Quintilianus, Metaphoram cum reliquis omnibus tanquā ſpecies ſub genere tropi enumerat: quod ſolidius eſſe exiſtimo, & ita erunt duodecim.

Quintil. loco prædicto.

Metaphora quid.

Aug. li. 2. contra mendaciū, c. 10 paulo ante dimid. tom. 4. init.

Quotuplex ſit metaphora.

Incipiamus igitur à Metaphora, quæ tranſlatio interpretatur, & quam Auguſtinus definit eſſe de re propria ad rem nō propriam alicuius verbi vſurpatā tranſlationem. Quæ quidem in quadruplici differentia inuenitur: nimirùm vel ab animatis ad animata, vel ab inanimatis ad inanima, vel ab animatis ad anima carentia, vel ab inanimato ad animatum. Illuſtro ſingula ſuis exemplis. Verba illa: *Quare fremuerunt Gentes*; &, *Si ſumpſero pennas meas diluculo*, primum membrum indicant: nam beſtiæ quæ fremunt, & volucres quæ pennas habent, animatæ ſunt; quorum proprietates hominibus tribuuntur. Exemplum ſecundi: *Aperi, Libane, portas tuas, & comedat ignis cedros tuas*: quæ eſt tranſlatio à mōte, ex quo deſumuntur ligna, ac cedri, ad domum Dei, ſiue ad templum. Et cùm ait Pſaltes de piſcibus qui perambulant ſemitas, à terra ad mare, quorum vtrumque eſt inanimum, accipitur Metaphora: mare quippe & vijs, & ſemitis caret. Ab animato verò ad ea, quæ anima carent, ſermo transfertur: quod eſt tertium membrum. Et ſic dicitur: *Exiccatus eſt vertex Carmeli*: homines enim, nōn montes, verticem habent. Poſtremi membri exemplum: *Auferam*, inquit, *cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum*, non enim lapis, ſed populus animam habet, & cor.

Pſalm. 2.

Pſalm. 138.

Zach. 11.

Pſalm. 8.

Amos 1.

Ezech. 11. & 36.

Vſus Metaphoræ qualis eſſe debeat.

Quint. ſupra retestimonio.

Metaphoræ quæ vitandę cāmen interdū abuſus ſā cris literis deprehenditur.

Vſus Metaphoræ eſſe debet modicus, vt tradit Quintilianus, ne nimia frequentia obſcuret orationem, vel lectorem tædio afficiat. Vitioſæ autem metaphoræ ſunt, humiles, ſordidæ, maiores, minores, redundantes, diſsimiles, duræ. Sed horum ratio in Scripturis non ſemper obſeruatur, quia interdum Spiritus ſanctus quædam obſcurè tradere multis tropis voluit, & altiſsima myſteria per res humiles & tritas nobis explicare.

Metonymia.

Hac vtuntur Scripturę frequenter.

Tertul. lib. 5. aduerſ. Marcionem prouius à princ.

Metonymia, tropus eſt in Scripturis frequentiſsimus, qua continens pro contento, vel contentum pro continente; vel inuentor, & poſſeſſor pro re inuenta, & poſſeſſa, & res inuenta & poſſeſſa pro inuentore & poſſeſſoreq; vel efficiens pro effectu, vel effectus pro efficiente accipitur. Huius regulæ meminit Tertullianus libro aduerſus Marcionem, tradens mundi nomine hominem; venire, qui in mundo habitat: *Ex forma*, inquit, *ſimplici loquela humana*,

mana, quæ plerumque id quod continet, ponimus pro eo quod continetur: Circus clamanit, & Forum locutum eſt, & Baſilica fremuit: id eſt, Qui in his locis rem egerunt. Exemplum primi: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* id eſt, *bibere potionem, quæ calice continetur.* Et Poëta:

Matth. 20.

Tibull. lib. 2. initio.

Nunc pateras libate Ioui.

& illud ex Geneſi: *Effundensq́; hydriam in canalibus, &c.* id eſt aquam hydria cõtentam. Exemplum ſecundi: *Accipe cautionem tuam, & ſede, ſcribe citò quinquaginta,* nõ enim cautio in manus venit, ſed charta eam continens accipitur. Et ita eſt contentum pro continente. Ita etiam Ceres, & Bacchus, pro pane, & vino, quæ ab illis inuenta ſunt, accipiũtur. Eadem figura ſignum pro ſignato, & contrà vſurpari ſolet: vt oſtenſa imagine, vt ſtatua Herculis, dicimus: Hic eſt Hercules.

Gen. 24. Luc. 16.

Synecdoche. Eius prima acceptio.

SYNECDOCHE eſt, qua à parte totum ſignificatur. Vt illud: *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit & Filius hominis in corde terræ,* &c. Sic etiam Iob 2. dicitur: *Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem.* Vbi Gregorius ſic inquit: *Vtrum continuis ſeptem diebus, & ſeptem noctibus cum afflicto Iob ſederint, an certè diebus ſeptem, & noctibus totidem inſtantia et crebra viſitationis adhæſerint, ignoramus. Sæpè enim rẽ quãlibet tot diebus agere dicimur; quamuis non eiſdem diebus ad eam continuè vacemus.* Origenes eo loco tradit: *Aſſederunt illi ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & mortui luctum apud viuentem Iob impleuerunt. Luctus enim ſit mortui ſeptem diebus, & ſeptem noctibus.* Quanquàm autem hunc morem habeat Scriptura in metiendo tempore, vt dies tantùm apponat, nõ item dies cum noctibus, teſte Baſilio homil. 2. in Hexam. iuxta illud; *Dies vitæ meæ parui, & mali,* vt ibidem citat; *Ego dixi in dimidio dierum meorum. In diebus Herodis Regis: In diebus Oziæ, Ioathan: Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda:* quia per Synecdochen intelligitur nox, & quia homo die potiùs, quàm nocte viuat, & regnet: tamen in Iob 2. & Ionæ 3. & Pſalm. 1. & in deſcribendo Domini ieiunio Matt. 4. & rurſus Matt. 12. dies & noctes ſupputantur ſine Synecdoche. Et illud: *Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum,* Sedulius per Synecdochen interpretatur, dicens: *Synecdochicos hoc dicit, ab inſigni parte fidẽ definiens. Nam fides eſt trium temporum: creduntur enim præterita, quòd fuerint; præſentia quòd ſint; futura quòd erunt.* Sic ille. Ad hæc, quod dicitur de conuiuio Aſſueri, quòd nemo in eo cogebatur ad bibẽdum; per Synecdochen intellige neminem cogi ſolitum ad edendum, etſi homines magis cõſueuerint certare in bibendo, quàm in edẽdo. Quandoque totum ponitur pro parte, vt cùm dicitur: *In lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* Ponitur & genus pro ſpecie: ſic Eua dicitur mater cũctorum viuentium, id eſt, hominum, non autem animantium. Et interdum ſpecies pro genere, vt ibi: *Delebo hominem quem creaui, à facie terræ:* per quem intelligit cuncta animalia, & reptilia, & volatilia: nam ſubdit, *ab homine vſque ad animantia.* Et alibi: *Si quis dederit de ſemine ſuo Moloch,* id eſt, cuicunque idolo. Tempus etiam interminatum ſignificatur per terminatum. Vt: *Septies in die laudẽ dixi tibi:* pro eo quod eſt: *Semper laus eius in ore meo;* &, *Nõ dico tibi, vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties.* Eiuſdem figuræ eſt, quod caro ponitur pro toto homine: Vt ibi, *Verbum caro factum eſt,* &, *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* Interdũ verò anima pro toto homine; Vt, *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,* quæ anima corporis certè expers nõ erat: &, *Accerſiuit,* (ſcilicet Ioſeph) *Iacob patrem ſuum, &c. in animabus ſeptuaginta quinq;.* Eadem ratione Barbaræ nationes, quæ propè Hieruſalem ſitæ erãt, vt Philiſtæus, Aegyptus, Ammon, & Moab, Eſau, Madian, & Epha, Syrus, Aſſyrius, Babylonius, cùm in Scripturis nominantur, omnes Gentiliũ populos, ex parte totum repræſentantes adumbrare ſolẽt: quemadmodum Paulus, cùm frequenter ait, *Iudæo primùm, & Græco,* Gentilem ſemper pro Græco accipit: & Tertullianus lib. de ſpectaculis docet, quæ ſpecialiter enuntiantur, generatim eſſe accipienda, & interpretanda, vt cùm Iſrael admonetur, omnes Hebræos admoneri intelligas: cùm Aegypto comminatur, omni genti peccatrici, & Gentili interminatum ſic accipiamus. Hinc Origenes in ca. 13. Epiſtolæ ad Rom. *Interdum,* inquit, *per animã, interdum per carnem, interdum per ſpiritum, homo nominatur. Sed cùm à parte nobiliori homo nominandus eſt, quaſi qui ſpiritalis intelligi debeat ſpiritus dicitur: quando ab inferiori, anima: cùm verò à deteriore nominatur, caro dicitur:* Galat. 5. dicitur; *Manifeſta ſunt opera carnis,* hoc eſt hominis carnalis, & carnem amantis, &, *Fructus autem ſpiritus ſunt,* id eſt, hominis ſpiritualis, & ſpiritu viuentis, & ambulantis. Et cap. 6. in fine, *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ ſpiritu veſtro fratres;* In quæ verba Hieronymus: *Nequaquàm cum carne, nequaquàm cum anima, ſiue quia ſpiritales facti, caro & anima eſſe deſiſtis, ſiue quod in principali etiam ea quæ minora ſunt comprehendantur. Anima enim & caro ſubiecta ſunt ſpiritui.*

Per eandem Synecdochen numeratur

Matth. 12. Ionæ 2. Iob 2.

B. Greg. lib. 3. Moral. c. 9. in princ. tom. 1.

Orig. lib. 3. in Iob non longè à prin. tom. à medio.

In metiendo tẽpore Scriptura dies cur ſoleat enumerare, nõ item cum diebus noctes, teſte Baſilio.

B. Baſil. to. 1. initio.

Gen. 47. Iſa. 38.

Suprà 1.

Quibus locis dies numeretur cũ noctibus.

Heb. 11.

Sedulius in c. 11. Epiſt. ad Hebræos.

Fides eſt triũ temporum, ait Sedulius.

Eſther 1.

Altera acceptio.

Pſal. 1.

Tertia. Gen. 3.

Quarta. Infrà 6.

Leuit. 20.

Quinta. Pſal. 118. Pſal. 33. Matth. 18.

Sexta. Ioan. 1.

Iſa. 40. iuxta 70. & Luc. 3.

Septima.

Rom. 13. Gen. 46. Act. 7.

Rom. 1. & Infrà 2. 3. 10. 1. Cor. 1. Gal. 3.

Tertullian.

Orig. lib. 9. in Epiſt. ad Rom. circa med. to. 2.

Quando ſpiritus anima, & caro homo nominetur ſecundũ Origenem.

B. Hier. lib. 3. in Epiſt. ad Gal. in fin. tom. 9.

Exod.16. Gen 3. 1.Cor.11. Epheſ.5. Gen.2. Ibidem, & alibi. B.Chryſ.ho. 66. in Geneſ. tom.1.

populus Iſrael, id eſt, per capita, nobiliora membra, dicēte Scriptura: *Gomor per ſingula capita.* Et quod dixit Ioſeph: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me*, id eſt, patrem, & matrem, & fratres: non tamen adorauit eum mater in Aegypto, quę iam mortua erat, ſed in viro adorante faſtigium virgæ eius, qui eſt caput mulieris, intelligitur mulier, *Quoniam de viro ſumpta eſt: & quia erunt duo in carne vna*, vt notauit B. Chryſoſt. Similiter quod ait Paulus: *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare trāſierunt*, in quibus ſubintelligendæ mulieres, filij, & ſerui cuiuſque. Eodem modo accipitur illud: *Non iuſtificabitur omnis caro*, id eſt, homo peccator: & *datus Paulo ſtimulus carnis*, id eſt, hominis iniqui perſecutio, deſtruentis quæ ego per prædicationem ædifico; vel potiùs multitudo aduerſantium ſibi in Euangelio Iudęorum, quos ad Rom.11. vocat carnem ſuam. Et id ſignificat Satanes. Synecdoche eſt vbi totū pro parte accipitur. Gen.49. Initio: *Vocauit Iacob filios ſuos vt eis benediceat*, cùm tamē nonnulli ex eis diris deuoueantur, & maledicantur potiùs. Et Exod.34. *Deos conflatiles non facies tibi*, id eſt nullos deos. Et Matt.8. *Multi ab Oriente, & Occidente venient*, in illis duobus plagis reliquas intellige, ſicut Luc. 13. exprimitur. Contra verò à toto partem ſignificamus: vt, *Ieſum quæritis Nazarenum*, hoc eſt corpus eius: *Quia iuxta erat monumentum, ibi poſuerunt Ieſum*, id eſt, Chriſti corpus; & Magdalena caphraſi vſa, dixit: *Tulerunt Dominum meum; & neſcio vbi poſuerunt eum.* Hoc ſchemate nos quoque frequenter vtimur, cùm dicimus Petrum eſſe Romæ ratione corporis, & in cœlo ratione animę. Simili ratione quandoque vniuerſalis propoſitio ſumitur pro particulari, & è cōtrario particularis pro vniuerſali, ſed quādoque pro aliquo ſingulari non determinato. Vnde quemadmodum Auguſtinus teſtatur, quod dicitur: *Qui autem dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro*, id nequaquàm de omni blaſphemia, quæ in Spiritū ſanctum eſt, ſed de certa, & peculiari aſſerit dictum. Sicut enim illud: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent*, non de omni, ſed de incredulitatis peccato apertè intelligitur: quia profectò alia crimina excuſationem non habebant, ſed illud infidelitatis in Chriſtum habere potuiſſent, ſi verbum Dei non audiſſent. Hæc ille in ſententia.

1.Cor.10. Num.9. Exod.14. 2.Cor.12. Quis ille ſtimulus carnis Apoſtolo datus, vt ipſe teſtatur.

VIII. acceptio.

Nona. Marc.16. Ioan.19. Infrà 20.

S. Aug. Ser. 2. de Verb. Dom. tom.10. prope init. Matth.12.

Ioan.15.

Antonomaſia.

Antonomasia, tropus ex nominis accidentibus propriam quandam rem, aut perſonam ſignificans: vt, nomine Poëtæ, Virgilium, voce Philoſophi, Ariſtotelem, Vrbis appellatione, Romam. Hæc autem multiplex eſt, & aliquādo ab animo ſumitur; vt, *Tu humiliaſti ſicut vulneratū, ſuperbum*, appellatione ſuperbi, Diabolum deſignās, qui alibi accuſator fratrum, tentator, atque mendacij pater ſimpliciter vocatur. Interdum à corpore: vt, *Spurius, altitudinis ſex cubitorum, & palmi*, ita deſignatur Goliath gigas. Interdum à loco ſumitur: vt, *Qui ſedes ſuper Cherubim*, &, *Qui habitat in cœlis, irridebit eos*, hoc eſt Deus. Sæpè etiam ab actu accipitur: vt illud, *Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum*: Et ab euentu, vt, *Diſcipulus quē diligebat Ieſus*: & à genere, vt, *Oſanna filio Dauid*, & alijs pleriſque modis.

Quotuplex illa ſit. Pſal. 88. Apoc.12. Matth. 4. Ioan.8. 1.Reg.17. Deu.3. Pſal.2. Matth 26. Ioan.13. & ſæpius infrà. Matth.21.

Onomatopoeia. 1.Cor.13. Virg.lib.2. Aeneid.

Onomatopoeia, nomen de ſono factum producit: vt cymbalum tinniēs. Et Poëta:

Inſequitur clamorq; virum, clangorq; tubarum.

Rurſus.

Atq; leuem ſtipulam crepitantibus vrere flāmis.

Item, *Leo rugiet, quis non timebit?* Et Hebraicè Siper dicitur paſſer, & turtur dicitur Tur. Sic hinnit equus; mugit bos, crocitat coruus, rudit aſinus, latrat canis, ſibilat ſerpēs, & ſimilia.

Amos 3. Tur Hebræis quid.

Catachreſis. Hæc quid differat à metaphora.

ΚΑΤΑΧΡΗΣΙΣ, hoc eſt abuſio, quæ non habentibus nomen proprium, accommodat, quod in proximo eſt. Quæ in hoc differt à Metaphora, quòd hæc vocabula habenti largitur, illa, quia non habet propriū, alieno vtitur. Exempla ſunt apud Virgilium;

Inſtar montis equum diuina Palladis arte Aedificant.

Virgil.lib.2. Aeneid. ſub init. Paral. 4.

Id eſt molem bellicam. In lib. Paralipo. Labium illius erat quaſi labium calicis, vel repandi lilij: nam labium hominum eſt, & animantium, non rerum inſenſibilium. Ita dicitur frequēter in Scriptura: *Cadent in ore gladij*, &, *Gladius meus deuorabit carnes*, Hieremias quoque: *Deduc eos in manus gladij*, vbi gladio tribuitur os, quod eſt proprium animantis, ſicut & deuoratio: & manus per hunc tropum pro temeritate virtus, & pro luxuria liberalitas dicitur.

Luc.21. Deut.32. & alibi. Hierem.18.

Metalepſis.

ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ, Tranſumptio, quæ ex alio in aliud velut viam præſtat. Vt illud: *Labores manuum tuarum, quia manducabis*, id eſt fructum laborum. Ita dicitur: *Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.* Vbi Draco pro diabolo, & pro diabolo Angelus bonus eſt ſumendus, talem enim formabit, at ipſe ex ſeipſo factus eſt diabolus ex angelo.

Pſal.127. Pſal.103.

Epitheton.

Epitheton, dictio eſt prępoſita nomini, ſi quidem Antonomaſia vicem nominis gerit, Epitheton verò non eſt ſine nomine, vt: *Dilectus Deo, & hominibus Moyſes*:

Eccle.45. Pſal.110.

Miſera-

2. Pet. 2. Gen. 10. Sap. 6. 7. Luc. 1. Act. 26. Honorificũ illud ſtrenui, vel optimi vocabulum quibus daretur Romanis magiſtratib.

Miſerator, & miſericors Dominus, iuſtũ Loth oppreſſum a nefandorum iniuria, ac luxurioſa conuerſatione eripuit. Octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, &c. *Viſum eſt mihi, &c. & ex ordine tibi ſcribere optime Theophile*; & *optime Feſte*, *ſiue*, vt habet litera Græca, κράτιστε, hoc eſt ſtrenue & potens: titulus qui præſidibus Romanis de more tribui ſolebat.

Allegoria.

Quatuor verò aliæ figuræ aſsignãtur verbis coniunctis, & non vni dictioni: videlicet ALLEGORIA, quæ eſt tropus, quo aliud ſignificatur, aut intelligitur, quam dicitur, ſine vlla nota ſimilitudinis. Eſtq; ſermo de vocum allegoria, quæ iuxta eius Etymon, aliud quàm ſonat, videtur dicere. Vt exempli gratia ait Poëta:

Virg. 6. Aeneid. init.

Claſsiq; immittit habenas;

Et alio loco,

Idem lib. 2. Georg. in fin.

Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla.

Gal. 4. Allegoria ſcripturæ quæ propria. Albæ ad meſſem regiones quid myſticè. Ioan. 4.

Nam allegoria, de qua tractat Apoſtolus, & quæ propria eſt ſacrarum literarum, non eſt vocum, ſed rerum, & perſonarum: de qua in ſequẽtibus Prolegomenis. Cum ergo Dominus dixit: *Videte regiones quia albæ ſunt ad meſſem*, allegoricè dixit, Gentiles aptos iam eſſe, & maturos ad credendum. Sunt autem multæ ſpecies Allegoriæ.

Quibus partibus cõſtet Ironia.

Prima eſt, IRONIA, qua contrariũ eius quod dicitur, volumus pronuntiatione oſtendere. Vt, *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*, & Dominus ironice Apoſtolis dixit: *Dormite iam, & requieſcite*, Et Helias ad Prophetas Baal: *Clamate voce maiore, Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur.*

Gen. 3. Matth. 26. 3. Reg. 18.

Antiphraſis.

Secunda eſt ANTIPHRASIS, quæ ſolis verbis contrarium ſignificat, quod Ironia pronuntiatione ſonat. Vt, *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Amice, non facio tibi iniuriam: Amice, ad quid veniſti?* Quare Origenes in hæc verba: *Hoc nomine*, inquit, *neminem bonorum in Scripturis cognoſcimus appellatum.* Quod benignè eſt interpretandum: quia Luc. 14. dicitur: *Amice aſcende ſuperius*; &, *Amice, commoda mihi tres panes*: Et in plurali, *Comedite amici, & inebriamini chariſsimi*: &, *Vos autem dixi amicos*, &, *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.* Ita per hanc figuram Lucus dicitur, quòd minimè luceat: Bellum, quòd minimè ſit bellum: Piſcina, quòd minimè piſces habeat, nec ad illos habendos ſit cõſtructa: Libitina, quòd minimè libeat: Parca, quòd minimè parcat. Ad hanc Antiphraſin ſpectat, quòd Hebræa Scriptura benedicere vſurpat, pro, maledicere: & nomen קדשה. Qdeſcha, hoc eſt, ſanctificata pro ſcorto

Matth. 22. Supra 20. Infra 20. Orig. hom. ſeu tract. 35. in Matth. aliquanto ante dimid. 20. 2. Luc. 11. Cant. 5. Ioan. 15. Ibid.

Qdeſcha Hebræis quid ſignificet.

omnibus proſtituto. Anathema etiã apud Græcos donarium ſignificat numini dicatum, & ſuſpenſum: & tamen in Scripturis vſurpatur pro excommunicato, ac deniq; pro maledictioni obnoxio, vt habes apud Paulum.

2. Reg. 11. & Oſeæ 4. iuxta Hebr. Anathema quid Græcè, quid Hebraicè.

Tertia ſpecies eſt, AENIGMA, id eſt, obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem rerum expreſſa: quale eſt illud Samſonis, *De comedente exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo*: quod, Problema in lib. Iudicum vocatur. Item:

Rom. 9. 1 Cor. vlt. Aenigma. Iud. 14.

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.

Quia aqua in niuem conuertitur, & ex eadem rurſus effluit.

Quarta eſt PAROEMIA, id eſt, accommodatum rebus, temporibuſque Prouerbium: vt, *Canis reuerſus ad ſuum vomitum*, &, *Sus lota in volutabro luti: Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua: Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur. Aduerſus ſtimulum ne calcitres*: & *Lupus eſt in fabula.*

Paroemia. Prou. 26. 2 Pet. 2. Luc. 4. Matth 12. Act 9.

Quinta eſt, CHARIENTISMVS, tropus, quo duriora dictu, mitiore tẽperamus ſermone. Sicut Iacob grauiſsima iniuria accepta à Laban, dixit ad eum: *Nonne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi?* vbi vno impoſitionis vocabulo, atque illo quidem leui, acerbiſsimam iniuriam expediuit.

Charientiſmus. Gen. 29.

Sexta ſpecies eſt, ASTYSMVS, quicquid videlicet ſimpliciter dicitur, ruſtica ſimplicitate caret, & ſatis faceta vrbanitate eſt expolitum. Vt, *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant*: & Poëta:

Aſtyſmus. Galat. 5.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Virg. Eccl. 3. prope finem.

Septima eſt SARCASMOS, hoc eſt, hoſtilis & plena odio irriſio, qua vſi ſunt in Chriſtum Iudæi, dicentes, *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere*: &, *Confidit in Deo: liberet nunc eum, ſi vult*: & Poëta:

Sarcaſmos. Matth. 27. Ibidem, & Pſal. 21. Sap. 2.

Et agros, & quam bello Troiane petiſti
Heſperiam metire iacens.

Dicta eſt autem hæc vox Sarcaſmos, ἀπὸ τῆς σαρκὸς, hoc eſt carne, quæ vox rarò de viuente dicitur, niſi apud Philoſophos, & apud vulgus, qui cadauer carnem quæ iam vita caret, vocat: vnde & carnifex dictus eſt Latinis, quòd carnem ex viuente efficiat. Sarcaſmos ergo non niſi in hominem victum, vel iam mortuum, vel proximè morituram irriſio hoſtilis vocatur.

Vnde dicta. A quibus vſurpata. Vnde carnifex dictus.

HOMIOSIS eſt rei minus notæ per ſimilitudinem eius, quæ magis eſt nota, demonſtratio. Vt illud: *Sicut fulgur exit ab Oriente, & parte vſque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.* Item: *Ab arbore fici diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas. Ita & vos*

Homioſis. Matth. 24. Ibid.

Eius ſpecies.

cùm v deritu hai fieri.& ca Huius tres ſunt partes: Icon videlicet, Parabola, Paradigma.

Icon.

Matth. 22.

Icon eſt perſonarum inter ſe comparatio, vt: *In reſurrectione neq; nubent neq; nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo:* & Poëta:

Virg. 1. Aeneid.

Os, humeroſq; Deo ſimilis.

Parabola.

Matth. 13.

Ibid.

Ibid.

Lib. 7. prolec. ſeq.

Parabola, eſt rerum genere diſsimilium inuicem facta comparatio ac veluti à rebus corporis ad ſpiritualia declarãda per ſimilitudinem progreſſus, vt, *Simile eſt regnum cœlorum grano ſynapis*, vel fermento, vel theſauro abſcondito, &c. de qua ſuo loco multa.

Paradigma.

Iacob. 5.

3. Reg. 17.

Luc. 4.

Tertia ſpecies eſt, Paradigma, quæ eſt enarratio exempli, vel exhortãtis ad aliquid agendum, vel deterrentis. Exẽplum prioris: *Multum valet deprecatio iuſti aſsidua. Helias, homo erat ſimilis nobis paſsibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram.* Et Dominus: *Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cœl. ſtis paſcit illa.*

Matth. 6.

Luc. 13.

Deterrentis verò exemplum eſt: *Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt? Non, dico vobis; ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.*

Periphraſis.

2. Cor. 5.

Duobus modis fieri conſueuit.

Altera ſpecies tropi in verbis unctis eſt Periphrasis, id eſt, circumlocutio, quæ veritatem ſplendidè deſcribit. Vt illud Pauli: *Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cœlis.* Aut quando fœditatem aliquam honeſto verborum circuitu euitamus. Vt idem Paulus: *Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt contra naturam.* Denique quod vno verbo diſcipuli poteſt & multis ſplendidius deſcribitur, perlubrabitur.

A Paraphraſi ſiue Metaphraſi quid differat.

Rom. 1.

Eſt autem diſtincta Periphraſis à Paraphraſi, ſiue Metaphraſi, quæ non eſt aliud, quàm eiuſdem ſententiæ per alium ſermonem liberior interpretatio, cùm, nonnullis additis, aut mutatis, copioſiùs, aut dilucidiùs rem explicamus, quàm ab alijs dicta eſt: imò æmulatio quædam, & certamẽ illum ſuperandi. Atq; hi duo tropi, ſiue tropi dicendi ſunt, neceſſarij ſunt in bono interprete, qui Autorem ex vna lingua transfundit in alteram.

Paraphraſis cui rei maximè deſeruiat.

Boni interpretis officiũ.

Nam non ſemper boni interpretis eſt verbum verbo reddere, ſed vnum multis, & multa vno, ſi commodè fieri queat, interpretari.

Pleonaſmos.

Contrarium Periphraſis eſt Pleonasmos, Periſſologia, vel Tautologia, vel Battologia, cùm ſine gratia, & venuſtate oratio producitur.

Hyperbaton.

Hyperbaton, tertia ſpecies, tranſcenſio quædam verborum eſt, ordinem literæ perturbans: cuius plures ſunt ſpecies.

Quotuplex ſit.

Iſteron proteron, ſeu Iſterologia.

Pſal. 80.

Prima eſt Isterologia, ſiue Isteronproteron: cum id quod poſterius narratur, præcedere debet. Quale eſt illud Dauidis: *In tribulatione inuocaſti me & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tempeſtatis: probaui te apud aquam contradictionis.* Nam prius probat Deus in tribulatione, deinde exaudit inuocantem, poſtremò liberat. Et Poëta.

Virg. 1. Aeneid.

Et Cererem torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Ioan. 12.

Prius enim frangitur, pòſt torretur. Et cum dicitur apud Ioannem: *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & extertit pedes eius capillis ſuis*, eadem figura eſt: quia prius extertit, deinde vnxit.

B. Baſil. in Pſal. 7 prope fin. 30. 1. pãnio poſt Hexameron.

Baſilius illud Pſalmi: *Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem: Confuſus eſt, inquit, hic ordo, quia grauidæ primùm concipiunt, deinde parturiunt, poſtremò pariunt. Hic parturitio primum ſtatuitur locum, deinde conceptio, deinde partus.*

Illud Prophetæ: Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, quomodo accipiendum.

Poſſet tamẽ hic locus ſic accipi: *Ecce parturijt iniuſtitiam conceptio dolore, & peperit iniquitatem*: & ſic conſtruit Hieronymus. Et per Iſterologiam rectè expeditur hic locus, & cõſonus eſt doctrinæ B. Iacobi: *Vnuſquiſque, inquit, tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.*

B. Hiero. ibid. 10. 8. in princ. Iacob. 1.

Proprium conſcientiæ quid.

Sic hoc loco, concepto dolore de inferenda iniuria proximo, homo parturit iniuſtitiã, id eſt, cum ſcrupulis, & angoribus conſcientiæ deprecantis ad optima, parturit iniuſtitiam, donec pleno, & deliberato animo, & reiectis ſcrupulis, & oculis veritati clauſis parit quam parturiebat iniquitatem.

Parentheſis.

Rom. 3.

Altera ſpecies eſt Parenthesis, quæ eſt interpoſita ratiocinatio diuerſæ ſententiæ, de qua: *Quid adhuc & ego tanquàm peccator iudicor, & non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt veniant bona? quorum damnatio iuſta eſt.* Et ad Galat. loquens de Apoſtolis:

Gal. 2.

Ab ijs autem, qui videbantur eſſe aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt, Deus enim perſonam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt. Sed econtrà cùm vidiſſent quod creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro circumciſionis: (Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum Circumciſionis, operatus eſt & mihi inter Gentes. Et cùm cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, &c. Vtraque enim ſententia parentheſi venit interpretanda. Sicut & ibi, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis (Et vidimus gloriam eius, gloriam*

Ioan. 1.

riam quaſi vnigeniti à Patre) plenum gratia, & veritatis. Vbi ita connectendus eſt textus: Habitauit in nobis Verbum, ſcilicet plenum gratię, & veritatis: & per parentheſim includenda ſunt (*Quia vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*) Item illud ad Roman. *Nam quod impoßibile erat Legi, in quo, &c.* per parentheſim eſt legendum, vt ita verba connectantur: *Nam Deus Filium ſuum mittens (quod impoßibile erat Legi, in quo infirmabatur per carnem) in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Et Ioan. 17. prope finem: *Vt videant claritatem meam quam dediſti mihi (quia dilexiſti me) ante conſtitutionem mundi*: verba, *quia dilexiſti me*, per parentheſim ſunt legenda, vt iungatur, *dediſti mihi ante conſtitutionem mundi*, & conueniat hic locus cum verbis in principio cap. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui prius quàm mundus fieret, apud te.*

Rom. 8.

Synchyſis.

Pſal. 27.

B. Auguſt. in eundem Pſal. tom. 8.

Paulò admodum familiaris hæc figura.

Tertia ſpecies eſt SYNCHYSIS, id eſt, Hyperbaton, ex omni parte confuſum ſermonem continens. Tale illud eſt: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri*: quæ verba Auguſtinus teſtatur valdè eſſe confuſa. Et huiuſmodi hyperbatis abundãt ſalutationes Pauli Apoſtoli: quæ hiulcam, & aſperam reddant orationem, ac proinde difficilem.

Anapodoſis, ſiue Anacoluthon.

Quarta ſpecies eſt, ANAPODOSIS, ſiue ANACOLVTHON: vbi vno membro propoſito, non redditur alterum, vt orationis ratio exigebat. Et quando particulæ Græcæ μὲν, ſiue Latinæ *quidem*, non reſpondet particula Græcè δὲ, vel Latinè, *autem*, quanquàm defectus particulæ *autem*, quæ reſpondet ad priorem *quidem*, non ſemper vitioſam orationem, ſed potiùs ſplendidã, & magnificam eius omiſſio reddit, vt infra oſtendemus.

Anaſtrophe.

Virg. lib. 1. Aeneid. in pr.

Pſal. 16.

Pſal. 85.

Pſal. 142.

Euthym.

Quinta eſt ANASTROPHE, id eſt verborum ordo pręposterus, vt Poeta: *Italiam contra*: & Propheta, *Auribus percipe orationem meam, Non in labijs doloſis*: agnoſcit Hyperbaton Euthymius, id eſt, quam ego fundo non animo doloſo.

Hyperbole.

Duplex eius vſus.

2. Reg. 1.

Matth. 2.

Ioan. 12.

Infra 21.

Deut. 1.

Num. 13.

Sexta ſpecies tropi in verbis coniunctis eſt HYPERBOLE, dictio videlicet fidem excedens, augẽdi, minuendive gratia prolata: Vt Dauid de Saule & Ionatha: *Aquilis velociores, Leonibus fortiores*: &, *Audiens Herodes Rex, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo.* Et iterum: *Ecce mũdus totus poſt eum abijt.* Rurſus, *Nec ipſum arbitror mundũ capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros*: & exploratores dixerunt vrbes magnas ſe vidiſſe, & ad cœlum vſq; munitas, Addiderunt: *Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur.* Atq; hæc quidem augẽdi exempla produximus. Minuẽdi verò hæc ſunt, *Terrebit eos ſonitus folij volãtis*: &, *Aſcendunt vſq; ad cœlos, & deſcendunt vſq; ad abyſſos. Et tu Capharnaũ, nunquid vſq; in cœlum exaltaberis, vſq; in infernum deſcendes?* Quæ non ſunt ſecundùm literæ corticem intelligẽda, quia eſſent mendacia, ſed per Hyperboles figuram.

Leuit. 26.

Pſal. 106.

Matth. 11.

Σχήματα, id eſt, Figuræ percenſentur & explicantur.

Sunt præter tropos dictos figuræ, quæ Græcis Σχήματα, vocantur, & quæ interdũ decoram & ſplẽdidam faciunt orationem, inter quæ & tropos tanta eſt ſimilitudo, vt ea à ſe inuicem diſcernere non ſit in promptu: quod in vtraque ſe à recta & ſimplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur; vt ait Quintilianus, cuius hæc ſunt verba: *Eſt igitur tropus, ſermo à naturali, & principali ſignificatione tranſlatus ad aliam ornandæ orationis gratia: vel (vt plerique Grammatici finiunt) dictio ab eo loco, in quo propria eſt, tranſlata in eum, in quo propria non eſt: figura (ſicut nomine ipſo patet) eſt conformatio quædã orationis remota à communi, & primum ſe offerente ratione. Quare in tropis ponuntur verba alia pro alijs, namq; & rebus fit, & verbis.* Paulò poſt; *Horum nihil in figuras cadit. Nam & proprijs verbis, et ordine collocatis figura fieri poteſt.* Hæc ille.

Quint. li. 9. c. 1. iuxta princ.

Tropus quid.

Quid ſit figura.

Schemata, quæ tantùm Oratoribus, quæ verò Grãmaticis conueniant.

Sunt autem ſchemata in duplici differentia: alia λέξεως, id eſt, dictionis, quæ ſpectat ad Grãmaticos, alia διανοίας, id eſt, ſententiarum, quæ ad Oratores pertinet.

Hypotypoſis ſiue Energia.

Cicer. lib. 3. de orat. & li. 4. acad. quæſt.

Alias quomodo dicta.

Quint. li. 6. c. 2. prope fin. Et lib. 3. c. alt. quãto à meo.

Inter figuras autem primo loco memorandam puto HYPOTYPOSIM, ſiue ENARGIAM: quæ Ciceroni illuſtris eſt explanatio rerum, & quaſi gerãtur, ſub aſpectum ſubiectio: vt cerni potiùs videantur, quàm audiri. Ab alijs dicitur Perſpicuitas, Euidẽtia, vel Illuſtratio, & Græcè Ἐνάργεια, id eſt Euidentia, de qua Quintilianus. Huius exemplum habes Iſai. 60. vbi Gentium ad Chriſtum vocatio magnificis & ſplẽdidis verbis, & ſentẽtijs deſcribitur: *Surge*, inquit, *illuminare Hieruſalem: quia venit lumen tuũ, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Et Matt. 25. cum Dominus ſe venturum ad vniuerſale iudicium demonſtrat: *Cùm venerit*, inquit, *Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ*, & quæ ſequuntur.

Prolepſis.

Gen. 1.

Matth. 1.

Secũda eſt PROLEPSIS, id eſt, præſumptio rerum ordine ſecutarum. Vt: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*: &, *Liber generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid, &c.*

Climax, ſeu Gradatio.

Rom. 5.

Iacob. 1.

Virg. eccl. 2. in fi. & Theo-

Tertia eſt CLIMAX, id eſt, ſubſcripta gradatio: vt, *Tribulatio patientiam operatur, probatio verò ſpem: Spes autem non confundit*: & Poëta:

Torua leæna Lupum ſequitur. Lupus ipſe capellã,

Florentem Cytiſum ſequitur laſciua capella:
Te Corydon, ô Alexi.

Epheſ.5.
Et Apoſtolus: *Caput mulieris vir: caput viri Chriſtus, Chriſti verò caput Deus.* Et B. Petrus:
2. Pet.1.
Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

Antitheſis.
Quarta eſt ANTITHESIS, quando contrarijs contraria opponuntur: vt Chriſto, iuſtitia, & vita, Adæ verò, peccatū, & mors:
Rom.5.
Ouid. lib.1. Metamor. initio.
& Poëta:

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis.

Zeugma.
Quinta eſt ZEVGMA figura, cuius vſus eſt, quando multa ab vno verbo pendent, aut vna ſententia concluditur oratio, vt illud Pauli:
Ephoſ.4.
Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis. Vna ſentētia, vt illud Pſalmi: *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: Qui loquitur veritatem in corde ſuo: Qui non egit dolum in lingua ſua, &c. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.*
Pſal.14.
B. Aug. lib. 1. locut. c.40. to.3. ſub init. Gen.13.
Auguſt. lib. Locutionum in Gene. *Aſcendit Abraham de Aegypto, ipſe, & vxor eius & omnia eius, & Loth cum eo in deſertum, ſubauditur* (inquit) *abſconderunt. Nec tamen propriè dicitur aſcēdiſſe cum eo quod habebat examine, ſicut aurum & argentum, & omnis ſupellex, ac per hoc intelligitur hic locutio, quæ vocatur Græcè Zeugmatica eclipſis.* Et Hieronymus in Zachariæ cap.1.
B. Hier. to.6.
Vbi ſunt, inquit *patres veſtri, qui non audierunt, neque attenderunt me? vbi Prophetæ veſtri? Verbo noſtrū enim ſubaudiendū eſt: Patres veſtri vbi ſunt, & Prophetæ veſtri vbi ſunt? &c.* In Malach. *Filius honorat patrem & ſeruus dominum ſuum*, ſcilicet honorat.
Malach.1.

Hypozeuxis.
HYPOZEVXIS, eſt figura ſuperiori contraria, vbi ſingula verba, vel ſententiæ ſingulis quibusq; clauſulis diſtinguūtur. Quale eſt:
1. Cor.13.
Siue prophetia euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabūnt, ſiue ſcientia deſtruetur. De ſententijs habes exemplum: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.*
Pſal.26.

Syllepſis.
SYLLEPSIS, eſt figura, quæ caſus diſcrepantes in vnam ſignificationem cōtrahit. Vt illud:
Pſal.149.
Ad faciendam vindictam in nationibus; increpationes in populis.

Paranomaſia.
PARONOMASIA, hoc eſt Denominatio, figura eſt, quoties dictio penè ſimilis ponitur in ſignificatione diuerſa. Vt: *Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem. Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo.* Et alibi: *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iuſtitiam, & ecce clamor.*
Philip.3. ibid. Iſai.5. B. Hiero. to.5
Vbi Hebraicè (vt teſtis eſt B. Hieronymus) eſt venuſta Paronomaſia: Miſchpath, id eſt, iudicium; Miſchach, id eſt, iniquitas: Zedeca, & Zehachab. Ita Iſa.25. vbi dicitur:
Miſchpath, & Miſchach quid Hebraicè.
Conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ: in Hebræo dulcis ſonant, Miſchthe Semanim, Miſchthe Semarim, Semanim, Memuhaim, Semarim Mezukakim. Certè quæ habentur Daniel.13. quòd vnus vidit ſub Schino, & alter ſub prino, & inde deduxerit reſpōſum ex verbis σχίσει, & πρίσει, nonniſi ad dictum Paranomaſiæ Schema ſpectat.

Eclipſis.
ECLIPSIS, defectus eſt orationis, ad cuius integritatem aliquid ſupplēdum eſt, vel ex ratione, vel ex alijs locis Scripturæ. Vt cùm Paulus in ſalutationibus ait: *Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto*, aliquod verbum ſupplēdum eſt, vt oratio ſit integra, & illud erit, multiplicetur: quia Petrus in priori Epiſtola hoc verbum ſubiungit; in poſteriori, verbum adimpleatur.
1. Cor.1. & ſæpè alibi.
1. Pet.1.
2. Pet.1.
Adhæc cùm ait: *Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta ad interitum*, ſubaudiēdum eſt aliquid, quo compleatur oratio, videlicet, Tu quid habes vt contradicas? Nam ſermo eſt indignantis, qui orationem non ſolet complere: vt per figuram Apoſiopeſis, ſiue Reticētiæ aliquid ſubaudiatur.
Rom.9.
Proprium indignantium quid.
Ita etiam dicitur in Pſalmo: *Et anima mea turbata eſt valdè; ſed tu Domine vſque quo?* id eſt quādiu exercebis iram in ſempiternum, vel quouſq; differes curationem turbationis animæ meæ?
Pſal.6.
Apoſtolus ad Galat. *Qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis; vt nos in Gentes, ipſi autem in Circūciſionem:* vbi ſupplendum eſt verbum ad integritatem clauſulæ, videlicet, Apoſtolico munere fungeremur.
Gal.2.
Et in eadē Epiſtola nimis conciſè dicitur: *Eſtote ſicut ego; quia & ego ſicut vos*, hoc eſt: Ego olim æmulator legis exstiti, ſicut vos modò eſtis: nunc contra opus eſt, vt me imitemini in abroganda lege.
Infrà 4.
Supplē.
Adhæc Pſal.74. habetur: *Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus:* imperfecta eſt locutio, & ſupplendum aliquid quo oratio compleatur.
Id dictum Prophetæ: Quia neque ab Occidente neque à deſertis montibus, quomodo intelligendū ſit.
Vel ſic: Alius eſt Deus, vel iudex: quoniam vnus Deus ipſe eſt omnium iudex. Et Chaldæus Paraphraſtes habet: *Quoniam non eſt alius præter te ab Oriente vſq; in Occidentem; & à Septentrione domus deſerta, & ab Auſtro vſque ad loca montoſa*, & per deſertos montes, intellige Meridiem, ex qua parte eſt deſertum magnum Iudææ: Alij ſubaudiūt: Quoniam neque ab Oriente, nec ab Occidente veniet liberatio, vel ſaluatio. Felix vertit:

Quoniam neneſt alius præter te ab Oriente vſq; in Occidentem, & à Septentrione demus deſerta, & ab Auſtro vſque ad loca monteſa, & per deſertos montes, intellige Meridiem, ex qua parte eſt deſertum magnum Iudææ. Alij ſubaudiunt: Quoniam neque ab Oriente, nec ab Occidente veniet liberatio, vel ſaluatio. Felix vertit: *Quoniam neque ab Oriente, nec ab Occidente, neque à deſerto exaltatio* (ſcilicet veniet) *de qua ſuprà fit mentio.* In locutionibus etiam illis: *Si Dauid mentiar: Si ſuſcipiet illud de manu tua*, multi Eclipſin eſſe volunt, & aliquid ſupplēdum: vt compleatur oratio, videlicet mentitus ero, aut quid ſimile.

Felix interpres.

Pſal. 88.
Malach. 1.

Apoſtrophe

APOSTROPHE, figura eſt, quæ ſermonem conuertit, ſiue ad cœlum, & terram, id eſt Angelos, & homines in eis inhabitantes, vt illud: *Audite cœli quæ loquor; audiat terra verba oris mei*; ſiue ad Reges, vt cùm dicitur: *Et nunc Reges intelligite; erudimini qui iudicatis terram*, & reliq. Liber quoque Sapientiæ; *Audite ergo Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ*, & reliqua in finem cap.

Deut. 32.
Iſa. 1.
Pſal. 2.
Sap. 6. & ſeq

Proſopopœia.

PROSOPOPOEIA, hoc eſt, Fictio perſonæ loquentis, quę tamen loqui non conſueuit. Ita in libro Iudic. Oliuæ, ficui & viti tribuitur ſermo, & mari, & terrę, & abyſſo apud Iob, & damnatus apud inferos, quib⁹ aptatur ſermo ille: *Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij*. Et reliq. Et Sapientię diuinæ increatę longus ſermo tribuitur Eccleſiaſt. 24. *Ego ex ore*, inquit, *Altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam*; item Prouerb. 8. per totum caput.

Iudic. 9.
Iob 28.
Sap. 5.

Anadiploſis

ANADIPLOSIS, figura eſt, quæ maioris ſignificationis, & emphaſis cauſa repetit eadem verba. Exempla huius ſunt: *Cecidit Babylon magna: Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam inimici tui peribunt: Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, &c. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas: Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini.* Sexcentæ ſunt aliæ huiuſmodi figuræ, quas non putaui operæpretiū percenſere, cùm illæ ex multis autoribus peti poſsint. Duas tantummodò non reticebo figuras, quas magni momēti eſſe exiſtimo ad plurimos Scripturarum locos, qui pugnare videntur, conciliandos, atque explicandos. Iſtæ autem ſunt: ANTICIPATIO, quæ & PRAEOCCVPATIO dicitur, quæ & ΠΡΟΛΗΨΙΣ; altera eſt RECAPITVLATIO, ſiue ANACEPHALEOSIS. Quando enim res geſta neq; antè, neque pòſt, ſed ſuo loco narratur, nullus eſt locus eiuſmodi figuris: quādo verò ob aliquam occaſionem vrgentem ante tempus ſuum narratur, Anticipatio eſt: cùm verò nō ſuo loco quo res geſta eſt, ſed poſterius deſcribitur ob aliquam iuſtam cauſam, Recapitulatio dicitur. Certè ſine ope harum duarum figurarum difficile eſt, ſi non impoſſibile, diſsidentes Scripturæ locos, præſertim in hiſtorijs Veterīs Teſtamenti, aut libris Euangelicis conciliare. Gregorius in Præfatione Moralium ait: *Sacra Scriptura in ſuperioribus ſuis partibus ſolet breuiter longè poſt ſecutura perſtringere, cū ſtudet ad alia ſubtilius enuntianda properare.* Exemplum prioris figuræ habes Matth. 27. vbi multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexiſſe dicuntur, quæ tamen tunc, id eſt tempore mortis Chriſti non ſurrexerunt, ſed poſt eius reſurrectionem; vt de eorum aduentu in Hieruſalem, & apparitione multis facta teſtatur Euangeliſta.

Apoc. 18.
Pſal. 91.
Pſal. 92.
Matth. 23.
Hierem. 22.

Schemata duo mutuò pugnantibus Scripturarū locis conciliandis aptiſſima, ſummeq; neceſſaria.

Anticipatio quid, & Recapitulatio.

B. Gregor. è. 1. præfationis in B. Iob, initio, 10. 1 in princ.
Mos ſacri eloquij.
Præoccupationis exempla ponūtur.

Certè Auguſtinus lib. De conſen. Euangeliſt. per diſcipulos illos qui interfuerunt nuptijs, & crediderunt in eum, eos intelligit, qui aliquando erant in eum credituri, & futuri diſcipuli, etſi eo tempore nōdum eſſent. Sed præſtat Theophylacti interpretatio, quòd reuera iam actu eſſent diſcipuli; & crediderunt in eum, id eſt, ampliorem fidem, & firmiorē acceperunt. Et per hanc figuram Cham dicitur Chanaan; qui tamen nondum natus erat. Geneſ. 31. Appellatum eſt nomen eius Galaad; cùm prius eodem cap. fiat mentio montis Galaad. Geneſ. 21. Abraham fodit puteum, qui dictus eſt Berſabee; cùm tamen paulò ante dicatur de Agar, quod errauerat in ſolitudine Berſabee. Vnde etiam alius eſt puteus Berſabee, de quo Geneſ. 26. prope finem, & c. 22. habetur: *Appellauit nomen vrbis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur*: Et tamen Geneſ. 12. quod tranſgreſſus eſt ad montem, qui erat cōtra Orientem Beth-el. Et cap. 13. Reuerſus eſt per iter quo venerat, à Meridie in Beth-el. Ioſue 5. legimus poſitum nomen cuidam loco Galgala; & tamen cap. 4. eiuſdem libr. dicitur quòd caſtrametati ſunt in Galgalis. Item Gen. 14. *Venerunt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades*; & tamen nondū poſitum erat nomen Cades. Et ibidem dicitur: *Contra Regem Bala, ipſa eſt Segor*; cùm tamen Geneſ. 19. imponatur Balæ nomen Segor, & Gen, 2. *Requieuit die ſeptimo, eidem benedixit, & ſanctificauit illum*, id eſt, iuſsit vt ſanctificatus haberetur, & vt ſanctus religiosè coleretur tempore legis, licèt ante legem potuerit traditione Diuina à Patribus notus ille dies coli. Quia Geneſ. 26. habetur: *BENEDICENTVR in ſemine tuo omnes Gentes terræ*, eo quòd obedierit Abraham voci meæ,

B. Aug. lib. 2. De conſen. Euang. cap. 17. tom. 4.
Theophyl. in c. 2. Ioan.
Gen. 9.
Infrà 31.
Ibid.
Suprà 21.
Ibid.
Infrà 28.
Suprà 12.
Infrà 13.
Ioſu. 5.
Suprà 4.
Gen. 14.
Ibidem.
Infrà 19.
Gen. 2.
Deū requieuiſſe die ſeptima, quid ſit.
Infrà 26.
Vndenam Abrahæ, reliquiſque Pa-

triarchis innotuerit die: ſeptimæ ſanctificatio.

Num. 34.

meæ, & cuſtodierit præcepta, & mandata mea, & cæremonias, legesq; ſeruauerit; inter quas fortaſſis vna erat de colẽdo, & ſanctificando Sabbato. Numer. etiam 34. vocatur fons Daphnes; cùm poſt aliquot ſecula id nomẽ ab interpretibus ſit inditum ex Gentilium fabulis. Iudæ præterea ſuſpenſio narratur à Matthæo ante Chriſti interitum; quæ tamen ſi mortem includebant, accidit poſt Chriſti ad vitam immortalem reditum. Maximè ſi vera eſt illa Traditio ab Oecumenio narrata ex Papiæ teſtimonio, quòd ſuſpenſus cõfracto fune ceciderit, & ad aliquot dies vitam infelicem miſer produxerit: donec iterum ſe præcipitẽ ex edito loco dedit. Has duas regulas commendauit nobis poeta quidam Ethnicus, ac doctus, dicens:

Matth. 27. Iudas quando ſe laqueo ſuspenderit. *Oecumen. in c. 1. Acto. Apoſt.* Papiæ traditio de proditore.

Horatius in arte Poetica.

Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat.

Et intrà commendans Homeri poema, de neglecto temporis ordine ſubiungit:

Nec gemino bellum Troiano orditur ab ouo:
Semper ad euentum feſtinat & in medias res
Non ſecùs ac notas auditorem rapit.

Hæc ille eleganter.

Qui ſacri loci per Recapitulationis figuram abſoluantur. *Gen. 1. Ibidem. Dionyſ. Areopag. libr. De diui. nom. par. 1. cap. 4. inter med. & init. B. Thom. Gen. 2. Suprà 1. Ibidem. Infrà 2. Idem B. Thomas 1. part. q. 73. art. 1. ad 3. Auguſt. lib. 3. quæſt. ſuper Leuit. c. 23. à med. tom. 4. non longè à principio. Leuit. 7. Eccleſ. 46. Virgil. 1. Aeneid. initio.*

Recapitulationis exempla ſunt: quia Sol prima die conditus (non enim diſtinguitur Sol à luce, & per lucẽ, Solem intelligit Dionyſius Areopag & conſentit B. Thomas, & alij) quarta die cum Luna, & ſtellis creatus per recapitulationem dicitur. Adhæc paradiſi plantatio poſt ſex dierum opera deſcribitur; cùm tamen intra ſex dies ſit condita, quia dicitur: *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio*, hoc eſt prima, vel potiùs tertia die, quando apparuit arida. Quod etiam Gen. 1. dicitur: *Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuum: maſculum, & fœminam creauit eos:* eadem figura reſoluitur, quia fœmina poſt ſeptimam diem condita à Doctoribus, & præſertim B. Thoma traditur. Auguſt. lib. Quæſtionum ſuper Leuiticum: *Anticipatione, inquit, ſubinde vtitur Scriptura, rem eo nomine vocans, non quod iam eſt ſed quod futurum eſt. Sic filij Aaron ante Sacerdotium vocantur Sacerdotes: & filius Naue Ieſus appellatus eſt, cùm longè poſteà hoc nomen ei Scriptura narret impoſitum.* Hæc ille ferè. Sic etiam Poeta ait:

Portuſq; require Velinos;

Sic enim poſteà nominati ſunt. Tale eſt & illud:

Lauinaq; venit
Littora,

id eſt, ea quæ tempore Poetæ dicebantur Lauinia. Ita enim Hieronymus in Ezech. cap. 30. annotat, exponens: *Et faciam iudicia in Alexandria: Priſtinum, inquit, nomen habet No: quod Aquila, Symmachus, & Theodotio, ſicut in Hebræo poſitum eſt, tranſtulerunt. Pro quo neſcio quid volentes Septuaginta, dixêre Dioſpolim, quæ Aegypti parua ciuitas eſt. Nos autem pro No, Alexandriam poſuimus, per Anticipationem, quæ Græcè Πρόληψις appellatur, iuxta illud Virgilianum:*

B. Hieron. in 1. à medio.

Dioſpolis quid teſte Hieronymo.

Lauinaq; venit
Littora, &c.

Sic ille. Et lignum ſcientiæ boni & mali, per Anticipationem vocat Scriptura, Gen. 2. cùm tamẽ nomen illud ab euentu ſit impoſitum, vt infrà demonſtrat. Exod. etiam 15. aquæ Maria vocantur per anticipationem.

Gen. 2. Infrà 3. Exod. 15.

Notat idem Auguſtinus lib. Quæſtionum in Exodum ſuper illud: *Ederunt manna annis quadraginta*, per πρόληψιν eſſe dictum, Idem in librum Iudic. in id: *Et reduxerunt eum de petra, & venit vſque ad maxillam:* Locus eſt ſic appellatus poſteà ab eo facto, quod ibi geſsit ipſe Samſon, quando maxilla aſini pugnans mille proſtrauit, hoc ergo per Prolepſim dictum eſt, quia poſt illa omnia geſta hęc hiſtoria conſcripta eſt. Adhæc, Daniel cap. 7. vt diligenter annotauit Hieronymus, narrat viſionem, ſiue ſomnium ſibi factum, quod accidit anno primo Balthaſaris Regis Babylonis: & cap. ſequenti, hoc eſt 8. narrat viſionem, quam habuit anno tertio Regis eiuſdem: & tamẽ priori loco, hoc eſt cap. 5. viſio manus ſcribentis in pariete, poſtremo anno, ſiue nouiſsima die Regni Balthaſaris contigit. Et ita per Recapitulationem enarrantur, quæ cap. 7. & 8. dicuntur; & per Anticipationem, quæ cap. 5. Idem quoque obſeruandum eſſe in Hieremia, & Ezechiele, tradit Hieronymus. Multa præterea ſunt apud Matthæum, quæ profectò non ſuo tempore, ſed quaſi antè, vel poſteà eueniſſent, cõmemorantur. Vt, verbi gratia, cauſa coniijciendi Ioãnem Baptiſtam in carcerem, narratur à Luca loco ſuo, à Matthæo verò, & à Marco per Recapitulationis figuram, Ioannes autem per Anticipationem loquens, ait quòd baptizaret in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem, &c. Mirum verò eſt, B. Hieronymum ſcripſiſſe, in libris hiſtoricis præpoſteram nullam narrationem reperiri, ſed in Pſalmis, & Prophetis. Verùm profectò non minus alijs Patribus, quàm ſibi ipſi diſſentire videtur: & lapſus memoriæ videri poteſt potiùs quàm quicquam aliud. Apud Ioannem enim cap. 1. dicitur: *Erat Andreas frater Simonis Petri;*

Auguſt. li. 2. qq. in Exo. c. 62. eod. tomo. Exod. 16. Idem lib. 7. locutio. c. 54. to. 3. ſub init. Iudic. 15. B. Hieronym in 5. circa ſin. Dan. 7. Suprà 5. Idem ibidem Hieronym. Luc. 9. Matth. 14. Mar. 6. Ioan 3. Idem in c. Ezech. 30 ſub ſinem, tomo eodem a med.

cùm

Ioan. 1. Marc. 3. Matth. 16. Ioan. 11. Infrà 12. Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6.

cùm Petri nomen poſteà ſit illi inditum. Et cap. 11. apud eundem legimus: *Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento*, quod per Anticipationem dictum videtur: quæ vnctio ſequenti cap. hoc eſt 12. deſcribitur. Quemadmodum cùm enumerantur Apoſtoli Matth. 10. & Marc. 3. & Luc. 6. additur poſtremo loco Iudas, qui & tradidit eum, vel quid ſimile; de quo certum eſt quòd poſteà tradiderit. Vnde & Auguſtinus qui contrarium aſſerit, videlicet eſſe illam peccatricem, quæ olim vnxerat non ſine formidine, aliter pronũtiauit: quem etiam ſapienter imitatus eſt Bernard. Quod etiam Geneſ. 29. dicitur: *Oſculatus eſt Iacob Rachel; & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ*: annotauit in illis verbis Auguſtinus: *Quomodo ab incognito illa oſculum accepit, ſi poſteà indicauit Iacob propinquitatem ſuam? Ergo intelligendum eſt: aut illum qui iam audierat quæ illa eſſet, fidenter in eius oſculum irruiſſe; aut poſteà Scripturam narraſſe per Recapitulationem, quod primò factum erat, id eſt, quòd indicauerat Iacob quis eſſet. vel cùm ait, & indicauit, hoc eſt, quoniã indicauit.* Sic ille magnus Pater. Niſi velimus dicere fuiſſe figuram Iſteron proterõ.

B. Aug. tract. 49. in Ioan. circa princip. tom. 9. Luc. 7. Bernard. in paruis ſermonib. ſerm. 56. initio. Aug. li. 11. qq. in Gen. q. 87. tom. 4. ſub initium.

Scripturæ primo quidẽ res in genere proponere, deinde earũ effectionis modũ ſolent exponere.

Moris etiam eſt in Scripturis, primò in vniuerſum res geſtas narrari, deinde modũ, quo per partes res effectę ſunt. Ita enim de creatione totius orbis in genere, vt quidam ſentiunt, dixit: *In principio creauit Deus cælum, & terram*: poſteà modus peculiaris creationis ſingularum rerum ſex diebus traditur. Eadem ratione ſexta die hominis Adæ, Euæque creatio cap. 1. deſcribitur: modus verò peculiaris formationis Adæ ex terra, immiſſoque ſpiraculo vitæ, & fœminæ ex coſta viri dormientis, cap. 2. traditur. Atque hoc familiare eſt B. Paulo, qui ca. 4. ad Roman. docet fidem reputari ad iuſtitiam; deinde modum, quo reputatur, perſcribit. Et 1. Corint. 15. omnium corporum conſtabilit reſurrectionem; poſteà autem, quomodo reſurgant corpora, & quo ordine, inferiùs diſputat. Caſsiodorus Senator multas alias Schematum ſpecies recenſet, ſcribens in Pſalterium; quas lector ſtudioſus qui volet, conſulere poterit.

Gen. 1. Greg. Nyſſen. Caietan. in 1. cap. Gen. Gal. 3. & ſeq.

Enallage.

Eſt & ENALLAGE verborum, in quibus tempora mutantur, & vnum tempus pro altero ponitur: de quibus multa ſuperiùs diximus, & inferiùs dicenda ſunt. Eſt quoque Enallage præpoſitionũ, & vna pro altera vſurpari ſolet: quod infrà planum, & perſpicuum fiet. Eſt etiam mutatio numerorum: nam numerus pluralis pro ſingulari, & contrà accipi conſueuit: & caſus etiam pro caſu, quæ figura ANTIPTOSIS peculiariter dicitur. Eſt præterea non infrequens HYPALLAGES figura, quæ eſt verborum per contrarium intellectus: vt,

Quotuplex ſit.

Antiptoſis.

Hypallage.

Trade ratem ventis,

pro, rati ventos: De hac in dialectis linguæ Hebrææ nonnihil dicemus. Hęc latiùs perſecuti ſumus, vt comprobatam Auguſtini ſententiam redderemus, dicentis, nullam eſſe rationem loquẽdi hominibus vſurpatam, quam Scripturæ ſacræ non habeant.

B. Auguſt. de doc. Chriſtiana.

PROLEGOMENON XIII.

De cognitionis trium linguarum, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ vtilitate ad intelligentiam Sacrarum literarum.

QVONIAM ad ſenſus literalis faciliorem perceptionem, ſiue ille ex propria vocum ſignificatione, ſiue ex tropica, & figurata locutione eruatur, linguarum ſtudium cõmoditatem nõ modicam præſtare diximus: iam mihi laborandum eſſe duxi, vt quoniam Concilij Tridentini definitione Latinã editionem vulgatam comprobatam accepimus, tacitæ cuidam obiectioni ſaciamus ſatis, quæ cuiuſuis animum incurrere facilè poſſet. Nam ſi Latina editio in cõcionibus, & diſputationibus, præſertim contra Hæreticos, producenda eſt ac retinenda; ſequitur, omnem laborem, & operam, quæ certè non ſolet eſſe exiqua, quam in linguis addiſcendis ponimus, vanam eſſe omninò, & ſuperfluam; & per ſolam Romanæ linguæ peritiam, in qua vniuerſa Biblia tranſlata ſunt, eius vniuerſos ſenſus, & abdita myſteria non poſſe apprehendere, & apprehenſa alijs commodè tradere. Adde, quod linguarum ſtudium vt vanum, Paulus in Corinth. videtur reprehendere, & ad conſectãda alia meliora chariſmata eos adhortatur. Adhæc, linguarum ſtudioſi noſtra ætate in varios errores, ac in diuerſas hæreſes incidiſſe deprehenduntur: plus ergo detrimenti, quàm adiumenti linguæ adferre videntur.

Concil. Trident. ſeſſ. 4.

Eorum qui ſtudium linguarum improbant, & damnant, rationes proferuntur.

Ratio prima.

II. ratio.

Cor. 14.

Tertia.

His tamen non obſtantibus, plurimum vtilitatis, & adiumẽti adferre linguas benè cognitas, his, quas ſubiungam, rationibus, & quæ apud me magni ſunt põderis, & momenti, confirmabo.

Propoſiti argumenti demonſtratio.

Principio igitur, ſi vanum eſſet linguarum ſtudium, inter dona Spiritus ſancti ab Apoſtolo non fuiſſet connumeratum: nec in die Pentecoſtes Apoſtolis tributũ, quia Spiritu cœlitùs hauſto, cœperunt Apoſtoli loqui varijs linguis magnalia Dei: neque

Prima ratio.

1. Cor. 12. Act. 2.

1. Cor. 14.

Paulus in eo dono gloriaretur, de quo ait: *Gratias ago Deo meo, quòd omnium veſtrum linguis loquor*: Neque Hieronymus, qui pręclarus Eccleſiæ Chriſti Doctor extitit, eſſet nobis commendabilis ob eminentiſſimam ſinguarum trium notitiam, propter quam tantus in Eccleſia Dei ab omnibus habitus eſt: vt eius vnius interpretatio, cęteras omnes verſiones, etiã illam Septuaginta duorum interpretum quodãmodò obſcuraſſe, & poſt ſe reliquiſſe videatur.

Qua vna maximè ratione diuus Hieronymus tantùm in Eccleſia nomen, atque ſplendorem ſibi cõparauerit.

II. ratio.

Deinde, ſi linguarum cognitio, vel noxia, vel inutilis eſſet, iure reprehendi poſſent omnes celeberrimæ Academiæ, quæ magnis propoſitis præmijs linguarũ Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ conducunt præceptores, & magiſtros, qui in earum ſtudio, & exercitio adoleſcentes inſtituant.

III. ratio. *Ioan. 19.*

Adhęc, ſanctificauit Domin⁹ titulo cruci affixo Latinam, Græcam, & Hebraicam linguas, atque in illis Vetus, & Nouum Teſtamentum tradi voluit, & legi in Eccleſia ſua: quomodo ergo linguarum ſtudium, ac diligentia non magnas adferat commoditates Sacras literas verſantibus, atque alijs pro munere ſibi impoſito explicantibus?

IV. ratio. *Clem. V. in Clement. de magiſtris.*

Celeberrimę Chriſtiani orbis Academiæ quænã.

Prætereà Clemens V. in Generali Concilio Viennenſi ſtatuit, dandã eſſe operam, vt in generalibus ſtudijs, Romano, Pariſienſi, Bunonienſi, Salmanticenſi, & Oxonienſi; in quibus reliquæ omnes diſciplinæ traduntur, linguarum quoq; Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicę profeſſores cõſtituantur, qui eas diſcere volentibus tradant.

Ratio V.

His accedit, quod in quibuſdam generalibus ſtudijs video eſſe obſeruatum, vt Collegia quædam erigantur, quæ à trium perceptione linguarum, quę in eis traduntur, nomen ſortita ſunt, & Trilinguia vocãtur: in quibus multi adoleſcentes commodè ſuſtentantur, quo illarum literarum ſtudijs incumbere valeant.

VI. ac poſtrema ratio.

Poſtremò ſeruit eiuſmodi linguarũ perceptio ad multa, quę leuia per ſe videri poſſent, & parui momenti, niſi Sacras literas (quę ingens ſunt fidelium theſaurus, & pretioſum margaritum) attingerent, & ad arcana Dei faciliùs detegenda viam præmunirent.

Ingens fidelium theſaurus quis ille ſit.

Linguarum trium cognitio quot & quantas adferat vtilitates.

Prima vtilitas.

Dices igitur, Quem vſum præſtant linguæ notæ? Reſpondeo, multũ per omnem modum. Nam primùm ad tollendas æquiuocationes verborum, & amphibologias magnam lucem linguæ cognitæ præſtant. Vt v.g. dubium eſt in quo caſu ſit nomen aliquod poſitum, & an ſubſtãtiuum, an adiectiuum (cùm non ſatis id in editione noſtra explicatum ſit. Rurſus cuius temporis, aut cuius modi ſit verbum, an præteriti, an præſentis, an indicatiui, aut alterius modi: quæ omnia, conſultis fontibus Græcis, & Hebraicis facilè intelligũtur. Vt illud Prouerb. 31. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua*: nomen Suis ſubſtantiuum eſt, non adiectiuum; & Gignendi caſus, nõ Auferendi.

Qui loci Scripturæ ambigue proferri videantur. Primus locus in nominibus.

Secundus.

Sapien. 4. *Cani ſunt ſenſus hominis*, Cani, nõ eſt adiectiuum nomen, ſed ſubſtantiuum, & ſignificat canitiem, vt & Græca habent: Canities eſt ſapientia hominibus.

Tertius.

Et quod dicitur Pſal. 104. *Semen Abrahã, ſerui eius: filij Iacob, electi eius*: Serui, & electi, non ſunt Gignendi caſus, ſed Nominandi pluralis numeri.

Quartus.

Quod dicitur Prouerb. 30. *Formica populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſuum*: nomen formicæ non eſt Gignendi caſus, ſed Nominandi in plurali.

Quintus. *Prouerb. 8. Pſal. 4. & ſæpè alibi in vtroq; Teſtamento. Matth. 1.*

Cùm etiam ſæpè in Euangelio dicitur, *Filius hominis*, putant quidam hoc de Chriſto ſingulariter dictũ, cùm alij, filij hominum, non filij hominis dicantur, quia ex vtroque parente nati ſunt, Dominus Ieſus ex altero tantùm; cùm tamen vox hominis Græcè, & Latinè communis ſit generis, articulo tamen maſculino apud Græcos definitur, *υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, vt interpretationem illam, nempè, Filius Virginis, non poſſit recipere, ſed, Filius Adæ, vel, Filius hominis. Dicitur autem Filius hominis, vel Adam, hoc eſt, terræ, ignobilis, obſcurus, & contemptus: & tali ſe titulo modeſtiſſimus Ieſus propter nos adornabat; & in typũ eius Ezechiel frequenter dicitur *Filius hominis*.

Chriſtus cur dictus ſit Filius hominis. *Gen. 3.*

Ezech. 1. & deinceps ſæpiſsimè.

Sextus. Principium latius quid ſonet.

Quod dicitur Pſalm. 109. *Tecum principium*, vox illa *principium*, ambigua eſt, & ferè ſignificat exordium apud Latinos, ſicut & *ἡ ἀρχὴ* apud Græcos: ſed hic imperij & principatus eſt ſignificatio, & eſt eadẽ vox in Hebræo, quæ etiam habetur Iſai. 9. cùm dicitur: *Factus eſt principatus ſuper humerum eius*, nimirùm ברבנה.

VII. locus.

Similiter quod Pſal. 77. dicitur: *Generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius*, dubiũ ſenſum facit. Et ſenſus eſt: Iſta gens nõ fuit fidelis Deo ſuo. Hieronym. *Et non credidit Deo ſpiritus eius*; & Chaldæus interpres, *non fuit fidelis in Deum ſpiritus eius*. Septuaginta *οὐκ ἐπιστώθη μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς*, id eſt, generationis, quæ præcedit.

Hieron. 10. 8.

VIII. locus.

Et Pſal. 18. dicitur: *Si mei nõ fuerint dominati*, verbum mei, ambiguum ad Nominandi caſum in plurali, vt quidam verbo pluralis numeri decepti putârunt, & ad caſum Gignendi in ſingulari, vt habẽt Hebræa, & Græca: nã hęc, legũt, *Ἐὰν μὴ μου κατακυριεύσωσιν*, id eſt ſi mihi nõ dominẽtur, ſcilicet alie-

ni, de quibus erat ſermo: & in Hebræo habetur: *Si in me non fuerint dominati.*

Nonus. Quod dicitur ad Coloſſ. 4. *Salutate fratres, qui ſunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius eſt, Eccleſiam:* Vbi, quia νύμφα Græcè interpretatur Sponſa, vel nurus, fœminã putauit eſſe Ambroſius; cùm tamen ſit viri magnatis, vt oſtendit Græca litera quæ habet οἴκου αὐτοῦ. Eſt enim Nympha eo loco, vt etiam Aquila interpres, & propheta maſculini generis.

Nympha Græcis quid. B. Amb. to. 5. circa fin.

Decimus. Ad hæc Rom. 16. dicitur: *Salutat vos Caius hoſpes meus: & vniuerſa Eccleſia:* vox Eccleſiæ non eſt Nominandi, ſed Gignendi caſus, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης. Et eſt ſenſus: hoſpes non tantùm meus, ſed etiam vniuerſæ Eccleſiæ.

Vndecimus. Quod dicitur Threno. 3. *Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti:* non Gignendi, ſed Nominãdi caſus eſt pluralis miſericordiæ, quia Græcè legitur τὰ ἐλέη.

XII. Luc. 1. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum,* Iſrael, Accuſandi caſus eſt, & non Nominandi. Et ſuppoſitum verbi eſt Deus, de quo ſubdit: *recordatus miſericordiæ ſuæ,* ſcilicet promiſſę.

XIII. Matth. 3. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Abrahæ non eſt Gignendi, ſed Dandi caſus, vt ſit ſenſus: Potens eſt Deus ipſi Abrahæ ſuſcitare filios ex lapidibus.

XIV. Acto. 1. *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?* non eſt Gignendi, ſed Dandi caſus Iſrael, τῷ Ἰσραὴλ.

XV. Sicut illud 4. Regum 14. *Quomodo reſtituet Damaſcum* (ſcilicet Ieroboam, de quo eſt ſermo) *& Emath Iuda in Iſrael:* Iudæ, Datiui caſus eſt in Hebræo: reſtituit enim, vt illæ ciuitates eſſent Iudæ, ſicut prius erant.

XVI. Paulus item 1. Corint. 5. *Auferte malum ex vobis ipſis*, æquiuocum eſt Latinè vocabulũ *malum*, & poteſt reddi neutro genere, & maſculino: ſed Græca oſtẽdunt eſſe maſculinum τὸν πονηρὸν, id eſt eũ qui malus eſt, & criminoſus, auferte à veſtro conſortio. Ita retractauit Auguſtinus priorem ſenſum lib. 2. Retract. cap. 14.

B. Aug. tom. 1. initio.

Locus XVII. Quod ſimiliter ait Iſaias cap. 5. *Væ qui dicitis bonum malum, & malũ bonum:* & in neutro genere accipi poteſt, vt Auguſtinus in Enchiridio obſeruauit, & in maſculino: etſi ſignificantius, teſte Hieronymo, interpretatus ſit Aquila: *Væ qui dicitis malo, bonum; & bono, malus eſt.* Auguſtinus verò vertit: *Væ ijs qui dicũt quod bonum eſt, malum; & quod malum eſt, bonum.*

Idem ca. 13. Enchir. to. 3. B. Hiero. to. 5. Auguſt. dicto loco.

XVIII. Non ſunt his diſsimilia: Rom. 12. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.*

XIX. Et Rom. 5. *Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori?*

Et Matth. 6. *Libera nos à malo:* poſſunt enim hæc ſubſtantiuè accipi pro iuſtitia, bonitate & malitia, ſeu peccato, vel potiùs adiectiuè pro bonis ipſis perſonis, aut malis: quod magis quadrat in prioribus ſententijs Pauli, quia ibidem ſubdit: *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam ſi cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundũ tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt:* vt B. Ambroſius explicuit, quanquàm Hieronymus ad Algaſiam non pro perſona iuſta & bona, ſed pro ipſa inſtitia, & bonitate doceat eſſe illa verba accipienda, Origenes autem vtroq; modo, & pro bono, & iuſto viro, & pro bona, & iuſta cauſa abſoluit eum locum. In ſententia illa: *Libera nos à malo*, maſculinè accipiunt Tertullianus, & Chryſoſtomus, à malo, vel maligno dęmone interpretantes. Alij verò neutro genere, à malo interpretantur, id eſt à quacunq; re mala. Etſi præſtet prior interpretatio: quia vox πονηρῦ, Diabolo per Excellentiam tribuitur in Sacris literis. In ſententia illa: *Vince in bono malum:* ſubſtantiuè accipiendum eſt, quia præceſsit: *Nulli malum pro malo reddentes.* Vince ergo tuo beneficio malitiã volũtatis illius.

XX. Expenditur ille locus Apoſtoli: vix enim pro iuſto quis moritur: nã pro bono forſitã, quis audeat mori.

Rom. 5. B. Ambr. to. 5. à medio. B. Hieron. ad Algaſiam epiſt. 151. q. 7. tom. 3. circa dimid. Origen. lib. 4. in epiſt. ad Rom. circa fi. tom. 2. Matth. 6. Tertull. li. De perſeca. tract. in oratio. Dominicam. Chryſoſt. homil. 20. in Matt. tom. 2.

Voce Græca πονηρῦ in Scripturis frequenter inſignis diaboli malitia denotatur.

Quod habetur Pſalm. 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ:* ibi primùm ex Damaſceno expende, dixiſſe Prophetam, *vnxit*, quia diuina Scriptura vtitur præterito tempore pro futuro. Vt, *Poſthac in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt:* nondum enim viſus fuerat, nec cum hominibus conuerſatus, quando hæc dicebantur. Et, *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion*, *Nondum*, ait, *hæc facta contigerant.* Deinde nomen Deus, docet Hieronymus ad Principiam, in Vocandi caſu eſſe accipiendum, ὁ Θεὸς; vt ſic dicatur: quia Ἀττικῶς Græci Nominatiuis pro Vocãdi caſu vti conſueuerunt: & ideo Aquila vertit Θεὲ, in vocandi caſu. Alioqui nulla dignitas Chriſto tribueretur, cùm Apoſtolus ad Hebr. 1. probare volens Chriſtum, Deum, id proferat. Et ita in illo Pſalmo ter oſtenditur Chriſtus verus Deus. Primò, cũ loquitur Propheta ad Chriſtũ Dominum, dicens: *Sedes tua Deus, in ſeculum ſeculi.* Secundò, cùm ad eundem dicit: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus.* Tertiò, cùm ad ſponſam apoſtrophãs ait: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, &c. Et concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus.*

Rom. 12. Locus XXI. *B. Damaſ. lib. 4. De fide ortho. c. 6. Baruch 3. Pſal. 136. Hieron. epiſt. 140. circa med. tom. 3. ante med.*

Græci conſuetudo ſermonis.

Regij Prophetæ in Pſalmo 44. de Chriſti Meſſiæ diuinitate triplex teſtimonium.

Locus XXII. Item quod Pſal. 138. amphibologicè dicitur: *Non eſt occultatum os meum à te:* quia Latinis os oſsis, & os oris, ambiguũ eſt, Hieronymus vertit in plurali ad tollendã verbi ambiguitatem: *Non ſunt occultata à te oſſa mea, quibus factus ſum in abſcondito.*

B. Hieron. tom. 8.

XXIII. Queritur, & quæritur; venit, & vęnit, ambigua ſunt in prolatione, licèt ex ratione orthographiæ diſcerni valeāt. Primum namq; diſtinguitur à ſecundo, vt Rom. 9. *Quid ergo queritur?* id eſt conqueritur, à verbo Deponenti Queror; & ſecundum venit à Quæro quæris; *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* Tertium verò diſtinguitur à quarto Vęnit: *Omne,* inquit, *quod in macello venit, manducate,* id eſt quod in macello venundatur.

1. Cor. 4.

Infrà 10.

XXIV. Ioan. 21. Ad hæc Dominus alloquitur Petrū: *Diligis me plus his?* & Gręcè, & Latinè ambiguū: duos enim ſenſus porrigunt illa verba: Diligis me plus quàm iſti? Et, Diligis me plus quàm iſtos? Et in priori ſenſu accepit Petrus, vt eius reſpoſum indicat.

XXV. 1. Cor. 1. Et Pauli verba eadē obſcuritate inuoluuntur: *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus:* dubium enim eſt, an hominibus ſit in Dandi, vel in Auferendi caſu. Sed hęc æquiuocatio tollitur per textū Græcum, qui habet: Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί: Quoniam quod ſtultum eſt Dei ſapiētius eſt quàm homines: & infirmū Dei fortius quàm homines.

XXVI. Ἀρετὴ & Δύναμις Græcè quid. Nomen virtutis Latinis ambiguū eſt, & opponitur vitio, & tunc Græcè eſt ἀρετὴ, & opponitur infirmitati, vel imbecillitati, & dicitur Gręcè δύναμις, id eſt robur, fortitudo, potentia. Et ita intellige illud: *Sufficit tibi gratia mea:* nam virtus, ſeu fortitudo mea in infirmitate tua perficitur, & detegitur. Quod explicās, ſubiunxit: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Ita Rom. 1. dicitur Euangeliū virtus, id eſt potentia Dei, in ſalutem omni credenti: & illud Prophetæ: *Ibunt de virtute in virtutem,* & Hieron vertit: *ibunt de fortitudine in fortitudinem,* & Græca habent, ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. Quādo verò ſignificat virtutem, quæ opponitur vitio, habetur in Græco, ἀρετὴ. vt Sapien. 8. *Et ſi iuſtitiam quis diligit; labores huius magnas habet virtutes,* ἀρετὰς habetur Gręcè: ſicut illud 1. Pet. 2. *Vt virtutes annuntietis eius.* & 2. Pet. 1. *Miniſtrate in fide veſtra virtutem,* id eſt virtutū opera, quia *Fides ſine operib⁹ mortua eſt.* Simile Philip. 4. *Si qua virtus ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.*

2. Cor. 12. Quid illud: Virtus in infirmitate perficitur.

Rom. 1.

Pſal. 73.

B. Hiero. to. 8.

Sap. 8.

1. Pet. 2.

2. Pet. 1. Miniſtrate in fide virtutem quid.

Iacob. 2.

Philip. 4.

Loc. XXVII. Quid ſignificet: Inimici defecerunt phrameæ in finem. Pſal. 9. *Inimici defecerunt Phrameæ in finem:* inimici non eſt pluralis numeri, & ſuppoſitū, ſed ſingularis Genitiuus, vt Græca docent: & ſignificantur phrameę, id eſt arma, & vires inimici noſtri defeciſſe. Hebraicè eſt vocatiui caſus, inſultans hoſti tam citò vires concidiſſe.

XXVIII. Matth. 13. Zizania ſūt ij ſi nequam: nequam non eſt Nominandi, ſed Gignendi caſus, & ad Satanam refertur.

XXIX. Et Matt. 12. Spiritus blaſphemia: prima vox eſt Gignendi, altera Nominandi caſus.

XXX. Quid illud: Quod ſupereſt, date eleemoſynā. &c. Luc. 11. dicitur: *Quod ſupereſt, date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis:* verbū, *Quod ſupereſt,* ambiguum eſt Latinis, & duo denotat:

I. locus. Primum eſt, Illud vobis reſtat, ſeu reliquum eſt, vt deris eleemoſynam: ſecūdum eſt, Quod ſupereſt, id eſt quod ſuperfluum eſt: & vtramq; intelligentiam capit Latina interpretatio, ſed Græcus codex habet τὰ ἐνόντα, id eſt Quę vobis inſunt, quę vobis ſuppetunt, quæ apud vos ſunt, ſeu bona quæ habetis: vt notant Theophylactus & Cyrillus, & Auguſt. atque Chryſoſt. Atq; hunc ſenſum confirmat codex Syriacus, qui habet: Verum id quod eſt, date in eleemoſynam. Quanquàm priorem ſenſum ſequatur Thom. & Beda in Lucam, & Gregorius ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum. Illud Pſalm. 46. *Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt;* legendum eſt in Genitiuo τοῦ Θεοῦ, Quoniā Dei; ita enim habent Gręca, Hebræa, & Chaldæa: Quoniam Dei ſunt ſcuta, vel clypei terræ. Et quod ait Pſalm. 50. *Peccatum meum contra me eſt ſemper,* ne quiſquam philoſophetur, peccatum contrarium eſſe nobis, intelligat in ea ſententia non habere locum, quoniam Græca habēt ἐνώπιόν μου, id eſt, coram me eſt.

Alter.

Theophyl. in Luc. c. 11.

B. Cyril. li. 2. in Leuiticum, paulò à med. tom. 2.

Aug. in Pſal. 125. tom. 8.

Chryſ hom. 33 ad Popu. Antioche. ſub initium, to. 5. prope init.

B. Thom.

Beda.

B. Gregor. ad Aug. Anglorum Epiſcopū ad 2. interrogatio to 2.

Aequiuocationum in verbis Primus locus. Similiter etiā æquiuocationes accidunt in verbis cuius ſint tēporis, quale illud eſt: *Nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcēdit de cælo Filius hominis, qui eſt in cælo:* verbum *aſcendit,* præteriti eſt temporis in Græco fonte.

Ioan 5.

II. locus. Sicut illud: *Tempus meum nēdum aduenit,* dubium eſt an ſit præſentis, vel pręteriti temporis. Græca indicāt eſſe præſentis, οὔπω πάρεστιν. Et ratio ſententiæ aduerſatiuæ ſubiunctæ, quæ eſt de præſenti, idem indicat nempè; *tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.* Item illud quod Dominus dixit lepro ſo, *Volo, mundare,* ambiguum eſt, an ſit illud verbum infinitiuum, an ſecunda perſona imperatiui paſsiui: quod propterea quidā verterunt, *mundus eſto,* vt excluderetur amphibologia. Ita etiam Mar. 7. *Ephethah, quod eſt adaperire,* non eſt modi infinitiui, ſed imperatiui paſsiui, vt etiam vox Hebræa indicat, & ſequentia quæ habent, *& ſtatim apertæ ſunt aures eius.* Ita illud Iſai 60. *Surge, illuminare Hieruſalem,* imperatiuū paſſiuum.

Infrà 7.

III. locus. Orig. B. Chryſoſt. B. Ambr. tom. 5. Secunda Cor. 5. Obſcurè dictum eſt: *Si qua ergo in Chriſto noua creatura,* planius Origenes, Chryſoſt. & Ambroſius interpretati ſunt: *Si quis in Chriſto noua creatura eſt:* habent Græca: Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις.

IV. locus. Illud præterea Pſalmi 126. *Cùm dederit*

dilectis

Illa verba Dauidis: Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hęreditas Domini, &c. duobus modis accipi poſſunt.

lilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filij: merces fructus ventris, id eſt, Deo pijs hominibus fauẽte, & tranquillitatem dante, filij, ſunt hæreditas Domini; & fructus ventris, id eſt, fœcũditas mulieris eſt merces & munus Dei. Et Chaldæus interpres rectè explicat: *Ecce hæreditas Domini, filij recti; præmium operum, nati fructus*. Sunt igitur filij & merces, & fructus in nominandi caſu, & poteſt etiam exponi: Ecce, hæreditas ſunt filij, quę ſunt merces Ieſu fructus ventris Marię: ſed prius videtur ſimplicius.

V. Locus. *Iſai. 10 iuxta LXX.* Illud Pauli ex Iſaia: Verbũ enim conſummans & abbreuians, quid ſonet. *Rom. 9.*

Rurſum ad Rom. 9. *Verbum enim conſummans, & abbreuians*, ambiguum eſt propter incertos caſus: ſed lecto fonte Græco, *Verbum*, eſt Accuſandi caſus; *conſummans & abbreuians*, nominãdi: vt ſit ſenſus: Deus conſummans, & abbreuians verbũ ſuum, id eſt doctrinam ſuam Euangelicam, ſiue Chriſtum. Vnde explicando ſubdit: *Quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram.*

VI. Locus. Quod dicit ad eodem: Cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecũdùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quẽ ſenſum habere videatur.

Item Rom. 5. *Si cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt*: dubiũ eſt an clauſula illa, *ſecudũ tempus*, iungenda ſit præcedentibus, vt ſit ſenſus: Cùm eſſemus infirmi ſecundũ tempus, nec dum roborati eſſemus Euãgelij virtute ad benè viuendum; vel ad ſequentia, mortuus eſt: vt ſignificet Chriſtũ ad tempus breue pro nobis mortuũ, vel potius tempore congruo, & debito pro nobis mortuum: vt nõ tantũ illi debeamus quod mortuus eſt pro nobis, ſed etiam pro tempore ſuo.

VII Locus. *Pſalm. 118.*

Illud prætera: *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut ille qui inuenit ſpolia multa*: verbum *inuenit*, præſentis eſt temporis, quia Græcè dicitur *εὑρίσκων*.

VIII. Locus. *2. Tim. 4.*

Quod ait ad Timot. Paulus: *Ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus*, Latinè ambiguũ eſt, an ad magiſtros, an ad diſcipulos ſit referendum, prurientes auribus: Sed in Græco facilè dignoſcitur eſſe in nominãdi caſu, nimirùm *κνηθόμενοι*: quod non poteſt referri ad magiſtros Accuſatiui caſus, ſed ad diſcipulos. Multa ergo ambigua, tam in verbis, quàm in nominibus, & alijs particulis per linguarum cognitionem diſcernuntur.

Alter vſus trium cognitionis linguarum.

Secundo loco confert ſtudium linguarũ ad eas dictiones explicandas, quæ magnam emphaſim, & proprietatem annarã habent; tum apud Hebręos, tum apud Gręcos, quas Latinus ſermo exprimere non valuit: de quibus Hieron. in quæſt. Hebr. in Geneſ. & in comment. ſuis plerumque ediſſerit.

B. Hieronym. tom 3 à med. item tom 5. 6. 7. 8. & 9. Quæ voces ſeu dictiones Hebrææ, tũ

Tale eſt illud, quod Pſal. 33. dicitur: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentiũ eum*: vbi Gręca litera habet *παρεμβαλεῖ*, id eſt, caſtra ſua inſtructis aciebus Angelus collocabit: vt Heliſæus oſtendit puero ſuo montes plenos equorũ, & curruum igneorũ in præſidium ſuum ſtare. Quod Euthymius, & Auguſtinus de Domino magni cõſilij Angelo intelligũt, Baſilius verò de Michaële, vel de quouis alio.

Græcę maioris cauſa ſignificationis, & in veteri Scriptura, & in noua ſunt vſurpatæ.

I. Locus. *4. Reg. 6. Euthym. in Pſalmos. Aug. tom. 8. Iſai 9.*

II. Locus. Quid menſurabiles dies apud Prophetam.

Et quod dicitur Pſalm. 38. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos*, genus poſitũ eſt: nam Græcè dicitur *παλαιστὰς*, hoc eſt palmares, & idem ſignificat vox Hebræa in eo loco poſito, טפחות, quę Hebræis menſuræ quatuor digitorum nomẽ eſt: & ſignificat breuiſsimos dies, & admodum menſuræ breuiſsimæ, id eſt palmi, qui conſtat quatuor digitis tranſuerſis.

III. Locus. Ἀποκαραδοκία, ſeu expectatio creaturæ apud Paulũ, quid ſibi velit.

Ad Roman. 8. ſcribitur: *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat*: vbi loco illius vocis expectatio, Græcè habetur *ἀποκαραδοκία*: eſtq; verbum caſtrenſe, ſignificans anxiam militum ſtationem cum metu expectãtium quid agatur in prælio, & quid ſibi proinde ſit faciendum ad nutum Imperatoris. Atque in hac ſignificatione vſurpant hanc vocem Polybius, vetus & celebris hiſtoricus. Et pulchrè illa voce repræſentatur noſtri ſtatus conditio, qui in acie verſamur.

Polybius.

IV. Locus. *B. Hieron. tomo 9.*

Annotauit Hieronymus, verbum illud ad Epheſ. 1. *Ante mundi conſtitutionem*, ſignificantius dici Grǽcè *πρὸ καταβολῆς κόσμου*; nam *καταβολὴ* propriè dicitur, cùm quid deorſum iacitur, vel cùm aliqua res ſumit exordium. Vnde hi, qui ædium futurarum iaciunt fundamenta, *καταβεβληκέναι* dicuntur. Et volens Paulus oſtendere, quòd Deus ſit vniuerſa fabricatus ex nihilo, non creaturam atq; facturam, ſed *καταβολὴν*, id eſt, initium fundamenti ad eum retulit.

Καταβολὴ propriè quid.

V. Locus. *Idem ibidem.*

Quod etiam dicitur ad Coloſſ. 3. *Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris*. Grǽcam vocem expendit Hieronymus, quæ plus eſt quàm exultat. Eſt enim *βραβευέτω*, id eſt, palmam ferat, ſiue præripiat, vel præmij loco attingat: nam brauium, præmium eſt, quod vincenti à præfecto certaminis, qui *βραβευτὴς* dicebatur, dari ſolebat. Erat autẽ brauium, veſtis palmata, qua anteuertẽtem cæteros in curſu donabant iudices.

Brauiũ quid.

Quid *βραβευτὴς*.

VI. Locus. *Heſychius in Pſalm.* Id Pſalmi: Et benè patientes erunt, vt annuntient, quomodo intelligatur Euangelium à quibus annũtiari velit.

Illud etiam quod habetur Pſal. 91. *Et benè patientes erunt vt annuntient*: explicat Heſychius *Εὐπαθοῦντας* eſſe *τρυφᾷν, καὶ διάγειν ἡδέως, καὶ ὑγιαίνειν*. id eſt, benè pati dicuntur, qui deliciosè agunt; hilares viuunt, & ſalubriter affecti ſunt. Hinc *εὐπαθεῖς* dicuntur *εὔρωστοι*, id eſt, ſani, corpore robuſti, & benè affecti, qui etiam aduerſam fortunam, & corporis incommoda bono & æquo animo perferunt, apti ſunt ad magnalia Dei, & eius verbum alijs annuntiandum.

VII. Locus.

Inſignis Chriſti benignitas, & humanitas.

Marc. 6. habetur: *Et cùm dimiſiſſet eos, &c.* Verbum Grẹcum ponderandum eſt, quod ſuam vim habet, ἀποταξάμενος, quod non ſimpliciter dimittere ſignificat, ſed benignè, & comiter dimittere: vt ſoliti ſumus amicis conuiuio exceptis valedicere; vt inde Domini Ieſu colligas comitatem, & beneuolentiam erga viles, & ruſticos homines.

VIII. Locus.

Actor. 1. legimus: *Congregatam eſſe turbam hominum:* Græcè ſignificantiùs dicitur, ὄχλος ὀνομάτων, id eſt turbam nominum, id eſt, multitudinem præſtantium, & ſelectorum hominum; quorum quiſq; ex nomine ſuo vocabatur: non enim turba populi, aut muliercularum ad electionẽ Apoſtoli conuenit, ſed magni, & nominati viri. Nam ita Apocal. 3. habetur: *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua;* id eſt, homines excellentes, & magni nominis.

Quid illud in Apocalyp. Habes pauca nomina in Sardis.

IX. Locus. Regnũ Dei quo loco pauperes habeat, quo regnum hominum.

Matthæus cap. 11. habet, Dominum dixiſſe: *Pauperes euangelizantur,* id eſt bonum adferunt nuntium; cùm in humanis regnis ſecreta omnia nonniſi ad diuites, & potentes deriuentur primùm, & per eos alijs tenuioris fortunæ viris. Tamen contrarium in regno Dei contingit, vbi pauperes primi eſſe ſolent. Et quamquam verbum ſit medium, euangelizantur, & actiuam, & paſsiuam habere poſsit ſignificationem: pręſenti tamen loco aptius cõuenit actiua, vt Chriſtus dicatur pauperibus euangelizaſſe, iuxta illud: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me.* Reliqua etiam quæ præcedunt, & ſequuntur, ad Chriſti opera ſpectant magis, quàm ad Apoſtolos (quos poſtea narrat miſſos ad prædicandum) nimirùm: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur: & beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.*

Luc. 4.
Iſai. 61.
Matth. 11.
Iſai. 35.

X. Locus.

Pſalmo 58. *Quia ecce ceperunt animam meam, irruent in me fortes:* verbum *ceperunt*, Græcè eſt ἐθήρευσαν, id eſt captauerunt, ſiue venati ſunt, & inſidiati vitæ meæ. Iuuat etiam plurimùm conſiderare articulos, tum Hebrææ, tum Græcæ linguæ, quæ magnam vim habent, & emphaſim ad res amplificandas, vel exaggerandas, quas Latinus interpres non potuit ſine periphraſis figura verbis Latinis reddere: de quibus poſteà dicendum.

Articulorũ tũ Hebrææ, tum Græcæ linguæ vtilis cõſideratio.

III. vtilitas.

Tertiò, magnoperè conferre dignoſcitur Hebrẹæ, & Grẹcæ linguę exacta cognitio ad emendãdos errores, qui in vulgatam irrepſerunt editionem, vel iniuria, & malitia librariorum, vel temporũ iniuria. Quibus ſanè Concilium Tridentinum noluit Scripturam noſtram carere: & indixit vt magna diligentia à ſimilibus expugnaretur vitijs. Et ſanè quòd ad vetus Teſtamentum attinet, conducet plurimùm ad corrigenda vitia, & ad agnoſcendam pleniorem, & veriorem lectionem, quando Græca, & Hebræa, & quando etiam Chaldaica in vnam, & eandem lectionem conſpirant. Vt verbi gratia. Geneſ. 28. *Mortua eſt*, inquit, *Suæ vxor Iudæ*: quod ex Hebræo emendandum videtur, filia Suæ vxor Iudæ. Nam paullò antè vocata fuerat filia hominis Chananæi nomine Sua. Sic etiam habet lectio Chaldæa.

Trident. Concil. ſeſſ. 4.

I. Locus.

II. Locus.

Geneſ. quoque 37. dicitur Ioſeph venditus Iſmaëlitis viginti argenteis, etiamſi aliqui legant, triginta: quæ lectio non tam vera eſt quàm prior, quia Hebræa habent, viginti argenteis: Septuaginta, viginti aureos: Chaldæa, viginti ſiclos argentei: & Ioſephus lib. Antiquit. habet venundatum viginti minis. Et Hieronymus in Matthæi cap. 27. ante dimidium: *Ioſeph*, inquit, *non vt multi putant, iuxta Septuaginta interpretes, viginti aureis venditus eſt; ſed iuxta Hebraicam veritatem viginti argenteis: neque enim pretioſior poterat eſſe ſeruus, quàm dominus.* Idem tradit libro quæſtionum in Geneſin. Mirum autem eſt quod Ambroſius libr. de Ioſeph Patriarcha refert: *Alibi (ait) viginti, alibi viginti & quinque aureis, alibi triginta inuenimus emptum Ioſeph, &c.* Hæc ille.

Ioſeph. lib. 2. Antiq. cap. 3. ſub init.
B. Hieron. in Matt. libr. 4. circa med. to. 9. in princ.
Idem tom. 3. à med.
D. Ambr. lib. de Ioſeph Patriarch. ca. 3. paullò à med.

Quod verò dicitur Pſal. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem:* non eſt (vt Hæretici horrentes dogma meritorum tradunt) malè interpretatum: nam Hieronymus ex Hebræo vertit, propter æternã retributionẽ, & Septuaginta dixerunt, δι᾽ ἀντάμειψιν, id eſt mercedem, vel retributionem: vbi vox Hebræa עקב id ſignat. Nam & Pſal. 18. eadem ponitur, quando Propheta ait: *Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea; in cuſtodiendis illis retributio multa:* & Hieronymus vertit, in cuſtodiendis (ſcilicet mandatis) fructus multus, & Septuaginta reddiderunt, ἐν τῷ φυλάσσειν ἀνταπόδοσις πολλή. idem verò eſt ἀπόδοσις, & ἀντάμειψις.

Aduerſus hæreticos mercẽ da bonorum operũ impudẽ permegantes.
B. Hier. to. 8.

Idem ibidem.

Sunt etiam errores plerique vel addito vno elemento, vel detracto, vel mutato: & idem de ſyllaba addita, vel detracta, vel variata. Vt illud: *Effuſa eſt contentio ſuper Principes:* vbi legendum eſt, Effuſa eſt contemptio; ſic enim Hebræa habent, & Hieronymus ex Hebræo vertens, legit: Effundet deſpectionem ſuper Principes. Et in Commentario huius Pſalmi legit, & exponit, contemptio, ſicut & Theodoretus, & Auguſtinus, Contemptus: & Chaldæa paraphraſis: *Miſit contemptum ſuper Principes:* Apollinaris reddidit, ἐπιλωβίην, hoc eſt ignominia, & Septuaginta habent ἐξουδένωσις; quæ vox in Pſal. 122. vertitur, in deſpectione: & Ruffinus in hiſtoria Tripartita legit: *Effuſa*

Dictiones vtriuſq; Teſtamenti in elemẽtis ſeu literis & ſyllabis vel detractis vel additis, vel mutatis variæ corruptelæ narrantur atque tollentur.
Pſal. 106.
Idem ibidem.
B. Aug. tom. 8.
Chaldæa trãſlatio.
Apollinarius.
Ἐπιλωβίην Græcè quid.
Ruffinus.

eſt con-

B.Greg lib.9. Moral. ca.4 tom.1. Caſſiodor. Arnobius. Pſal. 41.

eſt contumelia ſuper principes. Gregorius tamen, & Caſsiodorus legunt, Contentio, & Arnobius in Pſalmos: & explicat de Hæreticis, qui ſibi viciſsim allegationibus contradicunt.

Vox Hebræa אֵל quid, teſte Hieron

Pſalm. quoq; 104. legitur: *Et dedit terra eorum ruinas*: legendum iuxta fontes: *Edidit terra, &c.*

B.Hieron. ad Marcel. de 10. nom. Dei, ep. 136. tom.3. ante dimid. Idem tom. 8.

Adhæc vbi legimus: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*: legendum eſt, *fortem viuũ*: nam Græcè dicitur ἰσχυρὸν, & Hebraicè אֵל, quę ſignificat Deum ſub ratione fortitudinis; vt tradit Hieronymus. Et ita etiam habent Chaldæa: *Sitiuit*, inquit, *anima mea ad Deum fortem viuum, & permanentem.* Pſalmo quoque 88. dicitur: *Auertiſti teſtamentum ſerui tui*, pro eo quod eſt, Euertiſti: nam Græcè eſt κατέστρεψας, & Hieronymus legit: *Attenuaſti pactum ſerui tui*. Pſalm. 34. *Induantur*, inquit, *confuſione, & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me*: abundat ſyllaba li. Nam Græcè legimus, μεγαλλορρημονοῦντες ἐπ' ἐμὲ, & Hieronymus vertit ex Hebræo, *qui magnificantur ſuper me*, id eſt, qui ſeſe iactant, & venditant ſuper me. Quod etiam dicitur Pſal. 136. *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram*, legendum eſt, *paruulos tuos*, vt indicat apoſtrophe & Hebræa, & Græca exemplaria. Item Iſai. 32. in Cantico dicit Ezechias: *Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerim?* dicendum eſt *fecerit*, vt Hebræa, & Græca exemplaria oſtendunt, & refertur ad Deum.

Idem ibidem.

Item Pſalm. 26. quod dicitur: *Vt videam voluntatem Domini*, legendũ eſt, *voluptatem*: nam Græcè legitur, τὴν τερπνότητα Κυρίου; & Hebræa, *Vt videam pulchritudinem Domini*; Chaldæa, *ad contemplandum in dulcedine Domini*; Hieronymus in Procœmio in lib. 13. in Ezech. legit, *iocunditatem*; Auguſtin. legit, & interpretatur delectationem.

B.Hiero. to.5 à med. Aug. tom. 8. Idem ep. 135. in ſin. tom. 3. aliquanto ante med. Pſal. 104. Exod. 8. Pſal. 77.

Simile eſt huic, quod Hieronymus in epiſtola ad Suniam, & Fretellam obſeruauit in Pſalm. 104. *Dixit, & venit Cynomyia, & Ciniphes*: vbi legendum eſt Cœnomyia, & ciniphes, hoc eſt, non canina, ſed communis muſca, & ita Hieronymus ex Hebræo vertit: *Dixit, & venit muſca omnimoda*: licèt in Septuaginta lectione corruptè legatur cynomyia. Et idem obſeruandum eſt in dictum Pſalm. 77. quo dicitur: *Miſit in eos cynomyiam, & comedit eos*, vbi Hieronymus habet: *Immiſit in eis omne genus muſcarum, vt comederent eos*: & Chaldæa paraphraſis habet: *Miſit in eos mixtiões beſtiarum ſilueſtrium, & conſummauit eos*. Quod etiam dicitur in Pſalm. 75. *Ibi cõfregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum*: legendum eſt, arcuum, in Genitiuo plurali, quia Græcè legitur, τὰ κράτη τῶν τόξων, & Hierony. ex Hebræo: *ibi confregit volatilia arcus.*

Idem tom. 8.

Pſalm. 75.

Idem ibidem.

Et Pſalm. 86. *Nunquid Sion dicet*: ibi Septuaginta habent, Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ, hoc eſt, mater Sion dicet: quòd corruptũ videtur in Septuaginta (vt Hieronymus teſtis eſt in expoſitione eius Pſalmi) pro μήτι, id eſt, nunquid, vel, nonne. Vnde Hieronymus legit: *Ad Sion autem dicetur*: & Chaldæa, *Proinde Sion dictum eſt*. Eſt enim Datiui caſus in Hebræo, le Sion.

Hiero. tom. 8.

Iob 19. legitur: *Vel celte ſculpantur in ſilice*: pro quo legendum eſt, vt quidam putant, *vel certè*: nihil enim inquiunt, ſignificat celte: ſed nos, vt alibi diximus, arbitramur ſignare ſcalpellum, quo inſtrumento ſculptores vti conſueuerunt. Hebræa habent לָעַד, pro quo Septuaginta legũt εἰς μαρτύριον. Et eſt ſenſus; Ad perpetuam rei huius memoriam ſcribantur. Eccleſiaſtici 29. *Repromiſsio nequiſsima multos perdidit diligentes*: legendum dirigentes, quia Græca habent, κατευθύνοντας.

I. Locus ex Nouo Teſtamento.

Similia his multa inuenies in nouo Teſtamẽto, quæ vna litera, aut ſyllaba addita, aut detracta corrupta ſunt. Vt eſt illud Lu. 10. *Suſpiciens autem Ieſus*, pro, *ſuſcipiens*, quia Græcè eſt ὑπολαβὼν. Et apud Ioan. cap. 19.

II. Locus.

III. Locus.

Lycoſtratos, pro, *Lithoſtratos*. Et Lucæ 15. de muliere, quæ perdidit drachmam, dicitur, quòd accendit lucernam, & euertit totam domum, pro eó quod eſt euerrit, vt verbũ Græcum propriè ſignificat σαροῖ. Item Paulus 1. Cor. 15. *Quotidie*, inquit, *morior propter veſtram gloriam, fratres*, cùm legendum ſit, *per gloriam veſtram*, quia Græcè eſt, νὴ, quod iurantis eſt aduerbium, & ſic legit Baſilius in Pſalm. 14. & alij.

IV. Locus.

B.Baſil. tom. 1

V. Locus.

Et in 2. Petr. 1. legimus: *Non enim indoctas fabulas ſecuti*: vbi legendum eſt, *doctas*, ſiue *artificioſas*: nam Græca vox eſt σεσοφισμένοις μύθοις, & Hieronymus in tertium caput ad Galatas, doctas legit ſabulas: & allegat Ciceronem, qui Græcos appellat ingenitam leuitatem, & eruditam vanitatem. Et paulò poſt, ait Petrus: *Notam facimus vobis Domini noſtri* IESV *Chriſti virtutem, & præſcientiam*: vbi legendum eſt, *præſentiam*: nam Græca vox habet παρουσίαν, hoc eſt aduentum, ſiue præſentiam. Actuum 16. de Timotheo dicitur, quòd eſſet filius mulieris viduæ: vbi legendum eſt Iudææ, vt Græca docent, & verbum quod ſequitur, patre gentili, idem oſtendit Lucæ 23. *Et turba expectans*, pro, ſpectans.

B.Hiero. to. 9 Cic. in ora. pro L.Flac.

VI. Locus.

VII Locus.

VIII. Locus. Iud. 8.

In Catholica epiſtola Iudæ: *Increpet te Deus*, pro, *Imperet tibi Deus*. Verbum tamen Græcum, ἐπιτιμήσαι, etſi propriè ſit increpare, tamen Matthæi 8. idem interpre-

noſtę

noſter, imperauit, vertit. Et quod dixit, *ἐπιτίμησεν*, Lucæ 8. *Dixerunt homines, Quis putas hic eſt, quia & ventis, & mari imperat, & obediunt ei?* Græcè *ἐπιτάσσει*, id eſt pręcipit, vel imperat: vt iam *ἐπιτιμᾷν* ſit cum increpatione, & interminatione imperare. Et pleraque alia his non diſsimilia, quæ vno elemento, aut vna ſyllaba addita, vel detracta, vel mutant, vel corrumpunt ſenſum, ſuntque per ſuos fontes corrigenda.

LXX. interpretum editio quomodo corrigenda, atque purganda.

Hęc pauca attingere volui, vt ex ijs agnoſcamus, quantum fructus adferat, Hebræos & Græcos conſulere ad caſtigandam editionem vulgatam. Et eadem diligentia adhibenda eſt in caſtigandis vitijs, quæ irrepſerunt verſioni LXX. interpretum, conſulendo varios codices, & veterum Patrum in eam obſeruationes. Hebræa etiam veritas non eſt vſquequaque tam pura, & emendata, quin multos & graues habeat errores, ſtudio & malitia Iudæorum inſperſos. Nam, vt ſuperius diximus, ob mutationem elementorum eorum quę vicinitatem habent, & variam punctorum rationem, quæ vim vocalium exercent, & ob diuerſum diſpungendi textum, modum & gloſſulas Rabbinorum, magnam partem myſteriorum Meſsiæ nobis præripuerunt, vt etiam indicauimus. Multa mihi occurrerẽt ad indicandum, Hebræos vitiaſſe, ac deprauaſſe Bibliorum textum, vt illis plerunque Patres impingunt, & res ipſa non obſcurè indicat, niſi nos id integro Prolegomeno ſuperius oſtendiſſemus: ſatis eſt nobis in præſenti rationem tradidiſſe caſtigandi, & emendandi Latinam verſionem.

Quibus modis Iudæi Hebræam veritatem corruperint.
Puncta Hebræis vocalium funguntur officio.
Proleg. 4.

V. cōmodū Trilinguis ſcientiæ.
Quanā arte diuina quæ voces Hebrææ atque Græcæ in latinā non trāſierint linguā ſuis tantūmodò fontibus reſeruatæ.
B. Aug. li. 18. de doct. Chriſ. cap. 11. & 12. tom. 7.
Iſai. 7.
Matth. 1.
Matth 3.
Matth. 7.
Marc. 7.
Ioan. 19.
Ibid. & alibi.
Matth. 21. & alibi.

Quartò, confert ſtudium linguarum ad quaſdam voces, ſiue Hebræas, ſiue Græcas facilius percipiendas, quæ in editione Latina, vel conſillo Spiritus ſancti ſeruatæ ſunt, vt lectores ad perdiſcendas linguas allicerent: vel propter ſanctiorem antiquitatis autoritatem, vel quòd in alienam linguam commodè transferri minimè poterant, niſi periphraſticè, vt Auguſtinus animaduertit lib. de doctrina Chriſtiana. Talis eſt vox illa Emmanuel, quæ ex tribus dictionibus conſtat, Raca, Corban, Manna, Gabbatha. Paſcha, Golgatha, Alleluia, Cherubim, Seraphim, Amen, Oſanna: in qua voce, ob imperitiam linguæ Hebraicæ, lapſus eſt Hilarius, vt tradit Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum. Et 1. ad Corinthios 16. dicitur: *Si quis non amat Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM, *ſit anathema Man-atha*. Vbi vox anathema, Græca eſt; Maran-atha verò non tam Hebræa, quàm Syra, & vt diſſerit Hieronymus ad Marcellam interpretatur, *Dominus noſter venit*, & ſit ſenſus: Sit maledictus, eo quòd Dominus veſter iam venit, & grauiſsimo ingrati animi vitio peccat, qui tantum Redemptorem non agnoſcit, vel agnitum non diligit. Quanquam di poſsit, præteritum pro futuro eſſe poſitum, vt ſit ſenſus: Reprobatur in ſecundo Domini aduentu ad iudicium, quando Dominus iuxta vaticinium Malachiæ, veniens percutiet terram anathemate. Porrò Hieronymus In epiſt. ad Galat. *Abba Hebraicum eſt*, inquit, *id ipſum ſignificans, quod & pater: & hanc conſuetudinem Scriptura conſeruat, vt Hebraicum verbum cum interpretatione ſua ponat.*

B. Hieron. ep. 145. init. to 3 ante med.
Idē Hier. ep. 137. eod. tom.
Malach. vlt.
Idē in e. epiſt. ad Galat ſub init. tom. 9.
Rom. 8.
Galat. 4.

Græcę voces in Latinā linguā deriuatæ quænam ſint illæ in Scripturis vſurpatæ.

Ex Græca verò lingua quàm plurimæ dictiones deriuatæ ſunt ad nos, quas iam vſus Scripturarum, & conſuetudo Latinorum præmolliuit: quales ſunt, Biblia, Geneſis, Exodus, Deuteronomium, Paralipomenon, Prophetæ, Pſalmus, Pſallere, Eccleſiaſtes, Parabolæ, Chriſma, Chriſtus, Chriſtiani, Paracletus, Eccleſia, Synagoga, Angeli, Archangeli, Throni, Apoſtoli, Papa, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Martyres, Euangelium, Epiſtolæ, Apocalypſis, Canonicæ, & Catholicæ Epiſtolæ, Scenopegia, Pentecoſte, Encænia, Neomenia, Paraſceue, Gazophylacium, Eunuchus, Phylacterium, Myſterium, Symbolum, Baptiſmus, Euchariſtia, Character, Abyſſus, Alabaſtrum, Grabatum, Cataclyſmus, Drachma, & Didrachmum, Talentum, Obulus, Stater, Cathedra, Exedra, Hydria, Echo, Catechizare, Catechumenus, Architriclinus, Euangelizare, Euangeliſta, Agonizare, Chirographum, Rhinoceros, Pſeudoprophetæ, Pſeudoapoſtoli, Pſeudochriſti, Hæreſis, Thalamus, Lecythus, Nycticorax, Scandalum, Schiſma, Chaos, Mœchia, Anathema, 1. *Paſtophorium*, id eſt, thalamus, in quo edit, vel habitat præfectus templi, 2. *Melota*, id eſt pellis ouina, ſicut 3. *Aegota*, pellis caprina, & vtraque vox ab Apoſtolo vſurpatur, 4. *Lithoſtrotos*, id eſt pauimẽtum pulchro lapide ſtratum, 5. *Ortygometra*, id eſt, Rex Coturnicum, 6. *Cynomyia*, id eſt Canina muſca, 7. *Cenomyia*, id eſt multiplex & varia muſca, 8 *Obryſum*, id eſt purum, & igni excoctum. Hieronymus in Hieremiam: *Obryſum*, inquit, *quaſi ophiriſum*, quale ex Ophir adducebatur. Zona, Stola, Lacryma, Diplois, Chlamys, Idololatria, 9. *Diadema*, Marſupium, id eſt, Sacculus nummorum, 10. *Elata*, dictio Græca, eſtque ſpecies abietis, 11. *Xenia*, munuſcula, ſiue dona, 12. *Conopeū*,

1. 3. Eſdr. 8. & 9. & 1. Mach. 4.
2. Hebr. 11.
3. Ibidem.
4. Ioan. 19.
5. Sap. 19.
6. Pſal. 77.
7. Pſal. 104.
8. 2. Par. 3. Iob 28. & 31 Iſai. 13. Dan. 10. Hieron. in c. 10 Hierem.
9. Gen 3.
10. Cant. 5.
11. 1. Mach. 11. Oſe 10. iuxta 70.
12. Iudith 10 & 13. & 16.

genus

13. 5.*Mac.*4. genus veli ad arcendas muſcas, 13.*Ephebia*,
pubertas vel prima ætas adoleſcentiæ. Ex
in libro Machabæorum explicatur, cùm
dicitur: *Etenim auſus eſt* (Antiochus) *ſub ip-*
ſa arca gymnaſium conſtituere, & optimos quoſ-
14. 2.*Par.*35. *que ephebeorum in Lupanaribus ponere.* 14.*Mau-*
ſoleum, ſepulchrum magnificentiſsimum,
quod Artemiſia Mauſoli vxor marito ſuo
mortuo conſtruxit: de quo in libro Para-
15.*Gen.*17. lipomenon. Hebdomada, Kalendæ; 15.
*Exod.*28.& *Polymita*, veſtis ſeu tunica diſcolor, 16.*Colly-*
36 & 39. *rium*, medicamentum, & 17.*Collyrida*, ocu-
*Eze.*16.*et* 27. lorum, 18 *Bolis*, laculum, ſiue inſtrumentum
16.*Apoc.*3. quo maris profunditas perpenditur, 19.*Au-*
17.*Le.*3.& 8. *chalcum*, dicitur propriè Orichalcum, me-
2.*Reg.*6.
18. *Act.*27. tallum eſt auro in colore ſimile: & dicitur
19.3.*Reg.*7. apud Italos Ottone, Hiſpanicè Laton: pro
*Eccl.*47. illa voce legitur in Græcis χαλκολίβανον;
*Apoc.*1. & 2. quæ vox compoſita ex ære, & thure: & te-
20.*Act.*27. ſte Suida, erat genus electri auro pretioſius,
*Horat.*1. *Car.* 20.*Dithalaſſus*, de quo Lucas in Actibus, lo-
Ode 7. cus habens vtrinque mare, vt Corinthus,
de qua:

Bimariſve Corinthi
Mœnia.

21. *Dan.*13. 21.*Smogma*, apud Danielem, id eſt ſapo, me-
52.*Hier.*2. dicamentum ad tergendum, quod Hebrai-
53. *Mal.*3. cè dicitur ברית id eſt herba, 22. *Borith*, a-
54.*Iſa.*30. pud Heremiam, & 23. *Herba*, fullonum
25.*Sap.*16. ab interprete noſtro apud Malachiam:
26.1.*Cor.*8. 24. *Migma*, id eſt, mixtio ſeminum, ſeu gra-
27.*Ibidem.* norum in Iſaia, 25. *Malagma*, id eſt malua,
*Apoc.*2. 26. *Idolium*, id eſt menſa, vel templum in
28.1.*Cor.*4. honorem idolorum conſtructum, 27.*Ido-*
29.*Eccl* 6. *lothytum*, id eſt, immolatum idolo, 28. *Peri-*
30. *Infra* 20. *pſema*, id eſt ramentum, vel ſcobos, 29. *Eu-*
31 *Infr.*23.3. *charis*, eſt facetus, vel vrbanus, ſermone pol-
Seneca.
32. *Supra* 8. lens, 30. *Acharis*, contrarium, ſine gratia, vel
iuxta 70. lepore, inſuauis, ſiue iniocundus, 31.*Infruni-*
*Iſai.*59. *tus*, id eſt ſtolidus, vel inſipiens: qua etiam
2.*Cor.*4. voce vtitur Seneca lib. de Beneficijs, 32.*Apo*
33.*Sap.*18. *riri*, indigere, vel aporijs, id eſt, dubitatio-
*Eccl.*27. nibus vexari, Aporia paupertas, 33. *Poderis*,
*Apoc.*1. veſtis demiſſa vſque ad talos, 34. *Pleiades*,
34. *Iob* 38. 35. *Arcturus*, 36.*Heſperus.* 37.*Hyades*, quæ ſunt
35. *Ibidem* 9. cœli conſtellationes, 38.*Cophinus*, 39. *Archi-*
& 37. & 38. *ſynagogus*, 40 *Brauium*, 41.*Epinicion.* & 42.*Epi-*
Amos 5. *nicia*, 43. *Telonium*, *Stigmata*, *Sycomori*, &
36.*Iob* 9.*iu-* Luter, ſiue λουτὴρ, id eſt peluis, τριήρης, vel
xta 70. trieris, Num.24. Dan.11. & pleræq; aliæ di-
37. *Ibidem.* ctiones, quæ in vaſto Scripturarum volu-
38. 4.*Reg.*10 mine inueniuntur.
*Pſalm.*8.
*Matt.*14. & Et ſicut Latinis Græcæ linguæ cognitio
16. & *alias.* vtilis inuenitur; ita etiam Græcis Latinæ
39. *Marc.*5. linguę comprehenſio multum prodeſſe va-
*Luc.*13. let. Habet enim Euãgelium Græcum mul-
*Act.*18. tas voces Romanas, quales ſunt: Legio, Prę-
40.1.*Cor.*9. torium, Spiculator, Denarius, Numiſma cẽ-
*Philip.*3. ſus, Titulus, Flagellum, Flagellare, Suda-
41.2.*Par.*15.
42. 5.*Mac.*8.
43.*Matt.*9.
*Luc.*6.

rium, Simicinctia, Sicarij, Colonia, Macel-
lum, Membrana, Penula. Quadrans, Aſſa-
rium ab aſſe: libra quoq; λίτρα, vnius literu-
læ mutatione à Grçcis ſcriptoribus ſumpta
eſt ex Romana lingua, vt docet Iulius Pol- *Iulius Pollux.*
lux, & milliare, quòd Græcè μίλιον dicitur, Vocis, cuſto-
& à Latinis eſt acceptũ. Cuſtodia ambigua, dia, triplex
ſignat carcerem: vt, Educ de cuſtodia ani- ſignificatus.
mam meam. Secundò, ſignat reos vinculis *Pſal.*141.
detentos, vt cùm dicitur in Actis: *Iudicatum* *Act.*27.
eſt tradi Paulum cum reliquis cuſtodijs, Centu- *Ibidem.*
rioni, &c. Infra: *Militum conſilium fuit, vt cu-* *Matth.*27.
ſtodias occiderent. Tertiò ſignat partem ali- & *infra* 28.
quam militum poſitum ad cuſtodiam: quo
ſenſu Matthæus vſurpat.

Sunt pręterea nomina quędam, ſiue ver- Quæ nomi-
ba, quæ melius Græcè dicta intelliguntur, na, ſeu verba
quàm Latinè: vt eleemoſyna, plus intelligi in ſacris li-
tur, quàm miſericordia: planetę, plus quàm bris vſitata ſo
errones: colla plus quã gluten, vel glutinũ; nent ſignifi-
cometa, plus quàm crinitus. Idem de nomi- cantiùs.
nibus presbyteri, Diaconi, Epiſcopi, & Pa-
pę, Angeli, plus, quàm vocibus ſenioris, mi-
niſtri, ſuperintendentis, legati, & aui, & nũ-
tij. Significantiores etiam voces Baptiſmi,
Euchariſtiæ, Scandali, Eccleſiæ, Euangelij,
Catechizandi, & Exorcizandi: quàm ſub-
merſionis, gratiarum actionis, offenſionis,
congregationis, boni nuntij, inſtituendi, &
adiurandi.

Erant etiã pleræq; voces Perſicę: vt Para Perſicis voca
diſus, id eſt hortus. Gaza, id eſt diuitię, & a- bulis diuinæ
pud Daniel. Artaba mẽſura frumẽtaria, ca- literæ quibus
piẽs medimnũ Atticũ, & chonicas tres, teſte vtantur.
Herodot. Halicarnaſ. Vt interim nõ omit- *Gen.*2.*ac ſæpè alibi.*
tam, in ipſo Euãg. Syriaco, præſertim verò *Eſther* 3.
Matthæi, qui ea lingua creditur ſcripſiſſe; *Ezech.*27.
pleraq; & Latina, & Græca vocabula inue- *Act.*8.
niri, de quibus alio loco dicendum erit. *Dan.*1.

Quintò, vtile eſt linguarũ donum ad plu Artaba apud
res ex eadẽ ſententia Catholicos ſenſus eru Daniel. quid.
endos, pręſertim cũ vox Grçca, vel Hebra *Herodot. Ha-*
ica ambigua ſit, & πολυώνυμος, nam interpres *licarn. lib.*1.
non potuit niſi vnũ tantùm vocis ſignifica- V. vtilitas, ſeu
tum exprimere. Quòd ſi omnes ſignifica- fructus cog-
tiones ad rem propoſitam faciant, nõ ſunt nitionis lin-
reſpuẽdæ, ſed complectendę. Vt verbi gra- guarum.
tia: *Videbunt in quem transfixerunt*, vel in quẽ Vbinam Scri
inſultauerunt: nam vtrumq; vox Hebræa pturarum ea
vario modo ſcripta ſignificat: & Ioan. ver- dem ſententia
tit, transfixerunt, Septuaginta, inſultaue- in Hebrço va
runt, & vtrumque verum fuit. Et illud, riã admittat
Pſal. 138. *Non eſt occultatum os meum à te quod* intelligẽtiam
feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus *Zach.*12.
terra: id eſt, vis ſubſiſtendi, quæ in ventre *Apoc.*19.
matris quaſi in abdito antro deliteſcit. Pro 11. Locus.
vltimis tamen verbis dicitur in Hebræo, *Pſalm.* 38.
רקמתי, id eſt, mirificè plaſmatus ſum, & Quid illud
cõtextus: Et ad literam dicitur, recamatus Pſalm. Et ſub
ſtantia mea in inferiori-
bus terræ.

ſum,

ſum, acu pictus, vt Phrygium opus auro intextum: ita homo carne, oſsibus, neruis, cartilagine, Hieronymus vertit, *Imaginatus ſum*, paſsiuè, id eſt, ad imaginem Dei factus, ſicut qui acu pingunt, habẽt exemplar imaginis quam depingunt. Et rectè dicitur, in nouiſsimis terrę, ſiue in inferioribus terræ, alludẽs fortaſſe ad locũ, vbi ſolent eiuſmodi artifices laborare, in infimis ſcilicet domus partibus, & ſubterraneis locis, ne magnis & crebris ictibus domus fundamẽta concutiant.

Hiero. tom. 8. Gen. 1.

III. Locus.

Iſai. quoque 5. dicitur: *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas*: L X X. verterunt, *Et fecit ſpinas*: & vtrunque vox Hebręa ſignificare deprehenditur, vt Rabbini tradunt.

IV. Locus. *Ioſeph. lib. 6 antiq. cap. 8. ante med.* Quales ferè ſint homines pingues.

Adhæc 1. Reg. 15. Rex Amalech, dicitur à Hieronymo, pinguiſsimus, at verò à Ioſepho, formoſiſsimus, & Chaldæa paraphraſis vertit, delicioſus: quia videlicet vox Hebræa omnia illa ſignificat, ſolent enim pingues eſſe formoſi, & delicioſi.

V. Locus.

Ad Roman. 3. habet Apoſtolus: *Propter remiſsionem præcedentium delictorum*: in Græco eſt, Διὰ τὴν πάρεσιν; quæ vox homonyma eſt ad remiſsionem, & ad tabem, diſſolutionem, & mortificationem, quam humanæ naturæ peccata præcedentia inuexerunt. Et ſic interpretatur Chryſoſtomus, dicens: *Nondum ſiquidem ſanitatis ſpes erat, ſed quemadmodum corpus reſolutum manu adiutrice opus habebat, ita & anima morti obnoxia*. Sic ille, accipiens πάρεσιν, pro παράλυσιν; atque videtur ipſius Pauli diſputatio illam ſignificationem exigere, & præſertim quæ ſequuntur verba, in ſuſtentatione Dei, quia diuina bonitas tolerabat illam peccatorum tabem, quoad veniret medicus. Oecumenius eundem nouit, qui ait: *Iuſtitia illius demonſtratio in hoc maximè facta eſt, quòd diſſolutos, hoc eſt, peccatis ſuis immortuos iam homines iuſtificauit*. Hæc ille.

B. Chryſ. ſer. 7. in epiſt. ad Rom. multò ante dimid. to. 4. in prin.

Oecum. c. 5. in epiſt. ad Rom. cap. 3.

V I. Locus. Quidam inter alia à B. Hierony. aliter quàm 70. vitis cõuerſa. *Pſalm. 109. Hieron. to. 8. Gen. 47. Hebr. 11.*

Hinc eſt vt in multis vertendis variet Hieronymus à Septuaginta interpretibus. Septuaginta enim verterunt: *Tecum principium in die virtutis tuæ*. Hieronymus verò, *Populi tui duces ſpontanei erunt in die fortitudinis tuæ*. Septuaginta verterunt: *Adorauit* (ſcilicet Iacob) *ad faſtigium virgæ*, id eſt, ad ſceptrum, quod gerebat in manibus Ioſeph. quam lectionem ſequitur

VII. Paulus ad Hebræos. Hieronymus verò, *Adorauit Iſraël Dominum conuerſus ad lectuli caput*: vbi nihil de adoratione, ſed tantùm inclinatione capitis præ imbecillitate.

VIII. Illud quoque Eccleſiaſtici 2. *Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam*: admonet Hieronymus legi poſſe ex Hebraica litera: *Cogitaui trahere in vinum carnem meam*: quod eſt oppoſitum priori ſententiæ, ita enim vertit Chaldæus: *Exploraui in corde meo ad protrahendam in domo vini carnem meam*. Quanquam lectio noſtra videatur præſtantior, vt ibidem ſubdit Hieronymus: nam abſtractione animi à vino comparatur ſapientia. Multa alia exempla produci poſſent de multiplici ſenſu Scripturæ, ſed his paucis in præſentia contentus ſum, quia alio loco de his vberius fuit dictum.

Idem tom. 7.

Acquirendæ ratio ſapientiæ qualis, teſte Salomone.

Sextò, linguæ deſeruiũt ad feſtiuas quaſdam vocum alluſiones in Scriptura intelligendas, quæ in alienam linguam conuerſæ, gratiam minimè habent. Vt, gratia exempli, nomen Adam, ab Adama, id eſt, terra ſumptum, quia de ea aſſumptus eſt. Nomen Chaua, id eſt Heua, à verbo Chaia, id eſt, vixit: vnde dicta eſt mater cunctorum viuentium. Nomen Cain, à poſſeſsione. nam Cana poſsidere ſignificat. Nomen Abel, à fletu acceptum eſt: quia primus interfectus materiam fletus parentibus dedit. Nomen Seth, eo quòd appoſitus ſit à Deo pro Abel fratre interfecto. Noe à conſolatione dictus eſt: nam inuenit inſtrumenta agriculturæ prius ignota, vt tradunt Hebræi, & Scriptura tacitè innuit, dicens: *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus*. Abraham, Iſaac, & Iacob, nomina ſunt ſortiti à diuerſis euentibus, quæ ipſis congruebant: vt, Abrahæ, eo quòd pater eſſet futurus multarum gentium: Iſaac, à riſu, quia mater in eius optato partu dixit: *Riſum fecit mihi Deus*. Iacob, eo quòd ſupplantauerit fratrẽ. Duodecim filij Iacob, & Patriarchæ ſuis peculiaribus & ſignificantibus gaudent vocabulis. Babel, à confuſione linguarum dicta eſt. Phaleg dictus eſt, eo quòd ſua ætate diuiſæ ſunt linguæ, & propterea Phaleg interpretatur diuiſio. De Nabal teſtatur Abigail: *Secundùm nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo*. Iſrael dictus eſt, eo quòd contra Deum præualuerit: *Si contra Deum*, inquit, *fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* Samuel ſic dictus eſt, eo quòd eſſet à Deo poſtulatus. Hieremiæ dictũ eſt: *Quid tu vides, Hieremia? Qui dixit: Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad eum: Benè vidiſti, quia ego vigilabo ſuper verbo meo, vt faciam illud*. Vbi B. Hieronymus perpendit, vocem שקד ambiguam eſſe, & ad vigiliam, & ad nucem. Vt poſsit eſſe ſenſus: Virgam nuceam, vel vigilantem ego video.

VI cõmodũ. Hebręorum quorundam nominum etymologiæ. *Gen. 3. Ibidem. Ibidem. Infra 4. Ibidem. Infra 5.* Telluris inſtrumẽta colendę primus adinuenit Noe, & vnde id conſtet. *Ibidem. Supra 3. Infra 17. Rom. 4. Infra 21. Infra 27. Infra 43. & ſeq. Supra 11. Ibidem. 1. Reg. 25. Gen. 32. 1 Reg. 1. Hierem. 1. B. Hieron. in Hiere. c. 1. lib. 1. tom. 5.*

Et idem in capit. 12. Eccleſiaſtis ſcribens ait: Quomodo in Hieremię principio verbum שקד Soked, ſi varietur accentus, & nucem ſignificat, & vigilias. Et dicitur ad eum; *Quid tu vides Hieremia? & reſpondit, Baculum nuceum. Et ait Dominus ad eum, Benè vidiſti*:

Idem tom. 7. Soked Hebræa duo ſignat, teſte Hieron.

vidiſti: quia ego vigilabo ſuper verbum meum, vt faciam illud, vel illud. Et habet etymologiam nucis, quòd vigilaturus ſit Deus, & retributurus populo quod meretur, ſermonis occaſio eſt. Hæc ille. Similis alluſio obſeruatur apud Danielem c. 13. Nam interrogatus vnus ex ſenioribus: *Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait, ſub ſchino. Dixit autem Daniel, Rectè; mentitus es in caput tuum: ecce enim Angelus Dei accepta ſententia ab eo ſcindet te medium:* alludens in nomine ſchinos ad verbum σχίσει, ſignificat enim ſcindere. Alter verò reſpondit: *Sub prino.* Cui ſimiliter dixit: *Rectè, mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos.* Vbi in nomine πρῖνος alluſit ad verbum πρίσαι, quod eſt ſcindere, vel ſecare. Quas alluſiones qui ignarus ſit linguæ Græcæ, difficilè capiet. Quod ſi obijcias, Quomodo hæc à Daniele dici potuerint, qui Hebraica, vel Chaldaica tantùm lingua locutus eſt? Reſpondendum eſt, vel interpretem in his arboribus delineaſſe alluſionem aliquam in Chaldaicis vocabulis expreſſam, ad pœnas, & ſupplicia: quemadmodùm Latinè cùm gratia vocũ dici poſſet: Si ſub arbore pruno fuiſti, prunis ſæuiſsimis vſtulabere: ſi ſub malo arbore, malis ſempiternis cruciabere. Ita potuit Daniel Chaldęis vocibus aliquod ſupplicium, quod cognatum eſſet illis dictionibus, & illis reſponderet, apponere. Commoda etiam erit ſolutio, ſi dicamus hanc hiſtoriam à Daniele nõ tantùm Chaldæa, vel Hebrea lingua eſſe conſcriptam, verùm etiam Græca. Nam cùm eſſet Daniel in aula regia educatus, & omni ſcientia Chaldæorum excultus, mirum non eſt ſi linguam Græcam, quæ eo tempore latè patebat, cognoſceret, & in ea etiam hiſtorias conſcriberet. Quam cùm Theodotion inueniſſet, vel à Iudæis accepiſſet, illam additionem ſuę adiunxit. Similé alluſionem facit autor Eccleſiaſtici: nam c. 43. *A Luna*, ait, *ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in cõſummatione. Menſis ſecundùm nomen eius eſt creſcens mirabiliter in conſummatione.* Luna enim μήνη dicitur, & menſis μὴν apud Græcos. Hinc Latinè menſis dictus. Vtrumque verò vna voce Hebræa ירח appellatur. Cicero tamen libro de Natura Deorum menſes dictos putat ex eo, quòd menſa ſint ſpatia. Tamen Macrobius, & hic autor, qui eſt Ieſus filius Sirach, nomen menſis deriuat à voce μήνη, quòd vna lunatione terminetur. Quod verò ait: *Minuitur in conſummatione*, ſenſus eſt, poſtquam conſummatum eſt, incipit deficere. *Fortis*, inquit, *in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi in Prophetis, qui fuit magnus ſecundùm nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei*, alludit ad Ieſu nomen, quod Saluatorem ſignificat: quemadmodum etiam Angelus Matth. 1. dixit; *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Similiter Paulus de ſeruo Oneſimo, quẽ Chriſto lucrifecerat, alludens ad eius nomen, ait: *Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis.* Similia alia deprehendi poſſunt ab ſtudioſis in ſacris literis.

Dan. 13.
Ibidem.
Quomodo illa ſchini, & prini arborũ alluſio à Græcis ducta Danieli Hebraicè, vel Chaldaicè loquenti conuenire potuerit.
Qualis gemina illa videri poſſit alluſio.
Dan. 1.
Eccl. 43.
Nomen mẽſis vnde ductum.
Cic. lib. 11. de Natur. Deo. à med. Macrob. lib. 1. in ſom. Scipionis.
Quid illud Eccleſiaſtici de Luna, quòd minuitur in conſummatione.
Eccl. 46.
Ad Philem.

VII. vſus.

Septimò, conducit eiuſmodi ſtudium ad diſputationem, quæ inſtituitur cũ infidelibus, ſiue Iudæi ſint, ſiue Græci, & cũ Hæreticis, qui nobis improperant Hebraicæ & Græcæ linguarum ignorationem, & quod vt peregrini in aliena Republica verſamur, & curioſè, quæ non ſatis nouimus, ſcrutamur. Vnde & Apoſtoli antequam à Chriſto Domino ad diſſeminandum Euangelium deſtinarentur, dono linguarum præditi fuerunt, quo, quæ pollicitus eſt in Euangelio: *Ego*, inquit, *dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri*, abundè adimpleuit. Vnde in die Pentecoſtes repleti ſunt Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis magnalia Dei, Symbolum edentes eorum; quæ per vniuerſum orbem diſpertiti erant, perſecturi, vt promptius alienæ linguæ homines in fide inſtituere, & eos, qui ſe catechumenos erudiendos præſtant, omni ſalutari doctrina imbuere poſſent. Quæ cauſa ſola illa in Clementina De magiſtris adſertur, propter quam in ſtudiis generalibus tradi linguas velit: alioqui quorſum ibi Chaldæa, & Arabica lingua doceri præcipitur? Qua ratione fit, vt ſicut olim primitiua Eccleſia munere linguarũ deſuper infuſo prędita erat, ita pręſens hoc eodem dono gaudeat, etſi humano labore, & induſtria parto. Quod etſi miraculo, vt tunc, tribuendũ non ſit, eſt tamen maioris meriti apud Deum, ob operã & induſtriam quæ in eis addiſcendis ponitur.

Luc. 21.
Act. 2.
Clement. 5.

VIII. cõmodum Trilinguis notitiæ.

Octauò, vſum non mediocrem linguarum ſtudium præbet ad percipiẽdos locos, qui ab interprete reddi poterant vel breuiùs, vel apertiùs, vel ſignificantiùs, vel magis Latinè & propriè. Nam vt hęc exemplis illuſtrentur, Ioan. 2. dicitur; *Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt:* clariùs vertiſſet, mihi antelatus eſt, vel Mihi præpoſitus eſt, vel Me anteuertit: ſimilitudine ab eo ſumpta, qui poſt nos currit, & tamen curſu nos præuertit.

Quænam in Nouo Teſtamẽto obſcuriùs reddita clarius verti potuiſſent.

Quod dicitur: *Sapè expugnauerunt me:* poſitum eſt pro, pugnauerunt. Ita intellige, quod Apoſtolus dixit; *Perſequar Eccleſiam*

Nõnulli alij loci tũ Veteris, tũ Noui Teſtamenti

Dei, & pugnabam, pro impugnabam. Et quod ſubdit Propheta: *Etenim non potuerunt mihi*: potuiſſet verti ſignificantius: non præualuerunt mihi. Cùm dicitur: *Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium in terra*: magis templum, ſeu ſanctuarium reddi poterat verbum ἁγίασμα. Illud quoque Pſalm. 138. *Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris*: paulò obſcuriùs dictum eſt. Et eſt ſenſus: Si ſumptis alis euolauero ab Oriente in Occidentem. Nam per diluculum, Orientem intelligit, partem quæ primò illuſtratur; per extrema maris periphraſticè Occidens deſignatur. Terra enim promiſſa, ab Occidente mare noſtrum habet. Hinc Chaldæus interpres vertit: *Si ſuſtulero alas auroræ, & habitauero in nouiſſimis Occidentis*. Item Pſalm. 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram*: ſubaudi petitionem, vt dicitur 3. Regum 3. *Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te*. Tamen Septuaginta & Hebræam veritatem noſter interpres ſecutus, in fœminino Vnam poſuit, eo quòd apud Hebræos illud genus ponitur pro neutro. Et ita eſt ſenſus: Vnum petij à te, & hoc requiram. Similiter Pſalmo triceſimoquarto dicitur: *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam*: obſcuriùs verſum eſt, ſed facilè quis mederi poſſet, addendo præpoſitionem *Ad*: quaſi ad proximum, & quaſi ad fratrem noſtrum, ſic complacebam, & ſic ferè vertit Hieronymus: niſi quod loco verbi, Complacebam, vertit Ambulabam. Aut ſi caſus accuſandi mutetur in Datiuum, melius haberet, & ſic Septuaginta dixerunt: Ὡς πλησίον ὡς ἀδελφῷ ἡμετέρῳ οὕτως εὐηρέστουν. *Quaſi proximo, quaſi fratri noſtro ſic complacebam*. Et poſſet etiam per nominandi caſum optime interpretari: Quaſi amicus, & quaſi frater, ſic placidè conuerſabar erga illos. Quod ſequitur: *Quaſi lugens, & contriſtatus, ſic humiliabar*: apertiùs ex Hebræo interpretatus eſt Hieronymus: *Quaſi lugens mater triſtis incuruabar*: id eſt, pro malo Inimicorum meorum non ſecus dolebam, quàm mater ſuper mortuo, vel infirmo filio. Sunt verba Chriſti, vt ipſe Ioan. decimoſexto, applicauit ſibi ex hoc Pſalmo verſiculum illum: *Quia odio habuerunt me gratis*. Roman. duodecimo: *Non vos, inquit, defendentes chariſsimi*: clariùs vim verbi Græci expreſsiſſet, vertendo, non vos vindicantes: quia vindicta ſemper prohibetur, defenſio iuſta non reprehenditur. Illud Actorum 26. *In modico ſuades me Chriſtianum fieri*: apertior eſſet lectio, ſi vertiſſet: Parum abeſt, quin perſuadeas me fieri Chriſtianum. Et Actorum 27. cùm iam non eſſet tuta nauigatio, eo quòd ieiunium iam præterijſſet, clariùs eſſet verſum, eo quòd extra tempus ſuſtinuiſſent inediam. Et Act. vlt. *Manſit biennio toto in ſuo conductu*: quia Græcè dicitur ἐν τῷ ἰδίῳ μισθώματι, faciliùs, & apertiùs tranſtuliſſet, in conductis ædibus, quemadmodum etiam habet codex Syriacus. Sexcenta ſunt eiuſmodi, quæ lector ſtudioſus & diligens conſulendo exemplaria per ſeipſum intelligere poterit. Certè gratiam, & venuſtatem Threnorum Hieremiæ, qui alphabetici ſunt, & quorundam Pſalmorum, præſertim 118. 111. & 33. & vltimi cap. Prouerbiorum Salomonis non apprehendet, qui alphabetum Hebræum ignorauerit: & numerum nominis beſtiæ, de quo Apocal. 13. ſine alphabeti Græci intelligentia, cuius literæ numerum certum ſignificãt, nunquam intelligere valebit. Iam ad argumenta in contrarium facta reſpondemus: Vanũ, aut inutilem linguarum laborem non eſſe: quoniam, vt latè explicauimus, plures fructus eiuſmodi ſtudium ſecum adfert. Nam etſi non liceat quicquam mutare, vel emendare ex his, quę interpres noſter vertiſſe comperitur; poteſt tamen & quod ad elegãtiam attinet, vel ad breuitatẽ, & perſpicuitatem melius aliquid dici, vel verti ad illud ipſum illuſtrandum, vel explicandum.

Quòd verò Paulus ſtudium linguarum reprehendat, verum non eſt: nam & ipſe in multitudine linguarum gloriatur, & eas inter dona Spiritus ſancti connumerat. Tantùm ergo reprehẽdit eos, qui illis ad gloriã, & oſtentationem abutuntur, & qui plus illi dono hærebant, quàm par eſſet. Nec enim in illis eſt inhærendum, aut conſeneſcendum, vt plurimi etiam nunc faciunt, ſed ad maiora dona progrediendum. Maius enim eſt donum Prophetiæ, ſiue interpretationis ſermonum, vt meritò Paulus dicat: *In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam; quàm decem millia verborum lingua*. Et iterum: *Qui loquitur in lingua, Spiritum ædificat: qui autem prophetat, Eccleſiam Dei ædificat: volo autem omnes vos vti linguis; magis autem prophetare*. Et vtrique dono, id eſt, linguis, & prophetiæ, & ſcientiæ, & fidei, & omnibus alijs anteſert charitatem, cùm ait: *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c.*

Quod verò homines noſtro ſeculo linguarum ſtudium conſectantes, in varios, & perniciosos Fidei errores inciderint, dicendum eſt, illud hominum vitio magis contigiſſe, quàm ipſarum linguarum: quarum cum eſſet peritiſsimus Hieronymus,

atque

Marginal notes:

Proferuntur minus perſpicuè reddita. *Pſalm. 128. Galat. 1. Pſalm. 128. Pſalm. 77.*

Quid illud Dauidicũ: Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.

Fœminini generis pro neutro vſus eſt apud Hebræos

Hiero. tom. 8.

Idem ibidem.

Ioan. 16.

Quænam veteris Scripturæ partes, Hebraici alphabeti ſine notitia cõmodè ſatis intelligi nequeant.

Rationes, & argumenta oppoſitę ſententiæ diluũtur.

I. Argument.

II. Argum. *1. Cor. 14.*

Suprà 12. & ſeq.

Linguę quatenus addiſcendæ. *Ibidem.*

Quænam Spiritus ſancti chariſmata dono linguarum ſint potiora. *Ibid.*

Suprà 13.

III. Argum.

Quod mul noſtro ſeculo linguarũ ſcientes fal

[margin: ..a dogmata condiderint, vnde factum ſit.]

atque alij præcellentes in Eccleſia Dei viri, nullam tamen hæreſim condiderunt: imò omnibus erroribus ſe oppoſuerunt, & fortiter contra eos de linguis, & vocum ſignificatis dimicantes, glorioſum triumphum reportârunt. Ad hæc, multi in Eccleſia Dei extiterunt, qui nullo linguarum præſidio fulti, ſed ſola Latina lingua ruditer, & tenuiter cognita, hæreſes excogitârunt: vt fuit Berengarius, Ioannes VVicleff, & Ioannes Hus. Imò etiam, quod maius eſt, etiam Latinæ linguæ cognitione deſtituti, vt VValdéſes, qui dicti ſunt Pauperes de Lugduno, habentes in materna, ſiue vernacula lingua Scripturas conuerſas, in innumeros errorum ſcopulos impegerunt. Non eſt ergo linguarum peritia tanti mali fons, & cauſa, ſed ſuperbia, pertinacia, ambitio, & contendendi, & vincendi ſtudium: & denique ipſarum linguarum abuſus.

[margin: Quidã olim ... linguarũ cognitione atque ſcientia penè deſtituti, à fide tamen grauiter aberrauerunt.]

[margin: IV. Argum. Parua etiam cur magni facienda ſint.]

Quòd verò eiuſmodi linguarum cognitio, res parua eſſe videatur, & contempta, & ad Grâmaticos ferè ſpectans, non debet nos ab earum ſtudio deterrere: quia parua non ſunt, ſine quibus magna conſtare non poſſunt. Veros autem, & germanos ſenſus ex Scripturis eruere, aut hæreticos, & pernicioſos confutare, plerunque ex huiuſmodi, quæ leuia, & minutula in ſe ipſis videntur, pendere ſolet. Vt iam ea ratione linguę maximum præſtent adiumentum ad veritatem agnoſcendam, & amplectendum; & ad falſitatem refellendam, & expugnandam.

PROLEGOMENON XIV.

In quo de Phraſibus, & Idiotiſmis linguarum Hebraicæ, & Græcæ agitur, quatenus ad ſacrarum literarum intelligentiam facere poſſunt.

SVperiori Prolegomeno permultas & magni momenti trium linguarum vtilitates perſecuti ſumus, quæ ad ſacros Scripturarum ſenſus rectè eruendos adminiculum non modicum præbebant, & quarum ignoratio ſolet lectores ab intelligentia aſſequenda plurimum retardare: iam præſenti loco de poſtrema vtilitate earum nonnihil diſſerendum eſt. Confert enim hic labor ad idiomata, & phraſes, & prouerbia alienæ linguæ faciliùs percipienda, quę cùm nonnulli neglexerint, ad abſurdos, vel etiam duros & violẽtos ſenſus eruendos prolapſi ſunt. Et quoniam omnis Scripturæ, tum Veteris, tum Noui Teſtamenti autores ferè Hebræi fuerunt: hinc ſit, vt ſcribentes vel Græcè, vel Latinè (ſi quid tamen in ea lingua ſcriptum reliquerunt) phraſes Hebræas, vel dialectos, & Prouerbia illis trita, & familiaria frequenter vſurpauerint, ita vt quodammodò etiam ad Nouum Teſtamentum pleniùs intelligendũ quàm plurimum vtilitatis adſerat Hebrææ linguæ perceptio.

[margin: Alia vtilitas peritiæ linguarũ trium.]

Vt enim de præclaro hiſtorico Liuio, qui lacteo eloquentiæ fonte manare, à quodam ex noſtris dictus eſt, ſuas habere Patauinitates traditur: & Hiſpanus Italica eleganter loquens, vel ſcribens, ſuos effundit Hiſpaniſmos, & Germanus Italicam, vel Hiſpanicam reſonãs linguam, ſuos habet Germaniſmos: ita planè Apoſtoli, & Euangeliſtæ Græcè ſcribentes ſuis abundant Hebraiſmis, & natiuis, & germanis prouerbijs, & eius linguæ phraſibus.

[margin: T. Liuij qualis facundia. B. Hieron. ep. 103. init. tom. 3. in princ. Quint. lib. 1. c. 5. circa fin. Pollio Patauinitatem in Liuio deprehendit, teſte Quintiliano.]

Hinc Hieronymus in librum Eccleſiaſtici: *Prouerbia, inquit, & parabolas compoſuit Salomon, aliud in medulla, aliud in ſuperficie pollicentes. Prouerbia quippe non hoc ſonare quod ſcriptum eſt, etiam in Euangelijs edocemur: quod Dominus populo in parabolis, & prouerbijs ſit locutus; ſecretò autem Apoſtolis diſſeruerit ea. Ex quo manifeſtum eſt, & Prouerbiorum librum non vt ſimplices arbitrantur, patentia præcepta, ſed quaſi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirſutis caſtanearum operculis abſconditus fructus inquiritur, ita in eis diuinum ſenſum altius perſcrutandum.* Sic ille.

[margin: Hier. in c. vlt. Eccl. tom. 7. à med. Matth. 13. Marc. 4. Hieronymi de libro Prouerbiorum interpretãdo iudicium.]

Prouerbia ergo Salomonis niſi ratione habita Hebraicæ conſuetudinis, & ſermonis, explicare vix profectò poſſumus: nam ſæpè vſuuenire ſolet, vt quæ in vna lingua prouerbij gratiam habent, in aliena illa deſtituantur. Quemadmodum quod dicitur: *Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino:* & illud: *Num & Saul inter Prophetas?* apud Hebræos, & eos, qui nouerunt ſacras literas, venuſtatem habet, non in alijs linguis. Quædam verò ſunt, quæ tum in alijs linguis prouerbij loco celebrantur, quale eſt: *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt:* & illud Petri: *Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuum vomitum: Sus lota in volutabro luti:* & illud, *Medice, cura te ipſum,* & quod Dominus dixit ad Paulum: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Audi obſecro quid Auguſtinus de linguæ Sacræ idiotiſmis ſentiat, in Ioannem ſcribens: *Habet, inquit, linguam ſuam* (ſcilicet ſacra Scriptura) *quicunque hanc linguam neſcit, turbatur, & dicit, Vnde fratres Domino? num enim Maria iterum peperit? Abſit: inde cœpit dignitas virginum. Illa fœmina mater eſſe potuit, mulier eſſe non potuit. Dicta eſt mulier ſecundùm fœmineum ſexum, non ſecundùm corruptionem inte-*

[margin: Gen. 10. 1. Reg. 10. Ezech. 18. 2. Petr. 2. Prouerb. 26. Luc. 5. Act. 9. B. Aug. tract. 10. in Ioan. prope init. tomo 9. in prin. A Maria dignitas virginũ cœpit, ait Auguſtinus. Ioan. 2. & 19]

Hierem. 31. & aliàs.

Eadem cur mulier dicta.

Gen 2.

Infrà 3.

Ioan. 7.

Quomodo intelligendi ſint qui dicũtur fratres Domini, eodem teſte.

gritatis, & hoc ex lingua ipſius Scriptura. Nam Eua ſtatim facta de latere viri ſui, nondum contacta à viro ſuo, noſtu quia mulier appellata eſt & formauit eam in mulierem. Vnde ergo fratres cognati Mariæ fratres Domini? de quolibet gradu: vnde probamus? Ex ipſa Scriptura Frater Abrahæ dictus eſt Loth, qui filius erat fratris ipſius: lege, & inuenies quia Abraham patruus erat Loth, & dicti ſunt fratres: vnde, niſi quia cognati? Iacob Laban Syrum habebat auunculum: frater enim erat Laban matris Iacob, id eſt, Rebeccæ vxoris Iſaac. Lege Scripturam, & inuenies quia fratres dicuntur auunculus, & ſororis filius. Qua regula cognita, inuenies omnes conſanguineos Mariæ fratres eſſe Christi. Hæc ille, vt videas fructum cognitionis idiomatum Hebraicæ linguæ. Quoniam ergo Sacræ literę, & Hebraico ſermone, & per Hebræos homines conſcriptæ ſunt, & ex Hebræo fonte in Græcum ſermonẽ per LXX. viros Hebræos conuerſæ, & ex illis poſtea Latino ſermone redditę; propterea de dialectis, & idiotiſmis Hebrææ linguæ nonnulla erunt dicenda, de Græcis verò phraſibus perpauca, porrò de Latinis nihil, niſi quatenus ad illas duas linguas ſpectare videatur.

Hebræi ſermonis ſuper omnes alios præſtantia, & excellentia multiplici ex capite colligitur.

Hebræa lingua ſola eſt nõ humanitus parta, ſed infuſa diuinitus.

Ante omnia igitur Hebręa lingua ſingularis quædam priuilegia habet, quę ſilentio eſſe prætermittenda non duxi, quo laborem noſtrùm in eius proferendis idiotiſmis, & loquendi rationibus magis commẽdatum, & comprobatum lectoribus redderem. Eſt enim hæc lingua non humano placito, vel ingenio excogitata, ſed prorſus diuina autoritate & magiſterio ad explicanda, & exprimenda animorum ſenſa inſtituta: quo certè magnam dignitatem ſibi conciliat. Nam quanto Deus homini præſtat, tanto eſt hæc præſtantior, & ad propriè, & ſimpliciter explicandas cogitationes accommodatior. Sed in pleriſque omnibus quæ diuina ſunt, humanis longè antecellere inueniuntur. Vnde Dominus Hebræum idioma Adæ & Euæ mentibus indidit (quemadmodum & rationẽ, & legem naturæ impreſsit) quo poſſent ſtatim, & inter ſe inuicem, & ad Deũ perfectè quæ ſentiebant, eloqui, & ad Deum omnium bonorum, quibus circumfluebant, autorem, & animo, & lingua laudibus celebrare. Nam etſi in Geneſi legamus, Adamum cæteris omnibus animantibus terræ, & volatilibus cęli ad ſe adductis nomina impoſuiſſe, quo argueretur eius in omnia illa dominatus, & imperium, & in impoſito cuique animali proprio & accommodato nomine eius ſapientia detegeretur. (Nam, vt ſubdit Scriptura: *Omne quod vocauit Adam anima viuentis, ipſum eſt nomen eius:* hoc eſt, nomen eſt adæquans rei cuiuſque eſſentiam, & proprietatem) non propterea inde colligi poteſt, humanam linguam fuiſſe, quia vocabula omnia erant prius menti eius à Deo indita, vt pro voluntate, & ſapientia ſua vniuerſa animantia vocaret. Quòd verò piſcibus nomina non indiderit: id propterea factum videtur; quòd non ſint adducti ad Adam, ſicut alia animantia: tum quòd extra aquam non poſſent viuere: tùm quia non ſunt ita vſui humano ad cibum, & ad auxilium, & ad delectationem, vt alia terreſtria accommodati: tùm denique, quia per analogiam quandam terreſtrium, & volatilium animalium nomina indita ſint à poſteris, piſcibus. Vnde & boues, & vituli, & canes marini, & capræ, & corui, & falcones, & paſſeres, & alia permulta genera piſcium denominantur.

Gen. 2.

Adã cur nomina cunctis impoſuit animantibus.

Ibidem.

Cur idem piſcibus nomẽ non dederit.

Secunda dignitas Hebrϩæ linguę ex eius antiquitate colligitur. Habet enim temporis primatum, ſi cum cæteris omnibus linguis conferatur: quod oſtendit Scriptura dum nominibus * Adæ, Euæ, Cain, Abel, Seth, Henoch, Noe, Abraham, Iſaac, & Iacob, Saræ, Phaleg, Babel, Melchiſedech, Nabal, & reliquis alijs multis Philoſophatur, quia omnia nominum, ſiue verborũ Hebræorum origenes, & radices referunt, atque ob id ſola hæc id ſibi vendicat, quòd hominũ, vel vrbium, vel fluminum, vel montium, vel prouinciarum propria nomina, origenes Hebræas vnde deducantur, & ſemper aliquid ſignificare deprehendantur, commemorat. Quod certè nullo in alio idiomate inuenitur, in quo etſi quandoq; quædam inueniantur nomina, quę rationem aliquam etymologiæ ex lingua ſua oſtendant: nõ tamen omnia, quod propriũ eſt Hebrææ linguæ.

Gen 3.
Ibidem.
Infra 4.
Ibidem.
Infra 5.
Ibidem.
Infra 17.
Infra 21.
Infra 27.
Suprà 17.
Supra 10.
Infra 11.
Infra 14.
Heb 7.
1. Reg. 25.

Tertiò, ab hac vna lingua cæteræ omnes Orientales, vt Syriaca, Chaldæa, Arabica, Aethiopica, Indica, linguæ profectę videntur. Vnde commune eſt Orientalibus linguis omnibus א Aleph ponere in principio pro prima futuri temporis perſona: ב Beth in omnibus illis in principio poſita, nota eſt præpoſitionis In: ל Lamed in principio ſignum eſt Datiui caſus: כ Caph in principio ſignum eſt ſimilitudinis, & valet idem quod ſicut, in fine verò additum, ſignificat, Tuus, tua, tuum: מ in principio, eſt nota Ablatiui caſus, & facit quandoque comparationem, & denotat idem quod præ, vel ſupra: ו Vau, in omnibus his linguis cõiunctio eſt copulatiua, in fine verò dictioni ſignificat, Is, ea, id: י Iod, in principio ſignũ eſt tertiæ perſonæ maſculinæ de futuro in

Hebræa omnes Orientales pepent linguas.

omnibus verbis, in fine verò, ſiue nominũ, ſiue verborũ denotat, Meus, mea, meum: ש Schin, ſignum, eſt quandoque Genitiui in principio, quãdoq; verò ſignificat id quod אשר id eſt, quis, vel qui, quæ, quod, vel quid: quod euidens ſignum eſt, oẽs illas linguas Orientales ab vna Hebræa profectas, originẽ ducere: vt enim linguę Italica, Gallica, & Hiſpanica, cum omnibus ſpeciebus idiomatũ, quæ ſub qualibet illarum varietatem patiuntur, reuera aliud nõ ſunt quàm vna, & eadem Latina lingua, ſed vario modo corrupta, & terminata: ad eum modum Orientales illæ linguæ aliud nõ ſunt quàm Hebræa diuerſis rationibus variata, & delinens. Adde, quod elementa alphabeti cuiuſque illarum linguarum non ſunt niſi viginti duo, tot enim habet Hebrea: & Hieronymus in prologo galeato totidem Syris, & Chaldæis aſsignat. Nomina præterea elementorum ſunt quàm ſimillima, vt dicantur, Aleph, Gimel, Daleth, &c. vel aliquid aliud huic ſimile. Et quemadmodum Syriaca, & Chaldæa lingua nominibus Hebræis addit in fine, vt א in vocali terminentur, cùm tamen Hebræa diligant terminari in conſonanti: ita vt quod hi dicunt Peſach, Man, Riq, Akeldam, Gabbath, Gulgoleth, Corban, Mammon, & Ab, illi adiuncto Aleph, proferant Paſcha, Manna, Raca, Akeldema, Gabbatha, Golgotha, Mammona, Abba. Ita etiam alphabetum Græcum nomina elementorum ſuorum ferè eadẽ cum Hebræis habet, addito alpha in fine. Vt, verbi gratia, Hebrei dicunt aleph, beth, gimel, daleth, he, cheth, teth, iod, caph, lamed, & ſimilia: Græci reddunt alpha, betha, gãma, deltha, etha, theta, iota, cappa, lamda: pro hain habent omicron. Adde, Samaritanum alphabetum eas habere literarũ figuras, vt ſi eas inuerſa charta ad Solis ſplẽdorem inſpicias, reddãt tibi maiuſculas literas alphabeti Græci, vt argumentum nõ vulgare exhibeant, eam linguã ab Hebræo ſonte prodijſſe. Hinc helluo librorum Plinius, literarum inuentionem Chaldæis & Phœnicibus tribuit: per Phœnices Syros intelligens. Habet præterea lingua Græca pleraque vocabula, phraſes, & idiotiſmos ab ipſa lingua Hebræa petitos. Et, vt autor eſt Euſebius Cæſarienſ. in prologo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quemadmodùm lege per Moyſen promulgata, & multi legillatores in diuerſis orbis prouincijs illũ æmulati, ab eius lege peculiares leges, & ſibi accõmodatas mutuati ſunt: ita ſanè ab illa omnium prima lingua Hebræa cæteræ omnes prodijſſe videntur. Nam primi illarum autores Hebræi fuerunt, antequam linguæ in Babel confunderétur: & elementa, & eorum vocabula pró ſuo modo mutuo acceperunt. Friuola ſunt ergo, & fabuloſa, quæ Phryges de pueris in antro ſeruatis, & eloqui nihil edoctis tradunt: quorum cùm alter in vocẽ bech prorupiſſet, quæ Phrygia in lingua panem denotat, aſſeuerarunt primam omnium linguam Phrygiam extitiſſe. Arcades verò ſuam generis antiquitatẽ iactantes, ſupra Lunam eam referunt. Vnde olim Προσελήναιοι id eſt, antelunares vocabantur. Quæ quidẽ incerta ſunt, & nullis firmis teſtimonijs cõprobata: ſupereſt igitur, vt ex verbo Dei afferamus, Hebræam linguã omnium primam extitiſſe, & ab ea cæteras omnes eſſe profectas.

Vndenam occidentales omnes profeminatæ ſint linguæ.

S. Hieron. to. 3. in princ. epiſt. 106.

Græcum alphabetũ, vt Samaritanũ etiam, vnde deſcenderit.

Samaritani quid propriũ alphabeti.

Plin. lib. 7. naturalis hiſtoriæ c. 56. in fine.

Euſeb. Cæſarien. tom. 1.

Gen. 2.

Phrygum de ſuæ linguæ primatu neſcio quæ fabuloſa narratio Bech apud Phryges quid Arcades genus ſuũ vnde ſe duxiſſe cõfinxerint. Iidem olim Προσελήναιοι, cur dicti.

Quarta huius linguæ dignitas accipitur ab eo, quòd ſacroſancta Dei myſteria, ſiue Trinitatis perſonarum, ſiue vnitatis Diuinæ ſubſtantiæ, ſiue creationis & prouidentiæ, qua creata attingit fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, ſiue arcana Incarnationis Filij Dei, doctrinę, mortis, & Reſurrectionis, & in Cœlum reditus, & cætera omnia in hoc idiomate reuelauerit primùm Deus, & monimentis perpetuis conſignauerit. Et ex illa in cæteras linguas, Græcam nempè, atque Latinam, atque alias transfuſa ſunt. Vt meritò iuxta Ioannis Euangelium, in triumphali titulo tribus linguis conſcripto primum locum habeat Hebræa. Adde, quòd tres principes, & primos trium Legum promulgatores hac lingua locutos nouimus, nimirùm Adamum, Moſem, & Chriſtum, Naturalis, & Veteris, & Nouæ legis autores. Et Hebræa lingua, non tantùm in ſtatu innocentiæ fuit in vſu, ſed & apud ſolam gentem ſanctam ex Abraham progenitam remanſit: & in Cœleſti Regno non alio idiomate vtendum, alijs reiectis, ipsè, & probabiliter à quibuſdam creditur, ſecundùm illud Sophoniæ: *Reddam populis labium electum* (ſiue purum, & ſanctum) *vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiant ei humero vno*: ſumpta ſimilitudine à bobus iugo iunctis, & idem onus ſimul trahentibus. Liber quoque Tobiæ id ipſum inſinuat. *Portæ*, inquit, *Hieruſalem ex Sapphiro, & ſmaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius.* Et ſubdit: *per vicos eius halleluia cantabitur.* Quæ cùm de cœleſti Hieruſalem, & non de terrena intelligenda ſint, præſertim cùm portas ex lapidibus pretioſis ædificandas tradat, quod de eadem cœleſti Hieruſalem ab Apoſtolo Ioanne in Apocalypſi explicari videtur, & ibi decantandũ ſit Alleluia, quæ vox Hebræa eſt: infertur, eius linguæ vſum in Cœlo futurum. Cùm enim huma-

Hebræo primũ idiomate Fidei nobis tradita ſunt diuina myſteria.

Sap. 8.

Ioan. 19.

Beati hoĩes (ſecundùm quoſdam) tãtùm Hebraicè loquẽtur in patria, annuente Scriptura.

Sophon. 3.

Simile.

Tob. 13.

Apocal. 21. & ſequent.

Pſalm. & ſæpè alibi.

> *Iſai.6.*

na lingua à Dei laudibus in æternum decãtandis ceſſare non debeat, & apud Iſa. legamus vnum ex Seraphim alterum ad alterũ clamaſſe, & dixiſſe in Hebræa dialecto *Sanctus, Sanctus, Sanctus* (Qadochs, qadochs, qadochs) *Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius*: mirum eſſe nõ debet, ſi homines beati, Angelorum laudes & præconia æmulantes, Hebræum idioma vſurpent. Non negauerim tamen, pium eſſe, & probabile, quod alij opinantur, omnibus ſcilicet linguis Deum celebrandum: quia hoc videtur ſpectare ad maiorem Dei gloriam, & vt Paulus dixit: *Dedit tibi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei Patris.* Quemadmodum etiam Poeta quidam epigrammatum ſcriptor blãdiendo Cęſari, de vrbe Roma dixit:

> In cœlo omnium fore vſum linguarũ vnde conſtet quorundam ſententia.
>
> *Philip.2.*
>
> *Martial. epigram. lib. 1.*

Vox diuerſa ſonat populorũ, eſt vox tamen vna,
Dum verus patria diceris eſſe pater.

> Hebræum idioma reliqua omnia breuitate vincit.

Quinta & poſtrema Hebrææ linguę dignitas eſt, quòd inter alia omnia idiomata breuiſsima ſit & conciſa, atque Laconica: quod indicat & verborum, & nominum primitiuorum paucitas, & modorum, per quos verba inflectuntur, raritas, & varia eiuſdẽ per multas coniugationes inflexio & ſignificatio: multiplex quoque ac varia eiuſdem ſententiæ in alienas linguas interpretatio, quod nnn niſi ex æquiuocis verbis, & ambiguis nominibus proficiſcitur. Deniq; peculiares locutiones, idiotiſmi, & phraſes eius linguæ idem oſtendunt, quæ vt prima, ita ſimpliciſsima eſſe debebat, vt intelligeremus plus eſſe nobis operandum, quàm loquendum: & plus ſtudij in hac lingua, quã in reliquis eſſe ponendum, ſi diuina vtriuſque Teſtamenti ſenſa pleniùs & luculentius conſequi volumus: quod nonniſi ab autoribus Hebræis contextum eſt. Et ita, ſiue Hebraicè, ſiue Græcè ſcripſerint, Hebræas redolent dialectos, & idiotiſmos natiuos illius linguæ ſpirant. Nam ſi pro cõtractibus ſeculi, & promiſsionibus, & humanæ volũtatis teſtamentis intelligendis. Iuriſconſulti prudentiſsimè duos habent titulos, alterum de verborum ſignificationibus, alterũ de verborum obligationibus, vt verba hominũ rectè valeant interpretari, & mẽtem paciſcentis, ſiue teſtantis dubiam adipiſci poſsint: quanto erit conſultiùs & ſalutariùs verba Diuina, quæ dubium interdum, vel obſcurum ſenſum porrigere videntur, ex abditis ſacrarum literarum phraſibus, & linguarum ipſarũ præſidio diſcernere, quo Dei nobiſcum inita pacta, & teſtamẽta meliùs apprehendere valeamus? Ad has ergo phraſes detegendas, & proferendas accingimur, libenter profitentes, nos aliorum, qui de his ſcripſerunt, laboribus, & ſtudijs, fuiſſe adiutos; ordinem, & certam methodum in illis explicandis pollicemur.

> Quid tanta nos doceat huius ſermonis inopia.

His in genere de lingua Hebręa traditis, vt ea, quę dicturi ſumus de eiuſmodi phraſibus & idiotiſmis, certum aliquẽ ordinem teneant, dicemus primò de nominibus, & Pronominibus; deinde de Verbis, & Participijs; Poſtremo loco de particulis minimè inflexis, & inter illas primò de Præpoſitionibus, Secundò de Aduerbijs, Tertiò de Interiectionibus, Poſtremo loco de Coniunctionibus agemus.

Idiotiſmi Hebraici obſeruandi circa Nomina, & Pronomina, & Relatiua.

> Caſuum diſtinctio in lingua Sancta, tribus modis haberi poteſt.

SIT igitur prima formula. Etſi nnmina Hebræa, tam maſculini, quàm fœminini generis, & diſtinctas & peculiares habeant determinationes, quibus vel pluralem, vel ſingularem numerum denotent: in vtroq; tamen numero non inflectuntur per caſus, nec varias terminandi formas habẽt, vt in Græca, & in Latina lingua contingit, ſed vt in vulgata materna lingua habet conſuetudo, tantùm eſt diſtinctio pluralis, & ſingularis numeri. Quo tamẽ in caſu ſit nomẽ, in Hebręo idiomate facilè aſſequimur, vel per conſtructionem nominis cum verbo, vel nominis cum nomine. Nam nomen adiunctum verbo in ratione agentis, & ſuppoſiti, eſt nominandi caſus: in ratione verò appoſiti, vel perſonæ patientis, eſt accuſatiuus, vel alius caſus obliquus, quem regere verbum conſueuit: vel diſtinctio caſuum accipitur per præpoſitiones inſeparabiles, quæ adduntur nominibus, quæ quidem quatuor ſunt, nempe, ה, ל, מ, ב, ex quibus prima, He, denotat nominandi & gignendi caſum quocunq; genere, & numero: ſecundum elementum ſeruit datiuo: tertia litera Mem indicat ablatiuum: poſtrema Beth, effectiuum, qui dicitur caſus ſeptimus. Vocandi caſus idem eſt cum illo nominãdi, ſine articulo tamen. Vel deniq; diſtinctionẽ caſuũ accipimus per articulos ſeparabiles, qui ſunt præpoſitiones, qui ſeparari poſsũt. Et primus eſt של, qui ſeruit genitiuo: 2. אל, qui datiuo; 3. את, qui accuſatiuo: 4. מן, qui ablatiuo: 5. עם, qui deſeruit caſui effectiuo. Vocandi autem & nominandi articulos ſeparabiles non habent, ſicut accuſatiuus articulum inſeparabilem non habet.

> Eadẽ pluralẽ tantùm numerũ, & ſingularem nouit diſtinguere.
>
> Vocandi caſus idẽ quando ſit cũ illo nominandi.

FORMVLA II.

> Maſculini,

Quia Hebræi genere neutro carẽt, hinc ad

illuu

vel fœminini generis pro neutro vſus eſt apud Hebræos. *B. Hieron. to. 3. ante dimid.* *Iſai. 26.* *Idem ibidem.*

illud ſupplendum vtuntur interdú genere maſculino, vel fœminino, vt docet Hieronym, in c. 7. Eccleſiaſtis in fine: *Quod nos*, inquit, *ſolemus abſolutè, & neutraliter appellare, id eſt, hoc quaſi, illud quod volui inuenire: Hebræi fœminino genere pronũtiãt: ſicut in Pſalmo: Vnã petij à Domino, hanc requirã: pro eo quod eſt vnũ.* Et explicans illud: *Ecce hoc inueni, dixit Eccleſiaſtes, vnã ad vnã* (ſic.n. verterũt LXX.) *Hoc*, inquit, *reperi, vniuerſa diligẽter euentilãt, quod paulatim peccando, & ad vnũ delictũ aliud apponendo, grãdem nobis ſummam efficimus peccatorum.* Hæc ille. Quibus addimus alia teſtimonia. Nam Pſal. 117. habetur: *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris:* Hebræa ad literã habent, *A Domino facta eſt iſta, & eſt mirabilis in oculis noſtris.* Et Pſal. 118. in ſeptimo octonario habetur: *Hac facta eſt mihi:* pro eo quod eſt, Hoc factũ eſt mihi. Simili ratione maſculinũ genus pro neutro ponitur: vt Gen. 2. *Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolũ*; & paulò antè, *Omne quod vocauit Adã anima viuentis, ipſum eſt nomen eius:* Hebręa habent, *Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolum*, & ipſe eſt nomẽ eius. Itẽ Pſal. 118. in nono octonario Hebręũ dicitur: *Bonus mihi lex oris tui*; &, *Bonus mihi, quia humiliaſti me.* Ita illud Michę. 5. *Et tu Bethlehẽ Ephrata, paruulus es in millib⁹ Iuda*, aptè reddi poſſet: Parũ eſſet te eſſe in millibus Iuda, cũ ex te proditur⁹ ſit mihi Dux, vel Imperator, qui regat populum meum.

Pſal. 117. *Matth. 21.* *Pſal. 118.* *Pſal. 118.* *Ibidem.* *Matth. 2.*

Formvla III.

Hebræi eſt conſuetudo ſermonis ſubſtantiua ſæpè in adiectiua nomina commutare. *† Pſal. 40.* *Pſal. 75.* *Pſal. 25.* *Gen. 6.* *Act. 9.* *2. Cor. 13.* *Suprà 1.* *Pſal. 93.* *Luc. 18.* *Suprà 16.* *Act. 1.*

Etſi Hebręa lingua nõ omninò deſtituatur nominibus, quæ Adiectiua vocãtur, vt diues, magnus, pacificus, & ſimilia: frequẽter tñ ex ſubſtãtiuo adiectiuũ efficere ſolet; & præſertim cũ duo nomina ſubſtãtiua, quorum primũ ſit in Nominãdi, & alterum in Gignẽdi caſu; poſterius illud Genitiui vim habet adiectiui, & rationẽ. Ita, † Homo pacis, viri diuitiarũ, viri ſanguinũ, & viri nominis, vas electionis, dicuntur, Homo pacificus, viri diuites, viri ſanguinolẽti, viri nominati, & vas electũ. Simile his eſt quod dicitur: Deus pacis, Pater miſericordiarum, Deus vltionũ: hoc eſt, pacificus, miſericors, & iuſtè vlciſcens. Et ita dicitur: Iudex iniquitatis, mammona iniquitatis, merces iniquitatis, vox clamantis, & ſimilia: quod eſt Iudex Iniquus, diuitiæ iniquæ, merces iniqua, & vox clamãs. Vir verborum, dicitur eloquens: vnde Moſes inquit, *Non vir verborum ego*: ita in Hebræo legimus: vir agri, id eſt, vt interpres vertit, Vir gnarus venãdi & homo agricola: ita vocatur Noe Gen. 9. iuxta Hebræum, vt nonnulla alia ex prædictis. Viri ſanguinum, id eſt, homicidæ; viri nominis, id eſt, famoſi; viri numeri, id eſt, pauci, vt interpres vertit: quia pauci facilè numerantur: *& pauperis eſt numerare pecus*, quia paruũ eſt. Item, Ciuitas habitationis, id eſt apta vt inhabitetur, vel quę habitatur; &, Domus refugij, domus, in quã homines cõfugiunt. Eſtq; in his Endyadis figura, vel aliquid illi ſimile, qua vnũ aliquid in duo diuiditur ſubſtantiua. Et producit Seruius in Virgilium huius figuræ exemplum:

Iſai. 40. & aliàs in Euangelio. *Exod. 4.* *Gen. 9.* *Gen. 34.* *Cap. 9.* *Pſal 30.* *Endyadis quænam ſit figura.* *Seruius in lib. 1. Virg.* *Virgil. 1. Aeneid.* *Catul. lib. 2.*

Molemq́; & montes inſuper altos
Impoſuit.

id eſt, molem montis; & alio loco:

Pateris libamus, & auro,

id eſt, aureis pateris: &, In vada, & Syrtes, pro, In vada Syrtiũ. Et præter iã dicta ſunt: Corpus humilitatis, oues occiſionis, lapis offẽſionis, ſanctitas veritatis, odor ſuauitatis, ſtultitia prędicationis. Et ad hãc locutionem ſpectãt multa nomina ſubſtãtiua, quæ huic nomini filius, adiungũtur: Vt Filius pacis, Filius perditionis, Filius lucis, Filij ſapientiæ, Filij inobediẽtiæ, vel diffidẽtiæ. quæ eodẽ modo ſunt interpretanda Filij Orientis dicuntur in Hebræo Gen. 25. hoc eſt, ibi nati, ſiue Orientales; &, Filius auroræ. Iſai. 14. ita vocatur Lucifer iuxta Hebræũ. Filij mortis, id eſt illa digni: Filius areę Iſa. 21. id eſt triticũ excutiendũ à palea, vt filius à matre: Filius exercitus, quòd ſit intra illũ, id eſt miles, Deut. 3. Filiæ pharetræ, hoc eſt, ſagittæ; quæ dicitur etiã filius arcus, quia illi iungitur, & ab illa egreditur. Filius olei, id eſt mons pinguis, & oliuis plenus, atq; oleũ fundens. Filij hominum ſunt hi, qui nihil pluſquàm humanum habent, & in malam partẽ frequenter accipi cõſueuit: ſicut, Filij Dei, Filij Prophetarũ, & Homines Dei, ſancti, & Deo accepti vocãtur. Filij verò excuſſorum, id eſt robuſti, & expediti. teſte Hieronymo ad Marcellã, dicuntur; & Felix interpres teſtatur in Hebræo ſignificare iuuentutem, vel excuſſos, id eſt, à Iudæis de Synagoga expulſos; vel excuſſos à iugo ſeruitutis peccati, & dęmonis per Chriſti gratiam, vt expediti euangelizent per vniuerſum orbem diſcurrentes. Et ſunt illę ſagittæ, de quibus idem Propheta alio loco dixerat: *Sagittæ tuæ acutæ populi ſub te cadent) in corda inimicorum Regis.* Et tales erant Apoſtoli, ſagittæ nempè potentis acutæ.

Philip. 3. *Pſal 43.* *Iſa. 8.* *Epheſ 4.* *Gen 8.* *1 Cor. 1.* *Luc. 10.* *Ioan. 17.* *Epheſ. 5.* *Eccleſiaſt. 3.* *Epheſ. 2.* *1 Reg 26.* *Thren. 3.* *Iob 41.* *Iſa. 5.* *Pſal. 4.* *Gen. 6.* *4. Reg. 4.* *Suprà 1. & aliàs ad raro.* *Pſal. 126.* Quinam ſint filij excuſſorũ apud Prophetam. *B. Hieron. epiſt. 111. ſub initium, to. 3. ante dimid.* *Felix interpres.* *Pſal. 18.* *Rom. 10.* *Pſal. 44.* Sagittæ potentis acutæ quænã iuxta Prophetam.

Formvla IV.

Poſitiua nomina pro cõparatiuis Hebræis deſeruiunt.

Hebræi quia carent Cõparatiuis, Poſitiuis pro eis vtuntur. Nam ita dictum eſt: *Bonum eſt homini mulierem non tangere*; hoc eſt, Melius, &, *Maria bonam partem elegit*; ita enim Grecè dicitur, *καλὴν μερίδα*, hoc eſt, bonam partem; quã pro meliori accipiẽdam, & ratio cõparationis Chriſti, & Patres tradunt. Et Luc. 2. *Hæc deſcriptio prima facta eſt*: pro, prior. Et Act. 1. *Primum quidem ſermo-*

1. Cor. 7. *Luc. 10.* *Suprà 2.* *Actor. 1.*

nem feci de omnibus, ô Theophile, id eſt priorẽ librum Euangelij. Rurſus Matthæ. 22. *Quod eſt mandatum magnum in Lege?* id eſt, maius. Et infrà: *Hoc eſt magnum, & primum mandatum*, id eſt, prius, & maius; de eo enim erat controuerſia, quod eſſet prius, & maius cæteris mandatum: quam phraſim interdum vſurpant Latini: nam Plautus in Rudente. *Eo tacent, quòd tacita bonum eſt mulier ſæpè quàm loquens*, id eſt, melior.

Matth. 22. Deut. 6.

Quibus ferè verbis exprimant Hebræi comparationẽ interdum.

Aliquando tamen comparatio exprimitur in Hebræis nominibus per literã Mem, & ſignificat præ, aut à, ſiue ab, aut pluſquã, aut ſimpliciter quàm, vel magis, vel magis quàm, iuxta illud: *Speciosus forma præ filijs hominum*. Et ibidem: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*, id eſt, abundantiùs quàm conſortes tuos, vt Chaldæus habet Paraphraſtes. Et alibi: *Ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ*. Rurſus: *Et Deus noſter præ omnibus dijs*. Et Dominus apud Lucam: *Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint?* id eſt, pluſquàm omnes Galilæi. Item Agg. 2. *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquàm primæ*, id eſt, maior. Similiter dicitur: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me*, vel à me: dicitur enim in Hebræo Mimeni, præ me, vt Chaldæus paraphraſtes; vel, ſupra me. Pro quo vertit Hieronymus: ſuper me eſt ſcientia; & excellior eſt, non potero ad eam. Aliquando etiam declaratur vis præpoſitionis Mem per illam particulam Inter: vt Gen 3. *Maledictus tu inter cuncta animantia terræ*: ab omnibus, id eſt præ omnibus: &, *Benedicta tu inter mulieres*, hoc eſt præ omnibus. Et Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias: ſicut malus inter ligna ſyluarum ſic dilectus meus inter filios*. Iob 1 *Erat magnus inter omnes Orientales*. Exprimitur etiam comparatio per præpoſitionẽ Super, iuxta illud: *Super omnes docentes me intellexi*: Super ſenes intellexi Matth. 10. *Qui amat patrem, aut matrem pluſquàm me; non eſt me dignus. Et qui amat filium, aut filiam ſuper me; non eſt me dignus*, vtrobique habetur ὑπὲρ præpoſitio, etſi varijs dictionibus ab interprete reddita Latinè. Alia adde exempla: Pſalm. 118. *Bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri, & argenti*. Et iterum ibidem: *Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazium*. Cant 4. *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*, quibus in locis omnibus implicita continetur comparatio. Eccleſ. 7. iuxta Hebræum: *Bona eſt ſapientia cum hæreditate, &c.* id eſt, melior eſt ſapientia opibus iuncta. Et ſuprà: *Bonum nomen ſuper oleum bonum*. Ambroſius libro De fuga ſeculi, cùm legiſſet apud Septuaginta: *Maledictus ab omnibus pecoribus terræ*; non apprehendens idiotiſmum Hebræorum, à pecoribus pro, præ pecoribus, intellexit ſerpentem maledicendum, diriſque deuouendum ab omnibus animantibus terræ; eo quòd malorum noſtrum omnium fuiſſet origo. Et Hieronymus in cap. 3. ad Galat. probans nullo loco ſcriptum à Deo quenquam eſſe maledictum, & vbicunque maledictio ponitur, nunquàm Dei nomen adiunctum: *Maledictus tu*, inquit, *ab omnibus beſtijs, dicitur ad ſerpentem*. Sic Hieronymus, in Hebræa lingua alioquin doctiſsimus, & impingens in eundẽ lapidem, in quẽ impegerat Ambroſius. Certè quod Luc. 18. dicitur: *Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo*, accipe, id eſt magis quàm ille, vt exponit Origenes contra Celſum; & Syriacus codex habet eo loco mem, comparationis ſignum; & Græcum Euangelium habet, ἢ γὰρ ἐκεῖνος, hoc eſt, potiùs quã ille. Idcirco deficit illa interpretatio, *Non certè ille*, quia nullum bonum ſenſum reddit. Tale quid loquitur Iſaias cap. 56. *Dabo eis*, inquit, *in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filijs, & filiabus*, id eſt, quã, vel, præ filijs coniugatis, aut filiabus, quæ iam nupſerunt. Item Iſai. 54. & Galat. 4. *Multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habebat virum*: multi, ponitur pro, plures. Rurſus: *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine*; pro, Melius eſt. Et: *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in Principibus*; id eſt, melius. Matthæ. 18. *Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudũ, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in gehennam ignis*. Et ibidem, *Expedit vt ſuſpendatur mola aſinaria*. expedit, id eſt, præſtat, ſiue melius eſt. Volunt tamen quidam intelligere his verbis: Καλόν σοί ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα; ſecũdùm illud, ἢ, non vertendũ, quàm: ſed potiùs, non. Vt apud Homerum in Iliade:

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Id eſt:

Volo ego populum ſaluum eſſe, non perire.

Et Plato lib. 2. de Repub. Ἦ δοκεῖ σοι, ἐμοί γε: *Non tibi videtur, mihi verò videtur*. Et ita ſine comparatione hic dicitur, Bonum, claudum, vel mancum ingredi in vitam æternam, nõ duos pedes habentem, vel manus, mitti in gehennam ignis: quia nulla ratione poſſunt cõparari, quæ nihil commune prorſus habent, ſed longè ſunt cõtraria, & repugnantia inter ſe. Luc. 22. Dominus dixit Iudæis ſe comprehendentibus; *Si interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque* (Græcè ἢ) *dimittetis*. Et ita vertunt illud Pſalmi 117.

Pſal 44. Ibidem. Heb. 1. Pſal. 88. Pſal. 134. Luc. 13. Aggæi 2. Pſal. 138. B. Hiero. to. 8. Pſal. 118. Ibidem. Matth. 10. Ibidem. Pſal. 118. Ibid. Cant. 4. Eccl. 7. Suprà 1. B. Ambroſ. lib. De fuga ſecu. cap. 7.

... [ſec]ulò ante di... 10. 2. circa finem. Gen. 3. B. Hieron. li. 2. in epiſt. ad Gal prope initium, to. 9. Luc. 18. Origen. lib. 3. contra Celſum, circa finem, tom. 2. à medio. Iſai. 56. Suprà 54. Gal. 4. Pſal. 117. Ibid. Matth. 18. Homer. lib. 1. Iliad. nõ procul à princip. Plato. Quæ inter nulla poſſit eſſe comparatio. Luc. 22.

Pſal.117. Gen 38.

Bonum eſt confidere in Domino, non confidere in homine. Item Geneſ.38. iuxta Septuaginta: Δεδικαίωται Θαμὰρ ἢ ἐγώ, *Iuſtè egit Thamar, non ego.*

Ea quorundam obſeruatio, vt comparatiua particula, quàm pro negatiua ponatur, nõ, eſt minus idonea.

Sed certè qui hæc dicunt, oſtendunt ſe parùm in Hebraicis literis profeciſſe. In lingua enim Hebræa, poſitiua Comparandi vim habent: & ה ponitur pro μᾶλλον ἤ. Id etiam: *Bonum eſt confidere in Domino, nõ in homine*, nõ fideliter vertitur: quia Hebrea habent מ Mem, quæ eſt nota comparationis. Et Chaldæus ſic habet: *Melius eſt confidere in verbo Domini, quàm confidere in homine.* Et Hieronymus interpretatur ex Hebræo: *Melius eſt*, Et 1.Corinth.14. non benè vertitur: *Volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, non millia in linguis*: meliùs certè & fideliùs vertitur: *quam decem millia verborum in lingua*, vt noſter expreſsit interpres. Et licèt non fiat comparatio per phyſicas regulas, id eſt, inter ea quæ ſunt eiuſdem generis; tamen vulgaris eſt & vſitata comparatio: quia apud plebem quod minus malum eſt, vt bonum apprehenditur inter duo mala.

Hieron.10.4. 1.Cor.14.

Quæ phyſicè comparari dicantur.

Interdum penitus ſupprimit comparationem Scriptura, & vbi.

Aliquando tamen comparatio omninò ſupprimitur, vt in eo loco: *Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. Beati* (id eſt, Beatiores, vt ratio collationis poſtulat) *qui non viderunt, & crediderunt.* Dauid quoque: *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Beatus populus* (pro eo quod eſt, Beatior) *cuius Dominus Deus eius.* Et, *Beatus venter qui te portauit, &c. Quinimò beati qui audiunt, &c.* id eſt, beatiores ſunt. Rurſus B. Lucas: *Dico vobis quòd ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.* Vbi tacitè ſuppreſſa eſt comparatio: dicendum enim erat, maius gaudium erit Angelis Dei, quemadmodum explicat Matthæus cap.18. vbi tradita eadem parabola, concluſio apertè habet: *Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis quàm ſuper nonaginta nouem quæ non errauerunt.* Simile eſt illud Oſeæ: *Miſericordiam volo; & non ſacrificium*: vbi delitecſcit cõparatio: eſt enim ſenſus: Miſericordiam volo magis, quàm ſacrificium: quod ſubiuncta verba declarãt; *& ſcientiam Dei pluſquàm holocauſta*, alioquin Deus & volebat, & exigebat ſacrificium in Lege. Et Irenæus libr.4.cap 33. exprimit comparationem dicendo, pluſquàm ſacrificium, & Ambroſius libr.2. de pœnitentia cap.2. Miſericordiam malo quàm ſacrificium.

Ioan.20. Pſal.143. Luc.11. Infrà 15. Matth.18. Oſea 6. Matth.9. B.Irene. Ambroſ.10.2.

Vbi interdũ comparatio abſque vlla nota comparationis ponatur.

Aliquando abſque nota comparationis: cùm impoſsibile, aut difficile, impoſsibili, aut impoſſibiliori, aut difficiliori comparatur, quod nonniſi ex ſentẽtia agnoſci poteſt. Ecce Iſai.51. *Cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt: ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet.* Comparatum, eſt ſalus mea: Comparans, cœli & terra, & ex Antitheſi quã facit particula, *autem*, fit nota comparatio ad hunc modum: Citiùs cœli liqueſcent, & habitatores terræ interibunt, quàm auxiliũ quod ego præbeo meis, deſit, & iuſtitia mea deficiat. Ita etiam Dominus locutus eſt, *Cælum & terra tranſibunt; verba autem mea non peribunt*, id eſt, Citiùs cœlum & terra ad nihilum redigentur, quàm verba mea ſint irrita, ac vana.

Iſai.51. Matth.24.

Notæ cõparationis appoſitæ comparanti, non comparato: eiuſdẽ appoſitæ comparanti quędã exempla.

Interdum verò nota cõparationis apponitur cõparanti, non comparato; & contrà non comparanti, ſed cõparato. Primi exẽplum ſit Iſa.57. *Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationẽ, & lutum.* Et ſubdit: *Non eſt pax impijs, &c.* pro, ita non eſt pax impijs. Id eſt: ſicut aquæ maris nunquã quieſcunt, ſed limo, & luto turbãtur; ſic nulla eſt quies impijs. Et Dominus: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*, id eſt, ſic ego mitto vos. Exeplum ſecundi. *Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat aut quò vadat.* Ecce cõparatio ſine nota. Subdit: *Sic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu.* Vbi cõparatio cum nota collationis exprimitur, eo poſito, quòd ibi Spiritus ſignificet ventum, vt nonnulli volunt, quod mihi tamen non eſt admodum probabile.

Iſai.57. Ioan.10. Suprà 3.

Formvla V.

Duobus modis Hebræi ſolent augere, & amplificare orationem ſuam.

Hebræi cùm ſuperlatiuo careant, ſolent tamen alijs modis exceſſum explicare: vel addendo aduerbium valdè, vel nimis, vel vehementer. Ita enim dicitur: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valdè bona*, id eſt, optima. Et rurſus: *Erat autem diues valdè Abram in poſſeſsione auri, & argenti.* Et de lapide Chriſti ſepulchro ſuperpoſito dicitur: *Erat quippe magnus valdè.* Ezechiel quoq;: *Iniquitas domus Iſrael, & Iuda magna eſt nimis valdè.* Item Ieremias, *Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis, &c.* Dauid: *Magnificatus es vehementer.* Vel ſuppletur, vt alij volũt, per nomen Dei, vel Domini, ſubſtantiuo addito. Vt in his locis: *Iuſtitia tua ſicut montes Dei*, id eſt, ſicut montes editiſsimi. *Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei*, id eſt, celſiſsimas cedros. *Sagitta Domini*, id eſt, fortiſsimæ. Ad hunc ſenſum trahenda ſunt illa: *Sopor Domini irruerat ſuper eos*, id eſt, vehemens & ingens, de quo dicitur: *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*, qui tãtus fuit, vt collã ab eo abſtulerit ſine

Gen.1. Infrà 13. Marc.16. Ezech.9. Ierem.24. Pſal.103. Pſal.35. Pſal.29. Iob 6 & ſæpè alibi in Veteri Teſtamẽto. 1.Reg.26. Gen 2. Infrà 32. Exod.8. Gen.37.

Pſal.67. Ibidem. Pſal.86. Gen.28.

vllo eius ſenſu. Item illa: *Caſtra Dei ſunt hæc:* &, *Digitus Dei eſt hic:* &, *Terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates*, id eſt, maximus terror: &, *Mons Dei, mons pinguis:* &, *Currus Dei decem millibus multiplex.* Et, *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Item, *Non eſt hic aliud niſi domus Dei; & porta Dei.* Et ſimiles locutiones, vbi exaggerandi gratia, & amplificandi res tribuuntur Deo.

FORMVLA VI.

Eiuſdem vocis ſubſtãtiuę in caſu recto cum Genitiuo pluralis numeri collatio apud Hebræos denotat principatum.

Quando idem nomen ſubſtantiuũ in numero ſingulari vel plurali ponitur in Nominandi caſu cum Genitiuo pluralis numeri, excellentiam quandam, & ſingularitatem deſignat. Vt, *Deus Deorum*, Dominus dominorum: id eſt, ſummus Deus, & Dominus. Cœlum cœlorum, hoc eſt, ſupremum cœlum, quale eſt Empyreum: Sabbatum Sabbatorum, id eſt, primum, & nobiliſsimum Sabbatum: Sanctum ſanctorum, id eſt, pars intima, & ſacroſancta tabernaculi: Canticum canticorum, hoc eſt, nobiliſſimum, quod cecinit Salomon inter alia multa quæ edidit. Seculum ſeculorum, hoc eſt, æternum. Hieronymus in cap. 1. ad Galatas ait, *Quidam dicunt eundem eſſe ſenſum in ſeculis ſeculorum, quem in Sanctis ſanctorum, in cælis cælorũ, in operibus operum, in Cãticis Canticorum: & quam habent differentiam cæli, ad eos quorum cæli dicũtur, aut & ſancta quæ comparatione ſanctorum ſunt ſanctiora, & opera quæ operum prælatione meliora ſunt, & Cantica quæ inter Cantica præcellunt vniuerſa: eandem habere, & ſeculum, quæ ſeculorum collatione ſunt ſecula.* Hæc ille doctiſsimus Pater. Et Dominus vocatur Apocal. 17. 19. & 1. Timoth. 6. *Rex Regum, & Dominus Dominantium;* & eius ſanctiſſima Genitrix, dicitur Virgo virginum. Eadem phraſi dictus eſt homo apud Salomonem, Vanitas vanitatum; hoc eſt, ſuprema vanitas, de qua pater eius dixerat: *Vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.* Dionyſius in lib. Eccleſ. hierarchię de Euchariſtia agens, aſſerit quòd ſit τελετὴ τελετῶν, id eſt Sacramentum Sacramentorum, alludens ad hanc Hebræam phraſim; & Ambroſius Chamaldulen. vertit Sacramẽtorum conſummatio; Alij, Hoſtia hoſtiarum.

Pſal.135. Pſal.49. Ibidem. Exod.36.& 36. Eccleſ.1. Pſal.68. B.Dionyſ.lib. Eccleſ.hierar. c.3.part.1. Ambro.Chamadulen. interpres D.onyſij.

FORMVLA VII.

Idem nomẽ quãdo eodẽ caſu geminatur, Hebræis diſtributionẽ denotat.

Geminatio eiuſdem nominis in eodẽ caſu, diſtributionem ſignificat, Vt Marc. 6, dicitur iuxta Græcum: *Cœpit eos mittere in duos duos*, id eſt binos & binos; quod Hebraica eſt dialectus. Et Gen. 7. *Ex omnibus animãtibus mundis tolles ſeptẽ & ſeptẽ*, id eſt, ſeptena, & ſeptena. Et: *Collegerũt ranas aceruos aceruos*, iuxta Hebrẹũ, id eſt, in multos aceruos. Et id: *Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini;* id eſt, quælibet tribus. Et illud: *Abominatio eſt apud Dominum pondus & pondus* hoc eſt, diuerſa pondera. Quod etiam dicitur: *Tota die benedicent ei*, Hebræa habent; *Dies & dies benedicent ei*, id eſt, in omnibus diebus, ſiue per ſingulos dies. Similiter: *Homo, & homo natus eſt in ea*, ſignificat, Quilibet homo. Sic enim habet noſtra verſio, etſi aliter legatur in Hebraico textu. Tamen Ezech. 14. habetur: *Homo homo de domo Iſraël, qui poſuerunt immunditias ſuas in corde ſuo*, id eſt, Quicunque homo Iſraëlita.

Marc.6. Luc.10. Gen.7. Exod.8. Pſal.121. Prou.20. Pſal.71. Pſal.86. Ezech.14.

FORMVLA VIII.

Solent Hebræi abſtractis nominibus qualitatem habituũve deſignantibus, præter hæc, obiecta etiam in quibus verſantur, ſæpè ſignificare.

Nomina abſtracta, quę qualitates, vel habitus deſignant, vel etiam verbalia, ab Hebræis plerunq; poni conſueuerunt, nõ tantùm pro qualitate illa, vel actione, quàm prima facie præ ſe ferunt, ſed etiam pro obiectis, circa quæ verſantur. Vt, verbi gratia, Fides, præter habitum, & actum credendi, denotat articulos, qui accipiuntur fide, iuxta illud Pauli; *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma;* &, *Hæc eſt fides Catholica, quam niſi quiſque fideliter, &c.* Spes, non tantum pro habitu, vel actu: vnde dicuntur manere Fides, Spes, Charitas, tria hæc; ſed etiam pro re ſperata, iuxta illud Pauli; *Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes;* &, *Expectantes beatam ſpem;* alibi dicitur: *Spes quæ differtur, affligit animam.* Et iterum Apoſtolus: *Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.* Deniq; ſpes dicitur is, cuius gratia, interceſſione, & meritis ſpem adipiſcendi quod expectamus, concipimus. Ita dicitur: *Quoniam Dominus ſpes eius eſt.* Paulus ad Coloſſen. *Quod eſt*, inquit, *Chriſtus ſpes gloriæ;* & ad Timotheum. *Et Chriſti Ieſu ſpes noſtra.* Et Pſaltes: *Quoniam tu es Domine ſpes mea.* Ita teſtamentum, non tantùm eſt vltima diſpoſitio teſtatoris legantis bona hæredibus, ſed etiam ipſa res legata cum bonis in hæreditate relictis. Ita Apoſtolus accepit, cùm dixit: *Nunc melius ſortitus eſt miniſteriũ* (ſcilicet Chriſtus) *quanto & melioris teſtamenti mediator eſt;* id eſt, meliorum, & æternorum bonorum. Sic etiam intellectus, & voluntas non tantùm facultates, quibus intelligimus, aut volumus aliquid, aut pro actionibus illarum facultatum, ſed pro rebus intellectu perceptis, & voluntate deſideratis accipitur. Dicit enim Dauid: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, id eſt, id quod intellectu accipitur, quod cùm bonum eſt, eſt etiam opere præſtandum: & dicere ſolemus: Hic eſt intellectus, id eſt quod intelligitur: *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra;* &, *Fiat voluntas tua*, Ita oblatio, vocatur res oblata, vel hoſtia: *Vna enim*, inquit Apoſtolus, *oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.* Venatio pro præda venatione ca-

Fides bifariã accipitur. Athanaſius in Symbolo. Spes denotat tria. 1.Cor.13. Tit.2. Prou.13. Heb.6. Pſal.13. Coloſſ.1. 1.Tim.1. Pſal 90. Teſtamentũ duo dicit. Hebr.8. Intellectus, & voluntatis nomine duo deſignantur. Pſal.110. 1 Theſſ.4. Matth.6. Quæ verba duplici ſignificatu conſtant.

Gen. 27. Heb. 10. Heb. 11. Ibidem. Coloſſ. 1. 1. Pet. 2. Rom. 1.

necapta. *Venatio leonis onager in ſolitudine.* Eccleſiaſtici 13. Promiſsio, pro re promiſſa: *Vt expectarent*, inquit, *promiſsionem Patris*, id eſt, Spiritum à Patre promiſſum. Repromiſsio, pro reb⁹ ſæpè promiſsis: *Adepti ſunt*, ait Apoſtolus, *repromiſsiones*. Et infrà: *Non acceperunt repromiſsiones.* Ponuntur quoque talia verbalia pro adiectiuis: Vt, *Filius dilectionis*, *Populus acquiſitionis*, *Spiritus ſanctificationis*, vt ſuperiùs annotauimus.

Formvla IX.

Nomina abſtracta pro concretis ſæpè poni in Scripturis cōſueuerunt. Pſal. 44. Pſal. 5. Pſal. 10. Eadē interdū magis idē augent, & amplificant. Ioan. 17. 2. Theſſ. 2.

Familiare eſt ſacris literis abſtractū, quod vocant, nomen ponere pro concreto. Vt: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem*; id eſt, Dilexiſti iuſtos, & odiſti peccatores: & iterum: *Non Deus volens iniquitatem tu es*; id eſt, iniquos non diligis, neq; foues. *Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit; æquitatem vidit vultus eius*: hoc eſt, Iuſtos diligit, & illos gratis oculis reſpicit. Niſi quod interdū augent ſignificatum: vt Iudas dicitur filius perditionis, & Antichriſtus, homo peccati, filius perditionis: id eſt, non tantùm hominis perditi, aut iniqui, ſed ipſius perditionis, vel iniquitatis. Hæc nomina abſtracta quando tribuuntur Deo, aut Chriſto, maiorem energiam habent, & magis quadrant ob latitudinem ſuam, & infinitatem, quàm concreta, quæ finitum quid, & determinatum deſignant; & ideo magis nobis conueniunt. Ita Chriſtus dicitur deſideriū collium æternorum, Sapiētia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, Reconciliatio, & propitiatio pro peccatis noſtris, & lux; id eſt, meritum, vel pretium, vel cauſa, vel interceſſor, vel autor noſtræ iuſtitiæ; ſapientiæ, ſanctificationis, redemptionis, propitionis, atque lucis. Et præcipuè Ioannes eiuſmodi locutionibus gaudet: *Erat*, inquit, *lux vera quæ illuminat omnē hominem venientem in hūc mundum: Ego ſum panis vitæ: Ego ſum oſtiū: Ego ſum via, & veritas, & vita.*

Gen. 49. 1. Cor. 1. Rom. 5. & 11. & alibi. 1. Ioan. 2. Cui maximè familiaris hic modus loquendi. Ioan. 1. Infrà 6. Infrà 10. Infrà 14. Chriſto non ſolùm, ſed etiam ſanctis eiuſmodi phraſis interdū applicatur. Cor. 5. Eccleſ. 44.

Quandoque tamen in iuſtis deſcribendis, eiuſmodi vocibus vtitur Spiritus ſanctus: vt cùm dicitur: *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, &c. vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* Et de ſummo Sacerdote dictum Eccleſia canit: *Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & in tempore iracundiæ factus eſt recōciliatio.* Maius enim quid dicit vocando reconciliationem, quàm reconciliatorem: ſicut per contrarium peccator, iniquitas vocatur, ad exaggerandū crimen eius, iuxta illud: *Videbūt recti, & lætabūtur; & omnis iniquitas oppilabit os ſuum*, id eſt, oēs iniqui; vt reſpondeat membro priori: videbunt recti. Et Cretenſes ventri dediti, vocātur ventres pigri, ſicut etiā Epimenides dixerat. Et Lucil. vates, vt citat Nonius:

Pſal. 106. Tit. 1. Lucil lib. 5. Venter au bar.

Edite Lurcones, comedones, edite ventres. Propheta etiā: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis impietatis*: ita ex Hebræo Hieronym⁹ tranſtulit, pro, impiorum. Ita Apoſtolus eadē phraſi vocat Iudæos circumciſionē, & Gētiles, præputium, id eſt, præputium geſtantes.

Pſal. 83. B. Hiero. to. 8. Rom. 2. Gal. 2. Rom. 2. & aliās.

Formvla X.

Eſt cōſuetudinis Scripturarum, quod prius eſt pro poſteriori ponere. Iob 7. Iacob. 1. Iſai. 32. Leuit. 19. Gen. 29. Pſal. 127. Ioan. 4. Ibid. Pſal. 104. Pſal 108. Matth. 16. 1. Tim. 2. Pſal. 129. Epheſ. 1. 1. Ioan. 2. Infrà 4. Pſal. 129. Hierem 23. iuxta Hebræum, & ſæpè alibi, & 1. Cor 1. Philip. 3. & aliās. Act. 5.

Antecedens apud Hebræos interdū ponitur pro conſequente, & prius pro poſteriori. Vt Iob 7. *Sicut mercenarius præſtolatur finē operis ſui*, in Hebræo habetur, opus ſuū, & ponitur pro mercede operis; illam enim ſpectat mercenarius: & Iaco. 1. *Patientia opus perfectum habeat*, id eſt perfectū operis mercedem. Iſai. 32. *Erit opus iuſtitiæ pax*: hoc eſt, operis iuſti præmiū erit pax. Adde illud Leuit. 19. *Non morabitur opus mercenarij tui vſq; mane*; id eſt, merces opere tuo promerita. Gen. 29. *Hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi.* Pſaltes: *Labores manū tuarum quia manducabis*; id eſt, victitabis illis bonis, quæ laborando iuſtè acquiris. Cui eſt perſimile id apud Ioannē: *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis*, id eſt, in fructum illorū laboribus debitum. Et ita impletur Prouerbiū. *Alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit*, id eſt, Hic laborat, & alius eius laboris mercedem percipit. Et Dauid: *Dedit illis regiones Gentiū, & labores populorum poſſederunt.* Et rurſus: *Diripiant alieni labores eius.* Illud etiam: *Aut quam dabit homo commutationē pro anima ſua?* id eſt, pretium cōmutationis. Paulus de Chriſto aſſerit: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus*, id eſt, pretium redemptionis. Item Dauid: *Apud Dominū miſericordia, & copioſa apud eū redemptio.* Ad Epheſ. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, &c.* hoc eſt, pretium ſanguinis eius. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Et infrà: *Deus miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris*: ſignificat pretium, aut meritum noſtræ cum Deo propitiationis. Ita antè prædixerat Dauid: *Quia apud te propitiatio eſt*, id eſt vis, & voluntas propitiandi nobis. Chriſtus etiam, iuſtitia noſtra vocatur frequenter; hoc eſt, noſtræ apud Deum iuſtitiæ autor, & cauſa. Ita ſimiliter dicitur Actor. 5. *Nonne manens tibi manebat* (ſcilicet ager) *& venundatum* (refertur ad verbum Græcum χωρίον, quod neutrius eſt generis, agrumq; ſignificat) *in tua erat poteſtate?* Vbi venundatus ager dicitur manere, quia pretium rei venditæ manebat.

Formvla XI.

Relatiuis gaudet Hebræa lingua ſuperfluis. Pſal. 18.

Redundat ſæpè in Hebræo relatiuū ſiue pronomen, ita vt ab interprete expreſſum reddat ſententiam obſcuram. Vt illud: *Non ſunt loquelæ, neq; ſermones, quorum non audian-*

tur

Hiero.tom.8. in princ. *tur voces eorum,* vbi Hieronymus trãſtulit: Non eſt ſermo, & non ſunt verba, quibus non audiatur vox eorum. Et tamen Paulus relatiuum, Eorum, ponderat ad Roma.10.
Rom.10. & in alio loco: *Cuius participatio ei⁹ in idipſum;*
Pſal.121. alibi, *Omnis gloria eius filia Regis ab intus.* Vbi
Pſal. 44. abundat, eius, in illis lo.is, vt in primo relatiuum, Eorum. Et Rom.vlt.ait: *Ei autem, qui potens eſt vos confirmare, &c. ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtũ, cui honor, & gloria:* abundat. Cui.
Num.13. Num.quoq; 13.habetur ad literã iuxta Septuaginta. *Quæ eſt terra, in qua iſti inſident ſuper eam ſi bona eſt, aut nequã, & quæ ſunt ciuitates, in quibus ipſi inhabitent in ipſis.* Vbi more Hebræo abundat, ſuper eam, &
Pſal.10. in ipſis. Et Pſal.10. *Dominus in cœlo ſedes eius;*
Pſal.104. hoc eſt, Domini ſedes eſt in cœlo. Itẽ Pſal.
Exod.3.& 4. 104. *Miſit Moſen ſeruũ ſuum; Aaron quem elegit*
B.Hieron. tom.6. *ipſum:* abundat ipſum: & ideo Hieron.ſuppreſsit, & loco eius poſuit relatiuum ſibi.
B.Aug.10.8. Auguſtinus tamen eo loco ſcripſit: *Sufficeret, quem elegit, ſed nihil in eo quærendum eſt quod additũ eſt ipſum: locutio ſcripturarũ eſt, ſicuti eſt, in qua habitabunt in ea, qua locutione diuinæ paginæ plenæ ſunt. Hebræa tamẽ veritas habet, Quem elegit in eo:* LXX. *Quem elegit ſibi;* vt etiam Hierony. *& Chaldæus interpres, Quoniam complacuit ſibi in eo.*
Epheſ.1. *Epheſ.1. Inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, in ipſo: ex Hebræo idiotiſmo, qui expreſſo antecedente adijcit relatiuum, vt Iones ſæpè facere ſolent, & Herodotus Hiſtoricus.*
Quibus etiã communis hæc phraſis.
Philip.1. Philip.1. *Eo quòd habeã vos in corde, & in vinculis meis, &c. Socios gaudij mei oẽs vos eſſe:* abundat ſecundum, vos.
Matth.19. Gen.1. Matt.19. & Gen.1. *Qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos:* abundat, eos, ſiue in Græco αὐτούς.
Amos 2. Amos 2. *Ego exterminaui Amorrhæum à facie eorum; cuius altitudo, cedrorum altitudo eius:* abundat relatiuum cuius.
Iob 3. Et Iob 3. *Aut cum principibus, quibus aurum eſt eis. Sic habent Hebræa; vbi abundat, eis.*
Pſal.73. Pſal.73. *Redemiſti virgã hæreditatis tuæ, mons Sion, in quo habitaſti in eo.*
Euthym. Pſal.145. *Euthymius quoque in* Pſalm 9 *à medio: Solent,* inquit, *Hebræi pronomina articulis coniungere: cuiuſmodi*
Pſal.83. *& illud eſt: Beatus, cuius Deus Iacob adiutor*
Marc.1. *eius; item illud, Beatus vir, cui eſt auxilium eius abs te.* Sic ille. His ſimile eſt illud Marc.1. *Veniet fortior me poſt me; cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius,* vbi abundat dictum eius.
1.Ioan.2 Et 1.Ioan.2. *Qui dicit ſe in Chriſto manere,* pro, in ipſo, quia præceſſerat: *in hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus.* Similia his ſunt, vt illud ad Epheſ.3. *Ei qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, &c.*

Noua alia regula. Illud adijciendum: Relatiuum poſitum inter duo nomina ſubſtantiua diuerſorum generum, ſi vtrumq; ſit proprium, vel appellatiuum, pro voluntate ſcribentis, relatiuum applicatur vel iſti, vel illi; ſi verò alterũ ſit appellatiuũ, alterum propriũ, relatiuum ſemper iungitur cum proprio. Quæ res vt exemplis dilucida fiat, ſcripſit Salluſtius;
Salluſt. in Catilina. *Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur:* vbi relatiuũ proprio ſeruit ſubſequenti, quia propriũ eſt. Talia ſunt in Sacris literis etiam in Græco fonte nonnulla. Nã ad
Gal.3. Gal.3. Apoſtol. explicans illud; *Abrahæ dictæ*
Gen.12.15.& 22. *ſunt promiſsiones; & ſemini eius,* inquit: *Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.* Vbi ſemen tam Græcè, quàm Latinè neutrius eſt generis, & relatiuum adaptatur Chriſto. Tale quid
Coloſſ.1. habetur ad Coloſſ.1. *Myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis, & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius.* Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacramenti huius in Gentibus, quod eſt Chriſtus: vbi Græca habẽt, ὅς ἐστι Χριστός, relatiuũ iungens cum Chriſto, & non cum Sacramento, vt Latina habet lectio. Et c.3. epiſt. ad Epheſ. *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra:* vbi relatiuum quæ, Græcè eſt ἥτις, quæ eſt gloria veſtra, quæ nõ poteſt referri ad tribulationes, ſed ad gloriã.
Epheſ.3. Et iterum c.6. ad Epheſ. *Et gladio ſpirit⁹, quod eſt verbũ Dei:* vbi cùm gladius Græcè ſit fœminini generis, nempè μάχαιρα, non poteſt referri ad relatiuum quod; ſed ad Spiritum, qui Græcis eſt neutrius generis.
Μάχαιρα quid Græcè. Illud Apoſtoli: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Immolatus dixit, non immolatum paſcha, ſiue vt Græcè apertiùs habetur: Paſcha noſtrũ pro nobis immolatus eſt Chriſtus: & attributum debet accipi loco ſubiecti, vt interdum poni ſolet: vt ſit ſenſus, Chriſtus immolatus eſt paſcha noſtrum: Et Epheſ.1. *Signati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ,* Græca habẽt ὅς ἐστι pro eo quod dicendum erat ὅ ἐστι nempè πνεῦμα, vel melius refertur ad arrabonẽ, qui Græcè eſt maſculini generis, & ita non præcedentẽ vocem, ſed proximè ſequentem (vt aliàs ſæpè facere ſolet) refert, quamuis quod ad rem facit, ipſum ſpiritum relatiuum ſpectat.

CANON XII.

Non ſemper in Hebræo relatiuus antecedenti præponitur, ſed etiam è contrario.

Relatiua ſolẽt interdũ præcedere ſua antecedentia. Vt illud; *Fundamenta eius in montibus ſanctis:* & explicans antecedens quod refert eius, & quod in mente habebat Propheta, ſubiungit: *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.*
Pſal.86. Ioan.20. Et Ioan. 20. *Domine, ſi tu ſuſtuliſti, eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum:* Ieſum à ſe dilectum intellige, de quo putabat omnes cogitare. Similia
Cant.1. ſunt permulta in Cantico Canticorum: Vt,

Oſcu-

Oſculetur me oſculo oris ſui, nec explicat quis
ſit, cuius oſcula petit, qui putat omnibus
Infrà 3. notum. Eiuſdem ſunt generis illa: *Quaſiui*
Ibidem. *quem diligit anima mea: Num quem diligit ani-*
Ibidem. *ma mea, vidiſtis? Inueni quem diligit anima mea:*
Infrà 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex*
millibus. Simile eſt Thren. 3. *Ego vir videns*
Pſal. 113. *paupertatem meam in virga indignationis eius*,
ſcilicet Deus. Ex Dauid, *Facta eſt Iudæa ſan-*
ctificatio eius, Iſrael poteſtas eius: vbi duplex,
eius, referri debet ad Deum, de quo nihil
præceſſerat.

Formvla XIII.

Antecedentis pro relatiuo frequens eſt vſus apud Hebræos.

Antecedens ipſum, more Hebræo, pro
relatiuo ponitur, maximè ſi ſit nomē pro-
prium, vt eundem eſſe, de quo eſt ſermo,
dubitari non poſſet. Ita in Pentateucho ſæ-
Gen 7. piùs dicitur: *Fecit ergo Moyſes illud atque il-*
Suprà 4. *lud ſicut præceperat Dominus Moyſi*, id eſt, ei:
vbi nomen propriū loco pronominis poſi-
tum eſt. Et Gen. 7. *Duo & duo ingreſſa ſunt*
ad Noë in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præ-
ceperat Dominus Noë, hoc eſt illi, Geneſ. 4.
Dixit Lamech vxoribus ſuis Ada, & Sella, Au-
dite vocem meam, vxores Lamech, id eſt, vxo-
Suprà 1. res meæ. Et cap. 1. *Creauit Deus hominem ad*
imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem
Dei creauit illum, id eſt, ad imaginem eius, ſi-
Rom. 1. ue ſuam. Item Rom. 1. *Qui prædeſtinatus eſt*
Filius Dei in virtute ſecundum Spiritum ſanctifi-
cationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chri-
ſti Domini noſtri: quæ poſteriora nomina vi-
dentur poſita loco pronominis eius. Et 2.
2. Cor. 4. Corinth. 4. *Quod ſi etiam opertum eſt Euange-*
lium noſtrum; in iis qui pereunt eſt opertum, in
quibus (ſcilicet pereuntibus) *Deus huius ſeculi*
excæcauit mentes infidelium: pro eo quod di-
Epheſ. 1. cendum erat, ipſorum. Epheſ. 1. *Paulus Apo-*
ſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, id eſt,
Matth. 1. eius ſcilicet Chriſti Dei. Matth. quoque 1
Chriſti autem generatio ſic erat: Cùm eſſet de-
ſponſata mater Ieſu, pro, mater eius, etſi
Græcè legatur, eius, vt etiam legit Orige-
Origen. hom. 1. de varijs in Matth. locis, tom. 2. nes. Marc. 1. dicitur: *Vidit Simonem, & An-*
dream fratrem Simonis, pro eo quod eſt fra-
tem eius: vt etiam habet noſter interpres
licèt Græca dicant, fratrem Simonis. Luc.
Marc. 1. Luc. 3. 3. *Herodes autem Tetrarcha cùm corriperetur*
ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omni-
bus malis quæ fecit Herodes: hic Herodes po-
Infrà 4. nitur pro ipſe. Et cap. 4. Ieſus plenus Spiri-
tu ſancto, regreſſus eſt à Iordane, & ageba-
Hebræi quomodo exprimant genus omne cauſarum. tur in Spiritu, ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι, pro eo
quod dicendum erat, & agebatur in ipſo.
Solent enim Hebræi ferè omnes genus cau-
ſarū exprimere per Beth ſeruile. Et cap. 7.
Infrà 7. *Conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes*, pro,
ipſe: quia proximè præcedit; *Et nunciauerunt*
Infrà 23. *Ioanni diſcipuli eius de omnibus his.* Cap. 23. Ob-
tuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem
populum; & ecce, ego coram vobis interrogans,
nullam cauſam inuenio in homine iſto: dicēdum
erat, in eo. Ioan. 18. *Vultis dimittam vobis Re-* Ioan. 18.
gem Iudæorum? pro, Regem veſtrum. Gen. 5. Gen. 5.
Hic eſt liber generationis Adam, in die qua crea-
uit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit il- Suprà 1.
lum: pro, ad imaginem eius fecit illū. Exod. Exod. 2.
2. *Egreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui*, vel, vt
Septuaginta legunt, *Fuit quidam de tribu Le-*
ui, & accepit de filiabus Leui, id eſt, eius. Deu-
teronom. 9. *Dedit mihi Dominus duas tabulas* Deut. 9.
lapideas ſcriptas digito Dei; pro, digito ipſius. Exod. 32. & alibi.
Huius regulæ tam copioſè comprobatæ
autor eſt Auguſtinus in Pſalmum 67. ſuper B. Auguſt. in Pſal. 67 medium inter & initium, ro. 8.
illud: *Rex virtutum dilecti: Locutio, eſt*, inquit,
in Scripturis vſitatiſſima, ſi quis aduertat, quòd
vbi maximè apparet, vbi etiam proprium nomen
exprimitur, vt eundem eſſe, de quo dicitur, dubi-
tari omninò non poſſit.

Formvla XIV

Frequenter ſingularis numerus ponitur Sæpè vnum pro multis, & multa pro vno conſueuit Scriptura dicere.
pro plurali, & pluralis pro ſingulari. Exem
pla ſunt ſingularis pro plurali: *Venit muſca*
grauiſſima: &, *Dixit, & venit locuſta, & bru-*
chus, &, Poëta:

Vterumq; armato milite complent. Exod 8.

Pluralis verò pro ſingulari exempla ſunt Pſal 104.
plurima: Nam Iudic. 12. dicitur Iephte ſe- & Exod. 10.
pultus in ciuitatibus Galaad: ita habēt He- Vergil. lib. 2.
bræa, & Chaldæa, id eſt, vna vrbium ſecun- Aeneid circa
dùm Septuaginta: etſi noſter Text[9] habeat, principium.
In ciuitate ſua Galaad. Matth. 12. dicitur Iudic. 12.
Dominus Sabbatis ambulaſſe per ſata, pro Marc. 2. Matth. 12.
die Sabbati: vt exprimūt Matthæus, & Lu- Luc. 6.
cas. Item Dauid Pſal. 130. *Qui diuiſit mare Ru-* Pſal. 135.
brum in diuiſiones: id eſt, in duas partes, etiāſi
Epiphanius in Hæreſin 64. iuxta finem di- D. Epiphan.
cat: *Moſes percuſſit mare, & diuiſit ipſum in duo-* Exod. 14. & ſeq.
decim itinera in mari ſuo iuſſu. Theodoretus
in Aporis ait: *Quidam ferunt, diuiſum fuiſſe* B. Theodoret.
mare Rubrum duodecim ſectionibus, & vnam- li. qq. in Exodum, q. 25. to.
quamque tribum ſeorſum tranſiiſſe: idq; pu- 1 ferè in prin.
tant beatum Dauid his verbis dixiſſe: qui diuiſit Exod. 14.
mare Rubrum in diuiſiones. Ego verò exiſtimo,
biſariam tantùm fuiſſe mare diuiſum, quemad-
modum Scriptura diuina docet, dicens: Aqua
autem erat tanquàm murus à dextris, & murus
à ſiniſtris, latamq; viam fuiſſe, & numero tran-
ſeuntium conuenientem. Hæc ille. Ratio eti-
am idem confirmat: quia nullus per aliam
viā ingredi auſus fuiſſet, præter illam, per
quam Moſes eſt ingreſſus: tāto timore erat
correptus inſtante hoſte Aegyptio à tergo.
Etſi duodecim viæ factæ, Moyſes nō fuiſ-
ſet ingreſſus per illam, per quam Iudas in-
greſſus fuit; qui tamen fuiſſe primus dici-
tur: *In exitu Iſraël de Aegypto, &c. Facta eſt* Pſal. 113.
Iudæa ſanctificatio eius. Et Ioſue 7. *Pecca-* Ioſue 7.

nit Iſraël, & præuaricatus eſt pactum meum; tu lerunt q; de anathemate, & furati ſunt atque mentiti, & abſconderunt inter vaſa ſua; cùm vnus fuerit tantùm Achan, qui accipit. Pſal. 2. *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerũt in vnum*; cùm vnus fuerit Rex Herodes, & vnus ex Principibus terræ Pilatus, & ita explicauit Petrus Actor. 4. & Ambroſius in cap. Lucæ 23. Tertullianus libr. de Reſurrectio. carnis, & Origenes in Matth. 17. Prætereà Exod. 32. *Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti*; & tamen de vno tantùm vitulo loquitur. Matth. 12. *Defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri*, id eſt, Herodes, etſi poſsint etiam intelligi multi eius miniſtri. Ionas cap. 1. dicitur deſcendiſſe ad latera nauis, hoc eſt, ad vnum latus; ſic enim Septuaginta legũt; cùm Hieronymus legat, Deſcendit ad interiora nauis. Paulus etiam ad Heb. 11. *Secti ſunt*, quod de ſolo Iſaia per traditionem accipitur: *Circuierunt in melotis*, quod de ſolo Helia legitur: *Obturauerunt ora, vel molas leonum*; quod in ſolo Daniele impletum legimus, 1. Reg. 18. *In duabus rebus gener meus eris hodie*, pro, in vna ex duabus. Et 1. Reg. 1. *Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim*, id eſt, ex altera Ramoth non illa Galaad, ſed Ramoth Sophim. Geneſ. 28. *Cùm veniſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere poſt Solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco*; hoc eſt, vnum lapidem: quia inferiùs ait: *Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo.* Ioan. quoque 6. ait Dominus: *Eſt ſcriptum in Prophetis, Erunt omnes docibiles Dei*; cùm tamen ſcriptum ſit ex vno loco Iſai. 54. Matthæ. 26. *Videntes autem diſcipuli indignati ſunt, dicentes, vt quid perditio hæc?* quod Ioannes cap. 12. ab vno ex diſcipulis Iuda dictum eſſe explicat. Et actor. 13. *Videte ne ſuperueniat vobis quod dictum eſt in Prophetis; Videte contemptores, & admiramini, & diſpergimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, &c.* quod tamẽ ex ſolo Habacuc deprompt um eſt. Id etiã Matth. 2. poteſt hãc interpretationem recipere: *Habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth; vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur*: quod ex vno Iſaia cap. 11. acceptum videri poteſt, vbi dicitur: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*; vbi Hebraicè dicitur Nezer loco floris. Et Hieronymus lib. De optimo gen. interpret. legit: *Et Nazaræus de radice eius creſcet.* Soliti etiam ſumus ita loqui: Dicunt Poëtæ, vel, Dicunt Philoſophi: quod tamen ex vno Poëta, vel Philoſopho deſumptum eſt. Epiphanius in Hæreſin Manichæor. *Solemus*, inquit, *ſingularia pluralia dicere, & pluralia ſingularia. Dicimus enim, Narrauimus vobis, &, Vidimus vos; &, Venimus ad vos, & non duo ſunt qui dicunt, ſed vnus qui præſens eſt.* Hieronymus lib. aduerſ. Iouin. *Illud autem, quod ait, Neſcitis, quoniam membra veſtra, templum eſt Spiritus ſancti? friuolũ eſt, cùm Scriptura diuina ſoleat & vnum pluraliter, & plura ſingulariter appellare: & tamen ſciat in templo quoq; ipſo multas eſſe manſiunculas, eſſe exterius atrium, eſſe interius, eſſe veſtibula, eſſe ſanctum, eſſe Sancta ſanctorum, &c.*

Ibidem. • *Pſal. 2. Luc. 23. Ibidem, & alibi. Act. 4. B. Ambroſ. li. 10. in Lucam, c. 22. tom. 5. Tertull. De reſurrect. carnis inter med. circiter, & initium ferè operis initio. Orig. tract. 4. in Matthæum à medio, to. 2. Exod. 32. Matth. 2. Ionæ 1. B. Hiero. to. 5. Heb. 11. Ibid. 4. Reg. 1. Heb. 11. Dan. 6. & 14. 1. Reg. 18. Gen. 28. Ioan. 6. Iſai. 54. Matth. 26. Ioan. 12. Act. 13. Habac. 1. Matth. 2. Iſa. 11. B. Hieron. epiſt. 101. à med. tom. 2. in fine. Epiphan. Hæreſi 66. aliquanto ante dimid. B. Hieron. li. 2. aduerſ. Iouin. inter med. & fin. eod. to. circa princ. 1. Cor. 6. Exod. 38. Suprà 27. Exod. 29. Suprà 26. Infrà 36. Heb. 9.*

Formvla XV.

Genus maſculinum cõcipit in ſe fœmininum, ea ratione, qua id quod perfectius eſt, continet imperfectum. Quæ quidem Regula cùm latè pateat in omnibus linguis & diſciplinis, non eſt quòd in ea comprobanda immoremur. Ait enim Auguſtinus libr. quæſtionum in librum Iudicum: *Solet Scriptura maſculinum genus pro quolibet ſexu ponere.* Hæc ille. Et certè expreſſo vno ſexu, vterque videtur ſonare communiter; tamen vnus exprimitur, honoratior vtique, vt ex hoc intelligat fœmino, quid ſibi præcipitur. Vt: *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, ſiue vir, ſiue fœmina.* Leuit. 17. *Homo quilibet de domo Iſraël, ſi occiderit bouem aut ouem, ſiue capram, &c.* Id eſt, ſiue vir, ſiue fœmina ſit. Ita & illud intellige: *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum*; &, *Beatus vir qui timet Dominum.* In viro continetur mulier. Ita Exod. 13. dicitur: *Primogenitum aſini mutabis oue*, id eſt aſinæ. Geneſ. 23. *Cùm ſurrexiſſet Abraham ab officio funeris*, Hebræa habent: De ſuperficie mortui ſui; Septuaginta verò legunt, Ἀνέστη Ἀβραὰμ ἀπὸ τοῦ νεκροῦ: Cùm mortua eſſet vxor. Marc. vlt. *Prædicate Euangelium omni creaturæ: qui* (non ait, quæ) *crediderit, & baptizatus fuerit*: non ait, baptizata. Et Matthæ. vltim. *Docete omnes gentes, baptizantes* (non eas, inquit, ſed) *eos.* Quòd enim in re nobiliori minus nobilem intelligamus, ex Sacris literis accipimus. Habemus enim Geneſ. 8. *Recordatus autem Dominus Noë, cunctorumq; animantium, &c.* In Noë autem intellige eius vxorem, filias eius, & filios cum vxoribus. Et cap. 34. legimus Simeonem, & Leui Sichimitas interfeciſſe, cùm multam aliam & fratrum, & familiarum turbam ſecum adduxerint. Ezech. 6. *Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce, ego inducam ſuper vos gladium, & diſperdam excelſa veſtra*: Loquens ad montes Iſrael, & omittens colles, & valles. Ruth etiam 4. dicitur duodecim tribus à Lia, & Rachele deſcendiſſe, & omittuntur ancillæ Balo,

In maſculino genere tãquam perfectiore, genus fœmininum ceu minus perfectũ intelligitur more Scripturæ. B. Auguſt. in librum Iudic. q. 49. ante med. tom. 4. Ratio huius rei. Matth. 5. Leuit. 17. Pſal. 1. † Pſal. 111. Exod. 13. Gen. 23. Mar. 16. Matth. 28. Eadẽ [illegible] na quibus confirmetur teſtimonijs Scripturaſũ. Gen. 8. Infrà 34. Ezech. 6. Vnde tribus duodecim proſeminatæ. Ruth 4. Gen. 29.

& Zel-

Infrà 30. & 35. & 37. & 46.

& Zelpha, à quibus etiam originem duxerunt: quòd priores eſſent primariæ, & principales.

Formvla XVI.

Conſuetudo eſt Scripturæ, cùm ducem primarium, aut iudicē principalem ſignificare vult, poſteà communes & gregarios nominare, quod etiam Poeta obſeruauit, cùm ait:

Virg. 3. Aeneid. circa principium.

Troias reliquias Danaûm, atque immitis Achilli.

Vbi Achilles non negatur Danaus, ſed præcipuus inter eos deſignatur. Ita etiam apud Marcum dicit Angelus mulieribus; *Ite, dicite diſcipulis eius, & Petro;* qui etiā diſcipulus erat, ſed præfertur vt Princeps. Et in titulo Pſalmi 17. habetur: *In finem puero Domini Dauid, qui locutus eſt Domino verba Cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul;* qui tamen maximus erat inimicus. Et ita commodè explicari poſſet illud Apoſtoli: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ.* Et aliud: *Nunquid non habemus poteſtatem mulierculam ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas.* Vbi vltimo loco in vtroque teſtimonio ponitur Cephas, vt alibi annotauimus. Gen. 1. poſt condita animantia, vltimo loco ponitur hominis creatio quaſi Principis, & domini animalium. Et nō ſecus id quod habetur Act. 1. explicari poteſt, vbi dicitur: *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu:* cuius vt primariæ, & lectiſsimæ fœminæ, atque magis humilis, vltimo loco fit mētio.

Marc. 16. — *1. Reg. 19. de ſimceps.* — *1. Cor. 1.* — *Infrà 3.* — *Infrà 9.* — *Gen. 1.* — *Act. 1.*

Formvla XVII.

Quod Pronomina Hebræorū primitiua, ego, tu, is, &c. quid verò deriuatiua, meus, tuus, ſuus, &c. habeant ſingulare.

Pronomina primitiua, vt, Ego, tu, is, hic, iſte, ille, ſuas proprias habent voces quibus internoſcantur. At verò Pronomina deriuatiua, quæ ab ipſis Hebræis affixa vocantur, hoc habent proprium, vt certis elementis, & punctis in fine dictionis appoſitis diſtinguantur, tam maſculinæ, quàm fœmininæ ſignificationis. Et hæc ſemper inueniuntur in compoſitione non tantùm nominis, aut verbi, ſed etiam partium, quę nō inflectuntur, vt eſt omnibus qui Grammaticam illius linguę ſanctę guſtârunt, peruium ac dilucidum. Habent tamē quædam illorū aliquid peculiare. Nam vt exemplo aliquo rem illuſtrem, ecce circa pronomen Meus, aduerte, nullum poſſe dicere, Deus meus, niſi illum qui iuſtus eſt, vt teſtis eſt Origenes lib. 1. in epiſt. ad Roma. vnde dicitur. Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, Heliæ, vel Danielis. Is autem, cui Deus venter eſt, & gloria ſeculi. & pompa mundi, Deus meus dicere non poteſt: quod propriū eſt amantis, vt ex cōmunibus propria facit. Ita Paul. Gal. 2. dixit: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Et Dionyſius cap. 2. De cœleſti hierar. in fine ait: *Sit dux verbi Chriſtus (ſi mihi dicere liceat) meus.* Sic ille. Pronomen Tuus, quandoq; in malam partem accipitur, ſicut meus in bonā. Vnde quia Daniel dixerat, *Eduxiſti populum tuum.* Et infrà: *Aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram, & ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum;* Angelus reſpondit: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam,* quaſi diceret, Nequaquàm populi Dei eſt, ſed populus tuus; nec vrbs ſancta Dei, ſed ſancta, vt dicis, tibi. Similiter & Exod. 32. dixit Dominus ad Moyſen, *Vade, deſcende: peccauit populus tuus;* hoc eſt, non populus meus, qui me deſeruit. Item Ezech. 3. *Vade, ingredere ad tranſmigrationem ad filios populi tui;* id eſt, ad peccatores, qui me vt patrem non colunt.

Meus in ſcripturis quid ſonet. — *Orig. in ſue. 1. epiſt. ad Rom. ante domed. tom. 2.* — *[illegible] 3. & [illegible]* — *4. Reg. 2.* — *Dan. 6. & infrà 14.* — *Philip. 3.* — *Gal. 2.* — *B. Dionyſ. Areopag.* — *Quid pronomen Tuus.* — *Dan. 9.* — *Ibidem.* — *Ibid.* — *Exod. 32.* — *Ezech. 3.*

Noſtra, qualē ſignificatū habeat.

Pronomen verò Noſtra, non tam dicitur de re propria, quàm de ea, quæ ex alterius nobis prouenit liberalitate: vt teſtis eſt B. Gregorius. *Iuſtitia enim noſtra dicitur, non quæ ex noſtra noſtra eſt, ſed quæ diuina largitate fit noſtra: Sicut in Dominica oratione dicimus: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Ecce & noſtrum dicimus, & tamen, vt detur, oramus. Noſter quippe fit, cùm accipitur, qui tamen Dei eſt: quia ab illo datur. Et Dei ergo eſt ex munere, & noſter fit veraciter per acceptationem.* Sic ille. Noſtri item dicuntur, qui in Chriſtum crediderunt. Hinc Paulus ait: *Diſcant noſtri bonis operibus præeſſe.* Veſter & de bonis dicitur, & de malis. De bonis quidē, vt cùm Paulus ait: *Videns ordinem veſtrum, &c.* Et alibi, *In præſenti tempore, veſtra abundātia illorum inopiam ſuppleat.* In malum verò, quia teſte Hieronymo, quando ſermo Diuinus addit veſtra, vt, Prophetas veſtros, ſuos eſſe negat. Ita Paulus dixit: *Præteriens enim, & vidēs ſimulachra veſtra.* Suos vocat Deus, pios viros, & ſanctos. Nam etſi vniuerſæ creaturæ Dei ſint: propriè tamē ſancti ſui ſunt, eo quòd familiares ei ſunt. Hinc dixit Ioānes: *In propria venit, & ſui eum nō receperunt,* id eſt qui impensè cultui Diuino vacabant: nam loquitur iuxta vulgi perſuaſionem. Hinc Ioan. 13. dicitur: *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, &c.* id eſt, diſcipulos, cum quibus familiariſsimè conuerſabatur. Pronomen, Hic, & hæc, & hoc, non tantùm ad pręſens, ſed ad pręteritum, & futurum ſe extēdunt. Nam ſicut pronomen Iſte, iſta, iſtud, quæ Hebræis זה, & זאת dicuntur Zeh, & Zoth, quàm proximas res demonſtrant ad ſenſum: ita Hn, & Hi, הוא, & היא rei diſtan-

B. Gregor. lib. 24 Moral. c. 7. tom. 1. — *Matth. 6.* — *Iuſtitia noſtra, quomodo noſtra, ſecundū Gregorium.* — *Tit. 3.* — *Veſter, duobus modis accipi ſolet.* — *Coloſſ. 2.* — *2. Cor. 8.* — *B. Hieron. in Amos, c. 4. paulò à med. lib. 2. tom. 6.* — *Act. 17.* — *Ioan. 1.* — *Infrà 13.* — *Pronomen hic, & hæc, & hoc, quomodo vſurpetur.*

B. Chryſoſt. tom. 2. Pſal. 13.

tior is ſunt demonſtratiuæ. Hinc Chryſoſtomus homil. 78. in Matthæum initio: *Solet Scriptura ſic loqui: Hac eſt generatio. Non de viuentibus tunc, ſed de fidelibus dixit; vt quando dicitur: Hæc eſt generatio quærentium Dominum.*

Matth. 24. Suprà 23.

Et, Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant; generatio ſcilicet fidelium. Et de malis dixit Dominus: Venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

Pſal. 11.

Et alio loco; Cuſtodies nos à generatione hac in æternum.

Formvla XVIII.

Hebræi articuli, & Græci ad ſignificandum quātas vires habeāt.

Magna eſt vis, & poteſtas articulorum Hebræorum, & Græcorū; qui voci, cui apponuntur, aut rem inſignem, & illuſtrem ſignificari denotant, aut rem illam determinant, & vt certam præſcribunt, ne ita in vniuerſum accipiatur. Nam in prima ſententia Geneſis:

Gen. 1.

In principio creauit Deus cœlum, & terram, articuli quidam adduntur cœlo, & terræ, את & ה Accuſatiui, & Genitiui caſus, ita vt videatur dixiſſe, In principio creauit Deus cœlos cœlorum, & terram terræ: hoc eſt, cœlum Empyreum, quod verè eſt cœlum cœlorum, ob eminentiam, & ſplendorem; & materiam primam, quæ verè eſt Terra huius quam calcamus terræ.

B. Epiphan. in hæreſin, ſeu ſectam 9. à medio.

Epiphanius in Hæreſin Samaritarum hoc abundè de Græcis articulis docet. *Cùm articulus nomini adiungitur, rem certam, & definitam ſignificat: at ſine eo de qualibet re indefinitè dicitur. Vt nomen Rex quemlibet Regem ſignificat; verùm cum articulo certum quendam demonſtrat Regem. Et Deus abſque articulo Deum Gentium oſtendit, cum articulo verum Deum.*

Exod. 9. & ſæpius in Pentateucho.

Ad eundem modum homo, & hic homo. Et in Lege cùm præcipitur ne tangatur mortuum; de quolibet mortuo ſermo intelligitur: at ſi dicat, Ne hūc tetigeris mortuum de Domino intelligitur. His ille exemplis vtitur ad hoc comprobandum de articulis Græcæ linguæ: quod ſimiliter de Hebræa accipiendum eſt.

Articuli in Nouo quoq; Teſtamento quinam diligenter obſeruandi.

Sunt etiam Græci articuli in Nouo Teſtamento expendendi: vt, ὁ Λόγος, ὁ Προφήτης: id eſt Verbum illud ſummum, & Propheta ille magnus, vt Latinus Poeta:

Virgil. 1. Aeneid. non procul à fine.

Tu ne ille Aeneas?

Matth. 16. Theophyl.

Ita Matth. 16. ſignificantibus articulis dicitur: Σὺ εἶ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, hoc eſt, Tu es ille ſingulariter Meſſias, ille Filius illius Dei, illius viuentis. Theophylactus in Matth. 16. *Tu es Chriſtus ille Filius Dei viuentis*, ait: *Non dixit, Tu es Chriſtus Filius Dei viuentis abſq; articulo; ſed cum articulo, ille Filius: hic eſt, ille ipſe qui ſolus & vnicus, non gratia filius, ſed qui ex ipſa Patris ſubſtantia genitus. Quia & multi Chriſti erant, Sacerdotes, & Reges omnes, ſed Chriſtus cum articulo vnus eſt.* Hæc ille.

Ioan. 14.

Et Ioan. 14. Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή: id eſt, Ego ſum illa via, illa veritas, illa vita.

B. Hieron. in Matth. lib. 3. in 9 in princ. Deut. 18. Ioan. 1. Infrà 18. Matth. 2.

Hieronymus in Matthæi. 21. ſuper id: *Hic eſt Ieſus Propheta à Nazareth Galilææ. Propheta*, inquit, *quem & Moſes ſimilem ſui dixerat eſſe venturum. Et qui propriè apud Græcos ſcribitur cum τοῦ ἄρθρου μαρτυρίῳ, id eſt, cum articuli teſtimonio.* Sic ille. Et Ioan. 1. *Non erat ille lux illa: Tu es Rex Iudæorum?* notauit etiam hanc vim articulorum Auguſtinus quæſtione 105. & 116. in Gen.

Illa ſententia: & Deus erat Verbum, ſine articulo expreſſa cur fuerit.

Quòd verò omiſſus ſit articulus in illa ſententia, & in primo eius verbo: *& Deus erat Verbum*: magna ratione eſt factum: ne videlicet perſona Patris priori ſentētia ſignificata nomine Dei, confunderetur cum perſona Verbi.

Nomē Deus in Sacris literis quando articulū habeat, quādo non habeat.

Deus enim, cùm de perſona, aut hypoſtaſi dicitur, articulum habet: cùm verò de natura, articulo caret: vt, *Deus erat Verbum.* Et, *Deum nemo vidit vnquam*; &, *Fuit homo miſſus à Deo*: in quibus omnibus locis Deo non apponitur articulus, quia accipitur pro natura diuinitatis: ſicut nec Ioan. 4. *Spiritus eſt Deus.*

Tom. 1. Ibidem. 1. Tim. 6.

B. Athanaſ. tom. 3. Didym. lib. 2. De Spir. ſanct. to. 9. operū D. Hieronymi.

Annotauit Athanaſius ad Serapionem lib. de Spiritu ſancto, & Didymus lib. item de Spiritu ſancto, Quoties τὸ πνεῦμα ponitur cū articulo in lingua Græca, ſignificari ſemper Spiritum ſanctum; ſi verò ponatur citra articulum, ſignificare ventum, vel aliud quid creatū.

Origen. libr. 3. in epiſt. ad Rom. cap. 3. paulò à medio, tom. 2. Rom. 3.

Notauit & Origenes in epiſt. ad Romanos, quoties Apoſtolus legem Moyſi nominat, voci Græcè νόμος addi ſolitum articulum; quando verò legem naturalem, articulū omitti. Vnde elicit, in illa ſententia: *Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt; teſtificata à Lege, & Prophetis*, primo loco non habere legem articulum, & poni pro lege naturali: ſecundo verò loco habere articulū, & accipi pro Lege Moyſis.

B. Cyrill. lib. 2. in Ioan. c. 4. à medio, to. 1. operum.

Cyrillus in Ioan. ita ſcribit: *Illud apprimè tenendum eſt, quòd quando Diuina Scriptura nominibus, ſecundùm Græcæ Linguæ vſum articulos proponit, tunc & vnum, & quod ſolum propriè, atq; verè tale quid dicitur, ſignificat: articulo autem non adiecto generaliùs cuncta deſignat. Vt verbi cauſa, multi vocati ſunt dij: ſed quando cum articulo Græca lingua Deus dicitur, tunc ſolus, & propriè Deus deſignatur: cùm verò abſque articulo Deus profertur, qui ad hoc gratia vocatus eſt, intelligitur.* Sic magnus Cyrillus.

1. Cor. 8.

Formvla XIX.

Cùm dicitur in Scripturis nos omnia poſſe aut nobis licere, & ſimilia, bona dūtaxat debent intelligi.

Omnia cùm ſimpliciter dicunt Scripturæ, vel nobis licere, vel facienda nobis omnia, vel ſuſtinenda, vel impetranda, nō extenditur ad mala, vel peccata ſignificanda, ſed ad bona tantùm. Vt: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Omnia quæ-*

1. Cor. 10.

cunq;

cunque faciet (ſcilicet iuſtus) *proſperabuntur* Omnia tempus habent, peccatum enim tempus non habet, cùm à Deo ſit prohibitum. *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines*: Omnia, id eſt, rationi, & legi Dei conſona: *Omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite*, Omnia ſcilicet quæ lege præſcribuntur, aut illi conſentiunt: *Omnia poßibilia ſunt credenti. Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Date eleemoſynam, & ecce omnia ſunt vobis: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos: Omnia in gloriam Dei facite: Omnia poſſum in eo, qui me confortat: Omnia facite, ſine murmurationibus, & hæſitationibus: Omnia munda mundis: Omnia probate; quod bonum eſt, tenete.* Et in Actis: *Erant illis omnia communia*, ſcilicet temporalia bona. Ita de charitate teſtatur Apoſtolus, quòd *Omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*, quæ ſcilicet peccata non ſunt. Eſt enim peccatum, malum; & quod malum eſt, nihil eſt, ſed tantùm boni priuatio. *Omnia traham ad me ipſum: Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur*, id eſt, Omnes tam Iudæos, quàm Gentiles, vel eorum maiorem partem per hyperbolen.

Ibid. Pſal. 1. Eccleſ. 3. Matth. 7. Infrà 23. Mar. 9. Infrà 11. Luc. 11. 1. Cor. 9. Infrà 10. Philip. 4. Suprà 2. Tit. 1. Theſſ 5. Act. 4. 1. Cor. 13.

Charitas omnia quidem, ſed tamen peccata non ſuſtinet.

Ioan. 12. Rom. 11.

Formvla XX.

Vox illa: Non omnis, vel, Omnis non, quæ more dialectico æquipollet alicui: qui enim dicit: Non omne animal dormit, ſignificat aliquod animal dormire: In ſacris tamē literis vſurpatur pro eo quod eſt, nullus. Ita dixit Angelus. *Nō erit impoßibile apud Deum omne verbum*, id eſt, nullum. Item: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat*, id eſt nullus: & Habac. 2. *Omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.* Item, *Non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Et, *Omnis qui peccat, non vidit eum*, id eſt, Nemo qui peccat, videt Deum. Et, *Omne, quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo*, id eſt, nihil. Similiter interpretanda ſunt illa: *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo: Omnis qui in eo manet, non peccat: Nunquàm manducaui omne commune, & immundum: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in Regnum Cælorum: Omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem: Omne mendacium ex veritate non eſt.* Et vt aliquid attingam ex veteri Scriptura: *Poſuit Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, qui vidiſſet eum: Ad omnem mortuum non ingredietur omninò: Non dominetur mei omnis iniuſtitia*, hoc eſt, nulla: &, *Cùm interierit, non ſumet omnia*, id eſt, nihil ſumet. Et ſexcenta huiuſmodi.

Illa dictio. Non omnis, vel omnis nō more Hebræo negat.

Luc. 1. Epheſ 4. Habac. 2. 1. Cor. 1. 1. Ioan. 3. Ioan. 6. Rom 3. 1. Ioan 3. Act. 10. Matth. 7. Ioan 3. Suprà 2. Gen. 4. Leuit 21. Pſal 18. Pſal. 48.

Formvla XXI.

Dictio Hebræa Col, quæ omni generi, caſui, & numero deſeruit in lingua Sancta, & omnis, omne, omnes, & omnia ſignificat, pro multis accipi per hyperbolen conſueuit. Exempla ſunt: *Omnes auaritiæ ſtudent: Omnes quæ ſua ſunt, quærunt: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum*: & *Mundus totus poſt eum abijt.* Hinc Hieronymus in cap. 13. Iſaiæ: *Idioma eſt*, inquit, *Sanctæ Scripturæ, vt omnem terram illius ſignificet prouinciæ, de qua ſermo eſt; quod quidam non intelligentes, ad omnium terrarum ſubuerſionem trahunt.* Idipſum Auguſtinus lib. contra Iulianum obſeruauit. In hunc ſenſum dicitur Herodes turbatus, & omnis Hieroſolyma cum illo: & Cyrus dixit: *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus Cæli.* Rectè ergo omnis, accipitur pro parte maxima, eo quòd quę minora ſunt, in maioribus intelligantur. Velut cùm dicitur: Omnis ciuitas conclamauit: eo quòd bona pars ciuitatis id fecerit. Et Paulus, *Omnes me dereliquerunt*: Non quòd Timotheus, & Titus, & cæteri diſcipuli, qui illo tempore, quo conſcribebantur epiſtolæ, cū eo erant illum dereliquerint; ſed idcirco quia à pluribus deſertus eſt, ab omnib' ſe deſertum, id eſt, à maxima parte, conqueritur. Item Dauid cùm ait, *Omnis homo mendax*, eſſet & ipſe qui loquitur, mendax. Cùm etiam dicitur à B. Paulo: *Corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu*: intellige, qui ſe imbuendum tradat: nam alioqui multi repugnabant, & audire nolebant. Plura ſi volet exempla ſtudioſus Lector poterit ex XLII. Canone ſecundæ Quinquagenæ deſumere: hæc paucula ad rem noſtram ſpectantia ſatis eſſe viſa ſunt.

Col Hebræis vniuerſalis dictio, multa hyperbolico more ſignificat ex eorum proprietate ſermonis.

Hierem. 6. Philip. 2. Ioan. 11. Infrà 12. B. Hieron. in Iſaiam, lib. 5. initio, tom. 5. B. Aug. lib. 6. contra Iulia. c. 12. Matt. 2. 1. Eſd. 1.

Quæ ratio eiuſmodi acceptionis ſit.

2. Tim. 4. Pſal. 115. Coloſſ. 1.

Formvla XXII.

Multi, aliquando dicuntur omnes, quēadmodum Matth. 20. *Sicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis*: id eſt, pro omnibus. Hoc idem Auguſtinus lib. 6. contra Iulianum docet: *Cùm verò multos*, inquit, *quod dixit poſteà* (ſcilicet Apoſtolus) *non vis intelligi omnes, quod prius dixerat, ideo exiſtimans dictum fuiſſe, multos, ne omnes intelligerentur: poteris hoc dicere, & de ſemine Abrahæ, cui promiſſæ ſunt Gentes, nō omnes gentes ei fuiſſe promiſſas, quia dictum eſt alio loco, Patrem multarum gentium poſui te. Eſt autem ſanus intellectus, ideo ſic locutā Scripturam, quia poſſunt eſſe aliqua omnia, quæ non ſunt multa. Sicut omnia dicimus Euāgelia, & tamen breui numero, id eſt, quaternario continentur. Et rurſus*

Interdū ſcriptura multos dicit pro omnibus.

Matt. 20. B. Aug. ca. 12. poſt medium, tom. 7. à med. Euthym. c. 43. in Matth. ſub finem. Gen. 12. Rom 4. Gen 17. Rom. 4.

poſſunt aliqua eſſe multa, non tamen omnia. Sicut multos dicimus credere in Chriſtum, nec tamen omnes credunt. Non enim omnium eſt Fides, ait Apoſtolus. Et Euthymius in cap. Matthæ. 26 in id: *Qui pro multis effunditur. Multos hic dicit omnes: nam omnes multi ſunt.* Sic ille. Similia ſunt illa: *Sicut per inobedientiã vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituti ſunt multi.* Et rurſus: *Si vnius delicto multi mortui ſunt; multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Chriſti in plures abundauit.* Vbi nomen multi, & plures, Græcè dicitur πολλοὶ.

2. Theſſ. 3. Euthym. c. 44. in Matt. circa finem. Rom 5. Ibid.

Sæpè tamen multi, capitur pro vno aliquo: Vt, *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, id eſt, Manna, qui loco panis edebatur, & panis ἀπὸ τῆς πασῆς dicitur, Vt poſsit dici, Omnis eſca. Item cùm Chriſtus dixit: *Beati eſtis, cùm dixerint omne malum aduerſus vos*: ſignificare voluit, cũ vos aliqua iniuria affecerint, mentiẽtes, propter me, & Hieronymus in Matth. cap. 26. ſub initium: *Neſciunt tropum qui vocatur σύλληψις, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus accipi ſolcat.* Et produxit ex epiſtola ad Hebræ. illud: *Lapidati ſunt, ſecati ſunt, ſerrati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt*; cùm vnũ tantummodò Iſaiam Prophetam ſectum Iudęi autument. Addit tamen Hieronymus in cap. vltim Iſaiæ, quòd hic numerus multi, ſemper in vitio eſt. Vnde in Geneſi narratur, quòd cœperant homines multi fieri. Et in Pſalmo: *Multi inſurgunt aduerſum me*: quia *Stultorum infinitus eſt numerus*: Pauci verò, in bonam partem capitur, iuxta illud: *Pauci verò electi*, & Pſaltes, *Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum.*

Vnus aliquis ſæpè multorum nomine deſignatur. Pſal. 116. Num 21. Panis vnde dictus. Matth 5. B Hieron. in Matt lib. 4. circa med. tom 9. Heb. 11. Idem lib. 16. in Iſaiam, circa med io 5. Hæc vox multi, malè in Scripturis ſonat, teſte Hieronymo. Gen 6. Pſal. 3. Eccleſ 1. Matth 20. & aliàs. Pſal 16.

Formvla XXIII.

Illa percunctatio: *Quis*, aut *quis putas*, nõ ſemper impoſsibile, ſed etiam aliquando rarum, & difficile ſignificat. Ait enim Hieronymus ſuper illud Eccleſ. 3. *Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendit ſurſum? Quis, difficultatem rei voluit demonſtrare. Pronomen enim quis, in Scripturis Sanctis non pro impoſsibili, ſed pro difficili ſemper accipitur. Vt ibi: Generationem eius quis enarrabit?* Et *in Pſalmo 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, & in monte Sancto tuo?* Et in *Hieremia, licèt in Hebræo aliter ſit: Et homo eſt, & quis cognoſcet eum?* Idem in Prologo in Oſeam interpretans illud: *Quis ſapiens, & intelliget iſta, &c.* ait: *Quod non pro impoſsibili, ſed pro difficili debemus accipere, iuxta illud Euangelij: Quis, putas, eſt ſeruus fidelis, & prudens?* Sic ille: Et ante illum Origenes libro 8 in epiſtolam ad Romanos, & in capitis 10. verba illa: *Domine, quis credidit auditui noſtro? Quis*, inquit, *pro, rarò dictum eſt: & obſeruare debemus, quòd ſermo hic in Scripturis interdum pro rarò, interdum omninò nullo ponitur. Verbi gratia, vt cùm dicit: Quis ſapiens, & intelliget hæc? Quis aſcendet in montem Domini? &, Quis eſt homo qui vult vitam? In his omnibus rarum quemque ſignificat. Vbi verò dicit: Quis aſcendit in Cœlum; hoc eſt, Chriſtum deducere*; vel, *Quis deſcendit in abyſſum hoc eſt à mortuis deducere: hic quis, nullus intelligitur.* Hæc Origenes. Quæ vt magis intelligantur, & explicentur, quando pro impoſsibili, & quando pro difficili, vel rarò ſit accipiendum, aduerte, eiuſmodi phraſi intelligi, vel quod eſt impoſsibile naturæ noſtræ nudæ, & gratia Dei deſtitutæ: nam ſine Spiritu Dei adiuuante, ad eiuſmodi heroica opera præſtanda non poſſumus aſſurgere; vel etiam gratia Dei poſita rariſsimi ſunt, & pauciſsimi, qui Spiritus ſancti impulſum ſequantur, & qui gratiæ Dei non deſint. Et ſic accipe illud: *Quis poterit ſaluus eſſe? Quis eſt hic, & laudabimus eum? Quis aſcendet in montem Domini?* Et id, *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Quis eſt homo qui viuet, & non videt mortem.*

Vox illa percunctantis: Quis, aut Quis putas, &c in Scripturis duo dicit. Hieron. lo. 7. ſub initium. Iſai 53. Act 8. Pſal. 14. Hierem. 17. Idem tom. 6. initio. Matth. 24. Origen lo. 1. Iſai. 53. Ioan. 12. Oſea vlt. Pſal 23. Pſal 33. 1. Pet 3. Prou 30. Verbũ quis, quando pro impoſsibili, quando pro rarò accipiendum ſit. Matth. 19. Eccleſ. 31. Pſal. 23. Eccl. 1. Pſal. 38.

Formvla XXIV.

Tempus Latinis duo ſignat: vel enim ad temporis menſuram refertur, & dicitur Græcè χρόνος, vt hora, dies, ſeptimana, menſis, annus, ſæculum ſæculi, manè, meridies, veſper, nox, quatuor vigiliæ, & quatuor anni tempora. Dicitur etiam pluuium, turbidum, & amœnum tempus. Secundo loco denotat opportunitatem, & dicitur Græcè καιρὸς: vt in prandio, & cœna, ſtando, ſedendo, ambulando, dormiendo, colloquendo, ſalutando, dimittendo, in præſentia, & abſentia. Quam differentiam non ignorauit Auguſtinus in Epiſtola ad Heſychium; producitque illum Actorum 1. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta.* Et 1. Theſſal. 5. De temporibus autem, & momentis: Græcè dicitur: Περὶ τῶν χρόνων, καὶ καιρῶν. Quia verò Latinis momentum, propriè minimam temporis particulam, ſiue ſit importuna, ſiue opportuna, ſignificat; idcircò aliqui opportunitatem rei gerendæ verterunt, vt Eraſmus, articulum temporis, & Terentius ſimpliciter vocat articulum. Vnde Geneſ. 7. *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noë, &c.* in

Tempus accipitur Latinis dupliciter. Temporis propria. καιρὸς Græcè quid. B Aug. epiſt. 78. tom. 2. Act 1. 1 Theſſ. 5. Momentum propriè quid. Eraſmus. Terent. in Adel. Gen 7.

arcam

eſcam. Hoc autem loco non tam tempus ſignificat rebus agendis opportunum, quàm tempus rebus gerendis à Deo conſtitutum.

Quantũ hæc conferat obſeruatio.

Quæ diligenter ſunt conſiderãda, quia plurimum conferunt ad ſenſus, tùm literales, tùm ſpirituales rectè eruendos. Hinc dicitur, Dauidem domi manſiſſe eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere: & Paulus, *Hora eſt nos de ſomno ſurgere.* & Dominus: *Tempus meum nondum aduenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum:* vbi habetur καιρὸς ſicut in ſequentibus: *Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis: Tu das illis eſcam in tempore opportuno: Tempus faciendi Domine* (ſcilicet vindictam) *diſſipauerũt legem tuam: Angelus Domini deſcendebat ſecundùm tempus in Piſcinam:* &, *Dum tempus habemus, operemur bonum, Tempore enim ſuo metemus.* Denique: *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo.* Quo in loco L X X. ad literã verterunt: Τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος, ὁ καιρὸς, interpretantes verba Hebræa Zeman, & Heth: nã propriè primum, eſt menſura temporis, alterum opportunitas.

2.Reg.11.
Rom 13.
Ioan.7.
Pſalm.1.
2.Cor.6.
Pſalm.114.
Pſalm.103.
Pſalm 118.
Ioan.5.
Gal.6.
Ibidem.
Eccleſ.3.

Gen.1.

Quid illud Geneſeos: Vt ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos.

Quod dictum eſt: *Vt ſint ſigna, & tempora, & dies, & annos;* primum verbum Hebraicè dicitur Mohadim, pro quo interpretes LXXII. verterũt καιροὺς, & ſignificat ſolennitates, ſiue feſtiuitates cuiuſq; mẽſis: iuxta illud Pſalmi: *Fecit lunã in tempora,* ſiue in Mohadim.

Pſalm.103.

Menſes Hebræi vnde deſcendant: cuſdem cur Moſes in Geneſi non meminerit.

Et ex hoc ſoluitur quod quidam dicũt, cur in Geneſi non facta ſit mentio menſiũ; ſicut annorũ, & dierũ; quæ vox venit à verbo יעד id eſt, cõgregauit, & conuenit: quia in neomenia congregabatur populus ad cultũ Dei. Non tñ ſemper pro καιρὸς opportunitate, vel articulo temporis accipitur, vt Rom.5. *Cùm adhuc infirmi eſſetis, Chriſtus ſecundùm tempus.* 1. Cor.4. *Nolite ante tempus iudicare,* & Gal.4. *Dies obſeruas, & menſes, & tempora, & annos,* & Epheſ.5. *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Idem Col.4. Quibus in locis καιρὸς pro ſpatio, non pro articulo temporis ſumitur: ita Patres interpretantur.

Formvla XXV.

Antiptoſis figura non tantũ in Scriptura vſurpata.

Eſt & in ſacris literis caſus vnius pro altero acceptio: quę Antiptoſis dicitur. Nam, vt diximus, Nominandi caſus pro Vocatiuo, ſiue articulo poni conſueuit Hebręis & Græcis: Atticè ponitur nominãdi caſus pro illo vocandi.

Accuſandi caſus pro caſu Nominandi.

Pſalm.117.

Accuſatiuus etiam, ſaltem in lectione Septuaginta, pro Nominandi caſu vſurpatur, iuxta illud: *Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes.* Vbi Gręcè λίθον habetur, à qua phraſi non abhorruit interpres. Quẽadmodum Latini dicunt:

Virgil. in Æneid.

Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt;

& Comicus:

Teren. in prolog. Andr.

Populo vt placerent quas feciſſet fabulas.

Pſalm 34.
Caſſiodor.

& Pſaltes: *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic cõplacebam.* Id eſt, Quaſi proximus, & frater eſſem, ſic me gerebam. Caſsiodorus verò intelligit, Quaſi de proximo, & quaſi de fratre noſtro ſic complacebam.

Datiuus pro Genitiuo.
2.Cor.12.
Pſalm.34. & 400 et 200.
Coloſ.2.
M. Cato maior.

Ita etiã Datiuus pro Genitiuo ponitur: vt, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ:* Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, id eſt carni meæ, idiotiſmo Hebręo: vt, *Pſalmus ipſi Dauidi,* pro Dauidis. Et ad Coloſ. *Delens quod aduerſum nos erat, chirographum decreti.* Vbi Græca habent in Datiuo, δόγμασι pro, decretorum, vel decretis. Ita etiã M. Cato in libris de re ruſtica vſurpat hanc loquendi rationẽ: Ornamenta bobus, pro, boum: inſtrumẽta ruſticis, pro, ruſticorum. Vt interim omittã illas, quas noſter interpres adhibuit, vbi potuiſſet aliter vertere, figuram tamen illam retinuit.

Ioan.14.
1.Ioan.2.

Vt cũ dixit: *Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus.* & Dilectus: *Et vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis.* potuiſſet enim vertere, *Sermo,* & *Vnctio,* vt Gręca habent.

Genitiuus pro Accuſatiuo.
2.Machab.1.

Genitiuus etiam pro Accuſandi caſu ponitur. Vt, 2. Machab. 1. *Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamenti ſui quod locutus eſt ad Abraham, & Iſaac, ſeruorum ſuorum fidelium:* quod non annotaſſem, ſed putaſſem vitio interpretis dandum eſſe, niſi conſulta litera Gręca, eam omninò habere eandem elocutionem comperiſſem. Καὶ μνησθείη τῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν πιστῶν.

Nominandi caſus pro Dandi.
Epheſ.3.

Nominãdi pręterea caſus, ſi ſit pronomen, vt Ego, pro altero caſu quocunque, vel pro Datiuo ponitur. Epheſ.3. *Cuius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, pro vobis Gentibus: ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis* (id eſt, vt ſim Apoſtolus) *Quoniã ſecundùm reuelationem notum mihi factum eſt Sacramentum:* pro, Cuius rei gratia mihi Paulo vincto pro vobis, mihi, inquam, notum factum eſt Sacramẽtum. Et illud: *Si tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis,* per parentheſin legendum eſt. Et aduerbiũ, Quoniam, more Hebræo abundat. Et, Ego Paulus ponitur pro, Mihi Paulo, etſi quidam hoc tribuerint imperitiæ Grãmaticę B. Pauli.

Gen.24.
Zach.7.

Vt, Geneſ.24. dixit Eliezer: *Et rectè itinere me perduxit in domum fratris Domini mei:* Hebręa habẽt ad literam: *Ego in via deduxit me Deus,* id eſt, dum iter facerẽ, deductus ſum à Deo in domũ fratris domini mei. Et Zach. 7. *Nunquid ieiuniũ ieiunaſtis ego?* Sic habent Hebræa, pro, Mihi. Chaldæus habet, coram me.

Formvla XXVI.

Quæ Gen. 10. cap. cẽſentur nomina generatio-

Nomina quæ habentur cap. 10. Geneſis, in quo enumerãtur generationes filiorum

Noe,

num Noë, & filiorũ eius, ea tũ homines, tum Prouincias, tum peculiarẽ denotant linguam.
Alcuyn.
Gen. 11.

Noë, Sem, Cham, & Iaphet, primò quidem propria ſunt nomina hominum, deinde verò etiam prouinciarum, in quas illi diſperſi per vniuerſum orbem ad inhabitandum ſe contulerunt: tertiò peculiarem aliquam linguam denotant. Nam in ſeptuaginta duas linguas prima illa Hebræa diuiſa fuit, quemadmodum Alcuynus lib. 1. quæſt. in Geneſin docet: *Nihil, inquit, nomi factum eſt, cùm linguæ ad turrem Babel diuiderentur, ſed ita tum eius quæ prius vna eſſet, ſenum, literasq́; & ordinem ſic inuerſum eſſe, vt omnes ſeptuaginta duæ linguæ ex vna premanarent.* Et vt Epiphanius in procemio libri de Hęreſibus teſtatur, ob diuerſam linguã, ſiue ob diuerſam vocem, homines vocat μέροπες. Eſt enim apud Græcos ὁ-ψ idem quod φωνή.

B. Epiphan. operis initio.
Μέροπες q.

FORMVLA XXVII.

Dictiones quænam varijs Scripturarum locis addẽdæ ſint ex omnium vſu linguarum.
I. Particula.

Expedit annotare eas particulas, quæ ſupplendæ ſunt in ſacris libris, & quas moris eſt ex proprietate linguæ ſubaudire. Et primò quidem verbum ſubſtantiuum plerunq; deeſt, & ex vſu omnium linguarum ſuppletur: Vt, *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum: Beatus populus qui ſcit iubilationem. Beatus qui mãducabit panem in regno Dei.* Ita etiam in plurali: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, & cæt. Beati pauperes ſpiritu: Beati mites, & cæt.* In quibus ſupplendum, *Sunt*, ſicut in prioribus, *Eſt*. Et ad Roman. 2. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.* Et infra: *Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum*, & ſupplendum eſt, *Erit*.

Pſalm. 1.
Pſalm. 88.
Luc. 14.
Pſalm. 118.
Ibidem.
Matth. 5.
Rom. 2.
Ibidem.

Secunda.

Secunda particula eſt relatiuum, quod ſępè etiam non eſt expreſſum, & propterea ſupplendum. Vt Pſal. 7. *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti.* Vbi Hebræa habent: *Excita ad me iudicium mandaſti*, pro eo quod eſt, quod mandaſti. Et Pſal. 9. *Inimici defecerunt phramea in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti* (vbi ſupplendum, quas deſtruxiſti.) Infrà: *Infixæ ſunt Gentes in interitu fecerunt*, pro, quem fecerũt. Et ſtatim ſequitur: *in laqueo iſto abſconderunt*, pro, quem abſconderunt, & Pſalm. 117. *Lapidem reprobauerunt* (ſic enim Hebræa habent ad literam) vbi ſupplendum relatiuum *quem*, vt etiam 70. interpretes ſuppleuerunt. Et infra: *Hæc dies fecit Dominus*, pro, *quam fecit Dominus*. Idcircò in Paulo, Ioanne, & Iacobo, qui Hebræi erant, deſiderãtur articuli gręci, quibus ſuppleri ſolent relatiua.

Pſalm. 7.
Pſalm. 9.
Pſalm. 117.

Tertia.

Tertia, eſt præpoſitio, ſiue articulus: *Nunquid Sion dicet, Homo & homo natus eſt in ea?* Hebræa in verbo Sion habent articulũ Datiui, & Hieronymus vertit: *Ad Sion autẽ dicetur.* Iſai. 16: *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ*: quia nomen agnus caret articulo accuſatiui. Quidam verterunt: *Emitte agnum dominatori terræ.* Sed cùm careat articulo Datiui, & facilè poſsit ſuppleri articulus accuſatiui, melior eſt lectio noſtra, *agnũ dominatorem*, quia agno Chriſto data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra.

Pſalm. 86.
B. Hieron. tom. 8.
Iſai. 6.
Matth. vlt.

Quartò, ſuppletur quoq; particula vſq;, vel ad, iuxta illud Pſal. 2. *Et poſſeſsionem tuam terminos terræ*: ſupplendum eſt, *vſq;*. Quod conſiderans Auguſt. lib. locutionum in lib. Numer. *Non rarò, inquit, Hebræi nominibus locorum non ponunt præpoſitionem. Sicut eſt;*

Quarta.
Pſalm. 2.
Aug. lib. 4. locutionũ in Numer. 45. tom. 3. ſub mentem.

Penituſq́; ſonantes
Acceſtis ſcopulos:

id eſt, acceſsiſtis ſcopulos: non ait, ad ſcopulos. Et, Deuenêre locos: non ait, ad locos. Sic illẽ Matt. 4. *Terra Zabulon, & terra Nephthali, via maris.* id eſt, iuxta viam maris.

Virg. lib. 1. Aeneid.
Idem lib. 6. Aeneid.
Matth. 4.
Iſai. 9.

Particula V.

Quinta particula, eſt litera Caph, quę in principio eſt nota ſimilitudinis, & interdũ omittitur. Vt in Pſalm. 79. *Iumentum factum ſum apud te*, pro eo quod eſt vt iumentum, & Pſalm. 67. *Niue dealbabuntur*, id eſt, ſicut nix: & ibidem: *Vt excludas eos qui probati ſunt argento*, id eſt argenti inſtar, vel proinde atque argentum: & alio loco, *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum*, id eſt, veluti argentum igne examinatũ. Rurſus idem obſeruauit Horatius libro 1. epiſtolarum:

Vixiſſet canis immundus, & amica luto ſus.

Et in vtraq; particula ſupplendum eſt, *Eſt*, ſicut in Pſalm. 119. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagitta potentis acuta*, id eſt, ſicut ſagittæ potentis. Et iterum: *Quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem ſicut paſſer?* ſicut non eſt in Hebræo, ſed rectè ſuppletum eſt per interpretem, & rectè additum à LXX. ὡς ϛρουθίον. Item Geneſis 49. *Catulus leonis Iuda: Iſſachar, aſinus fortis: Nephthali, ceruus emiſſus: Beniamin Lupus rapax*: in quibus omnibus ſupplenda eſt ex more linguæ nota ſimilitudinis, Sicut, vel Quemadmodum. Ita 1. Regum 13 *Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpiſſet*: vbi nec in Hebræo, nec in Septuaginta interpretibus habetur, vnius, ſed tantùm, *filius anni erat Saul*: quia fuit vir innocens, & purus: & ſupplenda eſt ſimilitudo, id eſt: ſicut vir vnius anni erat Saul innocens, quam ſimilitudinẽ Chaldæus expreſſit. Et ſequitur: *Duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael*: id eſt, iuſtè, & ſanctè, quia reliquo tẽpore ſine iuſtitia, & æquitate regnauit. Conſtat enim ex Act. 13. Saulem annis quadraginta regnaſſe. Euthymius in Pſal. 77. explicans illud: *Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis*: Subintelligenda eſt, inquit,

Pſalm. 119.
Pſalm. 119.
Gen. 49.
1. Reg. 13.
Act. 13.
Pſalm. 77.
Euthym.

Quomodo diuiſerit Iudæis terram Deus ſecundùm Euthymium.

ſuit, *dictio Quaſi, vt ſit ſenſus: qui quaſi in funiculo diuiſit. Eſt & hic defectiuus loquendi modus Hebraico idiomati familiaris. Ita enim terram illam Deus inter tribus diuiſit: quemadmodùm ſi pater aliquis illo fune inter filios eam diuideret, quo ſolemus agros metiri.* Sic ille. Similia ſunt: *Cibauit eos ex adipe frumenti*, pro, *quaſi ex adipe frumenti.* Et Prouerb. 1. *Fruſtra*, vel, *ſicut fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Et ſubdit: *Sic ſemitæ omnis auari, animas poſſidentium rapiunt.* Supplendum etiam aliquid eſt in comparationibus, quia ſæpè occulta eſt nota ſimilitudinis, ſiue in comparante, ſiue comparato, ſiue in vtroque, ſicut ſuperius paullò antè eſt explicatum.

Pſalm. 80.
Prouer. 1.

Formula quarta à medio.

In ecliptibus etiam, & defectiuis locutionibus hominis irati, aut indignatione commoti aliquid omninò eſt ſubaudiendum, quemadmodum etiam in iuramentis quæ fiunt cum particula, Si, aliquid ſupplendum eſt, vt infra docebimus. Hanc autem regulam tradunt nobis Patres, quos inter Euthymius in Pſalmum 51. iuxta finem: *Solent ij qui vlciſcuntur, defectiua quædam verba proferre, veluti præ gaudio reliqua in eis verba intercidantur, vt illud: Viderunt oculi noſtri. Subintelligitur enim vindictam, vel quid ſimile:* &, *Confitebor tibi in ſeculum, quia feciſti, intellige vindictam:* & alibi: *Tempus faciendi, Domine, ſcilicet vltionem (quia) diſſipauerunt legem tuam.* Idem in Pſalmum 125. *Eſt proprium hoc idioma Hebraicæ linguæ, dicere: Dominus fecit cum illo. Subintelligitur enim dictio, miſericordiam.* Vt: *Magnificauit Dominus facere nobiſcum (ſcilicet miſericordiam) facti ſumus lætantes.* Rurſus in Pſalmum 74. In id: *Quoniam neque ab egreſſu, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus. Eſt*, inquit, *hic ſermo defectiuus, vnde aliquid ſubintelligendum eſt, verbigratia, nihil latet.* Et Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei: *Quum legimus eos, quorum autoritati reſultare fas non eſt, ibi ſunt intelligenda (ſcilicet particulæ, ſeu ſermonis proprietates) vbi rectus ſenſus alium exitum non poteſt inuenire.* Hæc illi. Et in Scripturis aliquid eſt neceſſariò addendum ex more linguæ, vt conſtet ſenſus: ita interdũ præpoſitiones, & coniunctiones abundant, vt earum ratio non ſit habenda: & nominibus quædam adduntur; quæ in noſtro idiomate redundare videntur. Vt, *agni ouium.* Pſalm. 113. *hœdus caprarum* Tob. 12. Iudic. 13. *hœdus de capris, & hircus caprarum.* Dan. 8. Sunt etiam vituli de armento, id eſt grege boum, & vaccarum, Exod 29. *Super pullum filium aſinæ.* Zachar. 9. *Super ſeptuaginta pullos aſinarum.* Iudic. 12. & Exod. 12. *Erit autem agnus perfectus anniculus: de arietibus, & capris accipietis eum*, vt ſignificet hœdum, vel agnum, accipi poſſe. Sic enim Hebræa habent, & Græca. Redundat autem, quia agnus non capitur niſi de ouibus, & hœdus de capris, & vitulus de armento, & aſini, niſi de grege aſinarum. Secus eſt oleum oliuarum, quia ex alijs rebus oleum conficitur.

Euthym.
Pſalm. 51.

Quid proprium iracundis.

Pſalm. 34.
Pſalm. 118.
Idem.
Pſalm. 125.
Idem.
Aug. lib. 14. de Ciuitate Dei, cap. 8 ante demed. tomo 5.
Pſalm. 113.
Tob. 2.
Dan. 8.
Exod. 29.
Zachar. 9.
Iudic. 12.
Exod. 12.
Infra 27.
Leuit. 24. & alibi.

Formvla XXVIII.

Scripturę vocem Spiritus, & increati, & creati, ob ſexus defectũ, omni genere ennotiare ſolent.

Quemadmodum vox illa Spiritus Increati, & creatoris, Latinis eſt maſculini generis, Hebræis fœminini רוח, & Græcis, neutrius: dicitur enim τὸ πνεῦμα: ita ſpiritus creati, id eſt Angeli, quia nullo ſexu diſcernuntur: (ob quod etiam Dominus dixit: *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo*) per omne genus ſignificantur. Nam maſculinè dicimus Angelos, Archangelos, Principatus, Throni: modò verò fœminini, Dominationes, Poteſtates: interdum neutrè, vt Cherubim, & Seraphim, quæ neutro genere enuntiantur à LXXII. interpretibus. Quapropter ſtultum, & ſine ratione vlla factũ videtur, vt Iudæi duos illos Cherubinos, qui arcæ fœderis aſsiſtebant, alterum quidem maſculum, alterum verò fœminam effingerent, atque formarent. Quod reprobat Ioſephus libro Antiquitatum, dicens: *Hæ Cherubicæ effigies quanam ſpecie fuerint, nemo, vel conijcere poteſt, vel eloqui.* Hæc ille. Vanum & illud eſt, quod quidam auſi ſunt reprehendere LXXII. interpretes, quòd in vniuerſum in ſingulari dicendum ſit fœmininè Seraph & Cherub per omnes caſus, in plurali verò Seraphim, & Cherubim maſculinè, quanquam interpres Hieronymus id ſecutus ſit, vt Iſai. 6. *Volauit ad me vnus de Seraphim*, Septuaginta habent, Volauit ad me vnum de Seraphim, & paullò antè, *Clamabãt alter ad alterum, &c.* Item Exod. 25. *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies.* Et ita Exod. 37. & Numer. 7. in fine, & Ezech. 28. *Tu Cherub extentus, & protegens.* Tamen hoc non eſt perpetuum, & pugnat non ſolùm cum LXXII. interpretibus, ſed etiam cum Paulo, qui ad Hebr. 9. habet: *Superq́; eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium*, & Græcè dicitur κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. Pugnat & cum Dionyſio Areopagita, & alijs veteribus Patribus, qui neutro genere protulerunt, & cum Eccleſia, quæ canit: *Cæli, cælorumq́; virtutes, ac beata Seraphim:* pugnat & cum ipſo B. Hieronymo, qui Epiſtola ad Damaſum de viſione Seraphim habet: *In genere quoque diuerſitas eſt. Septuaginta, Aquila, & Theodotion, Seraphim neutro genere tranſtulerunt, Symmachus maſculinè.* Sic ille.

Matth. 22.

Aduerſus Iudæos maſculinam Angelis, & fœmineam ſpeciẽ affingentes.

3. Reg. 6 & iuxtà alibi.
Ioſeph. lib. 8. antiq. cap. 2. vel potius 3. paulo à princ.
B. Hiero. to. 5. initio.
Iſai. 6.
Exod. 25.
Infra 37.
Ezech. 28.
Hebr 9.
3 Reg 6. & alibi.
Dionyſ. Areo. lib. de cæleſt. hierar. & de diuin. nom.
B Hieron. ep 143 init. tom 3. ante med.

Spiritus ho-

Quemadmodùm ſpiritus creatus hominis vtro-

minis, cui nunc anima, nūc animus appelletur.

vtroque genere enuntiatur: nam dicitur anima, quatenus corpori animando & vegetando inſeruit, animus verò, quatenus illo ſapimus, & intelligimus. Subdit ibidem Hieronymus: Nec putādum, ſexum eſſe in virtutibus Dei, cùm etiam ipſe Spiritus ſanctus, ſecundùm proprietates linguæ Hebrææ fœmineo genere proferatur Ruach רוח, Græcè neutro τὸ πνεῦμα, Latinè maſculino, Spiritus. Ex quo intelligendum eſt tam ſexum ſignificari, quàm idioma ſonare linguæ. Siquidem ipſe Deus inuiſibilis, & incorruptibilis, omnibus penè linguis profertur genere maſculino; cùm in eum non cadat ſexus. Et Auguſtinus in Ioannem: *Cōſuetudo locutionis ideò per diuerſas linguas variat genera vocabulorum, quia in ipſis rebus non inuenis ſexum*: & paullò antè: *In Græco eloquio diſcernitur, quod non poteſt in Latino. Apud Græcos enim fœminini generis eſt principiū, ſicut apud nos lex fœminini generis eſt, ſicut ſapientia & apud nos, & apud illos generis fœminini eſt. Non enim ſapientia verè fœmina eſt, cùm Chriſtus ſit Dei ſapientia, & Chriſtus appellatur genere maſculino, ſapientia fœminino.* Hæc ille ſatis eruditè. Quod ergo dicitur Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarū, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*: verbum, *Et hoc*, aptius potuiſſet verti, & hic, ſcilicet, ſpiritus. Quia tamen Græcè ſpiritus πνεῦμα dicitur in neutro genere, quod poſſet reſpondere Græcæ voci, quę eſt neutra, vt totus locus intelligatur de Spiritu ſancto, qui continere dicitur omnia creata, non ſecus atque ſpiritus humanus cōtinet omnia hominis membra: & contingit: quam veritatem etiam Philoſophi & Poëtæ agnouerūt quorum vnus dixit:

Idem ibidem.

S. Aug. tract. 38. propè fin. tom. 9.

Sap. 1.

1. Cor. 1.

Quomodo ſpiritus videri poſſit omnia cōtinere.

Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Virg. 6. Aen. circa fin.

Hinc Platonici dixerunt, vniuerſum viuere hoc Spiritu tanquam corpus animatum anima quadam ſentiente, vel intelligente. Et quod omnia impleat Spiritus, verū eſt: non tamen vt anima quaſi forma. Quia cùm totum ſit perfectius ſuis partibus, mūdus perfectior eſſet illa anima, cùm tamen Deo nil maius, aut melius cogitari poſſit. Eſſent præterea ſingulæ mundi partes, vt ſunt ſingulæ partes corporis noſtri animatæ. Quod verò ſubdit: *Scientiam habet vocis*: veriſsimum eſt, quia venit in forma linguę & docuit loqui Apoſtolos, & prædicare magnalia Dei, iuxta illud: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Qui ergo interpretantur: *Hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*, vt referatur ad cœlum hoc ſpectabile, cuius circumflexu degunt cuncta, & vno ambitu ſe, cunctaque complectitur, *& ſcientiam habet vocis*, quia, *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum*: verum quidem dicunt, & ſenſum commodum proferunt, ſed neque tam proprium, & tam cohærentem, vt priorem de Spiritu ſancto, cui Euangelica verba teſtari videntur.

Quod Platonici dixēre, ſpiritum eſſe animā mundi, quomodo accipiēdum ſit.

Quàm verè ſpiritus dicatur habere ſcientiam vocis.

Act. 2.

Matth. 10.

Eiuſdem ſententiæ, videlicet, Spiritus Domini repleuit orbem terrarū, &c. & ſi non illa quidē omnino propria, vera tamen & commoda eiuſdem intelligentia.

Pſalm. 18.

Formvla XXIX.

Non expedit ignorare, multiplices, ac diuerſas ſignificationes in nominibus Hebræis delitеſcere, quòd res, & actiones ſint innumeræ, voces autem perpaucæ: quoniam Hebræa, vt diximus, lingua omnium aliarum eſt breuiſsima, & verba Hebræa, vt ait Ieſus filius Sirach in Proœmio libri ſui, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam, deficiunt, quia videlicet non poſſunt continere tot ſignificata, quot habent in Hebræo, ac proinde nec tot ſenſus, quoniam interpres nonniſi vnum exprimere valeat. Quod ergo in illo libro ex Hebræo in Græcum vertendo ſibi accidiſſe refert ille autor, veriſimile eſt Septuaginta interpretibus contigiſſe, & hoc illum ab auo ſuo, qui vnus fuit illorum, didiciſſe. Inde mirari non debemus, ſi aliter Septuaginta, aliter Hieronymus, aliter Aquila, aliter Symmachus, & Theodotion, aliter noui interpretes noſtro ſeculo ſacra Biblia verterint. Deinde vigilanter incumbendum eſt, vt multiplicia ſignificata vocum ambiguarum & homonymarum diſtincta, & benè cognita habeamus, vt quæ illarum magis propoſito loco conueniat, internoſcamus. Nam vt res exemplis fiat manifeſta, inquiramus ex Scripturis, quot ſignificata habeat vox animæ, & vox ſpiritus, & vox peccati, & ſanguinis; quanta etiam ſignificata comprehendat nomen Verbi, & Patris, & Filij, Mulieris, & Virginis: illud ante hæc omnia præmittentes ad maiorē huius rei claritatem, paſsionis vocabulum variè ac multipliciter ſolere accipi. Denotat enim apud Philoſophos Morales quamuis animi perturbationem, quę ad peccatū impellit, vt iram, odium, gaudium, ſpem, timorem, amorem, apud naturales verò eſt afflictio, ſiue paſsio doloris ſenſum incutiens. Tertiò apud Dialecticos interdū accipitur pro genere generaliſsimo, & prædicamento quod opponitur actioni, deinde pro quadam ſpecie qualitatis, & quæ ſeorſum perficit, vt calor, ſapor, odor, ſonus: & dicitur paſsio, ſiue paſsibilis qualitas, denique apud eoſdem vſurpatur pro propria paſsione, quæ eſt terminus cōuertibilis, vt,

Hebræorum nominū varij ſignificatus vnde.

Nomen paſſionis apud Philoſophos quàm variè ſumi ſoleat.

rili-

riſibile, eſt hominis paſsio, quæ demóſtratur de homine.

Anima in Scripturis quot modis ſumatur.

Ita ſanè in Scripturis, *Anima* per Synecdochen totum hominem ſignificat, iuxta illud: *Si peccauerit anima*, id eſt homo. *Da mihi animas, cætera tolle tibi: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Deinde pro anima rationali: hinc dicitur primus homo factus in animam viuentem: *Non derelinques animam meam in inferno: Animam autem non poſſunt occidere:* quod de rationali tãtùm dicitur, & Poeta quidam:

Leui.4. & ſæpè alibi. Gen.14. Rom.3. Gen.2. 1.Cor.14. Pſalm.15. Act.2. Matth.10.

Morte carent animæ.

Gen. 1.

Capitur & pro anima ſenſitiua: *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram.* Significat etiam hominis vitam corpoream, quæ ſenſibus ducitur: *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Qui non odit animam ſuam:* & Dominus ad Satan: *Ecce in manu tua eſt, verùm tamen animam illius ſerua,* id eſt, vitam, & Poëta:

Ioan.10. Luc.14. Iob 2. Virg.lib.8. Æneid.ſub initium.

Tuaq; animam hanc effundere dextra.

Significat etiam cóſcientiam, intellectum, voluntatem, & memoriam: quia omnes has facultates anima rationalis habet. Vnde quod dicitur Eccleſiaſt. 14. *Iuſtifica animam tuam:* intellige conſcientiam: ſicut & illud: *Ipſe animam ſuam viuificabit*, id eſt voluntatem, vt ibi: *Donec inueniam quem diligit anima mea: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, id eſt intellectu, *& ex tota anima tua*, id eſt voluntate: *& ex tota mente tua*, id eſt memoria. Et Pet. *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.* Idem: *Animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.* Denique ſignificat halitum ſiue ſpiritum, quem inſpiramus, & expiramus, ſicut apud Iob: *Halitus eius prunas ardere facit:* pro quo verbo Hebræa vox habet Nepheſch, quæ eſt anima: & Latinis etiam eadem animę vox idem ſignificat: ſic Plautus in Aſinaria:

Eccl.14. Ezech.18. Cant.3. Deut.6. Matth.22. Iob 41.

Nepheſch quid ſonet Hebræis. Plautus.

Anſ fœtet (inquit) *anima vxori tua?*

Vt cognoſcas quot ſignificata cóplectitur illa animæ vox.

Spiritus multifariam accipitur.

Illud etiam perpende in voce alia Hebræa רוח Ruach, & in Gręca πνεύματος, ſiue Spiritus. Nam vt teſtatur Didymus lib. de Spiritu ſancto, & Athanaſius ad Serapioné de Spiritu ſancto: *Spiritus eſt Deus*, vt dicitur Ioan. 4. & perſonas tres comprehendit. Dicitur & Spiritus, ſed cum articulo τὸ πνεῦμα de Spiritu ſancto. Tertiò Angeli, ſpiritus dicuntur: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.* Quartò vocãtur & dæmones, ſpiritus, vnde *Sadducæi dicebant non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum:* &, *Spiritus carnem, & oſſa non habet:* & Luc. 9. *Spiritus apprehendit filium:* &, *in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis ſubijciuntur.* Quintò, ſpiritus, eſt anima rationalis: *Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino:* non enim loquuntur pueri illi de Angelis, de quibus dixerant à principio: *Benedicite Angeli Domini Domino.* Et de ſpiritu humano dicitur: *Spiritus vadens, & non rediens*, per ſe ſcilicet in corpus, quia reſurrectio, opus eſt naturæ facultatem ſuperans. In Eccleſiaſte dicitur: *Reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Ita in Prouerbijs ait Salomon: *Spirituum ponderator eſt Dominus.* Et Apoſtolus ad Hebræos inquit: *Multò magis obtemperabimus Patri ſpirituum*, (id eſt, animarum) *& viuemus.* Sextò ſpiritus dicitur animalis anima, non ſimpliciter, ſed cum adiuncto, vnde inquit Eccleſiaſtes: *Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?* Septimò ſignat ventum: *Benedicite*, pueri tres inquiunt, *imber, & ros Domino, & cæt. Benedicite omnes ſpiritus Dei Domino*, id eſt omnes venti, vt quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, docent. Geneſ. octauo: *Adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ:* &, *Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur*, ait Eccleſiaſtes, & ſignat aërem, qui pro motu Solis moueri ſolet in hanc, vel illam partem, vt Rabbi Abraham: & quia in ſpiritu homo habet vires ſuas, & vigorem, qui prę admiratione alicuius rei inſperatæ, & nouæ perturbatur, dicitur non habere vltra ſpiritum: vt Regina Saba 3. Regum 10. Et Iacob, agnito quòd Ioſeph filius eius viueret, *Reuixit ſpiritus eius.* Octauò accipitur pro dono Spiritus ſancti, quo ducimur, iuxta illud: *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis:* &, *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis Filiorum Dei.* Nonò ſpiritus dicuntur dogmata, ſiue placita, quæ quis ſe habere ab ſpiritu iactat, de quo Ioannes: *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint:* &, *Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt.* Et Ezech. 13. *Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum*, id eſt, proprias cogitationes, & non diuinas; vt moris eſt Prophetarum. Decimò, ſpiritus accipitur apud Paulum, vt opponitur carni, id eſt, carnali Iudaiſmo, & intelligentiæ: & hoc modo ſumitur pro ſpiritualis Legis intellectu, vnde dixit: *Litera occidit, ſpiritus autem viuificat:* & Chriſtus, *Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à Lege peccati, & mortis.* Vndecimò, capitur pro ira, vt ibi: *Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus:* pro quo alij vertunt, *omnem iram ſuam effundit*

Didym. lib. 2. de Spir. ſanct. c. 9. D. Hiero. operũ in fine. Pſal.103. Hebr.1. Act. 23. Matth. 22. Luc. vlt. ſupra 6. ſupra 10.

Dan.3. Ibidem. Pſal.77. Eccl.12. Prouerb.16. Hebr.12. Eccl.3. Dan.3. Gen.8. Eccl.1. Rabbi Abraham. Humana vis vnde ſit. *3.Reg.10. Gen 45. Galat.5. Luc.9. Rom.8. Ioan.1.4. Ibidem. 2.Cor.3. Ioan.6. Rom.8. Prouer.29. Eccl.7.*

dit *ſtultus*: & alibi: *Ne ſis velox ad iraſcendum*, ſecundùm Hebræum habetur, *Ne feſtina in ſpiritu tuo*. Et Dauid: *Ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ*. Item Salomon: *Impetum concitati ſpiritum ferre quis poterit?* Et rurſus: *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris*, id eſt, ſi ira dominantis deſæuierit contra te, ne commouearis. Poſtremò, *Spiritus ſignat os, quo ſpiramus*, vt ibi, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus*. vbi Septuaginta verterunt: Οὔτε δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Et confirmatur, quia Iſai. 53. dicitur de Meſsia: *Neque dolus fuit in ore eius*. & Paulus: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt*. Quid ergo eſt: *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam mente: pſallam & mente?* id eſt, voce & intellectu. Et vox audita in quodam Concilio, vbi de Ambroſiano officio erat ſermo: *Omnis*, inquit, *ſpiritus laudet Dominum*, & ita fuit retentum.

Pſal. 17. Prou. 17. Eccl. 10. Pſalm. 1. Iſai. 53. 1. Petr. 2. 1. Cor. 14.

Quid illud Apoſtoli: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

Vox quadã cœlitus demiſſa.

Peccatum, homonyma vox eſt, & ſignificat peccatum originale, iuxta illud: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*, ſic enim legitur in ſingulari Græcè, vt notat Auguſtinus. Denotat perſonale, & proprium peccatum, de quo: *Qui facit peccatum, ſeruus erit peccati*.

Peccati quotuplex ſignificatus.

Ioan. 1. Auguſt. 1. Ioan. 9. 2. Petr. 2.

Tertiò fomitem, ſiue concupiſcentiam, de qua Apoſtolus: *Iam nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum*.

Rom. 7.

Quartò, peccatũ, eſt pœna irrogata peccato, de quo: *Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*: &, *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*; Zacharias, *Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium Gentium, &c.*

2. Mach. 12. 1. Petr. 2. Zach. 14.

Quintò, ſignat leuia, & minuta peccata, de quibus precamur: *Dimitte nobis peccata noſtra*, ſic enim legit Lucas, Matthæus debita.

Luc. 11. Matth. 6.

Sextò, denotat ſacrificium, ſiue hoſtiam pro peccatis; vnde Chriſtus dicitur ab Apoſtolo peccatum: *Eum*, inquit, *qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*, id eſt, hoſtiam piacularem pro peccatis. Et Oſeas de Sacerdotibus ait: *Peccata populi mei comedẽt*, id eſt, ſacrificia: & Pſaltes, *Holocauſtum pro peccato non poſtulaſti*.

2. Cor. 5. Oſea 4. Pſalm 39. Hebr. 10.

Nomen etiam ſanguinis varia, ac diuerſa in Scripturis ſignificata complectitur, loquendo in genere, ſiue ſit ille, qui venis diffunditur, & eſt propriè ſãguis, ſiue ſit propriè cruor extra venas effuſus. In primis ergo ſanguis, eſt cognatio ſiue cõſanguinitas: vt ibi, *Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet*: & de quo Poeta:

Sanguinis acceptiones variæ & multiplices.

Leuit. 18.

Proiice tela manu ſanguis meus.

Virg. 6. Æen.

Et alibi:

Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci
Audierat.

Idem lib. 1. Æen. initio.

Secundò, eſt ſanguis menſtruus, de quo: *Manebit in ſanguine purificationis ſuæ*. & Salomon: *Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine*. Tertiò ſanguis cædẽ ſignificat, iuxta illud: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos*, & de impio Manaſſe dicitur? *Propter ſanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Hieruſalem cruore innocentium, etc.* Hieruſalem ciuitas ſanguinis apud Ezech. *Egredere vir ſanguinum*: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*. Ita ſanguinem fundere. Quartò, ſanguis, eſt morbus, qui Græcè hæmorrhois, latinè fluxus ſanguinis dicitur: de quo Marc. 5. *Mulier quædam erat in profluuio ſanguinis annis duodecim*. Et intra: *Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis*. Quintò, ſanguis dicitur, quicquid colorem habet ſanguineum: *Sol cõuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, & conuertit in ſanguinem flumina eorum*, & Moſes in Cantic. *Sanguinem vuæ biberent meraciſsimum* Eccleſiaſticus: *Libauit de ſanguine vuæ* Liber quoque Machabæorum meminit ſanguinis mori, quo viſo ira elephantum acuebatur. Sextò, ſanguis, eſt vltio, quæ ſumitur de aliquo peccante: *Sanguis ipſius ſuper caput eius erit*: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram*: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, id eſt, vindicta de hac cæde ſumatur à nobis, & à poſteris noſtris. Et apud Lucam: *Vt inquiratur ſanguis omnium Prophetarum qui effuſus eſt*, qui Apocalypſ. 6. ſubtus altare clamant vindictam: &, *Lætabitur iuſtus, cùm viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris*. Septimò, ſanguis, per metaphoram eſt omne peccatum, quia dignum morte facit eum, qui illud operatur. Idcircò dixit Dauid: *Sanguis tuus ſuper caput tuum*: *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt*, id eſt, peccato. Oſeas: *Viſitabo ſanguinem Iſraël*, id eſt, peccatum eius. Et infra: *Maledictum mendacium, & cæt.* &, *Sanguis ſanguinem tetigit*, id eſt, peccatum peccato additur. Actuum 5. *Vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius*. Præſertim verò ſignat peccatum carnis, aut homicidij, quorum vtrumque effuſione ſanguinis patratur. Eccleſiaſtic. 34 Sanguis dicitur defraudata mercenarij merces, vel retenta. *Qui effundit*, inquit, *ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt*. Octauò, ſanguis per Synecdochen eſt homo: Dauid, *Sanguinem*, ait, *innocentem condemnabunt*: Daniel, *Saluatus eſt ſanguis innoxius in die illa*, id eſt, Suſannæ: & Iudas, *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*: *Innocens ego ſum.*

Leuit. 12. Sap. 7. Gen. 4. Pſalm. 54. 4. Reg. 24. Ezech. 24. 2. Reg. 16. Exod. 4. Marc. 5. Luc. 8. Matth. 9. Ioel. 2. Act. 2. Pſalm 77. Exod. 32. Eccl. 50. Mach. 6. Ezech. 33. Matth. 23. Infra 27. Luc. 11. Apoc. 6. Pſalm. 57. 2. Reg. 1. Iſai. 1. Oſea 1. Infra 4.

Quid illud Oſeę: Sãguis ſanguinem tetigit.

Act. 5. Eccl. 34. Pſalm 93. Dan. 13. Matth. 27. Ibidem.

Ephеſ. vlt. Matth. 16. 1. Cor. 15. Gal. 1. & ſæpè aliàs. 1. Theſ. 5. 1. Cor. 6. & 7. & aliàs. Matth. 26. Ioan. 6. Supra 3. & alibi. Gen. 4. 3. Reg. 21. Luc. 11. Hebr. 9. Exo. 12. et ſeq. Infra 29. & aliàs. Leuit. 8. Infra 14.

ſum à ſanguine iuſti huius : &, *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem*, id eſt, in hominem per ſynecdochen: ita vt homo integer per illam figuram dicatur caro abſolutè, & ſanguis abſolutè, & anima abſolutè, & ſanguis abſolutè, & compoſitè caro & ſanguis, & compoſitè, ſpiritus, anima, & corpus, 1. Theſ. 5. Nonò, ſanguis abſolutè ſæpè de immaculato, & innocente Chriſti ſanguine intelligitur, quod fuit in pretium redemptionis, & in poculum Sacramenti, & in lauacrũ Baptiſmi, figuratus in ſanguine Abel iuſti, & Naboth, & in ſanguine omnium iuſtorum. Eſt ſanguis noui Teſtamẽti confirmator, & ſancitor delineatus in agni, vituli, arietis, paſſeris, & vaccæ ruffæ ſanguine: olim edi prohibitus, nunc in cibum & potum animæ conceſſus.

Formvla XXX.

Alia quędam nomina explicantur ſecundùm Hebræos multiplicis intelligentiæ.

Verbum plura ſignificata continet.

Iob 4. Ioan. 1. Iſai 39. 4 Reg. 20. 2. Reg. 1. Luca 2. Supra 1. Ibidem. 3. Reg. 10. Amos 3. Luc. 1. Ioan. 6. Matth. 19. Marc. Matth. 21.

Atq; poſtrema, quæ tamen priori coniungi poterat. Præter iam dictas eſſe etiã alias voces, quæ idiotiſmum ex proprietate linguæ Hebrææ habent, prudens lector dubitare non debet. Ac prima quidẽ (exempli gratia) ſit vox Verbi, quod præter conceptum eius internum, de quo: *Cõceptum ſermonem tenere quis poterit?* qui quidẽ conceptus verbum dicitur, & externum voce expreſſum, & diuinum illud, & ſubſtantiale Dei verbum, de quo Ioannes initio Euangelij ſui: plerumq; accipitur pro facto, eo quòd facta dum narrantur, verba fiunt. Vnde Iſaias de Ezechia: *Omnia*, inquit, *quæ in domo mea ſunt, viderunt: non fuit verbum, quod non oſtenderem eis in theſauris meis*. Et Dauid: *Quod eſt verbum quod factum eſt? indica mihi*, id eſt: Quid nouæ rei geſtum eſt? Et Lucas: *Videamus hoc verbum quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis*. Et in Prologo: *Cognoſcas eorum verborum* (id eſt rerum) *de quibus eruditus es, veritatem*. Et rurſus: *Super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc*, id eſt, res iſtæ, 3. Reg. 10. *Et docet eam Salamon omnia verba quæ propoſuerat, non fuit ſermo qui Regem poſſet latere*. Amos quoque: *Non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas*: & Angelus, *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*, id eſt, res aliqua, quæ dici verè poſſit, & Capharnaitæ dixerunt: *Durus eſt hic ſermo*, id eſt, myſterium Euchariſtiæ, quod apprehendere ſine fide non poterãt, Matth. 19. dicitur: *Nõ omnes capiunt verbum iſtud*, id eſt, non ſunt huius rei capaces: & leproſus ſanatus apud Marcum, dicitur prędicaſſe, & diſſeminaſſe ſermonem, id eſt, hiſtoriam recuperatæ ſanitatis. Alibi: *Interrogabo vos & ego vnum ſermonem*, id eſt, rem vnam. Hinc liber Paralippomenon,

Liber Paralipom. quid.

Hebraicè Dibre Haiamim, id eſt ad verbũ, Verba dierum: quod nihil eſt aliud quàm geſta temporum ſiue Chronicon. Et Dan. 13. *Numquam dictus fuerat ſermo iſte de Suſanna*, id eſt adulterium. Quartò, denotat præceptum, vt Hebr. 1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*: & Matth. 8. *Eijciebat ſpiritum verbo*, vt Pſalmus. *Ignis, nix, grando, & ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius*, & Pſalm. 100. *Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute, qui facitis verbum eius*. Quintò, verbum eſt promiſsio, iuxta illud: *Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, qui mihi ſpem dediſti*: &, *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, id eſt iuxta pollicitationem tuam: & Simeon, *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm verbum tuum in pace*: & Paulus Roman. 9. *Promiſsionis enim verbum eſt hoc, ſecundùm hoc tempus veniam, & erit Saræ filius*. Sextò, verbum eſt prædicatio verbi Dei: ait enim Apoſtolus: *Sermo meus, & prædicatio mea, maximè qui laborant in verbo & doctrina, ſed verbum Dei non eſt alligatum*, & ad Coloſ. 1. *Vt impleam verbũ Dei, rectè tractantem verbum veritatis*.

Vox patris in Scripturis quàm latè pateat. Gen. 4.

Pater dicitur, non tantùm qui generat, vel qui in Chriſto doctrina, ſiue in ſacro lauacrô regenerat, ſed etiam qui primus eſt autor alicuius artis, & inuentor. Hinc Gen. 4. Iabel dicitur pater habitantium in tentorijs, atque Paſtorum: & nomen fratris eius Iubal, ipſe fuit pater canentium cithara, & organo. Dicitur etiam pater, Princeps, qui autoritate ſua & virib⁹ populum protegit. Et ita ſeruus Heliſæi Nahaman leproſo dixit: *Pater, etſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta, &c.* Helias etiam Propheta honoris gratia pater vocatur: quia ſua doctrina & precibus cauſam populi inſtar parẽtis ſpiritualis agebat apud Deum. Vnde illi dictũ eſt, *Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga eſt.* In libris Paralipomen. Eſdr. cùm ſæpè dicitur pater; non ſignificat eum qui genuit, ſed principem, & fundatorem alicuius loci, vt pater Bethlehem, pater Thecue. Et eadem eſt ratio de filijs, vt filij Rama, filij Gabaa. Filij multis modis in Scriptura dicuntur, Nam in primis filij ſunt generatione, & natura: quo modo Abraham duos filios habuit, Iſaac verò, Eſau, & Iacob, & hic duodecim filios Patriarchas. Secundò propagine, id eſt, non immediatè geniti, ſed, vt ſic dicam, mediatè, ſiue per alios intermedios. Ita Rachel plorare filios ſuos dicitur, & Ieſus dicitur filius Dauid, & filius Abraham, & hic dixit epuloni, *Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua*. Et ſimpliciter filij Iſraël, filij Iuda, & filij Leui dicuntur Iſraëlitæ, Iudæi, & Leuitæ. Quæ phraſis eſt etiam Græcorum, qui παῖδας Ἀχαιῶν vocant

Ibidem. Supra 2. Heliam Prophetam patrem ſuum cui Heliſæus vocauent.

Filij acceptio quàm multiplex. Gal. 4. Gen. 16. Gen 25. Infra 29. & 37. & ſeq. Ierem. 23. Matth. 2. Supra 1. Ibidem. Luc. 16. Iſai. 1.

Græcos,& παιδίας ἰατρῶν,medicos.

Thessal. 2.

Tertiò educatione,vt Iſai.1. *Filios enutriui,& exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me*, & Apoſtolus: *Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos*: generale eſt vt educati,& lacte alti, filij lactantis fœminæ appellentur.

Pſalm. 33.
Pſalm.44.

Quartò eruditione: *Venite*, inquit Dauid ad ſuos milites, *filij, audite me: timorem Domini docebo vos*. Idem: *Audi filia, & vide,& inclina aurem tuam*. Et in libro Prouerb. frequenter dicitur: *Audi fili mi*. cap.1.ait: *Audi fili mi diſciplinam patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ*. Ita Galatæ vocantur filioli, & Titus & Timotheus dicuntur filij dilecti in fide, vel, ſecundùm communem fidem: & ad Corinth. *In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.*

Prou.1. & ſæpè deinceps.
Galat. 4.
1.Tim.1.
2.Tim.1.
2 Cor.4.

Matth 5.
Ioan.8.
Galat.3.
Epheſ. 5.

Quintò imitatione, qua ſimiles alicui reddimur,eius filij vocamur, vt ibi: *Vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*; & alibi: *Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite*. & alio loco: *Qui ex fide ſunt,ij ſunt filij Abrahæ*. &, *Eſtote imitatores Dei,ſicut filij chariſſimi,& ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos*. Et Iudæis dixit Dominus: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.*

Ioan 8.

Adoptio duplex,humana,& diuina.
Exod.2.
Eſther 2.
Gen.48. & ſeq.

Sextò adoptione,& humana, & diuina: nam vt legimus, filia Pharaonis adoptauit Moſen in locum filij, & Mardochæus Eſther filiam fratris ſui adoptauit, & filij Ioſeph Ephraim & Manaſſe adoptantur in filios ab auo ſuo Iacob, vt portiones in terra promiſſa cum cæteris ſuis habeant. Eſt & diuina adoptio olim vmbratilis in lege, de qua: *Filius meus primogenitus Iſraël. Dixi tibi, dimitte filium meum, vt ſeruiat mihi*, & Apoſtolus: *Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria,& teſtamentum,&c.* Et vera in Nouo Teſtamento. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus,Abba (Pater)* & alibi: *Vt adoptionem filiorum reciperemus*. & rurſus: *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum, in ipſum*. Item Dauid: *Ego dixi,Dei eſtis,& filij excelſi omnes*. Dilectus: *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & ſimus*. Ad hanc filiorum ſpeciem reduci poteſt quod Ioſeph, qui naturalis filius erat Iacob, Matth.1. vocatur filius Heli per legalem adoptionem, Luc.3. Et Ieſus dicitur filius Ioſeph,quia ita putabatur, vt ibidem tradit Lucas: & Ioannes dicitur filius virginis Deiparæ,nam illi dictum eſt: *Ecce mater tua.*

Exod.4.
Rom.9.
Supra 8.
Gal.4.
Epheſ.1.
Pſalm.81.
Ioan.18.
Ioan. 3.
Matth.1.
Luc 3.
Ibidem.
Ioan.19.

Septimò, regeneratione ſpirituali per Baptiſmum, vel per Euangelium: hinc Petrus ait: *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta,& Marcus filius meus*, ſcilicet è Baptiſmo,vt interpretatur Damaſus in vita Petri. Talis fuit etiam Oneſimus,de quo Apoſtolus ad Philem. ſcribit: *Obſecro te*, inquit, *pro filio meo, quem genui in vinculis, Oneſimo*; non tantùm Euangelio, ſed etiam Sacramento regenerationis. Nec mirum quòd hi filij dicantur: quia & Paulus ad Roman. ſcripſit: *Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei*. Dicuntur autem cognati, vel conſanguinei eo loco, teſte Origene, ex Baptiſmo contracta cognatione,vel conſanguinitate.

1.Pet.5.
B.Damaſu.
Philem.
Rom. 9.
Orig. ſub fin. lib.10 ep.ad Rom.tom.2.

Octauò, conditione humili, & plebeia: ita Chriſtus frequenter dicitur filius hominis,& in eius typum Ezechiel ſæpè, & Daniel aliquando: *Quid eſt homo,quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* & in plurali dicuntur filij hominum,quaſi oppoſiti filijs Dei. Hinc Dauid: *Veruntamen vani filij hominum*, mendaces filij hominum in ſtateris: *Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus*. Et Pſalm. 45. *Quique terrigenæ, & filij hominum*: V benè Adam, V bene Iſch, id eſt plebeij, & nobiles,ſiue obſcuri, & illuſtres. Et ad eum modum Geneſ.6. *Videntes*, inquit, *filij* DEI *filias hominum quòd eſſent pulchræ*, id eſt, filij Seth religioſi, & colentes Deum, videntes filias Cain impij, & ſine religione.

Matth 20. & ſæpius in Euangel.
Ezec 2.& inſra ſæp ſum.
Dan.8.
Pſalm.8.
Pſal. 161.
Pſalm.145.
Pſalm 45.
Quid illud: Quiq; terrigenæ,& filij hominū,&c.
Gen 6.
Filij Dei,& filiæ hominum.

Nonò,ratione innocentiæ,& ætatis omnis malitiæ & doli prorſus ignaræ,vt qui neſciunt quid ſit inter dexteram,& ſiniſtram ſuam, vt dixit Ion. & Apoſtolus: *Nolite*, ait, *pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote*, hi dicuntur ob id filioli,ſiue τεκνία,propter tenerum, & præterea maternum amorem, quo à Deo diliguntur, ſæpius in Euangelio. Poſtremò, filij alicuius ciuitatis abſolutè dicuntur villæ, vel oppida parua, quæ adiacent alicui magnæ vrbi, cui vt matri coniunguntur, & ab ea tanquam à metropoli ſuſtentantur, & proteguntur. Vnde Numer.21. iuxta Hebræum habetur: *Habitauit Iſraël in Heſebon, & in omnibus filiabus eius*, id eſt pagis vicinis. Mulieris vox non ſemper ſignificat corruptam & cognitam à viro, vt Scripturæ denotant. Vnde illud: *Aedificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem*: &, *Mulier quam dediſti mihi ſociam*. Et de virgine Deipara, ait Propheta: *Mulier* (vt multi legunt) *circumdabit virum*, & Chriſtus: *Quid mihi, & tibi, mulier? Mulier, ecce filius tuus*. Paulus, *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege*. Numer.31. *Omnem autem ſeminam mulierum, quæ non nouit lectum maſculi, ſeruate*: vt habent Septuaginta: *Mulier*

Gen.56.
Ion. 4.
1 Cor.14.
Marc.10.
Galat.4.
Ioan 13.
Ioan 26.
Infra 3.
Infra 4.& 5.
Num.21.
Mulieris nomen biſariā accipi ſoluet.
Gen 2.
Infra 3.
Hierem.31.
Ioan.8.
Infra 19.
Galat. 4.
Num.31.

1.Cor 7. *lier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt.* Similiter & vox virginis non ſemper ſignificat integram, ſiue incognitam viro, vel in Scripturis, vel in bonis & probatis autoribus. Nam de Paſiphaë, quæ tres liberos genuerat, ait Poëta:

Virgo non verius ſignificatio[n]is tantùm.

Virg. Eclog. 6 circa med.

Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?

Terent. in Andr.

Virgo illachrymat,

dixit Comicus. In Scripturis fideles omnes dicuntur virgines, vel, vna virgo: *Deſpondi* 2.Cor.11. *vos*, ait Apoſtolus, *vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto:* &, *ſimile eſt regnum cælorum* Matth.25. *decem virginibus, quarum ſunt quinque fatuæ, & quinque prudentes*, & Ioel. 1. *Plange quaſi* Ioel.1. *virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis tuæ* Vbi Hebraicè dicitur, Bethula virgo, quæ luget maritum ſuum. Propriè tamen virgo eſt integra mulier, & incorrupta. Vnde Rebecca dicitur virgo pulcherrima, & incognita viro. Vt Quintilianus ſcribit, Cicero obiurgantibus quòd ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet, *Cras mulier erit* inquit.

Gen.24. Quint. lib. 6. c.6. à med. Cicer. vrbanè, ne dicam ſcurriliter dictum.

Puer plura ſignificat more Scripturæ. Humanæ vitæ partitio quadruplex ſecũdum Hippocratẽ. Quid βρέφος, ſeu παιδίον, Græc. Hebr. ילד

Pueri vox in Scripturis ambigua eſt, & multa in ſe includit ſignificata. Quæ vt latiùs explicentur, ſtatuendum eſt in primis, virum magnum Hippocratem hominis ætates ita partitum eſſe, vt παιδίον, id eſt puerulus, ſiue paruulus, qui Græcè βρέφος, id eſt infans, & Hebraicè ילד ieled, id eſt, lactans is ſit, qui à natali die ad ſeptimum vſque annum impletum pergit. Secundò παῖς, hoc eſt puer, & Hebraicè נער ſit, qui ad decimum quartum annum plenum peruenit. Tertiò, μειράκιον, id eſt adoleſcens, qui ad vnum & viginti progreditur. Quartò, νέος, ſiue νεανίσκος, iuuenis, ad duodetriginta, Hebraicè dicitur גבר. Quintò, ἀνήρ ſiue vir, qui Hebraicè dicitur איש, qui pergit à viceſimooctauo ad vnũ de quinquaginta. Sextò, πρεσβύτης, ſenex, qui ad ſex, & quinquaginta, in Hebræo dicitur זקן. Septimò γέρων, ſenex decrepit⁹, qui viuit ſupra terminum præfixum, etiam quamdiu vitam producat, qui Hebraicè dicitur זקן. Inſecuta tamen ætas ordinem hunc, & numerum inuertit, vt iam tempore Apoſtolorum γέρων, prior eſſet, quàm πρεσβύτης.

Παῖς. נער. Μειράκιον. Νέος, ſiue νεανίσκος. Ἀνήρ. איש. Πρεσβύτης. Γέρων.

Qualis ſecũdùm alios.

Puer propriè quis.

Propriè ergo pueros ſignat, qui in pueritia verſantur: & à ſeptimo ad decimum quartum annum progrediuntur. Vnde de Chriſto duodenni apud Lucam dicitur: *Remanſit puer Ieſus in Hieruſalem:* apud Matthæum: *Videntes principes Sacerdotum & Scribæ pueros clamantes in templo*, παῖδας κράζοντας; ob quorum innocentiam de illis dixit ſcriptũ eſſe: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem:* & pueri deridentes Heliſæum, dicitur in Hebræo Neharim Ketanim, apud Septuaginta παιδάρια μικρὰ, id eſt, parui pueri, qui erãt infra quatuordecim annos. Etſi igitur propriè voces iſtæ ita ſe habeant, plerumque tamen confunduntur, non tantùm apud interpretem noſtrum Latinum, ſed etiam in ipſis fontibus, id eſt Hebræa, & Græca lingua. Ecce enim Ioannes Baptiſta quater puer dicitur impropriè Lucæ 1. cùm dicendum eſſet puerulus, vel paruulus: quia Græca habent ſemper παιδίον, videlicet: *Factum eſt in die octaue, venerunt circumcidere puerum: Quis, putas, puer erit? Et tu puer, Propheta altiſſimi vocaberis: Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu.* Et Lucæ 2. Chriſtus Maria progenitus, bis dicitur infans, ſiue βρέφος, & ter Latinè puer, qui Græcè παιδίον, id eſt paruulus, ſiue puerulus, alludens Euangeliſta ad verba Septuaginta interpretum: *Paruulus datus eſt nobis*, vbi Hebræa habent, Ieled iullad, Septuaginta verò παιδίον ἐγεννήθη ὑμῖν. Et Matthæi 18. *Aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum;* &, *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli:* &, *Sinite paruulos venire ad me, &c.* Vbi propriè habetur παιδίον. Septies dicitur CHRISTVS puer Matthæi 2. cùm interpretandum eſſet puerulus. Eſt enim παιδίον, puerulus, qui nutricem habet, ſicut Hebraicè Ieled, id eſt lactens. Loci apud Matthæum ſunt: *Interrogate diligenter de puero: Vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer: Intrantes domum, inuenerunt puerum, cum Maria matre eius: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum: Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem eius nocte, &c. Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael.* Et rurſus dicitur illos accepiſſe: præceſſerat etiam: *Defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.* Et tamen in eodem capite dicitur occidiſſe omnes pueros, qui erant in Bethlehem, à bimatu, & infra: pueros, ſiue παῖδας, impropriè vocans eos, qui erant infra biennium. Sicut Marcus puellam duodennem impropriè vocat παιδίον, cùm eſſet παῖς, vocanda. Ita Ioſeph ſexdecim annorum dicitur nahar Hebraicè, & à Septuaginta νέος, id eſt, iuuenis, cùm eſſet in adoleſcentia, & à noſtro Interprete dicitur puer. Et cùm Ruben reuerſus eſt, non inuento eo dixit: *Puer non comparet, & ego quo ibo?* Dicitur etiam iam adultus, Ieled, & fratres omnes Ieladim, cùm tamen eſſent adoleſcentes, & Græcè dicuntur παιδία. Et Dina, quam accepit Hemor in vxorem, vocata eſt Ielada, etiam amiſſa virginitate. Samuel adhuc ſugens lac, dicitur παιδάριον: & idem iam liturgus dictus eſt nahar, &

Luc.2. Matth.21. Pſalm 8. 4.Reg.2.

Luc.1. ibidem. ibidem. ibidem. Iſai.9. Matth.18. ibidem. Marc.10. Matth.2. ibidem. ibidem. ibidem. ibidem. ibidem. Ibidem. Marc.5. Gen.37. ibidem. ibidem. Supra 33. Infra 34. 1.Reg.1. Infra 3.

Supra 2. Iob 1.

παιδάριον: & filij Heli peccatores, & fures, dicuntur nabarim, & Græcè παιδάρια. Filij Iob conuiuantes, dicuntur παιδία, id eſt, pueruli, ait enim caput primum: *Corruens domus oppreſsit liberos tuos*, παιδία σου. Et Iſmaël quando cum matre eiectus eſt de domo, & eſſet Sagittarius, dicitur Ieled & παιδίον, cùm excederet plures quàm decem annos.

Gen. 21. Galat. 4.

Puer quando filium, quando ſeruum in Scripturis ſignificet.

Ex quibus habes, etiam in fontibus ipſis impropriè interdum vſurpari hæc nomina. Proinde ita conſtitues. Puer cùm dicitur abſolutè ſine addito aliquo, ſignificat propriè eum, qui eſt in puerili ætate, impropriè etiam infantes, & adoleſcentes; cum addito verò, filium, vel ſeruum, quacumque in ætate exiſtant. Filium quidem, vt in his locis: *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſraël*. Et Lucæ ſecundo: *Cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius*. Marci nono: *Continuò exclamans pater pueri*. Ioannis decimoſexto: *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, &c.* Seruum verò in quacunque ætate ſæpè indicat: vt Matthæi octauo: *Puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur*: Pro quo Lucas dixit, οἰκέτης, id eſt, domeſticus. *Ait Herodes Rex pueris ſuis, Hic eſt Ioannes Baptiſta*, id eſt, ſeruis ſuis familiaribus. Et 1. Machabæorum 1. dicitur Alexander Macedo diuiſiſſe regnum pueris ſuis, non filijs, quos non habebat, ſed nobilibus adoleſcentibus, quos in miniſterio ſecum habebat. Et Chriſtus apud Iſaiam de Apoſtolis: *Ecce ego, & pueri mei*, id eſt, ſerui. Et ad illos dixit: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Ita Abraham, Iacob, Dauid, & omnes Prophetæ, dicuntur pueri, quia Dei miniſtri, & quia reſpectu æterni omnes ſunt pueri. Et Baruch: *Statuiſti*, ait, *verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum*. Et in Actis Ieſus dicitur Dei puer: *Conuenerunt*, inquit, *verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum*, IESVM *quem vnxiſti*. Et paulò inferius: *In eo quòd manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui* IESV. Et in vtroque loco eſt vox παῖδες, quæ poteſt verti, & puer ratione Humanitatis, & filius ratione Deitatis, in qua eſt filius à Patre ſuo genitus. Quod in Parabola Lucæ vndecimo habetur: *Et pueri mei mecum ſunt in cubili*: quia Græcus textus habet παιδία, poteſt & de filiolis, & de ſeruulis commodam interpretationem habere, & magis de filijs, quia ait: *Mecum ſunt in cubili*: filij enim, & non ſerui dormiunt in eodem cubili cum parente.

Matth. 2. Ibidem. Luc. 2. Marc. 9. Ioan. 16. Matth. 8. Luc. 7. Matth. 14. 1. Mach. 1. Iſai. 8. Hebr. 2. Ioan vlt.

Prophetæ, & filij viri ſancti, pueri cur dicantur.

Baruch 2. Act 4. Iſai. 61. Luc. 4. Act. 4. Luc. 11.

Voces quæ Hebraiſmũ aliquem ex linguæ Hebrææ more habent.

Lucerna patris, quid Hebræis.

Lucerna patris more Hebræo dicitur filius, eo quòd propagatio filiorum, & poſteritas per filiorum generationem diffunditur. Ita dicitur à Pſalmiſta: *Paraui lucernam Chriſto meo*: id eſt filium, qui eum referat, & poſt eum maneat: *Quoniam tu*, inquit, *illuminas lucernam meam, Domine*, dando videlicet prolem, quæ extincta, dici ſolet domus extincta. Vnde lib. 3. Regum cap. vndecimo dicitur: *Vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo*. Et 2. Paralipomenon 21. Noluit autem Dominus diſperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo; & quia promiſerat, vt daret ei lucernam, & filijs eius omni tempore. Ita verbum Dei, Lucerna appellatur, quòd per illud generatio filiorum Dei per diuinum ſemen, quod eſt verbum Dei, propagatur. Et lucerna hæc in manibus eſt habenda, & in pedibus, iuxta illud: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*, quia miniſter verbi Dei, verbum ſequi debet, non ipſum verbum trahere poſt ſe.

Pſalm. 131. Pſalm. 17. 3. Reg. 11. 2. Paral. 21. 2 Reg 7. 4. Reg 8. Pſalm. 118.

Verbum Dei lucernã cur vocet Propheta.

Matth 13. Pſalm. 118.

Militia duo dicit.

Militia, non tantùm artem militarem exprimit, ſed certum, & præſcriptum tempus militandi. Vnde Iob ſeptimo dicitur: *Militia eſt vita hominis ſuper terram*: quod explicat verbum ſequens: *Et ſunt mercenarij dies eius*, id eſt, dies certi, & præſcripti: quia mercenarij dies tales eſſe ſolent. Vnde Iſai. 16. *In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria Moab*. In more enim poſitum eſt, vt mercenarij ad certum tempus, vel annos locent operas ſuas: vt Iacob, qui pauit gregem Laban ad annos bis ſeptem pro vxoribus quas ab eo accepit, Liam nimirùm, & Rachelem. Rurſus Iſaiæ 40. *Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt militia eius*, id eſt, completum eſt tempus militandi. Educta inde videtur metaphora: quia homines in Veteri Teſtamento à certo tempore vitæ ſuæ vſque ad præfinitum certum terminum, vel miniſtrabant in templo, vel militabant in bello. Imò etiam apud Romanos id obſeruatum erat, vt non niſi ſtato quodam tempore militiæ inſeruirent. Atque ille ſenſus verborũ Iobis, non fugit Chryſoſtomum, dicentem: *In his vult oſtendere ærumnas, & breuitatem vitæ*, etiamſi Septuaginta interpretes apud Iob, pro illo verbo Zauah, verterint πειρατήριον, voce noua, & ſignificat exploratorium, ſiue locũ aptum omni tentationi.

Iob 7.

Quales mercenarij dies.

Iſai 16. Gen 29. Ibidem. Iſai. 40.

Militiæ pro certo tempore militandi, ducta vnde videatur eſſe translatio.

D. Chryſ. Catena Græca in Iobem.

Πειρατήριον Græcè quid.

Æterna quæ ſint, & dicantur.

Aeternũ dicitur, quod principio, fineq; caret: & hoc eſt Deus propriè ſempiternus, Aeternitas participata, quę principium ha

bet,

bet, fine verò caret, conuenit Angelis, & animis immortalibus. Et dicitur vtraque ἀεὶ ὤν, id eſt, ſemper exiſtens. Eſt etiam Aeternum, quod certum, præſcriptumque tēpus non habet, vt docet Auguſtinus, libro Locutionum in Exodum. Et in Quæſtionibus in Geneſin, tractans illud: *Dabo tibi, et ſemini tuo poſt te, terram in qua habitas, in poſſeſsionem æternam, &c.* *Quæſtio eſt*, ait, *quomodo dixerit æternam, cùm Iſraelitis temporaliter data ſit? Et poſt pauca reſpondet, æternum dictum ideò, quia hic æternum aliud ſignificat: an potius*, inquit, *locutionis eſt Scripturarum, vt æternum appellent, cuius rei finis non conſtituitur, aut non ita fit, vt deinceps non ſit faciendum quantum pertinet ad curam, vel poteſtatem facientis, ſicut ait Horatius:*

B. Aug. lib. 2. Locut. ca. 91. tom. 3. circa princ.
Idem li. 1. qq. in Gen. qu. 31. to. 4. ſub init. Gen. 17.

Seruiet æternum, quia paruo neſciet vti?
Sic ille. At etiam Poëta:
Sedet, æternumq́; ſedebit
Infelix Theſeus.
Et de pœnis inferorum,
Manet æternumq́; manebit, &c.

Hora. li. 1. Epiſt. 10. ad Fuſcum Ariſtium in fin.
Vergil. lib. 6. Aen. à med.

Hebræa vox eſt, עולם, holam, à verbo, עלם, quod eſt abſcondere, & occultare: nobis verò nihil perinde magis abſconditur & occultatur quàm æternitas, ac temporis diuturnitas: quia, vt rectè quidam dixit, eſt tempus edax rerum, quòd omnia obliterat. Sed Galatinus libro vndecimo, de Arcanis ſacræ Scripturæ, capite quinto aſſerit, nunquam holam capi pro æterno, vel pro æuiterno, hoc eſt, pro eo quod etſi aliquando cœperit, fine tamen cariturum eſt: quod falſum eſt. Et primò tribuitur Deo omni ex parte æterno, vt Geneſis viceſimo primo, Abraham in nemore Berſabee inuocauit nomen Domini Dei æterni: & Exodi decimoquinto, Dominus regnabit in æternum, & vltra: Pſalm. 102. *Miſericordiam autem Domini ab æterno, & vſque in æternum.*

Aeternū Hebræis vnde ducatur.
Ouid. lib. 15. Metamorph.
Petri Galatini Hebræam vocē holam nunquam in Scripturis æternum, vel æuiternū ſignificare negantis confutatur opinio.
Gen. 21.
Exod. 15.
Pſalm. 102.

Capitur etiam pro æuiterno, Pſalm. 111. *In memoria æterna erit iuſtus.* & Danielis 12. *Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, erunt quaſi ſtellæ fulgentes in perpetuas æternitates.* & Hieremiæ trigeſimoprimo: *In charitate perpetua dilexi te.*

Pſalm. 111.
Dan. 12.
Hierem. 31.

Accipitur etiam pro diuturno, hoc eſt, pro eo quod multo tempore durat, & pro ſeculo Iubilæi, id eſt, annis 50. ſicut Latinè ſeculum pro ſpatio annorum centenario. Vnde & Carmen ſeculare apud Horatium, aut etiam pro vita hominis. Vnde Exodi 21. & Deuteronom. 15. *Seruus aure perforata dicitur ſeruiturus holam*, id eſt, in ſeculum, hoc eſt, ad annum Iubilei. Et Geneſ. 3. *Ne fortè mittat manum ſuam* (Adam ſcilicet) *& comedat, & viuat in æternum.* Primo quoque Regum Samuel dicitur ſeruiturus Domino holam, id eſt, ad ſeculum Leuitarum, qui anno quinquageſimo tanquam emeriti rude donabantur. Et cùm Pſalm. centeſimo decimooctauo legatur: *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas*, id eſt, omnibus diebus vitæ meæ.

Aeternum etiam diuturnum ſignificare, ſeculūque Iubilei.
Horat. lib. Carm.
Exod. 21.
Deut. 15.
Gen. 3.
1. Regum.
Leuitæ quando rude donabantur.
Pſalm. 118.

Hieronymus autem libro primo, in Epiſtolam ad Galatas annotauit עולם cum Vau ſignificare æternitatem; vbi verò ſine Vau, annum Iubileum. Moabitæ non ingrediuntur Eccleſiam, vſque ad quintam & decimam generationem, & vſque in ſeculum, quod certè non conuenit cum orthographia, quæ hodie in vniuerſis Biblijs obſeruatur, ſemper enim holam ſcribitur cum litera Vau.

Hiero. in c. 1. ſub init. to. 6.
Hieron. quędam obſeruatio de voce Hebræa holam infirmatur.
Deut. 33.

Quod ergo dicitur in Exodo: *Dominus regnauit in æternum, & vltra*: ex abundantia dictum eſt ad exaggerandum, cùm tamen ſupra æternum nihil ſit, vel, *Regnabit in ſanctuario ſuo per tempus legis*, (quod æternum vocat) *& vltra*, id eſt, ſupra ſanctuarium in figuratum, id eſt corpus ſuum, vel Eccleſiam ſuam in perpetuum. Sic vocant ſcriptores externi Romam, æternam vrbem; & Philoſophi Peripatetici cœlos æternos, id eſt, generationis & corruptionis expertes: quæ nec veritati, nec Euangelio ſunt conſona.

Quomodo illud accipiendum: Dominus regnabit in æternum, & vltra.
Exod. 15.
Contra Philoſophos.

Mare, more Hebræo, ſignat omnem aquarum congregationem, vt dicitur Geneſis primo. Quod ignorantes impius Porphyrius, & inſignis apoſtata Iulianus, arroganter, & ſtultè Euangeliſtas auſi ſunt reprehendere, quòd ſcripſerint: *Ambulans* IESVS *iuxta mare Galilææ*, vel, *Abijt* IESVS *trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.*

Mare quid ſonet Hebræis, cōtra Porphyrium & Iulianum apoſtat.
Matth. 4. & alibi paſſim.
Ioan. 6.

Inferorum nomen dubium eſt, & in malam partem accipitur. Vnde Auguſtinus libro quæſtionum in Numeros: *Notandum*, inquit, *ſecundum locum terrenum dictos eſſe inferos, hoc eſt, in inferioribus terræ partibus. Variè quippe in Scripturis, & ſub intellectu multiplici, ſicut rerum, de quibus agitur, ſenſus exigit, nomen ponitur inferorum, & maximè in mortuis hoc accipi ſolet.* Idem ad Euodium: *Ne nos quidem inferos vſpiam Scripturarum locis in bono appellatos potui reperire.* Vox tamen Hebræa שאול etſi ſepulchrum, foueam, & interitum ſignificet, propriè tamen infernum, vt Genebrardus libro tertio, de Trinitate, numer. 38. annotauit, idque multis Rabbinorum teſtimonijs confirmauit, & niſi vocis abuſu & metaphoricè in ſignificatione ſepulchri non poni. Certè Septuaginta interpretes viri doctiſ-

Inferorū nomine in Scripturis quid veniat, teſte Auguſtino.
Aug. li. 4. qq. q. 39. to. 4. circa princ.
Idem ep. 99. ante med. to. 2.
Hebrææ illi vocis inferorum propria ſignificatio traditur.
Genebrardus doct. Pariſ.

Supra 2. Iob 1.

παιδάριον: & filij Heli peccatores, & fures, dicuntur naharim, & Græcè παιδάρια. Filij Iob conuiuantes, dicuntur παιδία, id eſt, pueruli, ait enim caput primum: *Corruens domus oppreſſit liberos tuos*, παιδία σου. Et Iſmael quando cum matre eiectus eſt de domo, & eſſet Sagittarius, dicitur Ieled & παιδίον, cùm excederet plures quàm decem annos.

Gen. 21. Galat. 4.

Ex quibus habes, etiam in fontibus ipſis impropriè interdum vſurpari hæc nomina. Proinde ita conſtitues. Puer cùm dicitur abſolutè ſine addito aliquo, ſignificat propriè eum, qui eſt in puerili ætate, impropriè etiam infantes, & adoleſcentes; cum addito verò, filium, vel ſeruum, quacumque in ætate exiſtant. Filium quidem, vt in his locis: *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſraël*. Et Lucæ ſecundo: *Cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius*. Marci nono: *Continuò exclamans pater pueri*. Ioannis decimoſexto: *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, & cæt.* Seruum verò in quacunque ætate ſæpè indicat: vt Mathæi octauo: *Puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur*: Pro quo Lucas dixit, οἰκέτης, id eſt, domeſticus. *Ait Herodes Rex pueris ſuis, Hic eſt Ioannes Baptiſta*, id eſt, ſeruis ſuis familiaribus. Et 1. Machabæorum 1. dicitur Alexander Macedo diuiſiſſe regnum pueris ſuis, non filijs, quos non habebat, ſed nobilibus adoleſcentibus, quos in miniſterio ſecum habebat. Et Chriſtus apud Iſaiam de Apoſtolis: *Ecce ego, & pueri mei*, id eſt, ſerui. Et ad illos dixit: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Ita Abraham, Iacob, Dauid, & omnes Prophetæ, dicuntur pueri, quia Dei miniſtri, & quia reſpectu æterni omnes ſunt pueri. Et Baruch: *Statuiſti*, ait, *verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum*. Et in Actis Ieſus dicitur Dei puer: *Conuenerunt*, inquit, *verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum*, IESVM *quem vnxiſti*. Et paulò inferius: *In eo quòd manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui* IESV. Et in vtroque loco eſt vox παιδὸς, quæ poteſt verti, & puer ratione Humanitatis, & filius ratione Deitatis, in qua eſt filius à Patre ſuo genitus. Quod in Parabola Lucæ vndecimo habetur: *Et pueri mei mecum ſunt in cubili*: quia Græcus textus habet παιδία, poteſt & de filiolis, & de ſeruulis commodam interpretationem habere, & magis de filijs, quia ait: *Mecum ſunt in cubili*: filij enim, & non

Puer quando filium, quando ſeruum in Scripturis ſignificet.

Matth. 2. Ibidem. Luc. 2. Marc. 9. Ioan. 16. Matth. 8. Luc. 7. Matth. 14. 1. Mach. 1. Iſai. 8. Hebr. 2. Ioan vlt.

Prophetæ. & alij viri ſancti, pueri cur dicantur.

Baruch 2. Act 4. Iſai 61. Luc. 4. Act. 4. Luc. 11.

ſerui dormiunt in eodem cubili cum parente.

Lucerna patris more Hebræo dicitur filius, eo quòd propagatio filiorum, & poſteritas per filiorum generationem diffunditur. Ita dicitur à Pſalmiſta: *Paraui lucernam Chriſto meo*: id eſt filium, qui eum referat, & poſt eum maneat: *Quoniam tu*, inquit, *illuminas lucernam meam, Domine*, dando videlicet prolem, quæ extincta, dici ſolet domus extincta. Vnde lib. 3. Regum cap. vndecimo dicitur: *Vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo*. Et 2. Paralipomenon 21. Noluit autem Dominus diſperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo; & quia promiſerat, vt daret ei lucernam, & filijs eius omni tempore. Ita verbum Dei, Lucerna appellatur, quòd per illud generatio filiorum Dei per diuinum ſemen, quod eſt verbum Dei, propagatur. Et lucerna hæc in manibus eſt habenda, & in pedibus, iuxta illud: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*, quia miniſter verbi Dei, verbum ſequi debet, non ipſum verbum trahere poſt ſe.

Voces quæ Hebraiſmũ aliquem ex linguæ Hebrææ more habent.

Lucerna patris, quid Hebræis.

Pſalm. 131. Pſalm. 17. 3. Reg. 11. 2. Paral. 21. 2 Reg 7. 4. Reg 8. Pſalm. 118.

Verbum Dei lucernã cur vocet Propheta.

Matth 13. Pſalm. 118.

Militia, non tantùm artem militarem exprimit, ſed certum, & præſcriptum tempus militandi. Vnde Iob ſeptimo dicitur: *Militia eſt vita hominis ſuper terram*: quod explicat verbum ſequens: *Et ſicut mercenarij dies eius*, id eſt, dies certi, & præſcripti: quia mercenarij dies tales eſſe ſolent. Vnde Iſai. 16. *In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria Moab*. In more enim poſitum eſt, vt mercenarij ad certum tempus, vel annos locent operas ſuas: vt Iacob, qui pauit gregem Laban ad annos bis ſeptem pro vxoribus quas ab eo accepit, Liam nimirùm, & Rachelem. Rurſus Iſaiæ 40. *Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt militia eius*, id eſt, completum eſt tempus militandi. Educta inde videtur metaphora: quia homines in Veteri Teſtamento à certo tempore vitæ ſuæ vſque ad præfinitum certum terminum, vel miniſtrabant in templo, vel militabant in bello. Imò etiam apud Romanos id obſeruatum erat, vt non niſi ſtato quodam tempore militiæ inſeruirent. Atque hic ſenſus verborũ Iobis, non fugit Chryſoſtomum, dicentem: *Iob vult oſtendere ærumnas, & breuitatem vitæ*, etiamſi Septuaginta interpretes apud Iob, pro illo verbo Zauah, verterint πειρατήριον, voce noua, & ſignificat exploratorium, ſiue locũ aptum omni tentationi.

Militia duo dicit.

Iob 7.

Quales mercenarij dies.

Iſai 16. Gen. 29. Ibidem. Iſai. 40.

Militiæ pro certo tempore militandi, ducta vnde videatur eſſe tranſlatio.

D Chryſ. Catena Græca in Iobem.

Πειρατήριον Græcè quid.

Aeternũ dicitur, quod principio, fineq; caret: & hoc eſt Deus propriè ſempiternus, Aeternitas participata, quæ principium habet,

Æterna quæ ſint, & dicantur.

bet, ſine verò caret, conuenit Angelis, & animis immortalibus. Et dicitur vtraque *αἰών*, id eſt, ſemper exiſtens. Eſt etiam Aeternum, quod certum, præſcriptumque tẽpus non habet, vt docet Auguſtinus, libro Locutionum in Exodum. Et in Quæſtionibus in Geneſin, tractans illud: *Dabo tibi, et ſemini tuo poſt te, terram in qua habitas, in poſſeſſionem æternam, &c. Quæſtio eſt, ait, quomodo dixerit æternam, cùm Iſraelitis temporaliter data ſit? Et poſt pauca reſpondet, æternum dictum ideò, quia hic æternum aliud ſignificat: an potius*, inquit, *locutionis eſt Scripturarum, vt æternum appellent, cuius rei finis non conſtituitur, aut non ita ſit, vt deinceps non ſit faciendum quantum pertinet ad curam, vel poteſtatem facientis, ſicut ait Horatius:*

B. Aug. lib. 2. Locut. ca. 91. tom. 3. circa princ. Idem li. 1. qq. in Gen. qu. 31. to. 4 ſub init. Gen. 17.

Seruiet æternum, quia paruo neſciet vti?

Hora. li. 1. Epiſt. 10. ad Fuſcum Ariſtium in fin.

Sic ille. Ait etiam Poëta:

Sedet, æternumque ſedebit
Infelix Theſeus.

Virgil. lib. 6. Aen. à med.

Et de pœnis inferorum,

Manet æternumque, manebit, &c.

Hebræa vox eſt, עולם, holam, à verbo, עלם, quod eſt abſcondere, & occultare: nobis verò nihil perinde magis abſconditur & occultatur quàm æternitas, ac temporis diuturnitas: quia, vt rectè quidam dixit, eſt tempus edax rerum, quòd omnia obliterat. Sed Galatinus libro vndecimo, de Arcanis ſacræ Scripturæ, capite quinto aſſerit, nunquam holam capi pro æterno, vel pro æuiterno, hoc eſt, pro eo quod etſi aliquando cœperit, fine tamen cariturum eſt: quod falſum eſt. Et primò tribuitur Deo omni ex parte æterno, vt Geneſis viceſimo primo, Abraham in nemore Berſabee inuocauit nomen Domini Dei æterni: & Exodi decimoquinto, Dominus regnabit in æternum, & vltra: Pſalm. 102. *Miſericordiam autem Domini ab æterno, & vſque in æternum.*

Aeternũ Hebræis vnde ducatur.
Ouid. lib. 15. Metamorph.
Petri Galatini Hebræam vocẽ holam nunquam in Scripturis æternum, vel æuiternũ ſignificare negantis confutatur opinio.
Gen. 21. Exod. 15. Pſalm. 102.

Capitur etiam pro æuiterno, Pſalm. 111. *In memoria æterna erit iuſtus.* & Danielis 12. *Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, erunt quaſi ſtellæ fulgentes in perpetuas æternitates.* & Hieremiæ trigeſimoprimo: *In charitate perpetua dilexi te.*

Pſalm. 111. Dan. 12. Hierem. 31.

Accipitur etiam pro diuturno, hoc eſt, pro eo quod multo tempore durat, & pro ſeculo iubilæi, id eſt, annis 50. ſicut Latinè ſeculum pro ſpatio annorum centenario. Vnde & Carmen ſeculare apud Horatium, aut etiam pro vita hominis. Vnde Exodi 21. & Deuteronom. 15. *Seruus aure perforata dicitur ſeruiturus holam*, id eſt, in ſeculum, hoc eſt, ad annum Iubilei. Et Geneſ. 3. *Ne fortè mittat manum ſuam* (Adam ſcilicet) *& comedat, & viuat in æternum.* Primo quoque Regum Samuel dicitur ſeruiturus Domino holam, id eſt, ad ſeculum Leuitarum, qui anno quinquageſimo tanquam emeriti rude donabantur. Et cùm Pſalm. centeſimo decimooctauo legatur: *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas*, id eſt, omnibus diebus vitæ meæ.

Æternum etiam diuturnum ſignificare, ſeculũque Iubilei.
Horat. lib. Carm. Exod. 21. Deut. 15. Gen. 3.
1. Regum.
Leuitæ quando rude donabantur.
Pſalm. 118.

Hieronymus autem libro primo, in Epiſtolam ad Galatas annotauit עולם cum Vau ſignificare æternitatem; vbi verò ſine Vau, annum Iubileum. Moabitæ non ingrediuntur Eccleſiam, vſque ad quintam & decimam generationem, & vſque in ſeculum, quod certè non conuenit cum orthographia, quæ hodie in vniuerſis Biblijs obſeruatur, ſemper enim holam ſcribitur cum litera Vau.

Hiero. in c. 1. ſub init. to. 6.
Hieron. quædam obſeruatio de voce Hebræa holam infirmatur.
Deut. 33.

Quod ergo dicitur in Exodo: *Dominus regnauit in æternum, & vltra*: ex abundantia dictum eſt ad exaggerandum, cùm tamen ſupra æternum nihil ſit, vel, *Regnabit in ſanctuario ſuo per tempus legis*, (quod æternum vocat) *& vltra*, id eſt, ſupra ſanctuarium in figuratum, id eſt corpus ſuum, vel Eccleſiam ſuam in perpetuum. Sic vocant ſcriptores externi Romam, æternam vrbem; & Philoſophi Peripatetici cœlos æternos, id eſt, generationis & corruptionis expertes: quæ nec veritati, nec Euangelio ſunt conſona.

Quomodo illud accipiendum: Dominus regnabit in æternum, & vltra.
Exod. 15.
Contra Philoſophos.

Mare, more Hebræo, ſignat omnem aquarum congregationem, vt dicitur Geneſis primo. Quod ignorantes impius Porphyrius, & inſignis apoſtata Iulianus, arroganter, & ſtultè Euangeliſtas auſi ſunt reprehendere, quòd ſcripſerint: *Ambulans* I E S V S *iuxta mare Galilææ*, vel, *Abijt* I E S V S *trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.*

Mare quid ſonet Hebræis, cõtra Porphyrium & Iulianum apoſtat.
Matth. 4. & alibi paſſim. Ioan. 6.

Inferorum nomen dubium eſt, & in malam partem accipitur. Vnde Auguſtinus libro quæſtionum in Numeros: *Notandum*, inquit, *ſecundum locum terrenum dictos eſſe inferos, hoc eſt, in inferioribus terræ partibus. Variè quippe in Scripturis, & ſub intellectu multiplici, ſicut rerum, de quibus agitur, ſenſus exigit, nomen ponitur inferorum, & maximè in mortuis hoc accipi ſolet.* Idem ad Euodium: *Ne nos quidem inferos vſpiam Scripturarum locis in bene appellatos potui reperire.* Vox tamen Hebræa שאול etſi ſepulchrum, foueam, & interitum ſignificet, propriè tamen infernum, vt Genebrardus libro tertio, de Trinitate, numer. 38. annotauit, idque multis Rabbinorum teſtimonijs confirmauit, & niſi vocis abuſu & metaphoricè in ſignificatione ſepulchri non poni. Certè Septuaginta interpretes viri doctiſ-

Inferorũ nomine in Scripturis quid veniat, teſte Auguſtino.
Aug. li. 4. qq. q. 39. to. 4. circa princ.
Idem ep. 99. ante med. to. 2.
Hebrææ illius vocis inferorum propria ſignificatio traditur.
Genebrardus doct. Pariſ.

Act. 2.
Pſalm. 9.

ſimi, & Lucas Euangeliſta ᾅδην, interpretati ſunt. Pſalm. 9. vbi habetur: *Conuertantur peccatores in infernum*, In Hebræo legitur, לִשְׁאוֹלָה, quam vocem gehennam denotare, tradit Rabbi Dauid Kimhi, idque ſignare ה literam vltimam, nempe ſecundam mortem quam promerentur peccatores. vbi Vatablus pro ſepulchro poni falſo putauit.

Rabbi Dauid Kimhi. Fra. Vatablus.

Bezę Theod. impia Hebr. vocis Seol interpretatio reijcitur.
Act. 2.
Pſalm. 15.

Et nihilominus Beza Actuum 2. ſuper illud: *Non derelinques animam meam in inferno*, annotat vocem Seol nunquam in Scripturis ſignare infernum: quod ſanè gradus eſt ad negandum nullam fieri in veteris Teſtamenti libris de Inferno mentionem. Sed Septuaginta, & Lucas Actuum 2. verterunt infernum. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Ideò mirandum eſt de his qui verterunt: *Nō derelinques animam meam in ſepulchro*: & interpretantur in ſepulchro animam, id eſt, corpus meum: qua interpretatione vis eneruatur argumenti beati Petri deſcenſus Chriſti ad inferos, qui hinc maximè poterat ſtabiliri. Quid enim habet commercij cum deſcenſu Chriſti ad inferos, corporis & ſepulchri commemoratio? quæ falſa eſt & præpoſtera explicatio: & hodie Hæretici pernegant Chriſti deſcenſum ad inferos.

Contra illam lectionē: Nō derelinques animā meā (id eſt corpus) in ſepulchro.

Quare intolerabilis, & impudens eſt verſio Bezæ: *Non derelinques cadauer meum in ſepulchro*. Inauditum eſt enim animam ſignare rem anima carentem, id eſt cadauer. Quare corruptè verterunt hunc locum Caluinus, Beza, Bucerus, Caſtellio, & Leo Iudæ. Et prima pars refertur ad animam, quæ in infernum, non in ſepulchrum deſcendit: Secunda verò pars, *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, & referenda eſt ad corpus relictum in ſepultura, & quod ibi poſitum, cùm eſſet capax corruptionis, corruptum tamen non fuit.

Quorum illa ſit interpretatio inſolēs & maligna.

Et vel hoc potuiſſent ab ipſo Homero diſcere iſti boni viri, qui in principio Iliados proponendo peſtem illatam ab Apolline, primò de animabus ait: Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων. De corporibus verò ſubdit, Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Vt ex eis omnibus colligas, verbum Seol proprium eſſe inferni, licet per metaphoram ponatur pro fouea, vel ſepulchro interdum.

Loc. Homeri contra illos.

Panis quid more Scripturæ.
Aug. li. 2. qq. quæſt. 134. tom 4. init.
4. Reg. 6.
Gen. 39.

Panis ex vſu Scripturæ omne cibariorum genus quod in eſum venit, & opiparum, & ſplendidum ſignificat per Synecdochen: vt docet Auguſtinus, libro Quæſtionum in Exodum. Vnde cùm Rex Iſrael latrunculis Regis Syriæ præcepiſſet apponi panem, & aquam, additur: *Appoſitaq; eſt eis ciborum magna præparatio*. & Geneſ. 39. de Putiphare dicitur: *Quod neſciebat quæ circa eum erant, præter panem quem edebat*, nec enim Sacerdos ille ſolo pane veſcebatur. Illud etiam: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, non tantum de pane communi, & conſueto, ſed etiam de omni re, quæ ſoleat comedi, accipiendum eſt. Nam in quolibet illorum eſt ſuus labor & ſudor. Et quod Dauid ait: *Omne firmamentum panis contriuit*, ſignificat omne ciborum genus iuſto Dei iudicio ſublatum eſſe.

Suprà 3.
Pſalm. 104.

Hieronymus in capite primo ad Galatas ait, quòd verbum ipſum, ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ, id eſt, Reuelationis, propriè Scripturarum eſt, & à nullo ſapientium ſeculi apud Græcos vſurpatum. *Vnde mihi videtur*, ait, *quemadmodum in alijs verbis, quæ de Hebræo in Græcum Septuaginta interpretes tranſtulerunt, ita & in hoc magnoperè eſſe conatos, vt proprietatem peregrini ſermonis exprimerent, noua nouis rebus verba fingentes: & ſonare, cùm quid tectum vel velatum, ablato deſuper operimento oſtenditur, & profertur in lucem. Hoc vt manifeſtius fiat, accipite exemplum. Moyſes cum Deo reuelata, & aperta facie loquebatur, id eſt, abſque velamine; ad populum autem loquens, quia vultum eius attendere non valebant, velamen ponebat in facie. Ante Arcam quoque Teſtamenti velum oppanſum erat, quod cùm fuiſſet reductum, ea quæ abſcondita fuerant, prodebantur, &, vt ipſo verbo vtar, reuelabantur.*

Apocalypſis nomen à ſolis vſurpatū ſacris auctoribus, teſte Hieronymo.
Hiero. tom 9
Quid ſignificet.
Exod. 33. & 34. & 2. Cor. 3.
Num 4.

Via, pro conſuetudine accipitur, quòd per eam homines pergant non ſecus ac viatores per viam incedunt. Via mulierum eſt menſtruum quolibet menſe conſuetum. Via terræ, vel vniuerſæ terræ, eſt mors, ſiue conſuetudo moriendi, & via ſimpliciter pro more accipitur. Vt cùm dixerunt filiæ Loth: *Nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ*, id eſt, iuxta morem, quo mariti ingrediuntur ad vxores. Et alibi: *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam*, id eſt, morem congrediendi maſculum cum fœmina. Denique eſt via virtutis, & via peccati, & via præcepti diuini, & Chriſtus dicitur via.

Nomen viæ, tria ſonat in Scripturis.
Gen. 31. iuxta Hebr.
3 Reg. 2.
Ioſ 23.
Gen. 6.
Illud: Omnis caro corruperat viam ſuā, quid ſignificet.
Ioan. 14.

PROLEGOMENON XV.

Idiotiſmi Hebræi obſeruandi circa verba, & Participia.

[Circa verba, & Participia, Hebræis vſurpata. Regulæq; nonnullæ traduntur obſeruatione digniſsimæ.]

POST Nomina ſecundo loco tractandum de Regulis Verborum, & Participiorum, quas inter primum locum habet verbum ſubſtantiuum, quod plerunq; (vt diximus) in Scripturis ſupprimitur, & neceſſariò ſupplédum eſt. Vt in his locis: *Gloria in excelſis Deo; & in terra pax hominibus*, [Luc.2.] ſupplendum, *Eſt*, vel, *Sit*. Et in communi doxologia: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, ſubaudiendum eſt, *Sit*, ſi eſt precatio: vel *Eſt*, ſi aſſertio: [Verbi ſubſtãtiui in Scripturis vſus triplex.] Et illic: *Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria.* [1.Tim.1.] &c. & ibi. *Benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum*: [Apoc.5.] & ſalutationes omnes Apoſtoli in principio: [1.Cor.1.] *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto*, [1.Cor.1. & alibi.] neceſſariò ſupplendum eſt verbum ſubſtantiuum, vel aliud quod expreſsit B. Petrus in [2.Pet.1.] [1.Pet.1.] vtraque ſua Catholica, & Iudas Apoſtolus [Iuda.] in ſua epiſtola, nempè; adimpleatur, vel multiplicetur, & lingua Syriaca, quę de Hebræa emanauit, [Syriaca lingua vnde dicta.] apud Matthæum verba [Matt.27.] conſecrationis panis habent: Anau pegri, &, Anau demi *Hoc corpus meum, Hic ſanguis meus*: & in vtroque ſupplendum verbum, *Eſt*: vt hac ratione confundantur Hæretici, [Notantur hæretici nomine ſignificatiui.] qui verbum ſubſtantiuum, *Eſt*, pro ſignificat, vel, ſymbolum eſt, accipiunt: cùm Paulus Græcè loquens, [1.Cor.18.] etiam ſine verbo ſubſtantiuo dixerit: Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, & ſupplendum eſt, ἐστί. Habent tamé pronomina Hebræa vim verbi ſubſtãtiui in omnib⁹ perſonis: [Hebræorum natura pronominum.] vt in vno Pſal.118. abundè intelligi poteſt. [Pſal.118.] Nam cùm dicitur: *Adoleſcentulus ego: & contemptus*: [Ibidem.] *Seruus tuus ego, da mihi intellectum*: [Ibidem.] *Tuus ego, ſaluũ me fac*; ita enim habentur in Hebræo: in his omnibus locis ſupplendũ eſt verbum *Sum*, vt fecit interpres. Similiter in ſecunda perſona: [Ibid.] *Bonus tu, & in bonitate tua doce me*: [Ibid.] *Iuſtus tu, Domine*: [Ibid.] *Propè tu, Domine*; in his ſupplendum eſt verbum ſubſtantiuum ſecundæ perſonæ, *Es*, vt fecit interpres. [Luc.1.] Et Pſal. 117. *Beatus es, & benè tibi erit*, Hebræa habẽt: [Iſa.25.] *Beatus tu, & benè tibi*. Et ideo: *Benedicta tu inter mulieres*, perinde eſt ac dicere, Benedicta es inter mulieres, vt ſit oratio affirmantis, & non deprecantis. De tertia perſona dicitur: *Ecce Deus noſter iſte*: quod eſt dicere, Deus meus eſt, Pſal. 72. [Pſal.117.] *Labor eſt ante me*, Hebræa habent: *Labor ipſe in oculis meis*. *Pax multa diligentibus legem tuam; & non illis ſcandalum*. [Ibid.] & iterum, *Iuſtitia tua iuſtitia in æternum*. *& lex tua veritas* vt in priori verſiculo, & in tertia parte poſterioris verſiculi ſubaudiendum ſit verbum *Eſt*; quemadmodum in verbis conſecrationis ex Syriaco codice productis, vt diximus. Similiter etiam verbum ſubſtantiuum pluralis numeri, vt, Sumus, Eſtis, Sunt, & præteritum Fuit, & præteritum imperfectum, Eram, & futurum Ero, ſubintelliguntur. [Pſal.122.] Certè in Pſalmi illius verſiculo: [Alter ſignificatus.] *Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis*, ſupplendum eſt. *ſumus*.

Eſſe prætereà, interdum idẽ valet quod ſignificare. [Gen.41.] Vt ibi: *Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt*. [Suprà 40.] Et alibi: *Tres propagines, tres adhuc dies ſunt*, id eſt, ſignificant; [Matth.11.] &, *Ipſe eſt Helias qui venturus eſt*; id eſt, ſignificatus, & repræſentatus in Helia. [B. Aug. tract. 43. in Ioan. ſub fin. to 9.] Hinc Auguſtinus in Ioannem ſcribit: *Solet Scriptura res ſignificantes tanquàm illas quæ ſignificantur*, appellare. [Matth.13.] Vt, Bonum ſemen, hi ſunt filij regni, zizania cutem, filij maligni. [Iudic.13.] Et de Sãpſone dicitur: *Erit puer Nazaræus Dei ab infantia ſua*: [Matt.2.] quod nonnulli explicatum à Matthæo interpretãtur, cùm dixit, Quoniam Nazaræus vocabitur: [Sampſon Chriſti typ⁹.] quia in Sampſone Chriſtum figuratum, ac deſignatum putant. [Tertius ſignificatus.] Tertio eſſe, eſt habitare: ita Auguſtinus libr. Locutionum in Geneſim [B. Aug. lib.1. locutionum in Gene.c.163. tom 3. circa princ.] illa verba: [Gen.42.] *Duodecim ſumus pueri tui fratres in terra Chanaan*, interpretatur, ſumus, pro, habitamus, in terra Chanaan, Inde enim venerant, ilicò redituri, ibi commorantes. [Rom.1.] Et illud Pauli: *Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei*, id eſt, Qui habitant in vrbe Roma. [Cic. lib.16 ep. ad Atticum, epiſt.9 à med.] Et Cicero ad Atticum: *Tu quidem & prudenter, & amicè ſuades, vt in his locis potiſſimùm ſim* (id eſt, habitem, commorer) *quoad audiamus hæc, quæ commota ſunt, quorſum euadant*. [Quartus ſignificatus.] Quartò, non eſſe dicuntur, qui pereunt, iuxta illud: [Matth.2.] *Noluit conſolari, quia ſunt*: & [Abd.1.] Abdias: *Bibent omnes gentes iugiter, & bibent: & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint*. Qui enim perit ei qui eſt (vt ait Hieronymus eo [B. Hier. lo.6.] loco) & qui dicit ad Moyſen, [Exod.3.] *Qui eſt, miſit me ad vos*, ſecundùm regulam Scripturarum non eſſe dicitur. [Eſther 4.] Vnde & in Eſther legimus, [Quales ſint gentes viri Dei cognitione carentes teſte Scriptura.] *Ne tradas, Domine, regnum tuum his qui non ſunt, ne rideant ad ruinam noſtram*. Ita vocat Gentiles qui Deo non viuunt. Et in Deuteron. habetur: [Deut.32.] *Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos*. [Rom.10.] Sunt enim dij Gentium Idola, de quibus ait Apoſtolus: [1 Cor.8.] [Idolum eſſe nihil ſit.] *Scimus quia nihil eſt idolum in mundo*, quia eſt imago rei non ſubſiſtentis. [Hieron. in Ezech li.8. ſub finem 26. cap. 10.5. poſt med.] Denique Hieronymus in Ezechielem ſcribit: *Non eſſe dicuntur impij in inferno incluſi. Non*

Igni æterno damnati non eſſe quatenus dicãtur.

quòd eſſe deſiſtat qui in pœnis eſt ſempiternis, ſed quod, qui Deo non viuit, in Scripturis Sanctis dicatur non ſubſiſtere. Sic ille. Quod explicari poteſt per illud. *Remitte mihi vt refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero*, & Apoſtolus de Deo: *Vocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt.* Quintò eſſe, eſt, in pretio haberi, & regnare. Non eſſe, eſt abiectum eſſe & obſcuru, iuxta illud Apoſtoli: *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, &c. Sed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, deſtrueret.* Vbi ea quæ ſunt vocat excelſa, & nobilia, humilia verò, & obſcura, vocat ea quæ nõ ſunt. Et illud Ioannis: *Omne quod eſt in mundo*, id eſt, Omne quod regnat, & in pretio habetur in mundo hoc.

Quintus ſignificatus. Pſal. 38. Rom. 4. 1. Cor. 1. 1. Ioan. 2.

Regvla II.

Prӕſens & interdum præteritum accipere pro futuro Hebræis cõſuetum. Ioan. 14. Exod. 5. Matth. 26. Deut. 17. Infrà 20. 2. Cor. 13. 1 Cor. 11. Ioan. 19. Matth. 27. Ioan. 2.

Frequens Hebraiſmus eſt præſens ponere pro futuro: Vt, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*, &, *Non do vobis paleas: Apud te facio Paſcha: Pro eis ego ſanctifico me ipſum: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: Ecce tertio hoc venio ad vos: Laudo vos in hoc? non laudo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris*, id eſt Imperatoris Romani. *Quoniam virum nõ cognoſco. Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* In his omnibus locis præſens vim habet futuri, vt Patres annotant, & ratio dictat. Sicut ibi etiam: *Vah qui deſtruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas*: id eſt, qui dicebas te deſtructurum, & reædificaturum. Latus eſt vſus huius Regulæ. Matth. 10. *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Vbi præſens ἐστὲ, eſtis, ſumitur pro, eritis, & λαλοῦντες pro his qui loquentur, & λαλῶν pro eo qui loquetur. Et Matt. 11. *Tu es ille qui venis, an alium expectamus?* vbi Græcè ἐρχόμενος pro eo qui venturus erat, accipitur. Simile quid habetur Ioan. 6. *Hic eſt*, inquit, *verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.* Item Ioan. vlt. *Domine, quis eſt qui tradit te?* id eſt, Quis eſt traditurus? Ibidem. *Exiuit ſermo inter fratres, quia diſcipulus ille nõ moritur*, id eſt, quod non moreretur, vel non deberet mori. Et Matth. 17. *Helias quidem venit*, pro venturus eſt, *& reſtituit omnia*, ait Marcus Græcè, hoc eſt, reſtituturus eſt, & 1. Ioan. 2. *Audiſtis quia Antichriſtus venit*, pro venturus ſit. Itẽ Matt. 17. *Si habeatis Fidem ſicut granum ſinapis*, Græcè ἔχετε pro futuro habueritis, vt rectè vertit interpres noſter. Matth. 26. *Semper pauperes habetis vobiſcum*, pro, habebitis. Ita etiam Luc. 22. *Hoc eſt corpus meum*, quod pro vobis datur: pro dabitur, ſeu frangetur. *Et ſanguis qui pro vobis funditur* (ita habet Græca vox) id eſt fundetur. Matth. 28. *Præcedit vos in Galilæam* προάγει, id eſt, præcedet, vt legit interpres. Luc. 13. *Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta*, pro, relinquetur. Ioan. 6 *Quid facimus vt operemur opera Dei?* id eſt, Quid faciemus? Ioan. 8. *Quo ego vado, vos non poteſtis venire*: id eſt, Quo ego vadam, vos non poteritis venire. Ioan. 13. *In hoc cognoſcent omnes qui diſcipuli mei eſtis*, pro, eritis. Ioan. 8. *Quis ex vobis arguit me*, de præſenti ἐλέγχει, pro, arguet de futuro. Ioan. 13. *Si non lauero te, non habes* (ita Græce) pro non habebis partem mecum. Ioannis 15. *Si quis in me non manſerit, eiectus eſt foras ſicut palmes, & exaruit: & colligunt eos, & in ignem mittunt, & ardent.* Sic Græca ad literam habent. Vbi duo præterita, & tria præſentia, pro futuris poſita ſunt, hoc eſt, ἐβλήθη, & ἐξηράνθη, id eſt, eijcietur, & exareſcet. Et infrà: *In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum adferatis*: pro futuro, clarificabitur, & adferatis, pro, attuleritis. Io. 16. *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem pro vobis. Ipſe enim Pater amat vos.* Vbi dico, pro, dicam, & amat, pro amabit, ponitur. Ioan. 17. *Et iam nõ ſum in mundo, & hi in mundo ſunt*; id eſt, ero, & erunt.

Infrà 16. Luc. 22. 1. Cor. 11. Ibidem. 1. Cor. 11. Matth. 28. Luc. 13. Ioan. 6. Infrà 8. Infrà 13. Suprà 8. Infrà 13. Infrà 15. Infrà 16. Infrà 17.

Futurum contra pro præſenti in Scriptura pariter ſumptum. Luc. 23. Pſal. 30. Matt. 4. Deut. 8. Rom. 1. Habac. 2. 1. Cor. 11.

Et ſicut præſens pro futuro accipitur, ita interdum è conuerſo, futurum pro præſenti. Ita enim Propheta habet, *Pater in manus tuas commendo* (pro commendabo) *Spiritum meum*, nam Græca habent de futuro, παραθήσομαι, & Hebraicè אַפְקִיד. Et Matt. 4. producitur illud: *Non ex ſolo pane viuet homo*: nam Græcè eſt ζήσεται, poniturq; pro præſenti, & ſignificat aliquid amplius, id eſt viuere ſolet. Similiter illud ad Roma. 1. *Iuſtus ex Fide viuet*: ita enim habent Hebræa, & Græca, & Chaldæa de futuro, & non de præſenti, Habac. 2. et amſi noſter Textus Latinus habeat de præſenti, *Viuit*, quia pro eo videtur poni. Et 1. Cor. 11. Laudabo vos in hoc? non laudo. Ita habent Græca. Et nõ laudo, ponitur, pro, non laudabo.

Regvla III.

Eadem Præteritum pro præſenti tempore etiam vſurpat. Ioan. 20. Supra 11. B. Ambroſ. tom. 4.

Præteritum quoque interdum pro præſenti ponitur ex proprietate idiomatis Hebræi. Vt ibi: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum*, pro, nondum aſcendo. Et alibi: *Vtique Domine, ego credidi* (pro Credo) *Quia tu es Chriſtus Filius Dei viui.* Interrogauerat enim Chriſtus de præſenti, *Credis hoc?* Atque hanc Regulam Ambroſ. li. 1. de Abraham ca. 8. tradidit, & exemplis illuminauit. *Poſſumus quidem vti ad defenſionem* (inquit) *Scripturæ conſuetudine diuinæ, quia præterita plerumq; ponit pro futuris, vel præſentibus.*

Matt.3.& 17.

tibus. Vt in Euãgelio habes, Hic eſt Filius meus, dilectiſsimus, in quo complacui, cùm vtiq; ſemper in Filio placeat Pater. Et in Geneſi, *Tolle Filium tuum quem dilexiſti* (ita enim habent LXX. *Iſaac*, pro, quem diligis. Adde quod Apoſtolus dixit: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitia, &c. Non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Etiamſi Græca habeant, *Iis qui dilexerunt*, ἠγαπηκόσιν: rectè tamen redditum eſt per tempus præſens: & alibi: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi*, id eſt, Sedent, quia nondum erat lex Moyſis extincta: quemadmodum & illud, *Medius veſtrum ſtetit*, pro ſtat, accipitur: & ita legit Cyprianus. Eſt enim Græcè ἀὐτεςος ὑμῶν: ἵςηκεν, cuius natura eſt deſignare tempus indefinitum. Et Rom.5. *Per quē acceſſum habemus per Fidem in gratiã iſtam in qua ſtamus*, rectè vertit interpres, habemus, & ſtamus de præſenti, etiam ſi Græca habeãt de præterito, ἐςήκαμεν, & ἐσχήκαμεν. Et Rom.13. *Qui diligit Proximum, Legem impleuit*, hoc eſt, implet, & eſt in implendo. Simile eſt quod ſequitur infrà: *Nox præceſsit, dies autem appropinquauit*, pro eo quod eſt, appropinquat. Ita accipe illud: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum Cælorum*: & Luc.1. *Exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo*, pro eo quod eſt exultat, ſicut de præſenti præcedit, *Magnificat anima mea Dominum.* Adde illud Gen 22. *Per memet ipſum iuraui, dicit Dominus*, id eſt, iuro de præſenti, & Luc.7. illud, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, quidam legũt, quoniam diligit multum, quia eſt idem tempus infinitum.

Gen.22. 2.Tim.4. Matth 23. Ioan.1. B.Cyprian.li. 2. in Iudæos, c.19. in fine. Rom.5. Infrà 13. Matt.3. & 4. & 10. Luc.1 Gen.22. Luc.7.

REGVLA IV.

Simplex præteritum pro imperfecto, & pluſquamperfecto in vſu tantum eſt apud Hebræos.

Etſi Hebræi careant præterito Imperfecto, & præterito pluſquamperfecto: tamen præteritum perfectum accipitur pro ſimplici præterito quod habent Latini, nimirum Imperfecto, Perfecto, & Pluſquãperfecto, & pro loci ratione nunc per hoc, nũc per illud vertendum eſt. Quemadmodum Paulus ad Epheſ. *Benedixit nos*, inquit, *in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus, in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo*, id eſt, ſicut elegerat. Et Gen.2. *Produxit Dominus Deus de humo ante lignum pulchrum viſu*, id eſt Produxerat. Et Gen.21. *Viſitauit autem Dominus Saram*, pro viſitauerat. Exod.4. *Dixit Dominus ad Moyſen in Madian* (pro dixerat) *Vade & reuertere in Aegyptum*, &c. Ioan.5. *Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba conſtitutam in loco*, id eſt, declinauerat. Talia ſunt illa quæ habentur Matth.vlt. *Et ecce, terræ motus factus eſt magnus, Angelus enim Domini deſcendit de Cælo & accedens, reuoluit lapidem.* Vbi verti potuiſſet: *Terræ motus factus fuerat magnus. Angelus enim Domini deſcenderat de Cælo, & accedens reuoluerat lapidem.* Ioan.11. *Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento*; pro vnxerat; pro tempore quo ſcripſit Euãgeliſta: nam reuera hiſtoriæ Lazari ſuſcitati ſucceſsit vnctio in cœna. Adde Marc.1. *Fuit Ioannes in deſerto baptizans*, id eſt baptizabat. Et Matth.12. *Abijt Ieſus per ſata*, id eſt, Abibat, ſeu Ambulabat. Item Ioan.18. *Miſit eum Annas legatum ad Caiphan*, pro, Miſerat. Et infrà: *Cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam*, pro, abſciderat, & ſexcenta huiuſmodi.

Gen.2. Infrà 21. Exod.4. Ioan 5. Matth.28. Ioan.11. Matth.26. Mar.1. Matth.12. Ioan.18. Ibidem. Luc.22.

Præteritum imperfectũ, vt ſuppleatur ab eiſdẽ.

Denique præteritum Imperfectum ſæpè ſuppletur per verbum ſubſtantiuum, erat, & participium verbi. Vt ibi: *Erat habẽs multas poſſeſsiones*, id eſt, habebat. Et, *Erat Ioannes baptizans*, pro, baptizabat. Et Plautus in Curcul. *Sunt bibentes*, pro, bibunt. Item: *Erat quidam languens Lazarus, à Bethania*, id eſt, Quidam languebat. *Erat Ieſus eijciens dæmonium*, & 2.Corin.1. *Vt non ſimus fidentes in nobis*, id eſt, ne in nobis fidamus. Ita etiam ſupplentur alia, vel præſentia, vel futuri temporis.

Matt 19. Ioan.1. Plautus. Ioan.11. Matt.12. 2.Cor.1.

REGVLA V.

Præſens pro præterito ponere Hebræi quoq; ſolent interdum.

Quemadmodum præteritum pro præſenti vſurpari oſtendimus, ita è contrario præſens pro præterito quandoque accipitur. Vt ibi: *Si ex hoc mundo eſſet regnũ meum: miniſtri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis*: pro eo quod eſt, decertauiſſent. Matthæi 17. *Magiſter veſter non ſoluit didrachma*, pro, non penſitauit, aut non pependit. Ait Petrus, *Etiam*, id eſt, Certè non penſitauit. Matt.26. *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem*, id eſt: Cùm ipſi cœnati eſſent, vt quidam interpretantur.

Ioan.18. Matth.17. Infrà 26.

REGVLA VI.

Cùm omnes ſacri libri, tũ verò Prophetici præteritis pro futuris vtuntur familiariſſimè.

Frequentiſsimum eſt in omnibus Scripturis, ſed præcipuè in Prophetis, Præteritum perfectum pro futuro vſurpare: tum ob Dei certiſsimam prouidentiam: tum vt odium declinarent viuentium, vt docet Hieronymus in Ezechielem. Et idem in Epiſtolam ad Epheſ. expendens illud: *Et conreſuſcitauit, & conſidere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu*, inquit: *Mos eſt iſte Scripturarum, vt interdum futura, tempore præterito declinentur. Verbi cauſa de Cruce Domini: Foderunt manus meas, & pedes: & alibi de paſsione eius: Quaſi ouis ad victimam ductus eſt. Et adhuc de iniurijs flagellorum: Liuore eius nos ſanati ſumus, &c. Hoc autem ideo, ne quia futura ſemper incerta ſunt, hominum ſpes fluctuet, & vacillet, ea quæ Deus futura cognouit, apud quẽ nihil ambiguum eſt, quaſi iam facta memorantur. Vt quia*

Duplex eius rei cauſa profertur.

Hieron in ca. 30. Ezech.10. 5.1 med. Idem in c.2. epiſt. ad Epheſ. tom.9. Pſal.21. Iſai.53. Ibidem.

præterita ſecundum Philoſophos quoque fieri infecta non poſſunt, qui audierint, quaſi iam facta habeant quæ futura ſunt. Hæc ille. Exempla autem huius regulæ in promptu ſunt innumera. Vt: *Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis: Propter ſcelus populi mei percuſsi eũ: Aſpicient ad me quem confixerunt: Beati qui non viderunt, & crediderunt*, id eſt, qui non videbunt, & tamẽ credent. *Notas mihi feciſti vias vitæ*, pro, Notas facies: quod indicãt præcedentia: *Non derelinques animam meam in inferno*, & ſequentia, *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Domine, quis credidit auditui noſtro?* pro, credet: *Aut brachium Domini cui reuelatũ eſt*, hoc eſt, reuelabitur, cùm tanta ſit mentium humanarum cæcitas. Item Pſaltes, *Aſcendit*, inquit, *ſuper cœlum cœli, ad Orientem.* Zacharias laudat Dominum, *Quia viſitauit, & fecit redemptionẽ plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis.* Vbi redemptionem mundi futuram, quaſi iam factam celebrabat. Et B. Virgo in ſuo cantico non tam hiſtoriã narrans, quàm abiectionẽ Iudæorum, & Gentium vocationem vaticinans, dixit: *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Dominus etiam in Euangelio: *Opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam*: Qui tamen necdum erat Cruci ſuffixus, in qua dixit: *Conſummatum eſt*, neq; ſuſcitatus, neq; aſcenderat in Cœlum, vt inde mitteret Spiritum ſanctum: Huc pertinet illud: *Vos dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo; nota feci vobis*, id eſt faciam. Et ita accipimus dictum Apoſtoli: *Cùm reſuſcitauit, & conſidere fecit in cœleſtibus*: etſi dici poſſit, facta eſſe hæc incertiſsima ſpe, quam conceperant de tanta gratia futura. Nemo etiam qui Hebrǽas literas attigit, ignorat vim & proprietatem literæ ו Vau, quæ elementum conuerſiuum appellatur, quæ addita præterito facit futurum, addita futuro, ex futuro reddit præteritum. Quare quod Auguſtinus in Pſal. 103. præteritum pro futuro poni ſolitum in Scripturis aſſerit, *In figura tamen* (inquit) *præteriti ponere futura, non facilè occurret legentibus*: Sic ille, tamẽ dubium non eſt quin inueniatur, & quidẽ frequenter, ſed ita, vt ex futuris reddat ſignificationem perfecti præteriti.

Iſai. 9. infrà 51. Zach. 12. Ioan. 19. Infrà 20. Pſal. 15. Act. 2. Iſa. 35. iuxta 70. & Ioan. 12. & Rom. 9. Pſal. 67. Luc. 1. Ibidem. Infrà 19. Suprà 15. Epheſ. 2.

Hebræa litera ו Vau, quid ſingulare habeat.

B. Auguſt. concio. 2. in Pſal. 103. paulò ante dimid. 20. 8. Futurum indicatiui modi, pro imperatiuo in Scripturis frequẽter accipitur.

Regvla VII.

Quemadmodum vt ſuperiùs annotatum reliquimus, & imperandi modus, maximè in imprecationibus Sãctorum, pro futuro accipi ſolet: ita vſurpant Hebræi futurum Indicatiui modi pro imperatiuis. Exempla ſunt hæc. *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem & adhærebit vxori ſuæ: & erũt duo in carne vna*: quod perinde eſt ac ſi diceret; Legẽ præſigo, qua vir tenetur dimittere patrem, & matrem, & vxori ſuæ adhærere, & eadem lege debẽt eſſe in carne vna. Et, *In ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum*, pro, ſtet. His ſimilia ſunt: *Venient dies, cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt*, id eſt, lege ieiunij conſtringentur. Simile eſt illud: *Non habebis deos alienos corã me: Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem: Non occides: Non mœchaberis*, & reliqua. Imò vt quidam annotauit, complectitur futurum apud Hebræos omnia tempora: vt quemadmodum dici ſolet in diſciplinis, abſolui verba à temporis ſignificatione, & rei ipſius, ſiue actionis, ſiue paſsionis proprietatem ſignificant; ita in Hebræa lingua per futurum tempus id exprimitur, eo quod futurũ rationes præteriti, & præſentis in ſe cõtineat. Nam qui diceret; Homo nõ erit iniuſtus, profectò negat debere eſſe, vel fuiſſe iniuſtum. Qui verò dicit, Homo non fuit, vel nõ eſt iuſtus, non continuò infert, Non erit iniuſtus. Ideo futurum pro omni tempore ſæpè exponẽdum eſt. Vt illud: *Os habent, & non loquentur: Oculos habent, & non videbunt*, &c. Ideo affirmatiua præcepta, quia pro tempore tantùm obligant, per imperatiuum traduntur: Vt, *Honora patrem tuum, & matrem tuam: Memento vt diem Sabbati ſanctifices*: Et, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* At negatiua, quæ perpetua ſunt, & omni tempore obligant, futuro exprimuntur: Vt, *Non habebis deos alienos: Non occides: Non mœchaberis.* Et vt futurum ponitur pro imperatiuo, ità è contrario imperatiua Prophetica accipienda ſunt pro futuris, & ita interpretanda. Vt ſunt: *Excæca cor populi huius, & aures eorum aggraua. Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueum* &c. *Obſcurentur oculi eorum ne videant*, & cæt. Atque eo modo poteſt illud Iudæ dictum accipi *Quod facis, fac citiùs*, & illud Iſaiæ. *Lauda ſterilis, quæ non paris, erumpe, & clama quæ non pariebas*: id eſt, Futurum eſt aliquando vt tu quæ non pariebas, in voces prorumpas lætitiæ, & crucieris doloribus partus, vt parias, vt alibi dixi.

Gen. 2. Matth. 19. & alibi. Deut. 19. Matth. 18. Suprà 9. Exod. 20. & ſæpè alibi. Ibid. Ibid.

Futurũ Hebrææ more linguæ omne tempus in ſe complectendit, vt quidam tradant.

Exemplum huius rei.

Pſal. 113. Ibidem. Exod. 20. Matth. 19.

Præcepta Dei poſitiua imperatiuo, negatiua futuro quare tradantur.

Pſal. 68. Ibid. Rom. 11. Ioan. 13. Iſai. 54. & Gal. 4.

Regvla VIII.

Coniunctio etiam ו Vau Hebraica, quæ Latinis eſt idem quod, Et, applicata verbis proprietatem habet ſemper mutandi tempora, vt ſcilicet ex præteritis faciat futura, & ex futuris præterita, atque hoc poſterius ferè ſemper eſt perpetuũ, cùm ſcribitur per Sceua vocalẽ: prius verbo cũ ſcribitur per Pathach, quã Vau Hebrǽi Grammatici vocant conuerſiuam. Hæc non eget illuſtrari exẽplis, quia vel mediocriter verſato in Hebræis notiſsima eſt. Ne tamen nihil dicere

Vau ו dictio coniunctiua verbis appoſita quã vim habeat.

Videa-

Exempla.

videamur, vnum, vel alterum exemplum libet proferre. Exordia libr. 1. & 2. Regum, & Ezechielis Prophetæ: quæ inchoant ab illo verbo, ויהי ad literam: *Et erit*, Hieronymus verò, nota proprietate linguæ, vertit: *Fuit*, vel, *Factum eſt*. Et prętereà dicitur Iob. 1. *Et irruerunt Sabæi*, vbi Hebræa habēt ותפל שבא, id eſt ad literam, *Irruet* vel, *inuadet Sabæus*: & tamen propter Vau dicendum eſt *Irruit*, vel, *Inuadit*. Et vt notare Sabæorum mollem, & effœminatam gētem, & de qua Poeta dixit.

B. Hieronym.

Iob 1.

Qualis Sabæorũ gens. Virg. 1. Georg.

Molles ſua thura Sabæi,

non dixit cum Iod maſculini generis ויפל ſed cum ת, quæ eſt indicium fœminini Vatipol ותפל. Quemadmodum Exod. 1. de obſtetricibus dicitur: *Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos*. Vbi להם maſculinè dictum eſt pro להן fœminino, propter maſculam earum fortitudinem in Principiis Pharaonis pręcepto contemnendo, & Deum præ illo magis timendo.

Exod. 1.

REGVLA IX.

Dictio Quis, apud Hebræos pro optatiuo quando ſumi ſoleat.

Particula Quis, addita verbo futuri temporis, quæ dandi ſignificatum, aut illi proximum habeat, pro optandi modo accipitur: Vt Deut. 5. *Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore?* id eſt, Vtinam aliquis daret. Et Exo. 16. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Aegypti*. Vbi Hebræa habent: *Quis det vt mortui eſſemus in manu Domini?* & Iob 19. *Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det vt exaretur in lib.* &c. Dauid etiam 2. Reg. 23. *O ſi quis mihi daret potum aquæ de Ciſterna quæ eſt in Bethleem*, Et paulò poſt 2. Reg. 18. *Fili mi Abſalon, Abſalon fili mi, quis mihi det vt ego moriar pro te?* id eſt, Vtinam Deus concedat. Et iterũ Dauid, *Quis dabit ex Siō ſalutare Iſrael?* id eſt, vtinam Deus det Saluatorem, quem pollicitus eſt. Rurſus, *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Et, *Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?* Id eſt, Vtinam Deus conſurgat & ſtet mecum ad propulſandos hoſtes qui me inuadunt. Ita ſpōſa in Canticis dixit: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te in agro, & deoſculer te*, id eſt Vtinam Deus vota mea perficiat, vt te Filium Dei per carnem ex Virgine genitũ liceat inuenire extra cœlum in hoc mundo; atq; illi iam homini, & fratri facto oſcula Fidei, & dilectionis imprimere. Ita quoq; Hieremias loquitur: *Quis dabit capiti meo aquam; aut oculis meis fontem lacrymarum?* id eſt, Vtinam Deus det qui ſolus ſpiritum precum, & lachrymarũ donare poteſt. Ad hūc modum loquebantur in Euāgelio ſanctæ fœminæ, quę Chriſtum ad ſepulchrũ quærebant: *Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?* quarum preces exauditæ ſunt à Deo mittente Angelũ, qui reuoluit lapidē, & ſedebat ſuper eum.

Deut. 5. Exod. 16. Iob 19. Ibidem. Pſal. 52. Pſal. 54. Pſal. 93. Cantic. 8.

Illud Canticorum: Quis mihi det te fratrē meum ſugentem vbera matris meæ vt inueniam te in agro. & deoſculer te? quid ſibi velit.

Hierem. 9. Mar. vlt. Matth. 28.

REGVLA X.

Hebræi infinitiuum Macot duobus modis accipiunt.

Infinitiuũ, apud Hebræos Macot dictũ, quòd originem, vel fontem ſignificat, eo quod ab illa eius ſignificatione confuſa ſignificatio determinata aliorum temporum, & perſonarum ſumitur: vnde & caret determinato numero, & perſona, ſi iungatur cum verbo præterito, aut futuro, æquiualet tunc participio: Vt, *Expectans expectaui Dominum*: *Benedicens benedicam te*: ſi verò componatur cum præpoſitionib. ſiue cum articulis, tunc æquiualere ſolet loco Gerũdiorum: literæ autem, quibus cum componitur, ſunt Beth, Caph, Lamed, & Mem, ita vt ſi verbum ſit ברא creare, eius infinitiuus cum Beth denotat, in creando, cum Caph, cum creando; cum Lamed, ad creandum; cum Mem, de, vel à creãdo. Talia ſunt primæ compoſitionis exempla: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion*: *In deficiendo ex me ſpiritum meum*: *In cōueniendo populos in vnum*: *in conuertendo inimicum meum retrorſum*: *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam?* *In cuſtodiendo ſermones tuos*: *Extendit manum ſuam in retribuendo*. Et Paulus, *Deus ſpei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo*: Quæ quidem reſoluenda ſunt per modũ optatiuum, vel ſubiunctiuum, ſi Latinè puriùs loqui volumus. Vnde Hieronym. vertit primum locum: *Cùm conuerteret Dominus captiuitatem Sion*. Atque hic idiotiſmus communis eſt tam fonti Hebrço quàm Septuaginta duobus interpretibus. Et ita dixit Dauid: *Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus*: *Ad Dominũ cùm tribularer, clamaui*. Et, *Cùm egrederetur Iſrael de Aegypto*: ſic Hieronym. pro quo nos habemus: *In exitu Iſrael de Aegypto*. Secundæ compoſitionis exemplum eſt illud: *Ad faciendam vindictam in nationibus*: *Ad alligandos Reges eorum in compedibus*, quæ ad Latinæ linguæ proprietatē magis accedit, quã prior. Hoc idiotiſmo vtuntur Apoſtoli. Hinc illud Matth. 1. *Antequàm cōuenirent*: πρὶν ἢ συνελθεῖν. Luc. 1. *Factum eſt autem, cùm Sacerdotio fungeretur*. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτόν. Et Act. 2. *Cùm complerentur dies Pentecoſtes*: ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν. Luc. 17. *Factum eſt, dum irent*, ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτούς.

Quid ſignificet. Pſal. 39. Gen. 22. iux. 70. Pſal. 131. Quibus eadem vox literis coniungatur.

Pſal. 125. Pſal. 141. Pſal. 101. Pſal. 9. Pſal. 119. Pſal. 54. Rom. 15. B. Hiero. to. 8. Pſal. 4. Pſal. 119. Pſal. 113. Idem Hieron. ibid. Pſal. 149. Ibidem. Matth. 1. Luc. 1. Act. 2. Luc. 17.

REGVLA XI.

Verbis tranſitiuis lingua Hebræa libenter vti conſueuit.

Gaudet peculiariter Hebraica lingua iis verbis, quæ Tranſitiua dicuntur, & regunt nomina verbalia, quæ ab eiuſdem verbi radice proficiſcuntur. Vt: *Audiui auditionem tuam & timui*. *Vadam, & videbo viſionem hanc*

Habac. 3. Exod. 3. Gen. 8.

magnam

Iſai.8. Pſal.105. Pſal.97. 3 Reg.8. Pſal.4. 3 Reg.3. Iudic.18. 2.Reg.1. 1 Mach.13. Gen.2. 3.Reg.19. Mar.10. Luc. vlt. Thren.3. Oſea 1. Ioan.3. Matth.2. Pſal.131. 2.Cor.11. Pſal.43. Zach 7. 2.Tim 4. Thren 1. Eccleſiaſt. 7 Hierem.30. Leuit.7. Eccli. vlt. Leuit.25. 2.Mach.2. 2.Cor.8.

magnam : Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis : Timorem eius ne timeatis : Laudauerunt laudem eius : Cantate Domino canticum nouum. Hymnum & orationem ſeruus tuus orat. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ : Iudicauit iudicium Salomonis : Vnam petitionem poſtulo à vobis:Planxit planctum magnum ſuper eum , id eſt, carmen lugubre. Alioqui dicitur ſæpè cum Ablatiuo : *Planxerunt eum Iſrael planctu magno;* ſicut, *Morte morieris;* &, *Zelo zelatus ſum: Baptiſmo baptizari* : Et, *Oratione orauit: Memoria memor ero : Obliuione obliuiſcar : Gaudio gaudet: Gauiſi ſunt gaudio magno valdè: Exultatione exultabunt : Aemulor vos Dei æmulatione.* Prioribus ſimilia ſunt : *Opus quod operatus es in diebus eorum : Ieiunauerunt ieiunium* : Paulus, *Bonum certamen certaui. Peccatum peccauit Hieruſalem. Noli velle mentiri omne mendacium: Conuertere conuerſionem: Offerte oblationes: Poßidere poſſeßionem. Sabbatizare Sabbatum: Retribuite retributionem Gentibus: Oſtenſionem charitatis oſtendere.* Ezech.17. vbi nos legimus, *Propone ænigma, & narra parabolam,* Hebræa ad literam habent; ænigmatiza ænigma, paraboliza parabolam. Et Pſal.88. *Diſpoſui teſtamentum electis meis.* Græca, & Hebræa habẽt verbum cum verbali nomine Διϑέμην διαθήκην, & Barathi Berith, ac ſi Latinè diceremus, Teſtatus eſt teſtamentũ. Et Geneſ.11. *Agite, laterificemus nobis lateres & comburamus combuſtionem.* pro quibus nos habemus, *Venite faciamus lateres & coquamus eos igni,* Et Pſal.143. *Fulgura coruſcationẽ,* Hebræa habent, *Fulgura fulgur,* vel fulgurationẽ, Græcè ἄστραψον ἀστραπὴν. Act.1. *Sortitus erat ſortẽ miniſterij.* Et Hierem.4. Et Oſeę 10. *Nouate vobis nouale. Bella bellare, Prælia præliari.* Et Paulo, *Militare bonam militiam.* Et ad Coloſ.2 *Augere augmentum.* Ezech.18. *Et rapinam non rapuerit.* Et Numer.18. iuxta Hebræum, Cuſtodire cuſtodiam, id eſt ſeruare quæ præcepta ſunt, vel rem ſuæ fidei creditam. Item Leuit.19. *Quãdo ingreßi fueritis Terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant immunda erunt vobis.* Pro quibus in Hebræo habetur, *præputiabitis præputium fructum eius;* id eſt immundum reputabitis ad eſum: quòd pręputiati apud Iudęos immundi reputentur. Ait etiam in ſuo Cantico Zacharias : *Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham, &c.* quam etiam phraſim Cicero vſurpauit In epiſtola ad Q. Metellum, vbi ait: *Nã cùm ille mihi nihil niſi vt iurarem, permitteret, magna voce iuraui veriſſimum, pulcherrimumq; iuſiurandum ; quod populus item magna voce, me verè iuraſſe, iurauit.* Sic ille. Quibus alia ſexcenta (quæ Hieronymus In ſua verſione diſſimulauit) addi poſſunt, quæ Septuaginta interpretes expreſſerunt, magis ad Hebræam phraſim accedentes.

Num.18.

Leuit.19.

Præputiati Hebręis quales habeantur.

Luc.1.

Cicer. lib.5. epiſt. famil. ep. 2. circa med.

Regvla XII.

Verbi eiuſdẽ geminatio ſententiam magis auget, & confirmat more Scripturæ.

Quando vnum & idẽ verbum apud Hebræos geminatur, vehementiam, & validiorem ſententiæ cõfirmationem, & actus continuationem deſignat. Et vt plurimum primum eſt Participiũ; ſecundum eſt Præteritum, vel Futurum. Talia ſunt: *Caſtigans caſtigauit me Dominus: Expectans expectaui Dominum : Concupiuit anima mea deſiderare,* vel, vt Hieronymus vertit, *Deſiderauit anima mea deſiderare: Euntes ibant, & cat. Venientes autem venient cum exultatione : Benedicens benedicam tibi : Plorans plorauit in nocte : Præcipiendo præcepimus vobis : Fornicans fornicabitur terra* : Conteſtando conteſtari aliquem eſt, coram teſtibus admonere aliquẽ: *Laqueus locutus ſum : Viſitans viſitaui vos: Multiplicans multiplicabo te : Gaudens gaudebo in Domino: Quia faciens facies: Potẽs poteris:* Sciendo ſcies, vt legit Auguſtin. iuxta Septuaginta, & alia multa, quæ magis in Hebræo fonte inueniũtur, & Septuaginta interpretibus, quàm in noſtra editione vulgata, in qua multa ex iſtis ſunt ſuppreſſa ab interprete. Imò infinitiuus in oratione negante repertus per Futurum, negationem auget. Vt Exod.24. *Nullusq; apud te per ſe innocens eſt:* Hebræa habent, & mundando nõ mundabit, ſiue, Innocentem non innocentabit, ſcilicet, impunes omninò relinquendo peccatores. Et Daniel.10. *Et vngendo non vnctus ſum;* id eſt, Nequaquàm ſum vnctus.

Pſal.117. Pſal.39. Pſal.118. B Hier. in 2. Pſal 125. Ibidem. Gen 12. & alibi. Thren.1. Act.5. Oſea 1. Exod.19. 1.Reg 2. Exod 19. 1 Reg.3. Exod.3. Heb 6. Iſai 61. 1 Reg.16. Ibid. Gen.15. B. Aug. lib.1. qq in Geneſ. Exod.34.

Dan.10.

Regvla XIII.

Verba Hebræa quæ vſum, vel vtilitatem, vel damnum ſignificãt, poſt propriũ ipſorum caſum, cũ Datiuo conſtruuntur.

Ad vſum, & vtilitatẽ, voluntatem, & honorem alicuius, vel ad damnum, & iniuriã ſignificandam, omnia verba Hebræa, etiam neutra, regunt caſum Datiui, pręter illum, quem præcipuè regere ſolent : quemadmodum etiã apud Latinos vſitatum eſt. Exempla ſunt: vt, Non omnibus dormio, Non ſum omnibus domi, Geneſ.12. *Exi tibi de terra tua.* Sic enim habent Hebræa. Sicut & Num.23. *Veni,* inquit, *& maledic mihi Iacob;* Et, *Ecce Rex tuus venit tibi: Saluauit ſibi dextera eius : Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi.* Infrà; *Quando fortitudo Gentium venerit tibi.* Et rurſus, *Saluauit mihi brachium meum.* Dauid: *Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam.* Infrà : *Conuertantur mihi timentes te : Bonum mihi quia humiliaſti me: Bonum mihi lex oris tui.* Item: *Virtus Altißimi obumbrabit tibi;* &, *Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium.* Filij enim patri à matribus gigni, & in lucem edi dicuntur frequentiſsime in Sacris literis, quia in eis & eſſe parentis permanet, & ſplendor, & nomen familiæ illuſtratur. A

Gen.12. Num 23. Zach 9 & Matth.21. Pſal 97. Iſai 60. Ibid. Inf. à 63. Pſal 118. Ibidem. Ibid. Ibid. Luc.1. Ibid.

quo

Virgil. lib. 1. Aeneid. 1. quo loquendi modo Poeta non abhorruit, cùm ait:

Tu ne ille Aeneas quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëtis ad vndam.

Gal. 1. Et Paulus, *Num hominibus ſuadeo, an Deo? Qui* Rom. 14. *manducat, Domino manducat, Domino ſuo ſtat* Ibidem. *aut cadit. Exiſtimate nos mortuos eſſe peccato,* Suprà 6. *viuentes autem Deo in Chriſto.* Rurſus: 2. Cor. 5. *Vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt.* Et Petrus, 1. Pet. 2. *Vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus.* Et Lucas: *Illuminare his qui in tenebris,* pro, eos qui in tenebris legit Hieronymus in Iſaiam. Græca habent:

Vt illuceſceret his qui in tenebris, &c.
Venite exultemus Deo, iubilemus Deo ſalutari noſtro.

Regvla XIV.

Verba quæ varios habẽt caſus ſignificatione verbi nihil variata, apud Hebræos nihil ſignificãt.

Sunt præterea quædam verba, quę varios regunt caſus ſignificatione verbi minimè mutata: ideo nihil illis myſterij ſubeſſe cogitãdum, ſed vel Latinum interpretem ſectatum eſſe varias loquendi formas vſitatas, vel Græcas phraſes vſurpaſſe. Vt illud: Luc. 1. *Sicut locutus eſt ad patres noſtros*: & poſteà in Datiuo ait, *Abraham, & ſemini eius.* Sic enim & Græca habent: τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι, & quia Latinè dicitur: Loquimur tibi, & ad te, & Gręcè, λαλοῦν πρὸς ἄλλων & λαλοῦν ἀλλήλοις: ita frequentiſsimũ eſt, Benedicere Deum, Pſal. 33. & benedicere Deo apud Latinos: Vt, *Benedicam Dominum in omni tẽpore: Benedicite om-* Dan. 3. *nia opera Domini Domino*: Gręcis tamen εὐλογεῖν, ſemper ponitur cum Accuſatiuo, ſicut Hebræis ברך accuſandi ſemper caſum regit. Dominari cum Genitiuo dicitur ex phraſi Græca: Gen. 3. Vt, *Ipſe dominabitur tui*: Et, Infrà 4. *Tu dominaberis illius: Principes Gentium domi-* Luc. 22. *nantur eorum: Si mei non fuerint dominati*: Pſal. 18. Et, *Nõ dominetur mei omnis iniuſtitia*: Pſal. 118. Cum Datiuo ex phraſi Latina: Gen. 1. *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram*: Pſal. 88. *Tu dominaris poteſtati maris.* Pſal. 109. Et cum præpoſitione in Accuſatiuo vel Ablatiuo: vt, *Dominare in medio inimicorum tuorum*: Iudic. 9. Et Iudic. 9. *Nec dominabitur in vos filius.* Ouid. lib. 1. Metamor. circa princ. Et illud Poetæ cuiuſdam:

Sanctius his animal, mentiſq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.

Miſereri, cum Genitiuo, Datiuo, & Accuſatiuo, & Ablatiuo conſtrui ſolet: Pſal. 66. *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis*: Rom. 9. *Miſerebor cui miſerebor.* Pſal. 102. Et vtrumque caſum habet in eadem ſententia: *Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe*: Et cum Accuſatiuo addita præpoſitione Super: Mar. 8. Vt, *Miſereor ſuper turbam.* Et cum auferendi caſu & præpoſitione In, juxta illud. Deut. 32. *Et in ſeruis ſuis miſerebitur.* Obliuiſci, cum Genitiuo, & Accuſatiuo: Iſai. 49. *Ego tamen non obliuiſcar tui*: Heb. vlt. *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci*: Pſal. 12. *Vſquequo, Domine, obliuiſceris me in finẽ?* Pſal. 43. Et, *Si obliti ſumus nomen Dei noſtri.* Implere, cum Genitiuo, & Ablatiuo regitur: Ioan. 2. Vt, *Implete hydrias aqua*; Matth. 22. &, *Impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium.* Virgil. 1. Aeneid. ante dimidium. Sicut illud Poetæ:

Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ.

Auxiliari, Latinis regit Datiuũ, & frequenter in Scripturis: B. Hiero. to. 5. tamen Hieronymus Iſaiæ 41. Iſai. 41. vertit: *Auxiliatus ſum tui, &c.* Et Iſai. 49. Infrà 49. *In die ſalutis auxiliatus ſum tui*; 2. Cor. 6. Paulus tamen, *In die ſalutis adiuui te*, poſuit in Accuſandi caſu. Hæc tamen conſtructio verbi huius cum Genitiuo, neque Græca eſt, nec Hebræa. Ad hæc Latinè dicitur: *Non opus eſt valentibus medicus, vel medico*: nam Matth. 9. Matt. 9. ponitur Nominandi caſus; Et Cicero dixit ad Curionem: Cice. lib. 2. ep. famil. epiſt. 5. circa med. *Dux nobis & autor opus eſt, & eorum ventorum, quos propoſui, moderator quidam, & quaſi gubernator.* Ita habet vetus lectio Matth. 9. & ita Latinus, & purus autor Cyprianus epiſt. ad Antonianum profert: B. Cyprian. li. 4. epiſt. 2. paulò à med. at Mar. 2. Marc. 2. eadem producitur ſententia in Ablatiuo. Imò etiam Genitiuum interdum regit: nam Quintilianus ita inquit: Quintil. li. 12. c. 3. prope fin. *Sed etiam ſi noſſe quid ſenſerit, lectionis opus eſt.* Hęc ille, etſi quidam codices habeant in Ablatiuo, lectione. Non ergo eſt ſolœciſmus vt quidam putârunt, quod dicitur Matt. 9. in Nominandi caſu, *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.*

Regvla XV.

Quæ verba apud Hebręos peccati rationem habẽtia de Deo ſæpè dicuntur, priuatiuè tantùm accipi debent.

Verba quæ culpæ ſignificationem habẽt, ac Deo tribuuntur, non actiuè, ſed priuatiuè, vel negatiuè ſunt interpretanda. Vt: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*: *Ego indurabo cor Pharaonis*: *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum*: *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius*: *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum*: Iſai. 6. & aliàs in Euangelio. Et illud Euangelij, *Quod facis, fac citiùs*: *Idcirco in parabolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non intelligunt, &c.* Exod. 10. & ſæpè ſuprà, & infrà, & Rom. 9. Pſal. 80. Pſal. 104. Ierem. 20. Ioan. 13. & Iſa 6. Ioan. 9. Et illud, *In iudicium ego in hunc mundum veni; vt qui nõ vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Quę omnia ſic ſunt explicanda, vt Deus iuſtè permittat excæcari, & indurari, non dando eis lumen quo illuminentur, vel gratiam, qua à duritie recedant ſua: vt ſuperiùs admonuimus.

Regvla XVI.

Ineſt Hebręis quoq; verbis figura Syllepſis.

Verba Hebræa pluralis numeri collectiuo nomini ſingularis numeri adiecta, per Syllepſin conſtrui ſolent. Talia autem nomina ſunt, Plebs, populus, pars, turba, Eccleſia, gens, natio, congregatio, ciuitas, multitudo, ſemen. Vt:

Virg. lib. 1. Aeneid. ante med. *Pars in fruſta ſecant.*

Exod.8. *Dimitte populum meum, vt ſeruiant* (vel ſacrificent:) *mihi*; ſic enim habetur in Hebræo. Et Num.20. iuxta Hebræum: *Viderunt omnis Eccleſia quòd expiraſſet Aaron*; Et, *Omnis terra adorent te* : id eſt Homines qui ſunt in terra. Et nonnunquàm ponuntur verba in ſingulari, & plurali: vt, *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*: Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. Marc.8. *Cùm turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent*. Infrà: *Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficiant in via*: ſicut Apocal.14. *Vidi turbam magnam ex omnibus gentibus ſtantes ante thronum*. Quemadmodum etiã nomini collectiuo vnius generis, additur ſæpè relatiuum alterius generis: quia talia collectiua concipiunt in ſe omne genus: vt Pſal.117. *Omnes Gentes circuierũt me: & in nomine Domini: quia vltus ſum in eos*: Hieronymus vertit, *Vltus ſum eas*. Et tamen optimè dicitur, quia vltus ſum in eos, ſcilicet homines. Alibi; *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*, pro eas. Et Græcè cùm Gẽtes ſint neutrius generis, διδάξατε πάντα τὰ ἔθνη, relatiuum ſubdit maſculinum βαπτίζοντες αὐτοὺς. Ibi etiam: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.* maſculinum reddidit pro fœminino. Interdum verò nomen plurale iungitur verbo ſingularis numeri: vt Pſalm.118. *Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua, meditatio mea eſt*. Infrà: *Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.*

Exod.8. Num.20. Pſal.65. Exod.32. 1.Cor.10. Mar.8. Ibid. Pſal.117. Matth.28. Marc.vlt. Pſal.118. Ibid.

Regvla XVII.

Ponitur frequenter infinita pro vniuerſali propoſitione, & rurſus vniuerſalis pro infinita: vt ſuperiùs explicatum fuit.

Scripturæ infinitam propoſitionem pro vniuerſa, & è contrario vſurpant ſæpiſſimè.

Regvla XVIII.

Solet quãdoq; pro more linguæ, aliquid affirmari in vniuerſum; & ſimiliter negari oppoſitum affirmationis ad maiorem emphaſim, & rei certitudinem: vt ſuperioribus Regulis explicuimus.

Regvla XIX.

Deus operari dicitur, vel facere, quæ nos eius virtute, & gratia efficimus: ſicut Deus dicitur ſcire, vel ignorare, quæ nos ſcire, vel ignorare facit: de quibus ſuperiùs dictum eſt in Canonibus ſpectantibus ad Deum.

Regvla XX.

Conſuetum eſt Hebræis, vt aliquid tunc fieri, vel dari aſſeratur, quando id innoteſcit: de hoc ſuperiùs eſt dictum.

Regvla XXI.

Verba neutra ſolẽt interdum vim actiuorum habere, & præter morem ſuum, caſum regere: vt verba exultandi, & iubilandi. Nam Pſalm 50. dicitur: *Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam*, etſi Hebræus codex habeat Teranen, id eſt, cantabit, vel laudabit. De poſteriori ait Iſaias: *Iubilate omnes laudem.*

Pſal.50. Iſa.49.

Regvla XXII.

Imperatiuus aduerbij demonſtrãtis (hoc eſt Ecce) loco aliquando ponitur (ſicut apud Græcos ἴδε, quod etiam eſt Imperatiui modi.) Vt Geneſ.27. *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni*: dicitur in Hebræo, *Vide, odor agri pleni*. Et Eccleſ.7. *Ecce*, (pro vide) *hoc inueni, dixit Eccleſiaſtes*. Item En, Ecce, ſæpè abundãt in Hebræo, vt docet Euthymius in Pſalm.58. Vt, *Ecce loquentur in ore ſuo*. Aliquando verò idem valet quod Sanè. Eſtque verbum obtemperantis, & ſe in alterius obſequium offerentis. Vt Iſaiæ 6. *Ecce ego, mitte me*. & in Pſalm.39. *Tunc dixi, Ecce venio*; & B. Virgo, *Ecce ancilla Domini*. Et quando Dominus apparuit Samueli, dixit Samuel, *Ecce ego, quia vocaſti me*. In Geneſi etiam cap 1. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram*. Præter quas ſignificationes ſolet denotare rem ſubitam, & minimè ſperatam. Vt, *Ecce Magi ab Oriente venerunt*, &c. Et, *Ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus*; alibi, *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*. Interdum quoque Imperatiuum verbum poni ſolet pro Aduerbio: vt Pſalm.101. iuxta Hebr. *Feſtina, & exaudi me*, id eſt feſtinanter, ſiue velociter exaudi me, ſicut interpres vertit. Et Iſai. 8. *Voca nomen eius, Accelera ſpolia detrahere, Feſtina prædari*. vbi ſpolia, verbum eſt, nõ nomen: & eſt ſenſus, Feſtinanter ſpolia, ſiue prædare.

Aduerbij En Ecce, multiplex eſt vſus apud Hebræos. Gen.27. Eccl.7. Dictio Ecce, abundat ſæpè apud Hebræos, atque vt plurimum eſt ſuperflua, ſecundũ Euthymium. Pſal.58. Iſa.6. Pſal.39. Heb.10. Luc.1. 1.Reg.3. Gen.1. Matt.2. Act.18. Luc.7. Pſal.101. Iſai.8.

Verbum etiam Imperatiui modi Venite, hortantis eſt Aduerbium, & propriè reſpondet Aduerbio Græco δεῦτε, quod ad opus hortatur, ſicut Latinè, agedum, & frequenter ponitur in Scripturis in bono, & in malo: vnde illud Gen.11. *Venite faciamus nobis ciuitatem*: & Dominus ibidem ait, *Venite deſcendamus, & confundamus linguam eorum*: item: *Venite exultemus Domino*. Pſalm.94. & Chriſtus, *Venite ad me omnes, qui laboratis*; & *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum*: &, *Venite aſcendamus ad montem Domini*, vbi Græca habẽt, δεῦτε. Mali etiam eo Aduerbio ſe ad vitia adhortantur: Vt Exo. 1. *Venite ſapienter opprimamus eum*: & Sap.2. *Venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt. Venite ergo, & occidamus eum, & habebimus hæreditatem*, & Hieremias, *Venite percutiamus eum lingua.*

Matth.1. Suprà 4. Iſai.2.

Regvla XXIII.

Nõ rarò verbis primæ & ſecundæ inflexionis actiuæ vocis accidit, vt in paſſiua ſiue neutra ſignificatione ſint accipienda.

Sæpè verba primę, & ſecundæ cõiugationis actiuæ vocis, paſſiuam, ſiue neutram ſignificationem habent: idq; ex Spiritus ſancti diſpoſitione docemur. Vt Gene. 15. *Credidit Abraham Deo, & reputauit illi iuſtitiam*, ſic enim Hebræa habent: quod D. Paulus ad Rom. 4. expoſuit, *Reputatum eſt illi ad iuſtitiam*. Item illud Iſa. 25. *Abſorpſit mortem victoria*, quod Paulus 1. Corinth. 15. vertit: *Abſorpta eſt mors in victoria*. Et Iſai. 48. *Nec etiam aperiet aurem tuam*, pro, Nec etiã aperta erit auris tua. Et Mich. 5. *Et aperient portas tuas*, pro, *Aperta erunt portæ tuæ*. *Et quia de mercede meretricum collegit*; pro, Collecta eſt. Et Iob 7. cap. *Noctes laboris ſubtraxerunt mihi*, pro eo quod vertit noſter interpres, *Et noctes laborioſas ennumeraui mihi*.

Gen. 15. & Iſaias in Nouo Teſtamento, citatorum. Rom. 4. & Galat. 3. & Iacob. 2. Iſai. 25. Infrà 48. Micha. 5. Iob 7.

Regvla XXIV.

Quænam Hebræorum Participia nominum loco ſubſtantiuorum ſumi ſoleant.

Multa Participia paſſiua apud Hebræos, vim potiùs nominum ſubſtantiuorum habent, quàm participiorum: Vt 2. Regum 1. *Saul, & Ionathas amabiles, & decori valdè in vita ſua*: amabiles, participium eſt, ni fallor, paſſiuum, non nomen. Vnde Septuaginta interpretes ſeruantes Hebraiſmum, verterunt, *Dilecti, vel amati*; cùm tamẽ ſenſus ſit, quem noſter interpres expreſſit. Et Pſalm. 138. *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua*: vbi Hebræa habent Niflam, & Septuaginta perterunt per nomen θαυμάσια, & Hebræa vox participium eſt Nifal. Ita etiam Pſalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*: in Hebræis eſt, *laudatus nimis*, quod benè expreſſum eſt per nomen laudabilis. Simili ratione quod Paulus dixit de Petro, *In faciem ei reſtiti, quia reprehenſus erat*, ita enim Græca litera habet κατεγνωσμένος; quod tamen iuxta Hebraiſmũ rectè tranſlatum fuit per nomen deſinens in bilis. Et ita perpetuum eſſe videtur, vt Participium paſſiuum loco nominis deſinentis in bilis ponatur. A verbis antè Tranſitiuis ſecundùm regulam Heliæ Leuitæ, non fiunt eiuſmodi verbalia nomina, quæ ſignificant accidens, vt eſt in ſubiecto, ſed quoties hoc ſignificare volũt, vtuntur participijs paſſiuis. Et idcirco diſtinguunt inter ea Participia, quæ tantũ participia ſunt, & ſignificant actum: at participia, quæ vim nominum habent, ſignificant habitum. Sic Geneſ. 23. *Appendit Abraham pecuniam, quam Ephron poſtulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ*: at verò in Hebræo eſt, *quadringentos ſiclos argenti tranſeuntis per mercatores*. Vbi mercator, voce participium eſt, nomen ſignificatione: ſignificat enim eum, qui gerit officium, vel artem mercaturæ. Similequid etiã accidit Præteritis paſſiuis Græcæ linguæ; de quibus inferiùs agetur.

2. Reg. 1. Pſal. 138. Pſal. 47. Gal. 2. Helias Leuites. Gen. 23. Mercator qd Hebræiſ.

Regvla XXV.

Quæ verba apud Hebræos, caſus cũ præpoſitionibus regãt, Latinis parũ autoribus vſurpata.

Sunt quædam verba, quæ caſus quoſdam regunt cum prępoſitionibus, nunquàm, aut parùm Latinis vſitatos. Eiuſmodi verba ſunt, Videndi, & Reſpiciendi, Credendi in aliquem; vel verbũ Subſtantiuum, & Dandi, & Faciendi, & alia his ſimilia, quæ cum In, præpoſitione Accuſandi conſtruuntur. V. g. Vt Regulã illuminemus, Reſpicere in aliquem, vel ad aliquem, idioma eſt Hebræum frequentiſſimum; interdum etiam à Latinis, & bonis autoribus vſurpatum. Hinc illæ voces: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*: infrà: *Ad Cain autẽ, & ad munera illius non reſpexit*: *Reſpice in faciem Chriſti tui*: *Aſpice in me, & miſerere mei*. Quandoque tamen ſine vlla præpoſitione: Vt, *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*: *Reſpicite volatilia cæli*. Et licèt illa conſtructio poſſit admitti vt Latina; tamen in verbo videndi omninò eſt inuſitata. Vnde Ioan. 19. citatur, & Zachar. 12. *Videbunt in quem tranſfixerunt*: & Dauid; *Ad videndum in bonitate electorum tuorum*.

Gen. 4. Ibid. Pſal. 83. Pſal. 118. Luc. 1. Matth. 6. Ioan. 19.

Credere in aliquem, vel in Deo, Hebræi tantùm dicere ſolent.

Secundum verbum, Credere in Deo, vel in Deum, phraſis eſt propria Hebræorum, nõ Græcorum, aut Romanorum; qui Credere alicui, ſine vlla præpoſitione vſurpare ſolent, vt alio loco dicturi ſumus. Sunt rurſus alia verba, quæ cum præpoſitione, In, conſtrui ſolent, inter quæ potiſſimùm eſt verbum ſubſtantiuum. Vt: *Erunt duo in carne vna*, pro, erunt vna caro, ſiue in vna perſona. Aliquando verò *In* cum Ablatiuo regitur à verbis cum nomine; & dicitur adhæſiuum frequenter. Vt ſunt quæ ſequuntur: *Hæreditabis in omnibus gentibus*: *iudicabit in nationibus*: *Conſolabitur in nobis*: *Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua*: Pro eo quod eſt, Malignantes æmulari noli, & Conſolabitur nos; & paulò poſt dicitur: *Et in ſeruis ſuis conſolabitur*: *Iudicabit nationes*, *Hæreditabit omnes Gentes*. Similia ſunt, Meditari in lege Domini, in iuſtificationibus, in mandatis, pro, legem, iuſtificationes, & mandata. *Sitiuit in te anima mea* (ita Hebræa habẽt) *Sitiuit anima ad Deum*: *Pſallam & intelligam in via immaculata*; & alibi, *Intelligam in nouiſſimis eorum*, id eſt nouiſſima, ſiue finem eorum, vt Chaldæus paraphraſtes vertit. Et alibi: *In mandatis eius cupit*, vel, *volet nimis*; id eſt, vehementer diliget perficere eius mandata. Item Num. 12. *Nunquid in Moyſe tantum locutus eſt Dominus?* ſic habent Hebræa, id eſt ad Moyſen, vel Moyſi. Et, *Principiũ loquendi Domino in Oſea*, id eſt Oſeę, vel ad Oſeam; etſi B. Hieronym. in locum Prophetæ explicet,

Gen. 2. & alibi, id eſt Matth. 19. & Epheſ. 5. Pſal. 81. Pſal. 109. 2. Mach. 7. Pſal. 36. 2. Mach. 7. Pſal. 1. Pſal. 118. Ibid. Pſal. 62. Pſal. 41. Pſal. 100. Pſal. 72. Pſal. 111. Num. 12. B. Hieronym. in Oſeæ c. 1. in princ ferè, li. 1. to. 6. initio.

Loqui in Oſee, & loqui ad Oſee, quid inter ſe differant.

plicet, aliud eſſe loqui in Oſee, aliud ad Oſee. In *Oſee*, inquit, *non ipſi loquitur Oſea, ſed per Oſee ad alios: ad Oſee verò loquens, ad ipſum ſignificatur conferre ſermonem.* Sic ille. Et eſt ſimile illis: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Et, *Erunt praua in directa, & aſpera in vias planas: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium: Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: Ego ero illis in patrem, & ipſi erunt mihi in populum.* Et illud Hieremiæ: *Ero eis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias.* Similiter etiam de verbo Dandi dicitur, vt apud Iſaiam: *Dedi te in Lucem Gentium.* Et Hieremias, *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram: Quoniam dabis eum in benedictionem: Non dedit in commotionem pedes meos: Dederunt in eſcam meam fel.*

Matth. 10. Iſa. 40. 2. Reg 7. Pſal 30. & alibi. Hierem. 11. iuxta LXX. & 2. Cor. 6. Iſai. 49. & Act 13. Hierem. 1. Pſal. 20. Pſal. 65. Pſal. 68.

Idem accidit verbo faciendi, in actiua, & paſſiua ſignificatione. Talia hæc ſunt quæ ſequuntur: *Faciam te in gẽtem magnam: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributionem, & in ſcandalum: Factus eſt mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutoriũ ſpei mea: Fortitudo, & laus mea Dominus; & factus eſt mihi in ſalutem;* &, *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Et in lib. Paralip. *Si autem auerſi fueritis, & dereliqueritis iuſtitias meas, &c. domum hãc quam ſanctificaui nomini meo, proijciam à facie veſtra, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.*

Gen. 12. Exod. 32. Pſal. 68. Rom. 11. Pſal. 93. Exod. 15. & Pſal. 117. Ibidem, & Matt. 21. & alibi. 2. Paralip. 7.

Regvla XXVI.

Verba Hebræa nõnunquàm Hypallages & Appoſitionis figuram admittunt.

Inuenitur interdũ in verbis Hebræis figura Hypallages, & figura Appoſitionis: quas non expedit ignorare. Per priorem enim figuram illud defenditur:

Perflauit fiſtula buccas.

Ita Iudic. 1. dicitur iuxta Hebræum: *Ciuitatem miſit in ignem*, pro eo quod eſt; *Ignem miſit in ciuitatem.* Ita dicitur Matth. 8 *Confeſtim mundata eſt lepra eius*, pro eo quod eſt, Mundatus eſt à lepra. Iſai. 6. *Peccatum tuum mundabitur*, Hebr. 7. *Qui non ſecundùm legem mandati carnalis factus eſt*, pro eo quod eſt ſecundum mandatum legis carnalis. Et Apoſtolus, *In iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* Et rurſus, *Miniſterium huius officij*, id eſt, officium miniſterij. Et illud Pſalmi, *Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui*, id eſt, laqueum ſuum ad interitũ tendentem. Per poſteriorem verò cum prępoſitionibus, & ſine illis; maximè cùm poſterior Appoſitionis pars eſt nomen proprium, explicatque priorem partem, illa quæ ſequuntur: Gen. 19. *Impetum fecerunt in virum*, in Lot: & 2. Reg. 18. *Obſeruate in puero*, in Abſalon. Et Geneſ. 9. *Carnem cum anima ſua, cum ſanguine ſuo non comedetis*: ita enim legitur in Hebræo in propoſitis exemplis. Et ſenſus poſtremi eſt: Carnem cum anima ſua, quæ eſt ſanguis eius, non edetis. Item Pſal. 34. dicitur: *Et in laqueum cadat in ipſum*, hoc eſt in ipſum laqueum.

Iudic. 1. Matth. 8. Iſai. 6. Heb. 7. 2. Cor. 9. Pſal. 34. Gen. 19. 2. Reg. 18. Gen. 9. Pſal 34.

Regvla XXVII.

Subiectum prædicati, & contra prædicatum ſubiecti ſæpè in Scriptura locum obtinet.

In Sacris literis frequẽter euenire ſolet, vt ſubiectũ habeat locum prædicati, & è conuerſo prædicatum ſubiecti. Vt illa: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum;* &, *Spiritus eſt Deus*: id eſt Verbum erat Deus, & Deus eſt Spiritus. Pſalm. 44. *Virga directionis virga regni tui*, id eſt, Virga regni tui eſt virga directionis. Et Pſalm. 101. *Cinerem tanquàm panem manducabam*, id eſt, Panem velut cinerem, id eſt, inſipidum edebam Tale eſt illud. Pſalm. 103. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem*, hoc eſt facit ventos eſſe nuncios ſuos: vt in coturnicibus Auſtro aduectis, & in mari tempore diluuij per vẽtum deſiccato: & ignem vrentem, vt cùm in Sodomam ignem eſt iaculatus, & tẽpore Heliæ, & ad ſacrificium inflammandum tempore Abel. *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere*, id eſt aſpectu ſuo inflammat terræ interiora (vt per illud: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*, intelligimus aſpectu ſuo inflammaſſe ſacrificia, vt vertit Symmachus: & ita inflammata terra & concepto intus calore, oritur terræ motus. Et, *Tange montes* (id eſt, Fulmina, tange ligna, vel ſiluas in montibus ſitas, per metonymiam) *& fumigabunt*, iuxta illud:

Gen. 1. Infrà 4. Pſal. 44. Pſal. 101. Cinerem tanquàm panem manducare, quid. Pſal. 103. Heb. 11. Num. 11. Gen. 8. Infrà 19. 4. Reg. 1. Gen. 4. Pſal. 103. Gen. 4. Symmachus interpret. Pſal. 143. & Pſal. 103. Virg. Ecl. 1.

De cœlo tactas (id eſt fulminatas) *memini prædicere quercus:*

Et Iob: Ignis de cœlo deſcendit, & tactas, oues puerosq; conſumpſit: ſiue per ſpiritus intelligas intellectuales mentes, quæ nunciorum Dei munere funguntur, & miniſtri ſunt fortiſſimi, vt ignis vrens, & citò vindictam Dei facientes, vt ignis velociſſimè operatur: Quæ locutio proxima eſt figuræ Hypallãges, qua dictum eſt:

Trade ratem ventis.

Et illud,

Perflauit fiſtula buccas.

Pro eo quod, Trade ventos rati, &, Buccæ perflârunt fiſtulam.

Regvla XXVIII.

Scripturæ eandem ſententiam minus perſpicuè dictam ſequenti aliquo verbo exprimere cõſueuerunt. Ἐπεξήγησις quid.

In Scripturis id obſeruatũ eſt, vt quęcunque obſcurè dicta videntur, ſequẽti aliquo verbo, aut oratione explicẽtur, & apertiùs exprimantur per figuram quæ dicitur Ἐπεξήγησις, quæ eſt explanatio dicti ſuperioris: cuius infinita poſſumus exempla percenſere. Vt illud: *Erat terra labij vnius.* Subiungit deinde explicationem, *Et Sermonum eorundem.*

Gen. 2. *dem.* Iterum *Sara mulier ſterilis*, ſiue vt Græ-
Infrà 16. cè dicitur, eradicatâ, & explicans ſubdit, *non*
Infrà 24. *genuerat ſibi liberos*. Et Gene. 24. *Erat Rebecca*
Suprà 15. *virgo*, & qualis eſſet, declarãdo adiungit, *in-*
cognita viro. Geneſ. 15. *Ecce ego vado nudus*; de-
Exod. 16. claransque nuditatem, adiecit, *Mihi autem*
non dediſti ſemen, (ſic enim habent Hebræi)
& ecce vernaculus meus, hæres meus erit. Exod.
etiam 16. *Maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſum*:
quod declaratur verbo ſequenti, *& nullus e-*
Deut. 7. *grediatur de loco ſuo die ſeptimo*. Deut. 7. *Neq;*
ſociabis cum eis (ſcilicet Chananæis) *coniugia*:
quod verbo ſequẽti explicat: *filiam tuam nõ*
dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo.
Iſai. 51. Et Iſai. 51. *Attendite ad petram, vnde excisi e-*
Gen. 15. & a- *ſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis*. Et
lias, & Iob 8. explicans, ſubdit: *Attendite ad Abraham patrẽ*
veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos. Item,
Pſal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore*; & de-
clarans quomodo: *Semper*, inquit, *laus eius in*
Sap. 18. *ore meo*, Sap. 18. *Cùm quietum ſilentium conti-*
neret omnia, explicat fuiſſe cõticinium, dum
ſubdit: *Et nox in ſuo curſu medium iter haberet*:
omnia enim tum ſilent, iuxta illud:

Dum ſilet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres.

Pſal. 108. Item illud Pſalmi: *Genua mea infirmata ſunt*
à ieiunio, id eſt, propter ieiunium; *Et caro*
mea immutata eſt propter oleum, id eſt, ab o-
lei defectu, vel propter olei defectum ami-
ſit ſuam pinguedinem. Et Pſal. ſeptuageſi-
Pſal. 74. mo quarto. *Nolite extollere in altum cornu ve-*
ſtrum, Et explicans ſubdit: *Nolite loqui aduer-*
ſus Deum iniquitatem. Et huius rei exempla
ſunt frequentiſſima in Prouerbijs, Pſalmis,
& Prophetis: nam quod in priori verſiculi
parte expreſſum eſt, in poſteriori, aut alijs
verbis recinit eundem ſenſum: vt, *Os iuſti*
Pſal. 36. *meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur*
iudicium: aut ſimili ſentẽtia idem refert, vt:
Pſal. 91. *Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani mul-*
tiplicabitur; aut contrariæ ſententię reſpon-
Luc. 1. det, Vt; *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit*
Ibid. *humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites di-*
Eccl. 4. *miſit inanes*. Adde illud Eccleſiaſtis: *Vnus eſt,*
& ſecundum non habet, & explicans quid ſit
ſecundum non habere, quod videtur am-
biguum, ſubdit, *non filium, non fratrem*, id eſt
nullum legitimum hæredem. Et Ezech. 18.
In montibus non comederit (& quia videbatur
paulò obſcurius dictum, ſubiungit, & ex-
plicat, *ad idola domus Iſrael oculos ſuos non le-*
uauerit. In Pſal. 48. habetur: *Iniquitas calca-*
nei mei circundabit me: quod per verba im-
mediatè ſequentia explicari videtur: *Qui cõ-*
fidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitia-
rum ſuarum gloriantur. Eſt enim iniquitas
calcanei, aut vitium propriæ confidentiæ,
metaphora ſumpta ab ambulante, qui cal-
canei firmat greſſum, & figit pedem: aut ſi-
gnificat dolos ac fraudes, quibus proximos
opprimimus, metaphora ſumpta ab his qui
cum alijs luctantur, qui calcaneo doloſè a-
lios proſternunt: & tales ſunt omnes, qui
quærunt diuitias, & fraudulenter agunt cũ
fratribus. Ad hæc Iob 26. *Qui extendit Aqui-* *Iob 26.*
lonem ſuper vacuum; explicansque in altera *Quid ſit il-*
parte eiuſdem verſiculi, ſubiungit, *Et appen-* *lud Iobis:*
dit terram ſuper nihilum. Idem eſt enim ex- *Qui exten-*
tendere, & appendere: idem ſuper vacuum, *dit Aquilonẽ*
& ſuper nihilum: idem ſuper Aquilonem, *ſuper vacuũ,*
& ſuper terram. Vocat enim terram Aqui- *& appendit*
lonem, quod reſpectu noſtri, qui ſuper- *terram ſuper*
num hemiſphæriũ incolimus, Aquilonaris *nihilum.*
pars magis ſit habitabilis, ac detecta quàm
Auſtralis: eſtque terra eò extenſa, & appen-
ſa: Item inferiùs Iob ait: *Spiritus eius ornauit* *Ibidem, &*
cælos (& explicans ornamenta cœlorum, *Gen. 2.*
ſubdit) *& obſtetricãte manu eius eductus eſt co-*
luber tortuoſus, id eſt ſtella cœleſtis, quæ di- *Eiuſdem illa*
cta eſt Anguis, à flexuoſo ſtellarũ aſpectu, *ſententia Spi-*
de qua Poeta Latinus: *ritus eius or-*

Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur Anguis *nauit cœlos,*
Circum, perq; duas in morem fluminis Arctos. *& obſtetricã-*

te manu, eius
Quod quidam explicant de ceto marino, *eductus eſt*
qui Vectis dicitur tortuoſus, Sed meliùs, cũ *coluber tor-*
ſit ſermo de cœlo, accipitur producta An- *tuoſus, duo-*
guis conſtellatione, & per illam vnam con- *busmodis in-*
ſtellationem per figuram Synecdoches in- *telligitur.* *Virgil. 1.*
telligit omne cœli ornamentum. Obſtetri- *Georg. paulò*
catio, nunc dicitur creatio, vel formatio: vt *remotius à*
ſolẽt obſtetrices inſeruire fœtui nato, Ad- *princ.*
de Pſalm. 8. *Vt deſtruas inimicum, & vltorem*,
vel vindicatorem; Auguſtinus, & Pſalteriũ *Pſal. 8.*
Romanum legunt *defenſorem*: Sed ad Rom. *Aug. tom. 8.*
12. *Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed* *Rom. 12.*
date locum iræ (id eſt Non vos vlciſcentes.) *Defenſio pro*
Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retri- *vindicta in*
buam. Vbi Tertullianus legit: *Mihi defenſam*, *Scripturis*
id eſt vltionem, *& ego defendam*. Et Iudith *nonnunquã*
1. *Nabuchodonoſor Rex iurauit per thronum, &* *accipitur.* *Deut. 32.*
regnum ſuum, quòd defenderet ſe de omnibus re- *Tertull. lib. 2.*
gionibus his, quæ ſcilicet illi contradixerant: *aduerſ. Mar-*
& defenderet, pro vlciſceretur ſe. Ita etiam *cio. à medio.*
vulgaris lingua vocare ſolet defenſionem, *Iudith 1. &*
eam, quam alio nomine appellamus vindi- *Ibidem.*
ctam. Iob 9. *Non eſt qui vtrunque valeat ar-* *Iob 9.*
guere, & ponere manum ſuam in ambobus. Qui *Quis ſenſus*
duos diſſidentes reconciliat, ſolet modò *ſermonis il-*
hunc, modò illum increpare, vt ita mutuò *lius: Non eſt*
inuicem ſibi cedant: vt Paulus facit in epi- *qui vtrumq;*
ſtola ad Romanos, deprimens Gentilem, *valeat argue-*
& deinde humillans Iudæum. Et idipſum *re, & ponere*
eſt quod ſubdit, ponere manum ſuam in *manum ſuã*
ambobus, quaſi vtrumq; detinens, ne per- *ambobus.*
gat in alterum, aut quaſi vtrumque percu-
tiens, vt humilientur inuicem, vt iuſta ſa-
tisfactione vterque compeſcatur, Iob 2. Sa-
tan dixit ad Deum: *Pellem pro pelle*, hoc eſt *Iob 2.*

Id dictum apud Iob: Pellem pro pelle, &c. dabit homo pro anima ſua, quid ſignificet,

copiam omnium diuitiarum ſuarum, quæ olim in pellibus animalium conſiſtebant, *dabit homo de vita liberanda.* Vel fortaſſis melius dicemus, pro pelle proprię vitę hominem libenter ponere vel animalium, vel ſeruorum, vel etiam filiorum ſuorum vitam, quia ſubiungit: Et cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua. Hebræi intelligunt, Membrum pro membro: ita enim vertit Chaldæus paraphraſtes; vt cùm quis minatur capiti, opponamus brachiũ. Symmachus vertit, Corpus pro corpore, id eſt, cuiuſuis animantis vitam. Paulus cùm dixiſſet: *Ego enim iam delibor*, vel immolor: explicans quid ſit immolari, ſubdit; *Et tempus reſolutionis meæ inſtat.* In morte ſiquidè ſoluitur corpus ab anima, de qua; *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*; & ipſe Chriſtus: *Soluite templum hoc, &c.*

Symmachus interp.

Immolari, apud Paulum quid.

2. Tim. 4.

Philip. 1.

Ioan. 2.

Regvla XXIX.

Quinã vſus verborum apud Sacros autores tantummodò ſit receptus.

Sunt verba quædam merè Eccleſiaſtica, quorum vſus non eſt apud profanos autores: Vt, Benedicere, pro laudare ſiue prędicare: Benedicere, pro benefacere: vnde & benedictio pro eleemoſyna ſumitur 2. Corinth. 9. Benedicere, & gratias agere, pro, conſecrare, ſiue conficere Sacramentũ Euchariſtiæ. Inde iuſtificari, pro iuſtum fieri apud Deum, ſiue iuſtitiã adipiſci inhærentem: cùm apud profanos autores iuſtificentur illi, qui ſententia iudicis ab impoſito crimine abſoluuntur, ſiue iuſti ſint, ſiue iniuſti. Prædeſtinare, præſcire, ſua ſingularia habent ſignificata. Credere in Deum, phraſis eſt inuſitata Græcis & Latinis. Tingere, abluere, & baptizare, pro eo quod eſt Regenerationis Sacramentum conferre.

2. Cor. 9.

Matth. 26.

Luc. 18. & alibi.

Quid iuſtificari apud Deũ ſit, quid apud homines.

Manus imponere, varia ſignificat.

Manus imponere, æquiuocum eſt, & multa cõplectitur. Inprimis enim ſignificat trãſfuſionem principatus, ſiue poteſtatis laicæ in alterum. Vnde Num. 27. *Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt Spiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum.* Et infrà: *Ad verbum eius egredietur ipſe* (ſcilicet Eleazar) *& omnes filij Iſrael cũ eo, & cætera multitudo.* De quo Deuteron. 34. *Ioſue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas.* Dabat primò gratiam recipiẽtibus impoſitio manuum.

Num. 27.

Ibid.

Deut. vlt.

Secundò, cęremonia imponendi manus ſpectabat ad teſtes, quando in præſentia iudicum, & rei ipſius, peccatum eius teſtificabantur. Hinc falſi teſtes Seniores impoſuerunt manus ſuper caput Suſannæ, vt habes apud Danielem & 2. Reg. 13. Thamar cognita ab Ammon fratre ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitisq; manibus ſuper caput ſuum, quaſi ſe accuſans, & iuſtificans; vel in ſignum luctus. Nam vt aſperſus cinis capiti, veſtis ſciſsio, ſigna ſunt luctus, & doloris: ita impoſitio manuum ſuper caput ſuum.

Dan. 13.

2. Reg. 13.

Quid aſperſus capiti cinis, & veſtis ſciſſio apud Iudæos ſibi vellet.

Tertiò, imponebatur manus ſuper caput victimæ immolandæ, quod in illius animalis caput reciderent omnia peccata, & iniquitates eorum qui imponebant, & pro quibus offerebatur: de quo Exo. 29. & Leuit. 4. & cap. 16. *Poſita vtraque manu ſuper caput hirci, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael.*

Exod. 29.

Leuit. 4.

Infrà 16.

Quartò, imponebantur manus ad operationes ſanitatum, & ſigna. Nam 4. Reg. 5. dixit Naaman Syrus, *Putabam quod egrederetur ad me* (ſcilicet Heliſæus) *& ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me.* Et Matth. 9. *Veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet.* Marc. 6. *Niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit.* Et cap. 7. *Deprecabantur eum, vt imponat illi manum*, id eſt, ſurdo, & muto. Et in cæcum Bethſaidæ bis impoſuit manum. Et Marc. decimoſexto. *Super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Actor. 9. *Vidit Saulus Ananiam imponentem ſibi manus, vt viſum recipiat.* Et intrà: *Impones ei manus, dixit, Saule frater, Dominus miſit me Ieſus, vt videas.* Et Paulus cùm intraſſet ad patrẽ Publij Principis febribus, & dyſenteria vexatum, & ſalutaſſet eum, impoſitis ei manibus, ſaluauit eum.

4. Reg. 5.

Matt. 9.

Marc. 6.

Infrà 7.

Infrà 8.

Infrà 16.

Act. 9.

Ibid.

Act. vlt.

Quintò erat ſignum conferendæ benedictionis, & gratiæ: nam Iacob impoſuit cancellatas manus ſuper Ephraim, & Manaſſen, & benedixit eis: Chriſtus complexans pueros, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

Gen. 48.

Marc. 10.

Sextò, imponebantur & manus ſuper Catechumenos, & energumenos; de qua impoſitione facit meo iudicio Paulus mentionem Hebr. 6. & ponit eam inter opera inchoationis Chriſti ſermonis, & fidei, baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis manuũ de qua Concilium Carthaginen. IV. Exorciſta cùm ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: *Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue Catechumenum.* Ideo proxima mentio eſt baptiſmatum.

Heb. 6.

Concil. Carthaginen. IV. c. 7.

Septimò, erat cęremonia ſeruata in Confirmationis Sacramento: *Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Et Act. 19. iterum, *Donum hoc impoſitionis manuum, & dandi Spiritum ſanctum, volebat Simon pecunia à B. Petro redimere*, vt Lucas teſtatur.

Act. 8.

Infrà 19.

Suprà 8.

Octauò, erat cęremonia vſitata in Sacra-

mento

1.Tim.5.

mento Ordinationis; de qua Paulus ad Timotheum: *Manus citò nemini impoſueris*. Et rurſus ad eundem: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt; quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij*. Et iterum: *Admoneo te*, inquit, *vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*. Ita Actor.6.13. & 14. χειροθετήσαντες. Eſt autem χειροθεσία, ordinatio Clericorum, teſte Hieronymo in Iſaiam. Et Clemens in Cōſtitutionibus Apoſtolicis ait: *Noſtras res fortaſſe non ignoratis: ſcitis enim à nobis Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos vocari, oratione, & manuum impoſitione, differentia nominū rerum differentiam indicantes*. Hæc ille. De qua Dionyſius lib. Eccleſiaſt. hierarchiæ rectè inquit: *Porrò pontificalis impoſitio manus, inſinuat vitā & protectionem Dei, quæ vt ſancti filij paterno fouentur affectu, ipſis habitum, virtutemq́; ſacratiorem largiētem, aduerſariasq́; virtutes ab eis procul abigentem: Docet itidē ſacras omnes, conſummantesq́; actiones, quaſi ſub Deo eos, qui ſacris ordinibus mancipantur, efficere perfectos, ipſum operationum ſuarum in omnibus habentes ducem, atque rectorem*. Hæc magnus Dionyſius.

Supra 4. 2.Tim.1. Act. 6. Infra 13. Infra 14. D.Hiero. in c. 58. Iſai. paulò à med. tom. 5. Clem. Roman. lib. 8. Diatax. cap. vlt. circa med. D.Dionyſ. lib. Eccl. hierarc. c.5. par. 3 prope init.

Quid Pontificalis ſupra caput manus impoſitio, teſte Dionyſ.

Nooò, eſt etiam ſymbolum, Hęreticos, vel laicos, vel Epiſcopos ad Catholicam redeuntes recipiendi, quòd Sacerdos manū imponat ſuper eos, quos abſoluit. Hinc in Diataxeon Apoſtolic. libro perhibetur: *Sed quemadmodum Gentilem per lauacrum recipis, poſt eius inſtitutionem; ita hunc* (*ſcilicet pœnitentem, & baptizatum*) *per manuum impoſitionem, vti per pœnitentiam purgatum, omnibus pro eo rogantibus, in priſtinum ſtatum reſtitues, & erit ei in locum lauacri impoſitio manuum*. Hæc ibi. Sed vt in hoc Sacramento pœnitentiæ impoſitio manus non eſt de eſſentia Sacramenti; ita dubium eſt, an in Confirmatione, & Ordinatione ſpectet ad eorum eſſentiam, & ſubſtantiam: quod alibi diſcutietur ſuo loco. Idem dicendum eſt de alijs verbis permultis, atque adeò de nominibus quibuſdam: vt ſunt, Fides, quę opponitur fiduciæ legis, ſeu merito operum, Gratia, Miſſæ Liturgia, Opus operans, Opus operatum, Tranſubſtantiatio, Attritio, Contritio, & Attritus, Contritus, Sacratum, Caro, Spiritus, Trinitas, Vnitas, Hypoſtaſis Perſona, Circumminceſsio, Circumcitio, Circuminſeſsio, Notiones, Propria, Relationes, Satisfactio, Purgatorium, Indulgentia, Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi; quas voces Hæretici putant profanæ tantùm functionis, & non ſacræ autoritatis, atque alia quamplurima quæ poſſunt dici artis vocabula. Sed *dum vitant ſtulti vitia* (id eſt linguæ) *in contraria currunt*, id eſt, in hæreſim, & quod ille dixit:

Clem. Roman. lib. 2. conſtit. apoſt. ca. 45. in prine.

Quænam vocabula Hæretici Eccleſiaſtica ſacraq́; ad profanam ſignificationem trahant.

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. Horat. 1. ſer. Satyr. 2.

Regvla XXX.

Non ſemper actiones verbis Scripturarum ſignificatæ, primas, aut nouas denotant.

Illud præterea non inutiliter annotare expedit, actiones, quæ verbis Scripturarum ſignificantur, nō ſemper nouas, aut primas ſignificare, vt prima facie pot rigere videntur, ſed plerunq; actionum illarū continuationem, & incrementū. Illuſtremus exemplis hanc regulam in vſu quorundā verborum, vt credendi, iuſtificādi, ſanctificandi, & clarificandi, & ſimilium. Cùm enim legimus Ioan. 2. *Hoc fecit initio ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius*: non eſt ſenſus. Tunc primùm diſcipulos credidiſſe in Ieſum, quia ſi diſcipuli eius erant, iam crediderant: non enim ignotum aliquem, aut impoſtorem, aut inopem ſecuti fuiſſent, niſi in eum ante credidiſſent. Ita legimus Geneſ.15. *Credidit Abraham Deo; & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*: non enim tunc primò credidit, quia longè ante credidiſſe probatur ex Apoſtolo Hebr.11. dicente; *Fide, qui vocatur Abraham, obedivit in locū exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt, neſciens quo iret*. Exitus autem ille de Vr Chaldæorum, vel de Charran, longè ante fuerat, qui habetur Gen.12. Itaque nō tunc primùm credidit, cùm reputatū eſt ei ad iuſtitiam, ſed aucta eius fides eſt illa, quæ dicitur reputata ad iuſtitiam. Apoſtoli quoq; augmentū fidei, fidem vocāt: nam ita dixerunt: *Domine adauge nobis fidem*. Quoties ergo Ioan.6. dicuntur Apoſtoli cognouiſſe, & credidiſſe, quia Ieſus eſt filius Dei; & cap.16. *Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo exiſti*. In his, & ſimilibus alijs locis, vbi Apoſtoli dicuntur credere, non eſt aliqua noua actio qua carebant, ſed eadem, quàm habebant, aucta & roborata.

Quàm primùm credidit Abraham Deo, teſte Apoſtolo.

Hebr.11. Act.7. Gen.12. Luc.17.

Idem oſtendit verbum *Iuſtificandi*: quia iuſtificatur credens in Chriſtum, & iuſtificatur etiam, qui fidem auget. Vnde Iacob frater Domini dixit: *Abrahā pater noſter nōne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filiū ſuum ſuper altare?* Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius; & ex operibus fides conſummata eſt: & ſuppleta eſt Scriptura, dicens: *Credidit Abraham Deo; & reputatum eſt illi ad iuſtitiam?* Hinc illud; *Ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari*; & aliud: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc; & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc*. Vt enim non tantùm dicitur ditari, qui ex paupere fit diues, ſed quicunq; indies magis ac magis diuitias ſibi comparat: nec tantū diſcere accipitur ille, q ſe ſtudio literarū cœpit applicare, ſed qui indies per

Duplex iuſtificandi modus.

Iacob.2. Gen. 15. Eccl. 18. Apoc. vlt.

diſciplinarum, ac ſcientiarum encyclopædiam incrementa percipit; non aliter ſanè faciunt, qui indies magis ac magis, aut iuſtificantur, aut ſanctificantur.

Clarificatior quiſpiam dupliciter, more Scripturæ.
Ioan.13.

Id ipſum videre eſt in verbo *Clarificandi* ſiue *Glorificandi*. Non enim tantùm qui obſcurus eſt, clarificatur, ſed qui etiam ex claro clarior fit, & glorioſior. Vnde Ioan. 13. legimus: *Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum, & continuò clarificabit eum.* Non ero longior in comprobanda hac regula.

Regvla XXXI.

Præſentis tēporis verba in Scripturis, effectū iuxta vim & naturā rei agentis denotant.
Ioan.1.
Ibidem.

Verba præſentis temporis in ſacris literis non tantùm ſignificant effectum aut actionem aliquam, ſed etiam naturam ac vim, ſeu proprietatem quandam eius actionis, quæ tribuitur rei, qui agit. Ita Chriſtus dicitur agnus qui tollit peccata mūdi; Lux, quæ in tenebris lucet, id eſt quę ex ſe vim habet tollendi peccatum, & expellendi tenebras. Sic dicitur illuminare omnem hominē venientem in hunc mundum. Sicut cùm de igne eſt ſermo, non dicimus: Hic ignis calefaciet, aut calefecit, ſed de præſenti, calefacit, vt natura vrendi omni tēpore, omni loco, & omnē materiam ſignificet; niſi quid ſit quod obſtet, vt olim in fornace Chaldęorum, in quam coniecti tres pueri, Diuina vi exierunt illęſi.

Dan.3.

Et cùm in huiuſmodi apponitur promiſsio aliqua, promiſsiones tales intelligendæ ſunt, vt non tam effectus, quàm ipſa vis, & natura rei, cui annexa eſt promiſsio, ſignificetur. Ita intellige illud;

Marc.vlt.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, ſcilicet, quantum eſt ex natura fidei, & baptiſmi: id etiam:

Ioan.6.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternā;

Supra.

illud quoque, *Vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam*, nempe quātum eſt ex natura Sacramenti & fidei, quæ vim habet reducēdi in vitam æternam, niſi quid aliud obſtiterit, vel niſi aliqua conditio ſubaudienda ſit, quæ etſi in eodem loco non habeatur, alibi tamen exprimitur. Vt

Ioel.2.
Matth.7.

ibi; *Omnis quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit*; & alibi: *Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit.* Intelligitur enim inuocatio ex fide viua cordis: nam de alijs orantibus dicitur:

Iſai.29.

Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè eſt à me. Et Dominus cùm

Matth.15.

ait: *Omnis qui petit, accipit*, ſubintelligit conditionem, ſi recta, & ſalutaria petat; quam quidem B. Iacobus expreſsit, dicens:

Iacob.4.

Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis. Eandem conditionem ſubintellige, ibi:

Ioan.16.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Regvla XXXII.

Multorū verborum hic canon, variæ ſignificationis Hebræis diſtinctionē, & explicationem tradit.

Verba Hebraica quædam ambigua ſunt, & multiplicia in ſignificando: quòd actiones permultæ ſint, verba verò Hebræa pauciſſima. Ideò prius diligēter ſunt diſtinguēda, & in ſuos ſignificatus diſtribuenda, vt conſtet quis illorū loco, de quo eſt controuerſia & diſputatio, magis quadret, & cur vnus interpres ita verterit, alij verò alio modo. Atque huius rei periculum faciam in nonnullis verbis, nempe in verbo Creandi, Benedicendi, Eleuandi, ſiue extendendi manus, & in verbo Poſſe, & Non poſſe, & in verbo Aperiendi.

Vnūquodq; verbū Hebr. quatuor modis inflectit.

Quæ quidem ſignificata vt cerni poſsint, non eſt ignorandū, quodlibet verbum Hebræum per quatuor cōiugationes inflecti, quarū tres priores habent ſimul actiuam & paſsiuam formā. Et quia

Hitphael quid Hebræis.

quarta quæ dicitur Hitphael, ſignificat reciprocationem, ſiue actionem in ſe ipſum, ſimplex eſt tantùm, modi autem & tempora in paruo numero sūt. Habet enim in Indicatiuo tantùm Præteritum, & Futurum, Imperatiuum, & Participiū præſentis actiuum, & paſsiuum; & his paucis temporibus abſoluit omnes omnium temporum differentias, quas Gręca, & Latina linguę habēt. Hęc autē inſpicienda ſunt in eruendis ſenſibus: quoniam in qualibet coniugatione idē verbum mutat ſignificatum.

Creare, vſu Scripturæ multa ſignificat.

Quod igitur verbum quodlibet Hebræum multa complectatur ſignificata, primùm oſtendit verbum *Creandi*. Significat enim in primis effectionem ex nihilo, vt docet prima clauſula Geneſis: & effectionem ex aliquo, vnde dicitur:

Gen.1.
Infra 2.
Supra 1.

Formauit Deus hominem de limo terræ: &, *Creauit Deus cete grandia.* Et rurſus: *Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi*, id eſt ex coſta viri. Ad hæc ſignificat generationē ex propria ſubſtantia, iuxta illud:

Eccleſ.17. & Infra 2.
Eccleſ.24.
Ibidem.
Prouer.8.
B.Baſ. lib.4. aduerſ. Eunom. prope fin. to.2.
D.Cyril. li.5. Theſau ca 4. & alibi to.2. in princ.

Ab initio, & ante ſecula creata ſum: &, *Dixit mihi creator omniū; & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Et iterum Prouerb. 8. vt citatur à Patribus Baſilio, Cyrillo, & alijs, *Dominus creauit me, initium viarum ſuarum.* Sed tunc abuſiuè accipitur hæc vox, vt illi ijdem annotant. Quartò, verbo Creandi, accipitur myſterium Incarnationis. Vnde Hieremiæ 31.

Hier.31.
Iſai.45.

Creauit Dominus nouum ſuper terram: fœmina circundabit virum. Et Iſai. 45. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul: ego Dominus creaui eum.*

Ieſus quomodo creatus, iuxta Prophetam.

Dicitur autem Iesvs creatus: quia ratione animæ ſuæ, quæ ex nihilo producta eſt, & ratiōe corporis, quod efficientia Spiritus ſancti formatum eſt abſque omni opera viri, rectè creatus dici poteſt: ratione verò Diuinitatis illi Humanitati coniunctæ, atque illi donatæ, crea-

tiouem abuſiuè appellare voluit. Quintò, creatio eſt iuſtificatio; de qua loquitur Paulus: *Ipſius ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis*: & Dauid, *Cor mundum crea in me Deus*: &, *Emittes Spiritum tuum, & creabũtur*. Ex nihilo enim peccati per donum Spiritus ſancti creamur ad eſſe gratię, quo comparamus nobis nomen populi, & filiorum Dei: vnde iuſtificatus, dicitur à Paulo noua creatura.

Epheſ. 2.
Pſalm. 50.
Pſalm. 103.
Quartũ ſit donum Dei iuſtificatio.

Sextò, creare, eſt diuina dona in fundere cœlitus, iuxta illud: *Creauit illis ſcientiam Spiritus, ſenſu impleuit cor illorum*. Septimò, creatio extenditur ad mundi nouam poſtremam renouationem: vnde dicitur: *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam*. Hæ ſunt huius verbi in ſacris literis ſignificationes. Vt interim omittam quod apud Latinos creare, eſt efficere, & filios generare, & educare, & in magiſtratu aliquẽ conſtituere.

2 Cor. 5. & Galat. 6.
Eccl. 17.
Iſai. 65.
Apoc. 21.
Creare, Latinis autoribus quid ſignificet.

Deinde idem oſtendit *Benedicendi* verbum, quod in Scripturis varium, & multiplex exiſtit. Impropriè enim benedicere, eſt blaſphemare, ſiue vituperare: hinc Satã de Iob dixit ad Deum: *Extende paullulum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet: niſi in faciem benedixerit tibi*: quod per figuram Antiphraſis dictum videtur, & ob atrocitatem delicti. Et infra vxor eiꝰ dixit: *Benedic Deo, & morere*: quanquam hoc quidam contendat eſſe Ironiam, quaſi dicat: Serui Dei ſeruitutem illi præſtantes, ij etiam malè pereunt, & nullum præmium habent. Naboth quoque accuſatus eſt, quia benedixit Deo, & Regi, id eſt benedixit.

Verbum benedicendi in Scripturis multiplicis intelligentię.
Iob 1.
Infra 2.
Dictum vxoris Iob: Benedic Deo, & morere: duplicẽ intelligitur.
3. Reg. 21.

Propriè autem benedicere, tripliciter fit. Vel enim benedicit inferior ſuperiori, vel ſuperior inferiori, vel æqualis æquali. Primo modo benedicit homo Deo, illum laudibus celebrando: *Benedicite*, inquit, *omnia opera Domini Domino*: & explicans quid ſit benedicere, *Laudate*, inquit, *& ſuperexaltate eum in ſecula*. Item: *Benedicam Dominum in omni tempore*: & ſubdit quomodo benedicere quis poſſit, *Semper*, inquit, *laus eius in ore meo*.

Benedicendi modus triplex.
Primus.
Dan. 3.
Pſalm. 33.

Deinde benedicit Deus creaturæ rationi præditæ. Et ſicut dicere Dei, eſt facere, iuxta illud: *Ipſe dixit, & facta ſunt*: Dei benedicere, eſt benefacere. Hinc Gen. 24. dixit Eliezer: *Dominus benedixit Domino meo valde*, id eſt, benefecit ditando illũ, & bonis cumulando. Et Gen. 30. dixit Laban ad Iacob: *Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te*, id eſt auxerit facultates, ouium greges, & boum armenta multiplicando. Ita Deus benedixit Adæ & Euæ, dicens: *Benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis*, & Chriſtus benedixit panibꝰ, multiplicando, & Euchariſtiæ, conſecrando.

Secundus.
Dicere Dei, & benefacere quid ſit.
Gen. 24.
Infra 30.
Supra 1.
Pſalm. 160.
Matth. 14.
Infra 15.
Infra 26.

Vnde & nomen benedictionis capitur pro munere, ſiue pro eleemoſyna: eo quòd cum benedictione, & fauſta Dei precatione offeratur. Hinc illud: *Suſcipe benedictionem hanc*, id eſt munus. Et Paulus eleëmoſynam, benedictionem vocat.

1. Reg. 25.
2 Cor. 9.
Eleëmoſyna nomine benedictionis cur veniat.

Tertiò, ſolet benedicere æqualis ęquali, id eſt homo homini: & eſt benè precari, & proſpera ex animo alteri deſiderare. Quæ ſi vel à parentibus, vel à ſacerdotibus prodeat benedictio, habet Dei aſsiſtentiam, & virtutem. Vnde Melchiſedech benedixit Abrahæ: & Sacerdotes populo benedicebant: quam benedictionem Deus ratam faciebat virtute gratiæ ſuæ. Et promiſcuè dicitur benedicere Deum, & benedicere Deo.

Tertius.
Gen. 14.
Hebr. 7.
Num. 6.

Et accidit huic verbo apud Hebræos, vt in bonam & malã partem accipiatur, quod apud Græcos nomini Anathematis. Nam & in bonam, & in malam partem accipitur, & ſignificat donaria Deo dicata, & appenſa, & homines deteſtandos, qui ad arcendam Dei iram in populum, morti deſtinati mactabantur: in quo ſenſu Paulus dixit: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*. Idem etiam contingit apud Latinos nomini Sacer, & Sacrum: denotat enim & Sanctũ, & Deo dicatum: & rurſus pro execrando & deteſtabili capitur, vt apud Poetam:

Anathema Græcis in bonam partem & in malam accipitur.
Rom. 9.
Sacer Latinis de bono, & malo dicitur.

Auri ſacra fames.

Virgil. lib. 4. Æneid.

Et alter:

Sacer, & inteſtabilis eſto:

Tertium exemplum ſit in verbo *Leuandi*, ſiue *Extendendi* manum. Significat enim iuuare, eo quòd iurando manus eleuarentur in cœlum, vbi eſt Deus, iuxta illud: *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ*: & in Apocalypſi, *Leuauit Angelus manum ſuam ad cœlum*: & Moyſes in Cantico: *Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum*. Id in Exodo: *Inducam vos in terram, ſuper quam leuaui manum meam*, id eſt, iureiurando pollicitus ſum eam dare.

Leuare, ſiue extẽdere manum, variè ſonat.
Gen. 14.
Apoc. 10.
Deut. 32.
Exod. 6.

Erat etiam ceremonia iurandi, ponere manum ſuper ſemur, eo quòd circuncíſio olim erat venerãda, & Sacramentum quoddam. Vnde ſuper illud membrum ſemori proximum, quòd circuncíſionis erat capax, & ex quo venturus credebatur Meſsias, ſuperponebatur manus: vt Sacra Geneſis tradit.

Gen. 52.
Act. 7.
Olim Iudęorum ritus iurandi qualis, & quid ſignificaret.
Gen. 24.

Eſt etiam leuare manum, preces fundere, eo quòd in illis palmas in cœlum extendamus, & ob id quod quæ offerebantur in ſacrificium, manibus eleuabantur. Sic dicitur: *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinũ*. & iterum: *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas*. Et Paulus: *Volo vos orare in omni loco, leuantes puras*

Pſalm. 140.
Pſalm. 62.
1. Tim. 2.

ma-

Thren. 3.

manus. Et ad hoc alluſum eſt à Hieremia in Threnis, dicente: *Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum.*

Gen. 22. Ibidem. Iob 1. 1. Reg. 24.

Extendere etiam manum, eſt percutere, iuxta illud: *Extendit manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum.* Angelus quoque ad Abraham: *Non extendas,* inquit, *manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam,* id eſt, non percutias. Et Satan de Iob: *Extende paullulum manum tuam, & tange cuncta quæ poßidet.* Et Dauid: *Non mittam* (vel extendam) *manum meam in Chriſtum Domini.* E contrariò verò pro ratione loci, extendere manus, eſt benefacere, iuxta illud: *Extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret.* Et Iſaias: *Expandi* (idem eſt quod extendi) *manus meas tota die ad populum incredulum.* Apoſtoli quoque dixerunt: *Et nunc, Domine, reſpice in minas eorum, &c. In eo quod manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia fieri per nomen ſancti Filij tui Ieſu.* Et Salomon: *Palmas ſuas extendit ad pauperem.* Eſt etiam verbum Græcum χειροτονεῖν, ab extẽſione ſiue eleuatione manus dictum, & ſignat eligere, vel ſuffragijs creare; & pedibus ire in ſententiam, ſiue, vt Cicero pro L. Flacco dixit, manum porrigere: eo quòd illa ceremonia eleuatę manus vterentur. Quo verbo vtitur Lucas Actuum 14. *Cùm cõſtituiſſent,* inquit, *illi per ſingulas Eccleſias Presbyteros:* & Apoſtolus 2. Corinth. 8. *Non ſolùm autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ.* Vbi Græca habent χειροτονηθείς.

Prouer. 1. Iſai. 65. Rom. 10. Act. 14. Prouerb. vlt. Cicero. Act. 14. 2. Cor. 8.

Poſſe, & non poſſe, quàm variæ ſignificationis. Gen. 18. Tob. 8. 1. Cor. 3. Gen. 44. Supra 19. Matth. 9. 1. Reg. 26. Pſalm. 128. Gen. 23. 1. Reg. 30. Tob. 5.

Quartò, verbum *Poſſe,* & non poſſe, ambiguum eſt, & multiplices, & varios habet ſignificatus. Eſt enim inprimis poſſe, idem quod debere, vt Geneſ. 18. *Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum?* id eſt, Num debeo amico meo Abrahæ tenere celata quæ facturus ſum? & Tob. 8. *Non poſſumus ita coniungi ſicut Gentes quæ ignorant Deũ:* id eſt, Non licet per legem, nec debent ita matrimonia inire fideles. Et Paulus ad Corint. *Ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus.* Secundò, vt licere, vt Geneſ. 44. *Non poſſum redire ad patrem, abſente puero.* Et Gen. 19. *Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc:* Item, *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?* id eſt, non licet. Sed hæc ſignificatio vix diſtinguitur à priori. Tertiò, poſſe, eſt potentiorem eſſe vel præualere: vt ibi, *Faciens facies, & potens poteris.* Et Pſaltes: *Etenim non potuerunt mihi,* id eſt, non præualuerunt. Et alio loco, *Nullus te prohibere poterit.* Quartò, ſignificat ſcire, vel velle, vt ibi: *Potes me ducere ad cuneum iſtum?* id eſt vis me ducere. Et Tob. ſenior: *Nũquid poteris perducere filium meũ, &c.*

Matth. 19. Marc 9. Infra 9. Luc. 14. Ioan. 12.

Et Chriſtus: *Qui poteſt capere, capiat,* id eſt, qui vult capere. *Non poterat ibi* (id eſt, in Nazareth) *virtutem vllam facere.* Et rurſus: *Si potes credere, omnia poßibilia ſunt credenti: Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* Et apud Ioannem: *Propterea nõ poterant credere.* Quintò, id ipſum ſignificat quod poſsibile eſſe, cuius contrarium eſt nõ poſſe, ſiue impoſſibile eſſe. Et hoc dicitur, vel ſimpliciter, vt, Deum non poſſe peccare, vel mori, vel mentiri: vt Hebræor. 6. *Impoßibile eſt mentiri Deum:* & alibi, *Deus negare ſeipſum non poteſt.* Et de Chriſto à morte non detento, ait beatus Petrus: *Iuxta quod impoßibile erat teneri illum ab eo.* Vel ſignificat impoſsibile naturæ humanæ viribus, vt ibi: *Quæ impoßibilia ſunt apud homines, poßibilia ſunt apud Deum.* Ita, *Linguam nullus hominum* (teſte Apoſtolo) *domare poteſt: Non poteſt arbor mala bonos fructus facere: Quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? Sine me nihil poteſtis facere: Nam quod impoßibile erat Legi, in quo infirmabatur per carnem:* Et, *Impoßibile eſt ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.* Et, *Sine fide impoßibile eſt placere Deo:* Cùm tamen non ſit impoßibile apud Deum omne verbum, id eſt omne, quod in ſe repugnantiam non habet.

Quænam Deus facere non poſſit. Hebr. 6. 2. Tim. 2. Act. 2. Luc. 18. Iacob. 3. Matth. 7. Infra 12. Ioan. 15. Rom. 8. Hebr. 10. Infra 11. Luc. 3.

Dicitur etiam Impoſsibile, quod eſt admodum difficile: vt cùm dicitur: *Impoßibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam,* quia ſubdit Apoſtolus: *Confidimus autem de vobis, dilectißimi, meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.* Et in eum ſenſum accipimus illud Hieremiæ: *Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum,* id eſt, valde difficile propter habitus vehementes, qui mutantur in naturam. Apud Iob dicitur: *Conceptum ſermonem tenere quis poterit?* id eſt, difficile eſt. De varijs huius verbi ſignificatis loquitur Gregorius Nazianzenus lib. Theolog. *Hoc verbum,* inquit, *poſſe, vel non poſſe, non vno modo dicitur: variam enim ac multiplicem ſignificationem habet. Nonnunquam enim ſecundum defectum dicitur, & certi temporis, ac perſonæ ratione habita: vt quòd puer luctari non poßit, aut catulus cernere, aut aduerſus aliquẽ decertare. Luctabitur enim fortaſſe aliquando, & cernet, & decertabit aduerſus alterum, etiamſi aduerſus hunc nequeat. Interdum de eo dicitur, quòd ſæpenumerò cõtingit: vt illud, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita. Fieri enim poteſt, vt quædam ciuitas abſcondatur maiori aliquo monte ipſius luminibus obſtruente. Impoßibile etiam dicitur, quod minimè æquum eſt, rationiq; conſentaneum, cuius generis eſt illud: Non poſſunt filij thalami ieiunare,*

Hebr. 6. Ibidem. Hierem. 13. Iob 4. B. Greg. Nazian. lib. 4. Theolog. aliquanto ante dimid. Matth. 5. Matth. 5. Infra 9. Cur minimè fuerit rationi conſentaneũ

quamdi

Apoſtolos, videlicet filios Sponſi, ſponſo ſcilicet Chriſto præſente lugere, aut ieiunare, teſte Naziā. *Mat.6.*

quamdiu præſens eſt ſponſus, ſiue eum intelligas, qui corporis oculis cernitur (neq; enim ærumnæ, atq; afflictionis tempus erat, illud tempus, quo Chriſtus nobiſcū verſabatur) ſiue eū vt verbū ſpectes. Quid enim eos corporeo modo ieiunare neceſſe eſt, qui ſpirituali modo perpurgantur? Quarta ſignificatione hoc fieri nō poſſe dicitur, à quo noſtra voluntas abhorret, cuiuſmodi eſt illud: Non poterat illic ſigna facere propter incredibilitatem eorū, qui ea excepturi erant. Quoniam enim ad morborum depulſiones vtrunq; accidere neceſſe eſt, vt & ægroti fidem, et medici vim, facultatemq; medendi afferat, idcircò alterum deficiente altero minimè cōtingebat. Quanquam haud ſcio, an hoc quoq; genus tertio adiungendum ſit, quod impoſſibile nihil aliud ſignificat, quā quod minimè rationi conſentaneum eſt. Neq; enim rationi cōuenit, vt ijs medicina afferatur, quib⁹ incredulitas perniciem inuectura eſt. Quo etiā in ordine ponendū eſt illud: Non poteſt mundus odiſſe vos. Et, Quomodo poteſtis bona loqui, cū ſitis mali? Quo enim pacto quicquam bonum impoſſibile eſt, niſi quod voluntas repugnat? Iam illud quoq; impoſſibile dicitur, quod natura quidem impoſſibile eſt, Deo autem volenti poſſibile. Quo in genere eſt illud, eundem hominem bis naſci nō poſſe, nec acu camelum admitti. Quid enim prohibeat quominus hoc fiāt, ſi Dei voluntas ita tulerit? Præter hos omnes modos impoſſibile dicitur, quod nulla omninò ratione fieri poteſt, vt quod nunc exquirimus. Vt enim impoſſibile eſſe dicimus, Deum malū eſſe, aut non eſſe (hoc enim Dei impotentiam potius, atq; imbecillitatē argueret, quā potentiam) aut vt quod non eſt, ſit, aut vt bis duo ſimul & quatuor ſint, & decem: ita nec fieri vllo modo poteſt, vt filius aliquid faciat, quod Pater non faciat. Omnia enim quæ Pater habet, ſunt Filij, quemadmodum rurſus omnia quæ filius, Patris. Nihil ergo peculiare, quia communia omnia. Quandoquidem ipſum quoq; eſſe, commune atq; idem eſt ipſi cum Patre: licet alioqui hoc à Patre Filius habeat. Quo etiam ſenſu dictum eſt: Ego viuo propter Patrem: non quòd ab illo ipſius vita atq; eſſentia depēdeat, ſed quòd ex illo ſit citra tempus vllum atq; cauſſam. Hactenus ille magnus Pater.

Cur in ciuitate ſua Nazaret virtutē vllam facere Chriſtus nō poſſet.

Ioan.7. *Math.12.*

Quæ fieri nō poſſint natura.

Ioan.3. *Math.19.*

Malum eſſe Deū non poſſe, aut nō eſſe Diuinæ eſt argumentum potentiæ. *Ioan.5.*

Infra 16. *Math.11.*

Verbum aperiendi quot habeat ſignificata.

Idem poſtremo indicat verbū *Aperiendi*, quod ipſum etiam varias habet ſignificationes pro ratione eorum, quæ aperiuntur. Nam in Scripturis, præter aperire oſtium, quod eſt clauſum, dicitur Deus aperire aurē, aperire vuluam, aperire os, aperire manum, & aperire mentē, ſiue ſenſum, & aperire oculos.

Aperire aurē quid.

Dicitur aūt aperire aurem, qui aliquod arcanū alicui indicat: quòd qui alteri patefacit, in aurem loqui ſoleat. Vnde illud: *Deus aperuit mihi aurem*, & 1.Reg.9. *Dominus reuelauerat* (ſiue aperuerat) *auriculam Samuelis*, & Iob: *Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina.*

Iſai.50. *1.Reg.9.* *Iob 33.*

Aperire vuluā cuius proprium.

Aperire vuluā eſt proprium maſculini primogeniti, iuxta illud: *Omne maſculinum adaperiēs vuluam.* Ita ait Iſaias: *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.*

Exod 13. *Luc.12.* *Iſai.45.*

Aperire os quis dicatur.

Aperire os dicitur, qui magna myſteria elocuturus eſt. Vnde Chriſtus aperiens os ſuum, docebat eos, & Philippus aperiens os cœpit euangelizare Eunucho Candaces Chriſtum. Et Iob percuſſus à Deo, & maledicturus diei natiuitatis ſuæ, dicitur aperuiſſe os ſuum, eo quòd magna Sacramenta eius maledictio contineret.

Act.8. *Iob 3.*

Quandoque tamen aperire os, ſiue labia, ratione orationis, quæ Deo funditur, dicitur, iuxta illud: *Domine labia mea aperies*, & In Eccleſiaſtico: *Aperiet os ſuum in oratione: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Datur enim bonum ſpiritum petentibus ſe.* Aperit verò manum quiſpiam, cùm miſericorditer beneficium impendit, aut eleemoſynam, iuxta illud quod in Deutero. de paupere dicitur: *Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi.* Et Salomon: *Manum ſuam aperuit inopi: &, Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Et rurſus: *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, &c.* In Eccleſiaſtic. *Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.*

Pſalm 50. *Eccl.39.* *Pſalm.118.* *Luc.11.* *Deut.15.* *Prouer 31.* *Pſalm 144.* *Pſalm.103.* *Rom 17.* *Iſai 65.* *Eccl.4.*

Aperire ſenſum, ſiue mētem quid.

Aperire verò ſenſum, ſiue mētem, ſiue cor, eſt Scripturarum verum ſenſum porrigere, ſicut de Domino poſt reſurrectionem dicitur, quia aperuit Apoſtolis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Et liber Machab. *Adaperiat*, inquit, *cor veſtrum in lege ſua*: & in Actis dicitur Deus aperuiſſe cor Lydiæ purpurariæ, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo.

Luc.24. *2.Machab.1.* *Act 16.*

Aperire oculos alicuius quid.

Aperire porrò oculos, eſt illuminare ad aliquid occultum videndum: vnde precatus eſt Heliſæus: *Domine*, inquit, *aperi oculos pueri huius, vt videat, &c.* *Sicut dicitur, Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua: Illumina oculos meos.* Simili modo dicuntur oculi protoplaſtorum parentum aperti, & cognouiſſe ſe eſſe nudos. Et oculi diſcipulorum, qui tenebantur ne Chriſtū agnoſcerent, poſtea tamē in menſa aperti ſunt, & cognouerūt eum.

4.Reg.6. *Pſalm.118.* *Pſalm.112.* *Gen 3.* *Luc.24.* *ibidem.*

Aperire Dominū theſaurū ſuum optimum, cœlū, quid.

Et, Aperire Dominū theſaurū ſuum optimū, cęlū eſt tribuere pluuiam terrę in tempore ſuo: vt dixit Moyſes. Et Helias tribus annis & ſex menſibus clauſit cœlū, ne plueret ſcilicet, & poſteà aperuit vt plueret.

Deut.28. *3.Reg.17.* *Iacob 5.* *Luc.4.*

REGVLA XXXIII.

Alij quidam idiotiſmi verborū Hebr. familiares.

Sunt etiam permulta verba, quę peculiares, & ſingulares habent linguæ Hebrææ idiotiſmos, & exempla ſubiuncta docebūt.

Dare manus.

Dare manus, eſt obedientiam promittere, & pactum confirmare. Vnde cuncti etiam filij Dauid Regis dederunt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni. Et de Ionadab ait

Iehu,

2.Paral.29. 4.Reg.10. Threo.7.

Iehu, *Da mihi manum tuam: qui dedit ei manum ſuam*. Et in Threnis: *Ægypto dedimus manum*, id eſt, confœderati ſumus: in quo fœdere moris erat manũ dare. Eſt & ſymbolum confœderationis, & etiã pacis: hinc illud, *Qui videbantur columna eſſe, dextras dederunt mihi, & Barnabæ, ſocietatis.* Id etiam ineundis matrimonijs vſurpatur, vt Sacerdos dextram iungat viri cum dextra ſponſæ: quod etiam in veteri Lege vſitatũ erat. Nam, vt dicitur apud Tobiam: *Apprehendẽs dexteram filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos:* & Claudianus de nuptijs Palladij, & Serenæ:

Gal.2. Tob.7. Exod.3. & alibi. Claudianus.

Tum dextram complexa viri, dextramq́; puellæ
Tradit, & hæc vltro tradit connubia dictu:
Viuite concordes, &c.

Ædificare domũ, quid more Scripturæ. Exod.1.

Aedificare domum, Hebraiſmus eſt, pro eo quod eſt, Dare poſteros, & facultates, vnde viuant. Vnde obſtetricibus ſeruantibus Iudæorum infantes, ædificauit Deus domos, prius enim habebant domos obſtetrices, in quibus habitabant. Et Pſaltes: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.* Et lib. Ruth: *Faciat Dominus*, ait, *hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael*, id eſt, poſteros reliquerunt. Et 1. Regum 2. *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem*; id eſt, Dabo filios, qui in miniſterio remaneant. Et fortaſsis videtur alludere in verbo ædificandi domum, ad filios, qui Hebraicè dicuntur banim, à verbo bana, quod ædificare ſignificat. Sunt enim filij, ædificiũ quoddam, in quo & nomen parentum, & facultates, & domus remanere ſolent. Hinc Sara cupit ædificari ex Agar, iuxta Hebræum: pro quo vertit interpres, Vt ſuſcipiam ex illa filios. Et Rachel dixit: *Ingredere ad Balam, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios*: Hebræi habent, *Vt ædificer ex ea.* Et Deuter.25. præcipitur de ædificanda domo fratris ſui, id eſt, procuranda prole. Et ſicut ædificare domum, eſt dare poſteros, quibus domus non extinguatur, ſed fulciatur & illuſtretur: ita *Demetere* poſteriora alicuius, Hebræo idiotiſmo, eſt totam eius familiam radicitus delere. *Ecce ego*, inquit, *demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius, & faciam domũ tuam*, &c. Et de Achab ait Helias: *Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua*, ſiue poſteros, vt habet Hebræa lectio. Et idem eſt extingui lucernam, vt ſuperiùs diximus.

Pſalm.126. Ruth.4. Gen.29. & aliàs. 1.Reg.2. Vnde hæc ducta videtur metaphora. Banim, & bana quid. Gen.16. Infrà 30. Deut.25. Matth.22. Demetere poſteriora alicuius. 3.Reg.16. Infrà 21.

Ingredi, & egredi, quid ſecundùm Hebræos.

Ingredi, & egredi, ſiue *Intrare, & exire*, familiaris eſt Hebræorum idiotiſmus, quo ſignificantur vniuerſa vocationis cuiuſq; munera: & totam vitæ conuerſationem iuxta præſcriptum ſcopum, perficere: Hinc de Phinees ad Ioſue dicitur, *Ad verbum eius egredietur, & ingredietur ipſe, & omnes filij Iſraël cum eo, & cætera multitudo*: id eſt, præſtabit officium ſuum vnuſquiſq;: ſicut de paſtore dicitur; *Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Et de ſe ipſo ſenectute grauato ait Moyſes: *Non poſſum vltra egredi, & ingredi*, id eſt, muneri meo ſatisfacere. Sicut de Dauide dicitur quod egrediebatur, & intrabat in conſpectu populi. Et de Salomone poſtulante ſapientiam, & intelligentiam, ait Scriptura: *Ego ſum puer paruulus, & ignorãs egreſſum, & introitum meum*, id eſt muneris regij ignarus. Et idem eſſe videtur, *Ignorare* egreſſum, & introitum, atque illud Ionæ de infantibus, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam. Et de Domino Petrus dixit: *In omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus*: quo ſignificatur vniuerſa Chriſti cõuerſatio à baptiſmo ad mortem. Quod ergo Dauid precatur: *Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum*: nihil eſt aliud quã precari crediti miniſterij proſperum ſecũdùm Deum ſucceſſum.

Num.27. Ioan.10. Deut.31. 1.Reg.18. 3.Reg.3. Ignorare egreſſum, & introitum. Ionæ 3. Act.1. Pſalm.120. Quid ſit illud: Dominus cuſtodiat introitum, & exitũ tuum.

Cognoſcere fœminam, quid ſit. Gen.4. Luc.1. Gen.18. Ingredi ad fœminam, eodem ſignificatu. Supra 19.

Cognoſcere fœminam, eſt honeſta locutio congreſſum viri cũ fœmina deſcribens. Ita dicitur, *Adam cognouit vxorem ſuam Euã*; Deipara verò contrario modo dixit: *Quoniam virum nõ cognoſco.* Dicitur etiam honeſtè ingredi ad fœminam, quòd congreſſus intra domũ, & in loco ſecreto fieri ſoleat. Vnde Thamar dixit ad Iudam: *Quid dabis mihi, vt ingrediaris ad me?* Et filiæ Loth dixerunt: *Nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos, iuxta morem vniuerſæ terræ*, putabant enim ſimplices filiæ omnes maſculos extinctos eſſe.

Dormire cũ fœminis idem. 1.Reg.2. Reuelare turpitudinem. Leuit.18. & ſeq. B.Aug. li.qq. in Exod.q.78 tom.4. ſub init. circa med. Dan.13.

Frequenter etiam dicitur, *Dormire* cum fœminis, vt dicitur de filijs Heli, qui dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabãt ad oſtium tabernaculi. Exprimitur etiam alio verbo, Reuelandi turpitudinem, quod ſæpè habetur Leuit.18. Demum, *Alloqui* virum fœminam, vel loqui cum ea, hoc verbo cõgreſſus ſignificatur, teſte Auguſtinò. Nam illa verba Danielis: *Dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi*, explicat, id eſt concumbentes, quia Græcè eſt ὁμιλοῦντας, id eſt cõuerſantes: & ita honeſta voce ὁμιλίας, concubitus deſignatur. Et infra ibidem habetur: *Illæ timentes loquebãtur vobis*, ὡμίλουν ὑμῖν. Et rurſus: *Dic ſub qua arbore videris eos loquentes ſibi.* Et Cantic. 8. *Quid faciemus ſorori in die quãdo alloquenda eſt*, id eſt deſpõſanda, & à viro cognoſcenda: & ad id allu-

dere

dere videtur B. Ignatius epiſtola ad Trallianos: *Sibiq; fecit corpus ex virginis ſanguinibus, verùm abſque viri cõſuetudine.* Græca habent πλὴν ὁμιλίας ἄνευ ἀνδρός. Quæ quidam vertunt, *Sine collocutione viri.* Paulus honeſto vocabulo vtitur *Reddendi debitum*, ſiue, vt Grȩca habent, reddere mutuam beneuolẽtiam. Et abſtinentiam à cõgreſſu explicat, cùm dicit: *Bonum eſt homini mulierem nõ tangere*: & Petrus Apoſtolorum Princeps id expreſsit alijs honeſtiſsimis verbis: *Viri ſimiliter*, inquit, *cohabitantes, ſecundùm ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes veſtræ.* Quibus verbis continentiam à coitu, vocat honorem, quia ſubdit: *Vt nõ impediantur preces ſiue oratione veſtræ.*

Reddere debitum apud Paulum pro eodem. 1. Cor. 7. Ibidem. 1. Pet. 3.

Loqui ad cor, idioma eſt Scripturæ, vt ait Hieronymus, ſignificans idem quod cõſolari, iuxta illud: *Conſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter: Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam.* Et iuxta literã Hebræam Sichem filius Hemor locutus eſt ad cor Dinæ, & conſolatus eſt eam. Et in libro Ruth: *Inueni gratiam apud oculos tuos, qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ*, id eſt, iuxta vota & deſideria. Oſeas, *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius*, id eſt, blandis verbis, & iucundis, iuxta id quod quis habet in votis.

Loqui ad cor. B. Hieron. pluribus in locis. Iſai. 40. Gen. 34. Ruth 2. Oſea 2.

Facere fœtere aliquem, eſt, Facere eum odioſum, cui prius erat gratus: quòd fœtor omnibus ſit ingratus, & de proſternẽtibus naturam, Gen. 34. *Turbaſtis me, & fœtere me feciſtis Chananæis* (ita habent Hebræa) pro quibus interpres, *Odioſum feciſtis me.* Exod. 5. *Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone.* E contra Paulus ad Corinthios: *Chriſti bonus odor ſumus Deo, in ijs qui ſalui fiunt*: quia currebant in odorem vnguentorum Chriſti.

Facere fœtere aliquem. Gen. 34. Exod. 5. 2. Cor. 2.

Oſtendere bonum, vel malum, eſt exhibere, ſiue facere, iuxta illud Pſalmi: *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas, &c. Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit.* Et Dauid: *Oſtendiſti populo tuo dura.* Daniel quoq;: *Confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala.* Et Dominus: *Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Et Apoſtolus: *Oſtenſionem ergo, quæ eſt charitatis veſtræ, & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie Eccleſiarum*: quod eſt dicere, Omni officio charitatis illos publicè proſequi decet: quo de opere nos ferè gloriamur. Et ad Hebræos: *Non enim (eſt) iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius*, id eſt, exhibuiſtis.

Cant. 1. Oſtendere bonum, vel malũ alicui. Pſalm. 70. 2. Tim. 4. Pſalm. 59. Dan. 3. Ioan. 10. 2. Cor. 8. Hebr. 6.

Mouere caput poſt aliquem, eſt illum geſtu capitis deridere: eo quòd qui alicuius faciem non verentur, ſoleant ſaltem geſtibus, & nutibus deriſionem indicare. Ita dicitur ab Iſaia: *Poſt te caput mouit, filia Hieruſalem, id eſt, deriſit.* Et Phariſȩi, & Sacerdotes Chriſtum deridebant, mouentes capita ſua; & Pſaltes: *Omnes videntes me*, inquit, *deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.*

Mouere caput poſt aliquem. Iſai. 37. Matth. 27. Pſal. 21.

Mouere verò caput ſuper aliquem, eſt, de malo eius dolere. Vt eſt apud Iob. Et Hieremias: *Omnes*, inquit, *qui præterierit per eam* (ſcilicet viam) *obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum*, id eſt condolebit.

Mouere caput ſuper aliquem. Iob 16. Hierem. 18.

Animam in manibus portare, vſurpant Hebrȩi pro eo quod eſt, in vitȩ diſcrimine verſari: eo quòd quæ manibus geſtamus, periculis ſint ſubiecta. Hinc Ionathas commendans patri ſuo merita Dauidis, dixit: *Poſuit animam ſuam in manu ſua*; id eſt morti ſe expoſuit pro Rege. Et Iephte: *Poſui animã meã in manibus meis* (id eſt expoſui me mortis periculo) *tranſiuiq; ad filios Ammon.* Iob quoque: *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animã meam pono in manibus meis?* id eſt, quare verſor in afflictionibus mortem inferre valentibus? Idcircò quod in Pſalm. 110. dicitur: *Anima mea in manib⁹ meis ſemper* (id eſt, in periculo vitȩ verſor) Chaldȩus paraphraſtes vertit, *Anima mea periclitatur, ac ſi in ſuperficie manus mea eſſet ſemper: & legem tuam non ſum oblitus*, etiam ſi Græca exemplaria habeant. Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου. Interpres tamẽ noſter legiſſe videtur, ἐν ταῖς χερσί μου, & comprobat hanc lectionem Hieron. ad Suniam, & Fretelam: *Sciendum eſt*, inquit, *& apud Hebræos, & apud Septuaginta, & apud omnes alios interpretes ſcriptum eſſe, In manibus meis; & non in manibus tuis. Quod Hebraicè dicitur Becha ſai, בכפי, & omnes apud Græcos Eccleſiaſtici interpretes illum locum ſic ediſſerunt. Et eſt breuiter hic ſenſus: Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto, & tamen legem tuam non obliuiſcor.* Hæc ille. Theodoretus, & Euthymius legunt, & exponunt: *Anima mea in manibus tuis ſemper.* Ambroſius & Auguſtinus indicant codices variare. Sed certè præſtat noſtra lectio, quæ alijs productis locis Scripturæ eſt conſona, & conformis eſt Textui 1. Regum 28. vbi Pythoniſſa dixit ad Saul: *Poſui animam meã in manu mea, & audiui ſermones tuos, &c.* quod eodem modo venit intelligendum.

Animam in manibus portare quid. 1. Reg. 18. Iudic. 12. Iob 13. Pſal. 118. Eius loci Dauidis: Anima mea in manibus meis ſemper, &c. duplex interpretatio, & quȩnam præſtare videatur. B. Hieron. ep. 135. propè fin. to. 3. inter me. circit. & init. B. Theodo. in Pſal. 118. pa. 1. à med. Euthy. ibid. Ambroſ. ibid. ſer. 14. ver. 5. to. 4. circa fi. Aug. conc. 23. à med. tom. 8. 1 Reg. 28.

Ambulare coram Deo, eſt, cogitare eum præſentem, & timere eum, cauteque agere: *Ambula*, Deus inquit ad Abraham, *coram me, & eſto perfectus*: & Ezechias: *Domine, memento, quæſo, quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto.* Et Salomon:

Ambulare coram Deo. Gen. 17. 4 Reg. 8. Iſai. 38.

3.Reg.8. Ibidem.

Qui cuſtodis pactum, & miſericordiã ſeruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo: & infra: *Si cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me, ſicut tu ambulaſti in cõſpectu meo.* Sumptum à ſeruis, qui in conſpectu Domini diligentiùs ſeruitutem impendunt, ita vt Dauid dixerit: *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrũ, &c.* & Paulus ad Coloſ. *Serui*, inquit, *obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, &c.* Vbi non prohibet, ſeruos in oculis ſuis geſtare dominos ſuos, ſed, ne ex hypocriſi & fictione id faciant, dum præſentes eos habent, quos abſentes negligunt. Ad hoc reſpexit Dauid, dicens: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper*, & alibi: *De vultu tuo iudicium meum prodeat*: hoc eſt, præſta, vt omne quod faciam, perinde ac ſi coram vultu tuo agerem, faciam. Vt eleganter annotauit Rupert. Tuitienſ. in Veteri Teſtam. cùm nondum Dominus ad nos veniſſet, dicebantur iuſti ambulare, vt præcurſores, & anteambulones: in nouo verò, quia iam venit, dicuntur iuſti ſequi. *Venite*, inquit, *poſt me: Sequere me*: &, *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur*, quaſi pediſſequus.

Radix huiuſce metaphoræ. Pſalm.122. Coloſ.3. Serui quomodo ſeruire debeant dominis ſuis, & in oculis illos habere, teſte Paulo. Pſalm.15. Act.2. Pſalm.10. Quid illud Dauidicum: De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat. Rupert. Tuit. Veteris Teſtamenti iuſtorum, & noui differentia. Matth.4. Infra 9. & 19 & alibi. Ioan.12.

Eadem propè eſt alia idiotiſmus huic ſimilis, nimirùm, *Ambulare cum Deo*, eſt enim facere Dei voluntatẽ, & præſtare quæ præcepit. Hinc de Henoch dicitur, *Ambulauit cum Deo, & non apparuit*, & de Noë: *Vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit*. Solet enim Prouerbij loco iactari, pares cum paribus facilè congregari. Et Michæas, ſolicitum ambulare cum Deo tuo.

Ambulare cum Deo. Gen.5. Infra 6. Parili facilis, & iocunda ſocietas. Mich.6.

Silere, frequenter eſt à bello quieſcere, iuxta illud: *Conquieuit, & ſiluit omnis terra*: & liber Machabæorum de Alexandro Magno: *Accepit*, inquit, *ſpolia multitudinis Gentiũ. & ſiluit terra in conſpectu eius*: & Moyſes in Exodo: *Dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis*: quia ſilentio opponit pugnam.

Silere quid, ſecundùm Hebræos. Iſai.14. 1.Machab.1. Exod.14.

Pedes contegere, eſt aluũm purgare, 1. Regum 24. *Ingreſſus eſt* (ſcilicet Saul) *ſpeluncam ad contegendum pedes*: pro quo Hieronym. vertit: *Vt purgaret ventrem*: quòd aluum purgans, ſoleat veſtibus defluentibus contegere pedes, ne verenda eius detegantur. Honeſtiſſima phraſis, & digna ſancta lingua.

Pedes contegere. 1.Reg.24. Hieron.

Reſpondere, eſt interrogatum reſponſum exhibere. Interdum tamen eſt in Euangelio, non interrogatum loqui, ſed ſermonem exordiri, vt Matth. 11. *Reſpondens Ieſus dixit* (cùm tamen nulla præcedat interrogatio) *Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ*, & Matthæi 12. *Reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus à te ſignum videre.* & rurſus Matth. 17. *Reſpondens Petrus, dixit ad Ieſum: Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Adde illud Matth. 14. *Reſpondens Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquam.* Item cap. 22. *Reſpondit Ieſus cœpit dicere in parabolis.* Et cap. 26. *Reſpondit Iudas* (non interrogatus) *Nunquid ego ſum, Rabbi?* Et ſæpè aliàs dicuntur non interrogati reſpondere, id eſt loqui.

Reſpondere quid in Euangelio. Matth.11. Infra 12. Infra 17. Supra 14. Infra 22. Infra 26.

Retribuere, non tantùm eſt iuſtè, & pro meritis reddere, ſed etiam gratis conferre beneficium. Et ita accipe illud: *Et nunc retribuet vobis quidem Dominus miſericordiam, & veritatem.* Et Eccleſiaſticus: *Retribue parentibus, quomodo & illi tibi*: id etiam, *Retribue ſeruo tuo, viuifica me.* Qui enim vitam gratiæ petit, beneficium poſtular, non prçmiũ. Et qui mandata promittit ſeruare, gratiam petit, qua id valeat præſtare. Ideò Auguſtinus rectè interpretatur: Retribue, id eſt, dona. Vel dicere poſſumus: Retribue, id eſt, iterum tribue gratiam. Ita etiam loquitur Dauid: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vbi primum verbum, *Retribuam*, propriè ſumitur: cùm autem ait, *pro omnibus quæ retribuit mihi*, impropriè verbo tribuẽdi Propheta vtitur pro beneficijs & muneribus gratis à Deo acceptis. *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei?* Eſt etiam retribuere mala pro malis, iuxta id Pſalm. 30. *Retribuet abundãter facientibus ſuperbiam*: & retribuere bona pro bonis, & retribuere mala pro bonis, vt Pſal. 108. *Qui retribuerũt mala pro bonis, detrahebant mihi*: denique eſt retribuere bona pro bonis, quod præcipuè Dei eſt proprium.

Retribuere duo ſignificat. 2.Reg.2. Eccl.7. Pſalm.118. B. Aug. conc. 7. in Pſal.118. tom.8. Pſalm.115. Rom.11.

Requieſcere cum aliquo, eſt eſſe illi fœdere coniunctum & copulatum. Vt Iſaiæ 7. *Requieuit Syria ſuper Ephraim*, & 1. Reg. 7. *Requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominum.*

Requieſcere cum aliquo. Iſai.7. 1.Reg.7.

Oſculari manum, ſignificat, ſummum honorẽ alicui deferre, qui ſoli Deo debetur: de quo dixit Dominus ad Heliam: *Dereliquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculans manum.* Cùm enim non poſſent idoli manum oſculari, manum propriam in eius rei ſymbolum oſculabantur. Hinc Iob ſcripſit: *Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo: quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum.*

Oſculari manum. 3.Reg.19. Iob 31. Quæ ſit iniquitas maxima, teſte Iob.

Non ignoro quoſdam interpretari, illos manum ſuam oſculari, qui autoris gratiam negant, & bona opera ſibi retribuunt. Sed hæc myſtica ſunt, ad literam verò, hono-

Oſculari manum ſuam, quid myſticè.

Quid fideliſſ oſcula altaris, terræque ſignificent.

rem exhibentes oſculabantur, quemadmodum nos ſoliti ſumus deoſculari altare, in ſignu honoris, quem reliquijs impẽdimus, quæ in eo ſunt. Oſculamur etiam terram, ad indicandum illo ſigno cultum latriæ, quem Deo debemus.

Cadere, vel nõ cadere aliquid de ſermonibus alicuius quid.

1. Reg. 3.
3 Reg. 8.
Matth. 16.
Iſai. 55.

Quam potẽs ſit verbũ Dei teſte Propheta.

Cadere aliquid de ſermonibus alicuius, eſt, non impleri quæ prædixit: Non cadere, eſt verba, dum implentur, ſtare. Vnde 1. Regum 3. *Non cecidit ex omnibus verbis eius* (ſcilicet Samuelis) *in terram.* Et 3. Reg. 8. *Non cecidit ne vnus quidẽ ſermo ex omnibus bonis quæ locutus eſt per Moſen ſeruum ſuum* Et Luc. 16. *Facilius eſt cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.* Idem etiam eſt ſignificatus huius verbi, atque illius Iſaiæ: *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.*

Præcingere lumbos.

Luc. 12.
Pſalm. 17.
3. Reg. 20.
Tob. 5.

Præcingere lumbos, celeriter & expeditè aliquid facere. Vnde miniſtrantes, iter capientes, & prælianteſ præcingi ſolebant, iuxta illud: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris; & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum*: & Illud: *Præcinxiſti me virtute ad bellum*; &, *Nec glorietur accinctus æquè vt diſcinctus*: & Tobias inuenit iuuenem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. Ex quibus metaphoris quiſque poteſt ſignificationem loco commodiorem accommodare.

Non relinquere vſque ad mingentẽ ad parietem.

Non relinquere vſque ad mingentem ad parietem, Hebræis eſt familiare, pro eo quod eſt, Nulli maſculo parcere, vel etiam cani eius, cuius eſt proprium ad parietem mingere.

Neminem ſalutare per viam, & non reſpicere poſt tergum.

4. Reg. 4.
Matth. 10.
Luc. 10.
Gen. 19.
Ibidem.
Luc. 9.

Neminem ſalutare per viam, & non reſpicere poſt tergum, miram alacritatem, & celeritatem itineris quaſi prouerbio ſignificant. Ita enim Giezi ſeruo ſuo dixit Heliſæus: *Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum. & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi.* & Chriſtus Apoſtolis, ac ſeptuaginta duobus diſcipulis: *Neminem per viam ſalutaueritis.* Loth enim exeunti de Sodoma Angelus dixit: *Noli reſpicere poſt tergum*, & infra: *Reſpiciens vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Item Chriſtus: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.*

Habenti dare.

Matth. 25.
Luc. 8.

Non habenti auferre.

Ibidem.

Habenti dare, prouerbium eſt apud Hebræos, quo ſignificatur, illos dignos eſſe nouis beneficijs, qui benè vtuntur iam acceptis. Non habere autem dicuntur, qui gratijs, & muneribus acceptis abutuntur, iuxta illud: *Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.*

PROLEGOMENON XVI.

Idiotiſmi, & Phraſes aliquot linguæ Græcæ; quæ Scripturis lucem porrigere poſſunt.

SVNT quoque linguæ Græcæ idiotiſmi obſeruandi, q̃ nonnihil lucis conferunt ad illuſtrandum nouum Teſtamentum, & ad phraſes, quæ in Septuaginta Interpretibus plerumque inueniuntur, apprehendendas. De quibus etſi nonnihil in ſuperioribus de Hebraiſmis diſſerentes, obiter dixiſſe videamur: expedit tamen ſeorſum aliquid de illis ediſſerere; præter multa, quæ in particulis, quæ minimè inflectuntur, dicenda erunt. In primis lingua Græca caret Ablatiuo, & illum ſupplere ſolet per Datiuum: hinc diligenter perſpiciendum, an Datiuus ſit proprius, an pro Ablatiuo accipiendus: nam diuerſos ſenſus, imo contrarios id efficit. Ecce Matthæi quinto: *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι*, ſenſus eſſe poteſt, *Beati pauperes ſpiritui, vel ſpiritu*, vt vertit interpres: & in primo eſſet ſenſus falſus, Beatos eſſe, qui paupertatem haberent ſpiritus, vel parum ſpiritus haberent. Secundus, verus eſſet in Ablatiuo: Beati pauperes, qui ſpiritu impellente, paupertatem, vel mendicitatem amplectuntur. Ita apud Paulum mortuus peccato dicitur in Datiuo, Qui non viuit amplius ſecundùm peccatum, ſeu deſideria peccati: *Si enim*, inquit, *mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?* Et infra: *Qui enim mortuus eſt* (ſcilicet in peccato) *iuſtificatus eſt à peccato.* Paullo pòſt: *Quòd enim mortuus eſt* (ſcilicet Chriſtus, & ſequitur poſtea) *peccato, mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit, viuit Deo*, ac ſi diceret, quòd enim Chriſtus corporaliter mortuus eſt; ſemel ſolùm mortuus peccato, ſubde, noſtro tollendo, & non amplius moritur, vt nos ſemel commortui Chriſto per Baptiſmum, non amplius moriamur per peccatum. In hoc ſenſu dicitur: *Ego per Legem* (gratiæ & Euangelij) *Legi* (veteri) *mortuus ſum vt Deo viuam*: & alibi: *Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, &c. Sicut tibi mortuus ſum, quando non amplius viuo in corde tuo, aut ſecundùm deſideria tua.* Eodem tendit illud: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* id eſt, mihi mundus pro damnato, & ab omnibus abominato habetur, & ego illi habeor in abominatione, & non ſecus, ac ſi eſſem crucifixus.

Græci Dandi caſu pro Auferendi ſemper vtuntur.

Matth. 5.
Rom. 6.
Ibidem.
Ibidem.
Gal. 2.
Rom. 7.
Gal. 6.

Plerunque dicitur mortuus peccatis pro Ablatiuo in peccatis, vel propter peccata, iuxta illud: *Cùm eſſetis mortui delictis, & peccatis*, id eſt, propter delicta & peccata in quibus vitam agebatis. Sed in priori ſenſu di-

Epheſ. 2.

Quidam alij Græciſmi notantur.

cimus peccatum eſſe nobis mortuum, & nos eſſe mortuos peccato ipſi, & legem Moyſis nobis mortuam, & nos item mortuos legi, vt habes Rom. 6. Græciſmus eſt

Luc. 13.

Quid illud: Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem.

etiam ille: *Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem*, οὐκ ἐνδέχεται, id eſt, fieri non poteſt, vel, vſu venire non ſolet, perire Prophetam extra Hieruſalem, ipſa rerum natura repugnante.

Ad hæc verba media Græca ambigua ſunt, & quædam quę actiuè erant explicanda, per verbũ deponens reddidit interpres: vnde minus perſpicua ſunt. Hinc dixit:

Pſalm. 38.

B. Hiero. tom. 8. circa fin.

Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, id eſt, nihil obſcuri facient tibi tenebræ. Vnde Hieronymus vertit: *Nec tenebræ habebunt tenebras apud te*, Et Chaldæus habet: *Verùm tenebræ non occultabunt aliquid à verbo tuo.* Et quod ſequitur: *Et nox ſicut dies illuminabitur.* Hieronym. tranſtulit: *Sicut dies lucet*, Chaldæus: *Et nox ſicut dies illuminabit.* Quod ſubdit: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*, ita vertit Chaldæa paraphraſis: *Et tenebræ, & lux apud te æquales.*

Capere Græcis quid.

Matth. 19.

Ibidem.

Pſalm. 33.

Capere, quod Græcis eſt χωρεῖν, id eſt, capacem eſſe, ſiue ſufficere ad aliquid præſtandũ, Græciſmus eſt, de quo, *Non omnes capiunt verbum iſtud*: &, *Qui poteſt capere, capiat*, Id eſt, Qui poteſt eſſe capax vitæ cœlibis, ipſe apprehendat. Item illud:

Quomodo illud accipiẽdum: In Domino laudabitur anima mea.

Pſalm. 81.

In Domino laudabitur anima mea: id eſt, anima mea Dominum laudabit, vt cum pręcedentibus verbis cohæreat, *Benedicam Dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* Gręcè enim habetur ἐπαινεσθήσεται, quod eſt mediæ ſignificationis. Nec obſtat præpoſitio *In*: quia verba cum Beth adhæſiuo conſtrui ſolent, ſecundùm illud:

Pſalm. 62.

Pſalm. 104.

Pſalm. 43.

Quoniã tu hæreditabis in omnibus gentibus, pro, omnes gẽtes. Ad hunc ſenſum trahenda ſunt illa: *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*, id eſt, laudabũt iurantes in eo; & illud: *Laudamini in nomine ſancto eius.* Item: *In Deo laudabimur tota die*, pro, laudabimus, ſicut ſequens verbũ actiuum Indicat: *Et in nomine tuo confitebimur in ſecula.* Chaldæus, *In Dei noſtri verbo nos laudabimus tota die, & nomen tuum, Domine, confitebimur in æternum.* Et rurſus Matt. 11.

Matth. 11.

Lib. 4.

Pſalm. 63.

Hiero. 10. 8.

Pauperes euangelizantur, pro, euangelizant actiuè, vt proprio loco oſtendam. Rurſus: *Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde*, id eſt, laudabunt. Hieronymus, *& exultabunt omnes recti corde*, quia Græcè ἐπαινεσθήσονται, eam enim vim habent verba media apud Græcos.

Græcorũ cõparatiua Genitiuo conſtrui ſolent Ablatiuo Superlatiua.

Præterea cùm apud Latinos comparatiua Ablatiuum, ſuperlatiua Genitiuum regant, iuxta id: *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; &, *Iuſtior me eſt*; &, *Non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque Apoſtolus maior*

Gen. 3.

Infra 38.

Ioan. 13.

Marc. 12.

Matth. 10.

Prouer. 30.

Epheſ. 3.

eſt eo qui miſit illum: item apud Marcum, *Maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificiis*: *Multis paſſeribus eſtis meliores vos*: &, *Leo fortiſſimus beſtiarũ*: *Mihi omnium ſanctorum minimo*: Græca tamen contrariam ſeruant conſuetudinem, & Græcorum morem interdum ſeruauit interpres, quia comparatiuum ponitur cum Genitiuo:

1. Cor. 3.

Ioan. 14.

Eccleſ. 1.

Vt maior horum eſt charitas: *Opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* *Prior omnium creata eſt ſapientia*: cùm dicendum eſſet, Prior omnibus, vel, prima omnium: & Ioachim in libro Danielis dicitur honorabilior omnium Iudæorum, pro, omnibus Iudæis. & amplius Hebr. 6. *Homines enim per maiorem ſui iurant*, pro eo quod Latinè dicẽdum erat, Per maiorem ſe iurant. Superlatiuo verò tribuit Ablatiuum noſter interpres: nam Sinapis

Dan. 13.

Matth. 13.

ſemen dixit eſſe minimum omnibus oleribus, pro, minus, quia ſequitur: *Maius eſt omnibus oleribus*, quod propriè ad Latinã phraſim eſt dictum. Illud verò, *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter*, ad Græcam phraſin

Infra 23.

Cicero.

eſt accommodatum, ὁ μείζων ὑμῶν. Cicero etiam ab hac ratione loquendi non abhorruit: ait enim lib. 1. offic. *Omnium autem rerum ex quibus aliquid excipitur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius.* Sic ille.

Græci nonnunquã ponunt vnum pro altero.

Pſalm. 15.

Matth. 22.

B. Hiero. 10. 8.

Virgil. lib. 1. Æneid.

Terent. in Prolog. Andr.

Ponitur interdum caſus pro caſu. Nam iuxta lectionem Septuaginta duorum interpres vertit: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes*, non habent λίθον in Accuſatiuo, etſi Hieronymus ex Hebræo lapis vertat. Et ſeruari poteſt hic tropus per figurã Antiptoſis, de qua Poëta:

Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt.

Et Comicus:

Populo vt placerent quas feciſſet fabulas:

Quod Poëtarum eſt potius, quàm Oratorum. Interpres tamen noſter hac figura vſus eſt, cùm dixit:

Ioan. 4.

1 Ioan. 2.

Illud Pſalmi: Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificãtes, quod ſecundũ Chaldæam paraphraſim.

1 Reg. 16.

3 Reg. 12.

Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus; &, *Vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis.* Sed ad neutram illarum cogit textus Græcus, ſicut cogit lectio Septuaginta in dicto Pſalmo. Vbi nota illa verba Dauidis paraphraſim Chaldæam vertiſſe: *Sic puerum deſpexerunt ædificatores qui inter filios Iſai meruit eſſe Rex, & dominator*: & intellexit ad literam de Dauid, vt quidam faciunt. Genitiuus quoque more Græco ponitur pro Ablatiuo, iuxta illud Sapien. 11. *Et fuit illis in velamento diei*, pro eo quod eſt, *Fuit illis in velamentum die*, vel per diem, vel pro die. Ita etiam in Pſalmo dictũ eſt: *Deduxit eos in nube diei*, pro eo quod eſt per diem. Phraſis quoque Gręca eſt illa,

Supini loco, vel Gerundij Infinitiuum vſurpare, Græciſmus eſt.

Luc. 19.

Matt. 18.

ponere infinitiuum pro ſupino, vel gerundio, vt illud: *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat*: pro eo quod eſt, ad

Luc. 22. Matth. 5. Infra 9. Luc. 5.

quærendum,& ſaluum faciendum. Et Luc. 12. *Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam*, vel ad mittendum: *Non veni ſoluere (legem) ſed adimplere*: id eſt, *Non veni ad deſtruendam legem; ſed adimplendam: non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*: *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis*. Lucæ 4. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, &c.* Paullò ante dicitur: *Surrexit (Chriſtus) legere*, pro ad legendum: *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, id eſt, cùm ſediſſet ad edendum, *ſurrexit ad* ludendum. Ioannis ſeptimo: *Quærebant eum Iudæi interficere*. infra: *Quid me quæritis interficere?* Ibidem: *Quis te quærit interficere*, id eſt, ad interficiendum? ſic etiam Paulus dixit: *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere*; & Petrus: *Vado piſcari*, Pſaltes: *Quoniam venit iudicare terram*. *Quid exiſtis in deſertum videre?* & Paulus: *Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare*: Idem, *Veni*, inquit, *Hieroſolymam videre Petrum*: & Zacharias, *Præibis ante faciem Domini parare vias eius*, id eſt, ad parandum eius viam, Ioan. 4. *Quis attulit ei manducare*, & iterum: *Ego miſi vos metere*. Lucæ 14. *Quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium Regem*, & Luc. 13. *Nonne ſoluitis aſinum, & ducitis adaquare*.

Matth. 20. Luc. 4. Iſa. 1. Exod. 32. 1. Cor. 10. Ioan. 7. Ibidem. Ibidem. 1. Tim. 1. Ioan. 12. Pſalm. 79. Matth. 1. 1. Cor. 1. Gal. 1. Luc. 1.

Græci participijs interdum pro infinitiuis vtuntur.

Idioma quoque eſt Græcorum, ponere participia pro infinitiuis, vt ſunt: *Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes*, pro, orare & poſtulare: & ad Epheſ. primo: *Non ceſſo gratias agens pro vobis* (pro, agere) *memoriam veſtri faciens in orationibus meis*, id eſt facere, &c. Item Matthæi vndecimo: *Cùm conſummaſſet Ieſus præcipiens*, id eſt, præcipere, Lucæ 3. *Ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta*. Græca habent ἀρχόμενος ὤν, pro, εἶναι.

Coloſ. 1. Ephe. 1. Matth. 11. Luc. 3.

Quæ in participia Græcorum mediæ inflexionis ab interprete paſſiuè reddita, iuxta phraſim Græcam ad actiuam ſignificationem ſunt reuocanda.

Sæpè etiam participia mediæ coniugationis in actiua ſignificatione ponuntur, quæ apud interpretem paſsiuè ſunt verſa, quæ tamen ſunt per phraſim Græcam ad actiuam reducenda: vt, *Pauperes Euangelizantur*, pro Euangelizant, quia Græcè εὐαγγελίζονται, ſicut alibi facit interpres: *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa*. Et Paulus: *Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem*: vbi tantùm habetur εὐαγγελιζομένων. Et Luc. 8. dicitur Chriſtus Euangelizans, cap. 9. *Egreſſi circuibant per caſtella Euangelizantes*, vbi participia Græca mediæ ſunt coniugationis, & paſſiuæ formæ. Phraſis Attica eſt, neutrum plurale regere verbum ſingularis numeri; vt ſi dicendum ſit, Animalia currunt, eleganter enuntiaretur ζῶα τρέχει. Ita quod Roma. 8. dicitur: *Omnia cooperantur in bonum*, Græcè eſt πάντα συνεργεῖ; non ait, συνεργοῦσι, vt dici poterat. Ita legimus 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei*: Μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστί, *Stultitia enim eſt illi*, pro, ſtultitia enim ſunt illi. Adde Pſalm. 118. *Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt*. Ὅτι μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστίν. Quamuis cū plurali etiam ponat: *Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt*. Ad idem adducitur illud ad Epheſios 3. *Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, pro vobis (quæ eſt gloria veſtra:)* putat tamen Hieronymus noſter, vt imperitum ſermone, & Grammaticę rei ignarum dixiſſe, *eſt*, pro, *ſunt* Sed relatiuum, *Quæ*, nō refert tribulationes in plurali, quia in ſingulari habetur, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν. Dicitur etiam in eodem Pſalm. 118. *Mādata tua meditatio mea eſt*, pro ſunt: etſi mandata ſint in Græco fœminini generis, hoc eſt, ἐντολαί. Hanc phraſim vſurpauit Comicus, cùm dixit: *Amantium ira amoris redintegratio eſt*. Græci quoque ἀόριστον πρῶτον, imò etiam prętęritum vſurpant pro præſenti tempore: vt, *Medius veſtrum ſtetit*, pro, medius veſtrum ſtat: &, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, vbi Græcè legitur ἠγάπησεν, hoc eſt, diligit multum. Et 2. Timoth. 4. *Non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius*. ita enim rectè interpres vertit præteritum ἠγαπηκόσιν, id eſt, ad literam omnibus qui dilexerunt, propterea enim dicitur ἀόριστος, hoc eſt, indefinitus.

Pſalm. 67. ... 10. Luc. 8. Supra 9.

Tempus infinitum, imò etiam præteritū pro præſenti tēpore ponitur more Græcorū.

Ioan. 1. Luc. 7. 2. Tim. 4. Ἀόριστος, Gręcè quid.

Participia enim actiua pro verbis Indicatiui modi, vel Imperatiui accipiuntur, vt illud Pauli: *Ad ſimulachra muta, prout ducebamini, euntes*, pro, ibatis. Matth. 3. *Et ecce vox de cælis, dicens*, pro dicebat. Et cap. 3. *Procedens inde, vidit alios duos fratres*, id eſt, inde progreſſus vidit, &c. cap. 9. *Euntes diſcite quid eſt, Miſericordiam volo*, pro, ite, & diſcite, cap. 11. *Euntes renuntiate Ioanni*, quod eſt, ite, & renuntiate Ioanni, cap. 23. *Excolātes culicem, camelum autem glutientes*, id eſt, percolatis vinum, ſi in illud inciderit culex, & camelum deglutitis, & beatus Petrus: *Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem*; pro eo quod eſt, cohabitate, & vxoribus honorem impertite. Quod dicit Matthæus: *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur*: phraſis eſt Græca, nam vt ibi Hieronymus inquit, Latina conſuetudo Græco idiomati non reſpondet: Nubere enim propriè dicuntur mulieres, & viri vxores, ſed nos ſimpliciter dictum intelli-

Nō rarò Gręci actiuis participijs pro indicatiui, vel imperatiui modi verbis vſurpant.

2. Cor. 12. Matth. 3. Infra 17. Supra 4. Infra 9. & 11. & 23.

Quid illud ſignificet, excolantes culicē, camelum autem glutientes.

1. Pet. 3.

Apud Græcos nubere etiam viri dicuntur.

Matth. 23. D. Hieron. in Matth. lib. 3. tom. 9.

telligamus, quod nubere de viris, & nubi de vxoribꝰ ſcriptum ſit. Similiter citat Cyprianus ad Quintinum: *Neque nubent, neque nubentur.* Paulus quoque ad Corinthios ſcribens, ſæpè de viris vſurpare ſolet nubere: *Quod ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri.* Et rurſus: *Nubentes, & nuptui tradentes.* Petrus inquit, *Si ita eſt cauſſa hominis cum vxore, non expedit nubere:* Et Paulus de venturis Hæreticis ait: *Prohibentium nubere*, id eſt, contrahere matrimonia: & Nonius Marcellus: *Nubere dicebant veteres non ſolùm mulieres, ſed etiam viros:* & producit teſtimonium ex Pomponio quodam Pannuceate. Latinis autem in malam partem vir dicitur nubere, hinc illud:

B. Cypr. lib. 3. ad Quirinum, §. 32.
1. Cor. 7.
Matth. 24.
Supra 19.
1. Tim. 4.
Noni. Marcel.
Nubere viros, Latinè cùm dicitur, flagitiosè ſonat.

Quid quæris? nubit amicus.

Græciſmus eſt, verbum *impleri*, regere caſum gignendi: vt, *Impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium*, ſed vſitatum eſt, apud Latinos, vt illud Poetæ oſtendit:

Matth. 14.
Aliæ quædā idiotiſmi græcorum ab interprete vſurpatæ.

Implentur veteris Bacchi, pinguiſq́; ferinæ.

Et illud Comici:

Plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo.

Virg. 1. Aen. ante med.
Terent.

Similis eſt ex Græcis deſumpta phraſis, qua Dignus nomen non cum Ablatiuo, vt Latini, ſed cum Genitiuo more Gręco conſtruitur, vt Eccleſ. 26. *Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ.* Et Sap. 8. *Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna eorum quæ mihi dantur.* Et Matth. 3. *Facite fructum dignum pœnitentiæ.* Et Paulus Hebr. 3. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus:* Et Poëta Latinus ad hanc Græcam phraſim alludens, dixit: *Maierum haud indignus auorum.* Græcam quoq; cõſtructionem ſecutus eſt interpres, quando vertit illud: *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis*, quod alioqui erat vertendum, Spirans minas, & cædes. Adhæc, Gręca eſt conſtructio verbi Dominandi cum Genitiuo, vnde illud: *Ipſe dominabitur tui*, & de appetitu, *Tu dominaberis illius:* &, *Principes Gentium dominantur eorum*, in Actis dicitur: *Et inſiliens homo in eos, in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos:* Pſaltes, *Omnium inimicorum ſuorum dominabitur:* &, *Ipſe dominabitur Gentium.* Apoſtolus quoque: *In hoc Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur.* Quam loquendi rationem imitata Latina Eccleſia, ait: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris ſimul, & mortuorum*, cùm apud Latinos verbum illud conſtructionem Datiui habeat. Græciſmus eſt, hominem mulierem mœchari, pro eo quod eſt, cum muliere mœchari. Et ita dictum eſt: *Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

Act. 9.
Gen. 3.
Infrà 4.
Matth. 20.
Act. 19.
Pſalm. 10.
Pſalm. 21.
Rom. 14.
Latinis dominari, quē caſum regat, quē Græcis.
Matth. 5.

Multa participia paſsiua apud Latinos vim habent nominum, quemadmodum: *Multi vocati, pauci verò electi:* vbi κλητοὶ, & ἐκλεκτοὶ, non ſunt participia, ſed nomina, id eſt vocatione, & electione Dei, non autem ſe vltro ingerentes, & viribus ſuis fidentes peruenerunt ad regnum Dei. Ita dicitur: *Paulus vocatus Apoſtolus* κλητὸς ἀπόστολος, id eſt vocatione Dei Apoſtolus. Et infra: *Dilectis Dei vocatis ſanctis:* vbi nomina ſunt ſubſtantiua, Dilectis & vocatis, Ἀγαπητοῖς, ἐ κλητοῖς ἁγίοις, id eſt, dilectione, & vocatione Dei factis ſanctis. Nomen etiam ſanctorum, Græcè ſubſtantiuè eſt, non adiectionis, ſicut illud: *Mihi omnium ſanctorum minimo:* vbi Græcus articulus πάντων τῶν ἁγίων, oſtendit ſubſtantiuè accipi. Epheſ. 5. *Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.*

Matth. 20.
Infra 22.
Illud: Multi ſunt vocati, pauci verò electi, quo tendat.
1. Cor. 1.
Ibidem.
Epheſ. 3.
Infra 5.

Idiotiſmi, & Phraſes obſeruandæ circa partes quæ non inflectuntur.

Regvla XXXV.

Atque poſtrema. Cùm in hunc vſque locum dictum ſit de nomine, & de verbo, iam Particulæ indeclinabiles, quæ in Præpoſitiones, Aduerbia, Interiectiones & Coniunctiones diſtribuuntur, expediendæ ſunt, quoniam in eis multa accidunt quæ peculiarem requirunt tractationem. Nam quædam illarum ſingulares habent functiones, & vires: & illarum nonnullæ ambiguę ſunt, & pro alijs ex vſu linguę, vel Græcæ, vel Hebraicæ vſurpari conſueuerunt. Dicamus igitur in primis de Præpoſitionibus, quatenus ad noſtrum ſcopum ſpectent, de quibuſdam tantùm, vt guſtum aliquem lectori præbeamus: nam omnes perſequi, immenſi eſſet operis, & ſuperuacaneum. Sed prius quædam generalia de illis dicenda, & inde ad alias peculiariter deſcendendum, quæ proprium aliquid habere videntur. Illud igitur proprium ſibi vendicant Præpoſitiones, & non ſecus quàm ipſa nomina, & verba, cum Pronominibus affixis diuerſi & generis, & numeri coniungantur. Illuſtrabo vnico exemplo, vt idem in cæteris intelligas. Perſpice ב Præpoſitionem, quæ In ſignificat, quot modis componatur: In genere Maſculino, & in ſingulari dicimus bi בי becha, בך bo בו hoc eſt, in me, in te, in illo: & in plurali, banu בנו bachem, בכם bahem בהם, hoc eſt, in nobis, in vobis, in illis. Et in fœminino ſingulari, bi בי bach בך ba בה hoc eſt, in me, in te, & illa. Et in

Partes inflexæ, ſeu indeclinabiles quomodo diuidantur.
Quædam circa Præpoſitiones Scripturis frequentiores obſeruatione dignæ tradūtur.
Præpoſitiones quid propriū ſibi vendicent more Scripturæ.
Eædem ſæpè redundant.

plurali

plurali banu בנו baché בכם bahen בהן hoc
eſt, in nobis, in vobis, in illis. Et ita de alijs
præpoſitionibus cogitandum.

Deinde perpende, frequẽter in Scriptu-
ris præpoſitiones abundare: vt in Pſalm. *Et*
Pſal.104. *crediderunt in verbis eius.* Vbi habet Auguſti-
S.Aug.10.8. nus, *Minùs Latina videtur locutio, quia non ait*
verbis eius, vel in verba eius, ſed, in verbis eius:
tamen Scripturis vſitatiſsima. Hæc ille: cui ſi-
Exod.15. mile eſt: *Portaſti populum tuum in fortitudine*
Gen 32. *tua*, & Iacob, *In baculo meo tranſiui Iorda-*
Pſal.18. *nem*: & in Pſalmo, *In ſole poſuit tabernaculum*
S.Hier.10.8. *ſuum*, pro quo Hieronymus legit: *Soli po-*
ſuit tabernaculum in eis. Eſtque Sol Datiui
caſus, vt indicat articulus Hebræus Lamed.
Plerunque etiam præpoſitiones deſunt, &
Iſai.26. ſubaudiendæ ſunt: vt ibi, *Elõgaſti omnes ter-*
minos terræ, id eſt, vſque ad omnes termi-
nos terræ. Et Pſalm.2. *Et poſſeſsionem tuam*
Pſal.2. *terminos terræ*, vbi ſimiliter ſupplẽdum eſt.
Epheſ.3. *Vſque ad*, Illic quoque: *Vinctus Chriſti Ieſu*, de
eſt præpoſitio, hoc eſt propter Chriſtum
Ieſum. Ita ſimiliter dicimus, Martyr Chri-
1.Pet.4. ſti, 1.Pet.4. *Chriſto igitur in carne paſſo, & vos*
eadem cogitatione armamini, in Græcis deeſt
Oecumen. præpoſitio κατὰ, vt Oecumenius annotauit
καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, pro eo
quod dicendum erat κατὰ *τὴν αὐτὴν ἔννοιαν*, id
eſt iuxta eandem cogitationem armamini.
Matth.20. Et Matth.20. *ὅλην τὴν ἡμέραν*, deeſt κατὰ
præpoſitio, ſicut & Ioan.8. *Tu quis es? Dixit*
Ioan.8. *eis Ieſus, Principium quis & loquor vobis*, Græca
litera habet *τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν*, id eſt,
κατὰ *τὴν ἀρχὴν*, id eſt in primis, ſiue principio
quod loquor vobis.

...ode dican- Tertiò, præpoſitiones ex eo dictæ ſunt,
quod alijs aut verbis, aut nominibus præ-
ponãtur, ſiue per compoſitionem, ſiue per
appoſitionem, quanquàm non hoc ſit adeò
...ur illæ in- perpetuum, vt interdum quædam nõ poſt-
...rdum ver- ponantur, ſiue ornatus, & venuſtatis gra-
... vel no- tia, vt Græcè *περὶ*, & Latinè De, quę elegan-
...nib poſt tiæ cauſa poſt adiectiua nomina, vel ſub-
...antur. ſtantiua ponantur; vt illud *Εἰ ἀδικητέον τυ-*
ραννίδος πέρι: & Latinè egregiè dicimus, Mul
tis de cauſis id obſeruatum eſt. Nonnullæ
quoque, & ſi raræ, poſtponi eleganter ſo-
lent, vt, tenus, verſus, vſque vt:

Virg.lib.3. *Capulo tenus abdidit enſem.*
Aeneid. Hiſpania ſita eſt Occidẽtem verſus, &, Re-
gnauit ad annos vſque viginti: vſque enim,
& præponi, & poſtponi conſueuit.

Quartò, in genere expendenda eſt B.Ba-
ſilij doctrina circa prępoſitiones, quatenùs
...alis ſit philoſophi, & ſapientes huius mundi eis vſi
præpoſitionũ ſunt: deinde quomodo illarum vſus in Scri
quæ ſequun- pturis ſacris minimè obſeruatur, ſed mirè
tur vſus apud conſunduntur, & vna pro altera ponitur.
Philoſophos. Philoſophi igitur Ἀφ' οὗ, id eſt, A quo, tri-
Ἀφ' οὗ.

buunt artifici, ſiue cauſæ efficienti: dicimus
enim, A quo eſt illud pictum, ſiue ſculptũ,
ſiue effictum? Et reſpondemus, A Phidia,
à Praxitele, à fabro, vel architecto. Δι' οὗ, id Δι' οὗ.
eſt, Per quod, tribui ſolet ſiue concauſæ, ſi-
ue miniſtro: aſſerimus enim, fabrum per a-
ſciam, & ſerram feciſſe ſcãnum, & archite-
ctum per miniſtros & cooperarios domũ
cõſtruxiſſe. Ἐξ οὗ, id eſt, Ex quo, vel De quo Ἐξ οὗ.
tribuitur materię, ex qua quælibet res effi-
citur: vt, *Primus homo de terra terrenus*: &, *Fa-* 1.Cor.15.
cies arcam de lignis Setim. At prępoſitio Δι' ὅν, Gen.2.& 3.
hoc eſt propter quod datur fini: vt, domus Exod.37.
conſtruitur propter habitandi commodi- Δι' ὅν.
tatẽ, Πρὸς ὅ, ſiue Κατὰ ὅ, quod eſt, Ad quod, Πρὸς ὅ. ſiue,
iuxta quod, ſecundùm quod, cauſæ datur Κατὰ ὅ.
formali, ſiue exemplari, ad quod ideam a- Gen.1.& 2.
ſpiciẽs, operatur artifex: vt, *Fecit Deus homi-* & 5.
nem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: & il- Exod.25. &
lud: *Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod ti-* 26.& 27.
bi in monte monſtratum eſt. At verò Ἐν ᾧ, quæ Ἐν ᾧ.
Latinè vertitur, in quo, ſignificat tempus,
vel locum: quæ etſi extrinſeca ſint rei quæ
fit, quia tamen extra tempus, vel locum nõ
fiunt, inde eſt, vt interrogati, quando, aut
vbi quid factum ſit, reſpondeamus. Tali in
tempore, vel, Tali in loco. Hę verò prępo- Haſce præpo-
ſitiones interdum in ſacris literis negligun ſitiones ſacræ
tur, non tamen perpetuò, & ſemper. Nam Scripturæ
ἐξ οὗ, id eſt, Ex quo, vel De quo (vtroq; enim non eodem
modo redditur Latinè ab interprete) ali- modo ſem-
quando non materiam, ſed primam, & ſu- per accipiũt.
premam cauſam denotant, iuxta illud: *No-*
bis autem vnus Deus Pater, ex quo omnia. Item 1.Cor.8.
Per, non ſemper ſignificat inſtrumentũ, vel
cauſam natura diuerſam: nam homo per
hominem operatur, & pater per filiũ. Vn-
de Heb.1. *Per quem fecit & ſecula*, qui tamen Heb.1.
cum eo erat cuncta componens, vt Filius Prou 8.
Patri per omnia æqualis. Hinc teſte Baſilio Baſil.lib. de
libr. de Spiritu ſancto, Aerij hæreſis fuit, ea Spir.ſan.c.2.
quæ ſecũdùm naturam diſsimilia ſunt, diſ- & 3.circa fin.
ſimiliter proferri: & quæ diſsimiliter pro- Aerij hæreſis
ferũtur, eſſe diſsimilia ſecundùm naturã. qualis illa, &
Quod dictum ex illa Pauli ſententia con- vnde ortum
firmabat iam dicta: *Nobis tamen vnus Deus,* habuerit.
Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus, Ieſus Chri- 1.Cor.8.
ſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Patri er-
go tribuebat illud, *Ex quo*, Filio, *per quod*:
Spiritui ſancto, *In quo.* Sed profectò ſicut
Spiritus ſanctus non eſt tempus, aut lo-
cus, nec Pater, cui accommodatur, *Ex* Hanc parti-
quo, non eſt materia: ita & Filius non eſt in- culam Ex
ſtrumentum: vel miniſter: quæ ſigilla- quo, non tan-
tim ſuis teſtimonijs comprobantur. Ete- tùm Patri,
nim ex quo, non tantùm eſt Patris, ſed et- ſed & Filio &
iam Filij, & Spiritus: quia ait Apoſtolus, Spiritui ſan-
Veritatem facientes in charitate, creſcamus in cto in Scri-
illo per omnia qui eſt caput Chriſtus, ex qu pturis accom-
modari.
Epheſ.4.

Coloſſ.2. Ioan.1. Infrà 16. Luc.8. Ioan.3. Ibid. Matth.1. Ioan.4.

totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam,&c. Et Coloſſ.2.eadem fere habetur ſententia, & Ioan.1.*De*,vel,*Ex*,*plenitudine eius nos omnes accepimus*, &, *Ille me clarificabit, quia ex*, vel, *De meo accipiet.* Et Dominus ait, *Noui virtutem de* (vel ex) *me exiiſſe.* Eadem præpoſitio tribuitur Spiritui ſancto: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto*: *Quod natum eſt ex carne, caro eſt: quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt: Quod in ea natum eſt, de* (vel ex) *Spiritu ſancto eſt*: *In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſancto ſuo dedit nobis.* Similiter etiam altera præpoſitio, *per*, non tantùm Filio, ſed etiam Patri, & Spiritui accommodatur: *Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius.* Et paulò antè, *Paulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei*: & alibi. *Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi Filius, & hæres per Deum.* Rurſus, *Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris.* Adde, eandem dari Spiritui ſancto: ait Iſaias, *Ordiremini telam,& non per Spiritum meum*: & Lucas, *Præcipiens per Spiritum ſanctum*: Item Paulus: *Nobis autem reuelauit per Spiritum ſuum*: idem ad Timoth. *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum qui habitat in nobis*: rurſus, *Alij quidem per Spiritum ſanctum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum.*

Per præpoſitio non ſolùm Filio, ſed etiã Patri,& Spiritui applicatur.

1.Cor.1. Ibid. Gal.4. Rom.6. Iſai.30. Act.1. 1.Cor.2. 2.Tim.1. 1.Cor.12.

Dictio, In quo, tam ad Patrem, & Filium, quàm ad Spiritum ſanctum refertur.

Pſal.59. Pſal.17. Pſal.88. Coloſſ.1. Heb.1. Act.17. Ioan.5. 2.Theſſ.2.

In quo, communis eſt Patri, & Filio perinde atque Spiritui ſancto. Dicitur enim. *In Deo* (ſcilicet Patre) *faciemus virtutem*: *In Deo meo tranſgrediar murum*: &, *In nomine tuo exultabunt tota die.* Et de Chriſto dicitur: *In ipſo condita ſunt vniuerſa*: *Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio.* Et in Actis, *In viro*, inquit, *in quo ſtatuit,&cæt.* *ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit in Filio habere vitam in ſemetipſo*: *Paulus,& Siluanus,& Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro,& Domino Ieſu Chriſto, Gratia vobis,& pax.* Imò Per, interdum capitur pro à, vel ex: vt Gen.4. *Poſſedi hominem per Deum*, id eſt, ex Deo. Vt cõtra Ex, valet idẽ quod, Per: vt, *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere*, id eſt, per mulierem. Ita enim ipſemet alibi mutatis præpoſitionibus explicat, vt ait Baſilius: *Sicut mulier ex viro, ita & vir per mulierem*: licèt etiam congruè, & Catholicè dicatur, quòd Chriſtus ſit ex muliere, ex qua accepit Humanitatem, contra Manichæos, & Valentinum Hæreſiarcham, qui ponunt Chriſti corpus phantaſticum, vel ex cœlo, & non de ſubſtantia matris.

Per, pro à, vel ex. Gen.4. Gal.4.

B.Baſil.lib. de Spir.ſan.c.5 in fin.tom. 8.iuxta fin. 1.Cor.11.& Gen.2.

A, & Ab nonminus de Filio,& Spiritu…

A etiam, & Ab, perinde Filio, ac Spiritui ſancto communis eſt in Scripturis, atque ipſi Patri. *Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu*: &, *Simeon reſponſum acceperat à Spiritu ſancto*: & Actor.13. *Et ipſi quidem miſſi ab Spiritu ſancto.* Et Cap.16. *Vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia.* Et illud: *Tranſformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.* De Filio quoque habemus hoc teſtimonium: *Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.* Et Apocalypſis 1. *Gratia vobis & pax ab eo,&cæt.& à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, & à Ieſu Chriſto,&cæt.* *Ego enim accepi à Domino*, id eſt, à Chriſto: *Dum iudicamur, à Domino corripimur*: &, *Hæc eſt annuntiatio, quam audiuimus ab eo.* Et nota, Patrem habere omnia à ſeipſo, diuinitatem, potentiam, gloriam, quia à nullo procedit: Filius verò eſſi, vt Pater ipſe, habeat diuinitatem, gloriam, potentiam, & vitam in ſemetipſo, vt ipſe teſtatus eſt, non tamen à ſe ipſo, quia à Patre procedit: vnde & dixit, *A me ipſo non loquor*, id eſt, A me vt fonte. Quemadmodum de Caipha dicitur, *Hoc autem à ſemetipſo non dixit* (id eſt, ex capite ſuo) *ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit*; id eſt, accepit ab Spiritu ſancto, qui loquitur per Prophetas. Similiter Chriſtus dixit: *A me ipſo facio nihil*: *A me ipſo non veni*: *Pater in me manens, ipſe facit opera*: &, *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me*: quia videlicet à Patre vt Deus, ortus eſt, & vt homo, ab eo miſſus, vt eius verba, & opera proderet. Hinc Hilarius pulchrè dixit: *Filius per ſe agit, ſed non agit à ſe. At Spiritus ſanctus omnia hæc quæ Pater, & Filius habent, poſſidet in ſe ipſo: ideircò Dominus de eo teſtatus eſt. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. Nec venit Spiritus ſanctus à ſeipſo, ſed miſſus à Patre, & à Filio profectus. Vnde ſcriptum eſt*: *Quem ego mittam vobis à Patre*, &, *Quem mittet Pater in nomine meo, vt intelligas, ex æquo accipere omnia à Filio, atque à Patre.*

in ſancto quàm de Patre dici conſueuit. Matth.4. Luc.2. Act.13. Infrà 16. 2.Cor.3. Suprà 1. Apoc.1. 1.Cor.11. Ibid. 1.Ioan.2.

Quid proprium Dei Patris.

Ioan.5. Infrà 16. Matth.1. Ioan.11. Suprà 10. 2.Pet.1. Ioan.5. Suprà 7. Infrà 14. Suprà 7. D.Hilar.li.9. de Trinit.aliquanto à med.

Agat quomodo Filius ſecundùm Hilarium.

Ioan.16. Suprà 15. Suprà 14.

Cum, præpoſitio vnicuique Perſonæ diuinæ ſolet optari.

Cum, etiam præpoſitio communis eſt ſingulis Perſonis. Dicitur enim de Filio: *Cum eo* (ſcilicet Patre) *eram cuncta componens*: Et Patrique Filio, *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Et Dilectus, *Vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum*, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Filio eius Ieſu Chriſto. Rectè etiam tribuitur Spiritui ſancto, qui nexus eſt vinculum & amor Patris, & Filij. Et ita Baſilius lib. de Spiritu ſancto probat ex Patribus rectè dictũ in Doxologia Trinitatis, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, vel cum Spiritu ſancto: ſicut in hymnis dicimus:

Prou.8. 1.Cor.1. 1.Ioan.1.

Spiritus ſancti proprietas.

B.Baſil.li. de Spi.ſan.c.28. to.1.circa fin.

Deo Patri ſit gloria,
Eiuſq́; ſoli Filio,
Cum Spiritu Paracleto.

Tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus Altiſſimus, Ieſu Chriſte, cum ſancto Spiritu in gloria Dei Patris. Et rurſus vtrique, Patri, & Spiritui ęqualiter datur: vt, *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, cum Patre, & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſecula.* Et in Symbolo Niceno canitur: *Et in Spiritum ſanctum Dominum, & cæt. qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur.*

Symb. Nic.

Dictum Apoſtoli: ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſũt omnia, quã diſſariam à Patribus applicatur.

Rom. 11. Vict. Vict. li. 1. de Trinit. Aug. lib. 1. de Trinit. c. 6. circa mediũ, tom. 3. Baſil. diſto lib. de Spir. ſan. c. 5. ante med. Amb. lib. 4. de Fide c. 6. prope init. 10. 2. circa med. Idem lib. de Spir. ſan. c. 10. per totũ eod. 10. circa fin. Idem c. 12. Greg. Naz. li. 5 Theo. paulo à me. 1. Cor. 8. Epheſ. 4. & alibi.

Porrò quod Apoſtolus dixit: *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*: à Mario Victorino ad Deum Patrem refertur, ab Auguſtino verò refertur ad totam Trinitatem; ad Filium verò ſolùm à Baſilio, & ab Ambroſio libro de Fide. Idcirco Veteres Patres eos irridebant, qui per has particulas toti Trinitati communes, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti inæqualitatem in natura, & ſubſtantia confirmabant: cum Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto, verba Pauli, *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*: & omnes particulas applicet Chriſto, deinde eaſdem omnes Patri, & poſtremò omnes de Spiritu ſancto interpretetur. Et idem facit lib. 3. de Spiritu ſancto. Gregorius quoque Nazianzen. lib. Theologiæ agens contra eos qui ex hoc quòd Filius poſt Patrem nominatur, putabant Filium Patre minorem, eruditiſsimè ait: *Non poſſum quin rideam iſtas enumerationes, & ſubnumerationes, quibus tibi mirificè places, perinde ac ſi in vocum ordine ſint ipſa res poſita. Quod ſi verum eſſet, quia in Diuina Scriptura eadem ob parem naturæ dignitatem & numerantur, & ſubnumerantur, ipſa ſeipſis eſſent honoratiora, ignobiliora; iam eadem ratio mihi eſt de hac voce Deus, & de Domini appellatione: ſed & de præpoſitionibus ex quo, & per quem, & in quo, ad quarum artificioſam rationem Deitatem nobis exigis ſic, vt primam Patri, alteram Filio, tertiam verò Spiritui ſancto accommodes. Nam quid facies, ſi quando hæ, quas tu conſtanter ſingulas ſingulis tribuis, omnes omnibus promiſcuè imponantur: id quod induſtrijs Scripturæ lectoribus conſtat, & in natura, & dignitatis inæqualitatem per eas perſuadere conaris.* Hæc ille diuinus Pater. Et de his plus ſatis diximus, ne quis in Myſterio ſacroſanctæ Trinitatis aberret propter varias præpoſitiones. Iam de ſingulis Præpoſitionibus aliquid eſt ſeriò diſſerendum.

Quod non ſit Filius quia eſt ſecundus à Patre, ſit minor illo, vt quidã ſomniarunt, teſte Naziãz.

…vel Ab. … 1. … 117. … 21. … 15.

A, vel Ab, cauſam deſignant, à qua aliquid fit, & originem trahit, vel propter quam fit: *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt*: *A Domino factum eſt iſtud*: *non eſt poteſtas niſi à Deo.* Significat efficientem in his locis: *Væ mundo à ſcandalis*: &, *Mors eſt mihi à peccato*: id eſt, propter ſcandala, & propter peccatum eſt mundo væ, & homini mors: *A mandatis tuis intellexi*: *A iudicijs tuis timui*, id eſt, Propter mãdata tua intelligentiam habui: *Propter iudicia tua terribilia timorem concepi.* *A iudicijs tuis non declinaui*, id eſt, Propter illa non declinabam. Et, *A verbis tuis formidauit cor meum*, id eſt, Propter verba tua. Et rurſus, *A gemitu pauperum nunc exurgam*, dicit Dominus, id eſt, Propter gemitum pauperum, vt rectè vertit noſter interpres. Et iterum, *A templo tuo (quod eſt) in Hieruſalem, tibi offerent Reges munera*, id eſt, Propter templum. *A frigore piger arare noluit*, id eſt, propter frigus, vt benè redditum eſt ab interprete. Et Pſaltes, *A voce exprobrantis, & obloquentis, à facie inimici, & perſequentis*, id eſt, Propter vocem increpantem, & faciem inimici qui me perſequitur. Significat etiam aliquem præſidere rei, quæ per Ablatiuum ſignificatur: vt, *Ioſaphat erat à commentarijs*; id eſt, Præerat commentarijs. Vt, A ſecretis, & à libellis, quæ præeſt ſecretis, & libellis: vt Hieronymus fuit Damaſo Papæ.

Matt. 18. Pſal. 118. Ibidem. Ibid. Ibidem. Pſal. 11. Pſal. 67. Prou. 20. Pſal. 43. 2. Reg. 20. & 3. Reg. 4. & alibi.

Significatur etiam patria cuiuſque, vt, *Philippus à Bethſaida; Nathanael à Cana Galilææ, Lazarus à Bethania, & Ioſeph ab Arimathæa ciuitate*, &, *Ieſus Nazareth*, id eſt, Nazarenus: *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non ſurgit.* Et Paulus, *Ego homo ſum quidem à Tarſo Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps.* Sed hæc ſignificatio ad originariam, & efficientem cauſam referri poteſt, quia patria genuit, & aluit vnumquemque.

Ioan. 1. Infrà 21. Suprà 11. Infrà 19. Ibid. Infrà 7. Act. 21.

Referunt quoque durationem originis: vt ibi: *Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis*: &, *Regnauit à ligno Deus*, id eſt, A tempore quo crucem ſuſtinuit, cœpit regnare, &, *Ab initio, & ante ſecula creata ſum.* Item ſignificat comparationem: (Mem enim præpoſitio, à, vel ab, vel præ denotans, quàm, aut ſuper, poſitiuis adiuncta, facit comparatiuum Hebræis, vt Iob 7. *Dies mei fuerunt veloces præ radio.* Et cap. 9. *Dies mei leues fuerunt præ curſore.* Sic eſt ad literam in Hebræo. Denique Mem poſt dictionem Bonum, vim habet comparatiui, id eſt melius: vt, *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine.* Et interdum ſupprimitur à, interdum explicatur: vt illud, *Aeſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis*: id eſt; Nil minus quàm illi. Et id, *Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo*, id eſt, præ illo, vel pluſquàm ille. Mirabilis facta eſt ſcien-

Mich. 5. Pſal. 95. Quid illud Pſalmi: regnauit à ligno Deus. *Eccl. 24.* Mẽ Hebræis dupliciter comparationem ſonat. *Iob. 7. Infrà 9. Iuxta Heb. Pſal. 116. 2. Cor. 11. Luc 18. Pſal. 138.*

tia à

Ioan.13.

tia à me; ſic enim Græca habent, id eſt, præ me.

Prætereà idem ſignificat quod poſt, vt ibi, *Surgit à cœna*, id eſt poſt cœnã legalem, & ante Euchariſtiã inſtitutam. Ita dicitur, Venles ad me à prandio, vel à ſomno, id eſt, Poſt prandium, vel poſt ſomnum. Vt ita etiam ablutio pedum præceſſerit ſuum nouum quod tunc exhibuit conuiuium. Ita etiam addita tempori idem ſignat; vt *à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur*. Et Paulus: *Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, &c.* Roman. 1. id eſt poſt mundi creationem: vt exponunt Patres, nimirum Baſilius in Hexameron, & Theodoretus li. de curandis Græcis affectionibus, capite de Dijs, & Angelis: Et in Actis, *Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam*, id eſt, poſt primam diem.

Matt.11. Rom.1. B. Baſil. ho. 6. in Hexam. B. Theod. Act.20.

De, & ex. Ἐξ, ἐκ, variè accipiuntur.

De, & Ex, præpoſitiones Latinæ, vni Græcæ ἐξ, vel ἐκ reſpondent, frequenter autem & communiter ſubſeruiunt ad ſignificandum id, à quo eſt exitus, & fluxus quidam, ſiue egreſſus, ſecundùm ſubſtantiam; Vt de qua (ſiue ex qua Maria) *natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*. Et ibidem dicitur: *Genuit Phares, & Zaram de Thamar*: &, *Salmon genuit Booz de Raab*: *& Dauid Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ*, in quibus omnibus locis Græcè habetur ἐξ. Ideo nos in Symbolo canimus: *Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, conſubſtantialem Patri*: &, *Ego ex Deo proceſſi, & veni*: & de Spiritu ſancto loquens, *Qui à Patre procedit, & à Filio*, quia alio loco ait: *Ille me clarificabit, quia de meo accipit*. De cauſa materiali dicitur, *Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea*: *Primus homo de terra terrenus*: *Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur*. Significat etiam interdum cauſam efficientem, à qua quid oritur ſecundùm naturam vel artem, ſiue ſecundùm gratiam: vt, *Vnus Deus Pater ex quo omnia*, id eſt, A quo omnia condita; *Et nos in illo*. Vnde oſtendit Apoſtolus, omnia eſſe ex Deo, ſed non omnia in Deo. *Nos diſcrenit*, inquit Ambroſius, *à cæteris, qui cùm ex illo ſint, nõ tamen in illo ſunt, dum adhuc non credunt*. Sic ille. Eadem ſunt illa: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto*: *Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt*, vt autore, & artifice ſupra naturam, *Qui nõ ex ſanguinibus, &c. ſed ex Deo nati ſunt*: *Omnis, qui ex Deo natus eſt, peccatum non facit*, id eſt; Qui non naturali, ſed gratuita, & ſupernaturali generatione, *Gratia eſtis ſaluati per fidem* (& hoc non ex vobis, id eſt, à vobis, & naturæ veſtræ viribus. Subdit: *Dei enim donum eſt*) *Non ex operibus*, id eſt, Non eſt datũ propter dignitatem veſtram, ſeu propter

Matth.1. Ibidem, & Gen.38. Ruth.4. 2. Reg.12. Ioan.8. Infrà 15. Infrà 16. Gen.2. 1. Cor.15. Ioan.3. 1. Cor.8. & Epheſ.4. B. Ambroſ. in c.8. prio. ad Cor. ſub init. 10. ſ. à med. Infideles licèt ex Deo ſint, non tamen in Deo, niſi fideles tantummodò, ſecundũ Ambroſium. Ioan.3. Matt.1. Ioan.1. 1. Ioan 3. Ephef.2.

operum veſtrorũ merita. Et ita Ex, ſignificat cauſam meritoriam. Sicut alibi explicat Apoſtolus: *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos*: &, *Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad Deum*. Ibi verò, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*, originem denotat. Ita Chriſtus dicitur Leo de tribu Iuda: vox de nube, vel cœlis deſcendere, quia ibi nata, & formata eſt. Ita etiam dicitur: *Annuntiate de die in diem ſalutare eius*: *Ibunt de virtute in virtutem*: & Paulus: *Ex fide in fidem*, &, *Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus*: &, *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis*: *de filiabus Aaron, de vice Abia*. Et licet ita ſe habeant præpoſitiones Ex, & De, differunt tamen inter ſe apud Latinos (quia apud Græcos ſemper eſt eadem vox ἐξ) Non enim idem eſt, ſi dixero: De Deo loquitur: vel ex Deo loquitur, vel, Teſtimonium perhibet de lumine, vel, Teſtatur ex lumine. Primum enim eſt de Deo ſermonem facere, & de luce ipſa teſtimonium ferre: ſecundum eſt, Deo inſpirante, vel mouente loqui, vel teſtificari de aliquo impulſu ſuperioris luminis. Vnde Auguſtinus lib. de Natura Boni contra Manichæos ſcripſit in hunc modũ: *Deus de ſe non fecit quæ condidit, ſed de his quæ omninò non erant. Sunt quidem omnia ex Deo, ſed non de Deo, dicente Scriptura: Ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Quod dicit, Ex ipſo, non ex hoc ſignificat, quod de ipſo. Ex ipſo cœlum, & terra, quia & ipſe fecit illa, non autem de ipſo, quia non ſunt de ſubſtantia ſua. Quemadmodum ſi gignat filium, & faciat domum, dicimus filium ex ipſo eſſe, & domum ex ipſo eſſe: ſed filium de ipſo, domum autem non de ipſo, ſed de terra & ligno.* Sic ille, inſinuans præpoſitionem Ex, generaliter indicare quodcunque principium, à quo aliquid eſt, ſiue de conſortio ſubſtantiæ ſuæ ſit, ſiue de ſubſtantia alterius. De autem, principium indicat, à quo aliquid particeps ſubſtantiæ eius oritur. Ita Filius Dei dicitur de Deo Patre, & ex Deo Patre: vnde illud: *Ex vtero ante Luciferum genui te*: &, *Deum verum de Deo vero*. Amplior ergo, & communior eſt præpoſitio Ex, quàm De. Sed hæc differentia non omninò, & ſemper in Scripturis obſeruatur, quia ſcriptum eſt: *Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*. Et in Symbolo Apoſtolorum. *Qui conceptus eſt ex Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine*, & in Nicæno, *Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine*. Non enim de Spiritu ſancto eſt conceptus, & Incarnatus, vt poſsit dici filius Spiritus ſancti, vel Spiritus ſanctus Pater Chriſti: ſed de Spiritu ſancto vt autore, & artifice, non parente. Ac quod dicitur ex Maria Virgine conceptus, &

Tit.3. Rom.5. Gen.12. Apoc.5. Matth.17. Suprà 3. Pſal.95. Pſal.83. Rom.1. Ioan.20. Luc.15. Suprà 1. Ibid. Præpoſitiones ex, & apud Latinos quid differant. Ioan.1. B. Aug. lib. De natu. Boni. c.26. to.6. Contra Manichæos. Rom.11. Gen.1. Illud Apoſtoli: ex ipſo ſũt omnia, quomodo accipiendum. Simile. Pſal.109. Eccle.24. Symb. Nic. Matth.1. Symb. Apoſt. Symb. Nic. Qua ratione Chriſtus dicatur de Spiritu ſancto conceptus, & incarnatus.

natus,

natus, intellige, de eius ſubſtantia genitus & in lucem effuſus, vt Mariæ ſit filius, & ipſa Chriſti genitrix, & Deipara. Quare illa, quæ dicuntur in Symbolis dictis, ſi proprietas præpoſitionum illarum ab Auguſtino aſsignata obſeruanda eſſet, dicendum eſſet oppoſito modo: Qui conceptus eſt ex Spiritu ſancto, natus de Maria Virgine: Et, Incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, natus de Maria Virgine. Sicut dicitur Matth. 1. *De qua (ſcilicet Maria) natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.*

Maria Virgo cur vera ſit mater Chriſti.

Auguſt. ſuprà prodictus.

Matth. 1.

Aduertendum eſt præterea, ſæpiſsimè De, non reſpondere præpoſitioni ἐξ Græcæ, ſed alteri, nempè περὶ, quæ regit caſum Genitiuum; cui aliquando poſtponitur elegantiæ cauſa in vtraque lingua, licèt communiter præponatur. Nā inde dicitur Præpoſitio. Vnde Euripidis ſententia.

Eædem particulæ aliquando poſtponuntur ornatus gratia.

Præpoſitio vnde dicta.

Euripides.

Εἰ ἀδικητέον τυραννίδος περὶ. Et Cicero ad Atticū. Nam id niſi graui de cauſa nō feciſſet. Hæc prępoſitio περὶ, nunquàm vertitur ἐξ, ſed De: & ſignificat ſubiectum, ſiue argumentum, quo de agitur. Vt, *Primùm quidem ſermonē feci de omnibus, περὶ πάντων.* Et infrà: *Loquens de regno Dei.* Et rurſus: *Oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda*: in quibus omnibus locis malè verteres: Feci ſermonem ex omnibus: loquens ex regno Dei: &, Quā prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid ex Iuda: quia Græcè eſt, περὶ. Ita Ioan. 5. *De me enim ſcripſit ille*: & cap. 16. *Arguet Spiritus ſanctus mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio*: &, *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me.* Ita Latinè loquimur: Liber Ciceronis de Oratore: de Amicitia, de Senectute: &, liber Platonis de Iuſto, de recta nominum ratione, de Animæ immortalitate. Interdū tamen περὶ, id eſt De, valet idem quod, Pro, vt ibi, *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis*, id eſt pro vobis. Ea enim eſt vis illius præpoſitionis Gręcæ interdum. Quod dicitur: Da nobis auxilium de tribulatione: Hebręa habent in tribulatione, hoc eſt in tēpore, vel loco tribulationis, iuxta id: *Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* LXX. dixerunt, *Ex tribulatione*, & noſter Interpres, De tribulatione, id eſt pro ea vitanda, aut ſuperāda. Illud quoq;: *Laudate Dominum de Cœlis: Laudate eum in excelſis*: prorſus ſignificatur vtraq; prępoſitione De, & In, id eſt, creaturæ cœleſtes, & in excelſis habitantes laudate Dominum: & mox illas exprimit, Angeli, Virtutes, Sol, Luna, Stellæ: quemadmodum vbi dixit, *Laudate Dominū de terra*, mox declarat creaturas terreſtres.

Cic. lib. 7. ad Attic.

περὶ Græcis quid ſignificat.

Act. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Pſal. 108.

Ioan. 5.

Infrà 16.

Luc. vlt.

Ioan. 16.

Eccl. 59.

Pſal. 45.

Pſal. 148.

Sequitur præpoſitio In cum Ablatiuo, quæ Gręcè ἐν vocatur, & Hebraicè per literam ב ſeruilem in principio dictionis denotatur: hæc multiformes vires, & ſignificationes habet. Nam perſpice, obſecro, bone lector, Apoſtolum in 1. cap. ad Epheſ. quā varia tribuat illi: *Benedixit nos*, inquit, *in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum, in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, In laudem gloriæ gratiæ ſuæ, In qua gratificauit nos in dilecto Filio ſuo; In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſsionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia.* Ecce plus duodecies repetitam præpoſitionem In, Græcè verò ſepties ἐν cum Ablatiuo, & quater εἰς cum Accuſatiuo: εἰς υἱοθεσίαν, εἰς αὐτόν, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος εἰς ἡμᾶς: id eſt, in adoptionem filiorum, in ipſum, vel in ſe ipſum, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ in nobis, vel erga nos. *Benedixit*, inquit, *in omni benedictione.* Vbi In ſuperfluit more Hebræo, cùm adhæſiuum verborum: ſicut & illic abundat, *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis*: quia ſine illa præpoſitione etiā conſtabit oratio. Addit, *in Cœleſtibus*, ad differentiam legis, quæ benedictiones terrenas, & temporales præſtabat: at Chriſtus in cœleſtib[us] regnis, ſiue locis, ſiue in Regno Cœlorum, de quo infrà, *Et conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus.* Et rurſus cap. 2. *Conſidere fecit in cœleſtibus*: quia vocationis cœleſtis participes facti, guſtabimus donum cœleſte: &, *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*: iubemurque, *Quæ ſurſum ſunt quærere, & quæ ſurſum ſunt, ſapere*: ſubdit, *In Chriſto.* Id eſt, per Chriſtum. *Sicut elegit nos in ipſo*, ſiue per ipſum, vel eius merita præuiſa à Deo, & acceptata. *Vt eſſemus Sancti, & immaculati in cōſpectu eius*: Græcè κατενώπιον αὐτοῦ, id eſt coram ipſo. Sequitur, *In charitate*, id eſt, per charitatem, & nō per ſolam Fidem, charitas enim ſola nos reddit Sanctos, & tales, quales nec Momus audeat reprehendere. Et ſicut actu benedixit, ita olim elegit per Chriſtum ratione temporalis effectus, quē Deus dare ſtatuit nobis propter ipſum, & merita eius in oculis Dei poſita: qui effectus, eſt ſegregare nos à maſſa perditionis, & transferre nos in Regnum Filij dilectionis ſuæ: quem effectum nonniſi remiſsione peccatorum, & gratia eius, ſiue charitate Dei obtinemus. At dare nobis Chriſtum, & eius merita, nonniſi Diuinæ voluntatis placitum præſtitit, vt infrà ait.

In cum Ablatiuo.

Ἐν

ב

Epheſ. 1.

In præpoſitio Hebræis quando ſuperflua.

Pſal. 20.

Legis veteris & nouæ diſcrimen.

Epheſ. c. 2.

Conſidere in cœleſtibus quid ſecundum Apoſtolum.

Heb. 6.

Philip. 3.

Coloſ. 3.

Charitas ſola Sanctos nos reddit, & irreprehēſos.

Quomodo nos à Deo Patre ſimus electi per Chriſtum.

Eadem Diuina electio quid efficiat, & præſtet in nobis.
Cur prædeſtinati fideles à Deo.
Dal.4. *Rom 8.* *Infrà 3.*

Sequitur: *Qui prædeſtinauit nos.* Ad hoc, vt adoptionem filiorum Dei conſequamur, ad ſeipſum, & ad gloriam ſuam illuſtrandam, & laudibus celebrãdam gratiam eius, per quam ſumus grati Deo redditi per dilectum Filium. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorũ) ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit erga nos* (Græcè enim quater dicitur, εἰς ἡμᾶς;) *in omni ſapientia, & prudentia,* id eſt, per omnem ſapientiam, & prudentiam.

Eadem præpoſitio quã variè in Scripturis capi conſueuerit.
Ariſt. tom. 1.

In igitur, ſiue ἐν, multipliciter accipitur, & apud Philoſophos, & apud ſacros, & Canonicos ſcriptores. Nam Ariſtoteles libr. 4. Phyſicor. tradit octo modos, quibus aliquid dicitur eſſe in altero: aut ſicut pars in toto, aut ſicut vnum aliquid eſt in multitudine, aut ſicut accidens in ſubiecto, aut forma in materia, aut ſicut in loco, vel in tempore, &c.

Quot modis in altero quid ſit ſecundùm Philoſophũ.
Ioan. 14.

Præter quos omnes vulgares, & tritos, in Sacris literis eſt mirabilis quidam ineſſendi modus, de quo Chriſtus: *Ego in Patre, & Pater in me eſt,* videlicet propter naturę eiuſdem Identitatem, & vnitatem. Non enim aliud ſignificatur per hoc, quòd Filius eſt in Patre, & Pater in Filio, & vterq; in Spiritu ſancto, & Spiritus ſanctus in vtroque, quàm quod illæ tres Perſonæ inter ſe quidem diſcretæ, ac diſtinctæ ſint, tamen ſibi inuicem conſubſtantiales: quia in vna, & eadem numero ſubſtantia, & natura Diuinitatis ſubſiſtunt. Et iſte ſingularis ineſſendi modus ob ſui celſitudinem, exemplum in creaturis vllum non habet, ac proinde nulli Philoſopho, aut ſapienti cognitus vnquàm fuit.

Epheſ. 1. *Ibid.* *Ibid.* *Heb. 1.* *Coloſſ. 1.* *Ioan. 1.* *Heb. 1.* *Gen. 22. & ſæpè aliàs.* *Pſal. 70.* *1. Cor. 6.* *Iaco. 1.* *Pſal. 88.* *Deut. 10.* *Pſal. 62.*

In deinde accipi cõſueuit more Hebręo pro cauſa aut prima, aut media, ſiue ſecunda aliquid coefficiente, ſiue cooperante. Ita dicitur: *Benedixit nos in Chriſto: Elegit nos in ipſo: In qua* (ſcilicet gratia) *gratificauit nos in dilecto.* Et, *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio:* id eſt, per Chriſtum, per ipſum, per dilectũ, locutus eſt olim per Prophetas, nouiſsimè per Filium. In ipſo condita ſunt vniuerſa, id eſt per ipſum. Sicut Ioan. 1. dicitur: *Omnia per ipſum facta ſunt: Per quem fecit & ſecula.* Ita: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ,* id eſt per ſemen tuum. Et: *Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi, & Aaron,* id eſt per manum eorum. Apoſtolus, *Si in vobis* (id eſt, per vos) *iudicabitur mundus.* Et Iacobus, *Hic beatus in facto ſuo erit,* id eſt per factum ſuum. Dauid, *Semel iuraui in Sancto meo*, id eſt per ſanctitatem meam, quia nulla maior. Et, *iurabis in nomine Domini: Laudabuntur omnes, qui iurant in eo,* id eſt, per eũ, ſiue per eius nomen. Et Chriſtus Matth. 5. *Ego autem dico vobis non iurare omninò, neque per cœlum: quia thronus Dei eſt: neq; per terram, &c. neque per Hieroſolymam, &c. neq; per caput tuum iuraueris.* Vbi omnia hæc Græcè habentur, in Cœlo, in terra, in capite iuxta phraſim Hebræam, vbi In accipitur per Per: quamuis per Hieroſolymam alia præpoſitione expreſsit, εἰς Ἱεροσόλυμα, vbi etiam εἰς capitur loco ἐν. Tamen c. 23. ſeruauit interpres phraſim Hebraicã, cùm dixit: *Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunq; iurauit per templum, nihil eſt, qui autem iurauerit in auro Templi, debitor eſt.* Et infrà: *Quicunque iurauerit in domo quod eſt ſuper illud, debet.* Vbi quater Gręca habẽt, in Templo, in auro Templi, in Altari, in dono, quod eſt ſuper altare. Expende etiam Iacobum cap. 5. ſuæ epiſtolæ aliam formam vſurpaſſe iurandi, ait enim, *Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque Cœlum, neque terram, neque aliud quodcunque iuramentum,* abſtinens à præpoſitione, vel per, vel in, in Græca litera. Et 1. Theſſ. 4. *Rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu*, hoc eſt per Dominum Ieſum: ſicut in Litanijs precamur, *Per aduentum tuum; Per natiuitatem tuam.* Et Matth. 12. *Si ego in Beelzebub eijcio dæmones:* Et cap. ſuperiori, *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me,* hoc eſt per me. Illud etiam: In nomine Ieſu facere, vel orare, vel dæmonia eijcere, vel prophetare, vel ſigna edere, plus eſt quàm in gloriam Dei facere: quia hoc eſt ita operari, vt inde glorificetur Deus, vel Ieſus. At in nomine Ieſu facere, cauſam efficiẽtem denotat, ex cuius virtute, vel poteſtate per Fidem inuocata eijciebantur dæmonia, peccata remittebantur, ſanitates cõferebantur, & poſtulata in oratione impetrabãtur. Et ita profitemur, Ieſum omnis boni quod facimus, autorem eſſe. Quare cùm ad Coloſſ. 3. dixiſſet Apoſtolus, *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti* (ſcilicet facite) cõtinuò ſubiecit, *Gratias agentes Deo, & Patri per ipſum.* Inſinuans non nos ipſos ex nobis, ſed alium eſſe bonorum quæ facimus, autorem, cui & gratię ſunt propterea agendæ. Vt ergo Chriſtus dicitur in nomine Patris, vel Domini veniſſe, quia omnia bona ſua, & opera, & doctrinam, & ſigna, vel legatus retulit ad Patrem mittentem: ita nos omnia noſtra referamus ad Filium eius Ieſum Chriſtum. Vnde Act. 4. Iudæi denuntiauerunt Apoſtolis, ne omninò docerent, aut loquerentur in nomine Ieſu: id eſt, in virtute eius, tribuentes illi omnia quæ docebant, & operabantur tanquàm eius legati, qui pro eo

Math. 5. *Infrà 23.* *Ibid.* *Iacob. vlt.* *1. Theſſ. 4.* *Math. 12.* *Suprà 11.*
In nomine Ieſu aliquid facere, & in gloriam Dei quid inter ſe differant.
Coloſſ. 3. *2. Cor. 3.* *Ioan 5.*
Quid ſit, Chriſtum veniſſe in nomine Patris ſui, vt ipſe dixit.
Suprà 14. & ſæpè aliàs.
In quem bona quæ facimus, referre debeamus.
Act 4.
Loqui in nomine Ieſu, quid.

legatione Apoſtolica fungebantur. Et quia dictum eſt, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, id eſt per nomen meum. Idcirco Eccleſia omnes Orationes terminare ſolet illa clauſula: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* [*…or.5.* *…an.16.*]

Tertio *In*, capitur pro, *Inter*. Vt illud Roman 1. *In quibus eſtis & vos*: pro, Inter quos, Et, *Habitabo in medio eorum*, id eſt inter eos. Et Lucas in Actis: *Primos in fratribus*, pro inter fratres. Et Dauid, *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius*, id eſt inter Sacerdotes, vt indicant verba ſequentia: *Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius: Non propter vos ego faciam, domus Iſrael, ſed propter nomen meũ, quod polluiſtis in gentibus*, id eſt inter gentes. Et Lucas: *Quæ in nobis*, inquit, *completa ſunt rerum*, id eſt inter nos. [*Rom.1.* *Exod.25.* *…zech.43.* *& alibi.* *Act.15.* *Pſal.98.* *Ezech.36.*]

Quarto loco, *In*, capitur pro præpoſitione *Cum* quæ ſocietatem indicat. Vt Act.7. *Mittens Ioſeph, accerſiuit Iacob, &c. in animabus ſeptuaginta*, pro, cum animabus ſeptuaginta. Et Iſai.7. *Sagittis, & arcu egredietur illuc*, quæ iuxta Hebræum idioma vim habet Præpoſitionis *Cum*, id eſt, Ingredietur illuc cum ſagittis, & arcu. Sicut paulò antè dixerat in eodem cap. *In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his qui trans flumen ſunt.* Et in vtroq; loco eſt litera in Beth in principio. Et illud, *Introibo in domum tuam in holocauſtis*, id eſt cum holocauſtis. Rurſus, *Nõ egredieris Deus in* (pro, cum) *virtutibus noſtris?* Alibi, *In baculo meo tranſiui Iordanem*; Et, *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Apoſtolus, *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Hierem. etiam 4. dicitur: *Iurabis, Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia*: id eſt cum illis tribus. Moſes quoque in ſuo Cantico ait: *Ingreſſus eſt enim eques, Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare*, vbi Hebræa habent, *In curribus, & equitibus*. Et Exod.3. *Non dimittet vos Rex Aegypti, vt eatis, niſi per manum validam*: Hebræa habent: *In manu valida*. LXXII. interpretes, μετὰ χειρὸς κραταιᾶς, hoc eſt, cũ manu valida. His proxima ſunt: *Hoc genus* (*dæmoniorum*) *in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio*, id eſt, cum oratione, vel per orationem, & ieiunium, vt apud Matthæum vertit interpres, vel ſuperfluit *In*. Et Matth.25. *Abijt qui quinq; talenta acceperat, & operatus eſt in eis*, id eſt, per ea, vel cum eis, cap.26. *Omnes qui acceperint gladium gladio peribunt*: Græca habent ἐν μαχαίρᾳ, & vel abundat, vel cum gladio exponendum. Item illud, *Non arabis in boue ſimul, & aſino*. Similiter id Pſalmi: *Eduxit eos cum argento & auro*, in Hebræis, & Græcis eſt, *in argẽto & auro*: Vt notauit Baſilius, & ibidem Auguſtinus obſeruauit poni pro *Cum*. Adde quod Matthæus Hebraica lingua ſcribens Euangelium, ca.22. ſcripſit: *Diliges Dominum Deum in toto corde tuo* (etiam ſi Latinus interpres vertit, ex toto corde) *In tota anima tua, in tota mente tua*: Ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σοῦ, ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σοῦ, ἐν ὅλῃ διανοίᾳ σοῦ. Secutus enim eſt textũ Hebræum Moſis, qui Deute.6. habet בכל *In omni*, & Chaldæum etiam paraphraſten. Et eſt ſenſus, accipiendo *In* pro particula *Cum* toto corde, cum tota anima, & cum tota mente, etiam ſi rectè intelligatur vertendo, *Diliges Dominum Deum tuum toto corde tuo, tota anima tua, & tota mente.* At verò Marcus cap.12. & Lucas cap.10. qui ſcripſerunt Græcè, & imitati ſunt LXX. interpretes, dixerunt: *Ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente*, & interpretati ſunt præpoſitionem *In*, per alteram *Ex*. Et idem ſenſus ex vtraque præpoſitione colligitur, qui etiam colligeretur, ſi ſuperflueret præpoſitio *In*, more Hebræo. [*Act.7.* *Gen.45. & 46.* *Iſa.7.* *Ibid.* *Pſal.65.* *Pſal.59.* *Gen.32.* *Pſal.88.* *…Reg.7.* *1.Cor.4.* *Hierem.4.* Quomodo …randum te… ſte Propheta. *Exod.15.* *Exod.3.* *Mar.9.* *Matt.17.* *Ibid.25.* *Ibid.26.* *…ut.22.* *…m.4.* *…d.12.* *Baſil.lib.* *Spir.ſan.* *Amphilo.* *c.25. initio,* *to.1. ſub fin.* *Aug. in Pſal.* *104: à med.* *tom.8.* *Matt.22.* *Deut.6.* *Mar.12.* *Luc.10.*]

Beth enim, ſiue *In*, apud Hebræos interdum ſignificat cauſam materialem *De*, vel *Ex*: vt Exod.38. *Fecit mare in ſpeculis mulierum*, pro, ex ſpeculis, vel de ſpeculis, vt vertit Hieronymus. Et Exod.35. *Impleuit Dominus Beſeleel Spiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, &c. ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, & ferro*: hoc eſt, ex auro, argento, & ære, & ferro. Simile prætereà eſt illud: *In Deo faciemus virtutem, &c.* quod nihil eſt aliud, quàm, cum adiutore Deo eos qui nos tribulant, ſuperabimus. Quod conſonum eſt illis verbis: *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos.* Habẽt verò Græca, & Hebræa pro, *Ventilabimus cornu*, vnũ tantùm verbum κερατιοῦμεν, & ננגח. Et ita cornu eſt Ablatiui caſus. Conſentit etiam cum dicto Apoſtolico: *Omnia poſſum in eo qui me confortat*, id eſt per eum, ſiue potiùs cum eo; qui in omni opere bono præcipuas partes habet, ita vt dicere poſsimus: *Mitte ſapientiam de Cœlis Sanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt nobiſcum ſit, & nobiſcum laboret.* Non diſsimile eſt: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Eodem modo accipe verbum Apoſtoli: *Cui reſiſtite fortes in Fide*: id eſt fortes Fide, vel cum Fide; quia ad Rom.11. dicimur ſtare Fide. Sanè Baſilius lib. de Spiritu ſancto ad Amphiloch. Ex verbis Apoſtolicis idem docet eſſe *In*, & *Cum*. Ait enim Paulus 1 *Ego quidẽ abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini Ieſu, tradere huiuſmodi hominem* [Beth Hebræis quid ſignificet. *Exod.38.* *Suprà 33.* *Pſal.59.* In Deo facere virtutem quid, iuxta Prophetam. *Pſal.43.* *Philip. vlt.* Omnia noſcur poſſimus in Chriſto. *Sap.9.* *Pſal.22.* *1.Pet.5.* *Rom.11.* *…Baſil. li. de …pi. ſan. c.28. …rt. iuxta fin.* *1.Cor.5.* In nomine Domini Ieſu, & cum virtute illius]

congregati, idem apud Paulum.

ſatana. Quod ergo prius dixit, *In nomine*, poſteà explicuit, dicendo, cum virtute; vt & hinc elicias idem eſſe nomen Domini, & virtutẽ Domini. Quintò *In*, accipitur pro,
Ephes. 5. *De*: vt ibi, *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, hoc eſt de Chriſto, & Eccleſia. Et alibi,
Gal. 5. *Ego confido in vobis*. Rurſus, *An neſcitis in*
Rom. 11. *Helia* (id eſt, de Helia) *quid dicit Scriptura?* Si-
1. Cor. 16. milia ſunt: *Gaudeo in præſentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici*, id eſt, præſentia: *Ita vt in ipſo* (id eſt de ipſo) *prout oportet me loqui*:
Ephes. 6. *Formam habe ſanctorum verborum quæ audiſti in*
2. Tim. 1. *Fide, & in dilectione*, id eſt de Fide in Deum,
Philip. 3. & dilectione in proximum: *Secundùm iuſtitiam quæ in lege eſt* (id eſt ex lege, vel de lege venit) *conuerſatus ſine querela*. Sextò; ſignifi-
Matth. 3. cat idem quod poſt: vt illic, *In diebus illis venit Ioannes Baptiſta*, id eſt, poſt illos dies: &,
Infrà 13. *In illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecùs mare*, id eſt poſt illum diem. Septimò, capitur
Ioan. 1. pro à, vel ab: Vt, *In principio erat Verbũ*, quod
1. Ioan. 1. alibi explicat Ioannes; *Quod fuit ab initio*; &.
Eccl. 24. *Ab initio, & ante ſecula creata ſum*; & Paulus,
2. Cor. 7. *Sed etiam in conſolatione qua conſolatus eſt in vobis*, hoc eſt à vobis.

Octauò, *In* accipitur pro propter, iuxta
Ephes. 4. idioma Hebræum: vt in his locis: *Donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis*,
Ibid. id eſt, propter Chriſtum: *Et ſuperiùs dicitur, Ego vinctus in Domino*, hoc eſt, propter
Rom. 16. Dominum: *Commendo vobis Phœben ſororem noſtram*, &cæt. *vt eam ſuſcipiatis in Domino dignè ſanctis*: *Omnia per ipſum, & in ipſo crea-*
Coloss. 1. *ta ſunt*, id eſt, propter ipſum: *In hoc labora-*
5. Tim. 4. *mus, & maledicimur* (id eſt, propter hoc)
1. Cor. 15. *quia ſperamus in Deum viuum*: *ſcientes quod la-*
2. Cor. 7. *bor veſter non eſt inanis in Domino*: *Non ſolùm in aduentu Titi* (id eſt, propter aduētum Titi) *ſed etiam in cõſolatione*. Ita accipe illud,
Matth. 11. *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt
Infrà 26. propter me: &, *Omnes vos ſcandalum patiemini*
Ibidem. *in me*. Et Petrus, *Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te*, & reliq.

Nonò *In*, more Scripturæ ſæpè abundat, & perinde eſt, ac ſi ſuperflueret: quod dupliciter contingit, vel cùm eſt adhæſiuum nominibus quæ reguntur à verbis, vel cùm habet inſtrumentalem ſignificationem.
Luc. vlt. Exempla prioris ſunt illa: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt*
Psal. 18. *Prophetæ*, &, *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, in eis*: pro, Soli poſuit tabernaculum in Cœlo, in quo ſtaret. Eiuſdem generis illud eſt: *Et crediderunt in verbis eius*: quæ verba explicans Auguſtinus ait: *Minus Latina videtur locutio, quia non ait, verbis eius, vel in verba eius,*
Psal. 105. *ſed in verbis eius; tamen Scripturis vſitatiſſima*.
B. Aug. to. 8. Sic ille. Exempla verò ſecundi (quando ſcilicet habet ſe in loco inſtrumenti) innume-

ra ſunt: Vt, *Benedixit nos in omni benedictione* Ephes. 1.
ſpirituali; Et illud, *Domine ſi percutimus in gla-* Luc. 22.
dio? Et Iudic. 1. *Ceperunt ciuitatem, & percuſ-* Iudic. 1.
ſerunt in ore gladij, (pro, acie gladij) *tradentes cunctam incendio ciuitatem*. Vbi LXX. habent: *Combuſſerunt eam in igni*. Et Apoſto-
lus; *Hoc vobis dicimus in verbo Domini*, &, *Con-* 1 Theſſ. 5.
ſolamini inuicem in verbis iſtis. Et Dauid, *In* Ibidem.
verbis meis pronuntiaui: *In ſecuri, & aſcia deie-* Psal. 108.
cerunt eum: *Confitemini Domino in Cithara, in* Psal. 73.
Pſalterio decem chordarum pſallite illi: *Laudate* Psal. 32.
eum in ſono tubæ; *laudate eum in Pſalterio, &* Psal. 150.
Cithara. *Laudate eum in chordis, & organo*: *Qui* Ibid.
replet in bonis deſiderium tuum: *In toto corde meo exquiſiui te*: *In toto corde meo ſcrutabor* Psal. 102.
mandata tua: *In quo iudicio iudicaueritis, iudi-* Psal. 118.
cabimini: *& in qua menſura menſi fueritis, re-* Ibidem.
metietur vobis. In his enim, & ſimilibus *In* Matth. 7.
abundat, ſicut & ibi: *Quoniam ipſe Dominus in* Ibidem.
iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei de- 1. Theſſ. 4.
ſcendet de Cœlo. Et rurſus, *Non in ſolo pane vi-* Matt. 4.
uit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore
Dei. Decimò, more etiam Hebræo accipi- Deut. 8.
tur, *In*, pro ante, vt Geneſis 2. *Compleuitq; Deus in die ſeptimo opus ſuum*, id eſt, ante diem ſeptimum, vt refert Rabbi Kimhi ex alio antiquiori Rabbino, & ita conſentit hæc explicatio cum lectione 70. qui habent In die ſexto. Ita etiam Exod. 12. *In primo die nõ erit fermentum in domibus veſtris*, hoc eſt, propè diem Sabbati, ſiue inſtante primo die Azymorum. Hoc & Matth. etiam primo capite confirmatur, *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis*, id eſt ante illam, ſiue illa inſtante & appropinquante.

Eſt etiam, *In* cum Accuſandi caſu, quæ In cum Accuſatiuo εἰς
Græcis dicta eſt εἰς præpoſitio, quæ propriè motum ad locum potiùs, quàm locum ſignificat, & tamen interdum pro præpoſitione ἐν, quæ locum tantum ſignificat, vſurpatur. Exempla ſunt plurima: Marc. 2. Mar. 2.
dicitur: *Auditum eſt quòd in domo eſſet*: Græ-
cè, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. & Luc. 7. *Vade in pacem*, Luc. 7.
Πορεύου εἰς εἰρήνην. Et ca. 9. *Permitte mihi primùm* Infrà 9.
renunciare his qui domi ſunt: τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.
Simile eſt illud: *Et veniens habitauit in ciuita-* Matt. 2.
te, quæ vocatur Nazareth. Vbi Græca habent: καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲθ αὐτὴ, ἐν πόλει, niſi ad vrbem, ſignificet coniuncta vrbi, vt extrà, non intra habitauerit.
Proximum eſt illud Marc. primo. *Baptizatus* Mar. 1.
tus eſt à Ioanne in Iordanem: ita Græca habent εἰς τὸν Ἰορδάνην. Simile eſt & id Act. 2. vbi ha- Act. 2.
betur, quòd nec derelicta eſt anima eius in Psal. 15.
inferno: Græca habent ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ εἰς ᾅδου, & ſupplendum eſt nomen οἶκον, vt moris eſt. Tale eſt quod dicitur Geneſ. 2. & Mart 10. *Erunt duo in carnem vnam*,

εἰς ϭάρκα

εἰς μίαν σάρκα, pro, in vna carne, vt exprimit Dominus: *Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro.* Et ita Accuſatiuus ponitur pro Ablatiuo, vt ibi:
Epheſ. 5.
Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia: vbi Græca Accuſandi caſum habent, εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Petrus etiam Act. 2. de deſcenſu Chriſti ad Inferos, ait: ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, pro ἐν ᾅδῃ.
Ioan. 16.
Ioan. 16. habetur: *Iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundũ:* ita dicitur Græcè, εἰς τὸν κόσμον, pro eo quod eſt, ἐν τῷ κόσμῳ.
Matth. vlt.
Similiter dicitur Matth. 28. *Baptizãtes eos in nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Ita enim Gręca habẽt, vt Ioan. 1.
Ioan. 1.
Infrà 2.
& *Credere* εἰς τὸ ὄνομα, pro ἐν τῷ ὀνόματι. Eadem phraſis bonis etiam claſſicis autoribus Latinis ignota non fuit: vnde Cicero pro P. Quintio, *Itaq; ex eo tempore res eſſe in vadimonium cœpit.* Et in Diuinatione: *Clariſſimi viri pulchrum ducebant ab hoſpitibus clientibusq; ſuis ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Romani ditionemq; eſſent, iniurias propulſare:* & Cæſar lib. 1. de bello Ciuili, ait, *Regiones Græciæ in poteſtatem habere.* Lege Gellium lib. 2. cap. 7. qui negat eſſe ſolœciſmũ, & citat ex Plauto in Amphitrione, *Numero in mentem fuit.* Et hactenùs de præpoſitione *In*, quæ propriè tempori & loco accommodatur, & motum ad locum complectitur.

Ad, & In, cũ Accuſatiuo. εἰς, & πρὸς.

Ad, & *In*, præpoſitiones cum Accuſandi caſu, quæ Gręcè εἰς, & πρὸς, interdũ ſumuntur pro præpoſitione περὶ, quæ apud Græcos regit Genitiuum, & Latinè dicitur de; quæ iungitur cum Accuſandi caſu. Exempla ſunt:
Luc. 19.
Ait Ieſus ad eum, Quia hodie ſalus domui huic facta eſt: ad eum ait, id eſt de eo, nó enim ad illum dirigitur ſermo, ſed ad circunſtantes.
Rom. 10.
Iſai. 65.
Et Apoſtolus; *Ad Iſrael autem dicit* (pro, de Iſraele autem dicit) *Tota die expandi manus meas*, vel, Aduerſus Iſrael.
Act. 2.
Illic quoq;: *Dauid enim dicit in eum:* Græcè εἰς αὐτὸν, pro eo quod eſt, περὶ αὐτοῦ, id eſt, de eo, vel de ipſo.
Heb. 1.
Ibid.
Et ibi: &, *Ad Angelos quidẽ dicit.* Vbi Gręca habent: Καὶ πρὸς μὲν τοὺς Ἀγγέλους λέγει, non enim eo loco Propheta alloquitur Angelos.
Haymo.
Quare Haymo in eum locum rectè ſcripſit: *Quod dicit, & Ad Angelos quidem Deus Pater, vel Scriptura diuina, tale eſt ac ſi diceret de Angelis. Ad ponens pro De: non enim ſeruat Apoſtolus ordinem, ſiue ſenſum præpoſitionum.*
Infrà 5.
Similiter illud quod ſequitur: *Ad Filiũ autem*, pro eo quod eſt, de Filio autem. Item cùm dicitur: *Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum*, pro eo quod eſt de eo. Et rurſus:
Suprà 4.
Omnia autem ſunt nuda, & aperta oculis eius, ad quem nobis ſermo, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, id eſt, de quo nobis eſt ſermo: vbi πρὸς accipitur pro περὶ.

Infrà 7.
Et infrà: *In quo enim hæc dicũtur:* Græcè ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα. *In quẽ enim hæc dicuntur*, id eſt, Ille enim, de quo hęc dicũtur.
Mar. 9.
Et illud, *Quomodo ſcriptũ eſt in Filium hominis*, id eſt, de Filio hominis. Non dubito aliter quoſdam interpretari has præpoſitiones, ſed mihi hoc videtur ſimplicius. Sumitur etiam Ad, pro præpoſitione Erga: vt eo in loco,
Gal. 6.
Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos Fidei: bis expone, erga.
2. Cor. 1.
Et alibi: *In gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos*, id eſt erga vos.

Apud, Πρὸς, παρὰ.

Apud, quæ Græcè Πρὸς, & Παρὰ, propriè cóſortium rei cum altera ſignificat: Vt,
Ioan. 1.
Verbum erat apud Deum. Aliquando verò apud Latinum interpretem accipienda eſt pro à, vel ab: vt apud Dauidem, *Apud Dominum greſſus hominis dirigetur*, pro, à Domino, vt ſæpè interpretatur Auguſtin.
B. Auguſt. in Pſalmos, 10.8.
Pſal. 108.
Similia ſunt: *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum*, id eſt, qui detrahunt operibus meis, quaſi non ſint à Domino profecta. Ita Hebræa, & Græca habent. Et alibi: *Subſtantia mea apud te eſt:* quæ tria verba poſtrema in Hebrȩo non habentur: quod etſi bonũ habeat ſenſum: quia omnis expectatio iuſti eſſe debet in Dominum collocata, tamen quia Gręca habent, παρὰ σοῦ ἐστιν, ſignificat, à te eſt: quæ in Hebræo non habetur.
Ibidem.
Pſal. 31.
Item, *Aduena ego ſum apud te, & peregrinus:* id eſt, A te ego ſum peregrinus, & ad te venire contendo. Ita alibi ait, *Apud te laus mea in Eccleſia magna*, id eſt, A te eſt quòd te laudibus celebrem. Hebræa enim habent, מאתך Meittecha, hoc eſt, à te.
Tertull. lib. 3. aduerſus Marc. haud procul à fine.
Ita legit Tertullianus li. 3. Aduerſus Marcionem, & Græca παρὰ σοῦ. Cauſa autem huius rei eſt: quia etſi Græca, & Hebræa benè habeant, à te; Latinus tamẽ interpres, quia παρὰ cum Accuſatiuo ſignificat ad, vel apud, & cum Genitiuo ſignificat à, vel ab, vel ex, vnum pro altero caſum accepit; aut interpres legit in Textu Gręco Accuſandi, non Gignendi caſum. Sequuntur aliæ Præpoſitiones.

Ante præpoſit.

Ante, ambigua dictio eſt Latinis, & poteſt ſignificare tempus: vt ibi;
Ioan. 8.
Ante quam Abrahã fieret, ego ſum: & præſentiam, ſiue coram, iuxta illud Poetæ:
Virgil. in Eclog.

Ante focum, ſi frigus erit.

Pſal. 71.
Ibid.
Et ita accipitur, cùm dicitur: *Ante Solem permanet nomen eius*, pro, coram Sole: vt in eodem Pſalmo: *Permanebit cum Sole, & antè Lunam.*
Gen. 3.
Pſal. 82.
Ita collocauit Angelum ante paradiſum, id eſt, è regione paradiſi; & illud: *Sicut ſtipulam ante faciem venti.*

Poſt præpoſ.

Præpoſitio *Poſt* appoſita diebus, non omninò eos excludit: vt ibi,
Matt. 27.
Marc. 10.
Seductor ille adhuc viuens, dixit, Poſt tres dies reſurgam; & tamen ſurrexit in aurora diei tertiæ, niſi Iudæi

3. Reg. 8.

Qui cuſtodis pactum, & miſericordiã ſeruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo: & infra: *Si cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me, ſicut tu ambulaſti in cõſpectu meo.*

Ibidem.

Radix huiuſce metaphoræ.

Sumptum à ſeruis, qui in conſpectu Domini diligentiùs ſeruitutem impendunt, ita vt Dauid dixerit: *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrũ, &c.* & Paulus ad Coloſ. *Serui*, inquit, *obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, &c.* Vbi non prohibet, ſeruos in oculis ſuis geſtare dominos ſuos, ſed, ne ex hypocriſi & fictione id faciant, dum præſentes eos habent, quos abſentes negligunt. Ad hoc reſpexit Dauid, dicens: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper*, & alibi: *De vultu tuo iudicium meum prodeat*: hoc eſt, præſta, vt omne quod faciam, perinde ac ſi coram vultu tuo agerem, faciam. Vt eleganter annotauit Rupert. Tuitienſ. in Veteri Teſtam. cùm nondum Dominus ad nos veniſſet, dicebantur iuſti ambulare, vt præcurſores, & anteambulones: in nouo verò, quia iam venit, dicuntur iuſti ſequi. *Venite*, inquit, *poſt me: Sequere me*: &, *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur*, quaſi pediſſequus.

Pſalm. 122. Coloſ. 3. Serui quomodo ſeruire debeant dominis ſuis, & in oculis illos habere, teſte Paulo. Pſalm. 15. Act. 2. Pſalm. 10. Quid illud Dauidicum: De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat. Rupert. Tuit. Veteris Teſtamenti iuſtorum, & noui differentia. Matth. 4. Infra 9. & 19 & alibi. Ioan. 12.

Ambulare cum Deo. Gen. 5. Infra 6. Pariũ facilis, & iocunda ſocietas. Mich. 6.

Eadem prope eſt alia idiotiſmus huic ſimilis, nimirùm, *Ambulare cum Deo*, eſt enim facere Dei voluntaté, & præſtare quæ præcepit. Hinc de Henoch dicitur, *Ambulauit cum Deo, & non apparuit*, & de Noë: *Vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit*. Solet enim Prouerbij loco iactari, pares cum paribus facilè congregari. Et Michæas, ſolicitum ambulare cum Deo tuo.

Silere quid, ſecundùm Hebræos. Iſai 14. 1. Machab. 1. Exod. 14.

Silere, frequenter eſt à bello quieſcere, iuxta illud: *Conquieuit, & ſiluit omnis terra.* & liber Machabęorum de Alexandro Magno: *Accepit*, inquit, *ſpolia multitudinis Gentiũ. & ſiluit terra in conſpectu eius*: & Moyſes in Exodo: *Dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis*: quia ſilentio opponit pugnam.

Pedes contegere. 1. Reg. 24. Hieron.

Pedes contegere, eſt aluũm purgare, 1. Regum 24. *Ingreſſus eſt* (ſcilicet Saul) *ſpeluncam ad contegendum pedes*: pro quo Hieronymus vertit: *Vt purgaret ventrem*: quòd aluum purgans, ſoleat veſtibus defluentibus contegere pedes, ne verenda eius detegantur. Honeſtiſsima phraſis, & digna ſancta lingua.

Reſpondere quid in Euangelio. Matth. 11. Infra 12.

Reſpondere, eſt interrogatum reſponſum exhibere. Interdum tamen eſt in Euangelio, non interrogatum loqui, ſed ſermonem exordiri, vt Matth. 11. *Reſpondens Ieſus dixit* (cùm tamen nulla præcedat interrogatio) *Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terra*, & Matthæi 12. *Reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus à te ſignum videre.* & rurſus Matth. 17. *Reſpondens Petrus, dixit ad Ieſum: Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Adde illud Matth. 14. *Reſpondens Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquam.* Item cap. 22. *Reſpondit Ieſus cœpit dicere in parabolis.* Et cap. 26. *Reſpondit Iudas* (non interrogatus) *Nunquid ego ſum, Rabbi?* Et ſæpè aliàs dicuntur non interrogati reſpondere, id eſt loqui.

Infra 17. Supra 14. Infra 22. Infra 26.

Retribuere duo ſignificat. 2. Reg. 2. Eccl. 7. Pſalm. 118.

Retribuere, non tantùm eſt iuſtè, & pro meritis reddere, ſed etiam gratis conferre beneficium. Et ita accipe illud: *Et nunc retribuet nobis quidem Dominus miſericordiam, & veritatem.* Et Eccleſiaſticus: *Retribue parentibus, quomodo & illi tibi*: id etiam, *Retribue ſeruo tuo, viuifica me.* Qui enim vitam gratiæ petit, beneficium poſtulat, non prœmiũ. Et qui mandata promittit ſeruare, gratiam petit, qua id valeat præſtare. Ideò Auguſtinus rectè interpretatur: Retribue, id eſt, dona. Vel dicere poſſumus: Retribue, id eſt, iterum tribue gratiam. Ita etiam loquitur Dauid: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vbi primum verbum, *Retribuam*, propriè ſumitur: cùm autem ait, *pro omnibus quæ retribuit mihi*, impropriè verbo tribuẽdi Propheta vtitur pro beneficijs & muneribus gratis à Deo acceptis. *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei?* Eſt etiam retribuere mala pro malis, iuxta id Pſalm. 30. *Retribuet abundãter facientibus ſuperbiam*: & retribuere bona pro bonis, & retribuere mala pro bonis, vt Pſal. 108. *Qui retribuerũt mala pro bonis, detrahebant mihi*: denique eſt retribuere bona pro bonis, quod præcipuè Dei eſt proprium.

B. Aug. conc. 7. in Pſal. 118. tom. 8. Pſalm. 115. Rom. 11.

Requieſcere cum aliquo. Iſai. 7. 1. Reg. 7.

Requieſcere cum aliquo, eſt eſſe illi fœdere coniunctum & copulatum. Vt Iſaiæ 7. *Requieuit Syria ſuper Ephraim*, & 1. Reg. 7. *Requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominum.*

Oſculari manum. 3. Reg. 19.

Oſculari manum, ſignificat, ſummum honoré alicui deferre, qui ſoli Deo debetur: de quo dixit Dominus ad Heliam: *Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculans manum.* Cùm enim non poſſent idoli manum oſculari, manum propriam in eius rei ſymbolum oſculabantur. Hinc Iob ſcripſit: *Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo: quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſsimum.*

Iob 31. Quæ ſit iniquitas maxima, teſte Iob.

Oſculari manum ſuam, quid myſticè.

Non ignoro quoſdam interpretari, illos manum ſuam oſculari, qui autoris gratiam negant, & bona opera ſibi retribuunt. Sed hæc myſtica ſunt, ad literam verò, hono-

rem

Quid fideliũ oſcula altaris, terræque ſignificent.

rem exhibentes oſculabantur, quemadmodum nos ſoliti ſumus deoſculari altare, in ſignũ honoris, quem reliquijs impẽdimus, quæ in eo ſunt. Oſculamur etiam terram, ad indicandum illo ſigno cultum latriæ, quem Deo debemus.

Cadere, vel nõ cadere aliquid de ſermonibus alicuius quid.
1. Reg. 3.
3. Reg. 8.
Matth. 16.
Iſai. 55.
Quam potẽs ſit verbũ Dei teſte Propheta.

Cadere aliquid de ſermonibus alicuius, eſt, non impleri quæ prædixit: Non cadere, eſt verba, dum implentur, ſtare. Vnde 1. Regum 3. *Non cecidit ex omnibus verbis eius* (ſcilicet Samuelis) *in terram*. Et 3. Reg. 8. *Non cecidit ne vnus quidẽ ſermo ex omnibus bonis quæ locutus eſt per Moſen ſeruum ſuum* Et Luc. 16. *Facilius eſt cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere*. Idem etiam eſt ſignificatus huius verbi, atque illius Iſaiæ: *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.*

Præcingere lumbos.
Luc. 12.
Pſalm. 17.
3. Reg. 20.
Tob. 5.

Præcingere lumbos, celeriter & expeditè aliquid facere. Vnde miniſtrantes, iter capientes, & præliantes præcingi ſolebant, iuxta illud: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris; & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum*: & illud: *Præcinxiſti me virtute ad bellum*; &, *Nec glorietur accinctus æquè vt diſcinctus*: & Tobias inuenit iuuenem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. Ex quibus metaphoris quiſque poteſt ſignificationem loco commodiorem accommodare.

Non relinquere vſque ad mingentẽ ad parietem.

Non relinquere vſque ad mingentem ad parietem, Hebræis eſt familiare, pro eo quod eſt, Nulli maſculo parcere, vel etiam cani eius, cuius eſt proprium ad parietem mingere.

Neminem ſalutare per viam, & non reſpicere poſt tergum.
4. Reg. 4.
Matth. 10.
Luc. 10.
Gen. 19.
Ibidem.
Luc. 9.

Neminem ſalutare per viam, & non reſpicere poſt tergum, mlram alacritatem, & celeritatem itineris quaſi prouerbio ſignificant. Ita enim Giezi ſeruo ſuo dixit Heliſæus: *Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum. & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi*: & Chriſtus Apoſtolis, ac ſeptuaginta duobus diſcipulis: *Neminem per viam ſalutaueritis*. Loth enim exeunti de Sodoma Angelus dixit: *Noli reſpicere poſt tergum*, & infra: *Reſpiciens vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis*. Item Chriſtus: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno* Dei.

[illegible] dare.
Matth. 25.
[illegible].
Non habenti auferre.
Ibidem.

Habenti dare, pronerbium eſt apud Hebræos, quo ſignificatur, illos dignos eſſe [illegible]is beneficijs, qui benè vtuntur iam acceptis. Non habere autem dicuntur, qui gratijs, & muneribus acceptis abutuntur, [illegible] illud: *Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.*

PROLEGOMENON XVI.

Idiotiſmi, & Phraſes aliquot linguæ Græcæ; quæ Scripturis lucem porrigere poſſunt.

Svnt quoque linguæ Græcæ idlotiſmi obſeruandi, q̃ nonnihil lucis conferunt ad illuſtrandum nouum Teſtamentum, & ad phraſes, quæ In Septuaginta Interpretibus plerumque inueniuntur, apprehendendas. De quibus etſi nonnihil in ſuperioribus de Hebraiſmis diſſerentes, obiter dixiſſe videamur: expedit tamen ſeorſum aliquid de illis ediſſerere; præter multa, quæ in particulis, quæ minimè inflectuntur, dicenda erunt. In primis lingua Græca caret Ablatiuo, & illum ſupplere ſolet per Datiuum: hinc diligenter perſpiciendum, an Datluus ſit proprius, an pro Ablatiuo accipiendus: nam diuerſos ſenſus, imo contrarios id efficit. Ecce Matthæi quinto: *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι*, ſenſus eſſe poteſt, *Beati pauperes ſpiritui, vel ſpiritu*, vt vertit interpres: & in primo eſſet ſenſus falſus, Beatos eſſe, qui paupertatem haberent ſpiritus, vel parum ſpiritus haberent. Secundus, verus eſſet in Ablatiuo: Beati pauperes, qui ſpiritu Impellente, paupertatem, vel mendicitatem amplectuntur. Ita apud Paulum mortuus peccato dicitur in Datiuo, Qui non viuit amplius ſecundùm peccatum, ſeu deſideria peccati: *Si enim*, inquit, *mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?* Et infra: *Qui enim mortuum eſt* (ſcilicet in peccato) *iuſtificatus eſt à peccato*. Paullo pòſt: *Quòd enim mortuus eſt* (ſcilicet Chriſtus, & ſequitur poſtea) *peccato, mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit, viuit Deo*, ac ſi diceret, quòd enim Chriſtus corporaliter mortuus eſt; ſemel ſolùm mortuus peccato, ſubde, noſtro tollendo, & non amplius moritur, vt nos ſemel commortui Chriſto per Baptiſmum, non amplius moriamur per peccatum. In hoc ſenſu dicitur: *Ego per Legem* (gratiæ & Euangelij) *Legi* (veteri) *mortuus ſum vt Deo viuam*: & alibi: *Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, &c. Sicut tibi mortuus ſum, quando non amplius viuo in corde tuo, aut ſecundùm deſideria tua.* Eodem tendit illud: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*, id eſt, mihi mundus pro damnato, & ab omnibus abominato habetur, & ego illi habeor in abominatione, & non ſecus, ac ſi eſſem crucifixus.

Græci Dandi caſu pro Auferendi ſemper vtuntur.
Matth. 5.
Rom. 6.
Ibidem.
Ibidem.
Gal. 2.
Rom. 7.
Gal. 6.

Plerunque dicitur mortuus peccatis pro Ablatiuo in peccatis, vel propter peccata, iuxta illud: *Cùm eſſetis mortui delictis, & peccatis*, Id eſt, propter delicta & peccata in quibus vitam agebatis. Sed in priori ſenſu dicimus

Epheſ. 2.

Quidam alij Græciſmi notantur.

cimus peccatum eſſe nobis mortuum, & nos eſſe mortuos peccato ipſi, & legem Moyſis nobis mortuam, & nos item mortuos legi, vt habes Rom. 6. Græciſmus eſt etiam ille: *Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem*, οὐκ ἐνδέχεται, id eſt, fieri non poteſt, vel, vſu venire non ſolet, perire Prophetam extra Hieruſalem, ipſa rerum natura repugnante.

Luc. 13.
Quid illud: Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem.

Ad hæc verba media Græca ambigua ſunt, & quædam quę actiuè erant explicanda, per verbũ deponens reddidit interpres: vnde minus perſpicua ſunt. Hinc dixit: *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te*, id eſt, nihil obſcuri facient tibi tenebræ. Vnde Hieronymus vertit: *Nec tenebræ habebunt tenebras apud te*, Et Chaldæus habet: *Verùm tenebræ non occultabunt aliquid à verbo tuo*. Et quod ſequitur: *Et nox ſicut dies illuminabitur*. Hieronym. tranſtulit: *Sicut dies lucet*, Chaldæus: *Et nox ſicut dies illuminabit*. Quod ſubdit: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*, ita vertit Chaldæa paraphraſis: *Et tenebræ, & lux apud te æquales*. Capere, quod Græcis eſt χωρεῖν, id eſt, capacem eſſe, ſiue ſufficere ad aliquid præſtandũ, Græciſmus eſt, de quo, *Non omnes capiunt verbum iſtud*: &, *Qui poteſt capere, capiat*, id eſt, Qui poteſt eſſe capax vitæ cœlibis, ipſe apprehendat. Item illud: *In Domino laudabitur anima mea*: id eſt, anima mea Dominum laudabit, vt cum pręcedentibus verbis cohæreat, *Benedicam Dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo*. Grǽcè enim habetur ἐπαινεθήσεται, quod eſt mediæ ſignificationis. Nec obſtat præpoſitio *In*: quia verba cum Beth adhæſiuo conſtrui ſolent, ſecundùm illud: *Quoniã tu hæreditabis in omnibus gentibus*, pro, omnes gẽtes. Ad hunc ſenſum trahenda ſunt illa: *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*, id eſt, laudabũt iurantes in eo; & illud: *Laudamini in nomine ſancto eius*. Item: *In Deo laudabimur tota die*, pro, laudabimus, ſicut ſequens verbũ actiuum indicat: *Et in nomine tuo confitebimur in ſecula*. Chaldæus, *In Dei noſtri verbo nos laudabimus tota die, & nomen tuum, Domine, confitebimur in æternum*. Et rurſus Matt. 11. *Pauperes euangelizantur*, pro, euangelizant actiuè, vt proprio loco oſtendam. Rurſus: *Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde*, id eſt, laudabunt. Hieronymus, *& exultabunt omnes recti corde*, quia Græcè ἐπαινεθήσονται, eam enim vim habent verba media apud Græcos.

Pſalm. 38.
B. Hiero. tom. 8. circa fin.
Capere Græcis quid.
Matth. 19.
Ibidem.
Pſalm. 33.
Quomodo illud accipiẽdum: In Domino laudabitur anima mea.
Pſalm. 81.
Pſalm. 62.
Pſalm. 104.
Pſalm. 43.
Matth. 11.
Lib. 4.
Pſalm. 63.
Hiero. to. 8.

Præterea cùm apud Latinos comparatiua Ablatiuum, ſuperlatiua Genitiuum rogant, iuxta id: *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; &, *Iuſtior me eſt*; &, *Non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque Apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum*: item apud Marcum, *Maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs*: *Multis paſſeribus eſtis meliores vos*: &, *Leo fortiſſimus beſtiarũ*: *Mihi omnium ſanctorum minimo*: Græca tamen contrariam ſeruant conſuetudinem, & Græcorum morem interdum ſeruauit interpres, quia comparatiuum ponitur cum Genitiuo: *Vt maior horum eſt charitas*: *Opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet*. *Prior omnium creata eſt ſapientia*: cùm dicendum eſſet, Prior omnibus, vel, prima omnium: & Ioachim in libro Danielis dicitur honorabilior omnium Iudæorum, pro, omnibus Iudæis. & amplius Hebr. 6. *Homines enim per maiorem ſui iurant*, pro eo quod Latinè dicẽdum erat, Per maiorem ſe iurant. Superlatiuo verò tribuit Ablatiuum noſter interpres: nam Sinapis ſemen dixit eſſe minimum omnibus oleribus, pro, minus, quia ſequitur: *Maius eſt omnibus oleribus*, quod propriè ad Latinã phraſim eſt dictum. Illud verò, *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter*, ad Græcam phraſin eſt accommodatum, ὁ μείζων ὑμῶν. Cicero etiam ab hac ratione loquendi non abhorruit: ait enim lib. 1. offic. *Omnium aũt rerum ex quibus aliquid excipitur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius*. Sic ille.

Græcorũ cõparatiua Genitiuo conſtrui ſolent Ablatiuo Superlatiua.
Gen. 3.
Infra 38.
Ioan. 13.
Marc. 12.
Matth. 10.
Prouer. 30.
Epheſ. 3.
1. Cor. 13.
Ioan. 14.
Eccleſ. 1.
Dan. 13.
Matth. 13.
Infra 23.
Cicero.

Ponitur interdum caſus pro caſu. Nam iuxta lectionem Septuaginta duorum interpres vertit: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes*, non habent λίθον in Accuſatiuo, etſi Hieronymus ex Hebræo lapis vertat. Et ſeruari poteſt hic tropus per figurã Antiptoſis, de qua Poëta:

Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt,

Et Comicus:

Populo vt placerent quas feciſſet fabulas:

Quod Poëtarum eſt potius, quàm Oratorum. Interpres tamen noſter hac figura vſus eſt, cùm dixit: *Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus*; &, *Vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis*. Sed ad neutram illarum cogit textus Græcus, ſicut cogit lectio Septuaginta in dicto Pſalmo. Vbi nota illa verba Dauidis paraphraſim Chaldæam vertiſſe: *Sic puerum deſpexerunt ædificatores, qui inter filios Iſai meruit eſſe Rex, & dominator*: & intellexit ad literam de Dauid, vt quidam faciunt. Genitiuus quoque more Græco ponitur pro Ablatiuo, iuxta illud Sapien. 11. *Et fuit illis in velamento diei*, pro eo quod eſt, *Fuit illis in velamentum die*, vel per diem, vel pro die. Ita etiam in Pſalmo dictũ eſt: *Deduxit eos in nube diei*, pro eo quod eſt per diem. Phraſis quoque Gręca eſt illa, ponere infinitiuum pro ſupino, vel gerundio, vt illud: *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat*: pro eo quod eſt, ad quæren

Græci nonnunquã ponunt vnum pro altero.
Pſalm. 15.
Matth. 21.
B. Hiero. to. 8.
Virgil. lib. 1. Æneid.
Terent. in Prolog. Andr.
Ioan. 4.
1 Ioan. 2.
Illud Pſalmi: Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificãtes, quid ſecundũ Chaldæam paraphraſim.
1 Reg. 16.
3 Reg. 12.
Supini loco, vel Gerundij Infinitiuum vſurpare, Græciſmus eſt.
Luc. 19.
Matt. 18.

quærendum, & ſaluum faciendum. Et Luc. 12. *Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam*, vel ad mittendum: *Non veni ſoluere (legem) ſed adimplere*: Id eſt, *Non veni ad deſtruendam legem; ſed adimplendam: non veni vocare iuſtos, ſed peccatores: Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis*. Lucæ 4. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſsionem, &c.* Paullò ante dicitur: *Surrexit (Chriſtus) legere*, pro ad legendum: *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, id eſt, cùm ſediſſet ad edendum, *ſurrexit ad* ludendum. Ioannis ſeptimo: *Quærebant eum Iudæi interficere*. infra: *Quid me quæritis interficere?* Ibidem: *Quis te quærit interficere*, id eſt, ad interficiendum? ſic etiam Paulus dixit: *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere*; & Petrus: *Vado piſcari*, Pſaltes: *Quoniam venit iudicare terram*. *Quid exiſtis in deſertum videre?* & Paulus: *Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare*: Idem, *Veni*, inquit, *Hieroſolymam videre Petrum*: & Zacharias, *Præibis ante faciem Domini parare vias eius*, id eſt, ad parandum eius viam, Ioan. 4. *Quis attulit ei manducare*, & iterum: *Ego miſi vos metere*. Lucæ 14. *Quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium Regem*, & Luc. 13. *Nonne ſoluitis aſinum, & ducitis adaquare*.

Idioma quoque eſt Græcorum, ponere participia pro infinitiuis, vt ſunt: *Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes*, pro, orare & poſtulare: & ad Epheſ. primo: *Nõ ceſſo gratias agens pro vobis* (pro, agere) *memoriam veſtri faciens in orationibus meis*, id eſt facere, &c. Item Matthæi vndecimo: *Cùm conſummaſſet Ieſus præcipiens*, id eſt, præcipere, Lucæ 3. *Ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta*. Græca habent ἀρχόμενος ὤν, pro, εἶναι.

Sæpè etiam participia mediæ coniugationis in actiua ſignificatione ponuntur, quæ apud interpretem paſsiuè ſunt verſa, quæ tamen ſunt per phraſim Græcam ad actiuam reducenda: vt, *Pauperes Euangelizantur*, pro Euangelizant, quia Græcè εὐαγγελίζονται, ſicut alibi facit Interpres: *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa*. Et Paulus: *Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem*: vbi tantùm habetur εὐαγγελιζομένων. Et Luc. 8. dicitur Chriſtus Euangelizans, cap. 9. *Egreſsi circuibant per caſtella Euangelizantes*, vbi participia Græca mediæ ſunt coniugationis, & paſsiuæ formæ. Phraſis Attica eſt, neutrum plurale regere verbum ſingularis numeri; vt ſi dicendum ſit, Animalia currunt, eleganter enuntiaretur ζῶα τρέχει. Ita quod Roma. 8. dicitur: *Omnia cooperantur in bonum*, Græcè eſt πάντα συνεργεῖ; non ait, συνεργοῦσι, vt dici poterat. Ita legimus 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei*: Μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστὶ, *Stultitia enim eſt illi*, pro, ſtultitia enim ſunt illi. Adde Pſalm. 118. *Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt*. Ὅτι μαρτύρια σου μελέτη μου ἐστὶν. Quamuis cũ plurali etiam ponat: *Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt*. Ad idem adducitur illud ad Epheſios 3. *Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, pro vobis (quæ eſt gloria veſtra:)* putat tamen Hieronymus noſter, vt imperitum ſermone, & Grammaticę rei ignarum dixiſſe, *eſt*, pro, *ſunt*. Sed relatiuum, *Quæ*, nõ refert tribulationes in plurali, quia in ſingulari habetur, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν. Dicitur etiam in eodem Pſalm. 118. *Mãdata tua meditatio mea eſt*, pro ſunt: etſi mandata ſint in Græco fœminini generis, hoc eſt, ἐντολαί. Hanc phraſim vſurpauit Comicus, cùm dixit: *Amantium iræ amoris redintegratio eſt*. Græci quoque ἀόριστον πρῶτον, imò etiam prętericum vſurpant pro præſenti tempore: vt, *Medius veſtrum ſtetit*, pro, medius veſtrum ſtat: &, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, vbi Græcè legitur ἠγάπησεν, hoc eſt, diligit multum. Et 2. Timoth. 4. *Non ſolùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius*. ita enim rectè interpres vertit præteritum ἠγαπηκόσιν, id eſt, ad literam omnibus qui dilexerunt, propterea enim dicitur ἀόριστος, hoc eſt, indefinitus.

Participia enim actiua pro verbis Indicatiui modi, vel Imperatiui accipiuntur, vt illud Pauli: *Ad ſimulacbra muta, prout ducebamini, euntes*, pro, ibatis. Matth. 3. *Et ecce vox de cælis, dicens*, pro dicebat. Et cap. 3. *Procedens inde, vidit alios duos fratres*, id eſt, inde progreſſus vidit, &c. cap. 9. *Euntes diſcite quid eſt, Miſericordiam volo*, pro, ite, & diſcite, cap. 11. *Euntes renuntiate Ioanni*, quod eſt, ite, & renuntiate Ioanni, cap. 23. *Excolãtes culicem, camelum autem glutientes*, id eſt, percolatis vinum, ſi in illud inciderit culex, & camelum deglutitis, & beatus Petrus: *Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem*; pro eo quod eſt, cohabitate, & vxoribus honorem impertite. Quod dicit Matthæus: *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur*: phraſis eſt Græca, nam vt ibi Hieronymus inquit, Latina conſuetudo Græco idiomati non reſpondet: Nubere enim propriè dicuntur mulieres, & viri vxores, ſed nos ſimpliciter dictum in-

Luc. 12.
Matth. 5.
Infra 9.
Luc. 5.
Matth. 20.
Luc. 4.
Iſa. 1.
Exod. 32.
1. Cor. 10.
Ioan. 7.
Ibidem.
Ibidem.
1. Tim. 1.
Ioan. 21.
Pſalm. 79.
Matth. 11.
1. Cor. 1.
Gal. 1.
Luc. 1.

Græci participiis interdum pro infinitiuis vtuntur.
Coloſſ. 1.
Epheſ. 1.
Matth. 11.
Luc. 3.

Quæ à participia Græcorũ mediæ inflexionis ab interprete paſsiuè reddita, iuxta phraſim Græcam ad actiuam ſignificationem ſunt reuocanda.
Matth. 11.
Pſalm. 67.
... 10.
Luc. 8.
Infra 9.

Tempus infinitum, imò etiam præteritũ pro præſenti tẽpore ponitur more Græcorũ.
Ioan. 1.
Luc. 7.
2. Tim. 4.
Ἀόριστος, Græcè quid.

Nõ rarò Græci actiuis participiis pro indicatiui, vel imperatiui modi verbis vſurpant.
2. Cor. 12.
Matth. 3.
Infra 17.
Supra 4.
Infra 9. & 11. & 23.
Quid illud ſignificet, excolantes culicẽ, camelum autem glutientes.
1. Pet. 3.
Apud Græcos nubere etiam viri dicuntur.
Matth. 23.
D. Hieron. in Matth. lib. 3. tom. 9.

telligamus, quod nubere de viris, & nubi de vxorib⁹ ſcriptum ſit. Similiter citat Cyprianus ad Quintinum: *Neque nubent, neque nubentur*. Paulus quoque ad Corinthios ſcribens, ſæpè de viris vſurpare ſolet nubere: *Quod ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri*. Et rurſus: *Nubentes, & nuptui tradentes*. Petrus inquit, *Si ita eſt cauſſa hominis cum vxore, non expedit nubere*: Et Paulus de venturis Hæreticis ait: *Prohibentium nubere*, id eſt, contrahere matrimonia: & Nonius Marcellus: *Nuberi dicebant veteres non ſolùm mulieres, ſed etiam viros*: & producit teſtimonium ex Pomponio quodam Pannuceate. Latinis autem in malam partem vir dicitur nubere, hinc illud:

B.Cypr. lib. 3. ad Quirinum, §. 32.
1.Cor. 7.
Matth. 24.
Supra 19.
1.Tim. 4.
Noni. Marcel.
Nubere viros, Latinè cùm dicitur, flagitiosè ſonat.

Quid quæris? nubit amicus.

Græciſmus eſt, verbum *impleri*, regere caſum gignendi: vt, *Impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium*, ſed vſitatum eſt, apud Latinos, vt illud Poëtæ oſtendit:

Matth. 14.
Aliæ quædã idiotiſmi græcorum ab interprete vſurpatæ.

Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ.

Et illud Comici:

Plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo.

Virg. 1. Aen. ante med.
Terent.

Similis eſt ex Græcis deſumpta phraſis, qua Dignus nomen non cum Ablatiuo, vt Latini, ſed cum Genitiuo more Græco conſtruitur, vt Eccleſ. 26. *Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ*. Et Sap. 8. *Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna eorum quæ mihi dantur*. Ex Matth. 3. *Facite fructum dignum pœnitentiæ*. Et Paulus Hebr. 3. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus*: Et Poëta Latinus ad hanc Græcam phraſim alludens, dixit: *Maiorum haud indignus auorum*. Græcam quoq; cóſtructionem ſecutus eſt interpres, quando vertit illud: *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis*, quod alioqui erat vertendum, Spirans minas, & cædes. Adhæc, Greca eſt conſtructio verbi Dominandi cum Genitiuo, vnde illud: *Ipſe dominabitur tui*, & de appetitu, *Tu dominaberis illius*: &, *Principes Gentium dominantur eorum*, in Actis dicitur: *Et inſiliens homo in eos, in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos*: Pſaltes, *Omnium inimicorum ſuorum dominabitur*: &, *Ipſe dominabitur Gentium*. Apoſtolus quoque: *In hoc Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur*. Quam loquendi rationem imitata Latina Eccleſia, ait: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris ſimul, & mortuorum*, cùm apud Latinos verbum illud conſtructionem Datiui habeat. Græciſmus eſt, hominem mulierem mœchari, pro eo quod eſt, cum muliere mœchari. Et ita dictum eſt: *Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo*.

Act. 9.
Gen. 3.
Infrà 4.
Matth. 20.
Act. 19.
Pſalm. 10.
Pſalm. 21.
Rom. 14.
Latinis domi nati, quẽ caſum regat, quẽ Græcis.
Matth. 5.

Multa participia paſſiua apud Latinos vim habent nominum, quemadmodum: *Multi vocati, pauci verò electi*: vbi κλητοὶ, & ἐκλεκτοὶ, non ſunt participia, ſed nomina, id eſt vocatione, & electione Dei, non autem ſe vltro ingerentes, & viribus ſuis fidentes peruenerunt ad regnum Dei. Ita dicitur: *Paulus vocatus Apoſtolus* κλητὸς ἀπόστολος, id eſt vocatione Dei Apoſtolus. Et infra: *Dilectis Dei vocatis ſanctis*: vbi nomina ſunt ſubſtantiua, Dilectis & vocatis, Ἀγαπητοῖς, καὶ κλητοῖς ἁγίοις, id eſt, dilectione, & vocatione Dei factis ſanctis. Nomen etiam ſanctorum, Græcè ſubſtantiuè eſt, non adiectionis, ſicut illud: *Mihi omnium ſanctorum minimo*: vbi Græcus articulus πάντων τῶν ἁγίων, oſtendit ſubſtantiuè accipi, Epheſ. 5. *Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos*.

Matth. 20.
Infra 22.
Illud: Multi ſunt vocati, pauci verò electi, quo tendat.
1.Cor. 1.
Ibidem.
Epheſ. 3.
Infra 5.

Idiotiſmi, & Phraſes obſeruandæ circa partes quæ non inflectuntur.

Regvla XXXV.

Atque poſtrema. Cùm in hunc vſque locum dictum ſit de nomine, & de verbo, iam Particulæ indeclinabiles, quæ in Præpoſitiones, Aduerbia, Interiectiones & Coniunctiones diſtribuuntur, expediendæ ſunt, quoniam in eis multa accidunt quæ peculiarem requirunt tractationem Nam quædam illarum ſingulares habent functiones, & vires: & illarum nonnullæ ambiguę ſunt, & pro alijs ex vſu linguę, vel Græcæ, vel Hebraicæ vſurpari conſueuerunt. Dicamus igitur in primis de Præpoſitionibus, quatenus ad noſtrum ſcopum ſpectent, de quibuſdam tantùm, vt guſtum aliquem lectori præbeamus: nam omnes perſequi, immenſi eſſet operis, & ſuperuacaneum. Sed prius quædam generalia de illis dicenda, & inde ad alias peculiariter deſcendendum, quæ proprium aliquid habere videntur. Illud igitur proprium ſibi vendicant Præpoſitiones, & non ſecus quàm ipſa nomina, & verba, cum Pronominibus affixis diuerſi & generis, & numeri coniungantur. Illuſtrabo vnico exemplo, vt idem in cæteris intelligas. Perſpice ב Præpoſitionem, quæ In ſignificat, quot modis componatur: In genere Maſculino, & in ſingulari dicimus bi בי becha, בך bo בו hoc eſt, in me, in te, in illo: & in plurali, banu בנו bachem, בכם bahem בהם, hoc eſt, in nobis, in vobis, in illis. Et in fœminino ſingulari, bi בי bach בך ba בה hoc eſt, in me, in te, & illa. Et in

Partes inflexæ, ſeu indeclinabiles quomodo diudantur.
Quædam circa Præpoſitiones Scripturis frequentiores obſeruatione dignæ traduntur.
Præpoſitiones quid proprium ſibi vendicent more Scripturæ.
Eædem ſæpè redundant.

plurali

plurali banu בנו bachē בכם bahen בהן hoc eſt, in nobis, in vobis, in illis. Et ita de alijs præpoſitionibus cogitandum.

Deinde perpende, frequẽter in Scripturis præpoſitiones abundare: vt in Pſalm. *Et crediderunt in verbis eius.* Vbi habet Auguſtinus, *Minùs Latina videtur locutio, quia non ait verbis eius, vel in verba eius, ſed, in verbis eius: tamen Scripturis vſitatiſsima.* Hæc ille: cui ſimile eſt: *Portaſti populum tuum in fortitudine tua*, & Iacob, *In baculo meo tranſiui Iordanem*: & in Pſalmo, *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, pro quo Hieronymus legit: *Soli poſuit tabernaculum in eis.* Eſtque Sol Datiui caſus, vt indicat articulus Hebræus Lamed. Plerunque etiam præpoſitiones deſunt, & ſubaudiendæ ſunt: vt ibi, *Elõgaſti omnes terminos terræ*, id eſt, vſque ad omnes terminos terræ. Et Pſalm. 2. *Et poſſeſsionem tuam terminos terræ*, vbi ſimiliter ſupplẽdum eſt. *Vſque ad*, Illic quoque: *Vinctus Chriſti Ieſu*, de eſt præpoſitio, hoc eſt propter Chriſtum Ieſum. Ita ſimiliter dicimus, Martyr Chriſti, 1. Pet. 4. *Chriſto igitur in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini*, in Græcis deeſt præpoſitio κατὰ, vt Oecumenius annotauit καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, pro eo quod dicendum erat κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν, id eſt iuxta eandem cogitationem armamini. Et Matth. 20. ὅλην διημέρευσε τὴν ἡμέραν, deeſt κατὰ præpoſitio, ſicut & Ioan. 8. *Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principium qui & loquor vobis*, Græca litera habet τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, id eſt, κατὰ τὴν ἀρχὴν, id eſt in primis, ſiue principio quod loquor vobis.

Pſal. 104. B. Aug. to. 8. Exod. 15. Gen 32. Pſal. 18. B. Hier. to. 8. Iſai. 26. Pſal. 2. Ephef. 3. 1. Pet. 4. Oecumen. Matth. 20. Ioan. 8.

Tertiò, præpoſitiones ex eo dictæ ſunt, quod alijs aut verbis, aut nominibus præponãtur, ſiue per compoſitionem, ſiue per appoſitionem, quanquàm non hoc ſit adeò perpetuum, vt interdum quædam nõ poſtponantur, ſiue ornatus, & venuſtatis gratia, vt Græcè πέρι, & Latinè De, quę elegantiæ cauſa poſt adiectiua nomina, vel ſubſtantiua ponantur; vt illud Ἐλαφηβολίων τυραννίδος πέρι: & Latinè egregiè dicimus, Multis de cauſis id obſeruatum eſt. Nonnullæ quoque, & ſi raræ, poſtponi eleganter ſolent, vt, tenus, verſus, vſque vt:

Capulo tenus abdidit enſem.

Hiſpania ſita eſt Occidẽtem verſus, &, Regnauit ad annos vſque viginti: vſque enim, & præponi, & poſtponi conſueuit.

[...]nde dicantur. [...]æ in[...] ver[...] vel no[...]ib poſt[...]antur. Virg. lib. 3. Aeneid.

Quartò, in genere expendenda eſt B. Baſicij doctrina circa prępoſitiones, quatenùs philoſophi, & ſapientes huius mundi eis vſi ſunt: deinde quomodo illarum vſus in Scripturis ſacris minimè obſeruatur, ſed mirè confunduntur, & vna pro altera ponitur. Philoſophi igitur Ἀφ' οὗ, id eſt, A quo, tribuunt artifici, ſiue cauſæ efficienti: dicimus enim, A quo eſt illud pictum, ſiue ſculptũ, ſiue effictum? Et reſpondemus, A Phidia, à Praxitele, à ſabro, vel architecto. Δι' οὗ, id eſt, Per quod, tribui ſolet ſiue concauſæ, ſiue miniſtro: aſſerimus enim, ſabrum per aſciam, & ſerram feciſſe ſcãnum, & architectum per miniſtros & cooperarios domũ cõſtruxiſſe. Ἐξ οὗ, id eſt, Ex quo, vel De quo tribuitur materię, ex qua quælibet res efficitur: vt, *Primus homo de terra terrenus*: &, *Facies arcam de lignis Setim.* At prępoſitio Δι' ὅν, hoc eſt propter quod datur fini: vt, domus conſtruitur propter habitandi commoditatẽ. Πρὸς ὅ, ſiue Κατὰ ὅ, quod eſt, Ad quod, iuxta quod, ſecundùm quod, cauſæ datur formali, ſiue exemplari, ad quod ideam aſpiciẽs, operatur artifex: vt, *Fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*: & illud: *Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* At verò Ἐν ᾧ, quæ Latinè vertitur, in quo, ſignificat tempus, vel locum: quæ etſi extrinſeca ſint rei quæ fit, quia tamen extra tempus, vel locum nõ fiunt, inde eſt, vt interrogati, quando, aut vbi quid factum ſit, reſpondeamus. Tali in tempore, vel, Tali in loco. Hę verò prępoſitiones interdum in ſacris literis negligun tur, non tamen perpetuò, & ſemper. Nam ἐξ οὗ, id eſt, Ex quo, vel De quo (vtroq; enim modo redditur Latinè ab interprete) aliquando non materiam, ſed primam, & ſupremam cauſam denotant, iuxta illud: *Nobis autem vnus Deus Pater, ex quo omnia.* Item *Per*, non ſemper ſignificat inſtrumentũ, vel cauſam natura diuerſam: nam homo per hominem operatur, & pater per filiũ. Vnde Heb. 1. *Per quem fecit & ſecula*, qui tamen cum eo erat cuncta componens, vt Filius Patri per omnia æqualis. Hinc teſte Baſilio libr. de Spiritu ſancto, Aerij hæreſis fuit, ea quæ ſecũdùm naturam diſsimilia ſunt, diſſimiliter proferri: & quæ diſsimiliter proferuntur, eſſe diſsimilia ſecundùm naturã. Quod dictum ex illa Pauli ſententia confirmabat iam dicta: *Nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.* Patri ergo tribuebat illud, *Ex quo*, Filio, *per quod*: Spiritui ſancto, *In quo.* Sed profectò ſicut Spiritus ſanctus non eſt tempus, aut locus, nec Pater, cui accommodatur, *Ex quo*, non eſt materia: ita & Filius non eſt inſtrumentum: vel miniſter: quæ ſigillatim ſuis teſtimonijs comprobantur. Etenim ex quo, non tantùm eſt Patris, ſed etiam Filij, & Spiritus: quia ait Apoſtolus, *Veritatem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus, ex quo*

Qualis ſit præpoſitionũ quæ ſequuntur vſus apud Philoſophos. Ἀφ' οὗ. Δι' οὗ. Ἐξ οὗ. 1. Cor. 15. Gen. 2. & 3. Exod. 37. Δι' ὅν. Πρὸς ὅ. ſiue, Κατὰ ὅ. Gen. 1. & 2. & 5. Exod. 25. & 26. & 27. Ἐν ᾧ. Haſce prępoſitiones ſacrę Scripturæ non eodem modo ſemper accipiũt. 1. Cor. 8. Heb. 1. Prou. 8. Baſil. lib. de Spir. ſan. c. 2. to. 1. circa fin. Aerij hæreſis qualis illa, & vnde ortum habuerit. 1. Cor. 8. Hanc particulam Ex quo, non tantùm Patri, ſed & Filio & Spiritui ſancto in Scripturis accommodari. Ephef. 4.

Deo Patri ſit gloria,
Eiuſq́; ſoli Filio,
Cum Spiritu Paracleto.

Tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus Altiſſimus, Ieſu Chriſte, cum ſancto Spiritu in gloria Dei Patris. Et rurſus vtrique, Patri, & Spiritui ęqualiter datur: vt, *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, cum Patre, & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſecula.* Et in Symbolo Niceno canitur: *Et in Spiritum ſanctum Dominum, &c.* *qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur.*

Symb. Nic.
Dictum Apoſtoli: ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, quà diffamam à Patribus applicatur.
Rom. 11.
Mar. Vict. li. 1. de Trinit.
Aug. lib. 1. de Trinit. c. 6. circa mediū, tom. 3.
Baſil. dicta li. de Spir. ſan. c. 5. ante med.
Amb. lib. 4. de Fide c. 6. prope init. 10. 8. circa med.
Idem lib. de Spir. ſan. c. 10. per totū eod. 10. circa fin.
Idem c. 12.
Greg. Naz. li. 4. Theo. paulò a me.
1. Cor. 8.
Epheſ. 4. & alibi.
Quod non i... Filius quia eſt, ſecundus à Patre, ſit minor ... vt quidā ſomniarunt, teſte Naziaz.

Porrò quod Apoſtolus dixit: *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*: à Mario Victorino ad Deum Patrem refertur, ab Auguſtino verò refertur ad totam Trinitatem; ad Filium verò ſolùm à Baſilio, & ab Ambroſio libro de Fide. Idcirco Veteres Patres eos irridebant, qui per has particulas toti Trinitati communes, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti inæqualitatem in natura, & ſubſtantia confirmabant: cum Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto, verba Pauli, *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*: & omnes particulas applicet Chriſto, deinde eaſdem omnes Patri, & poſtremò omnes de Spiritu ſancto interpreterur. Et idem facit lib. 3. de Spiritu ſancto. Gregorius quoque Nazianzen. lib. Theologiæ agens contra eos qui ex hoc quòd Filius poſt Patrem nominatur, putabant Filium Patre minorem, erudiriſsimè ait: *Non poſſum quin rideam iſtas enumerationes, & ſubnumerationes, quibus tibi mirificè places, perinde ac ſi in vocum ordine ſint ipſa res poſita. Quod ſi verum eſſet, quia in Diuina Scriptura eadem ob parem naturæ dignitatem & numerantur, & ſubnumerantur, ipſa ſeipſis eſſent honoratiora, ignobiliora; tam eadem ratio mihi eſt de hac voce Deus, & de Domini appellatione: ſed & de præpoſitionibus ex quo, & per quem, & in quo, ad quarum artificioſam rationem Deitatem nobis exigis ſic, vt primam Patri, alteram Filio, tertiam verò Spiritui ſancto accommodes. Nam quid faceres, ſi quando hæ, quas tu conſtanter ſingulas ſingulis tribuis, omnes omnibus promiſcuè imponantur: id quod induſtrijs Scripturæ lectoribus conſtat, & tu naturæ, & dignitatis inæqualitatem per eas perſuadere conaris.* Hæc ille diuinus Pater. Et de his plus ſatis diximus, ne quis in Myſterio ſacroſanctæ Trinitatis aberret propter varias præpoſitiones. Iam de ſingulis Præpoſitionibus aliquid eſt ſeriò diſſerendum.

A, vel Ab.
Eccl. 1.
Pſalm. 117.
Matth. 21.
Rom. 15.

A, vel Ab, cauſam deſignant, à qua aliquid fit, & originem trahit, vel propter quam fit: *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt: A Domino factum eſt iſtud: non eſt poteſtas niſi à Deo.* Significat efficientem in his locis: *Væ mundo à ſcandalis*: &, *Mors eſt mihi à peccato*: id eſt, propter ſcandala, & propter peccatum eſt mundo væ, & homini mors: *A mandatis tuis intellexi*: *A iudicijs tuis timui*, id eſt, Propter mādata tua intelligentiam habui: *Propter iudicia tua terribilia timorem concepi. A iudicijs tuis non declinaui*, id eſt, Propter illa non declinabam. Et, *A verbis tuis formidauit cor meum*, id eſt, Propter verba tua. Et rurſus, *A gemitu pauperum nunc exurgam*, dicit Dominus, id eſt, Propter gemitum pauperum, vt rectè vertit noſter interpres. Et iterum, *A templo tuo (quod eſt) in Hieruſalem, tibi offerent Reges munera*, id eſt, Propter templum. *A frigore piger arare noluit*, id eſt, propter frigus, vt bene redditum eſt ab interprete. Et Pſaltes, *A voce exprobrantis, & obloquentis, à facie inimici, & perſequentis*, id eſt, Propter vocem increpantem, & faciem inimici qui me perſequitur. Significat etiam aliquem præſidere rei, quæ per Ablatiuum ſignificatur: vt, *Ioſaphat erat à commentarijs*; id eſt, Præerat commentarijs. Vt, A ſecretis, & à libellis, quæ præeſt ſecretis, & libellis: vt Hieronymus fuit Damaſo Papæ.

Matt. 18.
Pſal 118.
Ibidem.
Ibid.
Ibidem.
Pſal. 11.
Pſal. 67.
Prou. 20.
Pſal. 43.
2. Reg. 20. & 3. Reg. 4. & alibi.

Significatur etiam patria cuiuſque, vt, *Philippus à Bethſaida; Nathanael à Cana Galilææ, Lazarus à Bethania, & Ioſeph ab Arimathæa ciuitate*, &, *Ieſus Nazareth*, id eſt, Nazarenus: *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non ſurgit.* Et Paulus, *Ego homo ſum quidem à Tarſo Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps.* Sed hæc ſignificatio ad originariam, & efficientem cauſam referri poteſt, quia patria genuit, & aluit vnumquemque.

Ioan. 1.
Infrà 21.
Suprà 11.
Infrà 19.
Ibid.
Infrà 7.
Act. 21.

Referunt quoque durationem originis: vt ibi: *Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis*: &, *Regnauit à ligno Deus*, id eſt, A tempore quo crucem ſuſtinuit, cœpit regnare, &, *Ab initio, & ante ſecula creata ſum.* Item ſignificat comparationem: (Mem enim præpoſitio, à, vel ab, vel præ denotans, quàm, aut ſuper, poſitiuis adiuncta, facit comparatiuum Hebræis, vt Iob 7. *Dies mei fuerunt veloces præ radio.* Et cap. 9. *Dies mei leues fuerunt præ curſore.* Sic eſt ad literam in Hebræo. Denique Mem poſt dictionem Bonum, vim habet comparatiui, id eſt melius: vt, *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine.* Et interdum ſupprimitur à, interdum explicatur: vt illud, *Aeſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis*: id eſt; Nil minus quàm illi. Et id, *Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo*, id eſt, præ illo, vel pluſquàm ille. Mirabilis facta eſt ſcien-

Mich. 5.
Pſal. 95.
Quid illud Pſalmi: regnauit à ligno Deus.
Eccl 24.
Mē Hebræis duplicitèr comparationem ſonat.
Iob. 7.
Infrà 9.
Iuxta Heb.
Pſal. 116.
2. Cor. 11.
Luc 18.
Pſal. 138.

Ioan.13.

tia à me; ſic enim Græca habent, id eſt, præ me.

Præterea idem ſignificat quod poſt, vt ibi, *Surgit à cœna*, id eſt poſt cœnã legalem, & ante Euchariſtiã inſtitutam. Ita dicitur, Venies ad me à prandio, vel à ſomno, id eſt, Poſt prandium, vel poſt ſomnum. Vt ita etiam ablutio pedum præceſſerit ſuum nouum quod tunc exhibuit conuiuium. Ita etiam addita tempori idem ſignat; vt *à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur.* Et Paulus: *Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, &c.* Roman. 1. id eſt poſt mundi creationem: vt exponunt Patres, nimirum Baſilius in Hexameron, & Theodoretus li. de curandis Græcis affectionibus, capite de Dijs, & Angelis: Et in Actis, *Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam*, id eſt, poſt primam diem.

Matt.11.
Rom.1.
B.Baſil.ho.6. in Hexam.
B.Theod.
Act.20.

De, & ex.
Ἐξ, ἐν, variè accipiuntur.

De, & Ex, præpoſitiones Latinæ, vni Græcæ ἐξ, vel ἐν reſpondent, frequenter autem & communiter ſubſeruiunt ad ſignificandum id, à quo eſt exitus, & fluxus quidam, ſiue egreſſus, ſecundùm ſubſtantiam; Vt de qua (ſiue ex qua Maria) *natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Et ibidem dicitur: *Genuit Phares, & Zaram de Thamar:* &, *Salmon genuit Booz de Raab: & Dauid Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ*, in quibus omnibus locis Græcè habetur ἐξ. Ideo nos in Symbolo canimus: *Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, conſubſtantialem Patri:* &, *Ego ex Deo proceſſi, & veni:* & de Spiritu ſancto loquens, *Qui à Patre procedit, & à Filio*, quia alio loco ait: *Ille me clarificabit, quia de meo accipit.* De cauſa materiali dicitur, *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Primus homo de terra terrenus: Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur.* Significat etiam interdum cauſam efficientem, à qua quid oritur ſecundùm naturam vel artem, ſiue ſecundùm gratiam: vt, *Vnus Deus Pater ex quo omnia*, id eſt, A quo omnia condita; *Et nos in illo.* Vnde oſtendit Apoſtolus, omnia eſſe ex Deo, ſed non omnia in Deo. *Nos diſcrenit*, inquit Ambroſius, *à cæteris, qui cùm ex illo ſint, nõ tamen in illo ſunt, dum adhuc non credunt.* Sic ille. Eadem ſunt illa: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto: Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt*, vt autore, & artifice ſupra naturam, *Qui nõ ex ſanguinibus, &c. ſed ex Deo nati ſunt: Omnis, qui ex Deo natus eſt, peccatum non facit*, id eſt; Qui non naturali, ſed gratuita, & ſupernaturali generatione, *Gratia eſtis ſaluati per fidem* (& hoc non ex vobis, id eſt, à vobis, & naturæ veſtræ viribus. Subdit: *Dei enim donum eſt*) *Non ex operibus*, id eſt, Non eſt datũ propter dignitatem veſtram, ſeu propter

Matth.1.
Ibidem, &
Gen.38.
Ruth.4.
2.Reg.12.
Ioan.8.
Infrà 15.
Infrà 16.
Gen.2.
1.Cor.15.
Ioan.3.
1.Cor.8. &
Ephes.4.
B.Ambroſ.in c.8.prio. ad Cor. ſub init. to.5. à med.
Infideles licèt ex Deo ſint, non tamen in Deo, niſi fideles tantummodò, ſecundũ Ambroſium.
Ioan.3.
Matt.1.
Ioan.1.
1.Ioan.3.
Ephes.2.

operum veſtrorũ merita. Et ita Ex, ſignificat cauſam meritoriam. Sicut alibi explicat Apoſtolus: *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos:* &, *Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad Deum.* Ibi verò, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*, originem denotat. Ita Chriſtus dicitur Leo de tribu Iuda: vox de nube, vel cœlis deſcendere, quia ibi nata, & formata eſt. Ita etiam dicitur: *Annunciate de die in diem ſalutare eius: Ibunt de virtute in virtutem:* & Paulus: *Ex fide in fidem*, &, *Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus:* &, *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis: de filiabus Aaron, de vice Abia.* Et licet ita ſe habeant præpoſitiones Ex, & De, differunt tamen inter ſe apud Latinos (quia apud Græcos ſemper eſt eadem vox ἐξ) Non enim idem eſt, ſi dixero: De Deo loquitur: vel ex Deo loquitur, vel, Teſtimonium perhibet de lumine, vel, Teſtatur ex lumine. Primum enim eſt de Deo ſermonem facere, & de luce ipſa teſtimonium ferre: ſecundum eſt, Deo inſpirante, vel mouente loqui, vel teſtificari de aliquo impulſu ſuperioris luminis. Vnde Auguſtinus lib. de Natura Boni contra Manichæos ſcripſit in hunc modũ: *Deus de ſe non fecit quæ condidit, ſed de his quæ omninò non erant. Sunt quidem omnia ex Deo, ſed non de Deo, dicente Scriptura: Ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Quod dicit, Ex ipſo, non ex hoc ſignificat, quod de ipſo. Ex ipſo cælum, & terra, quia & ipſe fecit illa, non autem de ipſo, quia non ſunt de ſubſtantia ſua. Quemadmodum ſi gignat filium, & faciat domum, dicimus filium ex ipſo eſſe, & domum ex ipſo eſſe: ſed filium de ipſo, domum autem non de ipſo, ſed de terra & ligno.* Sic ille, inſinuans præpoſitionem Ex, generaliter indicare quodcunque principium, à quo aliquid eſt, ſiue de conſortio ſubſtantiæ ſuæ ſit, ſiue de ſubſtantia alterius. De autem, principium indicat, à quo aliquid particeps ſubſtantiæ eius oritur. Ita Filius Dei dicitur de Deo Patre, & ex Deo Patre: vnde illud: *Ex vtero ante Luciferum genui te:* &, *Deum verum de Deo vero.* Amplior ergo, & communior eſt præpoſitio Ex, quàm De. Sed hæc differentia non omninò, & ſemper in Scripturis obſeruatur, quia ſcriptum eſt: *Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Et in Symbolo Apoſtolorum. *Qui conceptus eſt ex Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine*, & in Niceno, *Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine.* Non enim de Spiritu ſancto eſt conceptus, & incarnatus, vt poſſit dici filius Spiritus ſancti, vel Spiritus ſanctus Pater Chriſti: ſed de Spiritu ſancto vt autore, & artifice, non parente. Ac quod dicitur ex Maria Virgine conceptus, &

Tit.3.
Rom.5.
Gen.12.
Apoc.5.
Matth.17.
Suprà 3.
Pſal.95.
Pſal.83.
Rom.1.
Ioan.20.
Luc.15.
Suprà 1.
Ibid.
Præpoſitiones ex, & de, apud Latinos quid differant.
Ioan.1.
B.Aug. lib. De natu. Boni c.26. to.6.
Contra Manichæos.
Rom.11.
Gen.1.
Illud Apoſtoli: ex ipſo ſũt omnia, quomodo accipiendum.
Simile.
Pſal.109.
Eccle.24.
Symb. Nic.
Matth.1.
Symb. Apoſt.
Symb. Nic.
Qua ratione Chriſtus dicatur de Spiritu ſancto conceptus, & incarnatus.

natus,

natus, intellige, de eius ſubſtantia genitus & in lucem effuſus, vt Mariæ ſit filius, & ipſa Chriſti genitrix, & Deipara. Quare illa, quæ dicuntur in Symbolis dictis, ſi proprietas præpoſitionum illarum ab Auguſtino aſsignata obſeruanda eſſet, dicendum eſſet oppoſito modo: Qui conceptus eſt ex Spiritu ſancto, natus de Maria Virgine: Et, Incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, natus de Maria Virgine. Sicut dicitur Matth. 1. *De qua (ſcilicet Maria) natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.*

Maria Virgo cur vera ſit mater Chriſti.

Auguſt. ſuprà prolatus.

Matth. 1.

Aduertendum eſt præterea, ſæpiſsimè De, non reſpondere præpoſitioni ἐξ Græcæ, ſed alteri, nempè περὶ, quæ regit caſum Genitiuum; cui aliquando poſtponitur elegantiæ cauſa in vtraque lingua, licèt communiter præponatur. Nā inde dicitur Præpoſitio. Vnde Euripidis ſententia.

Eadem particulæ aliquādo poſtponuntur ornatus gratia. Præpoſitio vnde dicta.

Euripides.

Εἰ ἀδικεῖν τυραννίδος περὶ. Et Cicero ad Atticū. Nam id niſi graui de cauſa nō feciſſet. Hæc prępoſitio περὶ, nunquàm vertitur ἐξ, ſed De: & ſignificat ſubiectum, ſiue argumentum, quo de agitur. Vt, *Primùm quidem ſermonē feci de omnibus, περὶ πάντων.* Et infrà: *Loquens de regno Dei.* Et rurſus: *Oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda*: in quibus omnibus locis malè verteres: Feci ſermonem ex omnibus: loquens ex regno Dei: &, Quā prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid ex Iuda: quia Græcè eſt, περὶ. Ita Ioan. 5. *De me enim ſcripſit ille*: & cap. 16. *Arguet Spiritus ſanctus mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio*: &, *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me.* Ita Latinè loquimur: Liber Ciceronis de Oratore: de Amicitia, de Senectute: &, liber Platonis de Iuſto, de recta nominum ratione, de Animæ immortalitate. Interdū tamen περὶ, id eſt De, valet idem quod, Pro, vt ibi, *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis*, id eſt pro vobis. Ea enim eſt vis illius præpoſitionis Grǽcæ interdum. Quod dicitur: Da nobis auxilium de tribulatione: Hebrǽa habent in tribulatione, hoc eſt in tēpore, vel loco tribulationis, iuxta id: *Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* LXX. dixerunt, *Ex tribulatione*, & noſter interpres, De tribulatione, id eſt pro ea vitanda, aut ſuperāda. Illud quoq; : *Laudate Dominum de Cœlis: Laudate eum in excelſis*: prorſus ſignificatur vtraq; prępoſitione De, & In, id eſt, creaturæ cœleſtes, & in excelſis habitantes laudate Dominum: & mox illas exprimit, Angeli, Virtutes, Sol, Luna, Stellæ: quemadmodum vbi dixit, *Laudate Dominū de terra*, mox declarat creaturas terreſtres.

Cic. lib. 7. ad Attic.

περὶ Græcis quid ſignificat.

Act. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Pſal. 108.

Ioan. 5.

Infrà 16.

Luc. vlt.

Ioan. 16.

Eccl. 59.

Pſal. 45.

Pſal. 148.

Sequitur præpoſitio In cum Ablatiuo, quæ Grǽcè ἐν vocatur, & Hebraicè per literam ב ſeruilem in principio dictionis denotatur: hæc multiformes vires, & ſignificationes habet. Nam perſpice, obſecro, bone lector, Apoſtolum in 1. cap. ad Epheſ. quā varia tribuat illi: *Benedixit nos*, Inquit, *in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum, in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, In laudem gloriæ gratiæ ſuæ, In qua gratificauit nos in dilecto Filio ſuo; In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia.* Ecce plus duodecies repetitam præpoſitionem In, Græcè verò ſepties ἐν cum Ablatiuo, & quater εἰς cum Accuſatiuo: εἰς υἱοθεσίαν, εἰς αὐτόν, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος, εἰς ἡμᾶς: id eſt, in adoptionem filiorum, in ipſum, vel in ſe ipſum, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ in nobis, vel erga nos. *Benedixit*, inquit, *in omni benedictione.* Vbi In ſuperfluit more Hebræo, cùm adhæſiuum verborum: ſicut & illic abundat, *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis*: quia ſine illa præpoſitione etiā conſtabit oratio. Addit, *in Cœleſtibus*, ad differentiam legis, quæ benedictiones terrenas, & temporales præſtabat: at Chriſtus in cœleſtib⁹ regnis, ſiue locis, ſiue in Regno Cœlorum, de quo infrà, *Et conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus.* Et rurſus cap. 2. *Conſidere fecit in cœleſtibus*: quia vocationis cœleſtis participes facti, guſtabimus donum cœleſte: &, *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*: iubemurque, *Quæ ſurſum ſunt quærere, & quæ ſurſum ſunt, ſapere*: ſubdit, *In Chriſto.* Id eſt, per Chriſtum. *Sicut elegit nos in ipſo*, ſiue per ipſum, vel eius merita præuiſa à Deo, & acceptata. *Vt eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu eius*: Græcè κατενώπιον αὐτοῦ, id eſt coram ipſo. Sequitur, *In charitate*, id eſt, per charitatem, & nō per ſolam Fidem, charitas enim ſola nos reddit Sanctos, & tales, quales nec Momus audeat reprehendere. Et ſicut actu benedixit, ita olim elegit per Chriſtum ratione temporalis effectus, quē Deus dare ſtatuit nobis propter ipſum, & merita eius in oculis Dei poſita: qui effectus, eſt ſegregare nos à maſſa perditionis, & transferre nos in Regnum Filij dilectionis ſuæ: quem effectum nonniſi remiſſione peccatorum, & gratia eius, ſiue charitate Dei obtinemus. At dare nobis Chriſtum, & eius merita, nonniſi Diuinæ voluntatis placitum præſtitit, vt infrà ait.

In cum Ablatiuo. ἐν ב

Epheſ. 1.

In præpoſitio Hebræis quando ſuperflua.

Pſal. 20.

Legis veteris & nouæ diſcrimen.

Epheſ. c. 2.

Conſidere in cœleſtibus quid ſecundum Apoſtolum.

Heb. 6.

Philip. 3.

Coloſſ. 3.

Charitas ſola Sanctos nos reddit, & irreprehēſos.

Quomodo nos à Deo Patre ſimus electi per Chriſtum.

Sequi-

Eadem Diuina electio quid efficiat, & præſtet in nobis.

Cui prædeſtinati fideles à Deo.

Dal. 4. *Rom 8.* *Infrà 3.*

Sequitur: *Qui prædeſtinauit nos.* Ad hoc, vt adoptionem filiorum Dei conſequamur, ad ſeipſum, & ad gloriam ſuam illuſtrandam, & laudibus celebrādam gratiam eius, per quam ſumus grati Deo redditi per dilectum Filium. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorū) ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit erga nos* (Græcè enim quater dicitur, εἰς ἡμᾶς:) *in omni ſapientia, & prudentia,* id eſt, per omnem ſapientiam, & prudentiam.

Eadem præpoſitio quā variè in Scripturis capi conſueuerit.

Ariſt. tom. 2.

In igitur, ſiue ἐν, multipliciter accipitur, & apud Philoſophos, & apud ſacros, & Canonicos ſcriptores. Nam Ariſtoteles libr. 4. Phyſicor. tradit octo modos, quibus aliquid dicitur eſſe in altero: aut ſicut pars in toto, aut ſicut vnum aliquid eſt in multitudine, aut ſicut accidens in ſubiecto, aut forma in materia, aut ſicut in loco, vel in tempore, &c.

Quot modis in altero quid ſit ſecundùm Philoſophū.

Ioan. 14.

Præter quos omnes vulgares, & tritos, in Sacris literis eſt mirabilis quidam ineſſendi modus, de quo Chriſtus: *Ego in Patre, & Pater in me eſt,* videlicet propter naturę eiuſdem identitatem, & vnitatem. Non enim aliud ſignificatur per hoc, quòd Filius eſt in Patre, & Pater in Filio, & vterq; in Spiritu ſancto, & Spiritus ſanctus in vtroque, quàm quod illæ tres Perſonæ inter ſe quidem diſcretæ, ac diſtinctæ ſint, tamen ſibi inuicem conſubſtantiales: quia in vna, & eadem numero ſubſtantia, & natura Diuinitatis ſubſiſtunt. Et iſte ſingularis ineſſendi modus ob ſui celſitudinem, exemplum in creaturis vllum non habet, ac proinde nulli Philoſopho, aut ſapienti cognitus vnquàm fuit.

Ephеſ. 1. *Ibid.* *Ibid.* *Heb. 1.* *Coloſſ. 1.* *Ioan. 1.* *Heb. 2.* *Gen. 22. & ſæpè aliàs.* *Pſal. 70.* *1. Cor. 6.* *Iaco. 1.* *Pſal. 88.* *Deut. 10.* *Pſal. 62.*

In deindè accipi cōſueuit more Hebręo pro cauſa aut prima, aut media, ſiue ſecunda aliquid coefficiente, ſiue cooperante. Ita dicitur: *Benedixit nos in Chriſto: Elegit nos in ipſo: In qua* (ſcilicet gratia) *gratificauit nos in dilecto.* Et, *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio:* id eſt, per Chriſtum, per ipſum, per dilectū, locutus eſt olim per Prophetas, nouiſſimè per Filium. In ipſo condita ſunt vniuerſa, id eſt per ipſum. Sicut Ioan. 1. dicitur: *Omnia per ipſum facta ſunt: Per quem fecit & ſecula.* Ita: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ,* id eſt per ſemen tuum. Et: *Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi, & Aaron,* id eſt per manum eorum. Apoſtolus, *Si in vobis* (id eſt, per vos) *iudicabitur mundus.* Et Iacobus, *Hic beatus in facto ſuo erit,* id eſt per factum ſuum. Dauid, *Semel iuraui in Sancto meo,* id eſt per ſanctitatem meam, quia nulla maior, Et, *iurabis in nomine Domini: Laudabuntur omnes, qui iurant in eo,* id eſt, per eū, ſiue per eius nomen. Et Chriſtus Matth. 5. *Ego autem dico vobis non iurare omninò, neque per cælum: quia thronus Dei eſt: neq; per terram, &c. neque per Hieroſolymam, &c. neq; per caput tuum iuraueris.* Vbi omnia hæc Græcè habentur, in Cœlo, in terra, in capite iuxta phraſim Hebræam, vbi In accipitur per Per: quamuis per Hieroſolymam alia præpoſitione expreſſit, εἰς Ἱεροσόλυμα, vbi etiam εἰς capitur loco ἐν. Tamen c. 23. ſeruauit interpres phraſim Hebraicā, cùm dixit: *Væ vobis duces cæci, qui dicitis. Quicunq; iurauit per templum, nihil eſt, qui autem iurauerit in auro Templi, debitor eſt.* Et infrà: *Quicunque iurauerit in domo quod eſt ſuper illud, debet.* Vbi quater Gręca habēt, in Templo, in auro Templi, in Altari, in dono, quod eſt ſuper altare. Expende etiam Iacobum cap. 5. ſuæ epiſtolæ aliam formam vſurpaſſe iurandi, ait enim, *Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neque Cœlum, neque terram, neque aliud quodcunque iuramentum,* abſtinens à præpoſitione, vel per, vel in, in Græca litera. Et 1. Theſſ. 4. *Rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu,* hoc eſt per Dominum Ieſum: ſicut in Litanijs precamur, *Per aduentum tuum; Per natiuitatem tuam.* Et Matth. 12. *Si ego in Beelzebub eijcio dæmones:* Et cap. ſuperiori, *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me,* hoc eſt per me.

Match. 5. *Infrà 23.* *Ibid.* *Iacob. vlt.* *1. Theſſ. 4.* *Matth. 12.* *Suprà 11.*

In nomine Ieſu aliquid facere, & in gloriam Dei quid inter ſe differant.

Illud etiam: In nomine Ieſu facere, vel orare, vel dæmonia eijcere, vel prophetare, vel ſigna edere, plus eſt quàm in gloriam Dei facere: quia hoc eſt ita operari, vt inde glorificetur Deus, vel Ieſus. At in nomine Ieſu facere, cauſam efficiētem denotat, ex cuius virtute, vel poteſtate per Fidem inuocata eijciebantur dæmonia, peccata remittebantur, ſanitates conferebantur, & poſtulata in oratione impetrabātur. Et ita profitemur, Ieſum omnis boni quod facimus, autorem eſſe. Quare cùm ad Coloſſ. 3. dixiſſet Apoſtolus, *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti* (ſcilicet facite) cōtinuò ſubiecit, *Gratias agentes Deo, & Patri per ipſum:* Inſinuans non nos ipſos ex nobis, ſed alium eſſe bonorum quæ facimus, autorem, cui & gratię ſunt propterea agendæ. Vt ergo Chriſtus dicitur in nomine Patris, vel Domini veniſſe, quia omnia bona ſua, & opera, & doctrinam, & ſigna, vel legatus retulit ad Patrem mittentem: ita nos omnia noſtra referamus ad Filium eius Ieſum Chriſtum. Vnde Act. 4. Iudæi denuntiauerunt Apoſtolis, ne omninò docerent, aut loquerentur in nomine Ieſu: id eſt, in virtute eius, tribuentes illi omnia quæ docebant, & operabantur tanquàm eius legati, qui pro eo

Coloſſ. 3. *2. Cor. 3.* *Ioan 5.*

Quid ſit, Chriſtum veniſſe in nomine Patris ſui, vt ipſe dixit.

Suprà 14. & ſæpè aliàs.

In quem bona quæ facimus, referre debeamus.

Act 4.

Loqui in nomine Ieſu, quid.

legatione Apoſtolica fungebantur. Et quia
1.Cor.5. dictum eſt, *Si quid petieritis Patrem in nomine*
meo, dabit vobis, id eſt per nomen meum. Id-
circo Eccleſia omnes Orationes termina-
Ioan.16. re ſolet illa clauſula : *Per Dominum noſtrum*
Ieſum Chriſtum.

Tertio *In*, capitur pro, *Inter*. Vt illud Ro-
Rom.1. man 1. *In quibus eſtis & vos* : pro, Inter quos,
Exod.25. Et, *Habitabo in medio eorum*, id eſt inter eos.
Ezech.43. Et Lucas in Actis: *Primos in fratribus*, pro in-
& alibi. ter fratres. Et Dauid, *Moyſes & Aaron in Sa-*
Act.15. *cerdotibus eius*, id eſt inter Sacerdotes, vt in-
Pſal.98. dicant verba ſequentia : *Et Samuel inter eos*
Ezech.36. *qui inuocant nomen eius: Non propter vos ego fa-*
ciam, domus Iſrael, ſed propter nomen meũ, quod
polluiſtis in gentibus, id eſt inter gentes. Et Lu
cas: *Quæ in nobis*, inquit, *completa ſunt rerum*,
id eſt inter nos.

Quarto loco, *In*, capitur pro præpoſitio-
Act.7. ne *Cum*: quæ ſocietatem indicat. Vt Act.7.
Gen.45. & 46. *Mittens Ioſeph, accerſiuit Iacob, &c. in anima-*
bus ſeptuaginta, pro, cum animabus ſeptua-
Iſa.7. ginta. Et Iſai.7. *Sagittis, & arcu egredietur il-*
luc, quæ iuxta Hebræum idioma vim habet
Præpoſitionis *Cum*, id eſt, Ingredietur illic
Ibid. cum ſagittis, & arcu. Sicut paulò antè dixe-
rat in eodem cap. *In die illa radet Dominus in*
nouacula conducta in his qui trans flumen ſunt.
Et in vtroq; loco eſt litera in Beth in prin-
Pſal.65. cipio. Et illud, *Introibo in domum tuam in ho-*
Pſal.59. *locauſtis*, id eſt cum holocauſtis. Rurſus, *Nõ*
Gen.32. *egredieris Deus in* (pro, cum) *virtutibus noſtris?*
Pſal.88. Alibi, *In baculo meo tranſiui Iordanem*; Et, *Vi-*
1.Reg.7. *ſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberi-*
1.Cor.4. *bus peccata eorum*. Apoſtolus, *Quid vultis? in*
Hierem.4. *virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu*
Quomodo iurandum teſte Propheta. *manſuetudinis?* Hierem. etiam 4. dicitur: *Iu-*
rabis, Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, &
Exod.15. *in iuſtitia*: id eſt cum illis tribus. Moſes quo-
que io ſuo Cantico ait : *Ingreſſus eſt enim e-*
ques, Pharao cum curribus, & equitibus eius in
mare, vbi Hebræa habent, *In curribus, & e-*
Exod.3. *quitibus*. Et Exod.3. *Non dimittet vos Rex Ae-*
gypti, vt eatis, niſi per manum validam: Hebræa
habet: *In manu valida*. LXXII. interpretes,
μετὰ χειρὸς κραταιᾶς, hoc eſt, cũ manu valida.
Mar.9. His proxima ſunt: *Hoc genus* (*dæmoniorum*) *in*
nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio, id
eſt, cum oratione, vel per orationem, & ie-
Matt.17. iunium, vt apud Matthæum vertit inter-
Infrà 25. pres, vel ſuperfluit *In*. Et Matth.25. *Abijt qui*
quinq; talenta acceperat, & operatus eſt in eis,
Infrà 26. id eſt, per ea, vel cum eis, cap.26. *Omnes qui*
acceperint gladium gladio peribunt: Græca ha-
Deut.22. bent ἐν μαχαίρᾳ, & vel abundat, vel cum gla-
Pſal.104. dio exponendum. Item illud, *Non arabis*
Exod.12. *in boue ſimul, & aſino*. Similiter id Pſalmi : *E-*
B. Baſil. lib. de Spir. ſan. ad Amphiloc. *duxit eos cum argento & auro*, in Hebræis, &
Græcis eſt, *in argẽto & auro*: Vt notauit Ba-
ſilius, & ibidem Auguſtinus obſeruauit po c.25. initio,
ni pro *Cum*. Adde quod Matthæus Hebrai- to.1. ſub fin.
ca lingua ſcribens Euangelium, ca.22. ſcri- Aug. in Pſal.
pſit: *Diliges Dominum Deum in toto corde tuo* 104. à med.
(etiam ſi Latinus interpres vertit, ex toto tom.8.
corde) *In tota anima tua, in tota mente tua* : Ἐν Matt.22.
ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, ἐν ὅλῃ ψυχῇ σου, ἐν ὅλῃ διανοίᾳ Deut.6.
σου. Secutus enim eſt textũ Hebræum Mo-
ſis, qui Deute.6. habet בכל *In omni*, & Chal-
dæum etiam paraphraſten. Et eſt ſenſus, ac-
cipiendo *In* pro particula *Cum* toto corde,
cum tota anima, & cum tota mente, etiam
ſi rectè intelligatur vertendo, *Diliges Domi-*
num Deum tuum toto corde tuo, tota anima tua, Mar.12.
& tota mente. At verò Marcus cap.12. & Lu- Luc.10.
cas cap.10. qui ſcripſerunt Græcè, & imitati
ſunt LXX. interpretes, dixerunt : *Ex toto*
corde, ex tota anima, & ex tota mente, & inter-
pretati ſunt præpoſitionem *In*, per alteram
Ex. Et idem ſenſus ex vtraque præpoſitio-
ne colligitur, qui etiam colligeretur, ſi ſu-
perflueret præpoſitio *In*, more Hebræo.
Beth enim, ſiue *In*, apud Hebræos inter- Beth Hebræis quid ſignificet.
dum ſignificat cauſam materialem *De*, vel
Ex: vt Exod.38. *Fecit mare in ſpeculis mulie-* Exod.38.
rum, pro, ex ſpeculis, vel de ſpeculis, vt ver-
tit Hieronymus. Et Exod.35. *Impleuit Do-* Suprà 33.
minus Beſeleel Spiritu Dei, ſapientia, & intelli-
gentia, &c. ad excogitandum, & faciendum o- Pſal.59.
pus in auro, & argento, & ære, & ferro: hoc eſt, In Deo facere virtutem quid, iuxta Prophetam.
ex auro, argento, & ære, & ferro. Simile
prætereà eſt illud: *In Deo faciemus virtutem,*
&c. quod nihil eſt aliud, quàm, cum adiu-
tore Deo eos qui nos tribulant, ſuperabi-
mus. Quod conſonum eſt illis verbis: *In te*
inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomi- Pſal.43.
ne tuo ſpernemus inſurgentes in nos. Habẽt ve-
rò Græca, & Hebræa pro, *Ventilabimus cor-*
nu, vnũ tantùm verbum κερατιοῦμεν, & ננגח.
Et ita cornu eſt Ablatiui caſus. Conſentit
etiam cum dicto Apoſtolico: *Omnia poſſum* Philip. vlt.
in eo qui me confortat, id eſt per eum, ſiue po Omnia nos
tiùs cum eo; qui in omni opere bono præ- cur poſſimus in Chriſto.
cipuas partes habet, ita vt dicere poſsimus:
Mitte ſapientiam de Cœlis Sanctis tuis, & à ſede Sap.9.
magnitudinis tuæ, vt nobiſcum ſit, & nobiſcum
laboret. Non diſsimile eſt : *Si ambulauero in*
medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam Pſal.22.
tu mecum es. Eodem modo accipe verbum
Apoſtoli: *Cui reſiſtite fortes in Fide*: id eſt for 1.Pet.5.
tes Fide, vel cum Fide; quia ad Rom.11. di- Rom.11.
cimur ſtare Fide. Sanè Baſilius lib. de Spiri- B. Baſil. li. de
tu ſancto ad Amphiloch. Ex verbis Apo- Spi. ſan. c.28.
ſtolicis idem docet eſſe *In*, & *Cum*. Ait e- to.1. iuxta fin.
nim Paulus : *Ego quidem abſens corpore, præſens* 1.Cor.5.
autem ſpiritu iam indicaui vt præſens, eum qui
ſic operatus eſt, In nomine Domini noſtri Ieſu In nomine
Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum vir- Domini Ieſu, & cum
tute Domini Ieſu, tradere huiuſmodi hominem virtute illius

congregat, idem apud Paulum.

uatana. Quod ergo prius dixit, *In nomine.*
poſteà explicuit, dicendo, cum virtute; vt
& hinc elicias idem eſſe nomen Domini, &
virtutẽ Domini. Quintò *In*, accipitur pro,
Ephеſ.5. *De*: vt ibi, *Ego autem dico in Chriſto, & in Ec-*
cleſia, hoc eſt de Chriſto, & Eccleſia. Et ali-
Gal.5. bi, *Ego confido in vobis.* Rurſus, *An neſcitis in*
Rom.11. *Helia* (id eſt, de Helia) *quid dicit Scriptura?* Si-
1.Cor.16. milia ſunt: *Gaudeo in præſentia Stephanæ, &*
Fortunati, & Achaici, id eſt, præſentia: *Ita vt*
in ipſo (id eſt de ipſo) *prout oportet me loqui:*
Ephеſ.6. *Formam habe ſanorum verborum quæ audiſti in*
2.Tim.1. *Fide, & in dilectione*, id eſt de Fide in Deum,
Philip.3. & dilectione in proximum: *Secundum iuſti-*
tiam quæ in lege eſt (id eſt ex lege, vel de lege
venit) *conuerſatus ſine querela.* Sextò; ſignifi-
Matth.3. cat idem quod poſt: vt illic, *In diebus illis ve-*
nit Ioannes Baptiſta, id eſt, poſt illos dies: &,
Infrà 13. *In illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus ma-*
re, id eſt poſt illum diem. Septimò, capitur
Ioan.1. pro à, vel ab: Vt, *In principio erat Verbũ*, quod
1.Ioan.1. alibi explicat Ioannes; *Quod fuit ab initio*; &.
Eccl.24. *Ab initio, & ante ſecula creata ſum*; & Paulus,
2.Cor.7. *Sed etiam in conſolatione qua conſolatus eſt in*
vobis, hoc eſt à vobis.

Octauò, *In* accipitur pro propter, iuxta
Ephеſ.4. idioma Hebræum: vt in his locis: *Donantes*
inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis
Ibid. id eſt, propter Chriſtum: *Et ſuperius dici-*
tur, Ego vinctus in Domino, hoc eſt, propter
Rom.16. Dominum: *Commendo vobis Phœben ſoro-*
rem noſtram, &cæt. *vt eam ſuſcipiatis in Domi-*
no dignè ſanctis: Omnia per ipſum, & in ipſo crea-
Coloſſ.1. *ta ſunt*, id eſt, propter ipſum: *In hoc labora-*
5.Tim.4. *mus, & maledicimur* (id eſt, propter hoc)
1.Cor.15. *quia ſperamus in Deum viuum: ſcientes quod la-*
2.Cor.7. *bor veſter non eſt inanis in Domino: Non ſo-*
lum in aduentu Titi (id eſt, propter aduẽtum
Titi) *ſed etiam in cõſolatione.* Ita accipe illud,
Matth.11. *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt
Infrà 26. propter me: &, *Omnes vos ſcandalum patiemi-*
Ibidem. *ni in me.* Et Petrus, *Etſi omnes ſcandalizati*
fuerint in te, & reliq.

Nonò *In*, more Scripturæ ſæpè abundat,
& perinde eſt, ac ſi ſuperflueret: quod du-
pliciter contingit, vel cùm eſt adhæſiuum
nominibus quæ reguntur à verbis, vel cùm
habet inſtrumentalem ſignificationem.
Luc.vlt. Exempla prioris ſunt illa: *O ſtulti, & tardi*
corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt
Pſal.18. *Prophetæ*, &. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.*
in eis: pro, Soli poſuit tabernaculum in Cœ-
lo, in quo ſtaret. Eiuſdem generis illud eſt:
Et crediderunt in verbis eius: quæ verba expli-
cans Auguſtinus ait: *Minus Latina videtur lo-*
Pſal.105. *cutio, quia non ait, verbis eius, vel in verba eius,*
D.Aug.10.8. *ſed in verbis eius; tamen Scripturis vſitatiſſima.*
Sic ille. Exempla verò ſecundi (quando ſci-
licet habet ſe in loco inſtrumenti) innume-

ra ſunt: Vt, *Benedixit nos in omni benedictione* Ephеſ.1.
ſpirituali; Et illud, *Domine ſi percutimus in gla-* Luc.22.
dio? Et Iudic.1. *Ceperunt ciuitatem, & percuſ-* Iudic.1.
ſerunt in ore gladij, (pro, acie gladij) *traden-*
tes cunctam incendio ciuitatem. Vbi LXX. ha-
bent: *Combuſſerunt eam in igni.* Et Apoſto-
lus; *Hoc vobis dicimus in verbo Domini*, &, *Con-* 1.Theſſ.5.
ſolamini inuicem in verbis iſtis. Et Dauid, *In* Ibidem.
verbis meis pronuntiant: In ſecuri, & aſcia deie- Pſal.103.
cerunt eum: Confitemini Domino in Cithara, in Pſal.75.
Pſalterio decem chordarum pſallite illi: Laudate Pſal.32.
eum in ſono tubæ; laudate eum in Pſalterio, & Pſal.150.
Cithara. Laudate eum in chordis, & organo: Qui Ibid.
replet in bonis deſiderium tuum: In toto corde
meo exquiſiuite: In toto corde meo ſcrutabor Pſal.102.
mandata tua: In quo iudicio iudicaueritis, iudi- Pſal.118.
cabimini: & in qua menſura menſi fueritis, re- Ibidem.
metietur vobis. In his enim, & ſimilibus *In*, Matth.7.
abundat, ſicut & ibi: *Quoniam ipſe Dominus in* Ibidem.
iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei de- 1.Theſſ.4.
ſcendet de Cœlo. Et rurſus, *Non in ſolo pane vi-* Matt.4.
uit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore
Dei. Decimò, more etiam Hebræo accipi- Deut.8.
tur, *In*, pro ante, vt Geneſis 2. *Compleuitq́;*
Deus in die ſeptimo opus ſuum, id eſt, ante diem
ſeptimum, vt refert Rabbi Kimhi ex alio
antiquiori Rabbino, & ita conſentit hæc
explicatio cum lectione 70. qui habent In
die ſexto. Ita etiam Exod.12. *In primo die nõ*
erit fermentum in domibus veſtris, hoc eſt, pro-
pè diem Sabbati, ſiue inſtante primo die A-
zymorum. Hoc & Matth. etiam primo ca-
pite confirmatur, *Ioſias autem genuit Iecho-*
niam, & fratres eius in tranſmigratione Babylo-
nis, id eſt ante illam, ſiue illà inſtante & ap-
propinquante.

Eſt etiam, *In* cum Accuſandi caſu, quæ In cum Accuſatiuo εἰς.
Græcis dicta eſt εἰς præpoſitio, quæ pro-
priè motum ad locum potiùs, quàm locum
ſignificat, & tamen interdum pro præpo-
ſitione ἐν, quæ locum tantum ſignificat, v-
ſurpatur. Exempla ſunt plurima: Marc.2. Mar.2.
dicitur: *Auditum eſt quòd in domo eſſet*: Græ-
cè, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. & Luc.7. *Vade in pacem*, Luc.7.
Πορεύου εἰς εἰρήνην. Et ca.9. *Permitte mihi primũ* Infrà 9.
renunciare his qui domi ſunt: τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.
Simile eſt illud: *Et veniens habitauit in ciuita-* Matt.2.
te, quæ vocatur Nazareth. Vbi Græca habent:
καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲθ
αὐτὴ, ἐν πόλει, niſi ad vrbem, ſignificet con-
iuncta vrbi, vt extrà, non intra habitauerit.
Proximum eſt illud Marc. primo. *Baptiza-* Mar.1.
tus eſt à Ioanne in Iordanem: ita Græca habent
εἰς τὸν Ἰορδάνην. Simile eſt & id Act.2. vbi ha- Act.2.
betur, quòd nec derelicta eſt anima eius in Pſal.15.
inferno: Græca habent ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ
ψυχὴ εἰς ᾅδου, & ſupplendum eſt nomen οἶ-
κον, vt moris eſt. Tale eſt quod dicitur Ge-
neſ.2. & Mart 10. *Erunt duo in carnem vnam*,

εἰς μίαν σάρκα, pro, in vna carne, vt exprimit Dominus: *Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro.* Et ita Accuſatiuus ponitur pro Ablatiuo, vt ibi: *Epheſ. 5.* *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*: vbi Græca Accuſandi caſum habent, εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Petrus etiam Act. 2. de deſcenſu Chriſti ad inferos, ait: ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, pro ἐν ᾅδῃ. *Ioan. 16.* Ioan. 16. habetur: *Iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundū*: ita dicitur Græcè, εἰς τὸν κόσμον, pro eo quod eſt, ἐν τῷ κόσμῳ. *Matth. vlt.* Similiter dicitur Matth. 28. *Baptizātes eos in nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Ita enim Greca habēt, vt Ioan. 1. *Ioan. 1.* & *Credere* εἰς τὸ ὄνομα, pro ἐν τῷ ὀνόματι. *Infrà 2.* Eadem phraſis bonis etiam claſſicis autoribus Latinis ignota non fuit: vnde Cicero pro P. Quintio. *Itaq; ex eo tempore res eſſe in vadimonium cœpit.* Et in Diuinatione: *Clariſſimi viri pulchrum ducebant ab hoſpitibus clientibuſq; ſuis ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Romani ditionemq; eſſent, in iurias propulſare*: & Cæſar lib. 1. de bello Ciuili, ait, *Regiones Græciæ in poteſtatem habere.* Lege Gellium lib. 2. cap. 7. qui negat eſſe ſolœciſmū, & citat ex Plauto in Amphitrione, *Numero in mentem fuit.* Et hactenùs de præpoſitione *In*, quæ propriè tempori & loco accommodatur, & motum ad locum complectitur.

Ad, & In. cū Accuſatiuo. εἰς, & πρὸς. *Ad*, & *In*, præpoſitiones cum Accuſandi caſu, quæ Grecè εἰς, & πρὸς, interdū ſumuntur pro præpoſitione περὶ, quæ apud Græcos regit Genitiuum, & Latinè dicitur de; quæ iungitur cum Accuſandi caſu. Exempla ſunt: *Luc. 19.* *Ait Ieſus ad eum, Quia hodie ſalus domui huic facta eſt*: ad eum ait, id eſt de eo, nō enim ad illum dirigitur ſermo, ſed ad circunſtantes. *Rom. 10. Iſa. 65.* Et Apoſtolus; *Ad Iſrael autem dicit* (pro, de Iſraele autem dicit) *Tota die expandi manus meas*, vel, Aduerſus Iſrael. Illic quoq;: *Act. 2.* *Dauid enim dicit in eum*: Græcè εἰς αὐτὸν, pro eo quod eſt, περὶ αὐτοῦ, id eſt, de eo, vel de ipſo. *Heb. 1. Ibid.* Et ibi: &, *Ad Angelos quidē dicit.* Vbi Greca habent: Καὶ πρὸς μὲν τοὺς Ἀγγέλους λέγει, non enim eo loco Propheta alloquitur Angelos. *Haymo.* Quare Haymo in eum locum rectè ſcripſit: *Quod dicit, & Ad Angelos quidem Deus Pater, vel Scriptura diuina, tale eſt ac ſi diceret de Angelis. Ad ponens pro De: non enim ſeruat Apoſtolus ordinem, ſiue ſenſum præpoſitionum.* *Infrà 5.* Similiter illud quod ſequitur: *Ad Filiū autem*, pro eo quod eſt, de Filio autem. Item cùm dicitur: *Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum*, pro eo quod eſt de eo. Et rurſus: *Infrà 4.* *Omnia autem ſunt nuda, & aperta oculis eius, ad quem nobis ſermo*, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, id eſt, de quo nobis eſt ſermo: vbi πρὸς accipitur pro περὶ.

Et infrà: *In quo enim hæc dicūtur*: Græcè ἐφ᾽ ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα. *Infrà 7.* *In quē enim hæc dicuntur*, id eſt, Ille enim, de quo hęc dicūtur. Et illud, *Mar. 9.* *Quomodo ſcriptū eſt in Filium hominis*, id eſt, de Filio hominis. Non dubito aliter quoſdam interpretari has præpoſitiones, ſed mihi hoc videtur ſimplicius. Sumitur etiam Ad, pro præpoſitione Erga: vt eo in loco, *Gal. 6.* *Operemur bonum ad omnes*, maximè autem ad domeſticos Fidei: bis expone, erga. Et alibi: *2. Cor. 1.* *In gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo, abundantiùs autem ad vos*, id eſt erga vos.

Apud, Πρὸς, παρὰ. Apud, quæ Græcè Πρὸς, & Παρὰ, propriè cōſortium rei cum altera ſignificat: Vt, *Ioan. 1.* *Verbum erat apud Deum.* Aliquando verò apud Latinum interpretem accipienda eſt pro à, vel ab: vt apud Dauidem, *Apud Dominum greſſus hominis dirigetur*, pro, à Domino, vt ſæpè interpretatur Auguſtin. *B. Auguſt. in Pſalmos, 108.* Similia ſunt: *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum*, id eſt, qui detrahunt operibus meis, *Pſal. 108.* quaſi non ſint à Domino profecta. Ita Hebræa, & Græca habent. Et alibi: *Subſtantia mea apud te eſt*: quæ tria verba poſtrema in Hebręo non habentur: quod etſi bonū habeat ſenſum: quia omnis expectatio iuſti eſſe debet in Dominum collocata, tamen quia Gręca habent, παρὰ σοῦ ἐστιν, ſignificat, à te eſt: quæ in Hebræo non habetur. Item, *Ibidem.* *Aduena ego ſum apud te, & peregrinus*: id eſt, A te ego ſum peregrinus, & ad te venire con- *Pſal. 21.* tendo. Ita alibi ait, *Apud te laus mea in Eccleſia magna*, id eſt, A te eſt quòd te laudibus celebrem. Hebræa enim habent, מֵאִתְּךָ Meittecha, hoc eſt, à te. Ita legit Tertullianus li. *Tertull. lib. 3. aduerſus Marc. haud procul à fine.* 3. Aduerſus Marcionem, & Græca παρὰ σοῦ. Cauſa autem huius rei eſt: quia etſi Græca, & Hebræa benè habeant, à te; Latinus tamē interpres, quia παρὰ cum Accuſatiuo ſignificat ad, vel apud, & cum Genitiuo ſignificat à, vel ab, vel ex, vnum pro altero caſum accepit; aut interpres legit in Textu Gręco Accuſandi, non Gignendi caſum. Sequuntur aliæ Præpoſitiones.

Ante præpoſit. *Ante*, ambigua dictio eſt Latinis, & poteſt ſignificare tempus: vt ibi; *Ioan. 8.* *Ante quam Abrahā fieret, ego ſum*: & præſentiam, ſiue coram, iuxta illud Poetæ:

Virgil. in Eclog. *Ante focum, ſi frigus erit.*

Et ita accipitur, cùm dicitur: *Pſal. 71.* *Ante Solem permanet nomen eius*, pro, coram Sole: vt in eo- *Ibid.* dem Pſalmo: *Permanebit cum Sole, & antè Lunam.* *Gen 3.* Ita collocauit Angelum ante paradi- *Pſal. 82.* ſum, id eſt, è regione paradiſi; & illud: *Sicut ſtipulam ante faciem venti.*

Poſt præpoſ. Præpoſitio *Poſt* appoſita diebus, non omninò eos excludit: vt ibi, *Matt. 27.* *Seductor ille adhuc viuens, dixit, Poſt tres dies reſurgam*; *Marc. 10.* & tamen ſurrexit in aurora diei tertiæ, niſi Iudæi

Luc.9.
verba Domini commutârunt. Luc.9. *Factum eſt poſt hæc verba ferè dies octo, & aſſumpſit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c.* Sed mitigauit dicendo ferè.
Ioan.20.
Et Ioan.20. *Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, &c. venit Ieſus ianuis clauſis*: nō erant tamen conſummati, & in octauo apparuit Dominus.
Hiere.2.
Eccle.18.
Ait etiam Hieremias; *Ambulauerunt poſt vanitatem*; & Sapiens, *Poſt concupiſcentias tuas non eas*, id eſt, in vanitatibus, ſiue in explendis tuis concupiſcentijs.

Dictio etiam *Contra*, ambigua eſt Latinis vox; nam accipitur pro eo quod eſt è regione, hoc eſt ἀπέναντι, ſiue κατενώπιον:
Matt.27.
Pſal.50.
Matth.21.
Gen.2.
Vt, *Erat ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes cōtra ſepulchrum*: *Peccatum meum contra me eſt ſemper*, id eſt, coram me; &, *Ite in caſtellum quod contra vos eſt.* Item illud; *Ipſe vadit contra Aſſyrios*: quale eſt:
Virgil.1. Aeneid. init.

Carthago, Italiam contra.

Et,

Idem lib.6. in princ.

Contra elata mari reſpondit Gnoſia tellus.

Pſal.49.
Matt.12.
Pſal.108.
Matth.1.
Pſal.90.
Pſal.123.
Aliquando verò ſignificat aduerſus, Græcè ἀντὶ, ſiue κατά: Vt, *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam*; &, *Qui non eſt mecum, contra me eſt.* Et Pſaltes, *Fiant contra Dominum ſemper*; Et, *Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur.*

Σύν, ſiue præpoſitio *Cum*, cum Ablatiuo ſignificat auxilium, opem, fauorem, adminiculum; & ita dicitur σὺν Θεῷ, id eſt, Deo iuuante, &, σὺν ταῖς μούσαις, id eſt, Muſis fauentibus, & opitulantibus: & Dauid in perſona Dei;
Pſal.19.
Cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum; Et, *Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, Niſi quia Dominus erat in nobis, &c.* Alibi; *In Deo* (ſiue cum Deo) *faciemus virtutem.*
Qua voce Dominus Prophetas & Apoſtolos quos mittebat, ſæpè confirmaret.
Et quoties Deus Prophetas, vel Apoſtolos mittit, ne homines potentes timeant, ſolet illis polliceri ſe eis affuturum: vt Moyſi, quem mittebat ad educendos filios Iſrael ex Aegypto, dixit,
Exo.3. & 4.
Ego ero tecum. Et Hieremiæ ſe excuſanti, *A, a, a, Domine Deus; ecce, neſcio loqui, quia puer ego ſum*, reſpondit; *Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum, vt eruam te, dicit Dominus.*
Hierem.1.
Matth.vlt.
Et Apoſtolus cùm edixiſſet, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* ſubiunxit; *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad cōſummationem ſeculi*; quo miniſtri functiones ſibi creditas alacriter aggrediantur, & difficultatibus quę occurrunt, non perturbentur, & operis crediti perfectionem, & hoſtium victoriam non ſibi ipſis, ſed Deo, & virtuti eius tribuant. Quare quod Valla ridet Auguſtinum, & Thomam, ex illo loco Apoſtoli, *Non ego, ſed gratia Dei mecum*, elicientes gratiam cooperantem; meritò ipſe deridendus eſt, ſicut Caluinus, qui putat, ſignificare Apoſtolum ſe gratię Dei nō fuiſſe cooperatorem, ſed gratiam quæ ſibi aderat, omnium fuiſſe effectricem; vt ita homini nihil tribuat, vel cooperationem cum gratia: quod apertè falſum eſt, & contra Paulum, qui ſe Dei adiutorem, & cooperatorem vocat; & contra Auguſtinum, & Concilia Africana, quæ nos docent Dei cooperarios; & contra Chryſoſtomum, & Theodoretum, & præſertim contra Hieronymum, qui in Pelagianos vertit; *Non ego, ſed gratia quæ mecum eſt*, vel potiùs χάρις ἡ σὺν ἐμοί, id eſt, Quæ mihi in auxilium adeſt, & opem; ob quam dicimus, *Deus in adiutorium meum intende*; &, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.* Eſt etiam *Cùm*, aduerbium, & non regit vllum caſum, & ſignificat, *quando*: vt, *Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus*: *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*: *Cùm venerit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.*

B. Aug lib. De gra. & li. arb. ad Valentinum, ca. 5. 10. 4. ſub ſ. D. Thom. in epiſt. ad Cor. c.15 lect.11. 10.16.
1.Cor.15.
1.Cor 3.
B Chryſ. homil. 38. in prio. ad Cor. tom.4.
D. Theodor. ibid.
B Hieron. li. 1. aduerſus Pelag. ante med. tom.2. procul à med.
Pſal.69.
Pſal.123.
Pſal.4.
Pſal.74.
Matt.25.

Super, præpoſitio, quæ Græcè ὑπὲρ, vnde & deſcendit, & interdum ἐπὶ cum Datiuo, quod Gręcis deſeruit pro Ablatiuo, & Hebraicè עַל cùm regit Accuſandi, & Auferendi caſum; & cum Accuſatiuo ſignificat plus, & magis, & dicitur ſuper, & ſuprà: *Dilexi*, inquit Dauid, *mandata tua ſuper aurum, & topazium*: *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti*: *Super inimicos meos prudentem me feciſti*: *Super omnia bona ſua conſtituet eum*; Et, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meā*: Et, *Quodcunque ligaueris ſuper terram*: *Erat ſuper cubiculum Regis*: *Qui amat filium, aut filiam ſuper me*, id eſt, plus me: *Poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtiarum, & volatilium*: *Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula*: *Et qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur.* Cum Ablatiuo verò accipitur pro περὶ, id eſt, *de*, iuxta id; Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum: *Non gaudet charitas ſuper iniquitate*, id eſt, de iniquitate: *Gratias ago Deo ſuper* (id eſt pro vel de) *inenarrabili dono eius*: *Confitebor nomini tuo ſuper miſericordia tua, & veritate tua*: *Statuerunt vt aſcenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij, &c. ſuper hac quæſtione*; & Chriſtus, *Prædicate ſuper tecta*, id eſt, de rectis, & editis locis, vt à pluribus audiri valeatis. Sicut & Latinus Poëta:

Pſal.118.
Ibidem.
Ibidem.
Matth.24.
Suprà 18.
Ibidem.
Act.12.
Matth.10.
Eccleſiaſt.17. & Gen.1.
Rom 9.
Luc.22.
Rom.15.
1. Cor.13.
2.Cor.9.
Pſal.137.
Act.15.
Matt.10.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Virgil. lib.1. Aeneid. ante med.

Hoc tamen perpetuum non eſt, ſed interdum etiam ponitur cum Accuſatiuo, etiam in eadem ſignificatione: vt, *Domine, in virtute tua lætabitur Rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer*: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis*

Pſal.20.
Pſal.118.

Ibidem. *tionis tuæ: Lætabor ergo ſuper eloquia tua, ſicut*
Ibidem. *qui inuenit ſpolia multa: Septies in die laudē dixi*
tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Habet præterea id ſingulare hæc præpoſitio Super, vt interdum ponatur pro iu-
Pſal. 23. xta, vel ſecùs: vt ibi, *Quia ipſe ſuper maria fundauit eum; & ſuper flumina præparauit eum,*
Pſal. 136. id eſt, iuxta mare, & flumina. Et iterum: *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus.*
Qualis ferè ſit magnarū vrbium ſitus. Solent autē ciuitates magnæ aut iuxta mare, ob portuum, & nauigationum commoditatem conſtrui; aut iuxta flumina, ob aquarum neceſſitatem. Eodem pertinet: *Qui*
Pſal. 135. *firmauit terram ſuper aquas*, id eſt, iuxta aquas: nec enim ſupra mare, vel aquas fir-
Pſal. 103. mata eſt terra, de qua dicitur, *Qui fundaſti*
Iob 26. *terram ſuper ſtabilitatem ſuam.* Ita numera-
Num. 23. tur vna manſio filiorum Iſrael ſupra mare Rubrum, id eſt, propè. Simile illud eſt,
Exod. 16. *Quando ſedebamus ſuper ollas carnium*, id eſt,
Luc. 2. iuxta ollas. Et in Euangelio Lucæ dicuntur paſtores cuſtodire vigilias noctis ſuper
Ioan. 4. gregem ſuum, id eſt, iuxta, vel cuius curam gerebant. Id etiam: *Dominus ſedebat ſic ſupra*
B. Chryſ. in Ioan. hom. 30. tom. 3. prope init. *fontem*: iuxta fontem, interpretatur Chryſoſtomus. Per hanc etiam præpoſitionem ſolent Hebræi comparatiui vim ſupplere, poſitiuis illam præponendo: vt Pſalm. 118. *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri, & argenti.* Et iterum: *Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion.* Et Cant. 4. *Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata*: & Dominus, *Qui amat patrem, aut matrem ſuper me, non eſt me dignus.* Eſt enim Græcè ὑπὲρ μὲ. Et ad hanc rationem commodè exponi poſſunt quidam loci difficiles, vt ille, *Qui firmauit terram ſuper aquas*: quia firmiorem fecit terram quàm aquam. Et Pſal. 23. *Quia ipſe ſuper maria fundauit eum*, id eſt, maiorem conſtantiam, firmitatem, ac fundationem terræ contulit, quàm aquæ. Ioan.
Ioan. 5. 5. iuxta Græcam literam dicitur: *Eſt autem Hieroſolymis ſuper Probatica, piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Bethesda*: ἐπὶ τῇ Προβατικῇ, id eſt, ad, ſiue iuxta Probaticam portam, quòd longè ab illa non eſſet. Apud Lucam
Luc. 23. dicitur: *Et ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis, & Latinis, & Hebrais*; ſiue vt Matthæus ait, ſuper caput eius, id eſt iuxta eum, vel prope eius caput. & Luc. 4. *Stans ſuper*
Pſal. 85. *illam* (id eſt iuxta eam) *imperauit febri.* Quartò, accipitur interdum pro *Contra*, vel aduerſus: vt ſequentibus in locis; *Deus, iniqui*
Pſal. 82. *inſurrexerunt ſuper me*, id eſt contra me: *Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos*: declarat Propheta ſuper, per alteram præpoſitio-
Iſai. 1. nem aduerſus. Idem eſt: *Viſio Iſaiæ, &c. quam vidit ſuper Iudam, & Hieruſalem*: Septuaginta verterunt, *quam vidit contra Iudæam, & contra Hieruſalem.* Ita Euſebius, & Procopius interpretantur. Alibi, *Omnes fluctus* Euſeb. de Demonſt. Euange. lib. 3. demonſtrat. 37. tom. 1.
tuos induxiſti ſuper me. Et Michæas: *Verbum Domini quod factum eſt, &c. quod vidit ſuper Samariam, & Hieruſalem*: Chaldæus interpres, *Verbum prophetiæ à facie Domini, quod factum eſt cum Michæa, qui prophetauit contra Samariam, & Hieruſalem.* Procop. in Iſaiam. Pſal. 87. Mich. 1.

Præpoſitio Græca κατὰ, quæ ſecundum, vel iuxta, interpretatur. interdum hoc habet ſingulare, vt capiatur pro præpoſitione *In*, vt in his locis: *Secundum hoc tempus ve-* Rom. 9.
niam, & erit Saræ filius: id eſt, In hoc tempo- Gen. 18.
re veniam, vt habetur in Geneſi. Et alibi Heb. 9.
Munera, & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem: quod eſt dicere, non poſſunt in conſcientia, ſiue in anima mundare. Et iterum,
Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, hoc eſt, Infrà 11.
in fide. Dauid quoque, *Sicut in exacerbatio-* Pſal. 94.
ne ſecundùm diem tentationes in deſerto: vbi Hebræa habent, in die tētationis, licèt Græca habeāt, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ. Ita quoque Suetonius in Auguſto accepit *Secūdum* Sueto. in Auguſt. ſub 4.
pro præpoſitione *In*: *Affirmauit*, inquit, *ip-* prope finem.
ſum eſſe, cuius imago ſecundùm quietem ſibi obſeruata ſit.

Interdum accipitur pro *per*: vt ibi: *Se-*
cundùm reuelationem notum mihi factum eſt Epheſ. 3.
Sacramentum, hoc eſt, per reuelationem: Gal. 1.
quia Apoſtolus erat non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chri- Infrà 2.
ſtum. Et alibi; *Aſcendi autem ſecundùm reuelationem*, id eſt, per reuelationem. Paulò
antè dicitur, *Notum vobis facio, fratres, Euan-* Suprà 1.
gelium quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundùm hominem, id eſt, per hominem. Et ſubdit, explicans; *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Ex quo elicitur, quòd Chriſtus non ſit homo purus, & quòd *ſecundum* Teſtimoniū diuinitatis Chriſti.
præpoſitio accipitur, pro *per*.

Trans, quæ Græcè πέραν, Hebraicè עבר non ſemper vlteriorem partem eius nominis quod ſupponitur præpoſitioni ſignificat ſed vicina, & proxima loca: vt illud,
Abijt Ieſus trans mare Galilææ: non quòd in Ioan. 6.
vlteriorem ripam enauigauerit, ſed locum ad eandem ripam, qui nauigando attingitur: quia in deſertum proximè adiacens ciuitati Capharnaum peruenit, quod eſt in
eadem ripa maris. Et rurſus cùm Chriſtus Ibid.
ab illo mōte, ſiue deſerto veniſſet Capharnaum, teſtatur Ioannes, quod inuenerunt
eum trans mare, & dixerunt ei. *Rabbi, quan-* Ibid.
do huc veniſti? vbi reditus Domini ex deſerto, vbi pauit turbas, ad ciuitatem Capharnaum, vocatur trās mare. Ita à Matth.

Matt. 4. Iſai. 9. Ioan. 3.

dicitur Terra Zabulon, & terra Nephtali, via maris Trans Iordanem Galilææ Gentium; & tamen erat citra Iordanem. Et locus, in quo baptizabat Ioannes, citra Iordanem erat: & tamen dicitur: *Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem*, vbi erat Ioannes baptizans; De quo tamen tradit Ioannes: *Abijt iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum, id eſt, Bethabara*; quæ tamen ponitur citra Iordanem.

Suprà 1. infrà 10.

Per, & *Propter* Græcè vna exprimuntur præpoſitione Διά: ſed cum Genitiuo quidem Per denotat, cum Accuſatiuo verò Propter, iuxta illud Apoſtoli: *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia*. Δι᾽ ὃν τὰ πάντα, καὶ δι᾽ οὗ τὰ πάντα. Interdum tamen *propter*, vel διὰ cum Accuſatiuo, accipitur pro *per*: vt ibi, *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me*: pro eo quod eſt, per Patrem, & per me. Non enim eo loco agit Dominus de cauſa finali, propter quam ſit viuendum, ſed de efficiente, per quam efficitur vita in nobis, & per quam viuimus. Et vt Pater eſt autor vitæ filij ſui, ſiue in Diuinitate, ſiue Humanitate: ita Filius fide in Sacramento manducatus à nobis, vitæ noſtræ ſpiritualis ſecúdùm Deum eſt autor. Et Atticè in hac ſignificatione cum Accuſatiuo interdum accipitur. Vnde Demoſthenes, Περὶ ςεφάνυ, Καὶ διὰ τὺς πολλὺς τύτων, καὶ τὺς αὖθις ςερβὺνες τῖς ἡμετέροις βυλήμασιν ὑμεῖς ἐςε σῶοι. ἀντὶ τ, διὰ πολλῶν. Idem habet, Διὰ τὺς θεὺς. pro eo quod eſt, Beneficio deorum. Et Heſiod⁹ in principio Operum, & dierum:

Heb. 2. Ioan. 6. Ibidem.

Illud: Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me, quomodo accipiendum ſit.

Suprà 5. Demoſthenes. Ibidem. Heſiodus.

Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε.

Ait etiam Apoſtolus: *Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos*. vbi legit interpres, διὰ τὸν ἀγαπήσαντα ὑμᾶς; modò legitur, διὰ τ ἀγαπήσαντος, id eſt per eum qui dilexit nos: & ita legunt multi Patres, & præſertim Auguſtinus lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 23. & lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap. 20. vt Græci Patres omnes. Eodem pertinet quod Paulus ait ad Philippen. Quidam quidem, & propter inuidiam, & contentionem; quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant: vbi *propter*, vt quidam tradunt, accipitur pro *per*, vt efficientem cauſam, non finem denotet. Quod comprobát poſteriora quæ ſubiungit: *Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur? Et in hoc gaudeo, ſed & gaudebo*. Illic etiam: *Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum*: Græca habent, Διὰ φθόνον in Accuſandi caſu, propter inuidiam. Idem illud eſt: *Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum*. Eadé

Rom. 8. B. Aug to. 5. Idem tom 3. ſub initium. Philip. 1. Matt. 27. 2. Cor. 4. Rom. 8.

ratione dicitur: *Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, Spiritus verò viuit propter iuſtificationem*. Id eſt: *Corpus morti obnoxiũ, redditum eſt per peccatum mors; at Spiritus noſter viuit Deo per iuſtificationem gratis à Deo datã*. Adde & illud, quod διὰ cum Genitiuo ponitur pro *propter*: Vt ibi, *Quomodo*, inquit, *Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris*, id eſt, propter Patris gloriam illuſtrãdam. Quãquàm Theodoretus interpretetur, per diuinam virtutem, ſiue per ſeipſum, qui eſt gloria Patris; & Ambroſius Interpretetur, per virtutem Patris, id eſt per ſeipſum, qui eſt virtus Patris. Tamen eo in loco: *Quotidiè morior, propter veſtram gloriam, fratres*, non eſt Διά præpoſitio cum Accuſandi, vel Gignẽdi caſibus, ſed aduerbium iurantis νὴ, & intelligendum eſt, vt ſit ſpecies iuriſiurandi, vt docet Auguſtinus epiſtola ad Hilarium: *Per gloriationem veſtrã, vel glorificationem iuro*. Sunt enim Græcis duæ iurandi particulæ μὰ & νὴ, prima adhibetur iuramento neganti, ſecunda affirmãri communiter.

Suprà 5. Infrà 6. B. Theodor. part 2. Pſal. 56. & alibi. D. Ambroſ. to. 5. à medio. 1. Cor. 1. Luc. 1. 1. Cor. 15. B. Aug. epiſt. 89. in fi. to. 2.

Illud Pauli: Quotidiè morior per veſtram gloriam fratres, quomodo accipiendũ.

Iurandi duæ particulæ Græcis familiares.

Propter etiam, licèt finem; quod eſt cauſa cauſarum, deſignet, iuxta illud: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*: interdum tamen nullam cauſam, vel finem denotat, ſed euentum, vel conſuetudinem. Vt, *Honora medicum propter neceſſitatem*, ſcilicet ſubleuandam ab eo: hic eſt enim honor in Scripturis, de quo: *Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*. Sunt ergo ſtipendia numerãda medico propter eius neceſſitatem. Vnde ſubdit (*A Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet dominationem*. Et Cicero ad Tyronem infirmum ait: *Curio miſi, vt medico honos haberetur*. Et Plato lib. de Republ. præmium mercenarij vocat τιμὴν. Alius ſenſus eſſe poſſet: *Honora medicum propter neceſſitatem*, id eſt, propter infirmitates eius arte propulſandas, & morbos, quibus obnoxij ſumus, curandos, & propter ſanitatem ſeruandam. Eſt aliud exemplum ad Roma. 11. *Nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum*: id eſt, eorum incredulitatem conſecuta eſt veſtra fides, & ſalus, ne Chriſti Domini ſanguis fruſtrà videatur effuſus, ſi nulli prodeſſet. Et quod dicitur Chriſtus propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlo; Et, *Chriſtus paſſus eſt propter nos, & attritus propter ſcelera noſtra*: in his, & ſimilibus locutionibus *propter* valet idem quod, *pro* nobis. Pro nobis enim incarnatus eſt, & natus: pro nobis prædicauit, & mortuus eſt, & reſurrexit: quia nos ſumus cauſa ſuarum actionum, & omnia quę ſunt in mũdo, operatus

Prou. 16. Eccleſiaſt. 38.

Illud Eccleſiaſtici: Honora medicũ propter neceſſitatem duplicem capit intellectũ.

1. Tim. 5.

Primus ſenſus.

Cice. lib. 16. epiſt. famil. epiſt. 405. circa med. Plato lib. 2. de Repub.

Alter ſenſus.

Rom. 11.

Quod ait Apoſtolus: Nunc autem miſericordiã conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum, quid ſignificet.

In Symbolo Niceno. Iſa. 53. Suprà 9. Ioan. 1.

Chriſtus finis noſter, non contra.

eſt propter vtilitatem noſtram,& ſalutem: ſed ipſius Chriſti finis nos non ſumus, ſed potiùs ipſe noſtri. Ideò commodè ſunt intelligendæ & explicandæ eiuſmodi locutiones,& aliquid in eis ſupplendum , quod ſubintelligendum eſt. Vt: *Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat , & vnaquaque ſuum virum habeat* : intellige , propter ſornicationem vitandam . Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, ſcilicet tollendas; Et, *Traditus , ſiue mortuus propter delicta noſtra* , ſcilicet extinguenda: *& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram* , ſcilicet nobis conferendam : Quia hæc extinctio peccatorũ,& iuſtificatio noſtra , finis eſt illarum actionum immediatus : ſed finis vltimus omnium,& noſtri ipſorum, ipſe eſt Chriſtus.

1.Cor.7. Iſai.53. Rom.4.

Pro. 2.Cor.7. Infra 12.

Pro prępoſitio interdum valet idẽ quod De: vt ibi, *Multa mihi gloriatio à vobis*, pro eo quod eſt de vobis. Et iterum: *Pro huiuſmodi gloriabor; pro me autem* (id eſt, de) *nihil*. Et hactenus de Præpoſitionibus dictum ſit.

Idiotiſmi in Aduerbia.

Aduerbia cur ita dicantur.

DIcendum de Aduerbijs ; Quæ ob id quòd prope verba apponuntur , vt verborum ſignificationem pleniùs explicent, aut mutẽt, aut minuant, ſic dicta ſunt. In quibus notandum eſt, quædam à noſtro interprete minus Latinè reddita, vt Græca fidelius verteret : vt illud , *De longè portans panem ſuum*. Et; *Petrus ſequebatur eum à longè*: Et alibi: *Erant & mulieres de longè aſpicientes*: Dauid quoque, *De longè ſteterunt*. Quæ ſine præpoſitione Latinius dicerentur , vt aliàs ſæpè ſolet vertere. Sed hoc fuit , quia Græca habent, ἀπὸ μακρόθεν. Et illud: *Vos de deorſum eſtis*, latiniùs diceretur ; Vos de infernis eſtis, ego de ſupernis ſum , quia Græca habent, Ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, ὑμεῖς δὲ ἐκ τῶν κάτω. Item: *Quæ deſurſum eſt, &c. ſapientia*, Græcè, ἄνωθεν , *id eſt , supernè* . Et rurſus : *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt* . Et alibi : *Quæ de ſurſum venit , ſuper omnes eſt*: quæ non ſatis Latinè dicta, ſed fideliter verſa ſunt. Ita de foris , Geneſ. 7. & Luc. 11. de intus; & Pſal. 44. *Omnis gloria filia Regis ab intus*. Hieronymus vertit , intrinſecus. Et Matth. 23. de foris, & à foris, pro, forinſecus. Sicut quod ſæpè etiam in Scripturis dicitur, ad inuicẽ, ab inuicem, in inuicẽ. Sed hęc Græca ſunt , Πρὸς ἀλλήλους. Ioan. 6. Litigabant Iudęi ad inuicem dicentes: *Et ſeparabit eos ab inuicem*, ἀπ' ἀλλήλων. Et inuicẽ, εἰς ἀλλήλους. 1. Theſ. 3. & purius dictum eſſet: *Loquebantur inuicem*, vel , ad ſe inuicem : *Separabit eos inuicem*. vel, ab ſe inuicem : *Abundare facit charitatem inuicem*, vel in vos inuicem : quia Latinis præpoſitiones nõ regunt aduerbia. Idem eſt de aduerbio *à modo* , de quo , *Non me videbitis à modò : à modo dico vobis , priuſquam fiat , &c.* quæ quidem parum Latina dictio eſt,& à verbo Gręco ἀπ' ἄρτι videtur formata : & commodius vertitur, poſthac, vel deinceps; cui opponitur antehac. Sed hæc leuia,& minutula videri poſſunt, ſicut etiam illud; *Suſtulit eum de gregibus ouium, De poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob, &c.* id eſt, ab infimo, & humili paſtoratus officio euexit ad regnum . Vertit autem, de poſt ſœtantes , quia ita habent Hebræa,& Græca ἐξόπισθεν , id eſt , à tergo, vel poſt terga , & maluit fideliter transferre, quàm Latinè,& purè. Hieron. vertit : *Tulit eum de gregibus ouium, ſequẽtem fœtas adduxit eum* (Fœtę enim oues egent peculiari paſtoris cura, ſecundũ illud Iſai. de paſtore Meſſia : *In brachio ſuo congregabit agnos , & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.*) Chaldæa paraphraſis : *A veſtigijs lactantium aſſumpſit eum.*

Pron.31. Matth.26. Marc.15. Pſalm.37.

Ioan.8. Iacob.3.

Supra 1. Ioan.3.

Gen.7. Luc.11. Pſalm.44. S.Hiero.to.8. à med.

Ioan.6. Matth.25. 1.Theſſ.3. Matth.23. Ioan.13.

Aduerbium Amodò, vnde deſcendat

Pſal.77. 1.Reg.16.

Id Pſalmi: De poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob, &c. quid ſit.

Idem Hieron. tom. eodem.

Iſai. 40.

Amen Hebræis, primũ medium, ac poſtremum locum orationis obtinet.

B. Chry. hom. 1. in epiſt. ad Gal. tom. 4.

Aduerbium Hebræũ *Amen*, notat Chryſoſtomus in epiſtolam ad Galat. nuſquam reperiri in ẽpiſtolarum initio poſitum , ſed multis præcedentibus ſolitũ addi ; niſi tantùm ibi in ſalutatione , qua Galatas ſalutat. Sed ſi verum amamus , facilè intelligemus, eiuſmodi particulã poni ſolitam,& in principio orationis , & in medio , & in ſine. In principio quidem geminata ponitur : Vt, *Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit*. Et, *Amen amen dico vobis , niſi manducaueritis carnem filij hominis*. Et ſimplex : *Amen dico vobis, nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua*. Interdum verò medium locum ſortitur: vt Roma. 9. & 11. & Iſaias 25. *Cogitationes antiquas, fideles amen. Quia poſuiſti ciuitatem in tumulum, &c.* Et 2. Corinth. 1. *Quotquot promiſſiones Dei ſunt in illo eſt ; ideò & per ipſum Amen, Deo ad gloriam veſtram*. Interdum verò concludit, vt fieri ſolet in omnibus precib⁹ Eccleſiæ, in Oratione Dominica , ſalutatione Angelica, Symbolo Apoſtolorum, & prolatis verbis conſecrationis, alta voce reſpõdebant laici, Amen, vt teſtis eſt Iacobus Apoſtolus in Liturgia ſua , & alij Patres. Et illi ritui conuenit quod ait Apoſtolus : *Qui ſupplet locum idiota , quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem?* Et omnes epiſtolæ Pauli ad vnam terminantur in Amen . Chriſtus etiam dicitur Amen, Apocalyp. 1. *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus*, id eſt, ipſa veritas Chriſtus.

Ioan.3. Infra 16. Luc.4.

Rom. 9. Infra 11. Iſai.25. 2.Cor.1.

Matth.6.

1.Cor.14.

Apoc.3. Ioan.19.

Μὲν, & Δὲ; Quidem, & autem, ſiue verò.

Sunt duo Aduerbia quæ ſingulare quid habent, & ſibi inuicem in oratione reſpondent, nimirùm : Μὲν, & Δὲ , quæ ſignificant *Quidem*, & *Autem*, ſiue , *Verò*. Hieronymus tamen epiſtola ad Algaſiam , interpretans

B. Hieron ep. 151. q 10. prope fin tom. 3. circa med. Coloſ. 2.

illud Apoſtoli; *Quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientia in ſuperſtitione, & humilitate, &c.* quia non reddidit alterum membrum, *Autem*, Paulo imperitiam Grammaticæ artis tribuit. Quod etiam defendi poſſet ſententia Ariſtotelis, qui libro tertio Rhetoricorum, cap. 5. docet, in coniunctionibus, quæ flagitant prius, & poſterius, alteram oportere alteri reddi: veluti ad ipſum *Quidem, Verò*, vel *Autem* conſequitur: oportet autem ita eas collocare, vt facilè memoria teneantur, & neque longo interuallo redire, neque coniunctionem aliam priuſquam neceſſariam reddere. Hæc ille ferè. Cùm tamen apud ſcriptores Græcos, & Latinos receptiſsimum ſit, vt illa prior coniunctio ſiue reſponſiua altera ponatur: & hanc figuram vocat Donatus Hieronymi præceptor Ἀνακόλουθον, hoc eſt, inconſequens. Et Hieronymus ab hac phraſi interdum non abhorruit, nam Iob 31. vertit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Et eandem interdum relinquit Lucas, nam Actuum 19. habetur: *Ioannes quidem baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum:* etiamſi noſter interpres ſuppreſſerit particulam μὲν, quæ in Græcis codicibus inuenitur, & non ſubiungitur reſpondens illi δὲ; cùm tamen linguæ Græcæ eſſet eruditiſsimus, teſte Hieronymo. Ita etiam exorditur librum Actuum Apoſtolorum: *Primum quidem ſermonem feci de omnibus:* vbi nihil reſpondet particulæ, Quidem, neque Latinè, neque Græcè. Et infra: *Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis.* Et Paulus Romanorum 1. *Primum quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis.* Et cap. 10. *Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum fit pro illis in ſalutem:* vbi in inferius ſubiunctis, nihil reſpondet illi particulæ, *Quidem*.

Donatus Hieronymi præceptor.
Ἀνακόλουθον quid ſonet.
Iob 31.
Act. 19.
Hiero. ep. 115. paulò à med. tom. 3. paulò ante med.
Lucas inter omnes Euangeliſtas Græci ſermonis eruditiſſimus fuit, teſte Hieronymo.
Act. 1.
Rom. 1.
Infra 10.

Vnde Demetrius Phalereus in opere inſcripto, Peri hermenias, id eſt, de elocutione Oratoria, capite de compoſitione Orationis, teſtatur, à coniunctione *Quidem*, effici orationem ſublimem, & magnificam, & nó opus eſſe, vt ei altera coniunctio ſemper reſpondeat. Nam huiuſmodi ſcrupuloſa obſeruatione oratio fit humilis & abiecta: eius verò negligentia interdum magnifica, & ſplendida. Iſocrates frequenter vſurpat illam particulam μὲν, neque tamen addit, δὲ reſpondenté: vt ad Demonicum, Πρῶτον μὲν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς, &c. Dionyſius Halicarnaſſeus de proprietatibus Thucididis apud Oratores cómendat multa eo nomine, quòd faciem ſolœciſmi habeant, & non ſint.

Demetrius Phalereus.
Particulæ Quidem, altera, id eſt Verò, vel Autē, non ſemper reſpondet ob orationis venuſtatem.
Iſocrates.
Dionyſius Halicarnaſſeus.

Aduerbium Hebræum Meod, ſæpè vertitur *Valde* à Hieronymo, Interdum *Nimis*, (quòd Græcè ἄγαν dicitur (vt ibi: *Tu mādaſti mādata tua cuſtodire nimis:* Septuaginta vertunt σφόδρα, vel λίαν; *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus, nimis conforatus eſt principatus eorum: Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: Nimis profunda facta ſunt cogitationes tuæ*, id eſt maximæ, & incomprehēſæ. Et licèt Prouerbium habeat Μηδὲν ἄγαν, id eſt, ne quid nimis: quia vitia declinant ad extrema; & ob id quidam acutè dixerit: *Illud, Ne quid nimis, nimis mihi placet: In ſacris tamen myſterijs agnoſcendis, & mandatis obſeruandis, & amicis Dei honorandis nihil nimis præſtari à nobis poteſt.*

Pſalm. 118.
Pſalm. 138.
Pſalm 92.
Pſalm. 91.
Terent. in Andr. Act. 1. ſcen. 1.

Aliquando verò Meod vertitur per aduerbium Vehementer: Vt ibi, *Domine, Deus meus, magnificatus es vehementer.* Et alibi: *Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.* Et iterum: *Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua; & dilexit ea vehementer.* Et rurſus: *Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.* Tres illæ voces, Valde, Nimis, Vehementer, vni Græcę σφόδρα, & vni Hebręæ Meod reſpondent; ne quis in illa myſteria putet delitescere.

Pſalm. 103.
Pſalm. 118.
Ibidem.
Pſalm. 46.

Ita etiam Latinis autoribus Nimis ponitur pro valde, vt Poëtę:

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas! — *Lib. 2. Georg.*

Et Plautus in Milite:

Nimia eſt miſeria, pulchrum eſſe hominem nimis.

Gratis, Aduerbium eſt, quod Græcè Δωρεὰν, propriè ſignificat id, quod liberaliter, & ſine vllo pretio datur. Ita dicimur Iuſtificari gratis, id eſt, ſine vllo noſtro merito, quo Deum obligare valeamus ad nos iuſtificandos: & non excludit opera niſi illa, quæ iuſtitiæ ſunt, & propriè merita, quæ iuſtificationem primam ſequuntur, non pręcedūt. Ita dicitur: *Principes perſecuti ſunt me gratis.* Et alio loco: *Odio habuerunt me gratis*, id eſt, ſine vllo merito meo, vel cauſa, qua Principes excitarentur ad odium, vel perſecutionem. Significat etiam *Fruſtra*, vt illo loco: *Si enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*, id eſt, fruſtra, & ſine fructu vllo.

Rom. 5. & alias in eadem epiſt.
Pſalm. 118.
Pſalm. 34.
Ioan. 15.
Galat. 2.

Donec, &, *Antequam*, &, *Vſque*, in præſentem diem, & vſque in diem mortis ſuæ, aliquid fieri, vel non fieri, ſignificant vſque ad certum tempus, quo elapſo, ſi fieri non poſſunt, ſignificant nunquam factum eſſe, ſed potuiſſe eo vſque fieri. Vt illud; *Non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum:* poſtquam autē tantum myſterium patefactum eſt, non erat ratio cur Matrem Domini ſui poſtea cognoſceret. Vnde

Donec, Antequam, & Vſque.
Matth. 1.

Am-

B. Ambroſ. in inſtu. virg. c. 5. circa fin. to. 4. ante med.

Ambroſius libro de Inſtitutione virginis: *Conſuetudo*, inquit, *Scriptura diuina eſt, vt cauſam qua ſuſcepta eſt aſtruat, incidentem diffe-rat. Quo ſoluitur etiam tertia quæſtio, quæ dictũ eſt: Non cognouit eam, donec peperit filium. Quid ergo? Poſtea cognouit? Minimè. Denique ſcriptum eſt: Ego ſum Deus, & donec ſeneſcatis, ego ſum. Nunquid igitur poſtquam ſenuerunt, quia dictum erat, Deus eſſe deſinit?* Hæc ille. Sic etiam, ſi dicamus: Donec venit Iudas, non egit pœnitentiam, non ſignificat poſt mortem illam egiſſe, quia poſt mortem non eſt locus pœnitentiæ. Similiter; Non manducauit in portu, donec, vel antequam ab eo enauigaret: non eſt ſenſus quòd in portu poſteà comederit, à quo diſceſsit, quia id impoſsibile eſt. Illud etiam: *Michol filia Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ,* ſignificat, nunquam. Vnde Origenes in librum Ioſue. *Hoc* (id eſt, *vſque in hodiernum diem*) *Scriptura ſancta moris eſt dicere de ijs, quæ vſque ad finem, vel vitæ, vel ſeculi permanent. Verbi cauſa, vt ait: Hic pater eſt Moabitarum vſque in hodiernum diem, quod ſignificat vſque in finem ſeculi. Et iterum dicitur in Euangelio. Quia diffamatus eſt ſermo hic apud Iudæos vſque in hodiernum diem, &c.* De Moyſe etiam dicitur: *Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino, & ſepeliuit eum, &c. Et non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.* Si verò elápſo illo tempore ſignato res fieri poſsit, ſignificatur, eam factam fuiſſe. Vt qui diceret; Donec nocteſceret, neque ſumebat cibum, neque dormiebat, ſignificatur ea enuntiatione, cibum, & ſomnum poſt noctem ſumi ſolitum fuiſſe: de quo alibi latius diſputaturi ſumus.

Quomodo accipiendum illud: Ioſeph verò non cognoſcebat eã donec peperit filiũ ſuum primogenitum.

2. Reg. 6.

Orig. hom. 7. in Ioſue circa med. tom. 1.

Matth. 27.

Deut. vlt.

Lib. 3. tract.

Non, non ſolùm.

Non, interdum accipitur pro, nõ ſolùm: vt ibi, *Quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcepit* (ſcilicet ſolum) *ſed eum qui miſit me.* Et alibi: *Qui credit in me, non credit in me* (ſcilicet ſolum) *ſed in eum qui miſit me.* Et apud Paulum, non ſolùm Rom. 5. 8. 9. cùm nihil additur, aptari debet ſuperioribus, vt docet Origenes, non autem inferius dictis.

Marc. 9.

Rom. 5.

Infra 8. & 9.

Dictio, Non ſolùm, apud Paulum, ad ſuperiora qñ refertur.

Idem Orig. li. 7. in epiſt. ad Rom. non procul ab initio. part. 2.

Adhuc, aduerbium eſt, quod Græcis ἔτι, vel προσέτι, Hebręis עד dicitur, & ſignificat idem quod vſque huc, ſiue ad tempus aliquod. In ſcripturis tamen, teſte Athanaſio, ſignum eſt lenitatis, & manſuetudinis Dei. Ita ille habet in homilia de Paſsione, & cruce Domini. Tractans enim illa verba Ionę Prophetę iuxta Septuaginta interpretum verſionem: *Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur: Non,* inquit, *poſt triduum ſubuertetur; nam omninò ita factum fuiſſet; ſed, Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur; vt in eo verbo Adhuc, tolerãtiam Dei intelligeremus.* Et infra: *Nouerat Propheta in verbo Adhuc, manſuetudinem latere, eamq́; conſuetudinem ſcripturæ eſſe, Deum, vbi longanimitatem ſuam oſtendere concupiſcit, eam per hoc verbum Adhuc, ſolere ſignificare. Vt cùm dicit per Iſai. Quid adhuc debui facere vineæ meæ quod non fecerim? Et per Hieremiam: Propterea adhuc iudicio cõtendam vobiſcum, ait Dominus, & cum filijs veſtris diſceptabo.* Hæc magnus ille Pater. Quibus nos quædã exempla addere poſſumus, vt illud: *Domine, factum eſt vt imperaſti; & adhuc locus eſt.* Et infra: *Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt.* Id etiam: *Adhuc vnum tibi deeſt: ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, &c.* Item illud: *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum.* Et Dauid: *Exurrexi & adhuc tecum ſum.* Et iterum: *Aut nõ apponet, vt complacitior ſit adhuc.* Sic etiam dicitur: *Cõmendat autem charitatem ſuã Deus in nobis: quoniam ſi cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* In Apocalypſi dicitur iuſtis, vt requieſcant adhuc tempus modicum. Dominus quoque apud Lucam; *Adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt.* Et propheta Habacuc, iuxta Apoſtolum: *Adhuc enim modicum, aliquantulumq́; qui venturus eſt, veniet, & non tardabit.* Et Aggæus: *Adhuc ſemel ego commouebo cœlum & terram,* vbi Chriſti aduentus promittitur. Et in Euangelio Ioannis 2. *Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc,* id eſt, euangelium ſuum, vt Auguſtinus interpretatur ibidem.

B. Atha. tom. 3. ante med.

Ionæ 3.

Idem.

Adhuc, ſignũ eſt lenitatis, & manſuetudinis Dei, inquit Athanaſius.

Iſai. 5.

Hierem. 2.

Luc. 14.

Infra 15.

Matth. 19.

Act. 10.

Pſalm. 138.

Pſalm. 76.

Rom. 5.

Apoc. 6.

Luc. 14.

Habac. 2.

Hebr. 10.

Aggæi 2.

Hebr. 12.

Hodie, vt teſtatur Auguſtinus ad Probã, præſens tempus ſignificat: Vt, *Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie.* Si verò in Hebręo adiunctum articulum habeat, certum ſtatutum diem deſignat: Vt, *Hodie ſi vocem eius audieritis.* Si verò dicatur, Hodie, & cras, ſignificat plures dies: ſicut conſueuimus dicere: Hodie, & cras fiet hoc, id eſt, nõ breui tempore. Ita Dominus dixit: *Hodie & cras, & tertia die cõſummer. Veruntamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare.* Et Paulus: *Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula,* id eſt ſemper.

Hodie, Hodie & cras.

B. Aug epiſt. 121. c. 11. to. 2.

Matth. 6.

Pſalm 94.

Hebr. 3. & 9.

Luc. 13.

Hebr. vlt.

Mane, ſignificat tempus opportunum ad aliquod opus aggrediendum: Vnde Hieremias: *Locutus ſum mane conſurgens, & loquens,* id eſt tempeſtiuè. Ideò aptum orationis tempus ſignificat. Vt: *Mane exaudies vocem meam: Mane aſtabo tibi* (ſcilicet per orationem) *& videbo: Veſpere, & mane, & meridie narrabo, &c.* Et, *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo:* quia ſumus eo tẽpore magis à ſecularibus negotijs expediti, & mens ad orationẽ Dei, & præſentiam meditandã promptior.

Mane.

Hierem. 7.

Infra 35.

Pſalm. 5.

Ibidem.

Pſalm. 45.

Eſt

Iſai. 21.

Eſt etiam mane incarnationis, de qua: *Dixit Cuſtos, venit mane, & nox: ſi quæritis, quærite: conuertimini, & venite.* Quia & nouæ lucis primordia in redemptoris præſentia fulſerunt; & tamen à perſecutorum cordibus perfidiæ ſuæ tenebræ ſunt deſertæ: vt explicat B. Gregorius. Eſt etiam mane reſurrectionis, iuxta illud: *Ad veſperum demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia.* Et Oſe. *Quaſi diluculum præparatus egreſſus eius.* Eſt & mane præſentis vitæ proſperitatem deſignans, iuxta illud: *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes mane comedunt.*

B. Greg. lib. 6. Mor. c. 14. in fin. tom. 1.
Pſalm. 29.
Oſe. 6.

Cras, & craſtinus dies, quid ſignificent.
B. Hiero. ep. 147. in princ. to. 3. ante me. & inc. Matt. 6. in fin. & in libi, tom. 9. init.
Eccleſ. 10.
1. Reg. 28.
Matth. 6.
Mart. lib. 5. epigram. 53.
Ioſue 22.
Eccleſ. 24.

Cras, & craſtinus dies, accipitur pro quolibet futuro tempore, vt Hieronymus in epiſtola ad Amandum tradit: Vt, exaudiet me cras, vel reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. Et Salomon: *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.* Et Samuel dixit ad Saul: *Cras tu, & filij tui mecū eritis.* Et in Euangelio; *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum; craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi.* Et Poëta:

Dic mihi, Cras iſtud, Poſthume, quando veniet?

In Ioſue quoque fecerunt altare Iſraëlitæ, ne cras filijs ſuis colendi Deum poſſeſsio denegaretur. Item: *Qui neſcit prævidere in poſterum*, ſiue, vt Græca habent, *vltra.*

Heri, & nudiuſtertius.
B. Aug. lib. locut. in Gen. c. 109. tom. 3. ſub initium.
Gen. 31.
Exod. 4.

Heri, & nudiuſtertius, vt teſtis eſt Auguſtinus libro Locutionum in Geneſin, accipitur pro tempore præterito. Vnde illud: *Animaduertit faciem Laban, quòd non eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius.* Et Moyſes; *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius:* hoc eſt, diu habeo cognitam meam in loquendo infantiam. Et rurſus: *Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiuſtertius*, & quæ ſequuntur. Aduerbium *Amodo*, quod Græcè eſt ἄρτι, vel ἀπ' ἄρτι, longè differt ab altero, id eſt ſtatim, ſeu confeſtim, quod Græcè dicitur αὐτίκα, vel παραυτίκα: nam hoc coniungit futurum tempus cum hoc nunc præſenti, ſicut prius connectit præteritum tempus cum nunc præſenti, quemadmodum annotauit Photius in ſuo Lexico manuſcripto. Exempla prioris ſunt: *A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc*, vbi dicitur: ἕως ἄρτι: &, *Pater meus vſq; modo operatur.* Et vbicunque interpres vertit, *vſque modo*, vel *vſque nunc*, ita eſt accipiendum. Cùm igitur Apocal. 14. habetur: *Beati mortui qui in Domino moriuntur. amodò enim iam dicit Spiritus:* Malè intulit Caluinus ex illis verbis nullū eſſe purgatorium, & nō opus eſſe precibus pro nunc mortuis, qui vita fruantur æterna: cùm tamen ſenſus ſit, Amodò, ex quo ſcilicet Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, & aſcendit, & nos conreſuſcitauit, & conuiuificauit, & conſedere fecit in cœleſtibus, oſtendens, ſcilicet quo tendat illa beata in Domino mors, nempe vt piè mortui tandem requieſcant à laboribus ſuis, & præmium ferant ſecundùm opera ſua.

Matth. 11.
Ioan. 5.
Epheſ. 1.

Tunc.
Idem li. 2. de conſen. Euan. c. 32. ad 4. a te demd.
Matth. 11.
Infra 12.
Infra 26.
Theophyl. in Marc. c. 13. à med.
Marc. 13.
Matth. 3.

Tunc, aduerbium temporis, Auguſtinus accipiendum putat, vt punctum ipſum temporis ſignificet, & non tempus aliquanto prolixius: vt ibi, *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus. &c.* Et infra: *Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis.* Rurſus: *Tunc abijt vnus de duodecim.* Et reliqua. *Deinde tunc*, vt ait Theophylactus in Marcum, *non rarò ad ſuperiora non refertur, ſed ad tempus quo illa fiunt. Cùm enim incipit de Antichriſti aduentu dicere, ait: Tūc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Quod autem dicit, Tunc, ne intelligas quòd quando fiunt ea, quæ ſupra dicta ſunt de Hieruſalem, Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic Chriſtus, ne credatis. ſed ſcito, quod ſcripturæ proprietas hæc eſt: ſicut & Matthæus poſt genealogiam Chriſti dicit: In diebus illis aduenit Ioannes. Quibus diebus? num mox ſequentibus poſt Chriſti natiuitatem? non, ſed indefinitè. Et Lucas tradit ſpatium triginta annorum ab illo tempore ſupra relato, quod vſque ad aduentum Ioannis interfuit.* Idem Chryſoſtomus docet in Matth. Et in caput 12. Actorum, vbi habetur: *Eodem tempore* (vel, per illud tempus) *miſit Herodes Rex manus*, ſiue, illis diebus, vt legit Chryſoſtomus. Et illud Pſalmi: *Tunc loquetur ad eos in ira ſua:* non refertur ad ſuperiora, quando Chriſtus extinctus eſt, ſed ad extremam captiuitatem, quam Iudæi paſsi ſunt in excidio Hieroſolymitano, & quam patientur in die iudicij.

Luc. 1.
B. Chryſ. hom. 10 init. & 77 in Matth. in princ. tom. 2.
Idem hom. 26 in Acta, init. tom. 3. circa med.
Act. 12.
Pſalm. 2.
Luc. 19. & 21.

Forſan, vel Forſitan.
Aug. tract. 37. in Ioan. prope init. tom. 9.
Pſalm. 50.
Pſalm. 54.
Matth. 11.
Ioan. 4.
Infra 5.
Infra 8.
Luc. 20.

Forſan, vel *forſitan:* plerunque abundat, & non eſt aduerbium dubitandi, niſi homine loquente qui neſcit, vt ait Auguſtinus in Ioannem, vbi verò Deus loquitur, non eſt dubitantis, vel opinantis, ſed ſæpè capitur pro ſanè, haud dubiè, prorſus, certè, vtique: & expletiua eſt particula ἄν, quæ verbis Græcis additur, iuxta illud: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique.* Et ibi: *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique* ὑπήνεγκα ἄν, ſequitur: *Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet; abſcondiſſem me forſitan ab eo*, vbi Græca pro forſitan habēt eandem particulam ἄν: ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ, abſcondiſſem me vtique ab eo. Dominus etiam apud Matthæum: *Si in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem.* Et apud Ioannem: *Si ſcires*, inquit, *donum Dei, & quis eſt, &c. forſitan petiſſes ab eo*, pro eo quod eſt vtique, vel certè petiſſes. Et infra: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan* (pro vtique) *& mihi.* Et inferius: *Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis.* In quibus tribus locis

ἂν par-

ἴσως, particulam expletiuam ponit, nõ autem τάχα, vel ἴσως. Et rurſus: *Mittam filium meum dilectum: forſitan cùm hunc viderint, verebuntur*: hic habetur ἴσως, id eſt, vereri haud dubiè debent, explicãs id quod rei natura exigebat vt vererentur. Vnde Matthæus, & Marcus ſuppreſſerũt aduerbium Forſitan. Et ſi dici poſsit, vt nonnulli ſentiunt, poſitum eſſe ad indicandam liberi arbitrij vim, & facultatem.

...od dicit ... to Dei, ... ita cùm ... e viderint verebuntur, ... ẽ ſenſum habeat.
Matth. 21.
Marc. 12.

Quaſi.

Quaſi, applicata numeris, frequenter ſignificat non eſſe præciſum numerum, ſed in paucis excedi, vel excedere: vt etiam ferè, circiter apud Latinos; & idem eſt ſi menſuræ accommodetur. Vt Ioan. 21. *Non longè erat à terra, ſed quaſi cubitis ducentis.* Applicata verò rebus, vel perſonis, non tantũ ſimilitudinem, ſed interdum etiam veritatem denotat. Vnde dicimus, Intẽdit quaſi Rex, id eſt, vt Regem decet. Et ita illud eſt: *Vidimus gloriã eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Et Daniel: *Et ecce, cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat*, id eſt, verè filius hominis. Et frater Domini, *arguti à lege quaſi trãſgreſſores.* Et B. Petrus: *Siue Regi, quaſi præcellenti*; id eſt, verè excellenti. Et Iſai. *Niſi Dominus exercituũ reliquiſſet nobis ſemen* (vbi Hebraicè habetur, *ſicut paruas reliquias*, quod eſt idem ac dicere, verè, ſiue profectò paruas reliquias) *quaſi Sodoma fuiſſemus*, &c. Huic proxima eſt particula, quæ non ſemper æqualitatem, vel proprietatẽ, ſed interdum ſimilitudinem denotat.

Ioan. vlt.
Ioan. 1.
Dan. 7.
Iacob. 2.
1. Pet. 2.
Iſai. 1.
Rom. 9.

Sicut, Porrò, vt verbis vtar Auguſtini in Pſalmos: *Quare velut conſolati, ait, & non aut conſolati? Non ſemper (quaſi) ad ſimilitudinem ponitur hoc verbum, ſicut, quod dicimus aliquãdo ad proprietatem refertur, aliquando ad ſimilitudinem, modò ad proprietatem relatum eſt.* Hæc ille. Et producit exempla de cõmuni locutione. Nam cùm dicimus: *Sicut vixit pater, ita & filius*, ad ſimilitudinem: *Et ſicut pecus, ita homo moritur*, ad proprietatem refertur. Quando tamen dicitur, Fecit ſicut vir bonus, fecit tanquã iuſtus, hoc non negat eum virum bonum, aut iuſtum, ſed eſſe eum ponit. Et Hieron. in ca. 5. ad Epheſ. prope fin. *In proximo*, inquit, *ſimilitudo ponitur, vt ſic eũ diligas ſicut te, & cupias eſſe ſaluatum. In vxore autem comparationis aduerbium (nempe vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſe diligat) ſicut, non ſimilitudinem, ſed approbationem, & confirmationem cum quodam pondere ſonat, quomodò dicimus de viro, Quaſi vir fecit, & de Saluatore ſcriptum eſt: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti. Nam quòd ipſe Saluator gloriam habuerit ad comparationem alterius vnigeniti, ipſe eſt enim vnigenitus: & vnigenitus ſi & alter fuerit, vnigenitus non poteſt appellari: vnde alterius vnigeniti non indigebat exemplo; ſed quaſi vnigenitum, hoc eſt, vt ſemetipſum decebat gloriam habere, poſſedit.* Hęc ille. Ex quo habes, præter locum Ioan. 1. egregiè explicatũ, quod aſſerit Apoſtolus: *Vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat*, non intelligi per proprietatem, quia vxor eſt caro de carne, & os de oſsibus, vt dixit Dominus: *Erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.* Et ibidem etiam Apoſtolus: *Viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua.* Adde Ambroſium in epiſtola ad Irenæum: *Non ſibi blandiatur, ait, virus Apollinare, quia ita legitur: Et ſpecie inuentus vt homo. Non enim negatus eſt homo Ieſus, cùm alibi ipſe Paulus de eo dicit: Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſed confirmatus eſt. Id enim eſt vſus, & moris Scripturæ ſic ſignificare. Sic & in Euangelio legimus: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre. Sicut ergo quaſi vnigenitus dicitur, & non abnuitur vnigenitus Dei Filius: ita vt homo dicitur, & perfectio in eo fuiſſe hominis non negatur.* Denique Gregorius libro Moralium idem aſſerit, his verbis: *In ſacro eloquio, Sicut, & Quaſi, aliquando non pro ſimilitudine ponitur, ſed pro veritate. Vnde illud Iob: Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus: ſic, & quaſi, pro affirmatione potius, quàm pro ſimilitudine dictum videtur.* Hæc illi Patres. Quod ergo dicitur: *Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram*: non negat fuiſſe verum ſanguinem, vt Hieronymus libro aduerſus Pelagianos docet: *Tam vehementer*, inquit, *orabat (Dominus) vt guttæ ſanguinis prorumperent, ex parte, quem totum erat in paſsione fuſurus.* Et cap. In quadam. De celebratione Miſſarum dicitur: *Reſtat, vt qualiſcunque fuit illa aqua, ſiue naturalis, ſiue miraculoſa, ſiue de nouo diuina virtute creata, ſiue de componentibus ex parte aliqua reſoluta, proculdubio vera fuit; cùm naturaliter poſsit & compoſitum in componentia, & elementatum in elementa reſolui: quemadmodũ verus extitit ſudor ipſius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Cyrillus item in Ioannẽ: *Sicut, ſimilitudinis dictio eſt, & ſimilitudinem quandam, non æqualitatem rerum ſignat. Quando igitur de rebus dicitur diuerſis, ac natura differentibus, tunc non æqualitatem, ſed ſimilitudinem ſignificat. Quando autem de ijs dicitur, quæ eiuſdem naturæ ſunt, tunc vltimam ſimilitudinem, imò identitatem & æqualitatem oſtendit.* Et Theophylactus in Ioannem: *Dictio ſicut, quando de Patre, & Filio dicitur, tunc ſolùm æqualitatem intellige alterius ſimilitudinẽ. Vnde de Apoſtolis dicitur: Non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo.* Et iterum: *Vt ſint vnum, ſicut et nos vnum ſumus.* Idem tradit Euthym. in id: *Sicut dilexit me Pater, & ego*

Sicut, Velut.
Aug. in Pſal. 125. ſub init. tom. 8.
Simile.
Eccleſ. 3.
B. Hiero. li. 3. in epiſt. ad Epheſ. paulo à med. tom. 9.
Epheſ. 5.
Proximum quomodo ſicut nos diligere debeamus.
Apoſto... Vnuſquiſque ſuam vxorẽ ſicut ſe diligat: quomodo accipiendum.
Ioan. 1.
Quæ ſit eius dicti intelligentia: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, iuxta Doctores.
Gen. 2.
Matth. 19.
Epheſ. 5.
B. Amb. lib. 7 epiſt. 47. aliquãto à med. tom. 3.
Aduerſus Apollinarem, Chriſtum aſſerẽtem corpus habuiſſe phantaſticũ.
Philip. 2.
1 Tim. 2.
Mos Scripturæ.
Ioan. 1.
B. Greg. li. 18. Moral cap. 4. paulò ante med. part. 1.
Iob 27.
Luc. 22.
Qualis Domini ſudor emiſſus in horto ſanguineus ſudor.
D. Hier. li. 2. aduerſ Pelag. circa med. to. 3. inter fin. & dimid.
Innoc. III. lib 3.
Quid de illa aqua ſentiendum, quæ cũ ſanguine de latere Domini exiuit.
Ioan. 19.
B. Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 41. ſub init. tom. 1 more.
Dictio ſicut, quãdo ſimilitudinẽ, quãdo æqualitatem denotet, teſte Cyrillo.
Theophyl. in Ioan. c. 17. paulò à med.
Ioan. 17.
Ibidem.

dilexi

Euthy. in cap. 15. Ioan. Ioan. 15. Supra 5.

dilexi vos: Sicut, ait: *Quemadmodum, & ſimilia, cùm de Patre, Filio, ac Spiritu ſancto dicuntur, æqualitatem ſignificant (vt, Omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem) cùm verò Deo, & hominibus, ſimilitudinem deſignant: verùm ſimilitudo non vbiq; per omnia quadrat.*

Vt, & Sic. Iſai. 5.

Præterea, *Vt*, & *Sic*, particulæ, ſimilitudinem, & adæquationem rei ad rem indicare ſolent. Vt ibi: *Et erit ſicut populus, ſic Sacerdos; & ſicut ſeruus, ſic dominus eius.* Si enim Propheta dixiſſet: Erit populus ſicut Sacerdos, iam Sacerdos non eſſet ſicut populus: at verò cùm dicit, ſicut populus, ſic Sacerdos, perinde eſt ac ſi dixiſſet: Erit populus ſicut Sacerdos, & Sacerdos ſicut populus. Ioſaphat quoque Regi dixit Achab: *Vt ego, & tu, ſicut populus tuus, ſic & populus meus, tecumq; erimus in bello.*

2. Paral. 18.

Propterea. Euthy. c. 24. in Matth. Matth. 13. Ioan. 7. Idem ca. 9. in Ioan. Idem c. 15. in Ioan. à med. Ioan. 12.

Propterea, non ſemper cauſam reddit, vt ait Euthymius, ſed vel confirmat, perinde ac ſi diceret, verè, ſanè: Vt, *Propterea omnis Scriba doctus in regno cælorum, &c.* vel Hebraico more ſuperfluit: vt ibi, *Propterea dedit Moyſes circumciſionem*, vt ibidem docet Euthymius, & ſi propriam ſignificationem retinere poſſit. Idem explicans illud: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias*: Etiam hic propterea, non cauſale eſt, ſed futuri declaratiuum: *Quia futurum erat* (inquit) *vt credere non poſſent, ſiue nō vellent: nam ſi voluiſſent, vtique credidiſſent.* Hæc de Aduerbijs, nunc de Interiectionibus aliquid dicamus.

Interiectiones.

Væ in Scripturis potius de æterno luctu quàm præſenti ſolet intelligi. Matth. 18. 1. Cor. 9. B. Greg. hom. 9. in Ezec. ſub fin. tom. 9. ante dimid. Matth. 18. Inf. 23. & ſe. Iſai. 55. B. Hier. in Iſai. c. 55. init. lib. 15 tom. 5 Idem. Iſai. 5. Idem lib. 9. Iſai. 29. Supra 18.

INteriectiones etiam, quę aliquem mentis affectum ſignificant incondita voce, plures ſunt apud Hebræos, ſicut & apud Latinos. Sed, *Væ*, quę æterni ſupplicij eſt comminatoria, vel alicuius inſtantis interitus Symbolum: Vt, *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit*; &, *Væ mihi eſt, ſi non euangelizauero.* In Scripturis, vt teſtatur Gregorius, ſæpius de ęterno, quàm de temporali luctu ſolet intelligi: Vt, *Væ mundo à ſcandalis*, id eſt, ob ſcandala. Eſt etiam vox deplorantis calamitatem: Vt, *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ*; id eſt, O terque quaterq; infelices. Interdū *Væ*, non tam eſt plangentis, quā vocantis: Vt, *Væ omnes ſitientes, venite ad aquas*, vt Hebræa habent, teſte Hieronymo: & Septuaginta: *Væ qui ſititis, ite ad aquas.* Idque docet Hieronymus in cap. illud. Idem etiā cap. 29. cùm interpretatur illud: *Væ Ariel.* Et ad hoc adduci poteſt illud Iſai. 18. in illud: *Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Aethiopiæ*; quod diligenter eſt annotandum.

Euge. Philip. lib. 1. Com. in Iob, cap. 16. Matth. 25. Pſalm. 69. Pſalm. 34.

Euge, & in bonum, & in malū accipitur, vt docet Philippus in Iob: in bonum quidē: *Euge ſerue bone, & fidelis*; in contrarium verò, quando ait Propheta: *Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.* Et alio loco: *Euge, euge, viderunt oculi noſtri*, ſcilicet vindictam.

Vah. Matth. 27.

Vah, inſultantis interiectio eſt, qua vſi ſunt Iudæi viſo Domino crucifixo.

A, a, a. Hierem. 1. Ezech. 4. Ioel.

Interiectio illa dolētis, qua vſus eſt Hieremias, cùm dixit: *A, a, a, Domine mi, neſcio loqui.* Hebraicè eſt אהה & habetur Ezechiel. 4. & 20. & Ioel. 1. & eſt tantum הה, ſed Aleph ei præponitur Euphoniæ gratia. Septuaginta verterunt, Ὠν; Hieronymus exponit *Væ*, Latini *Ah*, qua voce vtitur Poeta:

Virg. in Eclo. 1. initio. Terent.

Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit. Et ita fortè vertit Hieronymus cum tripli ci A, a, a. Comicus in Eunucho ait: *Ah, ah, ah, perij.*

Coniunctiones.

Coniunctiones vnde dicantur. Quotuplices illæ ſint.

COniunctiones ſic dictæ ſunt, quòd earum officium ſit coniungere, & orationi pro vinculis interponantur. Copulatiua coniunctio eſt, *Et, Que*; Conditionalis, *Si, ſi tamen*; Cauſalis, *Quia, Quoniam, Enim; Vt*: Aduerſatiua, *Sed, Niſi*; Diſcretiua, vel Electiua, *Quàm*. Dicamus aliquid de ſingulis, quæ peculiare aliquid habent.

Coloſſ. 2. Gen. 2. Infra 3. Matth. 13. Rom. 2. Pſalm. 115. Gen. 37. Rom. 1. Ioan. 8. Epheſ. 2. 1. Ioan. 3.

Et, quæ Græcè Τὸ, & inuerſum reddit, *Et*, in primis ſua natura res copulat, & vnit; interdum etiam explicat per appoſitionē, & valet idem quod, id eſt, vt in his locis: *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, &* (pro id eſt) *inanem fallaciam: Benedixit diei ſeptimo*, (pro id eſt) *ſanctificauit illum.* Infra: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &* (pro id eſt) *ſemen tuum, & ſemen illius: Colligent* (Angeli) *de regno eius omnia ſcandala, Et* (pro id eſt) *eos qui faciunt iniquitatem: Theſaurizas tibi iram in die iræ: Et* (pro id eſt) *reuelationis iuſti iudicij Dei: Sacrificabo hoſtiam laudis: Et* (pro id eſt) *nomen Domini inuocabo*: Et Ruben fratribus dixit de Ioſeph; *Frater enim, &* (pro id eſt) *caro noſtra eſt.* Et Paulus: *Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum*, id eſt Apoſtolatum. Aliquando verò affirmat, & valet idem quod etiam: vt ibi, *Multa habeo de vobis loqui, &* (id eſt etiam) *iudicare.* Et, *Dilexit nos, &* (id eſt etiam) *cùm eſſemus mortui delictis, conuiuificauit.* Dilectus: *Qui facit peccatum, & iniquitatem facit*, id eſt, etiam iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas, id eſt, nam peccatum eſt iniquitas.

Act. 10. Infra 17.

Interdum accipitur pro diſiunctiua, *Vel* ſeu *Aut*: vt, *Nunquam manducaui omne commune, &* (pro vel) *immundum.* Ibi etiam:

Non

Non debemus æſtimare auro, & argento, aut la-
Exod. 21. *pidi, &c. diuinum eſſe ſimile.* Et Moſes, *Qui per-*
cuſſerit patrem ſuum, aut matrem, morte moria-
tur. vbi Hebraica habent patrẽ, & matrem:
quę ſi non disiungeret, non eſſet morti ob-
noxius qui alterum illorum percuteret, ſed
1. Cor. 11. tantùm qui vtrumque. Item: *Quotieſcunque*
manducabitis panem hunc, & (pro vel) *calicem*
bibetis, mortem Domini annunciabitis. Et pro-
priè accipiendo, edens tantùm, vel bibens
tantùm, non annuntiaret mortem Domi-
ni: tùm quia ſubdit: *Itaque quicunq; mandu-*
cauerit panem hunc, vel biberit calicem, &c. vbi
B. Ambroſ. tom. 5. Græcè non *καὶ*, ſed *ἢ*, id eſt, vel: & Ambroſi-
us legit *aut*: & Cyprianus ad Quirinum, vbi
D. Cypr. lib. 3. ad Quirinum, § 94. agit de reuerenter ſuſcipienda Euchariſtia.
In eos, qui laicis vtramque ſpeciem dandam eſſe contendunt. Et ita habes, vnã ſpeciem ſine peccato poſſe
ſumi ſine altera, & eum ritum aliquando in
Eccleſia futurum fuiſſe. Et honorificè ſu-
ſcipientem vnam ſpeciem, annuntiare mor-
tem Domini, & alteram indignè ſumen-
tem, iniurium eſſe corpori & ſanguini Do-
mini. Interdum, *Et*, accipitur loco, *Vt*,
Gen. 20. quemadmodum ibi: *Orabit pro te, quia Pro-*
pheta eſt, & viues, id eſt, vt viuas. Et alibi:
Secundùm multitudinem impietatum earum
Pſalm. 5. *expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine, &*
lætentur, pro eo quod eſt vt lætentur. Et A-
Hebr. 12. poſtolus: *Multo magis obtemperabimus Patri*
ſpirituum, & viuemus, id eſt, vt viuamus. Ita
1. Petr. 5. dicitur: *Et cùm apparuerit Princeps paſtorum*,
id eſt, vt cùm apparuerit. Dominus apud
Marc. 9. Marcum: *Omnis enim igne ſalietur: &* (id eſt,
Quod ait Dominus: Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur, quid ſignificet. vt) *omnis victima ſale ſalietur*, & ſignificat:
Vt hoſtia abſque ſale non eſt legitima, ſic
ſine igne tribulationis nullus eſt Deo acce-
ptus. Poteſt etiam hoc loco vltimo, *Et*, ac-
cipi pro, *quia*. Aliquando cauſam reddit, &
explicanda eſt per cauſalem, *quia*, vel *enim*.
Gen. 14. Exempla ſunt: *Et erat Sacerdos Dei altiſſi-*
Pſalm. 59. *mi: & vanus ſalus hominis*, Hebræa enim ſic
Iſai. 64. habent, lĩcet rectè interpres verterit per
cauſalem. Similia ſunt: *Ecce, tu iratus es, &*
peccauimus, hoc eſt, quia peccauimus. Et
Marc. 5. Chriſtus: *Annuntia illis, quanta tibi Dominus*
fecerit: & (pro quia) *miſertus ſit tui.* Idem in-
Ioan. 8. quit: *Scio eum* (Patrem ſcilicet) *&* (id eſt,
1. Ioan. 1. quoniam) *ſermonem eius ſeruo.* Dilectus: *Ma-*
nus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ, & (id
Infra 3. eſt, quoniam) *vita manifeſtata eſt.* Infra: *Om-*
nis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, &
(id eſt, quoniam) *peccatum eſt iniquitas.* Item
Act. 26. Apoſtolus: *Et ego quidem exiſtimaueram me*
aduerſus nomen IESV *Nazarem debere multa*
Supra 8. & 9. *contraria agere: Quod & fecimus Hieroſolymis,*
& (pro nam) *multos ſanctorum carceribus in-*
Rom. 1. *cluſi.* Et iterum: *Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti*
facti ſunt, & (pro nam) *mutauerunt gloriam*
Ibidem. *incorruptibilis Dei.* Et infra: *Et ſicut non pro-*
bauerunt Deum habere in notitia. Et Chriſtus
apud Ioannem: *Qui metit, mercedem accipit,* Ioan. 4.
& congregat (id eſt, nam congregat) *fructum* Luc. 1.
in vitam æternam. Et erit tibi gaudium, & exul-
tatio, & multi (hoc eſt, quia multi) *in natiui-*
tate eius gaudebunt. Rurſus: *Monumenta aper-* Matth. 27.
ta ſunt, & multa corpora ſanctorum (hoc eſt,
quia multa corpora.) *Et in lege veſtra ſcri-* Ioan. 8.
ptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium Deut. 17. Matth. 18.
verum eſt, hoc eſt, Nam in Lege. Item: *Exau-* Luc. 1.
dita eſt deprecatio tua, & vxor tua Eliſabeth. Ibidem.
Infra: *Multos filiorum Iſraël conuertet ad Do-*
minum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet (id eſt,
Nam ipſe præcedet) *in ſpiritu, & virtute He-*
liæ: Diligit gentem noſtram, & (pro nam) *Syna-* Luc. 7.
gogam ipſe ædificauit nobis. Paulus dixit: *Percu-* Act. 23.
tiet te Deus, paries dealbate, & (pro, etenim)
tu ſedens iudicas me ſecundùm legem. Et ipſi ni- Luc. 18.
hil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud
abſconditum ab eis, & (hoc eſt, quoniam) *non*
intelligebant quæ dicebantur. Ceciderunt in fa- Matth. 17.
ciem ſuam, & timuerunt valde, id eſt, quoni-
am timuerunt. *Quoniam alieni inſurrexerunt* Pſalm. 53.
aduerſum me, & fortes quæſierunt animam me-
am, & (pro nam) *non propoſuerunt Deum ante*
conſpectum ſuum: Dedit eis poteſtatem filios Dei Ioan. 1.
fieri, &c. & (pro quia) *Verbum caro factum eſt:*
Benedicta tu inter mulieres, & benedictus (id Luc. 1.
eſt, quia benedictus) *fructus ventris tui: & ini-* Mich. 7.
mici hominis domeſtici eius, id eſt, quia inimi- Matth. 10.
ci. Latinis etiam *Et*, cauſalis eſt. Vt,

Audieras, & fama fuit. Virg. lib. 4. Aeneid.

id eſt, quia fama fuit. Et alibi: Ouid. lib. Faſtor.

Nil aliud Veſtam, quàm puram intellige flam-
mam,
Nataq; de flamma, corpora nulla vides.

Quæ pro *quia*, id eſt, quoniam ex flamma
nil naſcitur. Sed hęc ferè poëtica sũt. Quin- Quintil. lib. 1. cap. 1.
tilianus hoc etiam ſignificatu accepit: *Has*
primum, inquit, *audiet puer: horum verba ef-*
fingere imitando conabitur, & (pro quia) *na-*
tura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ mollibus an-
nis percepimus. *Et*, interdum accipitur pro
Aduerbio, tamen: Vt ibi, *Cùm facta eſſet fa-* Luc. 4.
mes magna in omni terra, & ad nullam illarum 3. Reg. 17.
miſſus eſt Helias, pro eo quod eſt, ad nullam
tamen illarum miſſus eſt: &, *Erant autem* Luc. 1.
iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus
mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine que-
rela. Et non erat (pro, & tamen non erat) *illis*
filius. Anima mea in manibus meis ſemper, & le- Pſalm. 118.
gem tuam non ſum oblitus, pro, & tamen: &
Chaldæus habet: *At legem tuam non ſum ob-*
litus. Nam remiſi vos ad illum: & ecce, nihil di- Luc. 23.
gnum morte actum eſt ei, id eſt, Tamen ecce
nihil dignum morte, &c. *Nam & ego homo* Matth. 8.
ſum ſub poteſtate conſtitutus, &c. Et dico huic,
Vade, & vadit, id eſt, Ego etſi homo ſum, ta-
men dico huic, Vade, & vadit. *Et*, etiam ac-

cipitur pro, *Sicut, Sicut miſit me Pater: & ego mitto vos*, pro, ſic ego mitto vos. Atque hic tropus familiaris eſt Ioanni: nam cap. 6. habet: *Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem*: &, *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me*: quod idem eſt ac dicere: *Sic qui*

Ioan. 20.

manducat me, &c. & cap. 9. *Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco*, id eſt, ſic ego agnoſco, & Ioan. 15. *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos*, id eſt, ſic ego dilexi vos. Et Ioan. 4. *Chariſsimi, ſi ſi. Deus dilexit nos, &* (pro ſic, vel ita) *nos debemus alterutrum diligere*: ita & in oratione Dominica: *Fiat voluntas tua ſicut in Cœlo, &* (id eſt, ſic) *in terra*. Interdum eſt ſup-

Rom. 8.

plenda more Hebræo, & *Sicut non probauerunt habere Deum in notitia* (ita) *tradidit illos Deus*: & Luc. 22. *Et vos eſtote parati*, id eſt, ita vos eſtote parati, *Et*, pro *igitur*, vel *ergo*:

Galat. 4.
Hebr. 3.
Pſal. 49.
1. Ioan. 2.

Si filij, & hæredes, pro, ergo hæredes. Et alibi, *Quòd ſi filius, &* (ergo) *hæres per Deum* (pro igitur) *Et videmus quod non potuerunt introire in requiem ipſius propter incredulitatem*. Dilectus: *Sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium, Et* (pro itaq;. vel pro igitur) *Sicut docuit vos, manete in eo.*

Matth. 25.

Et ibunt hi in ſupplicium æternum, id eſt, Igitur ibunt hi. *Orationes tuæ, & eleëmoſynæ tuæ, aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.*

Act. 10.

Et nunc mitte viros in Ioppen, id eſt igitur mitte viros. Interdum vſurpatur pro voce *propterea*.

Ioan. 1.

Exempla ſunt, *Ego vidi, & teſtimonium perhibui*: pro eo quod eſt, teſtimonium propterea perhibui:

Luc. 24.

Sic oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari (id eſt, propterea prædicari) *in nomine eius pœnitentiam, &c.*

Ioan. 4.

Spiritus eſt Deus, & (ſcilicet propterea) *eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare*.

Infra 5.

Et infra: *Sicut audio iudico, &* (id eſt, propterea.) *iudicium meũ iuſtum eſt*. Aliquando ſignificat *Preterea*: vt

1. Ioan. 5.

his in locis: *Et Spiritus eſt qui teſtificatur*: id eſt, præterea: *Et interrogabant eum Phariſæi & Scribæ, Quare diſcipuli tui.*

Marc. 11.

Valet, *Et*, pro relatiuo, & hoc quidem non rarò. Hinc illud

Epheſ. 1.
Malach. 1.
Gen. 9.
Coniunctio &, apud Hebræos ſæpè redundat.

Benedictus Deus, & Pater, id eſt, qui eſt Pater. Apud Malachiã: *Quis ex vobis & ianuas claudat gratuitè*. Ita habet Hebræa, pro eo quod eſt, *Quis ex vobis qui claudat, &c. Arcum meum poſui in nubibus, & erit* (id eſt, qui erit) *in ſignum fœderis*. Non puto eſſe vllam aliam particulam, quæ apud Hebræos plura complectatur ſignificata. Poſtremò *Et*, quandoque abundat ex conſuetudine Hebræa, & appoſita nihil ſignificat, vt etiam apud Romanos:

Virg. 1. Æneid. in princ.

Multa quoq; & bello paſſus, dum conderet Vrbem.

Origen hom. 18 in Num. nõ procul à fine.

Hoc annotauit Origenes in librum Numerorum: *Sciendum eſt*, inquit, *quòd vernaculum eſt lingua Hebræa, Et, coniunctione frequenter vti, ita vt interdum abundet, & in non neceſſarijs, vt in noſtra apparet lingua, videatur inſerta: quod vtique cum venia accipiendum eſt.*

Part. 1. ant med.

Habet enim vnaquaque lingua aliquid proprietatis, quod apud alias linguas vitioſum videatur. Et probat exemplo illo: *Valida habitatio*

Num. 24.

tua, & (abundat) *ſi poſueris in petra nidum tuum, & ſi fuerit tibi Beor nidus aſtutiæ, Aſſyrij captiuum te ducent*. Sic ille, producens iuxta editionem Septuaginta interpretum.

B. Aug. tom. 8. initio.

Auguſtinus in Pſalmum quartum in id; *Et ſcitote quoniam admirabilem fecit Dominus Sanctum ſuum*: *Si quem*, ait, *mouet coniunctio ſuperaddita, & ſcitote, facile eſt, vt in Scripturis animaduertat, huius locutionis genus familiare eſſe illis lingua, qua Prophetæ locuti ſunt. Nam ſæpè inuenies ita cœptum: Et dixit Dominus ad illum. Et factum eſt verbum Domini ad illum.*

Ezech. 1. & ſæpè alibi.

Idem libro locutionum: *Coniunctio copulatiua ita ponitur, vt detracta plenam faciat ſententiam. Vt in Exodo: Si acceperis computationem filiorum Iſrael in viſitatione eorum, & dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Domino: & non erit in eis ruina in viſitatione eorum*: bis abundat, *Et*.

Idem lib. 2. locutio. in Exod. c. 118. tom. 3 iuxta princ.

Exempla ſunt multa: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, Et*, (abundat) *illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me: Iis qui ſunt ex contentione, &* (ſuperfluit) *qui non acquieſcit veritati. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, & vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Exod 30.
Ioan. 5.
Rom. 2.
Luc. 2.

Et, adiunctum verbo vocatum (vt habent Græca) abundat in litera. Iterum: *Mirati ſunt & de his quæ audierant à paſtoribus ad ipſos*, Et, abundat, dicendum quæ erat, Mirati ſunt de his.

Ibidem.

Sic eſt illud: *Quid adhuc? & ego tanquam peccator iudicor*: pro eo quod eſt, Quid adhuc ego iudicor? Item

Rom. 3.

Petrus: *Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?* vbi, Et, abũdat, ſicut & apud Poëtam:

1 Pet. 3.
Virg. 1. Æn. ſub initium.

Et quiſquam numen Iunonis adoret?

Præterea ſimiliter etiam cum Scriptura inchoat libros, vel capitum principia; vt: *Et fuit vir vnus de Ramathaim Sophim: Et factũ eſt verbum Domini*: Et apud Septuaginta interpretes omnia ferè librorum Regum, & Paralipomenon capita, à coniunctione Græca καὶ, id eſt, Et, incipiunt (etſi in editione Hieronymi ſæpè ſupprimatur: quæ coniunctio non præcedentibus aptatur) Adeò, vt Gregorius in Ezechielem nõ attendens ad linguæ phraſim, aliam elegantem eius coniunctionis rationem ſit meditatus: *In mente*, inquit, *Prophetarum ita coniuncta ſunt exterioribus interiora, quatenus ſimul vtraque videant, ſimulq; in eis fiat, & intus verbum quod audiunt & foras quod dicunt. Et ideò qui nihil*

1. Reg. 1.
Ezech. 1.
Ionæ 1. & alibi.
Quid myſterij habeat Sacrorum Scripturę voluminum, & capitũ à coniunctiõe, Et, inchoatio ſecũdum Patres.
B. Greg. hom. in Ezech. 2 in princ. tom. 2. aliquanto ab initio.

dixerat,

S. Aug. tom. 8. initio. — *Luc. 3.* — *Si. Εἰ, ἦ, ἐὰν. אם* — *Georg. Trapezunt.* — *Ioan. vlt.* — *Pſalm. 57.* — *Luc. 13.* — *Infra 22.* — *Supra 14.* — *Act. 1.* — *Infra 19.*

dixerat, inchoauit dicens: Et factũ eſt, quia hoc verbum quod foris protulit, illi verbo, quod intus audierat, coniunxit. Idem annotat Auguſtinus in Pſalmum quartum, enarrans verſiculum illum: *Et ſcitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum.* Et, interdum valet atque quod: vt eo loco, *Adiecit* (Herodes) *& hoc ſuper omnia, & incluſit Ioannem in carcerem*: pro, quòd incluſit Ioannem, Vau pro Schin.

Si, cõiunctio, quæ Græcè εἰ, vel ἦ, vel ἐὰν, Hebraicè אם, multa habet ſingularia. Nam coniuncta indicatiui temporis verbo, affirmat, cum ſubiunctiuo, ſuſpẽdit; vt notauit Georgius Trapezuntius, ediſſerens locum illum Ioannis: *Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Perinde eſt enim ac ſi dixiſſet, Volo eum permanere. Vt propterea à ſenſu non aberret, qui interpretatur ſi, id eſt, ſic eum volo manere. *Si*, in principio dictionis, ſæpè interrogantis eſt, & idem eſt quod *Num*, vel *An*. Vnde pro eo quod habet, *Si verè vtique iuſtitiam loquimini*, Hebræa habent: *Num vtique iuſtitiam loquimini.* Et Lucas: *Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur.* Et iterum: *Domine, ſi percutimus in gladio? Si licet Sabbato curare?* Et in Actis: *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues Regnum Iſrael?* & Paulus ad diſcipulos quos Epheſi inuenit: *Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes?* pro eo quod eſt: *Num accepiſtis Spiritum ſanctum.* Et, *An percuterent*: &, *An reſtituet Regnum Iſrael*: &, *An liceret Sabbato curare*. Proxima ſunt his: *Si licet cenſum dare Cæſari, an non?* Et, *Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa?* Et Iſaias: *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? dicit Dominus. Si ego* (id eſt, Nunquid ego) *qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero?* Vt ſit idem, Si, quod Nunquid præcedens. Et Eccleſiaſtes: *Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?* Bis ponitur *Si*, pro *An*, vel *Nunquid*, vt Chaldæa paraphraſis indicat.

Matth. 22. — *Supra 19.* — *Iſai. vlt.* — *Eccleſ. 3.* — *Dictio Si, quando defectiua ſit, & quid in ea ſupplendum.* — *Pſalm. 94.* — *Hebr. 3.* — *Malach. 1.*

Quartò, *Si*, cùm iurantis eſt, vel indignantis, negationem ex more idiomatis includit, & interdum aliquid ſupplendum eſt, vt oratio conſtet, & hoc per figuram Apoſiopeſis, hoc eſt, Reticentiæ, vel per figuram Eclipſis, ſecundùm illud: *Ipſi verò non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*, id eſt, Non introibunt: Et ſi introibunt, non ſim, vel exiſtimer verax Deus, aut nulla mihi Fides in poſterum habeatur. Quòd ſi homo eſſet, qui iureiurando ſe adſtringeret, ſupplendum eſſet aliquid: id eſt, eueniat mihi hoc, vel illud ſiniſtrum, ſi hoc fecero, iuxta verbum Malachiæ: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam*, id eſt, Nec placebit, nec ſuſcipiet. Et Iſaias: *Reuelata eſt in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini*, id eſt, dum vixeritis, non dimittetur. Et iterum: *Semel iuraui in Sancto meo, ſi Dauid mentiar: Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum*, id eſt, non dabitur. Et Hieremias: *Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero te in manus virorum iſtorum, qui quærunt animam tuam.* Aliquando verò exprimitur id, quod nobis imprecamur: vt illud Dauidis: *Si oblitus fuero tui, Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea: Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui.* Hoc eſt: Si vllo vnquam tempore, ô ciuitas Sancta, tui oblitus fuero, dediſcat pſallere dextera mea, & adhæreat lingua mea faucibus, ne poſſim canere; quaſi dicat, priuer officio pulſandi manu, & cantandi lingua. Et ita, Oblitus actiuè accipitur, obliuiſcatur verò, paſſiuè: Pro quo Hieronymus vertit: *In obliuione ſit dextera mea.* Et ſubdit: *Si non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.* Et supplẽdum eſt, eueniat mihi quod imprecatus ſũ. Et Hebræa habent, & Chaldæa: *Niſi aſcendere fecero Hieruſalem*, pro quo LXX. habent: *Si non propoſuero*: id enim eſt προανατάξωμαι, quæ vox ſignificantior eſt quàm, propoſuero. Eſt enim ſenſus: ſi non præpoſuero Hieruſalem omnibus gaudijs, & delicijs Babylonis. Inducit enim Propheta perſonam filiorum Iſraël in captiuitate Babylonis detentorum. Finitima ſunt iſtis, quæ Dauid alio loco dicit: *Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei; ſi dedero ſomnum oculis meis*: id eſt, Non contingat in tabernaculum introire, neque ſomni quietem capere, niſi domum, & templum Domino conſtruxero. Et alibi idem Propheta: *Semel iuraui in Sancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit.* Iurauit enim Dauidi, quòd ſemen eius in æternum maneret: quòd ſi in promiſſione ſua deficeret, mendax, & infidelis vult haberi: quod cùm eſſe nequeat, perinde eſt ac ſi dixiſſet, Dauidi nequaquam mẽtiar. His proximum eſt illud: *Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum*, ſupplendum eſt, Ego nunquam ab eo exaudiar. Quoniam verò nec oblitus ſum nomen Dei noſtri, nec ad alium Deum quàm verum expandi manus meas, dignus ſum quem exaudias. Et ita, *Si*, in huiuſmodi locutionibus includit nega-

Iſai. 22. — *Pſalm. 88.* — *Marc. 8.* — *Hierem. 38.* — *Pſalm. 136.* — *Hiero. tom. 8.* — *Pſalm. 131.* — *Pſalm. 88.* — *2. Reg. 7.* — *Pſalm. 43.*

negationem, vt latè eſt videre in ca. 31. Iob. Quòd ſi poſt, *Si*, ponatur ſtatim particula negatiua; tunc, *Si*, affirmat: Vt ibi, *In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum, Niſi*, (ſi non, vt Hebræa habent) *domus multa deſerta, &c.* Et rurſus: *Iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non vt putaui, ita erit; & quomodo mente tractaui, ſic eueniet.* Et oportet ſubaudire, non mihi habeatis fidem, aut, hoc mihi eueniat. Quinto loco, *Si*, accipitur pro *Vtinam*, iuxta illud: *Si occideris Deus peccatores, viri ſanguinum declinate à me*: id eſt, Vtinam ſumeres ſupplicium de peccatoribus atq; ita homicidæ à me declinarent: &, *Dominus videns Ciuitatem, fleuit ſuper illã, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu*; id eſt, Vtinam tu etiam cognoſceres, quæ ego impendentia tibi mala video: fleuiſſes vtique, & Regem tuum cognoſceres. Id etiam eſt apud Latinos vſurpatum. Ait enim Poëta:

Iſai. 5.
Infra 14.
Pſalm. 138.
Luc. 19.
Virg. lib. 6. Æen. non procul ab initio.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat. Et idem:
O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos!
Et Horatius:
O ſi angulus ille
Proximus accedat.

Horat.

Dictio Vtinã non ſemper exprimitur.

Sæpè autem particula, *Vtinam*, in verbis deliteſcit, & maximè illa frequenti Hebrę phraſi: Quis det, aut, Quis tribuat: Vt ibi, *Vtinam mortui eſſemus, &c.* Hebræa habent, *Quis det, vt mortui eſſemus in manu Domini?* Et alio loco: *Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea?* Similia his non pauca ſuperius annotauimus, ideò his paucis in præſentia nos contenti ſumus. Demum interdum, *Si*, non eſt coniunctio, ſed aduerbium temporis, & idem eſt quod *quando*, vel *Cùm*. Vnde illud Iſaiæ: *Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion*, id eſt, Quando abluerit. Et alibi: *Cùm iubileus*, id eſt, quinquageſimus annus remiſsionis aduenerit: vbi Hebræa, & LXX. interpretes habent: *Si aduenerit iubileus, &c.*

Exod. 16.
Deut. 5.
Iſai. 5.
Num. 36.

Vt. Ινα.

Coniunctio cauſalis prima eſt, Vt, Grçcè Ινα, quæ finem præconceptum deſignat, propter quem aliquid fit, de qua: *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*: vt ſcilicet finis noſter ſit humanæ gloriæ captatio, cùm alibi illam explicauerit, cùm dixit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrũ qui in cælis eſt.* Aliquando tamen non ſignat cauſam, vel finẽ, ſed euentum, & conſecutionem. Sicut dicimus. Ita euenit, vt putaui. Vnde illud frequens: Vt adimpleretur, vel impleretur quod dictum vel ſcriptum eſt: vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Quod quidem in his quæ Deus abſolutè fieri voluit, & prouidit, vt neceſſariò euenirent, cauſam denotat: in his verò, quæ tantùm vt futura præuidit, ſed non prouidit, neque voluit, vt potè quæ peccatum inuoluunt, tunc particula, Vt, euentum, & ſequelam indicat. Hinc Cyrillus in Ioannem rectè admonet: *Nemo putet, idcircò quæ à Prophetis dicta ſunt, in exitum venire, vt adimpleatur Scriptura. Nam ſi ſic eſſet, laudari potius, quàm vituperari tanquam Scripturarum miniſtri nequam homines poſſent: quippe nec deliquiſſe omninò viderentur, ſi coacti feciſſent. Nam ſi adimplere Scripturam neceſſe eſſet, illi, per quos adimpleretur, nullo crimine profectò tenerentur. Præterea in Scripturæ autorem culpa redundare videretur, ſiquidem, vt adimpleretur Scriptura, vi quadam mala commiſerint. Sed quis adeò rationis ac mentis inops erit, vt Scripturam ſancti Spiritus, peccandi cauſam attuliſſe homini vnquam credere poſsit? Non ergo vt adimpleatur Scriptura, nec iſta de cauſa facta ſunt à quibuſdam quæ Scriptura prædixit, ſed contra, quoniam ita nonnulli ſponte facturi erant, idcircò præſciens Spiritus ſanctus, futura prædixit.* Hæc ille. Ponit Damaſcenus pulchrum exemplum, vt probet Deum malorum cauſam non eſſe. *Quemadmodum*, Inquit, *ſi ſedeat quis operans, ſuperueniat autem quiſpiam amicus, ait: Ne hodie operer, ſuperuenit amicus. Attamen amicus non, vt non operetur, aduentauit, ſic autem euenit. Nam ſic occupatus circa amici ſuſceptionem, non operatur. Et dicuntur hæc euentus, quia ita eueniunt res.* Hactenus Damaſcenus. Similia ſunt: *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum; Oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: Concluſit Deus omnia in incredulitate; vt omniũ miſereatur*: Et illud, *Butyrum, & mel comedet; vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Ex vſu namque butyri, & mellis euenit, vt guſtui ſuauia addiſceret acceptãda, & inſuauia reprobanda. Item: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.* Et, *In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant*: hîc, *Vt*, finem ſignat. Sequitur: *Et qui vident, cæci fiant*; hîc, *Vt*, euentum denotat. Rurſus: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, &c. vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt.* Eiuſdem generis ſunt quæ habentur in Marco c. 4. & Luc. 8. *Illis qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligãt; ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.*

Matth. 6.
Supra 5.
Matth. 1. & ſæpè deinceps.
Vt particula in quib⁹ cauſam, in quibus euẽtum ſignificet.
Cyrill. li. 9. in Ioan. c. 10. prope finem, tom. 1.
Si mala euenirent proinde, quia à Prophetis illa prędicta sũt, quid conſequeretur.
Ioan. Damaſc. lib. 4. ca. 20. in fine.
Quàm idoneo Damaſcenus exemplo Deum oſtendat autorem non eſſe malorum.
Euentus cur ſit dictus.
Rom. 5.
1. Cor. 11.
Pſalm. 50.
Rom. 11.
Iſai. 7.
Matth. 1.
Ioan. 11.
Supra 9.
Matth. 23.
Marc. 4.
Luc. 8.

Quia. Quoniam.

Quia, Quoniam, coniunctiones ſunt cau-

lam

Luc. 7.
Pſal. 16.
1. Ioan. 4.
Supra 3.
Dei erga nos charitas vnde comprobetur.
Ioan. 12.
Iſai. 6.
B. Aug. tract. 53. in Ioan. circa med. tom. 9.
Chryſ. hom. 67. circa med. tom. 3.
Theophyl. in Ioan. 12.
Mag. Athan. tom. 3 ante dimid.
Matth. 2.

ſam reddentes, vel à priori, vt ſi equenter faciunt, vel à poſteriori, iuxta illud: *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* probat remiſsionē peccatorum factam ab effectu dilectionis magnæ. Simile eſt illud: *Ego clamaui, quoniam exaudiſti me,* id eſt, effectus promptæ exauditionis tuæ reddit me clamoſum in precibus non dubitantem de exauditione. Et id: *In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſancto ſuo dedit nobis.* Et iterum: *In hoc cognoſcimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit.* Ex eo enim quòd poſuit vitam pro nobis, comprobamus eius erga nos charitatem. Cùm dicitur; *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum,* ibi, *Quia*, non aſsignat Prophetam Iſaiæ fuiſſe cauſam nō credendi, ſed malam Iudæorum voluntatem, de qua præceſsit, non poterant, id eſt, non volebant, credere: vt interpretantur Auguſtinus in Ioannem, Chryſoſtomus, & Theophylactus in eundem locum. Mala autem voluntate Iudæorum non credendi poſita, & à Propheta prænuntiata, non poterant credere in ſenſu compoſito, vt docent Theologi. Lege magnum Athanaſium in tractatu de paſsione, & Cruce Domini, vbi hâc rem ſatis doctè, & eleganter perſequitur. Interdum verò eiuſmodi cōiunctiones accipiuntur pro alia, quæ non reddit cauſam, id eſt, pro quòd: vt illa omnia: *Videns Herodes, quoniam illuſus eſſet à Magis*, id eſt, quòd illuſus eſſet. Et hoc maximè contingit, quando id ſequitur, vel dictum, vel auditum, vel ſcitum, & cognitum, vel cogitatum, aut ſcriptum narratur, iuxta illud: *Vt impleretur quod dictum eſt per Prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur: Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Quia nemo eſt in cognatione tui vocetur hoc nomine: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt? Dicite quia Dominus ijs opus habet: Et ego dico tibi quia tu es Petrus: Magiſter, ſcimus quia verax es: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet: Dixi vobis quia ego ſū: Si nō credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro: Nolite putare quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem: Domine, tu ſcis quia amo te: Multi venient in nomine meo, dicentes quia ego ſum Chriſtus: Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terra, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & cæt.* Et Apoſtolus: *Scio quia non habitat in carne mea bonum: Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Et nunc fratres, ſcio quia per ignorantiam feciſtis: Scientes tempus quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: Nunc ſcio verè quia miſit Deus Angelum ſuum: Quicquid oran-*

Ibidem.
Infra 7.
Infra 9.
Luc. 1.
Matth. 15.
Infra 21.
Supra 16.
Infra 22.
Infra 26.
Ioan. 18.
Supra 8.
Supra 5.
Infra 21.
Marc. 13.
Matt. 11.
Rom. 7.
1. Cor. 5.
Act. 3.
Rom. 13.
Act. 12.

tes petitis, credite quia accipietis. In omnibus, & ſimilibus ferè infinitis, *quoniam* & *quia*, ſignificant idem quod particula quòd, q̃ interdum Latinis rationem reddit, & valet idem quod, eo quòd, & cauſa huius rei eſt: quoniam Græcis ὅτι, & Hebræis כִּי, *quoniam*, & *quòd*, indifferenter ſignificant: & idcircò interpres aliquando poſuit *quoniam*, vel *quia*, vbi potuiſſet vertere *quòd*. Aliquādo ὅτι, ſignificare poteſt *quoniam*, & *quòd* ſimul: Vt ibi, *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur.* Vbi primùm nota Atticam locutionem, neutrum plurale eleganter conſtrui cum verbo ſingularis numeri: propterea interpres benè vertit: *Stultitia eſt enim illi,* ſcilicet ea quæ Dei ſunt, ad quæ neceſſariò ſunt ea verba referenda. Licèt quia illa phraſis non eſt vſitata apud Latinos, clariùs vertere potuiſſet: Stultitia enim ſunt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinātur, vel iudicantur.

Cur redditſi ſit quia, vel quoniā pro quòd, ab interprete.
1. Cor. 2.
Eius dicti Apoſtolici: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, &c. literalis explicatio.

Deinde aduerte, *quia*, vel poni pro *quòd*, vt ſit ſenſus: Non poteſt intelligere quòd illa ſpiritualiter ſunt dijudicanda: & eſt planus, & germanus ſenſus, vel poteſt eſſe cauſa eius dicti, nō poteſt intelligere, ob id nimirùm, quòd cùm animalis ſit, illa ſunt ſpiritualiter dijudicanda. Aliquando verò *quoniam*, & *quia*, abundant, & nihil ſignificant, ſed ex more linguæ ſuperfluunt. Hinc Euthymius in Pſalm. 9. à medio: *Obſeruandum eſt,* inquit, *quòd dictio Quoniam, ſeu Quia, apud Hebræos non ſemper cauſam reddit, ſed aliquando aduerbium eſt confirmandi; aliquando etiam abundat iuxta idiomatis vſum. Vt ibi: Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniuſtus benedicetur.* Idem in Pſal. 67. dictionem *Veruntamen*, nonnunquā in Scripturis tradit eſſe ſuperfluam, vel accipi pro *Verè*: Vt, *Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum*: &, *Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius.* Et in Pſalm. 83. & 101. de priori voce *quia*, vel *quoniam*, Idem confirmat: Vt, *Quoniam miſericordiam & veritatem diligit Dominus Deus*: &, *Quia cinerem tanquam panem manducabam.* Et certè ſine illis optimè conſtat orationis ſenſus, vt ibi: *Benè dixiſti, Quia non habeo virum: Tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos: Dicite quia Dominus ijs opus habet: Dixerunt illi, Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine: Dixi vobis quia ego ſum: Tu dicis, quoniam Rex ſum ego.* Et B. Marcus: *Dicebant enim, Quoniam in furorem verſus eſt.* Infra: *Et Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant; dicebant, Quoniam Beelzebub habet.* Et rurſus: *Nonne ſcriptum eſt, Quia domus mea, domus oratio-*

Eædē particulæ, & dictio Veruntamē, in Scripturis nonnunquā ſuperfluunt.
Euthym.
Ibidem.
Pſalm. 67.
Pſalm. 84.
Ibidem.
Pſalm. 83.
Pſalm. 101.
Ioan. 4.
Matth. 7.
Infra 21.
Ioan. 3.
Luc. 18.
Ibidem.
Marc. 3.
Ibidem.
Infra 11.
Iſai. 56.

nis vocabitur? In his,& ſimilibus,ablata con-
iunctione,rectè conſtabit orationis ſenſus.
Ioan.10. Eo loco Ioannis: *Quem Pater ſanctificauit,& miſit in mundum, vos dicitis, Quia blaſphemas quia dixi, Filius Dei ſum?* primum Quia omninò ſuperfluit, & potius obſcuram, quàm certam reddit orationem, & ſine eo planus colligitur intellectus eius.

Coniunctio, *Enim*, quæ Græcè Γάρ dicitur, & Syrè ger, Gallicè car, cauſam ſubiungit: vt, *Nam, Namq;, Quippe*, à priori, vel poſteriori cauſam reddunt. Interdum capitur pro, *Certè*, vt Latinis, *Enimuerò*: & affirmat.
Matth.5. vt illud: *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*: id eſt, certè quod in ea natum eſt
Hebr.2. de Spiritu ſancto eſt, vt tu ipſe inueniſti. Interdũ accipitur pro aduerbio, *autem*, vel pro, *verò*, iuxta illud: *Nuſquam enim Angelos apprehendit*, pro eo quod eſt: Nuſquam autẽ
Infra 7. Angelos apprehendit. Et rurſus: *Translato enim Sacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat*, pro, tranſlato autẽ Sacerdotio, &c. non enim ibi reddit cauſam vllam.

Tamen, particula, quæ Græcè dicitur
1.Cor.14. Ὅμως, ponitur pro certè: vt ibi, *Tamẽ quæ ſine anima ſunt vocem dantia*, id eſt, Certè quæ
Gal.3. ſunt ſine anima, &c. Et ad Galat. *Tamen hominis confirmatum teſtamentum*, pro, *Certè*, vel, *Quin*.

Si tamen, quod Græcè eſt Εἴπερ, vel Εἴγε, ponitur pro *Siquidem*, ſiue pro ἐπείπερ: vt
Epheſ.3. illud: *Ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu* (id eſt, pro Chriſto, ſicut Apoſtolus Chriſti, vel Martyr Chriſti, hoc eſt, pro Chriſto) *pro vobis Gentibus: Si tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi*, id eſt, ſiquidem audiſtis creditam mihi adminiſtrationem
1.Pet.2. Pſalm.33. gratiæ inter vos prædicandæ. Et Petrus: *Si*
Rom 8. *tamen guſtaſtis*, (id eſt, ſiquidem guſtaſtis)
2.Theſ.1. *quoniam dulcis eſt Dominus*. Et Paulus: *Si ta-*
Rom.8. *men Spiritus Dei habitat in vobis*, & alibi: *Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere*: in vtroque textu magis quadrat, *Siquidem*. Rurſus:
Epheſ.4. *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur*, vbi εἴπερ, ſiquidem. Et ad Epheſ. *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis*, id eſt, ſiquidem illum fide ſuſcepiſtis.

Sed, ἀλλά, pro Imo vſurpari ſolet inter-
2.Cor.7. dum: *Ecce enim hoc ipſum*, ait Paulus, *ſecũdùm Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, &c.* pro, i-
Infra 8. mò defenſionem. Et infra: *Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermone, & ſciẽtia*: pro eo quod eſt, imò in omnib⁹ abundatis. Inter-
1.Cor.3. dũ ἀλλά ponitur pro, niſi: vt illo loco: *Quid igitur eſt Apollo? Quid verò Paulus, niſi miniſtri, per quos credidiſtis?* ita enim habent Græca, licèt idem noſtra lectio Latina habeat, etiamſi particulam *niſi* ſupprimat.

Niſi, quæ Græcè Ἐὰν μὴ, non ſemper ſignificat, *Si non*, ſed ponitur interdum pro,
Sed, vel ἀλλά: vt, *Scientes quòd non iuſtificetur homo ex operibus legis niſi per fidem*. Vbi ſi ſenſus eſſet, ſi non per fidem, inferretur, quòd ſi adſit fides, iuſtificaretur ex operibus legis, & ita Apoſtolus ſibi non conſtaret, qui omnia opera legis à virtute iuſtificandi excludit. Ergo, *Niſi*, accipienda eſt pro particula aduerſatiua *Sed*, vbi Syriacum exemplar ad Galat.2. habet אֶלָּא quod eſt Græcũ ἀλλά, id eſt, Sed: vt, *Nemo nouit Patrem niſi filius*: & , *Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo Filius hominis*, pro eo quod eſt, *Sed*. *Niſi* etiam affirmatiuè ponitur cum Apoſiopeſi: vt, *Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te*, ſcilicet, poſt hac mihi fidem non habeas.

Galat.2. Illud Apoſtoli: Scientes quod non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem: quo ſenſu dicatur.
Matth.11. Ioan.3. Hebr.6. Gen.22.iuxta LXX.

Quàm, diſcretiua coniunctio, vel electiua, Græcè ὅσον vel ὡς, Hebraicè מה interdũ diſcernit, vt cùm dicitur: *Tam in volucribus, quàm in iumentis*: Interdum intendit, vel auget, vt Cicero ait: *Cum quo quàm familiariſſimè vixi*, & Martialis:

Quàm. ὅσον, vel ὡς. מה Geneſ.9. Cicero. Martialis.

Quàm cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

Et ita in Scripturis ſæpiſſimè vſurpatur: vt, *Quàm dilecta tabernacula tua: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua*, id eſt, valde dilecta, & ſuauia: *Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem: Quàm magnificata ſunt opera tua, Domine: Quàm bonus Iſraël Deus: Quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum: Quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra? Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.* Illud quoque: *Ignem veni mittere in terram: & quàm volo vt ardeat?* Si legis, quid volo, explica quàm volo. *Quàm terribilia ſunt opera tua?* id eſt, incutientia timorem. Redditur interdum per verbum, *Quomodo*: vt, *Quomodo dilexi legem tuam Domine?* id eſt, Quantum, vel, Quàm magno affectu. Aliquando per *Quid*, vt, *Domine, quid multiplicati ſunt qui tribulant me?* id eſt, Quàm multiplicati? non enim miratur propter quam cauſam, cùm peccaſſet in Vriam, & Bethſabeam eius vxorem. Interdum per quemadmodùm, iuxta illud: *Homines, & iumenta ſaluabis, Domine: Quemadmodùm multiplicaſti miſericordiam tuam, Deus?* id eſt, Quantùm multiplicaſti, vel Quàm vehementer, vel amplè multiplicaſti? vt ſit admirantis. Et Hieronymus Matth.7. Græcã particulam τί, vertit *quàm*, dicens, *Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, &c.* *Quàm* etiam habet vim comparatiui, addito aliquo aduerbio plus, vel magis quàm. Interdum tamen non eſt aduerbium expreſſum, ſed ſimpliciter *quàm*. & tunc eſt illud ſupplen-

Pſalm.83. Pſalm.118. Rom.10. Iſai.52. Pſalm.103. Pſalm.72. Pſalm.132. Pſalm 8. Rom.11. Luc.12. Pſalm.65.
Tribus modis redditur eadem particula apud Latinos.
Primus. Pſalm.118. Secundus. Pſal.3. Tertius. 2.Reg 11. & ſeq. Pſalm.35.
Matth.7. Luc.15.

dum:

dum: vt ibi, *Dico vobis quòd ita gaudium eſt in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.* Quem locum, eandem ſcribens parabolam, ſupplet Matth. 18. *Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis, quàm ſuper nonaginta nouem quæ non errauerunt.* Hæc pauca produximus, vt guſtũ aliquem preberemus lectoribus: qui plura legere volet, conſulat eos, qui de his copioſiùs ſcripſerũt. Certè Auguſtinus ſeptem libros de Locutionibus ſacræ Scripturæ edidit, in quibus locutiones, & phraſes iuxta literam Græcã Septuaginta interpretum explanauit, & totidem libris de quæſtionibus ſacræ Scripturæ ſenſum enucleauit. Hieronymus vero libros de Hebraicis quæſtionibus in Geneſim edidit, & pollicetur idẽ ſe præſtiturum in reliquos libros. Vtinam quod promiſit, præſtitiſſet, aut ſi præſtitit, non intercidiſſet liber viri illius doctrina & linguis incomparabilis. Noſtro ſeculo præter Hæreticos, qui multa ſalſa veris admiſcent, (vt ſui eſt moris) ſcripſerunt multi Catholici, vt Ioannes Dryedon, Xantes Pagninus, & Benedictus Arias Montanus in ſuis Idiotiſmis in linguam ſanctam.

Matt. 18.

3. Aug. to. 3. non procul ab initio.

3. Hier. to. 3. non procul à fine.

Hæreticorũ ingenium.

Ioan. Drye.

Xantes Pagnin.

Bened. Arias Montanus.

PROLEGOMENON XVII.

An Humanarum diſciplinarum perceptio aliquid adiumenti habeat ad intelligentiam ſacrarum literarum.

SAEpè apud veteres Patres in dubium reuocatum fuit, num diſciplinarum humanarum cognitio, vt Rhetorices, Dialectices, vtriuſque Philoſophiæ, tam Moralis, quàm Naturalis, Metaphyſicæ, & ſimilium, aliquid ad intelligendas, vel explicandas Scripturas conferret: noſtro quoque ſeculo Hæreticis vrgentibus, & vetera omnia faſtidientibus, dubitari cœptum eſt, an Scholaſticæ Theologiæ ſtudium plus obeſſet ſacrarum literarum intelligentiæ, quàm prodeſſet. Quamuis hoc ſpinoſum, & contentioſum Theologiæ genus, vt illi vocant, ex parte aliqua diuinum ſit, & de Diuinis myſterijs ediſſerat: quia tamẽ rationibus, & argumentis humana arte adinuentis, & in refutando & in confirmando procedit, humanum redditum eſt, ob eam cauſam de ſtudio tam illarum humanarum diſciplinarum, quàm huius Theologicæ ſcientiæ ſimul erit nobis agendum, eamq; Theologiã nunc inter ſcientias humanas, etiamſi minimè ſit, vt explicabitur, cõputabimus.

Eorum qui ſcholaſticam Theologiam ad Scripturas intelligendas parum valere contendunt, argumenta proponũtur.

Objiciunt igitur quidã, viam hanc, quę in addiſcendis his diſciplinis ponitur, longam eſſe, & totam hominis ætatem requirere, antequàm ad Scripturas deguſtandas quis poſſit accedere. Deinde, via eſt prępoſtera, nimirum per ſpiritũ humanum, quo ſcripſerunt autores, velle indagare Spiritũ ſanctũ, quo ſcripſerunt Prophetæ, & Apoſtoli. Tertiò, via eſt periculoſa, quia diſciplina humanæ multis erroribus, & falſitatibus admiſtæ ſunt, plurima habent carnis fomenta, quæ laſciuiam alere poſſunt, multa etiam per ambitionem, & Philoniciam, & philautiam pronuntiata, atque adeò etiam propugnata. At per errorem, ſuperbiã, & carnis licentiam, ad puriſſimam illam, & veritate, & humilitate referti ſſimam ſacrarum literarum notitiã nequaquàm peruenitur. Ad hæc, via eſt obſcura, & multis tenebris obducta; vt qui per eam ad ſplendidam, & lucidam Bibliorum lectionem contendit, ei nõ ſit diſſimilis, qui per tenebroſam nubem Solem intueri, aut per paruum candelæ lumen de mole, & magnitudine Solis iudiciũ ferre vellet. Præterea, via hæc eſt contentioſa, & rixoſa, de ſingulis dubitare docens, & ratione duce de quibuſuis contẽdere, antequàm alicui aſſertioni certum aſſenſum quis præbeat. Paulus itẽ eam methodũ videtur reprobaſſe, cùm ſcripſit ad Coloſſ. *Videte ne quis vos decipiat* (vel, vt Græca habent, *ne quis vos deprædetur*) *per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum.* Quid enim aliud addiſcat homo ex Ariſtotele, quàm de mundi æternitate, & de Dei ad hæc ſingularia, & inferiora prouidentia, deque animi immortalitate dubitare? aut quid aliud ex eius adytis percipiet, quàm Deũ eſſe infinitum quidẽ duratione, vigore verò, ſiue virtute finitum, ex neceſſitate, & non ex propoſito operantem? De Creationis verò veritate ex eo quod ex nihilo nihil fiat, min⁹ rectè, & Catholicè ſentire addiſcet. Adde quòd Apoſtoli, vt habemus apud Clementem Rom. in Conſtitu. Apoſtolicis, tradiderunt, atque hanc legem ſanxerunt: *Abſtinete ab omnibus Gentilium libris: quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falſis Prophetis? quæ quidem leues à fide abducunt. Nam quid tibi deeſt in Lege Dei, vt ad illas Gentium fabulas confugias?* & reliq. Porrò Tertullianus noſter antiquiſſimus ſcriptor, Philoſophos, Hæreticorum Patriarchas appellauit. Vt igitur huic dubitationi plenè ſatisfaciamus, ſtatuendũ eſt in primis, duas extremas eſſe ſententias, & idcirco declinandas circa Humanas diſcipli-

I. Argum.

Secundum.

1. Pet. 1.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

VI. Argum.

Coloſſ. 2.

Fructũ quẽ præſtet Ariſtotelis doctrina mortalibus ſecundùm hæreticos.

Gen. 1. & alibi.

VII. Argum.

Clem. Rom. lib. 2. Conſt. Apoſt. c. 7. in princ.

Tertull. lib. Aduerſus Hermog. circa princ.

nas: alteram quidem Lutheri, omnes tales ſcientias dogmatizaotis, errores eſſe inutiles, & fidei pernicioſos, eo quòd Chriſtus illis vſus noo ſit, neque in Apoſtolos eos elegit, qui eiuſmodi diſciplinis præditi eſſent. Nocere prætereà contendit eiuſmodi diſciplinas, quæ ſolam rationem ducem ſequuotur, cùm Scriptura, & Fides tantùm dicentis autoritate, oō autem rationis præſidio nitantur. Denique multos ex ſtudijs illis Philoſophicis prodijſſe hæreticos, qui Eccleſiæ pacem, & ſerenitatem perturbarunt: vt fuerunt Marcion, Valentinus, Origenes, & Arriani.

Altera omnioò oppoſita, & extrema, ſenteotia eſt, eiuſmodi homioum ſciemtias eſſe non ſolùm vtiles, ſed & oeceſſarias ad Fidem Catholicam, & Scripturam ſacram intelligendam. Tum quia *Inuiſibilia Dei, à creaturo mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur*: ſempiterna quoque eius virtus, & diuioitas: ita vt ſiot inexcuſabiles. Et ad Corinth. *Nam quia in Dei Sapientia nō cognouit mundus per Sapientiam Deū, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credētes.* Vbi diſciplinas Philoſophorum, vocat Sapientiam Dei. Tum etiam, quia Patres omnes, & Doctores, illas diſciplinas ſuot amplexi, atq; Scripturas illuſtrârunt: non tantū Gæci, & Latini, ſed etiam ex Hebræis Ariſtobulus Peripateticus, Philo, & Ioſephus, qui diſertiſsimi ſcriptores habentur. Tum denique, quia ratio daturalis Fidei nequaquā aduerſatur, & Fides non eſt cōtra, ſed ſupra rationem: ideo Fidei inſeruire poteſt, ſecundùm illud: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Imò Illarum bonarum artium præſidio Dionyſius Areopagita, & Iuſtinus martyr, vterq; Platonicus, & fidē ſuſceperunt, & acceptam propugnârunt: & Auguſtinus noſter, lecto Ciceronis Dialego, qui Hortenſius eſt inſcriptus, à Manichæis ad Chriſti fidem ſuſcipiendam deſecit. Adſuot prætereà quidam Ariſtotelicæ doctrioæ plus æquo dediti, atque addicti, non aliter fuiſſe Chriſti Præcurſorē in naturalibus ſcientijs Ariſtotelem, quàm fuerit Ioānes in gratuitis, & ſupernaturalibus myſterijs: eumque mordicus tenendum, vbi veritati Fidei non aduerſatur. Sed hæc extrema omninò vitanda ſunt, & declinanda, mediaque via, ac regia ingrediendum: quam tribus aſſertionibus omni acceptiooe dignis explicandam curauimus. Quarū priores duas, quid ſit de diſciplinis humanis ſentiendum, poſtremam verò, quid de Theologiæ Scholaſticæ ſtudio tenendum ſit, firſiori oratione expediemus.

Rom. 1.
1. Cor. 1.
2. Cor. 10.
Aug. lib. 3. cōfeſ. c. 3. 10. 1. prope initiū.
Magni cuiuſpam viri de Ariſtotelis Peripatetica diſciplina iudicium.
Quid ſit de diſciplinis humanis ſentiendum.

Hæc igitur ſit prima Aſſertio: Ad Fidem ſuſcipiendam, & vitam æternam adipiſcendā, nobis ſine vllis diſciplinis, ſiue Ariſtotele, ſiue Platone, ſatis eſt Chriſtus: quia fides ſolo Deo reuelante infuoditur, ab eo ſolo augetur, atque perficitur, ſecundùm id, *Domine, adauge nobis fidem*: illique acceptam ferre debemus gratiam, qua legi eius facientes ſatis, ad vitam æternam perueniтur. Atque in hunc ſenſum Apoſtolus dixit: *Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum: etiamſi reprobatus ſit ab ædificantibus, & mundi ſapientibus tanquàm ſcandalum, & ſtultitia.* Huius autem veritatis ſolidas probationes multas adducere, ſi vellem, ſanè poſſem: *Ego ſum*, inquit, *oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur*: &, *Ego ſum via, & veritas, & vita.* Qui ergo per aliud aut Philoſophiæ, aut legis Moſaicæ oſtium putat in cœlum poſſe conteodere, ſimilis eſt ædificantibus turrim Babel, quā à ſe constructa putabant cœlum cooſcendi poſſe: qui tamen cooſuſi ſunt, & Dominus eorum cogitationes diſsipauit. Eſt etiam illa firma ratio ad hoc idem comprobādum: quia ſi tantùm diſciplinis humanis dediti aditum ſibi facerent ad fidem, & ſalutem, profectò paucìſsimi eſſent, qui ſalui fierent, & Deus parcus, anguſtique cordis Saluator à nobis exiſtimari poſſet, qui viam tam arctam, cuius infiniti propemodum minus ſunt capaces, ad vitam æternam comparandam propoſuit. Sed in hac aſſertione magis corroboraoda plus inſiſtere oō putaui operæpretium.

Aſſertio I.
Luc. 17.
1. Cor. 2.
Matth. 21.
Pſal. 117.
1. Cor. 1.
Ioan. 10.
Infrà 14.
Qui per aliud quàm Chriſti oſtium in cœlum ſe putat poſſe conſcēdere, qualis ſit ille.
Gen. 11.

Secunda veritas ſit: Ad ſacram Scripturam rectiùs, & pleniùs intelligendam, illuſtraodamque, atque ab alijs eam cum fructu proponendam, & explicandam, atque à contradicentibus propugnandam humanæ diſciplinæ valent plurimum, ornamentumque maximum Eccleſiæ Dei præſtant, ſi, vt par eſt, benè quis eis vtatur. Nam etſi fidem per ſe gignere non valent, ad illam tamen percipiēdam diſponunt, vt conſtare poteſt ex Iuſtioi Martyris, & Auguſtini exemplis. Nam prior ille ſententia quadam Platonis, alter verò Dialogo Ciceronis perlecto, ad Gentilitatis, & Hæreſeon errores deſerendos, & ad fidem amplectendam, excitati ſunt. Fidem tamen iam à Deo inſuſam, eiuſmodi artes ingenuæ confirmant, ita vt qui credit, eò perueniat, vt intelligat quàm ſint Scripturarum dogmata credibilia, & omni acceptione digna, & vt ſciat reddere rationem de ea, quæ in nobis eſt ſpe, & fide. Hoc verò inde in primis corroboratur,

II. Aſſertio.
Ad ſacrā ſcripturam commodiùs percipiēdam, illuſtrandamque, atq; alijs cum fructu proponendā Theologiæ Scholaſticæ ſtudium plurimum conferre demonſtratur.
Ratio I.
1. Pet. 3.

quia cùm homo qui credit, ratione ſit pręditus, per fidem nequaqnàm deſtruit, ſed perficit, & ſuperiori lumine illuſtrat rationem: Gratia ſiquidem non deſtruit, ſed perficit naturam. Inde eſt qnod rationibus, & diſciplinis rationalibus in fide confirmatur. Etenim omne verum vero conſonum eſt, vt teſtatur Philoſophus, & vtriuſque luminis, tam rationis, quàm fidei, vnus autor eſt Deus. Niſi quod lumen naturale per creationem inditum eſt: gratuitum verò, & ſupernaturale per reuelationē: de qno lumine illud intelligitur à quibuſdam ex veteribus Patribus: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*, quanquàm eam ſententiam nonnulli ex Scholaſticis ad naturale lumen nobis inſitum referant. Vt autem vnum & idem lumen ſibi eſſe contrarium nequit, ita nec rationi fides.

Gratia non deſtruit, imò perficit naturam.

Omne verū verò conſonum eſt.

Ariſtot.

Pſal. 4.

Sed quemadmodum lumen rationis: & lumen ſenſus à Deo ſunt homini tributa, nec ſibi repugnant, etiamſi lumen ſenſus non pertingat ad omnia, quæ videt lumen rationis, ſed debet ſenſus rationi ſubeſſe in his quæ ſunt huiuſmodi, ita rationis, & fidei lumina à Deo ſunt, etiamſi lumen rationis non tantum perſpiciat, quantum lumen Fidei, etſi, vt dixit Ambroſius, omnis veritas, à quocunque dicatur, à ſancto Spiritu ſit.

Amb. in c. 12. prioris ad Cor. ſub init. tom. 4.

Secunda ratio.

Sacra Scriptura quemadmodum à Deo ſit concinnata, atq; contexta.

Deinde idem à ſacræ Scripturæ natura aſtruimus: quæ ita à Deo temperata eſt, vt ad ſui intelligentiam exigat naturam humanam, id eſt, rationem, & artem, & gratiam Dei, & per conſequens omnes diſciplinas, & artes humanas, quarū actionibus, & exemplis ad noſtram emendationem frequenter vtitur. Exigit etiam motus, & operationes gratiæ Dei in anima, & in Dei Eccleſia operantis, ſine quibus vix capitur: ita vt ſicut omnia ſunt propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, ita etiam omnes ſcientiæ, & diſciplinæ debeant illis inſeruire. Et ſicut Magnus tradit Baſilius, ſolent tinctores, vt perfectum colorem purpuræ panno inducant, inferiorem alium colorem præmittere, ſuper quo aptiùs exprimatur color ille perfectus: ita de diſciplinis humanis præmittendis ante diuinam ſcientiam iudicandum eſt.

Baſil. in tract. circa initium ad Nepotes tom. 2. à med.

Pulchra comparatio Baſilij Magni.

Tertiò conuenit, vt homo differentiam Dei, & hominis in loquendo agnoſcat. Nam vt elegans, & ſpecioſa fœmina conſpectis alijs non tam pulchris, ſpecioſior, ac formoſior apparet: & in coloribus ater, & fuſcus ſupponitur, vt alij appareant, & emineant: ad eum planè modum Scripturæ ſacræ ſplendor, & pulchritudo niſi cognitis Philoſophorum defectibus, & erroribus in diſciplinis tradendis minimè detegitur: *Sunt enim cogitationes mortalium timidæ, & incerta prouidentia noſtra.* Hinc per Hieremiam dicit Dominus: *Quid paleis ad triticum? Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram?* Sunt enim hominum verba inſtar palearum, quæ nihil firmitatis habent, & tantum ad externam, & belluinam hominis partem paſcendum accommodata: Dei verò grania, atque ſolida, perinde atque triticum, & quæ hominem ratione præditum valeant ſatiare. Sunt item illorum verba mortua, & frigida: Dei verò viua, & vt ignis efficacia. Illorum laſciuiæ, & carni, ſenſuique ſernientia: *Dei verò eloquia caſta, argentum igne examinatum.* Denique illorum verba infirma, & ad declinandum à malo, & ad amplectendum bonum imbecillia: Dei verò, vt malleus fortis ſolida, & quæ cōterunt eos, quę ipſis petris ſunt duriores. Proinde vt non decet Reginam ſolitariam ingredi, ſed gloria eius eſt, vt comitatu puellarum, & aliarum nobilium fœminarum ſtipata incedat: ita nec ſacram Scripturam decet ſine aliarum diſciplinarum, & ſcientiarum choro, quas tanquàm ancillas vocauit ad arcem, procedere. Et vt Reginæ aliquid affirmanti pro ſua autoritate, etiamſi non probet, ſtatim ab omnibus fides habetur, cæteris verò nulla fides accommodatur, niſi certis rationibus, vel teſtimonijs comprobata reddant quæ aſſerunt: Ita ſanè nec Philoſophis loquentibus fidem noſtram adiungimus, ſolis verò ſacris literis, vel vno aliquo verbo aliquid, quantumuis magnum, & incredibile humano ſenſu enuntiantibus, omnimodam & plenam fidem adhibemus.

1. Tim. 2.

Simile.

Sap. 9.

Hierem. 23.

Dei inter & hominū verba quid interſit.

Pſal. 11.

Aptæ ſimilitudines quædam.

Prouer. 9.

Quartò, vſui ſunt quàm maximo diſciplinæ humanæ, vt Hæreticis paralogizantibus, & dæmonibus tentantibus, & ſcrupulos in fidem ingerentibus; & Philoſophiæ ſcientia ad falſa confirmanda abutentibus, fortiùs reſiſtamus, illosque profligemus. Nam vt corporalibus armis pro corporum defenſione vtimur: ita rationalibus gladijs, hoc eſt, liberalibus diſciplinis contra eos, qui nos ſeducere conantur, vtendum eſt. Et vt nemo artem gladiatoriam, niſi prius illam didicerit, nouit: ita nec perfectam Dialecticæ artem, aut Philoſophiam quis poſſidebit, niſi prius illam perdidicerit, & tanquàm alter Dauid ſuperbi Goliath caput proprio enſe valeat præcidere. Solent enim noſtri Doctores illis ipſis diſciplinis, quibus Hæretici, vel infideles gloriãtur, & quæ nobis

Quarta ratio.

Simile.

1. Reg. 17.

obijci-

obijciunt, illos petere, ſuiſq; armis ſpoliatos peruincere. Quare quod Iſaias dixit: *Cōflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces*, ita quidam interpretantur, vt inſtrumenta illa, quibus Philoſophi, & Hæretici Eccleſiæ bellum indicebant, hoc eſt, Dialecticam, Rhetoricam, & Philoſophiā, & ſimiles alias doceant per Chriſtianæ militiæ duces, & Doctores, Athanaſium, Baſilium, Gregorium, Hilariū, Hieronymum, & Auguſtinum, de manibus illorū eſſe extorta, & in inſtrumenta colendi humanorū cordium terram conuerſa, dum in intelligendis Scripturis, & in prædicando Euangelo illarum ſtudium aſſumunt.

Iſai. 2. Illud Iſaiæ: Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lāceas ſuas in falces, qd ſignificet.

Accedit quinto loco, quòd Moyſes dum verſaretur in aula Pharaonis, omni ſapientia Aegyptiorum eruditus fuit: & Daniel dum in domo Nabuchodonoſor maneret, in omni diſciplina, & ſciētia Chaldæorum inſtructus fuit: Paulus verò, qui ad pedes Gamalielis Hebræas literas perdidicerat, Græcorum quoque autorum literaturam attingere non dubitauit: vnde etiam dum Chriſtum concionatur, aut ſcribit, nunc Arati, nunc Menandri, nunc Epimenidis teſtimonia producit. Quid dicam de veteribus Patribus, Dionyſio Areopagita, Clemente Romano, & Alexandrino, Iuſtino Martyre, Origene, Euſebio, Baſilio, Hilario, Hieronymo, & Auguſtino, qui non tantùm in Dialectica palæſtra, & eloquentię curriculo, ſed etiam in Platonica, & Ariſtotelica Philoſophia exculti, & ad miraculum vſque exercitati fuerunt? Vſque adeò, vt Hieronymus in Epiſtola ad Magnum vrbis Romæ oratorem tradat, in dubium eſſe reuocandum, an nonnulli ex prędictis Patribus maiores in Scripturarum cognitione, an verò in ſecularium literarum peritia extiterint. Nam multi illorum ante Chriſtum agnitum in illis diſciplinis doctiſsimi, ac locupletiſsimi fuerunt: quidam verò poſt fidem in Chriſtum illa ſtudia ſunt conſectati, ſed ita parcè, ac moderatè, vt docerent nos, eiuſmodi bonas artes ſobriè, & prudenter imbibendas eſſe, nam multis erroribus ſolent eſſe admixtæ. Certè Origenes, vt Hiſtoria tradit Eccleſiaſtica, libenter de dogmatis Philoſophorum, ac placitis diſputabat apud auditores; quo ita ſibi viam pręmuniret, & occaſionem captaret ad eos Chriſto lucrifaciendos: & B. Catharina ab infantia liberalibus diſciplinis exculta fuit, & maximos ſui temporis ſapientes ad ſe reuincendam Regis Maxentij opera euocatos, acerrima, & mirabili diſputandi vi, atque energia, & confurauit, & ad Chriſtum amplectēdum, & mortem pro eius fide ſuſtinendam, efficaci oratione compulit: &, quod amirandum eſt, quibuſdā teſtimonijs ex Sibylla, & Poetis deſumptis eis ſilentium inter diſputandum impoſuit.

V. ratio. *Act. 7. Dan. 1. Act. 22. Act. 17. 1. Cor. 15. Tit. 1. B. Hier. to. 2. à med. Euſeb. lib. 6. Eccl. hiſt. c. 3. tom. 3.*

Sextò, Dialectica, & Philoſophia ad omnes bonas artes & ſcientias cōparādas aptiſſima ſunt inſtrumenta, & ad illas methodicè explicandas, & alijs tradēdas: quidni ergo ad Chriſtianā Theologiam, & ſacras literas ediſſerendas inſeruiant? Nunquid florentiſsimæ Philoſophorum ſcholę, & Academiæ damnandæ ſunt, in quibus eiuſmodi diſciplinæ & docentur, & addiſcuntur? Nunquid Pij Principes, & Romani Pontifices, non ſolùm tolerantes, ſed etiam gratijs, fauoribus, & priuilegijs eas proſequentes condemnādi veniunt? aut nunquid Iulianus Apoſtata imitādus, qui literis, & eloquentiæ Chriſtianorū, in quibus ab eis ſuperabatur, inuidens, omnes ſcholas Chriſti profeſſoribus claudi edixit? Idem olim ſuo ſeculo tentauit Ioannes VVicleffus, & noſtro eius diſcipulus Lutherus, qui atrocibus contumelijs glorioſas Chriſtiani orbis Academias, Pariſienſem, & Louanienſem, quæ ſibi magnoperè aduerſabantur, & ex quibus tanquàm ex equo Troiano magni, & excellentes viri prodire ſoliti ſunt, tanquàm earum capitaliſsimus hoſtis eſt perſecutus: effundens enim acerbitatem animi ſui, & linguam virulentam exerens, appellauit Pariſienſem Sodomam, & Louanienſem Gomorrham, & Romam Babylonem Papæ.

VI. ratio.

De celeberrimis Chriſtiani orbis Gymnaſijs Pariſienſi ac Louanienſi, quid ſenſerit ac dixerit impudentiſſimus mortalium Lutherus.

Ad extremum, præſtantiores Philoſophi, vt Plato, Ariſtoteles, & alij celebres Scriptores quæcunque veritati conſona, ac proxima acutè dixerunt, ex noſtris ſacrarū literarum fontibus hauſerunt, vt inter Veteres Patres, teſtantur Clemens Alexandrinus libro 6. Stromatum, qui totus penè expenditur, vt detegat furta Poëtarum, Hiſtoricorum, & Philoſophorum, & Tertullianus in Apologetico, & Ambroſius ad Simplicianum: & Chryſoſtomus in Commentarijs ſuper Ioannem, & Auguſtinus in libris De Ciuitate Dei: & Cyrillus in Iulianum, tradit Pythagoram, & Platonem in Aegyptū deſcendiſſe, vt ex fontibus Moyſis doctrinam haurirent. Certè Theodoretus libro Græcarum affectionum ex primo libro Stromatum Clementis producit, Ariſtotelem à Iudęo quodam, quem vt præceptorem colebat, multa didiciſſe: idque teſtimonio Clearchi Peripatetici confirmat. Nec tantùm ex Scripturis acceperunt, ſed etiam ipſas ſacras literas, & Alphabetum Græcum non alijs quàm

Poſtrema ratio. Philoſophi ſapientiam ſuam vnde hauſerunt.

Clem. Alex. Tertull. in Apolog. c. 70. Amb. lib. 2. Epiſt. 7. à med. tom. 2. Chryſ. hom. 65 in Ioan. tom. 3. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei, c. 14. tom. 5. Cyrill. lib. 10. in Iulia. circa med. tom. 3. Theod. lib. 1. Græcarum fabula. ſub inus. tom. 2.

Phœni-

Phœnicibus, qui Hebræi erant, & eorum literis ſe debere profitebantur. Nam Hieronymo teſte in Prologo Galeato in libros Regum, viginti duæ enumerantur literæ Hebræorum, totidem etiã Syrorum & Samaritanorum. Certum quoque eſt. Eſdram poſt reditum è captiuitate Babe mutaſſe elementa: & cum eo vſque communes eſſent characteres Hebræis, & Samaritanis, ab eo tempore mutati ſunt in Syros, quos etiam nunc habemus, Hebræ. tamen lingua ſeruata. Literæ autem Græcæ, & ipſæ viginti duæ ſunt, & duabu additis à Græcis viginti quatuor. Nam in primis ordo literarum eſt idem: ſecundò nomina literarum ferè eadem, vt aleph, beth, gimel, daleth, he, vau. zain, heth, teth, iod, caph, lamed: Græcè verò alpha, βῆτα, γάμμα, δέλτα, ἒψιλὸν, ζῆτα, ἦτα, θῆτα, ἰῶτα, κάππα, λάμβδα, &c Poſtremò, quod maiori eſt dignum admiratione, eadem ſunt omninò in forma, & figura elementa Græca, & Samaritana, & maximè capitalia, ſiue maiuſcula literæ Samaritanæ, ſi tranſuerſa charta. in qua ſcriptæ ſunt, inſpiciantur. Lege Euſebium Cæſarienſem libro decimo de præparatione Euangelica, cap. ſecundo docentem, diſciplinas omnes, artes, & Alphabetum ipſum à Barbaris, hoc eſt, ab Hebræis ad Græcos deriuatum. Et probat idem eſſe Alphabetum, quia nomina elementorum apud Græcos nihil ſignificant, apud Hebręos verò vnumquodque eorum proprium habet ſignificatum. Vt Aleph interpretatur doctrina: Beth, domus: Gimel, plenitudo: Daleth, tabulæ: He, iſta, Vau, &c.

Hier. tom. 9.

Euſeb. Cæſ. tom. 1. Diſciplinas omnes, artes, imò Alphabetum quoque ipſum à barbaris, hoc eſt, ab Hebræis, ad Græcos deriuatum Euſebius tradit.

Sed iam argumenta primo loco propoſita diluenda ſunt. Nam quod dicitur, prolixam eſſe viam per has diſciplinas ad eam, quæ in arce ſita eſt, Theologiam, reſpondemus: quòd non ob id commendantur iſtæ diſciplinæ, vt totum vitæ noſtræ tempus abſoluant: nam præpoſterum eſſet ita meditari curſum, vt cùm velis propter præmium currere, iam defatigatus, & viribus defectus non poſſit: vel, ſicut in pulcherrima imagine, ſi tantùm ſiſteres oculos in pedibus contemplandis, & nunquàm oculos attolleres ad decoram capitis formam cõtemplandam. Denique iſtæ ſcientię degustandæ ſunt potiùs, vt aqua à Gedeonis militibus manu collecta, quàm à proſtratis corpore ebibendæ. Quamobrem poſſet homo duodecim annos natus, aut quindecim, quinque aut ſex Logicæ, & Philoſophiæ anno impendere, & totidem Theologiæ, vt poſſet iam 25. ætatis anno ad altiora Theologiæ, & ſacrarum literarum ſtudia commodè accedere.

Quæ in contrarium propoſita fuerãt argumenta ſoluuntur. Quatenus vtendum literis profanis.

Iudic. 7.

Ad illud verò, quòd eſt via prepoſtera, ratione ſcilicet velle indagare quæ Fidei ſunt: quod eſt perinde, ac per lucernam Solis magnitudinem intueri: dicendum eſt, rationes non adduci ad illa quæ ſunt Fidei, probanda, ſed ad credentem confirmandum, cùm videt, ea, quę credebat, rationi minimè diſſentire: vnde mirificè ex eo recreatur. Nec propterea talis aſſuetus rationibus indagandis minus fidei habebit, quia nouit fidelis autoritatem Dei dicentis eſſe ſupra omnem humanam rationem, & in tali aſſenſu maiorem eſſe certitudinem & firmitatem, quàm in rationis naturalis euidentia, quæ interdum fallere poteſt. Eſt etiam maius meritum noſtrum, & maior Dei gloria. Et ſicut ſeruis noſtris mendacibus fidem noſtram non accommodamus, ita Deo loquenti, etiamſi ſine ratione loqui videatur, ratio ipſa præſcribit maximè eſſe credendum. Hinc Cicero libro De Diuinatione acutè dixit: *Maioribus noſtris ſine ratione dicentibus, rationis eſt credere.* Tertiò obiectum eſt, eiuſmodi artes plenas eſſe erroribus, & mendacijs, ac proinde periculoſas eſſe, & pernicioſas. Reſpondemus, humana omnia talia eſſe ſuapte ingenio, vt & veris, & falſis, & bonis, & malis ſint permiſta. Et ideo ſimpliciter illæ ſcientiæ non ſunt deuorandæ, niſi quatenus Scripturis, & verbo Dei non repugnant. Vnde Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum de duobus filijs: *Huius ſapientiæ typus*, inquit, *& in Deuteronomio ſub mulieris captiuæ figura deſcribitur: de qua diuina vox præcipit, vt ſi Iſraelites eam habere voluerit vxorem, caluitium ei faciat, vngues præſecet, & pilos auferat: & cum munda fuerit effecta, tunc tranſeat in victoris amplexus. Hæc ſi ſecundùm literam intelligimus, nonne ridicula ſunt? Itaq; & nos facere ſolemus, quando Philoſophos legimus, quando in manus noſtras libri veniunt ſapientiæ ſecularis ſi quid in eis vtile reperimus, ad noſtrum dogma conuertimus, ſi quid verò ſuperfluum, de idolis, de amore, de cura ſecularium rerum, hæc radimus: his caluitium inducimus: hæc in vnguium morem, ferro acutiſſimo deſecamus.* Idem tradit in alijs locis, id eſt, in epiſtola ad Pammachium, & in epiſtola ad Magnum, Oratorem vrbis Romæ. Quemadmodum igitur Chriſtus Regna non ſuſtulit, ſed fallum, & tyrannidem: quia non eripit mortalia, qui Regna dat cœleſtia, & leges ciuiles, ſiue imperiales non abrogauit, ſed eas correxit, vt cõſentientes eſſent Euangelio: quia

Cice. lib. 2. De Diuin.

Hier. tom. 3.

Deut. 21.

Idem tom. 2.

Idem ibidem.

Per

Prouerb.8.

Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: & templa non deſtruxit, ſed idola, quæ in eis colebantur, vt in eis in futurum Chriſtus, & ſancti colerentur: ita profectò Logicam, Philoſophiam, & varias diſciplinas humanas de Eccleſia nõ exterminauit, ſed errores, mendacia, & abuſus illarum ſubmouit, vſum verò integrũ nobis reliquit.

Quod verò quartò obijcitur, viam eſſe obſcuram, & tenebris obſitam, neque eſſe ſapientis ab obſcuris ad clara pertingere, ſed potiùs è contrario: intelligant, humanas diſciplinas, quatenus à ratione profectæ ſunt, & rationem ducem ſequuntur, homini propriè conuenire, & per eas manu duci ad ea, quæ ſupra rationem poſita ſunt. Neque Scripturæ tam apertæ, & perſpicuæ ſunt, cùm ſuperiùs demonſtratum reliquerimus, eas multis, & grauibus difficultatibus eſſe implicitas, vt ad eas ſuperandas cognitio bonarum artium, & diſciplinarum non poſſit non ſummoperè conſerre. Quod verò per homines peccatores conditæ ſint, mirum non eſt: quia etiam per Balaam, & per Caipham, ac per malos homines loqui conſueuit Deus quas voluerit veritates. Hinc Dauid dixit: *Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum*, ſed non dixit, extinctæ, aut omninò ablatæ, ſed imminutæ, ob caligans rationis lumen: & naturalia in peccatore integra permanſerunt. Et libri Philoſophici non ſunt combuſti, ſed magici & ſuperſtitioſi.

Mali etiã homines Deo impellente multa vera pronuntiant.

Num.24.
Ioan.11.
Pſal.11.

Diminutas veritates à filijs hominũ, nõ extinctas Propheta cur dixerit.

Quod verò Apoſtolus dixit: *Videte ne quis vos decipiat* (vel deprædetur) *per Philoſophiã, & inanem fallaciam*, nõ ſimpliciter Philoſophiam damnauit, ſed inanem & vanam ad probanda ea, quæ Fidei repugnant: vt animæ mortalitatem, & quæ Deo prouidentiam mundi ſubtrahit, & ſubdit Paulus: *Secundùm traditionem hominum*, hoc eſt, quia dici ſolet, Hoc tenuit Plato, hoc aſſeruit Ariſtoteles, hoc ſenſit Zeno, aut Socrates. Sequitur, *Secundùm elementa mundi*: quod eſt dicere, à rationibus, ac principijs humanis velle deſtruere, ea quæ fide traduntur.

Act.19.
Coloſſ.2.

Apoſtolus cũ admonet: Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, &c. quo tendat. Quid illud eiuſdẽ: ſecundũ traditionem hominũ, & ſecundùm elementa mundi. Motus quid ſit.

Quemadmodum ex illo principio, Ex nihilo nihil fit, volunt tollere creationem: & ex motus duratione, qui eſt actus entis in potentia, elicere mundi æternitatem: & ex eo principio, quòd oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari, inferre, corrupto corpore, conſequi animæ mortalitatem: & ex eo principio, quod Dei intellectus vileſceret, ſi ad has inferiores res, & viles, quæ ſub orbe Lunæ verſantur, oculos ſuos conuerteret, deducere, prouidentiam eorum apud Deum non eſſe. Hæc enim ſunt principia ſapientum huius mundi, quæ etſi aliquid veritatis habeant in his inferioribus, relata tamen ad ſupremam illam, & incomprehenſam naturam, falſa ſunt, & nihil certi ex eis deducere poſſumus. Quod verò ait idem Apoſtolus: *Nemo ſe ſeducat: Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens*: nihil contra noſtram ſententiam dicit. Sapientes enim huius mundi docti videntur in diſciplinis humanis, in quibus didicerunt rationem de ſingulis exigere, & reddere. Hic ſtultus fit, cùm fidem his, quæ Chriſti ſunt, habet, neq; rationem eorum, quæ fide credenda traduntur, repoſcit. Et ita erit ſapiens: quia credere Deo dicenti, etiamſi rationem non reddat, maximæ & inuictæ rationis eſt credere. Poſſet etiam dici, euadere ſapientem eum, qui alios ſuæ curæ creditos regit, hac videlicet ratione, quia qui ſe quaſi ſtultum alij permittit regendum, doctus euadit, & aptus, vt alios regat: quia non eſt aptus ad regendum, qui non prius didicit obedire. Et quod iterum dixit Apoſtolus: *Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi*, non ſimpliciter illam damnauit, ſed oſtendit, illam non poſſe videre, quæ Deus poteſt facere. Qua ratione ſubiungitur: *Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus*.

Eiuſdem illa ſententia: Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens, quomodo accipienda.
1.Cor.3.

Nõ eſt aptus ad regendũ, qui nõ prius didicit obedire.
1.Cor.1.

Quomodo ſtultam fecerit Deus ſapientiã huius mundi vt idẽ dixit Apoſtolus.

Quod verò dixit Tertullianus, Philoſophos eſſe Patriarchas Hęreticorũ, ſuum cõmodum ſenſum habet. Sunt enim in diſciplinis humanis duo errores oppoſiti diligẽter vitandi. Primus eſt, ne errores, & vitia quæ interdũ diſciplinis humanis tradũtur, ꝓpter nõnulla bona quę docẽt imbibam⁹. Vt.n. terra aurũ nõ profert, nec argentũ ſine ſcoria, & granũ ſine palea, & roſam ſine ſpinis: ita illi vt homines quæ nouerant, nõ ſine defectibus, & mendacijs tradiderunt. Alter eſt, ne propter mala, quæ interdũ docent, reliqua omnia, etiã bona negligamus. Abuſus ſiquidem eſt vterq;, quemadmodũ etiam illorum ſentẽtias æquare Scripturæ: nam ancilla ſequi dominam, nõ præire debet. Neque eorum dicta, vel rationes ad fidem gignendam proponendæ ſunt, ſed potiùs ad vitã præmuniendam, & præparãdos eos ad Fidẽ, & ad oſtendendum quòd nulla vera ratio Fidei poſſit cõtradicere. Nec illæ addiſcendæ ſunt ad gloriam & oſtentationem, & diſputandi contentionẽ, & acumen, ſed pro veritate Fidei, & zelo Chriſti. Poſtremò non eſt in illis, ſed per eas diſciplinas ad meliora ſtudia, & altiora feſtinandum. Quod ergo quidam ex doctrina philoſophica hęretici euaſerint, id illorum vi-

Philoſophos eſſe Patriarchas Hæreticorũ, vt dixerit Tertullianus.

In humanis diſciplinis duo cauere maximè oportet.

tio, & non diſciplinis eſt tribuendum. Et quemadmodum Chriſtus ab initio pauper, nudus, & crucifixus prædicari voluit, & ob eam cauſam ſimplices piſcatores, & Idiotas, diuitijs, & eloquentia deſtitutos ad prędicandum elegit: poſteà tamen voluit ad Fidem venire Reges, diuites, & oratores, & magnos Philoſophos, qui omnes artes, & diſciplinas, abiectis earum defectibus, & erroribus, in Chriſti ſeruitutem tranſtulerunt.

1. Cor. 1.
Math. 4.
Clem. lib. 5. conſt. Apoſt. c. 7.

Quod poſtremò ex Apoſtolicis conſtitutionibus productum eſt, illud iuſtum, & æquum fuit præceptum, & tempori illi maximè conueniens. Paulatim tamen poſteà vbi viri magni omnibus diſciplinis exculti in Eccleſiam ingreſſi ſunt, ab illarum vſu non abhorruerunt. Vnde Damaſcenus libro 4. cap. 18. vbi propoſuit Catalogum ſcriptnrarum, de externis ſcriptoribus ita loquitur: *Si autem ab ijs qui foris ſunt, decerpere quippiam vtile valuerimus, non aſpernabile eſt: efficiamur probati trapezitæ, legitimum & purum aurum acernantes, adulteratum autem refutantes. Sumamus ſermones optimos, deos autem ridiculos, & fabulas alienas, canibus proijciamus. Nam plurimam ex ipſis contra ſeipſos fortitudinem habere valebimus.* Hæc ille, docens rationem, quam ſeruare debemus io legendis libris Gentilium, & Philoſophorum. Et ante eum Clemens Alexandrinus libro 6. Stromat. Philoſohiam Gentibus à Deo traditam docet, veluti proprium teſtamentum, vt ſit tanquàm fundamentum Chriſtianæ Philoſophiæ. Et ſubdit: *Sed vt in tempore nunc venit prædicatio, ita in tempore data eſt quidem lex & Propheta Barbaris: (Hebræis ſcilicet) Philoſophia autem Græcis, aures aſſueſaciens ad prædicationem.* De qua re alio loco plura dicenda erunt. Certè ſi rationem conſulamus, plurimum momenti habent quædam dicta, & facta Gentilium ad excitandos nos, & ſtimulandos, vt vel fidem noſtram rebus Euangelicis promptiùs accommodemus, vel vitiorum occaſionem, & fomenta diligentiùs ſubtrahamus, vel merita virtutum, quæ oobis præſcribuotur, alacriùs exerceamus. Hinc Dominus Centurionis fidem commendauit, vt Iudæorum perfidiam taxaret: exemplo Niniuitarum vrgebat ad pœnitentiam negligentes Iudæos: & reditu Leproſi Samaritani, & à Chriſto mundati, ad gratiarum actionem inuitauit ingratos Iudæos: Miſericordia verò viduæ Sarepthanæ Heliſæum ignotum domi excipientis, ad hoſpitalitatem ſtimulabat. Pungebat ad auditum verbi Dei exemplo Reginæ Sabæ, quæ profecta eſt à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: tacitè admonebat ad diuinæ ſtudium Scripturæ, producendo exemplum Eunuchi Candaces Reginæ Aethiopum, qui etiam dum curru veheretur, legebat Iſaiam prophetam. Documento Cornelij Cēturionis, & eleemoſynas aſſiduas erogantis, ad bonorum operum exercitium inducebat. Denique cùm Dominus dicebat: *Nonne & Ethnici hæc faciunt?* & Apoſtolus cùm loquit: *Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, &c.* ad Diuinæ legis obſeruantiam cohortabatur, & incendebat. Et hactenùs de diſciplinis humanis.

B. Damaſc. In legendis Gentiliū libris quid obſeruandum, teſte Damaſceno.
Clem. Alex. Sapiētia, ſeu Philoſophia Gentibus à Deo cur tradita.
Math. 8.
Infrà 12.
Luc 17.
Infrà 4.
4. Reg. 5.
Math. 12.
3. Reg. 10.
Act. 8.
Infrà 10.
Math. 5.
Rom. 2.

PROLEGOMENON XVIII.

An ſtudium Scholaſticæ Theologiæ opē & adiumentum adferat ad ſacras literas faciliùs percipiēdas, & alijs interpretandas.

TERTIA Expediēda eſt veritas. Scholaſticam Theologiam non poſſe iure quaſi inutilem, & ſuperuacaneā reprehendi ab Hæreticis, ſi iuſtos iudices ſe pręſtare velint, ex multis euincere poſſumus. Commendatur enim illa in primis ab antiquitate: quia ante quingentos aonos vigere cœpit etiam poſt alia genera theologizandi. Solent enim poſteriores curæ meliores eſſe, vt habet Græcum prouerbium. Et profectò ſi rationem rectam ſubducamus, ortum ab ipſo Chriſto hæc Theologia accepit. Nam etiam cùm puer eſſet, in templo interrogans, & reſpondens diſputauit, atq; omnes in eius reſpōſis, & verbis obſtupuerunt; grandior verò cum Phariſæis, ſcribis, & Iudæis multas diſputationes habuit, ſeq; Meſſiam, & plus quàm hominem, & Filium Dei ſimul & Dauid eſſe probauit: licereque in Sabbato ſanare hominem, ſi in eo licebat accipere circuncisionē, & Sacerdotes violabant Sabbatum ſine crimine, & licebat aquatum ducere bouem, & iumenta. Stephanus, & Paulus egregij fuerunt diſputatores, & aduerſantium ora obturabant, differentes de Meſsia, de lege, de Prædeſtinatione, de Gratia, & libero arbitrio, de fide, & operibus, de matrimonio, de reſurrectione, & multis alijs myſterijs. Apoſtoli omnes primùm cum Iudæis, deiode cum Gentibus, ad quas miſsi ſunt pręclaras, & ſingulares diſceptationes ioiuerunt, atque inde glorioſum de mendacio ſemper triumphum reportârunt, maximè verò Petrus, qui cum Simone Mago mul-

III. Aſſertio.
Propoſitæ quæſtionis pars affirmatiua rationibus idoneis quibus confirmetur.
Ratio I.
Luc. 2.
Matth. 22.
Ioan. 12.
Leuit. 12.
Math. 12.

Clem. Rom. lib. 1. conſt. Apoſt. c. 7. initio.

tis in locis magna ſua cum laude decertauit, vt lib. Recognitionum tradit Clemens. Eſt ergo hæc Theologia Scholaſtica, hoc eſt diſputatrix, orta à Chriſto, & Apoſtolis, & viris Apoſtolicis. Deinde Commendatur à ſanctitate Patrum, & eorum ſingulari doctrina, qui illa ſtudia coluerunt, vt B. Thomas, & B. Bonauentura, Albertus Magnus, & Alexander Halenſis, Petrus Lombardus, qui primus ſententias Theologicas compilauit, & denique B. Auguſtinus, & Damaſcenus: ex quorum fontibus omnes ſcholaſtici potàrunt, vt videri poſsint omnium eorum qui Theologiam profitētur, parentes.

II. Ratio ab authoritate Patrum, atque Doctorum.

III. Ratio ab Eccleſiæ approbatione.

Vrban. VI. in Bull. ad Archiepiſcopum capitulum Toloſa.

Innoc. V. in ſermone qui incipit: ecce plus quã Salomon hic.

Tertio loco laudem ſibi vendicant ab approbatione Eccleſiæ, quæ in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Petri Lombardi, & Epiſcopi Pariſienſis ſcripta approbauit: quemadmodum etiam beati Thomæ Aquinatis libri per Chriſti Vicarium Vrbanum VI. & Innocentium V. confirmati ſunt.

IV. Ratio ab eiuſdem priuilegio ſcholaſticis Theologis conceſſo.

Trid. Synod. Seſ 22. c. 2. de Reform.

Quartò, nobis hæc ratio Theologiæ comprobatur ex eò, quòd Eccleſia in hac diſceptatoria palæſtra concedit ſtudioſos viros ad Doctoratus, ſiue Magiſterij gradum promoueri, quo poſſint Scripturas ſacras interpretari, & Eccleſias ſibi creditas maiori cum fructu regere. Nã vt per Concilium Tridentinum optimè proſpectum eſt, nemo ad Epiſcopatum venit eligēdus, niſi qui lauream Theologiæ, ſiue ſacrorum Canonum ſit aſſecutus.

Ratio V. à fructu eius multiplici, ac vario, quem producit.

Quintò, commendabilem ſe reddit à multis quos edit fructib⁹. Habet enim breuitatem in altiſsimis Fidei myſterijs explicandis, & compendium eorum quæ Patres longiſsimis voluminibus, & tractatibus diſputàrũt: legitimam, & ſolidam multarum Scripturæ ſententiarum profert interpretationem. Illam etiam exhibet commoditatem, vt diſsidentes Patrum opiniones optima ratione, & methodo conciliet: cotè diſputationis in vtramque partem (vt ſoliti erant olim facere Academici) omnia dicta, & dictorum rationes ad viuum reſecat: omnibus Fidei Catholicæ aduerſarijs, & capitalibus hoſtibus reſiſtit contra Iudæos, qui ſcripturas tantũ veteris legis recipiunt: & contra Paganos, qui nullas ſcripturas admittunt, ſed tantùm rationũ momenta, & ſuorum ſcripta Poetarum, Philoſophorum, & Hiſtoricorum pulchram methodum, ac rationem docet. Qua ratione etiam Hæreticis ſit decertandum, qui vtriuſque teſtamenti paginam, & traditiones Apoſtolicas, & ſententias, & conciliorum Oecumenicorum decreta, Pōtificum ſanctiones admittunt, exertè tradit. Atque id in laude huius Theologię reponendum, quòd nulli magis infenſos, & aduerſarios ſe illi prębeant, quã Hæretici: quia illa vna, eorum falſa dogmata reuincuntur, & iugulantur. Et hoc laudibus B. Thomæ adiungendum, quòd impius Lutherus eum inter ſeptem phialas iræ Dei connumerauerit.

Academicorum ratio diſputandi qualis.

In Iudæos, infideles, & Hæreticos Scholaſtica Theologia quid valeat.

Eadem facultas Hæreticis eſt maximè inuiſa, & permoleſta.

Impij Lutherus in Thomã Aquinatem blaſphemia.

Apoc. 15.

Proinde Hæretici dant operam, vt Scholaſtici de Eccleſia excludantur, non ſecùs atque olim Philippus Rex Macedonum cùm Athenas obſideret, nec voti ſui compos eſſe poſſet, ſimulans pacem à ciuitate poſtulauit ea lege, vt ſibi ſex vrbis Senatores traderētur: inter quos cùm vnus eſſet Demoſthenes, eius technam eleganti apologo detexit. Finxit enim olim lupos cum ouium paſtoribus conuenire voluiſſe, ac promiſiſſe ſe nihil in gregum eorum caulas machinaturos, modo paucos canes de gregis cuſtodia pellerent, vel eos neci darent. Ita detectus eſt ac deluſus Philippi dolus.

Quo cõſilio Lutherani ſcholaſticos doctores velĩt ab Eccleſia eſſe exules & extorres.

Demoſthenis in Philippum Macedonum Regem elegans apologus, in Lutheranos quadrans.

Scholaſtica ad poſitiuam quid cõferat Theologiã.

Denique inter alias multas vtilitates, illa non eſt contemnenda, quòd ſcholaſtica Theologia inſtructi, intra breue tempus illud aſſequũtur, vt nouerint qua ratione de Deo, ac de eius incomprehenſa natura, atq; operibus, deq; altiſsimo Trinitatis myſterio, id eſt, de diſtinctione ſacrarum Perſonarum, & de earum communi ſubſtantia, & deitate, de Incarnationis arcano, deque Prædeſtinationis, & Reprobationis adytis, atque de alijs multis Fidei Sacramentis, & ſide ſentiendum ſit, & ore pronuntiandum. Quomodo item hęreſes circa illa magna arcana olim ortæ declinandæ ſint, atq; adeò qua via ſint explicandæ, & alijs cũ fructu proponendæ & cònfutandæ. Sed iam quæ in hoc genus Theologiæ ab Hæreticis obijciuntur, refellēda ſunt. Certè Eraſmus multis iniurioſis verbis, & atrocibus contumelijs illud eſt conſectatus. Principio itaque multi vitio vertunt, quòd huius facultatis profeſſores barbarã loquendi, & ſcribendi rationem conſectentur, multaſque voces minus Latinas vſurpent.

Hæreticorũ cõtra Scholaſticã Theologiam argumẽta proponũtur, ac diluuntur.

I. Obiectio ipſius Eraſmi.

Quibus breui reſponderi poſſet, Regnũ Dei non eſſe in ſermone, ſed in virtute: & eius profeſſores dicere poſſe cum Apoſtolo: *Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia.* Etenim hoc commune eſt omnibus artibus, quæ còrpus, vel animum concernunt, vt multa indies noua vocabula rebus imponere cogantur: quid mirum igitur eſt id fieri in Theologia, cuius res primò erãt ignotæ? & cùm plures ſint actiones, & res quàm voces, creſcente earum numero, neceſſarium fuit noua vocabula excogitari, quę eas nobis commodè reprę ſentarent.

1. Cor. 4.

2. Cor. 11.

Nemo

Cic. lib. 1. de Finib. initio.

Nemo ignorat, Ciceronem Phyſicas quæſtinnes tractantem, id cum laude auſum fuiſſe facere, vt libro de Finibus confitetur. Id etiam apud ſapientes obſeruatum fuit, vt magis rebus quàm verbis intenderent. Vnde illuſtres quidam Philoſophi, vt Socrares, Anacharſis, Diogenes, & Crates, eloquentiæ ſtudio non vacarunt, vt indicat illa Socratis oratio, quæ ſimpliciſſima fuit, quam coram iudicibus habuit: quam eloquétiſsimus diſcipulus Liſias eloquentiæ pigmentis, & phaleris, etiamſi maximè poſſet, exornare noluit. Plato etiã cùm Aegyptios, & Chaldęos inuiſit, non ad eloquentiam, ſed ad ſapientiam addiſcendam peregrinatus eſt, quærens aurum in fodinis terræ, etiamſi ſordida terra permiſtum, & margaritis cõchis affixas in profundo gurgite deliteſcentes.

Ex Philoſophis quidam inter cæteros eloquentiæ ſtudia ſint ſpernati.

Cic. lib. 1. de oratore, & alij.

Quid vnum maximè quæreret Plato.

Secunda obiectio.

Deinde obijciunt multas quæſtiones inutiles agitari, quæ potiùs pietati officiant, quàm deſeruiant, quæq; ab Apoſtolis non ſunt attactæ. Reſpondemus, quod à principio non expediebat tradi quæſtiones, vel proponi res dubias, ſed certa tantùm ac indubitata, & quaſi principia quædam indemonſtrabilia: & Fide recepta, & promulgata, ſubortiſque tot hæreſeon autoribus, Fidei dogmata peruersè interpretantibus, Gentibusq; ac Philoſophis varios errores ferẽtibus, Iudæiſque humana doctrina, & ſomnijs Talmudicis tumẽtibus, opus fuit ad dogmata Fidei tuenda eorum nodos diſſoluere, & cauillos confutare: quod fieri nequaquã potuit, niſi productis illorum dubitationibus, & diſcuſſis eorũ ſenſibus, qui in controuerſiam venerãt, aut venire poterant: quod antiqui quidem Patres latiori, & elegantiori oratione, Platonem imitãtes, Scholaſtici verò dialectico, & contractiori ſermone Ariſtotelem ęmulantes, præſtiterunt.

Cur Apoſtoli hoc diſceptatoriũ de Deo loquendi genus non adhibuerint.

Tertia obiectio.

Tertiò, durum quibuſdã videtur, quod de profundiſsimis, & altiſsimis myſterijs diſputatio ineatur, cùm potiùs eſſent veneranda, quàm quęſtionibus curioſis ſcrutanda. Sed ſi hæc ratio quicquam ponderis haberet, damnãdi pariter eſſent multi Sancti, & præſertim Ioannes Euangeliſta verè Theologus, qui contra Ebionem hæreticũ intonans dixit: *In principio erat Verbum*, & Paulus, qui ſubtiliter de Lege, & Euãgelio, libero arbitrio, gratia, prædeſtinatione, ac reprobatione diſſeruit: & Iacobus de Fide, & operibus. Denique veteres Patres doctrina, & ſanctitate conſpicui, vt Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Hilarius, & Auguſtinus, accuſandi eſſent, quod multa ſubtiliter de Trinitate, & prouidentia Dei, & Incarnatione diſputârunt, quo Fidei dogmata ab importunis Hæreticorum calumnijs vindicarent.

Ioan. 5.

Quartò moleſtum eſt, aiũt quidã, quòd tot, ac tam frequentibus, ac frigidis diſtinctionibus, quæ Patribus ignotæ extitêre, Scholaſtici vti conſueuerint. Sed certè veteres eiuſmodi diſtinctiones non ignorarunt: & ſcriptura in faciem ſibi cõtradicens ſine illis nequit intelligi: Et vt ſcriptum eſt, *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur*. Propterea ſtultitia Hęreticorum Catholicos ſcriptores ad tot diſtinctiones excogitandas, quibus nodos eorum diſſoluerent, dubia euacuarent, & perplexa explicarent, compulit. Et certè illis exploſis omnes diſciplinæ, tam ſacræ, quàm profanæ, tenebris eſſent oblitę, & confuſæ, nec noſtra ab hæreticis impugnantibus defendi poſſent.

Quarta obiectio.

Prouer. 26.

Quintò, ingratum eſt quibuſdam, quod de certiſsimis, & exploratiſsimis rebus dubitetur, vt, an Deus ſit, an trinus & vnus; & an intellectu ſit præditus, & prouidentia, an poſsibile, vt conueniens eſſet Deum incarnari, & ſimilia. Sed de his, & quæ ſunt huiuſmodi, non diſceptant Catholici Theologi tanquàm de rebus ambiguis, & problematicis inter fideles, ſed tanquàm de certiſsimis, & diuina authoritate exploratiſsimis. Quamobrem dum proponunt illa ad diſceptandum, hoc agunt, vt quomodo apud aduerſarios cauſam acturi ſimus, non inſtruant, quo ad reddendam rationẽ paratiores ſimus de ea, quæ in nobis eſt ſpe, & Fide: & intelligamus, nullam rectam rationem pugnare cũ Fide noſtra, quia idẽ eſt autor Naturæ, & Legis, & Gratiæ. Sunt tamen quædam inter Catholicos problemata, quæ ad Fidem non ſpectant, in quibus quiſque ſine periculo eam quam magis probat, ſequi poteſt ſententiam. Atq; hæc diſcrepantia, Fidei non nocet, ſed ad vberiorem doctrinam, & ingeniorum exercitationem, & ad ampliorem Scripturarum, & Patrum intellectum, maximè facit. Et licèt omnes inter ſe non conueniant, mirum eſſe non debet: quia nec Auguſtinus cum alijs antiquioribus, aut cũ Hieronymo, aut alijs qualibus, aut cum ſe ipſo interdum conueniebat.

Quinta obiectio.

1. Pet. 3.

Sextò obijcitur, immodicè quæſtiones ingeri, & ex quæſtionibus quæſtiones ſeri, ita vt nullus ſit contendendi finis. Reſpondeo, hoc vitium eſſe nõ artis, vel methodi, ſed abuſus hominum, qui optimis quibuſq; abuti conſueuerunt. Et idẽ in omnibus alijs artibus, & ſcientijs vſu venit, in quibus artis præcepta nõ obſeruantur. Nos ergo ex illis

Sexta obiectio.

colligamus roſas relictis ſpinis, & granum legamus contemtis zizanijs, & mel relicto fauo.

Septima obiectio.

Septimò, indignum videtur Theologiam cum Philoſophia miſceri, quaſi lumẽ diuinum humano, & fallaci comprobari valeat, aut quaſi lumen Solis exiguo lucernæ lumine opus habeat. Reſpódeo, Theologiam, & Philoſophiam inter ſe non pugnare. Eſt enim Theologia, notitia cum nonnulla ratione coniuncta rerum cum diuinarum, tum humanarum, quæ nobis non ſunt euidentes. Dicitur notitia cum nonnulla ratione coniuncta, vt diſtinguitur ab habitu Fidei, quo res reuelatas immediatè apprehendimus, etiamſi nulla ratione fulciantur. Deinde Philoſophia, euidens eſt, aut ſaltem probabilis notitia rationibus adiúcta rerum tum diuinarum, tum naturalium, & humanarum, vel ex mentis ſolo naturali lumine, vel ex ſenſibus comparata: & ita Philoſophia complectitur omnes ſcientias humanitùs acquiſitas. Diſtinguitur autem à Theologia per hoc, quod Philoſophia eſt euidens, aut ſolùm probabilis notitia per rationẽ naturalem, aut per ſenſus parta. Atque ita homines mentis cõpotes capaces ſunt Philoſophiæ, quia nullus eſt, qui rerum, & cauſarum ſuarum cognitione prorſus deſtituatur, præter inanima, & ea animata, quæ ratione carent. Proinde omnes homines ſuapte natura ſunt Philoſophi, ſed plus minusve pro ingenij facultate, vel ſtudij diligẽtia. Ex quo patet, Theologiam cum Philoſophia minimè pugnare, quia vtraque cognitio eſt, & vtraque à Deo eſt profecta. Sed prima, hoc eſt, Theologia immediatè, & per reuelationem, vnde nec lumine naturę cõparari poteſt, altera verò media natura ab ipſo Deo nobis porrigitur: *Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis reuelauit. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*, & reliqua, quæ in eum ſenſum ab Apoſtolo dicũtur. Hinc eſt, vt vnus & idem vtriuſque poſſit eſſe poſſeſſor, & dominus: vt Moſes, & Daniel eruditi tum in ſacris literis, tum in omnibus Aegypti, & Chaldææ diſciplinis. Quia verò humana diuinis, vt inferiora ſuperioribus ſubijciuntur: hinc eſt, vt Philoſophia Theologię ſubdatur, cui in multis opitulari poteſt, quemadmodum ſerui opitulantur, & vtiles ſunt domino ſuo. Ob eam potiſsimùm rationem, quòd quæ lumine naturæ agnoſcimus, clariora ſunt, & euidentiora nobis, quàm quæ lumine Fidei apprehendimus, quæ in ſe quidem, & abſolutè certiora ſunt, cùm nulla ſit veritas certior quàm illa ipſa, quam diuina veritas per ſe ipſam prodit. Tamen cùm non omnia credenda expreſsè reuelata ſint, ſed multa ex reuelatis conſequantur, nec ipſa reuelata ſint æquè dilucida, & perſpicua, ſed pleraq; multa indigeant declaratione, quę niſi perſcrutatione, & miniſterio intellectus ratiocinantis, atq; illas inulcem conferentis, & explicantis, non comparatur, conſtat, humanam facultatem, & notitiam ab illa partam opitulari, & deſeruire Theologiæ. Sine autem Philoſophiæ, & humanarum diſciplinarum miniſterio certum eſt, nec Athanaſium, nec Baſilium, nec Gregorium Nazianzenum, nec Hilarium, aut Ambroſium, aut Auguſtinũ tot libros de Dei vna natura, & perſonarum diſtinctione, ad reuincendos hæreticos componere potuiſſe. Et ſi perſpicaciùs animum intendas, deprehendes Scholaſticam Theologiam mediá eſſe inter habitum Fidei, & alias diſciplinas, & ſcientias humanas. Nam vt habitus Fidei, & Sacræ literæ, quibus nitimur, totæ diuinæ ſunt, aliæ verò diſciplinæ, & ſcientię totæ lumine humano nituntur, & fulciuntur: ita Theologia media eſt, & partim diuina, & partim humana. Diuina quidem, quia ſacras Scripturas, quæ diuinitùs datæ ſunt, ediſſerit, & illas pro principijs habet: humana verò, quia ex principijs reuelatis lumine rationis naturalis, vel fidei concluſiones multas deducit.

Theologia quid.

Philoſophia quid.

Philoſophia à Theologia quid differat.

Rom. 1.

Act. 7.

Dan. 1.

Scholaſtica Theologia partim diuina eſt, partim humana, & quatenus.

Poſtremò argumentantur, dicentes, hoc genus diſputandi in tràdenda Theologia ignotum Patribus fuiſſe. Sed vt demus hæc ex parte ignota Patribus fuiſſe; certè hæc methodus peraccommodata eſt ad res breuiùs explicandas; & ad dubitationes quæ contra fiunt euacuandas ſine multis verborum ambagibus, vel coloribus Rhetorum, res ipſas vt ſe habent, declarans: apta etiam ad Hæreticos reuincendos, vt propterea cogitari poſsit à Deo inſpirata. Eſt igitur duplex Theologiæ genus, alterum loricatum, ſeu galeatum, clypeum geſtans, & haſtam: clypeum quidem, ad hoſtis tela excipienda, ne lædant; haſtam verò, ad errores eorum iugulandos, & expugnandos. Vnde olim Poëtæ Mineruam, quam Sapientiæ numen, & Pallada vocabant, armatam galea & thorace, & framea ad hoc deſignandum effinxerunt. Alterum genus Theologiæ eſt inerme, & mitius, quod in campum ad congrediendum cum hoſte egredi non valet, quodque omnibus fidelibus, etiam paruulis, congruit; quorum non eſt de Fidei myſterijs, vel Theologia Chriſtiana diſputare: nam alioqui omnes pueri, & mulierculę, cerdones, & agricolę Theologi

Poſtrema obiectio.

Quàm apta & idonea hęc Theologicè diſputãdi ratio.

Duplex genus Theologiæ: & quodnam illud.

Poetæ olim Mineruã ſeu Pallada armis inſtructã cur finxerunt.

eſſent, quòd nemo ſanus diceret. Et multum intereſt inter habitum Fidei, & habitum Theologiæ: nam ille omnibus Fidelibus communis eſt, iſte verò nonniſi corũ, qui profitentur Theologicas diſciplinas. Nemo ergo ſtudia Scholaſtica, & exercitia cõtemnat: quia ſicut gymnaſtica arte corpora firmiora, & robuſtiora redduntur, de qua Poeta:

Inter habitũ Fidei, & habitum Theologiæ quantum interſit.

Corporaq; agreſti nudant prædura palæſtra,

Virg. 2. lib. Georg.

Ita literaria palæſtra ingenij vires vegetiores, & robuſtiores reddit ad propugnãdam Fidem, & ad fraudulentas hæreticorum technas expugnandas. Atque hæc ſint ſatis de ſtudio Scholaſticæ Theologiæ.

PROLEGOMENON XIX.

In quo de ſenſu ſpirituali, ſiue Myſtico agitur.

DIXIMVS hactenùs de ſenſu literali, ſiue contingat illum ex proprietate verborum, ſiue ex tropicis locutionibus deſumi: iam paucis de ſpirituali diſſerendũ eſt. Quiſnam ſit igitur ſenſus ſpiritualis, & quot eius ſpecies, in tractatibus ſuperioribus ex parte declarauimus, & nunc preſſiùs, & luculentiùs explicandũ eſt, illud ante omnia præmittendo, vocem Senſus prima ſua ſignificatione denotare ſenſus cuiuſque facultatem, ſiue functionem eius, hoc eſt, ſenſationem. Inde tranſlatum eſt hoc vocabulum ad mentis conceptum, ſiue animi ſententiam, & intelligentiam repræſentandam. *Terrena*, inquit, *inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*, hoc eſt, mentẽ: &, *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu* (id eſt, ſententia) *abundet!* &, *Aperuit illis ſenſum*, id eſt, mentis intelligentiam, Deinde accipi ſolet pro eo quod in diuinis, ſiue profanis libris autores ipſi ſignificare voluerunt, id eſt pro ſententia, & intelligentia: ſic enim dixit Cicero libr. de Academicis quæſt. *Quod autem erat ſenſu comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabant.* Et Quintilianus: *Sententiam veteres, quod animo ſenſiſſent, vocauerunt.* Et ſubdit: *Non raro tamen & ſic locuti ſunt, vt ſenſa ſua dicerent: nam ſenſus corporis videbãtur. Sed conſuetudo iam tenuit, vt mente concepta, ſenſus vocaremus: lumina autem, præcipueq; in clauſulis poſita ſententias.* Sic ille. Quo in ſignificatu dicitur Apocalyp. 17. *Hic eſt ſenſus, qui habet ſapientiam*, & Sap. 7. *Optaui, & datus eſt mihi ſenſus*, id eſt, intelligentia diuinorum, quæ infunditur, & Spiritus intelligentiæ. Et infrà: *Senſum autem tuum quis ſciet?* Et Eccleſ. 1. *Labia mea enarrabunt ſenſum illius*, id eſt, latentes verborum diuinorum ſenſus: & capit. 17. *Creauit illis ſcientiam ſpiritus, & ſenſu impleuit cor illorum:* Et Apoſtolus in priori ad Corinthios. *Nos ſenſum Chriſti habemus.* His præmiſſis, dico, ſenſum literalẽ non ſatis exprimi, ſiue definiri, dicendo illum eſſe, qui intenditur ab Spiritu ſancto, vt vult Abulenſis: quia ea ratione omnes ſenſus ſpirituales, eſſent literales, cùm non minus ſpectantur ab Spiritu ſancto quàm literales, imò magis, quo grandiores ſunt & magis illuſtres.

Senſus primò, & per ſe quid ſignificet.
Sap. 9.
Rom. 14.
Luc. vlt.
Senſus rurſus quid.
Cic. lib. 1. Acad. quæſt.
Quintil. lib. 8. c. 5. initio.
Senſus, & ſententiæ inter ſe quid differant.
Sap. 9.
1. Cor. 2.
De ſenſu literali triplex opinio excluditur.
Prima opinio.
Abulen. q. 28. in cap. 13. Matth. 10. 2.

Nec ſecundò verum eſt, literæ ſenſum eſſe illum, qui à proximo, & immediato Scripturæ autore ſpectatur, etſi non intendatur ab Spiritu ſancto: eo quòd plures ſenſus mendaces ſunt ab Spiritu ſancto minimè ſpectari: vt quod *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus:* & Serpens, *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum:* & illud Cain, *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear:* quod falſum eſt perinde atque illud, *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Sed hæc ſententia deficit, quia Auguſtinus aſſerit multos ſenſus Spiritum ſanctum ſpectaſſe in illis verbis: *In principio creauit Deus Cœlum & terram*, qui tamen Moyſi immediato autori cogniti non fuerunt. Deinde Caiphas prædixit: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo*, &c. Et tamen ſenſum Spiritus ſancti propheticum neque nouit, nec ſpectauit Caiphas. Et Iſaias in illis verbis: *Diſpone domui tua, quia morieris tu, & non viues*, intendebat eius breui ſecuturam mortem, non autem Spiritus ſanctus. Et Ionas quando prædixit vrbis Niniue ſubuerſionem intra quadraginta dies, nequaquàm nouerat, quò Spiritus ſanctus ſpectabat. Ad ea ergo quæ dicta ſunt in contrarium, reſpondemus, aliud eſſe, omnia quæcunque traduntur in Scripturis in ſenſu literæ, intendi ab Spiritu ſancto vt autore proximo, aliud quæcunq; dicuntur in Scriptura, habere ſenſum literalem, quicunq; ille ſit, ſiue verus, ſiue falſus. Primo modo non omnia ſcripta in Sacris literis habent ſenſum literalem ab Spiritu ſancto intentum: at alio poſteriori modo omnis ſenſus literalis intenditur ab Spiritu ſancto, vt nobis denuntietur.

Secunda opinio.
Pſal. 13.
Gen. 3.
Infrà 4.
Ioan. 8.
Aug. lib. 12. Confeſſ. cap. vltim. tom. 1. ſub initium.
Gen 1.
Ioan. 11.
Iſai. 38.
4. Reg. 20.
2. Paral. 32.
Ion. 3.

Tertiò, opinatur Lyranus in prologo Bibliorum, ſenſum literalem eum eſſe, qui ex intẽtione Spiritus ſancti immediatè per voces, & literas exprimitur: ex quo elicit, illum ſenſum, qui colligitur ex metaphoris, & figuris verborum, nõ eſſe literalem, ſed ſpiritualem, vt in illo loco, *Ego ſum vitis, vos palmites*, ſenſum literæ, vult eſſe de vite naturali, & materiali, ſpiritualem

Tertia opinio.
Lyranus.
Ioan. 15.

de vite vera Chriſto, quatenus eſt principium omnium bonorum operum, & meritorum noſtrorum. Sed ſi hæc vera eſſent, deduceretur ex eis, multos locos Scriptura non habere ſenſus literales, vel illos eſſe falſos, vt in prędicto loco: *Ego ſum vitis, vos palmites: Si manus tua, vel oculus tuus, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te.*

Math. 18.

Et nouum eſt, metaphoricas, ſeu tropicas locutiones efficere ſenſum ſpiritualem. Et B. Hieronymus in principio Commentariorum in Habacuc docet, ſacrũ eloquium per metaphoras texere hiſtoriam.

B. Hiero. to. 6.

Quarta opinio

Senſus literalis propriè quis.

Quartò ex diſputatis elicimus, ſenſum literalem eſſe eum, qui ſpectatur ab Spiritu ſancto, & per voces proprias, aut tranſlatas immediatè exprimitur, aut per res ipſas vocibus interdum non expreſſas immediatè aſſumitur, vt Olla ſuccenſa Hieremiæ ſignificabat ad literam vrbem incẽdio perituram: Catena lignea humeris eius ſuperpoſita, ſignificabat populum in captiuitatem abducendum: & nuditas Iſaiæ inportentum Aegyptiorum, & Aethiopum ducendorum in captiuitatem, & nuditatem, & ita de alijs ſimilibus.

Hierem. 1. Infrà 18.

Iſai. 20.

Senſus ſpiritualis quinã.

Porrò ſenſus ſpiritualis eſt, qui deſignatur ex rebus ipſis verè geſtis per voces expreſſis, ex intentione Spiritus ſancti. Dixi, ex rebus ipſis, & verè geſtis, quia quæ imaginariæ ſunt, & fictæ, non faciunt ſenſum ſpiritualem, ſed literalem, vt docet Thomas. Vnde viſiones Prophetarum imaginariæ, & ſomnia Pharaonis, & Nabuchodonoſor, quia res non veras, ſed imaginarias continebant, & ſigna rerum verè gerendarum erant, & ad hoc ſignificãdum à Deo inſtituta, ideo ſenſum literalem non egrediuntur. Quemadmodum Chriſtus in Daniele ſignificatur ad literam per lapidem, qui exciſus eſt de mõte ſine manibus. Et in viſione Danielis cap. 8. Hircus qui percuſsit arietem, eſt ad literam Alexander Magnus, qui Regnum Perſarum debellault, & immediatę res illę, id eſt aries, & hircus, ducunt intellectum ad accipiendum Regem Darium, & Regem Alexandrum Magnum. Res ergo, quæ in viſione Prophetica oſtenduntur, quia non ſunt veræ, ſed fictæ, & inſtitutæ immediatè ad ſignificandum, ad ſecundum alphabetum rerum fictarum ſpectant, qui non facit niſi ſenſum literalem. Nihil ergo vetat literæ ſenſum non minùs de rebus ipſis ſumi, quæ aliud ſignificãt, quàm ex nudis verbis, & propriè aliud ſignificantibus, quemadmodum in parabolis accidit, quarum literalis ſenſus nõ tam ex vocibus, quàm ex rebus ipſis per voces ſignificatis colligendus eſt.

B. Thomas quodlib. 7. q. 6. art. 1. 2. 3.

Dan. 2.

Ibidem.

Literalis ſenſus, & Spiritualis multiplex aſſignatur diſcrimẽ.

His ergo de ſenſu literali, & ſpirituali poſitis vt veris, iam differentias inter hunc & literalem non erit inutile exponere, vt quantam habeat vim in dogmatibus Fidei confirmandis eluceſcat. Etſi ergo vterque ſenſus ab Spiritu ſancto ſpectetur, & ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris oſtenſus ſit, & declaratus, & quod attinet ad materiam ſubiectam, & finem, qui eſt ædificare Fidẽ, Charitatem, & bonos mores, æquè dignus exiſtat: tamen quantum ad certiorem cognitionem ſpectat, ſpectat in primis literalis ſenſus, quia ex eo ſolo efficacia argumenta accipi poſſunt ad comprobanda Fidei dogmata, vel ad refellendos errores, & non tantùm ad ædificandam Eccleſiam. Sententia hæc eſt communi ſenſu à Theologis recepta, & ſolidæ rationi innixa, & à Chriſto, & ab Apoſtolis in praxim deducta. Dominus ſiquidem ex Scripturis in ſenſu literali teſtimonia depromebat, vt cùm probabat contra Phariſæos Meſſiam non tantùm eſſe filium Dauid ob humanitatem, quam ex eius ſanguine acceperat, ſed etiam Dominum eſſe Dauid ob Diuinitatem Humanitati in hypoſtali Verbi coniunctam: & cùm probabat contra Sadducæos reſurrectionem mortuorum, ſubtiliter quidem, ſed ex teſtimonio Exodi ad literam intellecto argumentatus eſt. Apud Ioannem ſine blaſphemia dici poſſe aliquẽ Dei filiũ, ex Prophetæ verbis hiſtoricè acceptis declarauit: *Ego,* inquit, *dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Idem quoque confirmabat ſe Sabbatum non violare beneficiũ ſanitatis infirmis impertiendo, ſi, ne ſolueretur lex Moyſi, licebat vulnus circumciſionis in Sabbato accipere, vel infligere, & iumenta aquatũ ducere. Idem quoq; feciſſe Apoſtolos, ex eorum argumentis, quæ de Scripturis producebant in ſenſu literali, redditur liquidum. Lege obſecro, quæ Petrus, Stephanus, & Paulus in congreſſionibus cum Iudæis ex Scripturis proferebant: nam videbis quanta verborum virtute, & rerum pondere aduerſariorum ora obturarent, atque eis ſilentium imponerent. Idem quoq; comprobatur teſtimonijs Patrum. Nam vt ſcripſit Dionyſius Areopagita, ſymbolica Theologia nõ eſt argumentatiua, intellige contra hoſtes Fidei: nam Catholicos, & Fideles eiuſmodi ſenſus ſpirituales ædificant, & confirmant. Hieronymus quoq; ediſſerens illam parabolam de fermento à muliere abſconſo in farinæ ſatis tribus, poſtquàm recenſuit quorundam expoſitionem enarrantium parabolam de Trinitate Perſonarum, & vnitate eſſentiæ, ſubiungit hæc verba: Pius quidẽ ſenſus,

Primum diſcrimen.

Math. 22.

Ibid.

Exod. 3.

Ioan. 10.

Pſal. 81.

Ioan. 7.

Leuit. 12.

Math. 12.

Act. 2. & ſeq. & 3. & ſeq.

Infra 7. & ſeq.

Infrà 13. & ſeq.

Patrum traditio.

Dionyſ. Areopag. epiſt. 9. ad Tit.

Symbolicam Theologiam non eſſe argumẽtatiuam, quo ſenſu dicat Areopagita Dionyſius.

Hieron. in c. Math. 13. lib. 2. tom. 9.

ſed

ſed nunquam parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad autoritatem dogmatum proficere. Et Auguſtinus de corrigendis hæreticis habet : *Quis autem impudentiſſimè nitatur aliquid in allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat & manifeſta teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura?* Idem quoque Donatum, & eius ſucceſſorem Rogatum perſtringit, quòd interrogati vnde confirmarẽt Eccleſiam Catholicam penes eos eſſe, adducebant teſtimonium ex capite primo Canticorum : *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in Meridie* : Ex quo Eccleſiam ad ſolã Meridionalem plagam, quam ipſi incolebant, eſſe redactam aſſeuerabant : quod tamen ex ſenſu myſtico, atque eo ſatis abſtruſo, & infideli minimè patenti colligebant. Et capite decimonono eiuſdem libri: *Deſinite*, inquit, *illa teſtimonia commemerare, quæ aut non intelligitis, aut pro nobis contra vos eſſe intelligitis. Quòd ſi ambiguè poſita, & pro nobis, & pro vobis poſſent interpretari, nihil vtique adiuuarent cauſam veſtram, quia & nos ſi talibus vti vellemus, innumerabilibus vteremur, quæ cauſam noſtram nihil ſimiliter adiuuarent. Sed planè talia malam cauſam, vel moras faciendo ſuſtentant. Nam quod dicere ſoletis: Vbi paſcis, vbi cubes in Meridie, vides quale ſit, & quàm pro te non ſit. Noli ergo talia quærere, quia etſi in partibus Aquilonis ſit pars Donati, quæ contraria ſunt partibus Meridianis, diceret de ſe eſſe dictum: Mons Sion, Latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni. Nam vtique Ciuitas Regis magni non eſt niſi Eccleſia : & hoc potius indubitanter ſonat Eccleſiam, quàm illud: Vbi paſcis, vbi cubas in Meridie. Sed fortaſſe illo teſtimonio Marcion hæreticus vteretur, qui dicitur Ponticus fuiſſe, quæ partes ad Aquilonem ſunt. Rurſus, ſi in Occidente eſſet pars Donati, diceret de ſe eſſe dictum : Iter facite ei, qui aſcendit ſuper Occaſum, Dominus nomen illi. Fortaſſis enim ſublimius eſſe diceret, aſcendit ſuper Occaſum, quàm, cubat in Meridie. Hæc myſtica ſunt, operta ſunt, figurata ſunt, aliquid manifeſtum, quod interprete non egeat, flagitamus.* Sic ille, acutè, & eleganter. Adde etiam Irenæum, qui Valenrinum, & eius ſectarores irridet, quòd teſtimonia producerent ex locis myſticè intellectis. Idem facit Epiphanius in hæreſin Valentinianorum, qui & Gnoſtici appellantur, vbi illorum triginta æonas, ſiue ſecula, quæ ab illis conſtituebantur per myſticos ſenſus Scripturarum, validè impugnat. Cui ſententiæ ſubſcripſit B. Thomas, tanquam certiori & probabiliori.

Aug. epiſt. 48 aliquanto à medio, tom. 2.

Idem lib. de vnitate eccleſiæ c. 14. init. tom. 7. aliq. med.

Pſalm. 47.

Marcion hæreticus vnde.

Pſalm. 67.

Irenæ. lib. 1. cap. 1.

Epiphan. in Hæreſi 31. tom. 1.

B Thomas 1. part. quæſt. 1. art. 10.

Tertiò, ratio quoque ſuffragatur. Cùm enim certis, & claris argumentis agendum ſit in diſceptationibus, ſenſus autem ſpiritales incerti ſint, & obſcuri, & certo numero minimè comprehenſi, ſed pro voluntate interpretantis adhibiti, non poſſunt certum aliquid, aut clarum comprobare. Deinde Eccleſia, & Patres eius orthodoxi, dũ in pugna contra Iudæos, vel hæreticos verſantur, nonniſi litteralibus ſenſibus agunt, qui poſſunr premere & vrgere aduerſarios. Quòd ſi fortè obijcias, Apoſtolos interdũ à ſenſibus myſticis non abhorruiſſe, quemadmodùm Ioannes illud produxit: *Os non comminuetis ex eo.* & Paulus : *Non alligabis os boui trituranti.* &, *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* & Matthæus : *Ex Ægypto vocaui filium meum.* Quòd verò hi ſint ſenſus myſtici, ex eo probatur, quòd non producuntur iuxta primæuam, & propriam vocum ſignificationem, ſed ex rebus ipſis per voces ſignificatis, quæ res alias meliores, & grandiores repræſentant. Præterea vt apertè euincamus ex myſtico ſenſu Paulum argumentarum, lege quę ille ad Galat. 4. de duobus filijs Abrahæ philoſophatur: *Quæ ſunt*, inquit, *per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta, &c.* Reſpondendum eſt, interdum Apoſtolos argumẽta produxiſſe ex myſticis ſenſibus : ſed cũ haberent ius interpretãdi Scripturas, & ipſum Spiritum ſanctum Scripturæ autorẽ, illos ſenſus ſpiritales per eos proferentem, & ſignis, & miraculis illos confirmantem, proculdubio ſenſus veri & germani erant, & ſpectati ab Spiritu ſancto, & vim cogẽdi habebant. Et Fideles quia nouerant Apoſtolos plenos Spiritu ſancto illos ſenſus tradidiſſe; & Infideles, ſiue Iudæos, quia ſignis diuinitus editis illos confirmabant. Et licèt in Veteri incerti eſſent, & obſcuri : ex quo tamen in Nouo Teſtamento prolati ſunt ab Apoſtolis, aperti ſunt, & certi, quia ad aliquid probandum producti. Et idem dicendum de ſenſibus huiuſmodi, quos Patres adduxerunt, & Eccleſia probauit. Si quando verò nos nouis ſenſibus myſticis per nos excogitatis argumentamur, habent quidẽ ſuũ qualecunque autoritatis pondus, & ſaltem ſidẽ probabilem faciunt; licet nõ demonſtrent, quemadmodùm literali ſenſu facimus. Nec enim ſemper Philoſophus demonſtrationibus vtitur, ſed interdum adhibet probabiles, ac topicas probationes.

Ioan. 19.
Exod. 12.
1. Cor. 9.
Hebr. 1.
2. Reg. 7.
Matth. 2.
Oſeæ 11.

Gen. 10.

Cùm ex literali ſenſu tantũ firma poſſint argumenta deduci : quomodo Apoſtoli myſtico, & ſpiritualı interdũ egerint.

Præterea, ſi quædam principia vt firma ſtatuamus, quæ omni acceptione digna ſunt, & ab Apoſtolo Paulo affirmantur, vt quòd *omnia in figura contingebant illis* : quòd *vmbram haberet lex futurorum bonorum*, non ipſam imaginem rerum: quòd omnia ſacrificia veteris legis illud vnicum noui Teſtamenti adumbrarent : & quòd oẽs Prophe-

1. Cor. 10.
Hebr. 10.

tæ, & Patriarchæ ſanctitate vitæ, ſiue præclaris rebus à ſe geſtis præſtantes, Chriſti typum gererent: denique quòd *Omnia quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã* (hoc eſt propter nos erudiendos) *ſcripta ſunt*. Ex his, inquam, principijs efficaciter deducemus, prædictos locos, qui Chriſto, & miniſtris eius accommodantur, quoad certitudinem plurimum accedere ad literales. Falſum proinde eſſe exiſtimo, quod Epiſcopus Abulenſis in Matthæum teſtatur, ſenſus ſpiritales non ſignificare verum, aut falſum, nec in illis impleri poſſe Scripturam: quia apertè Euangelicis vocibus refellitur hæc ſententia, in qua interdum impleri dicitur ab Euangeliſta, quod myſticè videtur eſſe dictum in Veteri Lege, & Dominus ſuſcitatus dixit: *Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me*. Et iterũ: *Incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo erant*: At in lege Moyſi, ſiue Pentateucho, pauciſsimæ ſunt ad literam voces de Chriſto, at infinita ſymbola, & typi accommodatiſsimi, vt ſomnus Adæ, & ex eo dormiente formata Eua, arca diluuij, manna, tabernaculum, Iſaac ductus à parente in montem ad immolandũ, ſerpens exaltatus, & ſimilia multa. Erãt enim res illę vmbratiles, ac typicæ, quaſi voces quædam indicãtes Meſsię myſteria, ita vt, quemadmodũ Apoſtolus dixit: *Nunquid de bobus cura eſt Deo?* ita de agno dicere valeamus, Nunquid de agno mortuo Deo cura erat, ne ſuffringerentur eius oſſa, vel crura? Et cùm docet, vt inuento nido paſſeris, pullos tantùm capiamus, matrem verò liberam abire permittamus, nunquid Deo cura erat de matribus paſſerculorum, quorum vitæ, & libertati conſulebat, & paſſerculis parci non mandabat? an hęc ſcripta ſunt propter nos, vt dimiſſa Synagoga, quaſi parente, pullos, hoc eſt, Chriſtũ & Apoſtolos, In vſum noſtrũ accipiamus: & dimiſſa litera quaſi matre, quæ occidit, teſte Apoſtolo, ſenſus ſpiritales, qui in ea continentur, & ſpiritũ noſtrum viuificant, apprehendamus.

Rom. 15.

Abulenſ. Epiſcop. in caput Matth. 13. q. 28 parl 2.

In eos qui aſſerũt, in ſpiritali ſenſu impleri Scripturam nõ poſſe neq; verum, neq; falſum ſignificare.

Luc. vlt.

Ibidem.

Chriſtus in Lege quomodo adumbratus.

Gen. 2.

Infra 6. & 8.

Exod. 16.

Infra 26. & alibi.

Gen. 22.

Num. 21.

Ioan. 3.

1. Cor. 9.

Exod. 12.

Ioan 19.

Deut. 22.

2. Cor 3.

Quòd Iudæi nido auis inuento, tãtùm pullos ſalua matre, ſumere debebant, quid myſticè.

Deinde differunt illi duo ſenſus ratione extenſionis: quia nullus eſt Textus Sacræ Scripturæ, qui ſenſu literali careat, etiam quando fit tranſitus à litera ad ſpiritum: quia tunc ſpiritualis ſenſus de Chriſto & Eccleſia literalis eſt, etiam quãdo quid myſticum, vel allegoricum ex Veteri Teſtamẽto in Nouo producitur. At verò ſenſus myſticus non ſemper in omni Scripturę loco inuenitur, vt in pręceptis geminæ charitatis, & principijs iuris Naturę, & in quibuſdam pręceptis moralibus, & exhortationibus ad amplectendas virtutes & bonos mores colẽdos. Eſt ergo in omni loco Scripturæ ſenſus literalis, at nõ in omni myſticus. Quòd ſi obijcias Origenem ſuper Geneſin dicentem: *In multis defectum patitur hiſtorialis intelligentia*; & Hieronymum, qui in Epiſtola ad Damaſum de filio prodigo enarrans hiſtoriam de muliere capta in bello, quæ debet tranſire in victoris amplexus: *Hæc*, inquit, *ſi ſecundùm literam intelligimus, nonne ridicula ſunt?* Et libro aduerſus Iouinianum, enarrãs illud Ioſue 5. quòd cùm populus Iſraël veniſſet in Galgala, ibi ſecũdò eſt circuncisſus: *Hoc ſi iuxta literam*, inquit, *accipimus, penitus ſtare non poteſt. Si enim duplex haberemus præputium, vel exciſa pellicula iterum naſceretur, rectè ſecunda circumciſio haberet locum. Nunc autem hoc ſignificatur, quòd Ieſus cultello Euangelij populum qui per deſertum venerat, circumcidit*. Et rurſus in epiſtola ad Nepotianum: *Quæritur itaque*, inquit, *puella de vniuerſis finibus Iſraël Abiſag Sunamitis, quæ cum Rege dormiret, & ſenile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur, ſi occidentem ſequaris literam, vel figmentum eſſe de mimo, vel Atellanarum ludicra? Frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis, & niſi complexu adoleſcentulæ non tepeſcit: viuebat adhuc Berſabee; ſupererat Abigail, & reliquæ vxores eius, &c.* Dicendum eſt hos Patres aut incautè locutos fuiſſe, aut dicere voluiſſe, ridiculum eſſe illas hiſtorias ſcriptas principaliter propter id, quod prima facie ipſa litera ſonat, & non potiùs propter alia altiora myſteria deſignanda. Quemadmodum Paulus cùm dixit: *Nũquid de bobus cura eſt Deo?* his verbis nõ negat Deum curare boues, ſed nõ principaliter, quẽadmodum hominem. Ita aſſerimus quaſdã res geſtas in Scriptura narrari nõ principaliter propter ipſas, ſed potiſsimùm ad altiora quędam myſteria indicanda. Et hæc videtur ſolidior ſolutio.

II. Diſcrimẽ.

Origen. hom. 7. in Geneſin, tom. 1. in prin.

B. Hieron. ep. 146. circa med. tom. 3. ante demid.

Deut. 21.

Idem lib. 1. aduer. Iouin. inter princ. & med. tom. 2. prope init.

Ioſu. 5.

Secunda illa circuncisio Iſraëlitici populi ſub Ioſue, quomodo accipienda, teſte Hieronymo.

Idem ep. 2. in prin. tom. 1. initio.

3 Reg 1.

Scripturis nõ ſemper ſenſum ineſſe literalem, vt dicãt Patres.

1. Cor. 9.

Deut. 25.

Tertiò diſtinguuntur illi duo ſenſus per hoc, quòd ſenſus literalis vt plurimùm ex ſenſibus propriè ſignificantibus accipitur; ſpiritualis verò, ex rebus per voces ſignificatis.

III. Diſcrimẽ

Quartò, cùm voces pauciores ſoleãt habere ſignificationes etiã in breuiſsima lingua Hebræa, quàm res ipſæ proprietates, & virtutes habeant: hinc fit vt ſenſus literales pauciſsimi exiſtant, myſtici verò nõ ſolùm diuerſarum ſpecierum, vt Allegoriæ, Tropologiæ, & Anagogiæ, ſed etiam vnius & eiuſdem ſpeciei quàm plurimi: nã plures poſſunt eſſe allegorici, & anagogici, & plures tropologici: quod contingit ob varias rerum virtutes, & variam rationem ad diuerſas res applicandi.

IV. Diſcrimẽ

H

Ad ſenſus myſticos de Scripturis eruendos Canones aliquot acceptione digniſſimi.

His igitur prælibatis, accedimus ad tradendos Canones, quibus ſenſus myſticos venari poſsimus: qui quo magis deliteſcūt, & maiori cum ſtudio, atque labore eruuntur, eo maiorem adferunt oblectationem, & ſpiritus iucunditatem.

I. Canon.

Sit ergo primus Canon. Ante omnia ad Spiritualem ſenſum conſtituendum, opus eſt Spiritu Dei præditum eſſe, quo ſpiritualia quis capere valeat, quæ animalis homo non percipit, neque guſtat. Nam Origenes præmuniens lectorem, ne carnalia cogitaret in illis verbis: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, ita eleganter docet: *Neceſſe eſt eum qui audire Scripturas ſpiritualiter nouit, aut certè qui non nouit, & deſiderat noſſe, omni labore contendere, vt non iuxta carnem, & ſanguinem conuerſetur; quo poſsit dignus fieri ſpiritalium ſecretorum: & vt aliquid audentius dicam, ſpiritali cupiditate, & amore incendatur. Siquidem eſt & ſpiritalis amor. Et quomodo eſt quidam carnalis cibus, & alius ſpiritalis; & alia carnis potio, alia ſpiritus: ſic eſt quidam amor carnis à Satana veniens, alius amor ſpiritus à Deo exordium habens: & nemo poteſt duobus amoribus poſſideri. Si carnis amator es, amorem ſpiritus non capis: ſi omnia corporalia deſpexiſti, non dico carnem, aut ſanguinem, ſed argentum, & poſſeſſiones, ſed ipſam terram, ipſumq́; cælum, hæc quippe pertranſibunt: ſi iſta omnia contempſiſti, & ad nullum horum anima tua obligata eſt, neque quoquam vitiorum amore retineris, potes amorem capere ſpiritualem.* Hæc ille, non minus verè quàm eleganter. Hinc efficitur, vt homines carnales, quales ſunt Iudęi, & Hęretici, à ſenſibus ſpiritualibus abhorreant, & nunquam illos attingant, niſi quandoq́; vt rideant: at verò viri ſancti quo maiorem perfectionis, & ſpiritus gradum obtinuerunt, illos maximè tractant, atq; in illis oblectantur, & ædificantur. Et tales fuerunt viri Apoſtolici, & vetuſtiſsimi Patres, vt ſuis ſcriptis nobis teſtatū reliquerunt. Philo quoque in libro de Eſſenis, quem in laudem ſcripſit eorum, qui Chriſtum in Aegypto, & excelſam vitę perfectionem profitebantur, teſtis eſt (vt Euſebius refert) dicens: *Tractatus ſacrorum*, inquit, *voluminū huiuſmodi habent, vt magis allegoricis opinionibus vtantur: quoniam quidem omnis lex viris iſtis videtur animali eſſe ſimilis, quod corpus quidem habeat ipſam literam, & ea quæ ſecundùm literam deſignantur; animam verò, occultum in litera ſpiritalem, & inuiſibilem ſenſum, quem illi ab autoribus ſuis edocti, ſublimius, & nobilius velut inſpicientes per ſpeculum contemplantur, ex ipſis etiam nominibus admirandas quaſdam ſpecies intelligentia proferentes.* Hactenus ille vir diſertiſsimus. Quæ diligenter ſunt annotanda, quoniam Apoſtoli traduntur fuiſſe autores eiuſmodi ſenſuum, & quòd ex interpretatione nominum Hebræorum admirandas intelligentias proferrent.

1. Cor. 2.
Cant. 1.
Orig. hom. 1. in Cantica ſub initium, to. 1.
Duplex amor, carnalis & ſpiritalis.
Matth. 24.
Quomodo quis poſſit amorem capere ſpiritalem, ſecundùm Origenem.
Qui carnales homines ſint, qui verò ſpirituales.
Philo Iudæus.
Euſeb. lib. 2. Eccleſ. hiſt. c. 17. ſub finem, tom. 1.
Philonis pulchra ſimilitudo Scripturarum ſpiritalis intelligentiæ.

II. Canon. Præpoſterum eſſe, & inconcinnum, in quod plerumque expoſitores impingunt, vt nullo literæ poſito fundamento, vbi tamen maximè opus eſſet, ſtatim ad myſticos ſenſus venādos accedatur: quod eſt perinde ac domui, quæ nondum erecta eſt, illi magna picturarum, atque colorum ornamenta adhibere, aut, vt dici ſolet, filio nondum in lucem edito nomē imponere. Cùm tamen ſenſus ſpiritalis concinnitas, & venuſtas tunc præcipuè ſplendeſcat, cùm explicationis literæ iacta fuerint fundamenta, vt ſuperiùs diximus, & probat Auguſtinus libro de Geneſi ad literam, his verbis: *Cur non*, inquit, *potius autorem ſimpliciter Scriptura ſequimur in narratione rerum geſtarum, res verè geſtas prius intelligentes, tum de numero quicquid aliud ſignificant, perſcrutantes?* Et in libro de Ciuitate Dei: *Hæc, & ſi qua alia commodius dici poſſunt de intelligendo ſpiritaliter paradiſo, nemine prohibente dicantur; dum tamen & illius hiſtoriæ veritas fideliſsima rerum geſtarum narratione cōmendata credatur.*

II. Canon. Præpoſterū eſſe, & inconcinnū, nullo literæ poſito fundamēto, vbi maximè opus eſſet, ſtatim ad myſticos ſenſus venandos accedere.
Aug. lib. 8. de Geneſ. ad lit. c. 7. tom. 3.
Idem lib. 13. de Ciuit. Dei, c. 21. tom. 1.

III. Canon. Senſum, qui de Chriſti, & Eccleſiæ ſpiritali coniunctione agit, aut de bonis æternis edifferit, non ſemper accipiendum eſſe vt ſpiritualem, vel in Nouo, vel in Veteri Teſtamento. Non quidem in Nouo, quià de illis præſertim agitur in Noua Lege: neque rurſus in Veteri, quia vbi Prophetæ ab hiſtoria temporali ſaltant ad Meſsiam, & eius myſteria, ſenſus literalis habendus eſt, & nonniſi, vt ſic dicam, materialiter ſpiritualis. Si quando verò in vmbris illis, & hiſtorijs veteris Teſtamenti ſine vllo ſaltu res Chriſti, & Eccleſiæ eius adumbrantur, tunc ſenſus ille & ratione materiæ & formæ, vt ſpiritualis accipiendus eſt. Non ergo vbi in veteri Teſtamento, aut in Prophetis aliquid de Meſſia prædicitur, ſtatim quaſi myſticum ſenſum agnoſcamus. Nam illa: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum.* Et illud: *Dixit Dominus Domino meo.* & iterum: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*, non vt myſtici, ſed vt literales ſenſus, in vtroque Teſtamento neceſſariò ſunt accipienda.

III. Canon. Senſum, qui de Chriſti, & Eccleſiæ ſpiritali coniūctione agit, aut de bonis æternis ediſſerit, non ſemper accipiendū eſſe vt ſpiritualem, vel in Nouo, vel in Veteri Teſtamento.
Deut. 18.
Pſalm. 109.
Iſai. 7.
Matth. 1.

IIII. Canon. Solidum non eſt, Scripturam Sacram per omnes quatuor ſenſus interpretari: & qui vellet per omnes intelligēdi modos vniuerſas ſcripturas exponere multa minimè cohęrentia cōfingeret. Quoniam etſi omnia in figura contingebāt illis,

IIII. Canon. Hæc regula eſt B. Thom. quodlib. 7. artic. 15. ad quintum. Solidum [illegible]

vt

eſſe, Scripturam ſacram per omnes quatuor ſenſus interpretari.

1.Cor.10.

vt Paulus ait; nunquam tamen apertè traditur quòd omnes omnium Sanctorum rationes, Scripturarumq́; modi, particulæ, & circunſtantiæ ſuas habeant allegorias, tropologias, & anagogias. Nam aliter lex non vmbra fuiſſet, & typus ad legem nouã, ſed imago: quod tamen negat Apoſtolus, cùm ait: *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Imaginem vocat, abſolutam expreſsionem, & perfectam delineationem: vmbra verò, obſcuram quandam futurorum bonorum deſcriptionem repræſentat. Et ad rationem typi & vmbræ ſatis eſt, ſi ſummis & extremis lineis res imperfectè adumbrentur. Sic enim apud Platonem lib. de Republ. & apud Theophraſtum lib. de Plantis, & apud Ariſtotelem hæc loquendi phraſis, Dicere in typo, ſeu figura, non eſt aliud, quàm rudi quodam modo rem exprimere, ac extremis tantum lineamentis adumbrare, non autem colores perfectos, ac viuos reddere. Quamobrẽ etſi Aegyptus, Babylon, Damaſcus, & Tyrus, in quibuſdam typi eſſent futurorum: non tamen omnia, ſingulaque quæ de illis dicuntur à Prophetis, ſunt neceſſariò ad allegorias trahenda. Hanc regulam docent tres Eccleſiæ proceres, Baſilius videlicet, Hieronymus, & Auguſtinus. Prior quidem in homil. ſuper Geneſim: *Noui leges allegoriarum, etſi non à me inuentas, ab alijs tamen elaboratas teneo. Nam qui non accepiant ſententias Scripturæ communes, ij non aquam vt aquam accipiunt, ſed aliam quandam naturam inquiunt eſſe: & piſcem ad id quod ipſis videtur, ſua permutant interpretatione. Reptilium etiam ortum, atq; ferarum, ad ſuas ſententias deflectentes interpretantur perinde, vt ſomniorum interpretes, qui ad id reſpicientes quod ſibi propoſuerunt, eorum quæ ſecundùm quietem viſa ſunt, interpretationes afferre ſolent. Ego verò cùm fœnum audio, fœnum intelligo; & ſtirpem, & piſcem, & feram iumentum, omnia vti dicta ſunt, ita accipio.* Hieronymus verò in Commentarijs primi cap. Ionæ Prophetæ: *Prudens,* inquit, *rogandus eſt lector, ne eundem velut ordinem tropologiæ, quem & hiſtoriæ, quærere. Nam & Apoſtolus Agar, & Saram ad duo teſtamenta refert; & tamen non omnia, quæ in hiſtoria illa narrantur, tropologicè interpretari poſſumus.* Et ad Epheſios de Adam & Eua diſputans, ait: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt; Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Nunquid totum principium Geneſeos, & fabricam mundi, & hominum conditionem, ad Chriſtum, & ad Eccleſiam referre poſſumus quia hoc teſtimonio ſic vſus eſt Apoſtolus? Fac enim hoc quod ſcriptum eſt: Ideò relinquet homo patrem ſuum, referamus ad Chriſtum, vt dicamus eum Patrem in cœlis reliquiſſe Deum, vt Gẽtium populus iungeretur Eccleſiæ hoc quod ſequitur, matrem ſuam, quomodo poſſumus interpretari, niſi fortè dicamus reliquiſſe eum cœleſtem Hieruſalem, quæ eſt mater Sanctorum, & cætera multo his difficiliora? Illud etiam quod ab eodem Apoſtolo ſcribitur: Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra; Petra autem, erat Chriſtus; nequaquam nos arctat, vt omnem Exodi librum referamus ad Chriſtum. Quid enim poſſumus dicere, quòd hæc petra à Moyſe percuſſa ſit, non ſemel, ſed bis, quòd aquæ fluxerint, & torrentes repleti ſint? Num vniuerſam huius loci hiſtoriam per hanc occaſionem cogemus ſub leges Allegoriæ? & non potius vnuſquiſque locus ſecundùm hiſtoriæ diuerſitatem diuerſam recipiet intelligentiam ſpiritualem? Igitur ſicut hæc teſtimonia ſuas interpretationes habent, & nec præcedentia, nec conſequentia eandem deſiderant allegoriam: ſic & Ionas Propheta non abſque periculo interpretantis, totus referri ad Dominum poterit. Nec ex eo quod in Euangelio dicitur: Generatio peſſima, & adultera, ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus: reliqua etiam quæ in Propheta digeſta ſunt, eodem ordine referuntur ad Chriſtum. Certè vbicunque abſque diſcrimine hoc fieri poteſt, nos quoque facere nitemur.* Tertius verò eſt Auguſtinus, qui libro de Ciuitat. Dei ſic habet: *Mihi autem ſicut multum videntur errare, qui nullas res geſtas in eo genere literarum aliquid aliud, præter id quod eo modo geſta ſunt, ſignificare arbitrantur: ita multum audere, qui prorſus ibi omnia ſignificationibus allegoricis inuoluta eſſe contendunt. Ideò tripartita, non bipartita eſſe dixi: Hoc enim exiſtimo, nõ tamen culpans eos, qui potuerant illic de quacunque re geſta ſenſum intelligentiæ ſpiritalis exculpere, ſeruata primitus duntaxat hiſtoriæ veritate. Cæterùm quæ ita dicuntur, vt rebus humanitus, ſeu diuinitus geſtis, ſiue gerendis conuenire non poſsint, quis fidelis dubitet non eſſe inaniter dicta? Quis ea non ad intelligentiam ſpiritalem reuocet, ſi poſsit, aut ab eo qui poteſt, reuocanda eſſe fateatur?* Hactenus illi ſanctiſsimi, & doctiſsimi Patres. Proinde aliqui loci præter literam vnum ſenſum myſticum recipere poſſunt, alij verò duos: Quemadmodum Manna quod ad literam ſignificabat panem de cœlo deplutum, Allegoricè de Chriſto ſub Euchariſtia explicatur, Ioã. 6. Tropologicè verò de eleëmoſyna interpretatur 2. Corinth. 8. etſi poſsit ad verbum Dei, & ad Scripturam cõmodè adaptari, vt interdum faciũt Patres. Aliqui verò loci ſunt, qui non inconcinnè per tres

Hebr.10.

Per vmbram Legis, & imaginem rerum Paulus quid intelligat.

Quid ſit propriè typus.

Plato lib. 8. de Republ.

Theophraſt.

Ariſtot.

Dicere in typo, ſeu figura quid apud Philoſophos.

B. Baſil. hom. 9. in Hexam. initio, tom. 1. in princ.

Notat Baſilius Origenem, qui omnia penè ad allegoriam trahebat.

B. Hier. to. 6. circa fin.

Gal. 4.

Gen. 16. & infra 21.

Idem in cap. ad Epheſ. 5. à med. tom. 9.

Gen. 2.

Matth. 19.

Epheſ. 5.

1. Cor. 12.

Exod. 17.

Matth. 12.

Ion. 2.

B. Aug. li. 17. de ciuit. Dei, cap. 3. in fin. tom. 5.

Exod. 16.

Ioan 6. & ſeq.

2. Cor. 8.

Quinã Scripturarum lo

ſenſus

ci ad Allegoricum, Tropologicū, & Anagogicū ſenſum trahi cômodè poſſunt.

Prouerb.30.

In quos conuenire videatur dictū Salomonis: qui vehementer emungit, elicit ſanguinē.

V. Canon. Omnis Scripturę ſpiritalis intelligentia alicuius loci, ad alterius literalem ſenſum neceſſariò eſt accommodanda.

B. Aug. lib. 3. de doctr. Chriſtia c.27. to. 3. ſub initium.

Clem. Roman. alibi citatus.

Clem. Alexā.

Orig. tom. 1.

ſenſus ſpirituales Allegoriæ, Tropologiæ, & Anagogiæ Interpretari poſſunt, vt ſunt hiſtoriæ quædam Veteris Teſtamenti, & præcepta Legis ad cæremonias, & iudicia ſpectantia. Sed prudentis interpretis eſt certam rationem, & moderationem in his obſeruare, & ne quid durum, aut violentū appareat, omni ſtudio cauere. Certè: *Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem*: ſanguinem verò elicit quiſquis immodicꝰ allegoriarū amator omnia ad allegoriam rapit, quoniā inde ad abſurda multa dicenda cogetur.

V. Canon eſt. Nihil eſt ſub ſenſu ſpirituali alicui loco tribuendum, quod nō per alium locum in ſenſu literali manifeſtè traditum inueniatur: vt quanquam quæ in vno loco exponuntur, ad Tropologiam, vel Allegoriam ſpectent, in alijs tamen locis ad literam dicta oſtendantur. Cuius regulæ autor eſt Auguſtinus, & vterq; Clemens, Romanus, & Alexādrinus, qui illum maximè Canónem probant, in quo Lex, & Prophetę cum Euangelio conſonantiam habere, & concentum declarantur. Origenes etiam, qui præclarè de ſenſibus myſticis in Pentateuchum Chriſto, & Eccleſiæ applicandis meritus eſt, ſemper doctrina Apoſtolica, tāquam noua luce præeunte, ad illos ſenſus explicandos accingitur: quæ res ſummā parit animi voluptatem, & iocunditatem.

VI. Canon. Actiones Chriſti atq; ſermones ſuis interdum venuſtas ac ſignificantes habent allegorias.

Epiſc. Abulen. quæſt. 28. in c.13. Matth. part. 2.

Epiſc. Abulē. quibus probat allegorias in Euangelio deſijſſe, argumenta ſoluuntur.

I. Argum.

B. Aug. lib. de vtilitate credendi, c.3. à med. tom. 6. ſub initium.

II. Argum. Quænam illæ ſint.

Luc.17.

Ioan.11.

Deut.17.

VI. Canon. In geſtis, & dictis Chriſti Euangelicis, pulchræ, & elegātes interdum inueniuntur allegorię, & ad quas conſtituendas nōnulla verba à Chriſto, ſiue ab Euangeliſta conſultò dicta, nos apertè inuitāt & Patres veteres vehementer ad eas accipiendas nos adhortātur. Vt proinde ruat opinio Epiſcopi Abulen. qui apertè docet nouo Teſtamento haud cōuenire ſenſus allegoricos: quod planè falſum eſt. Nec obſtāt in contrarium quę ipſe producit. Primum, quod Auguſti. ait ceſſaſſe allegorias in Euangelio. Quod intelligendū eſt in eo ſenſu, quo hiſtoriæ quædam in veteri Lege, aut cæremoniæ venturum Meſsiam ſignificabant: nam tales allegorias in Euangelio nō conſtituimus. Deinde producit, quòd allegoria ſub aliqua figura veritatem eorum, quæ pertinent ad Chriſtum, & Eccleſiam ſignificant: at adueniente veritate, ceſſare debet omnis figura. Sed hæc ratio non valet: nihil enim vetat, ea, quę clara ſunt in ſe ipſis, & Chriſtum apertè cōtinent, illa, quæ ad inſtitutionem fidelium, qui Chriſtum ſectantur, faciunt, figurare ac delineare. Nā illud: *Ite, oſtendite vos Sacerdotibus*: & quod Dominus dixit de Lazaro: *Soluite eum, & ſinite abire*, ad allegoriam Sacerdotū, penes quos eſt poteſtas diſcernendi lepram ſpiritualem à lepra, & abſoluendi quoſdam à peccatis, & alios alligandi: eleganter & verè transfertur, vt eſt à Patribus annotatum. Paulus etiam Chriſtū traditum aſſerit propter delicta noſtra, & reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram. Rurſum Deum crucifixū tradit, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nō ſeruiamus peccato. Baptiſmi quoq; immerſionem & emerſionem, ad peccati mortem, & nouæ vitæ votū, & exordium moraliter traducit: quemadmodū & illud: *Ieſus extra portam paſſus eſt*, ad mores noſtros formandos deducit cū ait: *Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperiū eius portantes*. Sacramenta Noui Teſtamenti, omnia, gratiæ quam conferūnt, ſymbola exiſtunt: ſed præſertim Euchariſtia mortem eius annuntiat, hoc eſt ſeparationem animę à corpore, Eccleſiæ vnitatem repræſentat: nam ex pluribus viris coaleſcit, non ſecus atq; panis & vitis ex pluribus granis: denique refectionē ſpiritus noſtri integram denotat. Vt intelligas, myſterijs Noui Teſtamenti nō repugnare, quòd ſint aliarum rerum ſigna. Certè illud: *Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* elegantem habet allegoriam. Nam Roma, quæ Cæſarea erat, rectè in Cæſarea Philippi adumbratur: atq; ibi opiniones, q̄ de Chriſto accipiendæ ſunt, examinantur, ac diſcutiuntur, tanquam apud ſupremum Eccleſiæ tribunal: & Petri ſententia, & fides omnibus præualere, & anteferri debet. Illud quoque: *In illo tempore, abijt Ieſus per ſata, Sabbato; Diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare*; quis ignoret concinnam, & venuſtā allegoriam continere? Certè Auguſtinus libro de vera Religione, per res Chriſti ait ſignificari alia, quæ in Eccleſia fiunt; & quòd hæc ſit allegoria Sacramenti. Et libro octoginta trium quæſtio. allegoricè explicat illud Ioan. 6. de Quinque panibus hordeaceis; quos ad quinque libros Moyſi referendos cenſet. Et ſuper cap. Ioan. 13. de linteo, quo Chriſtus præcinxit ſe, multa figuratè tradit: deq; aqua in peluim miſſa, qua ſanguinem ſuum quo mundamur, ſignificari teſtatur. Hieronymus quoque precem mulieris Hemorrhoiſſæ fuſam, antequam filiam Principis mortuam ſuſcitaret, ad allegoriam de populo Gentili prius ad Chriſtum adducendo ante Iudæum, exponit. Et in vniuerſum quodam loco ait: *In Euangelicis ſermonibus ſemper literæ iunctus eſt Spiritus; & quicquid primo frigere videtur aſpectu, ſi tetigeris, calet*. Hæc ille, allegoriam quandam volens explanare.

Rom. 4.

Infra 6.

Ibidem.

Hebr.13.

1. Cor. 11.

Quarum rerum ſit ſymbolum Euchariſtia.

Matth.16.

Quid myſterij habeat illa Chriſti in partibus Cæſareæ Philippi interrogatio: Quem dicūt homines eſſe Filium hominis?

Supra 12.

Aug. lib. de vera relig. c. 49 & 50. tom. 1. circa fin.

Quænam ſit allegoria Sacramenti ſecundum Auguſtinum.

Idem lib. 83. quæſt. q. 61. tom. 4. circa med.

Idem trac. 55 56. 57. & 58. in Ioan. to. 9.

B. Hier. in c. 9. Matth. circa med. to. 9. in princ.

Matth. 9.

Idem in c. 14. Matth. à med.

Quòd

Parabolę duorum filiorũ iunioris, & ſenioris ſpiritalis intelligentia.
Luc.15. et ſeq.
Supra 10.
Homo deſcẽdens ab Hieruſalẽ in Hiericho, quem typum geſſiſſe videatur.

Quòd verò non tantùm in rebus, & actionibus Chriſti, ſed etiam in verbis aptæ allegorię contineantur, liquidum redditur ex antedictis, & ex eo, quòd quaſdam parabolas præter ſenſum literalem, qui ex rebus per voces ſumptis accipitur, allegoricis ſenſibus inuoluit. Vt eſt illa de duobus filijs, ſeniore, & iuniore: in qua iuxta allegoriam, Iudæus conqueritur de Gentili à parẽte, magno cum gaudio excepto. Illa quoque deſcendentis ab Hieruſalem in Hiericho, præter ſenſum literalem de eo qui ſit proximus, explicantem; allegoricè tradit caſum Humani generis, atque eiuſdem reparationẽ per verum Samaritanum Chriſtum, qui eſt ſummo modo proximus noſter. Ita etiam in quibuſdam alijs parabolis quædam allegorica non contemnenda inueniuntur. Et quod diximus de allegoricis ſenſibus in Nouo Teſtamento eruendis, idem intelligendum eſt de Tropologicis, & Anagogicis: nam conſtat, Omnem Chriſti actionem, noſtram eſſe inſtructionem, & Chriſtum dixiſſe: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita & vos faciatis:* & Petrus: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Et in vniuerſum dixit Paulus: *Quęcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.*

Nouum Teſtamentum Tropologicã interdũ admittit intelligentiam.
Ioan.13.
1. Petr. 2.
Rom. 15.

Et rurſus in Nouo Teſtamento ſenſus Anagogicus. Nam ingreſſus CHRISTI in Hieruſalem cum acclamatione puerorum, & Transfiguratio in mõte, & ſaturatio turbarum ibidem, ſignificant Chriſti ingreſſum in cœlum, & beatam viſionem ſanctorum, & ſaturitatem ſpiritualem. Hoc etiam docet beatus Thomas in Quodlibetis, dicens: *Ipſum corpus verum Chriſti, & ea quæ in ipſo ſunt geſta, ſunt figura corporis Chriſti myſtici, & eorum quæ in ipſo geruntur, vt in ipſo ſcilicet Chriſto exemplum viuendi ſumere debeamus.* In Chriſto etiam futura gloria nobis præmonſtrata eſt: vnde ea, quæ ad literam de ipſo Chriſto capite dicuntur, poſſunt exponi & allegoricè, referendo ad corpus eius myſticum; & moraliter, referendo ad actus noſtros, qui ſecundùm ipſum debent reformari; & anagogicè, in quantũ in Chriſto eſt nobis iter gloriæ demonſtratũ. Hactenus ille in ſenſu.

Anagogia inuenitur in Nouo quoq; Teſtamento.
Matth.21.
Supra 17.
Supra 14.
Infra 15.
B. Thomas Quodlib.7. artic.15. ad 5. tom. 8.

VII. Canon ſit. Bella omnia, quæ in Scripturis deſcribuntur, vel allegoricè ad delineandam Chriſti pugnam cum ſuo & communi omnium noſtrum hoſte Satana deſcribuntur: vt exemplo eſſe poteſt duellum diaboli cum Adam, & congreſſus Dauidis cum Goliath gigante: vel Tropologicè lucta ſpiritus noſtri cum carne, vel cum dæmone depingitur, vel vitiorum cõtra virtutes dimicantium: hinc liber Leonis Magni De conflictu vitiorum, & virtutum. Vnde Apoſtolus ludum Iſmaelis cum Iſaac exponens, dixit: *Sed quomodò tunc is qui ſecundùm carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundùm ſpiritum: ita & nunc.* Idem etiam indicat lucta Iacob cum Eſau, & odium Eſau ad Iacob.

VII. Canon. Sacris in hiſtorijs bella q̃ narrãtur omnia, vel iuxta allegoriã, vel iuxta Tropologiã poſſunt explicari.
Gen. 3.
1. Reg.17.
B. Leo 1.
Gal. 4.
Gen. 21.
Infra 25.
Infra 27.

VIII. Canon eſt. Prælia omnia, in quibus potentes, & viribus ſuis confidentes ab alijs vincuntur, & expugnantur, ob eã cauſam in Scripturis enarrantur, vt diſcamus, concepta propriarum virium diffidentia, in vno Deo viuo & vero omnem ſpem noſtram collocare, & non cum ſuperbis bellum Deo inferamus, aut illi reſiſtere audeamus. *Quis enim reſtitit ei, & pacem habuit?* Hinc tres fratres Machabæi, fortiſsimi populi Iudaici ductores, Iudas, Ionathas, & Simon, tunc tantùm quiſque illorum per ſe interijſſe dicitur, poſtquam cum Romanis, aut Lacedæmonijs fœdus, & amicitiam inierunt, aut fœdus initum renouârunt. Nam prius victores in omnibus prælijs extiterunt: ex quo autem fœdus inierunt, aut reſtaurarunt, videri poterat illud minus Deo, quàm hominum viribus nixos, ſpem aliquam in hominibus collocaſſe.

VIII. Canon. Victoriæ omnes de hoſtibus populi Dei fortiſſimis diuina ope cõparatę. Diuinis libris cõproditæ.
Iob 9.
1. Mach. 8.
Infra 32. & ſeq.
Infra 14.

IX. Canon. Virtus ſecundùm ſpiritualem intellectum plerumque ſignificat vitium: & exemplo eſſe poteſt Vrias, qui etſi bonus, & fidelis eſſet, deferens tamen literas mortis ſuæ ad Ioab, Iudæos, vel literatos viros deſignat, qui etiam cum magnitudine doctrinæ damnationi adiudicantur; vt docet Gregorius libro 3. Moralium cap.21. Et ita Deipara Maria foris ſtans extra domum, & quærens loqui cum Ieſu, Synagogam repudiandam, quòd verbum non audiat, ſpiritaliter denotat: contra verò id quod vitioſum eſt, & malè geſtum, rei benè, & ſanctè gerendæ ſolet eſſe typus. Quemadmodum Dauidis cum Beth-ſabee commixtio, ſpiritalis Chriſti cum Gentilitate coniunctionis imaginem gerit: copulatio quoque haud munda, neque legitima Salomonis cum tot alienigenis vxoribus, vnionem Chriſti cum tot Gentibus, & populis, congregationibusque immundis ſanctiſsimam repræſentat. Oſeas quoque Propheta fornicariam vxorem ſumere præcipitur, id eſt mulierem ſine viro, quę fornicari poteſt: & ſignificat coniunctioné Chriſti cũ Gentilitate, vt Dominus ibidem explicat. Capite verò 3. iubetur ire ad mulierẽ dilectam, & adulteram, & illi coniungi. Quod eſt ſecundùm ſpiritũ coniungi Chriſtum

IX. Canon. Sępè quod bonum eſt, malũ; & contra quod malum, bonum ſignificat more Scripturæ.
2. Reg.11.
Matth.12.
Dauidis cum Bethſabee, atq; Salomonis cum tot alienigenis vxoribus impura commixtio, & Oſeę cum muliere fornicaria copulatio quid inſinuauerint.
2. Reg.11.
3. Reg.11.
Oſee 1.
Infra 3.

Idem Oſeas mulierem iubetur adulteram diligere, ex qua tamẽ liberos nullos legitur ſuſcepiſſe.
Iſa.54.
Gal 4.

ſtum Synagogæ, quæ olim, cum filio Dei, & verbo nupſiſſet, adulterium in iniuriam viri perpetrauit. Ex hac tamen non dicitur ſuſcepiſſe liberos, ſicut ex priori fornicationis vxore: *Quia plures filij deſerta magis quàm eius quæ habebat virum.*

An mali homines, & iniqui Chriſtũ præfigurauerint.
I. opinio.
B.Hiero. ſub fi.li.12. Comment. in Iſa. tom.5.
1.Cor.5.& alibi.
B.Cyr. Alex.
Tertull.
Hieron. prope init. lib.3 in Oſe.10.6. iuxta princ.
Idem lib.3. in Ezech. ſub fin. to.5. à med.
Sedechias, iuſtus Dominus interpretatur.

Hoc loco excutiendum eſt, an impij viri, ſiue ſcelerati, de quibus ſcripturæ mentionem fecerunt, typum, vel vmbrã Chriſti Domini geſſerint: nam profectò Hieronymus multis in locis id impugnare videtur. Ait enim in Iſaiæ capite 45. *Satis mirari nequeo, quæ ſtultitia ſit legentium, vt hæc ad Chriſtum referant; per quem mundus reconciliatus eſt Deo.* Hæc ille, reſpondens id quod poſteà ſenſit Cyrillus, qui libro 4. in Iſaiam, prophetiam Cyri de Chriſto interpretatur, ſicut & ante eum Tertullianus libro aduerſus Iudæos, cùm de Chriſti natiuitate diſſerit. Et idem Hieronymus in caput decimum Oſeæ: *Impium eſt, quod iuxta hiſtoriam intelligitur de Rege Aſſyrio, iuxta tropologiam ad Chriſtum referri.* Rurſus in Ezechielis caput duodecimum, initio: *Quidam volunt captiuitatem Sedechiæ, qui interpretatur Iuſtus Dominus, in typum præcedere Saluatoris, qui de cœleſtibus ad terrena deſcendens, humanum corpus aſſumpſerit, & hæc eſſe vaſa captiuitatis: ideo præmonendum puto prudentem, cautumq́ue lectorem, & hæc quidem nos ponere, ne quid præterire videamur, ſed non probare. Neque enim Rex impius in figuram poteſt præcedere illius, qui totius pietatis exemplum eſt.* Hanc doctrinam hauſit Hieronymus ab Origene, qui homil.5. in Geneſim reprehendit illos, qui dicunt, Loth Chriſti figuram, & duas filias eius, duorum Teſtamentorum typum ſuſtinuiſſe: cùm tamen Eucherius ita ſit interpretatus lib.2. in Geneſ. cap.30. ſicut in fine Commentariorum in 1. libr. Regum, mortem Saul typum geſtaſſe mortis Chriſti teſtatur: ſicuti etiam maledictionem montis Gelboe, maledictionem populi Iſraelitici.

Orig. part.1. in prin.
Euche. Lugd. Epiſc.
Idem.
1.Reg.31.
2.Reg.1.
II opinio, quæ probat.
Salomon, Samſon, & Achab, inſignes peccatores, typum Chriſti geſsere ſecundùm Patres.
Iudic 14.& incept.
3.Reg 22.
Pſal. 22.
Ioan. vlt.
Gen 3.
Exod.32.& alibi.
Ibid.& alibi.

Sunt tamen & alij Patres, qui ſecùs opinentur. Nam apertè Salomon, de cuius ſalute à multis dubitatur, typus fuit Chriſti, & de eo dicta interpretatur Apoſt. ad Heb. 1. Idem de Samſone dicendũ, qui vitam nõ egit immaculatã: & de Achab impio, cuius mors præclarũ eſt mortis Chriſti ſymbolum, ſi attentè illam legas. Deinde quod in verme, & ſerpente maledicto; & nõ ſolùm in agno & oue, ſed etiã in hœdo, & in duobus hircis repræſentatus ſit. Adde, quòd Deus vtitur malitia noſtra, & peccatis ad ſuã gloriam illuſtrandã: quid mirum igitur ſi peſsimi homines, qui tamen in gradu altiori Regis, vel Prophetę collocati fuerint, Chriſti gerant figuram; qui Regibus hypocritis, & Epiſcopis malis benè vti nouit? Pręterea ſi Chriſtus ex illaudatis, & peccatoribus ſecundùm carnem deſcendit, vt teſtatur eius genealogia: quid mirũ ſi in illaudatis, & vitioſis hominibus adumbretur? Adhæc, ſi illa quæ bona ſunt, interdũ typus ſunt alicuius rei malæ, vt ſuprà oſtẽdimus: quid mirũ ſi quæ mala ſunt, gerant typum bonorum? Deniq; non ſolũ in rebus benè geſtis impiorum, ſed etiam in ipſis vitijs, & peccatis adumbrata ſunt Chriſti myſteria: vt in inceſtuoſa Iudæ cõiunctione cũ Thamar: & in Oſea, qui poſt acceptã præcepto Domini vxorẽ fornicariã, mittitur ad vxorem quę habebat virum, vt cum ea congrederetur: ad hæc in congreſsibus Salomonis cum tot vxoribus alienigenis. Turpius aũt eſt delineari in actionibus turpibus, quàm in viris vitioſis. Idem etiam confirmatur autoritate veterũ Patrum, inter quos Theodoretus in dialogo, qui dicitur impatibilis: *Aliquando*, inquit, *res quæ mala videtur, ob aliquam ſignificationem typum gerit bonæ: vt; Sicut exaltauit Moyſes ſerpentẽ in deſerto. Quia enim factus eſt maledictum, & peccatum, ita peccati ſerpens ſuſtinuit figurã. Et duo hirci in lege, quorũ alter ſacrificabatur, alter verò dimittebatur, duarum Chriſti naturarum imaginem præfigurabant, diuinæ impatibilis, & humanæ mactabilis.* Hæc ferè Theodoretus.

Quid propriũ Dei bonitatis & ſapientiæ.
Leu 16.& ſe.
Iob 34.
Mat.1.& ſeq.
Flagitia etiã Chriſti virtutum fuêre ſymbola.
Gen.38.& ſe.
Oſea 1.
Infrà 3.
3.Reg.11.
B.Theodor. dialo.3. inter init.& me pa.2. cir. dimid.
Num.21.
Ioan.3.
Gal.3.
Leu.16.& ſe.

Deinde Auguſtin. libr. contra Fauſtum Manichæ. *Nequaquàm offendat, quod de quibuſdam malis operibus hominũ in ſcripturis ſanctis, quædam non mala, ſed bona futura ſignificantur: ſeruat enim vbiq; Diuina prouidentia virtutem bonitatis ſuæ, vt quemadmodum ex adulterorum concubitu formatur, & naſcitur homo, de hominum opere malo bonũ opus Dei, ſicut in præcedenti ſermone iam diximus, de fœcunditate ſeminum, non de turpitudine vitiorum: ita in ſcripturis Propheticis, non tantùm bona hominum, verùm etiam & malefacta narrãtibus, quoniam prophetica eſt ipſa narratio, ſignificetur aliquid de malis operibus hominum, etiam futurorũ bonorum, non peccantis opere, ſed ſcribentis.* Quod illuſtrat exemplo Iudæ cum Thamar, cum qua fornicatus eſt: ad literam enim & facto ſuo aliquid figurauit myſterium. Idem de cõcubitu Loth cum filiabus ſuis loquens ſic ait: *Nec ideo tamen hoc factum, vel ipſum Loth, vel eius filiarum iuſtificamus, quia ſignificauit aliquid quod futuram quorundam peruerſitatem prænuntiaret. Aliud enim illæ, vt hoc facerent, intenderunt: aliud Deus, qui hoc fieri permiſit, vt etiam inde aliquid demonſtraret, manente recto iudicio ſuper peccatum hominum tunc præſentium, & vigilante prouidentia ſua pro ſignificatione futurorũ. Proinde illud factum*

Quid duo hirci legales, alter offerendus, alter verò dimittendus, præfigurauerint.
B. Aug. li.22. contra Fauſt. c. 83. in princ. to.6. cir. med.
Supr. cap.48. circa fin.
Gen.38.
Idem ca. 42. eiuſdem lib.
Supr.19.

cùm in ſancta ſcriptura narratur, prophetia eſt; cùm verò in illorum vita, qui hoc commiſerunt, conſideratur, flagitium eſt. Poſtremò beatus Gregorius, qui libro Moralium ita ſcribit: *Plerunque res qualibet per hiſtoriam virtus eſt, per ſignificationem culpa: ſicut aliquando res geſta, in cauſa damnationis eſt, in ſcripto autem prophetia virtutis. Quod verum citiùs oſtendemus, ſi vnum ſacræ ſcripturæ teſtimonium ad vtraque probanda proferamus. Quis namque audiens, non ſolùm fidelium, ſed ipſorum quoque infidelium non omnimodò deteſtetur, quod Dauid in ſolario deambulans, Bethſabee Vriæ concupiſcit vxorem? Quem tamen à prælio reuertentem, ire ad domum admonet, pedes lauare. Qui protinùs reſpondit, dicens: Arca Domini ſub pellibus eſt, & ego in domo mea requieſcam? Quem Dauid ad menſam propriam ſuſcepit, eiq́; epiſtolas, per quas mori debeat, tradit. Cuius autem Dauid in ſolario deambulans typum tenet, niſi eius de quo ſcriptum eſt: In Sole poſuit tabernaculum ſuum? Et quid eſt Berſabee ad ſe perducere, niſi legem literæ carnali populo coniunctam, ſpiritali ſibi intellectu ſociare?* Et quæ ſequuntur.

D.Greg.lib.3. Moral. ca 21. inis part.1. in princ.

2.Reg.11.

Dauid in ſolario deãbulans, & Bethſabee ad eum pductio, teſte Gregorio quid adumbrauerint.

Pſal.18.

Ad Hieronymum verò dicendum; ita ſenſiſſe aliquando, verùm in ea ſententia non perſeueraſſe. Ait enim in Epiſtola ad Ruffinum, de duabus mulieribus meretricibus à Salomone iudicatis, verba faciens: *Iuxta typicum intellectum, duæ meretrices ſunt Eccleſia, & Synagoga. Quòd autem adultera, & meretrices, Synagoga, & Eccleſia dicãtur in ſcripturis, nulla dubitatio eſt, & hoc prima fronte videtur eſſe blaſphemum. Cæterùm ſi recurramus ad Prophetas, Oſee ſcilicet, qui accepit vxorem fornicariam, & generauit filios fornicationis, & deinde adulteram; & ad Ezechielem, qui Hieruſalem, quaſi meretricem, arguit, quòd ſecuta ſit amatores ſuos, & diuaricauerit omni tranſeunti pedes, lupanarq́; in loco celebri extruxerit.* Et reliqua.

B.Hiero. epl. 131 in princ. to.3 paulò remotius à principio.

Duæ meretrices coram Salomo. de filio ſecũ altercãtes quid myſticè.

Oſe.1.

Infrà 3.

Ezech.16.

X.Canon. Viri ſancti, & perfecti veteris Teſtamenti, non tantùm in illuſtribus operibus, & geſtis, ſed etiam in vitioſis, & reprehendendis Chriſtum, atq; eius heroica facta, vt dictum eſt, adumbrãt. Ita enim Ipſe dixit: *In manu Prophetarũ aſſimilatus ſum:* Quemadmodum etiã illuſtres omnes fœminæ, eminẽtes virtutes diuç virginis Deiparæ delineant: ita vt quicquid illis cõceſſum fuerit, eminentiùs ipſi virgini conceſſum confiteamur. Solent etiam ſelectæ fœminæ typum gerere Eccleſiæ Chriſto deſponſæ: alienigenæ verò, aut legitimè, aut non legitimè coniunctæ, figurant congregationes quç ſunt extra Eccleſiã: Quemadmodũ Eliezer miſſus ab Abraham pro adducenda vxore filio ſuo Iſaac, Doctores repræſentat, qui Chriſto ſponſo animas quaſi paranymphi cõiungunt. Adhæc illorũ filij primogeniti populum fidelẽ Chriſtianum figurant: ſicut alij filij, aut Reges eos perſequentes Iudaicum populum referunt, vel Eccleſiam malignantium.

X.Canon. Lecti viri ac fœminæ antiqui Teſtamẽti, illuſtria Chriſti facinora & eius virginis matris excellentes animi dotes delinearunt atq; repræſentarũt.

Oſe 12.

Eccleſia vbi figurata.

Eliezer ad quærendam vxorem filio ſuo Iſaac ab Abrahã deſtinatus, quorum typum geſſerit.

XI.Canon. Quandoquidem omnia dona, quæ Chriſti ſunt, à capite in mẽbra diffunduntur: potiſsimũ tamen in præcipuũ, & ſelectum Eccleſiæ membrum, nimirùm B.Deiparam illa deriuantur. Hinc eſt, vt laudes, & præconia, quæ æternç Sapientiæ, aut Eccleſiæ eius Sponſæ tribuuntur, ob ſummam coniunctionem inter caput, & ipſam: quæ veluti Eccleſiæ collum eſt, B, Mariæ adſcribantur. Hinc liber Cantici Canticorum illi peculiariter adſignatur, & in eius ſolennitatibus legitur. Item illud; *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum,* & quæ ſequuntur. Et id; *Ego ex ore Altiſsimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.* Et; *Ab initio, & ante ſecula creata ſum.* Et; *In omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini morabor.* Rurſus: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.* Item; *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini,* & ſimilia multa, quæ de Verbo carnem induto ad literam accipiuntur. Cuius tamen membro, & ſancto, ſuo modo poſſunt competere, ſed longo poſt virginem ſanctiſsimã interuallo. Multi quoque Pſalmorum verſiculi in eius laudem decantantur, quia vel virginem attingunt ob ſpecialia eius priuilegia; vel quia laudes optimi filij in parentes redundare ſolent. Ita enim prouerbialiter dicitur: *Gloria patris filius ſapiens.*

XI.Canon. Quç ratio ſit cur in ſanctiſſimã Dei genitricem præ omnibus ſanctis abundantius deriuentur omnium Chriſti ſlucta gratiarum.

Cãt.2. & ſeq.

Prou.8.

Eccleſ.24.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

XII.Canon. In ſenſu ſpirituali ſtatuendo, nihil erit abſurdi, ſi vna, & eadẽ dictio vario, aut contrario modo accipiatur: nam id etiam contingit plerunq; ſenſui literali propter varias eiuſdem vocis metaphoras, aut propter varias eiuſdem rei proprietates, & naturas. Nam diabolus nomine ſerpentis venit, Gen.3 & Chriſtus Ioan.3. & Phariſæi Matth 23. ſerpentes, & genimina viperarum, & omnis detractor, de quo dicitur: *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.* Dicitur ſerpẽs diabolus, propter venenum antiqui peccati. Et Chriſtus propter ſerpentẽ exaltatum à Moyſe in deſerto ad ſananda vulnera filiorum Iſrael à veris ſerpentibus percuſſorum. Dicũtur Phariſæi, ſerpentes, ob odiũ, & liuorem, quo Chriſtum perſequebãtur. Deniq; omnis detractor, ſerpentis appellatione venit, quia venenum geſtat in lingua.

XII. Canon. Vna & eadẽ vox non incongruè plura etiã diuerſa, imò contraria poteſt ſignificare.

Serpẽs plura ſignificat, vſu ſcripturæ.

Ioan.3.

Matt.23.

Eccl.10.

Diabolus, & Chriſt⁹, Phariſæi, & detractores ſerpentiũ appellatione ſcripturæ.

Num 21.

Chriſtus vocatur Leo de tribu Iuda, ob Regiam fortitudinẽ: appellatur & diabolus

Leo

[Leonis vox quibus accõmodetur. Apoc. 5. Gen. 49. 1. Petr. 5. 2. Tim. 4. Prou. 18.]

Leo rugiens, circuiẽs quem deuoret, Nero Imperat. à Paulo dictus eſt leo; ob immanitatem, & crudelitatẽ: *Liberatus ſum*, inquit, *de ore leonis*. Vnde in Prouerb. Salomon ait: *Rex impius tanquam leo rugiens*. Rugit illud animal, cùm cibum appetit: ita tyrannus rugit, quia nunquam ſatiatur. Iuſtus quoq; propter confidentiam, leo nuncupatur, de quo ait Salomõ: *Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit*.

[Propriũ Leonis quid. Ibidem.]

[Aquilæ iuſti vocantur, & iniuſti. Deut. 32. Ezech. 1. Apoc. 4. Gal. 4.]

Aquila dicitur in bonũ de Chriſto: *Sicut Aquila prouocans ad volãdum pullos ſuos & ſuper eos volitans; & probat pullos ſuos ad Solem tentationis*. Et Ioannes Euangeliſta Aquila eſt inter quatuor animalia ob altitudinem volatus, & perſpicacitatem viſus. Eccleſia etiam, Aquila eſt, quia duabus alis Teſtamentorum vtitur. Iuſti quoque, de quibus: *Aſſument pennas ſicut Aquila; current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient*. Et, *Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ*. In malum quoque accipitur, quia immundum eſt animal; & quia prædatur vbique, in mari, in aere, & in terra; & ita ſignificat diabolum, eiuſque membra deprædantia vniuerſum orbẽ: vt apud Ezech. Duæ Aquilæ, ſunt Rex Babylonis Nabuchodonoſor, & Pharao Rex Aegypti.

[Iſai. 4. Matth. 24. Leuit. 11. Ezech. 17. & ſeq.]

[Fermentum in laude, & vituperatione ponitur. Matth. 13. Infra 16. Gal. 4.]

Fermentum, eſt doctrina Chriſti; cui ſimile facit regnum cœlorũ, eo quòd fermẽtat, & ad ſe eleuat corda hominũ. Superſtitioſa quoque Phariſæorum doctrina fermenti nomine venit, quia corrumpit, & in tumorem ſuperbiæ erigit: de qua, Intuemini, & cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum. Impius ſuo delicto alios inficiens, fermentũ ab Apoſtolo vocatus eſt: *Modicũ*, inquit, *fermentum totam maſſam corrumpit*.

[Aqua, diuerſarum rerum ſymbolũ eſt. Pſal. 65. Pſal. 123. Prou. 25. Ioan. 4. Ezech. 36.]

Aqua nomen, ob immerſionem, tribulationem ſignificat: *Tranſiuimus*, inquit, *per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*. Et rurſus: *Cùm iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos*. Eſt etiam ſymbolum conſolationis, ob id quòd proprietatem habet refrigerandi, iuxta illud: *Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua*. Ad hæc ob vim quam habet ſitim extinguendi gratia, ſiue Dei ſapiẽtia denotatur. *Qui biberit*, inquit, *ex aqua quam ego dabo ei, &c*. Præterea ob virtutem mundandi, & lauandi, Baptiſmũ repræſentat, ſecundũ illud: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. Aquæ quæ oriuntur ex latere dextro tẽpli ad Meridiem, ſignificant Chriſti doctrinã, vt docet Hieron. in ca. 47. Ezechiel. initio, iuxta illud: *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientis*. De quibus Propheta Zachar. *In die illa exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem: medium earum ad mare Orientale*. De quibus: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat*. Et: *Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei*; *Super aquas refectionis educauit me*. *Iſtæ ſunt aquæ Siloe quæ vadunt cum ſilentio*; de quibus Propheta: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*.

[Infra 47. B. Hieron. in Ezec. lib. 14. circa med. 10. 5. à med. Iſai. 11. Zach. 14. Ioan. 7. Supra 4. Pſalm. 22. Iſai. 8. Infra 12.]

Confirmantur hæc autoritate Patrum. Ait enim Auguſtinus in Pſalm. 103. *Allegoria dicitur, cùm aliquid aliud videtur ſonare in verbis, & aliud in intellectu ſignificare. Quomodo dicitur agnus Chriſtus: nunquid pecus? Leo Chriſtus: nunquid beſtia? Petra Chriſtus: nunquid duritia? Mons Chriſtus: nunquid tumor terræ?* Et Gregorius in lib. Moral. idem doctè admonet. Ediſſerens enim illum locũ Iobis: *Sub ipſo erunt radij Solis*, multa tradit in Scripturis Solis nomine deſignari: quæ quidẽ nos tantùm breuiter perſtringemus, quæ ille fuſiori ſermone perſequitur. Et primò per ſolem Dominus figuratur, ſicut Sapientiæ libro perhibetur, quòd omnes impij in extremi die iudicij cognita ſua damnatione dicturi ſunt: *Errauimus à via veritatis, & lumen iuſtitiæ non luxit nobis, & ſol non eſt ortus nobis*, Ac ſi apertè dicant: Interni nobis luminis radius non refulſit. Rurſum Sole perſecutio deſignatur: ſicut in Euangelio Veritas dicit, quòd nata ſine radicibus ſemina orto Sole aruerunt: quia videlicet verba vitæ in corde terrenorum hominũ temporali momento virentia, ſuperueniente perſecutionis ardore ſiccantur. Rurſum Sole manifeſtæ viſionis oſtenſio deſignatur: ſicut Propheta Dominum cunctorũ oculis apparentem denuntiat, dicens: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*. Ac ſi diceret; humanitatis aſſumptæ Sacramentum in lumine manifeſtæ viſionis oſtendit. Rurſum Solis nomine ſapiẽtium intellectus exprimitur: ſicut in Apocalypſi ſcriptum eſt: *Quartus Angelus effudit phialam ſuam in Solem, & datum eſt illi æſtu affligere homines, & igni*. Phialam videlicet in ſolem effundere, eſt perſecutiõis ſupplicia viris ſapientiæ ſplendore fulgentibus irrogare. Hæc ferè Gregorius.

[B. Aug. conc. 1. in Pſal. 103. aliquanto à med. tom. 8. Ioan. 1. & alibi ſæpiſſimè. Apoc. 5. 1. Cor. 10. Pſalm. 67. & alibi. B. Greg. 34. Moral. c. 7. à med. tom. 1. Sol multifariam intelligitur. Sap. 5. Matth. 13. Quid quod nata ſine radicibus ſemina orto Sole dicuntur aruiſſe. Pſalm. 18. Quid illud Dauidicum: In ſole poſuit tabernaculũ ſuum. Apoc. 16. Phialam in Solem effundere, quid teſte Gregor.]

Petra quoque, & Dominum, & ſoliditatem ſignificat iuxta illud: *Statuit ſupra petrã pedes meos*: &, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et in malam etiam partem accipitur: *Auferam*, inquit, *cor lapideũ de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum*: & ſanctus Præcurſor: *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*, id eſt de lapideis Gentilium cordibus.

[Petra, tria dicit. 1. Cor. 3. Exod. 17. Pſalm. 39. Matth. 13. Ezech. 37. Matth. 3.]

Clamor, in Scripturis in bonum, & in malum accipitur. In bonum: vt ibi, *Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat*. Et alibi: *Quid clamas ad me?* Ita Chri-

[Clamor ad pias res trãſfertur & impias.]

Pſalm. 101. Exod. 14. Gen. 4. & 18. B. Aug lib. 1. locut. in Gen. num. 60. tom. 3. ſub init. Idē in Enchi. c. 70. eod. 10. iuxta princ.

ſti ſanguis melius clamat, quàm ſanguis Abel, quia hic vindictam, ille miſericordiā. In malum verò accipitur, de quo Auguſtinus lib. locutionum in Geneſim, interpretans id: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ impletus eſt, & delicta eorum magna valde*: *Clamorem*, inquit, *ſcripturæ ſolet ponere pro tanta impudentia, & libertate iniquitatis, vt nec verecundia, nec timore abſcondatur.* Idem docet in libro Enchiridion ad Laurētium, & interpretatur illud Iſaiæ: *Expectaui vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorem.* Hinc Apoſtolus: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia.* Vbi vides, poſt clamorem apponi blaſphemiam, quæ ingens eſt ſcelus. Eſt etiam clamor homicidij, & clamor in detinētes mercedem operarijs, cuius meminit frater Domini. Clamant ergo bona opera piorum, & electorum, vt dicitur in parabola viduæ apud Lucam; & animę interfectorum propter verbum Dei, vt dicitur in Apocal.

Iſai. 5. Epheſ. 4. Gen. 7. Iob 5. Luc. 18. Apoc. 6.

Volucres cæli, & benè, & malè in Scripturis ſonāt.

Volucres in malo, ſūt aereæ poteſtates, de quibus: *Venerunt volucres cœli, & comederunt illud*, ſcilicet ſemen iactum. Et alibi: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos*, id eſt, callidi, & ſuperbi dæmones: & in bono etiam capitur, cùm de grano ſinapis dicitur: *Ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius.*

Matth. 14. Luc. 9. Matth. 13.

Vox paſſeris in bono ſemper accipitur teſte Hieron.

Paſſer tamen, nunquam in malā partem accipitur, vt notauit Hieronymus in libro Eccleſiaſtis. Vnde dicitur: *Sicut paſſer ſolitarius in tecto.* Et alibi: *Etenim paſſer inuenit ſibi domum.* Sicut idem Hieron. de voce venatoris in Michæ. ſcribit: *Quantum ego*, inquit, *in mea poſſum recolere memoria, nunquam venatorem in bonam partem legi. Iſmael, & Eſau venatores fuerunt, & præceſſerunt in typo populi Iudaici: quorum alter, filius Aegyptiæ eſt, ambulans iuxta carnem, & iuxta carnem viuens: alter primitiua propter lenticulam perdidit, & benedictionibus fratris inuidens, fugat eum in Meſopotamiam.* Sed hoc dictum Hieronymus ipſemet corrigit in Ezechiel. ſcribens: quia in Hieremia habetur: *Ecce, ego mittam piſcatores, & venatores, vt venētur vos de omni colle, & monte petrarum. Quos & Dominus miſit ad piſcandum, & fecit eos de piſcatoribus piſcium, piſcatores hominum. Vnde & viculus Petri, & Andreæ hoc appellatur vocabulo. Bethſaida enim in lingua noſtra interpretatur, Dòminus venatorum.* Sic ille.

Pſal. 101. Pſal. 10. B. Hiero. in c. 12. Eccleſ ſub init. tom. 6.

Venator nunquam ferè in bonū legitur eodem teſte.

Idem in ca. 5. Malac. paulò à med. Gen 16. Infrà 25. Idem in Ezec. c. 28. ſub fin. lib. 9. tom. 5. Hierem. 16. Matth 4.

Abyſſus, quæ, teſte Baſilio, nihil aliud eſt quàm multitudo aquarum, ad cuius profundum perueniri non poteſt, ſæpè in bonam partem accipitur. Vt ibi; *Iudicia tua abyſſus multa*: &, *Abyſſus abyſſum inuocat*, ſi de duplici Teſtamēto eſt ſermo, vel de abyſſo peccat inuocante abyſſum diuinæ miſericordiæ. In malam verò partem: *Viderunt te aquæ. Deus, viderunt te aquæ; & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.* Vnde dęmones deprecantur mitti in abyſſum. Et illud etiam: *Abyſſus abyſſum inuocat*, ſi de tribulationibꝰ interpretemur, quæ ſe inuicem inuitant clamore maximo. Accipitur etiam indifferenter, ſecundùm illud: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Et; *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ*: item, *Laudate eum dracones, & omnes abyſſi.*

B. Baſi. hom. 2 in Hexa. ſub init. tom. 1. in princ. Pſalm. 35. Pſalm. 41. Pſalm. 67. Luc 8. Pſalm. 41. Gen. 1. Infra 7. Pſalm. 148.

Cedrus virtutem & vitiū deſignat.

Sunt etiam *Cedri* in bono, iuxta illud: *Iuſtus vt palma florebit; ſicut cedrus Libani multiplicabitur.* Et: *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano.* In malo verò, ſuperbos & elatos homines ſignificat: vnde idē Propheta dixit: *Vox Domini confringentis cedros; & confringet Dominus cedros Libani.* Et alibi: *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatū ſuper cedros Libani.* Et Iſaias: *Dies Domini exercituum ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas.* Euthym. in Pſal. 28. ſcribit: *Cedrus aliquando in bonum accipitur: quia cedrina ligna immarceſcibilia ſunt, atque imputrida, & earum materia denſa eſt, atque odorata. &c. aliquando autem in malum, quia arbor eſt ſterilis, atque inflexibilis.*

Pſalm. 91. Eccleſ. 24. Pſalm. 28. Pſalm. 36. Iſai. 2. Euthym.

Cedrina ligna qualia ſint.

Voce fluminis ſcriptura, & in bonū, & in malum vti conſueuit.

Flumina, perinde in bono, & malo dicuntur. Nam illud: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et; *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*, in bonū ſumitur: In malum verò, vt cùm ait Ezechiel: *Mea ſunt flumina, & ego feci ea.* Sic habent Septuaginta, vbi Origen. *Non ego differentias fluminum, & ſcio flumina, in quibus draco ſedeat, ſuper quæ flumina hi qui de Iſrael capti fuerant ſedentes, cùm carmē Sion canere non poſſent, flebant ſecundùm id, quod in Pſalmis ſcriptum eſt: Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus: & ſcio aliud flumen, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei: nimirùm, Ieſus Chriſtus Dominus noſter eſt fluuius, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei. Iſte eſt qui ait per Iſaiam: Ecce ego declino in vos quaſi fluuius pacis.*

Pſalm. 45. Ioan. 7. Ezech. 29. Orig. hom. 13. in Ezech prope fin. par. 1. à med. Pſalm. 136. Iſai. 66.

Angulus, & in bonam, in malam accipitur partem. Habet enim Hieronymus in illud Iſaiæ 19. *Deceperunt Aegyptum angulum populorum: Idioma Scripturarum eſt, vt angulum pro regno ponat, eo quòd populos contineat, & quaſi in tota domo fortiſſimum ſit. Vnde & Dominus duorum populorum parietes continens lapis dicitur angularis.* Hęc ille. Quia enim anguli domus è lapidibus maioribus fiunt: idcircò Duces populi, & Principes, anguli vocātur populorū. Vnde Heluetiorū Duces hodie vulgo Cantoni vocantur. Vnde etiam Iudic. 20. habetur: *Omnes anguli populorum; cunctæ tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei conuenerunt.* Et 1. Reg. 14 *Accedite omnes anguli populorum,*

lorum. At Iſai. 28. vbi legitur: *Ecce mittam in fundamentis Sion lapidem: lapidem angulatem, pretioſum*: Chaldæus paraphraſtes habet: *Ecce ego conſtituam in Sion Regem: Regem fortem potentem, & terribilem*. Et illud Pſalmi 117. *Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*. Chaldæus paraphraſtes habet: *Puerum deſpexerunt ædificatores, qui inter filios Iſai meruit conſtitui Rex, & adſitor*. Aliquando verò, vt idem Hieronym. annotauit in Ezech. cap. 38. Angulus in malam partem capitur. Vnde in angulis platearum inſidiatur meretrix, Prou. 6. & Phariſæi Matt. 6. in angulis erant platearum, vt gloriam aucuparentur. Ad Apocal. 20. Gog & Magog egrediuntur ab angulis quatuor terræ: quia nimirùm rectã lineam reliquerunt; & diſpoſitionem caſtrorum Dei, quæ narrantur in Numeris.

Onus, in bono, & in malo capitur.
B. Hiero in c. 5. ad Gal. non procul à prin. lib. 3. tom. 9.
Pſalm. 37.
Matth. 11.
Iſai. 1.

Onus, vt teſtis eſt Hieron. in Scripturis, & in bonam, & in malam partem poteſt accipi: hoc eſt, & in his qui peccatis grauibus opprimuntur; & in illis qui virtutum leuia onera ſuſtentãt. De peccatis in Pſalmo pœnitens loquitur: *Iniquitates meæ eleuatæ ſunt ſuper caput meum, quaſi onus graue grauatæ ſunt ſuper me*. De virtutibus, doctrinaque virtutum Saluator ait: *Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue eſt*. In his locis malè ſonat. Vt, *Væ populo graui iniquitate*: & apud Zachariam: *Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc eſt impietas.*

Amicus, bonæ, & malæ ſignificationis eſt.
Thren. 1.
Matth. 22.
Infra 26.
Supra 20.
Ioan. 15.
Luc. 14.
Cant. 5.

Amicus per antiphraſim eſt inimicus. Hinc illud: *Vocaui amicos meos, & ipſi deceperũt me*: &, *Amice quomodo huc intraſti, &c.* rurſus: *Amice ad quid veniſti?* &, *Amice, non facio tibi iniuriam*. Dicitur & amicus in bono: Vt, *Vos dixi amicos: Amice, aſcende ſuperius*: &, *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.*

Cor, benè, & malè in Scripturis ſonat.
Pſalm. 72.
Pſalm. 80.

Cor, & in bono, & in malo accipitur: Vnde Dauid: *Defecit cor meum, & caro mea* (id eſt mala cogitatio) *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*. In malum etiam accipitur, cùm dixit: *Dimiſi eos ire ſecundùm deſideria cordis eorum.*

Portæ nomine veniunt tã boni, quàm mali.
B. Hiero. lib. 2. in Amos, c. 5. circa med. to. 6. ſub init.
Pſalm. 9.
Matth. 16.
Pſalm. 117.

Item, *Porta* nomen commune eſt bonis, & malis. Vnde Hieronymus in Amos, c. 5. *Duplices portas*, inquit, *mortis & vitæ, vitiorum atque virtutum, ſæpè in Scripturis legimus, vt illud in Pſalmis: Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion: haud dubium quin Eccleſiam ſignificet excelſum montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cœleſtem, &c.* Sunt etiam portæ inferi, quæ non præualent in Eccleſiam, vel in Petrum. Sunt & Sanctorum portæ, de quibus: *Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino. Hæc porta Domini: iuſti intrabunt in eam.*

Particeps, de bonis dicitur: vt ibi, *Præ participibus tuis*: & Apoſtolus: *Participes facti ſunt Spiritus ſancti*: & Dauid; *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua*. Et in malo, ait Apoſtolus ad Epheſ. *Nolite effici participes eorum.* Particeps, de bonis dicitur & malus.
Pſalm. 44.
Hebr. 6.
Pſalm. 118.
Epheſ. 5.

Carmen, Et in bono & in malo inuenitur, vt teſtis eſt Gregorius in Ezechielem. Nam de lætis, & fauſtis dicitur: *Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſraël carmen Domino*. Et in malo, vt ibi: *Scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.* Carmen, in bonu, & in malu dictum ſignificatu.
B. Greg. hom. 9. in Ezech. circa fin. to. 2.
Exod. 15.
Ezech. 2.

Zelus, in bonum capitur, & vocatur iuſta indignatio: & in malam partem, ſignificat iram, quæ à recta ratiõe declinat. Exempla ſunt manifeſta: *Zelus domus tuæ comedit me*: & iterum: *Cùm ſit inter vos zelus & cõtentio*: ac rurſus; *Occiditis & zelatis*, id eſt inuidetis. Vox Zeli, bonæ rei, & malæ communis eſt.
Pſalm. 68.
Ioan. 2.
1. Cor. 2.
Iacob. 4.

Aemulamur etiam quandoq; malos: *Noli*, inquit Dauid, *æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem*: &, *Aemulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam*: & in bonum; *Aemulor vos Dei æmulatione*. Et alio in locu: *Aemulamini charismata meliora*. Hieron. in epiſt. ad Gal. ſic inquit: *Aemulantur bene, qui cùm videant in aliquibus eſſe gratias, dona, virtutes, ipſi tales eſſe deſiderant, & fidem, vitam, atq; induſtriam eorum, per quæ illa meruerũt, nituntur imitari, vt poßint ea quoque quæ bona æmulatione digna ſunt, cõſequi. De quibus & Apoſtolus ait: Aemulamini ſpiritualia, magis autem vt prophetetis. Ac deinceps: Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpiritualium, ad ædificationem Eccleſiæ quærite vt abundetis. Et iterum: Itaque fratres, æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Aemulantur autẽ non benè: qui non tam ipſi cupiunt eſſe meliores, vt imitentur eos, qui æmulatione digni ſunt, quã illos ipſos volunt facere peiores, & retrorſum trahere æmulatione peruerſa*. Hæc omnia doctiſsimus Hieronymus.
Aemulatio, & bonorum, & malorũ eſt
Rom. 10.
2. Cor. 11.
1. Cor. 12.
B. Hiero. in c. 4. ad Gal. aliquãto à med. lib. 2. paulò poſt dim. to 9.
Aemulentur qui benè, qui malè, ſecundùm Hiero.
1. Cor. 14.
Ibidem.
Ibidem.

Defectio, in bonum accipitur, vt ait Hieronymus in Sophoniam, iuxta illud: *Deficiens mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſenex, & plenus dierũ*. Et Iſmael deficiens mortuus eſt, & non additur, in ſenectute bona, ſicut nec de Iacob, cùm moritur. *Ex quo intelligimus* (ait Hieronymus) *aliud eſſe tantum deficere, & aliud cum defectione plures pariter habere virtutes*. Item; *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam*. In malum verò, vt ibi: *Defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum*: &, *Nõ defecit de plateis eius vſura, & dolus*, ac rurſus: *Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Defectio quæ laudabilis, quæ vitupera bilis ſit.
B. Hieron. in Sopho. c. 1. circa princ. tom. 6. à med.
Gen. 25.
Infra 49.
Pſalm. 118.
Pſalm. 11.
Pſalm. 54.
Pſalm. 63.

Viſitare Deum aliquẽ, in bonum dicitur, quando Deus conſolationem infundit, aut poſtulata dona concedit, iuxta illud: *Viſi-* Viſitantur à Dño, & boni & mali diuerſa ratione.

Gen 21. Supra 17. Pſal. 8. 1. Reg. 2. Gen. vlt.

tauit autem Dominus Saram, ſicut promiſerat. Et : *Quis eſt homo, quòd memor eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* Rurſus: *Viſitauit ergo Dominus Annam, & cõcepit, & peperit tres filios, & duas filias.* Et Iob fratribus ſuis dixit: *Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta*, id eſt Aegypto.

1. Pet. 5. Oſeæ 3.

Petrus quoque : *Humiliamini igitur*, inquit, *ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.* Significat quoque in malam partem idem quod vlciſci, vel punire; & viſitatio dicitur flagellum, vel ſupplicium: Vt,

Amos 3.

Iudicium Domini cum Iuda ; & viſitatio ſuper Iacob: & alibi: *Viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.* Plaga enim, Dei viſitatio eſt, vt curemur. Ob id non dixit, Percutiam, ſed viſitabo. Et Hieronymus in Ezechielem : *Omnis vltio*, inquit, *viſitatio eſt quaſi ægrotantis, quaſi habentis vulnera, quaſi medicas expectantis manus.*

Plaga cur Dei viſitatio nominetur. B. Hieron in Ezech. 9. init. lib. 3.

Torrens, ſimpliciter ſine additamento dictum, nunquàm in bonam partem accipi tradit Hieronymus in Eccleſiaſten. Nam (cùm dicitur) *De torrente voluptatis tuæ potabis eos*; cum additamento dicitur, voluptatis. Et è contrario Saluator ad torrentem trahitur Cedron. Et Helias perſecutionis tempore ad torrentem Charit latitat : qui & ipſe ſiccatur, & non impletur. Eſt autem torrens, aqua veniens cum impetu : & tunc capitur pro graui tentatione, vt ait Auguſtinus in Pſal. 35. Vnde per Iſaiam loquitur Dominus : *Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuiũ pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium.*

Nomen torrentis abſolutè, malum denotat. B. Hieron. in Eccleſiaſt. c. 1. paulò ante med. tom. 7. Pſal. 35. Ioan. 18. 3. Reg. 17. Torrẽs quid. Iſa. 66.

Lacus raro in bono ponitur, ſicut puteus nunquam in malo, vt notauit rectè Baſilius homil. in Pſalm. 7. Ioſeph proiectus eſt in lacum, vt habent Septuaginta. Et Dauid: *Aeſtimatus ſum*, inquit, *cum deſcendentibus in lacum.* Et apud Hieremiam: *Foderunt ſibi lacus contritos*, ſic enim habet lectio ſeptuaginta, licèt nos legamus; *Ciſternas diſſipatas.* Daniel quoq; proiectus fuit in lacũ Leonum. Item Zacharias inquit: *Emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*, ſcilicet conſolationis. *Lacum aperuit, & effodit eum, &c.* Puteos verò effoderunt ſerui Abraham, & Iſaac, & ad puteum Eliezer agnouit Rebeccam, qam quærebat ſponſam Iſaac filio Abrahæ domini ſui : & Iacob Rachelem conſobrinam ad puteum oſculatus eſt. Et Moſes ad puteũ defendit filias Iethro, & adaquauit oues earum : vnde Sephoram filiã eius vxorem accepit, & Chriſtus Samaritanam ad puteum conuertit.

Lacus ferè in malo, puteus verò ſemper in bono ſenſu capitur. Gen. 37. Pſal. 87. Hier. 2. Dan. 6. & 14. Zach. 9. Pſal. 7. Gen. 26. Ibidem. Suprà 24. Infr. 29. & ſe. Exod. 2. Ibidem. Ioã. 4. & ſeq.

Auſter ſemper in bonam partem accipitur, vt tradit Hieronymus in Eccleſiaſten Vnde in canticis dicitur: *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata.* Hinc Gregorius in Ezechielem: *Auſter ventus*, inquit, *quia in ſancti Spiritus typo poni ſoleat, hi, qui in ſacro eloquio ſtudioſi ſunt, recognoſcunt : ſicut è contrario per Aquilonem ſæpè diabolus deſignatur, quia & ille relaxat in calore, & iſte conſtringit in frigore.* Sexcentæ ſunt & aliæ voces huiuſmodi per ſacra volumina ſparſæ, quæ in bonum & in malũ accipi poſſunt: quæ non minus ad ſenſus ſpirituales aptè eruendas, quàm ad literales plerunque inſeruiunt.

Auſter vẽtus in ſcripturis Spiritum ſanctũ, Aquilo diabolũ, teſte Gregorio ferè ſignificat. B. Hiero. c. 9. Eccleſ circa dimid. to. 7. Cant. 6. B. Greg. hom. 9. in Ezech. paulò ante dimed. part. 1. ante med.

Canon XIII. Ab Aegypto, & Hierico, Antiochia, & alijs ciuitatibus dicitur quis aſcendere in Hieruſalem, & è contrario ab Hieruſalem deſcendere in Aegyptum, in Hierico, & Antiochiam : quia nimirũ Hieruſalem in monte edito ſita erat, reliquæ in plano. Vnde Hieronymus explicans illud Oſeæ 2. *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti: Animaduerte*, inquit, *quòd quando eximus de Aegypto, & ad meliora tranſimus, dicamur aſcendere : quia Hieruſalem in montibus ſita eſt, de qua qui Hierico deſcendere voluerat, vulneratus eſt. Ad eos autem, qui Aegypti, id eſt ſecularibus quærunt auxilia; dicitur : Væ qui deſcendunt in Aegyptum propter auxilium.* Eucherius quoque in Geneſim : *Si diligentiùs*, inquit, *conſideremus, inueniemus quia nunquàm ferè in ſanctum quis locum dicitur deſcendiſſe, vel vituperabilem conſcendiſſe memoratur.* Quæ ex hom. 15. Origenis in Geneſim accepta ſunt. Et ſeruire poteſt hæc regula, & myſtico, & literali ſenſui.

Canon 13. Quænam ſit ciuſmodi appellationis ratio. Qualis Hieroſolymæ, qualis verò Ægypti, Antiochiæ, & Hierico, vrbiumq; cæterarum ſitus eſſet. B. Hieron. in Oſea lib. 1. ante med. to. 6. init. Luc. 10. Iſa. 31. Euch. li. 3. in Gen. in c. 42. à med.

Canon XIV. Ad ſenſus myſticos venandos, expedit vocum Hebræarum, ſiue Græcarum proprias noſſe ſignificationes, vt ex illis ſenſus ſpiritualis aptiùs concinnetur. Dico autem ſignificationes nominum propriorum, ſiue virorum, ſiue mulierum, ſiue vrbium, ſiue locorum, ſiue fluuiorum, ſiue montium. Nam & ipſa ſcriptura interdum ex vocum etymologia philoſophatur, vt hiſtoria vetus de Adam, & Eua, de Cain, Abel, & Seth, de Noe, & Nabal : In noua verò Angelus de nomine Ieſu, & Paulus de nomine Melchiſedec, & de Oneſimo. Sancti quoque viri Alexandriæ, vt refert Philo, admirabiles intelligentias proferentes, vocum proprijs ſignificationibus incumbebant. Hieronymus verò & facit ipſe, & faciendum eſſe docet. Et Auguſtinus, peculiariter in libris de Doctrina Chriſtiana, faciendum eſſe tradit. Hoc tamen interdum admonemus, à quibuſdam hoc fieri ineptè, ſine ſale, & grauitate, eo quòd imperitos linguarum conſulant. Adamus Sasbout hoc ſtudium

Canon 14. Quid voces Hebrææ, ſiue Græcè propriè ſignificent, noſſe ad ſcripturas myſticè intelligendas valdè conducit. Gen 3. Ibidem. Infra 4. Infrà 5. Ibid. 1. Reg. 25. Matt. 1. B. Hiero. multis in locis. B. Aug. lib. 2. de doct. Chri. c. 16. to. 3. ſub init. Adamus. Sasbout.

inter-

nterpretandi voces Hebræas, vel Græcas videtur cótemnere: ſed quam ſolida ratione id effecerit neſcio, niſi fortè vbi Imperitè, & ſine prudentia fieret.

Canon 15. Aug. lib. contra Adiman. c. 12. in fine, tom. 6. ante dimid. Marc. 4. Quare Chriſtus, & Apoſtoli non pleniorem veteris legis per nouam ſeu Euangelicã, explicationẽ ſcripto traditam nobis reliquerint.

Canon X V. Traditus ab Auguſtino in Adimantium: *Apoſtoli*, inquit, *omnia* (ſcilicet quæ veteris Legis ſunt) *intelligentes, pauca expoſuerunt, vt ad eaſdem regulas cætera poſteris intelligenda relinquerent.* Hæc Ille. Simile quid Chriſtus obſeruaſſe videtur, cùm omnes parabolas ſeorsũ Apoſtolis ediſſereret, non voluit tamen nobis niſi vnius aut alterius explicationem conſcribi. quòd videlicet Spiritus ſanctus ſemper locum eſſe voluerit eſſe ingenijs, & inueniendis myſticis ſenſibus, & reconditis parabolarũ Intelligẽtijs: quo videlicet dulcius ſaperent, guſtatumq; ſpiritualẽ magis afficerent, ſi noſtro marte, & labore eſſent inuenti, quã ſi nobis labor, & Apoſtolorũ tradidiſſet induſtria.

Canon 16. Vetus, & nouum Teſtamentum ita Deus temperauit, vt inueniendis myſticis ſenſibus nobis aditum aperiret. Ioan. 11. & ſeq. Supra 9. & ſeq. Matth. 14. & Infra 15.

Canon X V I. Multa tum in Veteri, tum in Nouo Teſtamento conſultò ab Spiritu ſancto poſita ſunt, quo ſenſui ſpirituali feneſtra aperiretur, & nos ad eum excogitandum excitarent. Nam quòd, verbi gratia, multa Chriſti miracula, ſiue geſta, fuſa & lata oratione explicata ſint cum multis circunſtãtijs: vt Lazari, & cæci nati, & ex quinque panibus ſaturationis ſigna: interdum verò quamplurima ſigna ſtrictim, & vno, aut altero verbo comprehenſa percenſentur: id profectò nequaquam videtur ad aliud referri poſſe, quàm ad anſam ſpiritualis ſenſus venandi porrigendam. Et idem de multis hiſtorijs latè explicatis in vtroq; Teſtamento ſentiendum eſt: ob eam cauſſam eſſe videlicet tam latè enarratas, cùm aliæ paucißimis verbis abſoluantur. Hæc Regula probatur ex teſtimonio Gregorij, qui in libris Moralium ſic habet: *Plerunque in ſacro eloquio ſic nonnulla myſtica deſcribuntur, vt tamen iuxta rationem hiſtoricam prolata videantur. Sed ſæpè dicta talia in eadem hiſtorica narratione permiſta ſunt, per quæ ſuperficies hiſtoriæ cuncta caſſetur: quæ dum nil hiſtoricum reſonat, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. His enim dictis quæ aperta credimus, cùm interiecta aliqua obſcuriùs inuenimus, quaſi quibuſdam ſtimulis pungimur, vt ad aliqua altius intelligenda vigilemus, & obſcuriùs prolata ſentiamus, ea etiam, quæ apertè dicta putauimus.* Hæc diuinus ille Pater.

Greg. lib. 18. Moral. in proœm. part. 1.

Canon 17. Antiquæ legis ſacrificia, oblationes, luſtrationes quę variæ atque multiplices quid ſignificauerint.

Canon X V I I. Varia legis Moſaicæ ſacrificia, & oblationes, varios gradus fidelium, & eorum varios progreſſus in virtutibus deſignant, ac varia oblationum genera ſpiritualium. Agnũ enim offert, qui innocentiam; & ouem, qui manſuetudinem; & arietem, qui fortitudinem ſuam Deo dedicat; vitulum, qui laſciuientem carnem reprimit; bouẽ, qui labores vitæ actiuæ; turturem, & columbam, gemebunda animalia, qui lachrymas contemplationis offerre non ceſſant. Variæ verò expiationes ab immunditijs Legis, varios, ac diuerſos modos pœnitendi, luſtrandique peccata figurant. Nam cùm eſſent duplicis generis maculæ, quæ à veteri Lege à Templi ingreſſu prohibebant, aliquæ quidem leues, & parui momenti, quæ fluxu temporis vſq; ad veſperam curabantur: quæ etiam tangendo mortuum, vel aliquam rem alioqui licitã, facilè & cum merito contrahebantur: propterea leuia peccata, & venialia deſignabãt, quæ facili negotio apud nos expiantur. At immunditia lepræ, & huic ſimiles, nonniſi oblatione, & iudicio ſacerdotis expiari poterant. Et manifeſtè indicabãt lethalia peccata, quæ nonniſi ſacrificio noui Teſtamẽti, & poteſtate Clauium ſacerdotibus impertita expiantur.

Num. 19. Leuit. 14. Matth 16. & 18. & Ioã. 20

Canon 18. Quæ prima, quæ ſecunda fuerit Iudæorum è captiuitate liberatio, quidque ambæ præfigurauerint.

Canon X V I I I. Duplex fuit veteris populi è captiuitate liberatio: altera ex Aegypto, in quã qui ingreßi ſunt, non exierunt, ſed eorum filij: quam ipſi per ſe ipſos non incurrerunt, ſed in parentibus: & aptè repræſentat redemptionem à captiuitate peccati originalis, in quam ipſi propria voluntate minimè nos conijcimus, niſi quatenus eramus In Adam: Indigemus tamen perſonali liberatione per nos ipſos, vel per noſtros nomine noſtro facienda, vt ab ea liberemur. Altera redemptio à captiuitate, fuit eorum, qui ducti ſunt in Babylonem, ex qua liberati ſunt ijdem ipſi, qui in ſeruitutem captiuitatis inciderant: & pulchrè explicat liberationem à peccato perſonali mortifero, quòd noſtra ſpõte incurrimus; à quo niſi pœnitentia, & reditu à peccato In gratiam non reſtauramur. Vtriuſque libertatis aſſertor eſt Chriſtus. Signa duo, alterum Baptiſmi, quo à prima captiuitate liberamur: alterum ſignum, eſt reconciliationis miniſterium quo à ſecũda ſeruitute peccati liberi euadimus.

2. Cor. 5.

Canon 19. B. Greg. lib. 2. Moral. c. 2. par. 2. in prin.

Canon X I X. Aſsignatus à Gregorio. Aliquando Scriptura à poſitione loci, qualitatem rei alicuius oſtendere ſolet: vt Iſraël verba Dei audire non poterat in monte, benè autem præcepta tradita in campeſtribus Moab, vt habes in Deuteronomio, apertè eius populi indicat infirmitatem, qui ad ſumma aſcendere non valuit, ſed ſemetipſum in infimis & humilibus rebus neglectè viuendo laxauit, ſicut Apoſtoli in monte ſermonem Domini audierunt, turba verò in campeſtribus, teſte Luca. Aliquando à poſitione corporis, vt Stephanus

Exod. 20. Deut. 1. Sacra eloquia ex qualitatibus actus, vel temporis, vel ex corporis ſitu, vel poſitione ſæpè,

exprimunt ſubſequentium merita, fineſq; cauſarum.

qui vidit Cęlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. Stare quippe, adiuuare eſt certantẽ in bello. Aliquando à qualitate aeris, vt apud Ioannẽ: *Facta ſunt encania in Hieroſolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.* quo verbo frigus malitiæ in cordibus Iudæorum deliteſcens aperitur. Vnde & de negaturo Petro dicitur, *Quia frigus erat, ſtans ad prunas, calefaciebat ſe.* Aliquando à qualitate temporis: vt nocte Iudas exijſſe perhibetur, non rediturus ad lucem Fidei, vel ad Chriſtũ pro venia peccati: quia ad nocturnum proditionis facinus patrandum pergebat. Et diuiti illi Euangelico dicitur: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autẽ paraſti, cuius erunt?* Angeli ad Abraham in meridie veniunt: punituri Sodomam, veſpere veniſſe dicuntur. Nicodemus nocte venit ad Chriſtum: quia longè erat à Chriſti cognitione. Et Ambroſius in Lucæ Euangelium: *Imitare*, inquit, *Petrum dicentem alibi tertiò: Domine, tu ſcis quia diligo te. Et enim quia tertiò negauerat, tertiò confitetur. Sed negauit in nocte, confitetur in die.* Hæc illæ. *Propheta verò Ezechiele dicitur: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Quia prophetiæ gratiam poſtmodum dignatus eſt in latitudinem Gentium demonſtrare. De verbo Standi, ita* ſcribit Hieronymus in Ezechielem, *Nullum peccatorem ſtantem legimus*, ſed ad ſanctos dicitur: State ergo ſuccincti lũbos veſtros. Qui ſtatis in domo Domini: &, Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat, & de diſcipulis ait Paulus: State in Domino Chariſsimi. Et Propheta, qui ſe moribus, & vita ante Dominũ ſtare videbat, dicebat. *Viuit Dominus Iſrael, in cuius conſpectu ſto.* Vnde Hieronymus in Hieremiam rectè admonet: *Notandum in ſcripturis ſanctis, quod ſemper peccatorum moueantur pedes, & ſanctis dicatur cum Moyſe, Tu verò hic ſta mecum. Et alibi ſcriptum ſit: Laudate ſerui Dominum, qui ſtatis in domo Domini, & cæt.* Hinc eſt quod Hieremias inquit, *Hæc dicit Dominus populo huic, quia dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domino non placuit, &c.*

Luc 6.
Act. 7.
Ioan. 10.
Infra 18.
Supra 13.
Luc. 12.
Gen 18. iuxta LXX.
Infra 19.
Ioan. 3.
B. Ambr. lib. 5. in Luc. c. 13 prope finem, tom. 5.
Ioan. 21.
Luc. 22.
Ezech. 3.
B. Hieron. in Ezech. ca. 2. init. lib. 1. ante dimid. to. 5. à medio.
State dicuntur ſancti tãtummodò, non autem peccatores.
Epheſ. 6.
Pſalm 133. & 134.
1. Cor. 10.
Philip. 4.
3. Reg. 17.
Idem in Hierem. c. 14. circa dimid. lib. 3. eod. tom.
Deut. 5.
Hierem. 14

Item circa verbum *Cadendi*, doctè Hieronymus obſeruauit in Ezec. c. 2. *Sciendum*, inquit, *quòd aliud ſit in faciem cadere, aliud retrorſum. Abraham poſt quam audiuit de natiuitate Iſaac, cecidit in faciem & riſit. Heli autem qui peccauerat, retrorſum cecidit.* (Paulò ante dixerat) *Et Abraham cecidit in faciem poſtquam audiuit ſermones Dei. Et tamen quia non peccato, ſed humilitate corruerat, à Domino ſubleuatur, & verba eius iubetur audire.* (Poſtea ſubdit) *Et in Euangelio ſecundùm Ioannem, qui ad comprehendendum venerant Dominum, poſtquam ille reſpondit: Ego ſum, ceciderunt retrorſum in terram. Apoſtoli quoq; in transfiguratione ceciderũt in facies ſuas: Et Apoſtolus: Cadens in faciem, adorabit Deum.* Idem Hieronymus in cap. 3. Danielis ſub initium: *Omnem ſcripturam ſanctam mente percurrens, niſi tamen me fallit obliuio, nequaquam reperio quòd ſanctorum quiſquam Deum cadens adorauerit: ſed quicunque idola, & dæmones, & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare: vt in præſenti loco non ſemel, ſed crebrius. Et in Euangelio diabolus loquitur ad Dominum: Hæc omnia dabo tibi, ſi cadens adoraueris me. Et de ſtatua Nabuchodonoſor iubetur, vt omnis qui audierit ſonitum buccinæ, &c. cadens adoret ſtatuam.* Idem in Zachariam: *Solemus*, inquit, *quando rugata fronte, & nare contracta contemnimus admonentes, dorſum vertere, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Verterunt ad me dorſa, & non facies ſuas.* Et Zacharias: *Verterunt ſcapulam recedentes*, Et quando magiſter præcipit, obedientis indicium eſt, ſi dimiſſo contra audiat capite: ſi autem vertat tergum, cõtemnentis.

Idem init. 2. c. lib. 1. in Ezechielem.
Quid ſit cadere in faciẽ, quid retrorſum, teſte Hieronymo.
Gen. 17.
1. Reg. 4.
Ioan. 18.
Matth. 17.
1. Cor. 14.
Idem tom eodem iuxta finem.
Dan. 3. et ſeq.
Matth. 4.
Dan. 3.
Idem in c. 7. Zach. ſub fin. lib. 2. ante medium, tom. 6. circa fin.
Zach. 7.

Qui ſint illi qui moriuntur pleni dierũ, oſtendunt Hieronymus, & Gregor. Prior quidem in Iſai. ca. 38. circa dimidium: *Sancti implent dies ſuos: qualis fuit Abraham, qui mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona. Peccatores verò, & impij in dimidio dierum ſuorum moriuntur, de quibus & Pſalmiſta loquitur: Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, Non enim implent opera virtutum, nec ſtudent pœnitentia emendare delicta.* Gregorius verò lib. 38. Moralium: *In Scriptura ſacra non facilè plenus dierum ponitur, niſi is, cuius per eandem Scripturam vita laudatur. Vacuus quippe dierum eſt, qui & quamlibet multum vixerit, ætatis ſua tempora in vanitate conſumit. At contra plenus dierum dicitur; cui nequaquam dies ſui pereundo tranſeunt, ſed ex quotidiana mercede boni operis, apud iuſtum iudicem, & poſtquam trãſacti fuerint, reſeruantur.* Quanquam Gregorius Nazianzenus per dies intelligat, futuros, & permanentes vitæ æternæ dies. Alij verò intelligunt, Plenus dierum, completa ſua naturali periodo. Rectè per Origenem in Lucam annotatum eſt, impleri tempus pariendi tantùm iuſtis conuenire, Eliſabethæ, & Mariæ, de qua dicitur: *Impleti ſunt dies, vt pareret.*

Pleni dierum qui dicantur, more Scripturæ.
B. Hieron lib. 11. in Iſai. circa med. to. 5.
Gen. 25.
B. Greg. c. 23. in fine, tom. 1. in fine.
Qui ſint vacui dierum.
Gregor. Nazianzenus.
Orig. hom. 19. in Luc paulò à med. par. 2. ante med.

De illa locutione, qua viri Sancti veteris legis dicuntur apponi ad patres ſuos, audi quid ſentiat Ambroſius libr. de Cain, & Abel: *Ex quo cognoſcitur nec illud otioſè ſcriptum eſſe, ſed perpenſè, atque examinatè, quod legimus in Regnorum libris: Et appoſitus eſt ad patres ſuos. Intelligi enim datur, quòd patrum ſimilis fuerit Fide. Vnde claret, non ad ſepultu-*

Illa Scripturæ locutio: Et appoſitus eſt ad patres ſuos, quid ſignificet ſecũdùm Ambroſium.
B. Amb. lib. 2. de Cain, & Abel, c. 2. initio, to. 4. non procul à prin.
Gen 35.

ram

Iſaac cur dicatur appoſitus ad genus ſuum, non ad populū ſuū, vt idē tradit.

An vera ſit hæc obſeruatio.

um corporis, ſed ad conſortium vitæ relatum. Denique de Iſaac non perfunctoriè ſcriptum putatur, quod requirens corporis iſtius ſpeciem, quæ animæ ſuæ attexebatur, appoſitus ſit ad genus ſuum, eo quòd patris ſui moribus adhæſerit. Pulchrè autem, ad genus, ait, non, ad populum, ſicut alibi. Nam legimus alijs locis appoſitos fuiſſe ad populum ſuum. Sed iſti non tam præſtantes: præſtantior autē, qui paucorum ſimilis fuerit, & non plurimorum. Hæc ille. Cùm tamen iuxta Hebræam literam dicatur appoſitus populo ſuo: alioqui ſanctior eſſet patre ſuo Abraham, qui congregatus dicitur ad populum ſuum; ſicut etiam Iacob filius eius appoſitus dicitur ad populum ſuum. Sed hæc non minus ſeruiunt ſpirituali ſenſui, quàm literali: nam multa horum exempla ad literā adducta ſunt; poſſunt tamen & ſenſus ſpirituales iuuare.

Supra 25.
Infra 49.

Canon 20. Mundorum illa, & immūdorum animalium differentia in lege tradita, vt ſit accipienda. *Gen. 7. Leuit. 11. & ſeq. Tertul. lib. de cibis Iudaicis.* Gulæ ingenium. Luxuria cui ſit inimica virtuti.

CANON XX. Diſtinctio illa animalium in munda, & in immunda, de qua Geneſis cap. 7. & Leuit. 12. ſic intelligenda eſt, vt munda dicantur, quæ ad eſum hominis concedebantur, & quæ ad ſacrificium apta erant: quæ Deus per ignem edere dicebatur. Secus immunda, quæ, teſte Tertulliano, vſui immunda erant, non creationi, & non vt illa damnarentur, ſed vt homines ſerituri vni Deo coercerentur: quia ad hoc aſſumptos fragilitas docebat, & gulæ temperantia, quæ ſemper religioni deprehenditur eſſe vicina, imò conſanguinea, atque cognata, vt ibidem ait Tertullian. Luxuria autem, inimica eſt ſanctitati. Erat autem vtilis illa ciborum præſcriptio, non ſolùm in eo quòd Deo parebant, & quod melioris temperamenti cibos, & ſalubriores edebant, ſed vt etiam in illis quæ Deus immunda iudicabat, quaſi in ſymbolis quibuſdam certa vitiorum, & peccatorum genera ſibi interdicta eſſe intelligerent. Erāt autem munda, quæ ruminabant, & fiſſam vngulam habebant: quę verò altero illorū, vel vtroque carebant, immunda erant. Fiſſa vngula, ad mores; Ruminatio, ad ſapientiam pertinet: vt ait Auguſtinus. Qui autē in lege Dei meditatur die ac nocte, ille tanquam animal mundum ruminat.

Animalia quæ munda, quęque immunda. Fiſſa vngula, & ruminatio quid myſticè.

CANON XXI.

Canon 21. *B. Aug. hom. 45. de verb. Auguſt. prope init. tom. 10. longè à med. Pſalm. 1.* Non ſunt fabulæ, figmentaq́; Poëtarū Diuinis myſterijs applicanda.

Poëtarum fabulæ non ſunt allegoricè interpretandæ, vel Fidei myſterijs explicandis, aut confirmandis applicandæ: vt docet Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana. Vbi ex doctiſsimo Latinorum M. Varrone reprobat eos, qui in naturæ arcanis enarrandis, fabulas, & Poëtarum figmenta adhibebant. Quia cùm Poëtę interdum earum rerum naturalium eſſent ignari, non potuerunt illas res niſi caſu diuinare: at Diuina, & ſupernaturalia Euangelij myſteria, nulla ratione indagare potuerunt. Ideò Fidem valde infirmant, imò & riſui, & vocculis hominum exponunt, qui fabulas illi adaptant, & magno ſtudio accommodant. Quemadmodum quidam fabulas vniuerſas Naſonis in libris Metamorphoſeos comprehenſas, ad noſtra accommodare Sacramenta conati ſunt, ſicut etiam multa ex alijs Poëtis. Nam hominis creationem de limo terræ, & ſpiraculum vitæ inſpiratum, tradunt quidam repræſentatam in Promethei fabula, qui ex luto finxit hominem, & igni de Cœlo furto ſublato animauit. Chriſtum bis natum, ex matre, & Patre, aiunt delineatum in Baccho, quem fabulantur ex Semele matre, & Iouelterum genitum. Quòd ex Patre ſit natus ſine matre, probant ex fabula Mineruæ, quam fingunt de cerebro Iouis natam. Quòd verò natus ſit ex virgine, confirmat fabula Danaes puellæ in turri incluſæ, ad quam Iupiter in aurum conuerſus per impluuium domus deſcendit, & ex ea ſuſtulit Perſeum. Quidam concionator Chriſti perſecutionem, & mortem, in Actæone, qui à canibus proprijs dilaceratus fuit, figurauit: à fabula tantam veritatem eliciens miſer, quaſi deeſſent veræ figuræ, & vmbræ in veteri Lege. Quòd Chriſtus deſcenderit in Limbum, vt ſanctos Patres eriperet, volūt in Orphei fabula expreſſum, qui cithara ſua deſcendit ad inferos, vt ad vitam, coniugem ſuam Eurydicen reuocaret. Quòd verò tertia die à mortuis excitatus reuixerit, fabula Lycophronis tragici confirmat: nam refert in nauigatione è vellere aureo redeunte Herculem naufragium paſſum, & in mare proiectum, à piſce quodam deuoratum: qui tertio poſt die eum viuum ad littus euomuit. Hæc, & his ſimilia figmenta qui ſolidiſsimis, & certiſsimis Fidei noſtræ Sacramentis comparant, magnoperè illius dignitati, & autoritati detrahunt. Non negauerim tamen, Poëtas quædam fingere potuiſſe ad mores benè inſtituendos, & ad vitia, & peccata declinanda: vt ſunt elegantes Aeſopi fabulæ, & aliorum apologi ad id quod volunt ſignificandum rectè concinnati. Vt Petrus dixerit: *Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & præſentiam.* Docens nos illis verbis, fabulas doctè, & artificioſè compoſitas, nobis tamen non eſſe conſectandas. Neq; etiam id inficiandum eſt, nos poſſe nonnulla à Poëtis dicta mutuari: ſiue quia illi à noſtris acceperunt, vt mundi creationem ex chao, & hominis ex

B. Aug. li. 2. de doc. Chriſt. c. 17. tom. 3. ſub init.
M. Varro.
Hominis formatio de limo terræ, & ſpiraculum vitæ inſpiratum, quale ſecundùm quoſdam. *Gen. 2.*

Qualis Chriſti prima, & ſecunda generatio ſecūdùm eoſdem

Chriſti ortū ex Patre ſine matre ijdem vt exprimāt.

Eiuſdem cruciatus, & mortem acerbiſſimam, cui rei ſimilē quidā eſſe dixerit.

Eiuſdem ad inferos deſcēſus qualis. *Pſalm. 15. Act. 2. Zach. 9.*

Chriſti quoque tertia die à morte reditus ad vitam vbi delineat⁹.

Quid de Aeſopi fabulis, aliorumq́ue magnorum virorum apologis ſentiendum ſit. *2. Petr. 1.*

A Poëtis quę rectè dicuntur, rebus noſtris accommodari cur valeant.

luto

Gen. 1. Ouid. lib. 1. Metam. init. Infra 2.

luto fictionem accepit Ouidius ex noſtris, ſiue quia ex Sibyllis nónulla mutuati Poëmatis ſuis inſeruerunt, vt Virgilius, qui cú legiſſet, Sibyllam Cumæam de aduentu Chriſti vaticinantem, nec intellexiſſet, Pollionis filio nato accommodauit:

Virg. Eclog. 4. initio.

Iam (inquit) *redit & virgo, redeunt Saturnia*
Regna:
Iam noua progenies Cœlo demittitur alto:

Acts. 13. 1. Cor. 15. Tit. 1.

Siue quia vera ſunt, quæ docent: quamobrem Paulus ter ex Poëtis produxit teſtimonia. Deniq; eiuſmodi ſabulæ à Gentilibus creditæ eum nobis vſum præſtant, vt vel noſtra perſuadeamus facilius, vel aliena acrius confutemus, & ad homines argumentemur, proprijs eos telis prementes, & iugulantes. Quod verò de fabulis dixi, idem ſentiendum prorſus de his, quæ in libr. qui GeſtaRomanorum inſcribitur, traduntur.

Quid ille liber GeſtaRomanorum dictus, habeat incommodorum.

Nam hiſtorias, & meras fabulas commiſcet, & Chriſto, & eius ſponſæ Eccleſiæ, & membris accommodare conatur: quaſi non ſint in Scripturis deſint ſolidæ, & veræ hiſtoriæ, quibus mores noſtri & ad literam, & myſticè, rectè, & ſalutariter informari poſsint.

Canon 22. Sacra Scripturarum vaticinia nullo modo ſunt ad terrena huius mundi bona detorquenda.

Canon XXII. Cauendum præterea in interpretãdis præſertim Propheticis libris, à ſpiritu mundi huius, & carnalis affectus, quo quidam traxerunt Scripturas noſtro ſeculo ad ſtatus, & dominia temporalia. Verbi gratia, alij ad Imperatoris, alij ad Galliarum Regis, alij ad proſperitates temporales Florentinorum. Sed eiuſmodi interpretatio omnis ſiue ex literali ſenſu, ſiue ſpirituali colligatur, debet meritò nobis eſſe ſuſpecta. Nam Scriptura, iuxta noui ſpiritus ſapientiam, hæc amplius non curat. Imò Apoſtolos curioſè de reſtituendo regno Iſraëlitico populo Interrogantes, illa obiurgatiuncula Dominus repreſsit,

Act. 1. Qualia tantũ bona nos ſperare iubeat lex Euangelica.

Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: indicans temporalia, & terrena dominia non eſſe in Nouo Teſtamento expectãda, ac ſic eos à carnali intelligentia regni Iſraëlis auocans. Imò ſi aliquando talia in antiquo Inſtrnméto ſint prædicta, non propter ſe ſunt prænnntiata, ſed ob id maximè, quòd in eis intelligebantur ſpiritualia bona, ſiue Euangelica Sacramenta: & nunc conuerſum eſt tempus, & exceſsit ſuam adoleſcentiam mundus; vt non opus ſit de temporalibus inſtrui: ſatis eſt Dominum in vniuerſum prædixiſſe futura prælia, & bellorum rumores, & peſtilentias, & fames, & pſeudoprophetas.

Terrenę promiſsiones Legis Moyſi quonam illæ potiſſimum ſpectaſſe videantur.

Matth. 24. et ſeqq.

Quare inutile prorſus eſt de particularibus euentibus nos inſtrui per ſacras literas: niſi fortè aliqua priuata reuelatione, non tamen vt ab Scripturis deducatur, niſi multùm faciat ad notitiam vniuerſalis ſtatus Eccleſiæ. Sed curioſitas diuinandi, & præſciendi futura, diabolo etiam ſub ſpecie boni fallente, pellexit animos quorundam vt ſibi Propheriæ donum arrogarent, & aures plurimorum, vt hæc nimium patienter audirent, quæ ſenſui conſona, & blanda erãt. Ita Hieronymus Sauanarola promiſit ſuis concionibus, & ſcriptis terrenas fœlicitates, & dominationes populorum Florentinis, & addidit, à ſui temporis hominibus videndas, & perfruendas: & tamen mirificè illuſus eſt, & alios feſellit.

Hieronymi Sauanarolæ cuiuſdam pollicitationes temporaliũ bonorũ Florentinis exhibitæ, quales illæ tandem extiterint.

Et ad has adiungi poſſunt Propheticæ interpretationes Abbatis Ioachim, quas edidit ſuper Scripturas: quem tamen ſua curioſitate deceptum fuiſſe, teſtatur Thomas.

D. Thom. in Quarto, diſt. 43. art. 3. q. 2. ad 3. tom. 7

De Abbatis Ioachim Prophetiis in Scripturas cõmentarijs D. Thom. Aquinatis iudiciũ.

Nam per coniecturas mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, & aliquando fallitur, de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit, etiamſi alioqui vir Religioſus & probus fuerit. Similia peccabant Donatiſtæ, applicantes ſibi illud Canticorum:

Cant. 1.

Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie: & Gnoſtici, & Valentiniani pleraque teſtimonia Scripturarum torquentes. Quare ſenſus Allegorici Scripturæ, ſiue Prophetarum, non debent temporalia bona, vel mala ſpectare: quæ iam negligit ſpiritus, ſed ad æterna in cœlo nobis repoſita, vel ſupplicia gehennæ ſempiterna. Tales quoque ſunt coniecturæ, quibus nouiſsimus, ſiue poſtremus Iudicij dies ex quibuſdam Scripturæ locis curioſè, & pro libidine interpretatis, à nonnullis diuinatur, & pro concione publicè proponitur, & magno applauſu à iudicibus populi excipitur,

Nic. de Cuſ. li. de coniectura nouiſſima diei.

Matth. 24. Marc. 13.

cùm conſtet Domini ſententiam: *De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater*, eiuſmodi commentis, & fabuloſis expoſitionibus contra Chriſti mẽtem manifeſtè eludi.

Canon 23. Cum propriũ nomen Deus alicui imponit, aut ei quippiam addit, vel ſubtrahit, quo ſignificare vult.

Canon XXIII. Nominum propriorũ impoſitio à Deo facta, aut nominis mutatio, aut in illo additio, vel ſubtractio, ſpiritualis gratiæ ſolet eſſe indicium, aut dignitatis, aut poteſtatis alicuius collatæ argumẽtum. Nam Adæ, Heuæ, Cain, Abel, Seth, Noe, nomina congrua indita ſunt: additur vna litera nomini Abram, ſubtrahitur altera Saræ: Iacob mutatur nomen, & appellatur Iſraël, ſicut Saulus nominatur Paulus: Simoni, conueniens ſoliditati confeſſionis fidei eius nomen ponitur, & quibuſdam ex Apoſtolis noua nomina ſunt addita. Nomen Ieſu de cœlo allatum eſt & eius officio maximè conſonum. Quem-

Gen. 1. Infra 2. & 4. Ibid. Infra 5. Ibid. Infra 17. Ibidem. Infra 32. Act. 13. Ioan. 1.

admo-

Matth.16. Marc.3. Matth.1. Luc.3. ſupra 1. Quorum ſit nomina tantùm imponere. Plato. Dan.1.

ad modum & filio Zachariæ, aptè ab Angelo nomen Ioannis inditum eſt. Cùm enim nominum impoſitio nonniſi ad eum ſapiẽtem, qui rerũ naturas, & proprietates perſpectas, & comprehenſas habeat, ſpectet, vt docet Plato in Cratilo, & ad parentem, qui filijs ſuis pro arbitratu ſuo nomina vocat, & ad herum, ſiue dominum, qui ſeruis vel pecunia redemptis, vel iuſto bello captis nomina conſueuit imponere, vt fecit Nabuchodonoſor Danieli, Miſaeli, Azaeli, & Abdenago, & exinde ſerui, vel mancipia generali voce dicuntur: ita Deus omnibus his rationibus vt verus herus, & omnium parens, & præterea infinita ſapiẽtia præditus, ad cognoſcẽdos eos quos nominat, ſummam habet poteſtatem ſingulis quibuſq; hominibus, vt filijs, & ſeruis ſuis, nomina imponendi.

PROLEGOMENON XX.

In quo tractatur de ſenſu myſtico, quem ſolent habere numeri in ſacris Scripturis.

Non eſt negligenda in Scripturis ratio numerorum. Quid ſenſerit falsò de numeris Pythagoras. Sap. 11. Pſalm.146. Iob 25. Quot libri Canonici. Matth.10. Marc.3. Luc.6. 2.Tim.2. Ioan.10. Pſal.33.

CANON XXIV. Ad melius myſticos in Scripturis ſenſus venandos, non arbitror diligenti earum interpreti numerorum rationem temerè contemnendam. Non quod Pythagorę ſententiam ſequi velimus, quaſi numeri aliquam habeant efficientiam: quod planè confictum eſt, & vanum, ſed quòd in illis multorum abditorum myſteriorum ſignificationes poſitæ ſint, magnaque ac veneranda ſacramenta per illos Spiritus ſanctus docere nos pro ſua bonitate, & ſapientia voluerit. Nam ſi omnia, quæ condidit, in menſura, & numero, & pondere diſpoſuit: ſi numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat: ſi numerum militum eius, hoc eſt Angelorum, compertum habet: ſi libros canonicos certo numero comprehendit in Veteri Teſtamento, qui in eo ſunt numero, in quo elementa Alphabeti Hebręi, hoc eſt viginti duo, & Dauidis Pſalmos, & Salomonis Parabolas & Cantica certis numeris circunſcripſit: quid mirum eſſe debet, ſi idem in Nouo teſtamento obſeruauit, ſi tot hiſtoriæ Euangelicæ conſcriptores, id eſt, Quatuor, ſi tot Apoſtolos, id eſt, Duodecim, ſi tot Pauli Epiſtolas, hoc eſt, Quatuordecim, ſi tot Sacramenta, hoc eſt Septem, ad ſanctificationem hominum Inſtituit: ſi omnes electos in numerato habet, & nemo poteſt rapere vel vnam ouiculam de manu eius, qui cuſtodit omnia oſſa eorum, ita vt vnum ex eis non conteratur, & dixit: *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt*: &, *Capillus de capite veſtro non peribit*. Si mundo certam perſcripſit annorum periodum: ſi annus duodecim menſibus, menſes triginta diebus, diem duodecim horis, & noctem totidem perfici conſtituit: ſi homini certam vitæ menſuram pro ſua ſapientia diſtribuit: *Dies*, inquit Dauid, *annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni: ſi autem in potentatibus, Octoginta anni, &c.* Si arcæ longitudinem ſextuplam eſſe ad latitudinem, & ſubdecuplam ad altitudinem fieri mandauit Deus, fuerunt trecenti cubiti longitudinis, quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis, & talis eſt proportio in corpore humano, qualis & arcæ fuit. Si munera miſſa à Iacob ad fratrem ſuum Eſau, numeris aptiſsimis conſtant: miſit enim capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earũ decem. Tradunt enim naturales hircos viginti ſufficere fœcundare ducentas capras, & arietes viginti, oues ducentas. Si Matthæus in genealogia Chriſti contexenda numerum Quatuordecim ter conſignauit, & ad eum numerum deducendum conſultò tres Reges in Scriptura ſacra expreſſos omiſit: & genealogiam eandem Lucas ad ſeptuaginta ſeptem non ſine Sacramento expreſsit: & in terra quæ tulit fructum bonum, ſed varium, nempe centeſimum, ſexageſimum, & trigeſimum, Hieronymus egregia quædam meditatus eſt arcana, ſicut Cyprianus, mirari non debemus, ſi graula, & non contemnenda myſteria in Scripturarum numeris nobis meditanda Deus collocauerit, ita vt non ſint hominum inuenta, vt quidam imperiti exiſtimant, ſed Spiritus Sancti arte, & ſapientia nobis inſinuata.

Matth.10. Luc.21. Ioan.11. Iob 14. Pſalm.89. Gen.6. Ibidem. Infra 62. Hircorum & arietum mira fœcunditas. Matth.1. Luc.3. Matth.13. B.Hiero.in c. Matth 13. & alijs in locis tom.9. initio. D.Cypr. li.de habitu Virginum.

Obſeruauit B.Hilarius, Pſalmos ſine vllo hiſtoriæ ordine per Eſdram Scribam collectos, ſed poſtea per Septuaginta viros certis numeris diſpoſitos, eorum efficientias, & perfectiones denotantibus, maximè autem quod Pſalmus ille decantatus: *Miſerere mei, Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam*, numerũm & locum quinquageſimũ obtineat. Eius hæc ſunt verba in prologo in Pſalmos: *Non eſt autem ignorandum, indiſtretum apud Hebræos numerum eſſe Pſalmorum, ſed ſine ordinis annotatione eſſe conſcriptos. Non enim illic primus, ſecundus, aut tertius, aut quinquageſimus, aut centeſimus prænotatur, ſed ſine præſcriptione aliqua ordinis, numerique permiſti ſunt. Eſdras enim, vt an-*

LXXII. viri ſecundùm Hilarium, Pſalmos primùm diſſolutos, ac diſperſos adſtrinxere numeris. B.Hilar. in præfatione in Pſalmorum initio med.

tiqua

Eſdras legis doctor ſapiētiſſimus Pſalmos in vnū volumen redegit, ac retulit, eodem autore.

tiqua traditiones ferunt, incompoſitos eos, et pro auctorum, ac temporum diuerſitate diſperſos, in volumen vnum collegit, & retulit. Sed Septuaginta Seniores, ſecundùm Moyſi traditionem, ad cuſtodiendam legis doctrinam in Synagoga manentes, poſteaquam illis à Rege Ptolemæo transferenda ex Hebræo in Græcum ſermonem totius legis cura mandata eſt, ſpirituali, & cœleſti ſcientia virtutem Pſalmorum intelligentes, in numerum eos, atq; in ordinem redegerunt, ſingulis quibuſq; numeris per efficientia ſua in abſolutione perfectis, perfectorum, & efficientium Pſalmorum ordinem deputantes. Deinde docet Hilarius, ex inſcriptionibus Pſalmorum quinquageſimum priorem eſſe tertio Pſalmo, & poſteriorem quinquageſimo primo: atque idem docet Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Romanos, nempè in Prophetis, & in Epiſtolis non ſeruari rationem temporis: nam minorum Prophetarum nonnulli antiquiores ſunt quibuſdam, qui inter maiores computantur. Imò in vno, & eodem Propheta Daniele, vt ſuperiꝰ indicauimus, per figuram anticipationis narrantur quædam poſt alia, quæ tamen prius re ipſa euenerunt.

Quorūdam præpoſterus ordo Pſalmorum.

D. Chryſ. ho. 1. in Epiſt. ad Rom. tom. 4. init.

Prophetæ, & Pauli Epiſtolæ alio quam ſcriptæ ſunt ordine collocatæ.

Confirmatur hic Canon ex his, quæ acutè & doctè Origenes hom. 1. in Numeros obſeruauit: *Diuinis numeris,* inquit, *non omnes digni ſunt, ſed certis quibuſq; prærogatiuis deſignantur hi, qui intra numerum Dei debeant comprehendi. Huius autem rei euidens indicium continet liber hic, qui inſcribitur Numerorū. In quo refertur quod ex præcepto Dei neque mulieres deducantur ad numerum, fœminea ſine dubio infirmitatis obſtaculo, neque ſeruorum quiſpiam, vtpotè vita, moribusq; degeneres. Sed ne Aegyptiorum quidem vllus ex iis, qui erant admixti, numeratur, profectò vt alienigena, & barbari, ſed ſoli numerantur Iſraelitæ, & iſti non omnes, ſed à viginti annis, & ſupra. Nec ſola ætatis habetur obſeruatio, ſed quæritur ſi & aptum bello robur oſtendat: deſignatur enim per verbum Dei, vt numeretur omnis qui procedit in virtute. Non ergo ſola ætas, ſed & virtus in Iſraëlitica plebe requiritur. Puerilis ætas non numeratur, nec apta Diuinis calculis ducitur, niſi fortè primogeniti ſint, aut à Sacerdotali, vel Leuitica ſtirpe deſcendant. Iſti ſoli in pueris adducuntur ad numerum. Fœminarum verò nulla prorſus adducitur.* Ac ſubdit: *Et quod videtur? Poſſunt hæc vacua eſſe myſteriis? Sed hoc ſolùm procuraſſe creditur Spiritus ſanctus, qui hæc ſcribenda dictauit, vt ſciremus qui tunc in illo populo numerati ſint, & qui ſine numero manſerint? Et quis dabitur ex hoc profectus iis, qui ſacris voluminibus geſtiunt erudiri?* Et infra, explicans myſterium: *Donec autem,* inquit, *ineſt alicui noſtrum, vel puerilis, & lubricus ſenſus, vel fœminea, & reſoluta ſegnities, vel Aegyptios gerimus, & barbaros mores, habere apud Deum in ſancto, & conſecrato numero non meremur. Innumeri enim dicuntur eſſe apud Salomonem qui pereunt, numerati autem omnes illi qui ſaluantur: Et vis tibi oſtendā, quia Sanctorum numerus habetur apud Deum? Audi quomodo de aſtris quidem cœleſtibus dicit David: Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat; Saluator verò non ſolùm diſcipulos ſuos electos ſub numero ſtatuit, verùm & capillos capitis eorum dicit eſſe numeratos.* Hæc ille. Hinc in Euangelio Matth. viri quinque mille, exceptis mulieribus, & paruulis, numerantur. Et in libr. Numerorum, quoties Sacerdotes, & Leuitę, & exercitus, & turmæ pugnantium deſcribuntur, ſerui, & mulieres, & paruuli, & vulgus ignobile abſque numero prætermittitur. Dicuntur etiam innumerabilia, quaſi numero indigna, vt innumerabiles locuſtę, & innumerabile vulgus promiſcuum: quod mali intra electorum numerū non habentur. Et David inquit: *Multiplicati ſunt ſuper numerum*, ac ſi diceret, Multis Eccleſiam intrantibus, etiamſi ad fidem ſpecie tenus veniant, qui à numero regni cœleſtis excluduntur. Sic in Canticis, Adoleſcentularum (hoc eſt animarum vagarum, quę vana huius mundi ſectantur) dicitur non eſſe numerus. Et innumerabilis gens, ſunt dæmones, & mali apud Ioëlem. Et de amicis Dei dicitur: *Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur.* Et vulgo haberi dicitur in aliquo numero, qui aliquo habetur in pretio. Confuſio multitudinis oſtenſa in turri Babel, cùm vna lingua confuſa eſt in multas: è contrario adueniente Spiritu ſancto in die Pentecoſtes, multæ linguæ in Apoſtolis vnitæ ſunt.

Orig. lib. Numer. init. par. 1. ante dimid. Nu. 1. & ſeq.

Soli viri Iſraëlitæ numerantur, non fœminæ, non pueri, non ſerui in Numerorum volumine.

Enumeratio his iam dictę Sacramentū exponitur.

Eccli. 1.

Certus numerus electorum.

Pſalm. 146.

Matth. 10.

Infra 14.

Nu. 1. & ſeq. & 10. & ſeq.

Soli iuſti, & electi numerabiles, peccatores verò innumerabiles.

Exod. 10.

Infra 14.

Pſal. 39.

Quid illud Prophetæ: Multiplicati ſunt ſuper numerum.

Cant. 6.

Ioel. 1.

Pſal. 138.

Haberi in aliquo numero quid ſit.

Gen. 11.

Vbinam vnitas, vbi confuſio aptè figuram videātur.

Act. 2.

VNVS in Scripturis, & primum ſignificat, ſecundùm illud: *Factum eſt veſpere & mane dies vnus:* & vnus ſignificat ſolum, ſecundùm illud Eccleſiaſtis: *Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, &c.* Vnus etiam, excellentem, & præcipuum, & primarium deſignat. Gen. 48. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos*, Septuaginta legunt *σίκιμα ἐξαίρετον*, id eſt, electā, præcipuam. Talis eſt Chriſtus de quo intelligi poteſt: *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* &, *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Et Paulus: *Sicut per vnum hominem, &c.* ſicut etiam apud Poëtam dicitur:

Cadit & Ripheus, iuſtiſſimus vnus,
Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.

Et Ennius de Fabio Cunctatore.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Talis fuit Chriſtus, qui patiendo, & mo[r]te

Vnus in Scripturis qualia ſignificet.

Gen. 1.

Eccl. 4.

Chriſtus quā verè vnus dici poſſit.

Pſal. 13.

Rom. 3.

Ioan. 11.

Rom. 5.

Virg. lib. 2. Aen. circa med.

Ennius apud M. Tull. lib. 1. de offic. non procul à princ.

ſuſti-

Rom. 5. Eccli. 9. Elegãs Chriſti typus.

ſuſtinẽdo, vniuerſos protoplaſtæ filios per peccatum Adę collapſos, in priſtinam, imò in maiorem dignitatem, ac libertatem reſtituit: ſignificatus in illo viro paupere, & ſapiente, qui liberauit vrbem per ſapientiā ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. De eodem quoq; planè illud intelligitur: *Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni.*

Supra 7.

Epheſ. 4. 1. Cor. 8. Deut. 6. Macrob. lib. 1. in ſom. Scipio. c. 6. ſub init. Vnitas fons, & origo numerorũ, ait Macrobius.

Quartò, vnus ſignificat Deum: quod nõ ſolùm tradit Scriptura, cùm ait: *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium*: & de quo, *Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt*: ſed præter Scripturam Macrobius lib. in ſomnium Scipionis: *Vnum, quod μονὰς, id eſt, vnitas dicitur, & mas idem, & fœmina eſt par idem atque impar, ipſe non numerus, ſed fons, & origo numerorum. Hæc monas initium finisq; omnium, neque ipſa principij, aut finis ſciens, ad ſummum refertur Deum, eiusq; intellectum, à ſequentium numero rerum, & poteſtatum ſequeſtrat: nec in inferiore poſt gradu fruſtra eam deſideraueris.* Hæc ille. Vt ergo vnitas principium eſt numeri, & non numerus, ideò conſecrata eſt Deo, qui maximè vnus eſt & indiuiſibilis, à quo cætera vnitatem habent, eoq́ue perfectiora ſunt, quo ad Diuinam vnitatem magis accedũt. Ideò in allegorijs ferè ſemper in bonum accipitur.

Quid in ſe habeat diuinarũ rerum vnitas.

Gen. 6. Iſa. 4. 1. Cor. 10. Ioan. 10. Zach. 4.

Vnde ad vnum totius conſtructionis cubitum arcæ ſumma reuocatur. Chriſtus vnus vir eſt Eccleſiæ, quem apprehendunt ſeptem mulieres: vnus panis, de quo omnes edimus: vnus Paſtor totius eccleſiæ, vnus lapis apud Zachariam, in quo ſunt ſeptem candelabra. Moraliter etiam vnus vir dicitur, qui conſtans eſt, minimeq́ue in diuerſa diuiſus, de qua vnitate egregiè Origenes homilia vnica in libros Regum ſic philoſophatur: *Vide ſi non hoc ipſum pertinet ad laudem iuſti, quod dicitur de eo (Helcana ſcilicet) erat vir vnus. Nos qui adhuc peccatores ſumus, non poſſumus iſtum titulum laudis acquirere, quia vnuſquiſq; noſtrum non eſt vnus, ſed eſt multi. Intuere namque alicuius vultum nunc irati, nunc iterum triſtis, paulo pòſt rurſum gaudentis, & iterum turbati, & rurſum lenis, in alio tempore de rebus Diuinis, & vita æterna actibus conſulentis, paulo pòſt verò vel quæ ad auaritiam, vel quæ ad gloriam ſeculi pertinent, molientis. Vides quomodo ille qui putatur vnus eſſe, non eſt vnus, ſed tot in eo perſonæ videntur eſſe, quot mores, quia & ſecundùm Scripturas inſipiens ſicut Luna mutatur. Vnde & Luna cùm videatur vna eſſe per ſubſtantiæ immutationem, tamen ſemper ſemetipſa alia eſt, ſemperq́; diuerſa: & ſic etiam in ipſa conſtat quòd vna multa ſint. Sic ergo & nos, qui inſipientes ſumus, & imperfecti, quia ſemper mutamus ſententias, & ſemper diuerſa cupimus, & ſentimus, vnus non poſſumus dici. De iuſtis autem non ſolùm per ſingulos vnus dicitur, verùm & omnes competenter vnus dicuntur. Et cur non omnes vnus dicantur, quorum cor, & anima vna eſſe deſcribitur? Vnam ſemper ſapientiam omnes meditantur, vnum ſapiunt, vnum ſentiunt, vnum Deum venerantur, vnum Dominum Ieſum Chriſtum confitentur, vno ſpiritu Dei replentur. Vnde meritò & ipſi omnes vno ſolùm vnum, ſed & vnus dicuntur, ſicut & Apoſtolus deſignauit, dicens: Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit palmam. Verè enim imitatur iuſtus qui talis eſt, vnum Dominum. Nam vt ego arbitror, & illud quod per Prophetam dicitur: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt, nõ tantùm numero vnus deſignatus, qui vtique ſupra omnem numerum eſſe credendus eſt: ſed per hoc magis vnus dici intelligendus eſt, quod nunquam à ſemetipſo alter efficitur, hoc eſt nunquam mutatur, nunquam in aliud vertitur, ſicut & de eo Dauid proteſtatur, dicens: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Sic ergo & imitator Dei iuſtus, qui ad imaginem Dei factus eſt, vnus ipſe cùm ad perfectum venerit appellatur, quia & ipſe cùm in virtutis ſumma conſtiterit, non mutatur, ſed vnus permanet ſemper. Nam dum in malitia eſt vnuſquiſque, per multa diuiditur, & in diuerſa diſpergitur, & dum in multis eſt malitiæ generibus, dici non poteſt vnus. Igitur quia ſecundùm mirabilem hanc vnitatem vnus eſt iuſtus, imò & plures iuſti vnus ſunt, ideò & & ſanctus Apoſtolus omnem cohortatur Eccleſiam, dicens: Vt idem dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Propterea & in Actibus Apoſtolorum cor, & anima credentium vna eſſe dicitur.* Hæc ille, quæ planè aurea ſunt. Aduerte etiam, Deum pro ſua ſapientia vnum cõdidiſſe hominem, ex quo eduxit Euam, & fecit duos: & iterum eoſdem per legem coniugij vniuit, & coniunxit, vt eſſent duo in carnem vnam.

Vnus moraliter qui dicatur. Orig. part. 1. circa med. 1. Reg. 1. Origenis aurea ſanè de vnitate doctrina. Eccl. 27.

Act. 4. 1. Cor. 9. Verè imitetur quis Dominum. Deut. 6. Deus ſupra omnem numerum. Pſalm. 10. Hebr. 1. Homo peccator dici vnus cur non poſſit. 1. Cor. 1. Act. 4. Gen. 1. & 2. Ibidem. Matth. 19. Epheſ. 5.

BINARIVS.

Binarij Sacramentum numeri.

BINARIVS ſecundùm aliquos, quia non cõſtat ex numeris, ſed ex vnitatibus: vt continuum conſtat ex partibus continuis, & dualitas materiæ diuiſibili tribui ſolet: vnde parem numerum ad materiam Platonici, & Pythagorici referebant, propter diuiſionem, imparem verò ad formam res in ſpecie conſtituentem. De hoc numero ita Hieronymus in cap. 1. Aggæi in principio diſſerit: *Numerus ſecundus immundus eſt, quia poſt vnionem virginitatis, & paradiſi nuditatem, tunicas ſignificauit pelliceas. Denique in Geneſi cùm primo die dictum ſit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in ſexto*

De hoc, Platonicorum, & Pythagoricorũ opinio. B Hier. 10. 6. à medio. Gen. 3. Supra 1. Eundem Hieronymus vnde probet immundũ numerum eſſe.

poſt conſummationem operum ſingulorum: Et vidit Deus quia bonum eſt, in ſecundo, iuxta Hebraicum, & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, non habetur. Neque enim poterat ſecundus dies, qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, quod bonum eſſet, Dei ſententia comprobari: & in Ezech. cap. 11. *Dualis numerus ſcindit vnitatem, & in ſecunda diei numero non videtur à Domino, iuxta Hebraicam veritatem Vnde & in arca Noe bina & bina introducuntur immunda. Dominus autem ſciſſionem in vnum coarctans, fecit vtrumque vnum, & ſoluit medium parietem, inimicitias in ſua carne condemnans. Vnde & auguſtius quid loquitur, atque ſublimius: Ego & Pater vnum ſumus, vt à Iudaica dualitate in vnionem nos reuocet fidei Chriſtianæ. Denique pontificatu perdito Iudæorum, Dominus patitur nequaquam ſub vno principe, ſed ſub duobus, Anna, & Caipha, vt religionis eorum ſciſſum monſtraret errorem.* Idem repetit libro aduerſus Iouinianum: *Poſſet etiam comprobari duabus vijs ſeruiendi, Deo, & mammona, quas ingreditur peccator: duobus hædis, quos obtulit Iacob patri Iſaac, id eſt, peccatores ex duobus populis: & duobus cæcis Hierico, id eſt Iudæis, & Gentibus ſine fide.* Sed certè hæc non videntur vſquequaque ſolida. Nam & in eo loco ſecundæ diei iuxta Septuaginta interpretes dicitur: *Vidit Deus quòd bonum eſſet.* Et numerus duorum rectè poteſt referri, vel ad duo præcepta charitatis, vel ad duo Teſtamenta, vel ad duos Cherubim, quę propitiatorium obumbrabant, vel ad duas naturas in Chriſto, vel ad duos aduẽtus eius, vel ad duas partes, in quas ſciſſum eſt velum templi, vel ad binas metretas, quas capiebant hydriæ nuptiales, quæ duplicem ſacræ ſcripturæ ſenſum, id eſt, hiſtoricum, & myſticum figurabant: vel ad duos piſces in conuiuio Chriſti propoſitos: vel ad duo ligna quæ colligebat mulier, & crucem deſignabat: vel ad duas ſorores, Martham, & Mariam, id eſt, vitæ Actiuæ, & Contemplatiuæ ſymbola: vel ad duos dominos, quibus nemo poteſt ſeruire: quæ ſunt vitia, & virtutes, Deus, & diabolus: vel ad duo talenta tradita ſeruo, vel ad duos denarios, quos protulit Samaritanus ſtabulario, vt curam gereret infirmi: qui ſunt Verbum & Sacramentum, vel fides, & opera, vel ad duos turtures, & duos pullos columbarum, quos offerebat puerpera Deo ad purificationem: quia videlicet flere debemus, & ingemiſcere, quòd & bona non facimus, & prauè operati ſumus, vel ad duos latrones crucifixos cum Chriſto, ſcilicet Iudęos, & Gentiles: vel ad duas meretrices altercantes coram Salomone, id eſt, Eccleſiam, & Synagogam: vel ad duos

Idem lib. 3. in Ezech. inter med. & fin. 10. 5. à med.
Gen. 6.
Epheſ. 2.
Ioan. 10.
Ioan. 18.
Idem li. 1. aduer. Iouin. aliquanto ante med. & alibi, 10. 2. ſub init.
Matth. 6.
Gen. 27.
Matth. 20.
Binarium ad bonũ quoq; oſtenditur pertinere.
Gen. 1. & ſeq.
Matth. 22. & alibi.
Galat. 4.
Num. 7.
3. Reg. 6. & alibi.
Matth. 27.
Ioan. 2.
Infra 2.
Duæ metretæ quas capiebant hydriæ nuptiales, quid myſticè.
3. Reg. 27.
Luc. 10.
Ioan. 11. & alias.
Matth. 6.
Infra 25.
Luc. 10.
Iacob. 2. & alibi.
Leuit. 12.
Luc. 2.
Quid duo turtures, vel duo pulli columbarũ Domino offerendi deſignarent.

viros ferentes botrum, id eſt, duos populos, quorum vnus fuit ante, alter poſt incarnationem: vel ad duas oliuas à dextra & ſiniſtra candelabri, id eſt, duo Teſtamenta, id eſt, Legem & Prophetiam, vel Legem & Euangelium propè Meſſiam, & ad duos congregatos in nomine Chriſti, id eſt, corpus & animam, quę ſunt vnum, vel ad duos diſcipulos, quos miſit Ioannes ad Chriſtũ, & Chriſtus duos ex ſuis ad adſerenda iumenta, quibus volebat inſidere, vel duos alios ad parandum paſcha, ſiue binos & binos, quos miſit ad prædicationem: & à principio Paulus, & Barnabas ſimul miſſi fuerant. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſuæ ſocietatis, & ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur. *Væ ſoli,* ait Sapiens, *quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.* Vel denique ad alia innumera, quæ in Scripturis recenſentur, hic numerus poteſt referri.

Infra 13.
3 Reg. 3.
Num. 13.
Zach. 4.
Matth. 18.
Supra 11.
Infra 21.
Luc. 22.
Supra 10.
Marc. 6.
Act. 3.
Eccl. 4.

TERNARIVS.

Ternarivs, Primus numerus impar, & eorum, qui præter vnitatem nullam aliam recipiunt ſectionem, primus eſt numerorum Arithmeticæ: Geometrici quoque corporis ab impari prima planities in tribus lineis conſtat. Vnde triangulus prima eſt figura, & prima etiam numero ternario contigit, vt inter duo ſumma medium quo vinciatur, accipiatur. Et in numero ternario eſt principium, medium, & finis, & prima eſt in corporibus dimenſio. Vnde & tria ſunt omne, vel plura. Eſt enim primus pluralis numerus, & ſecundùm Pythagoricos, Deo ſacratus: nam

Numero Deus impare gaudet.

Vnde eſt creatrix Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: &, *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus.* Tres naturæ in Chriſto, Diuina, intellectualis, & corporea. Reſurrectionis Dominicæ tertia eſt dies. Et Abraham tres vidit, & vnum adorauit. Ab illa Trinitate cecidit Trinitas creata, Memoria, Ratio, Voluntas. Eſt quoque Trinitas, per quam cecidit, nempe per ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum: & cecidit in impotentiam, cæcitatem, & immunditiam. Eſt & Trinitas, per quam quis reſurgit, Fides, Spes, & Charitas, quæ trimembri conſtant diuiſione. Eſt enim Fides Præceptorum, lignorum, promiſſorum: eſt & ſpes veniæ peccatorum; gratiæ & gloriæ: eſt & Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

Ternarij proprietates.
Ternarius Deo dedicatus.
Virg. Eclo. 8. paulò ante med.
Eius in Scripturis inſinuata myſteria.
Ioan. 5.
Matth. 20. & ſæpè alias.
Gen. 18.
Infra 3.
1. Cor. 13.
1. Tim. 1.

QVA-

QVATERNARIVS.

Quaternarij qualitates.

QVATERNARIVS, Quẽ τετρακτὺν Pythagorici appellabant, & per eum ſoliti erant iurare, in primis Denarij abſoluti omnium cauſa, baſis, & fons dici poteſt. Nam quod actu eſt Denarius, hoc potentia eſt Quaternarius. Si enim ab vnitate procedas vſque ad quaternionem, deinceps coniuncti numeri denarium efficiunt, qui eſt numerorum omnium terminus, & finis. Adhæc primus hic ſolidi naturam oſtendit, cùm præcedentes numeri rebus corpore carentibus dicati ſint. Nam in vnitate cenſetur punctum: in binario linea, quæ eſt longitudo ſine latitudine: quæ vbi acceſſit, fit ſuperficies ad ternarium pertinens, ſed nondum eſt corpus natura ſolidum: ſed ſi accedat altitudo ad ternarium, fit corpus ſolidum, & quaternarius. Eſt quoque primus numerorum quadrangulus pariter par, quia eſt menſura æquitatis, & iuſtitiæ. Eſt deniq; cauſa omnium rerum: nam quatuor elementis mundus conſtitutus eſt, & quatuor ſunt anni tempora, nimirùm Hyems, Ver, Aeſtas, Autumnus. Spectat ad quatuor Euangelia deſignanda, & ad nomẽ Iehouah quadriliterum, & ad quatuor cornua altaris Crucis Chriſti, & ad quatuor flumina paradiſi ab vno fonte manantia, & ad quatuor anchoras, quibus firma retinetur Eccleſiæ nauis, & ad quatriduanum Lazarum reſuſcitatum, & ad quatuor initia vaſis lintei, Act. 10. & à quatuor partibus terræ ſaluandi colliguntur: & quatuor fuerũt partes veſtimentorum Chriſti, & quatuor erant portantes paralyticum. Quadratum etiam hominem, vocamus ſolidum & perfectum. Vnde ciuitas Hieruſalem cœleſtis poſita dicitur in quadro, quòd nõ niſi perfectos homines habeat.

Numerorũ omnium terminus, & finis denarius eſt.

Diuina Quaternario tradita Sacramenta.

Gen. 2.

Ioan. 11.
Act. 10. & 11.
Matt. 24.
Marc. 2.

Apoc. 1.

QVINARIVS.

Quinarius, teſte Cyrillo, laudem, & vituperationem habet.
B. Cyr. lib. 10. in Leuit.
Matth. 25.
B. Auguſt. in Pſal. 49 inter init. ac med. tom. 8.
2. Cor. 11.
De verb. Domini ſer. 33. tom. 10.
Quæ ſint quinque virgines ſapientes, ſecundũ allegoriam.

QVINARIVS numerus, teſte Cyrillo in Leuiticum, in laudabilibus ponitur, & vituperabilibus. Quinque ſunt virgines ſapientes, & totidem inſipientes: & ſignificat multitudinem: de quo ſic ait Auguſtinus: *Quinque multitudinem ſignificat. Quinque virgines admittuntur; quinque excluduntur. Vbilibet intellige virgines, ſiue in caſtitate, atque in integritate cordis, vbi debet virgo eſſe tota Eccleſia, cui dicitur: Deſponſaui vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto, ſiue in ijs fœminis, quæ etiam integritatem carnis dicatam habent Deo: nunquid in tot millibus ſola quinque ſunt? Sed in quinario numero intelligitur continentia quinque ſenſuum carnis. Ab his omnibus quinque ianuis corruptionis quicunque ſe continent, & ſic continent, vt in ſua conſcientia gloriam habeant, non laudem ab hominibus expectent, quinque ſunt virgines ſapientes habentes oleum ſecum.* Rurſus ille, qui apud Inferos torquebatur: *Habeo*, inquit, *quinque fratres*, ibi intelligitur populus Iudæorum ſub lege poſitus, quia Moyſes legiſlator quinque libros conſcripſit. Qui (eodem teſte in Ioan.) ipſi ſunt quinque porticus illæ languidos continentes. Sunt & quinque vulnera Chriſti, quaſi panes quinque millia hominum paſcentia. Sunt & quinq; lapides Dauid, quinque libri Moyſis: ſed vno occidit Goliath, quia in vno præcepto charitatis perficiuntur. Quinque etiam verba ſunt, quæ Paulus vult loqui in Eccleſia, id eſt Pentateuchum explicare. Quinto anno licet edere fructus arborum, quas quis plantauit vt iam circumciſos. Quinque iuga boum, ſunt decem Præcepta legis, aut quinque libri Moyſis, aut quinque ſenſus, qui omnes geminati ſunt. Et quinta pars data Pharaoni, ſunt quinque ſenſus, ſeruientes principi huius ſeculi. Quinque viri Samaritanæ, ſunt quinque ſenſus, quibus homo regitur, vſque ad ætatem, quæ exercetur rationis vſu: & tunc vel regitur intellectu, qui eſt vir legitimus, vel errore, qui non eſt vir, ſed adulter, & diabolus. Ad hæc, Quintam partem damni tradere Sacerdoti, aut domino rei, eſt quinque ſenſus, quibus Deum offendimus, Chriſto offerre, ne amplius per eos peccemus, vel ipſos offerre, & ſubijcere Deo in myſterio Euchariſtiæ. Quinque paſſeres qui veneunt dipondio, quinque ſenſus ſunt volatiles, & ad vilia ſe demittentes. Quinque talenta, maiorem Scripturæ cognitionem deſignant in his qui ſenſus habent exercitatos ad diſcretionem boni, & mali: duplicantur autem, cùm quis ex creaturis aſſurgit ad cognitionem Creatoris, & ex corporeis cogitat incorporea, & ex breuibus æterna.

Matth. 25.
Luc. 16.
Idem tract. 25. in Ioan. tom. 9.
Ioan. 5.
Infra 6.
1. Reg. 17.
1. Cor. 14.
Quæ ſint quinq; verba quæ Paulus vult loqui in Eccleſia.
Leuit. 19.
Luc. 14.
Gen. 47.
Ioan. 4.
Leuit. 6.
Luc. 18.
Matth. 25.
Quæ ſint quinq; talenta, & quomodo eadem duplicentur.

SENARIVS.

Senarij natura numeri qualis ſit.
Macrob. lib. 1. in ſomn. Scip. ca. 6. circa pr.

DE SENARIO ſic ſcribit Macrobius: *Senarius ſolùm ex omnibus numeris, qui infra decem ſunt, de ſuis partibus conſtat. Habet enim medietatem, & tertiam partem, & ſextam partem: & eſt medietas, tertia pars duo, ſexta pars vnum: quæ omnia ſimul ſex faciunt.* Hæc ille. Hic eſt numerus perfectus ab omnibus vocatus, à quo recedunt diminutus, & ſuperfluus. Diminutus eſt, cuius partes non ſufficiunt eundem numerum reddere, vt octonarius, cuius partes ſeptem tantùm reddunt: ſuperfluus verò, cuius partes ſupra ipſum numerum excreſcunt, vt duodenarius, cuius partes ſexdecim cõſtituunt.

Vnde perfectus numerus virtutis habet imaginem, quę nec deficit, neque redundat: diminutus verò, atque ſuperfluus, vitiorum ab ipſo medio deſcendentium. Eſt etiam hic numerus generationi aptiſsimus. Nam poſt vnitatem primus occurrit perfectus, parilibus conſtans partibus, è quibus conficitur. De quo ſic loquitur Clemens Alexandrinus libro Stromat. *Mundus ortus finitur in ſex diebus, & motus Solis, qui fit à conuerſionibus ad conuerſiones, ſeu ab vno tropico ad alterum, perficitur in ſex menſibus, per quos partim quidem cadunt folia, partim verò plantæ pullulant, & ſeminum fiunt perfectiones. Aiunt autem fœtum quoque perfectè abſolui menſe ſexto, hoc eſt, centum & octoginta duobus diebus, & dimidio, vt ſcribit Polybus quidem medicus in libro de Octomeſtribus. Ariſtoteles autem Philoſophus in libro de Natura, & Pythagorei, hinc, vt arbitror, ex mundi ortu, ex ſententia Prophetæ, numerum ſenarium perfectum exiſtimant, & eum appellant* μεσίτην *&* γάμον μεσουτην *quidem, id eſt, medirectum, quod ſit medium recti, hoc eſt decem, & duorum. Videtur enim æquo abeſſe ab ambobus,* γάμος *autem, id eſt, coniugium. Nam vt coniugium generat ex maſculo, & fœmina, ita ſex ex impari quidem ternario, qui dicitur maſculus, ex pari autem, nempe binario, qui fœmina exiſtimatur, gignitur. Bis enim tria ſunt ſex. Tot rurſus ſunt motus maximè generales, per quos fertur omnis generatio, ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, antè, ponè. Meritò ergo numerum ſeptenarium exiſtimant eſſe ſine patre, & ſine prole.* Hęc ille. Erat ergo accommodatus ille numerus Geneſi, & nuptijs, & per conſequens mundi fabricæ, in qua ſunt veræ nuptiæ, & connubia rerum celebrata. Numerus ergo ſenarius ad diem ſextum pertinet, in quo Dominus hominē cum vniuerſis animantibus condidiſſe inuenitur. Et in ipſis quinque vnus adijcitur, vt lex per Euangelium impleatur: vt homo conditus ſexta die ad imaginem Dei ſexta ætate reformetur ſecundum imaginem eius qui creauit illum. Quas ætates illæ ſex hydriæ ſignificant, quas Dominus impleri iuſsit: & in ijs aqua conuerſa eſt in vinum, vt iam notum Chriſtum in Lege & Prophetis intelligamus. Quare ibi tempora ſex per articulos diſtributa, quaſi inania vaſa eſſent, niſi à Chriſto implerentur: & templa vtiq; inaniter prętерirent, niſi in eis Dominus Ieſus Chriſtus prædicaretur. Chriſtus ergo perfectus ſexta ætate venit, ſexto menſe conceptionis Ioannis Baptiſtæ conceptus eſt: ſexta die mortuus eſt: & ſexta hora, qua venit ad puteum cũ Samaritana, ſalutem noſtram ſitiuit. Sex ſunt tribulationes huius vitæ, quia ſexta die cõditus eſt homo: ſeptima verò eſt, in qua non tangit malum iuſtos, quæ erit poſt hanc vitã, quando iuſti venient ad requiem Sabbati. Sex ergo diebus laboremus, vt Sabbatiſmum, qui populo Dei relinquitur, aſſequamur. Nam ſexta die colligendum eſt manna ad diem ſeptimum: & ſex anni quibus ſeminãdum eſt, vt in ſeptimo futura metamus. Propter ſuam itaque perfectionem ad numerum amplum Latini ſignandum dicere ſolent. Hæc, & ſexcenta huiuſmodi.

Clem. Alex. li 6. Stro. non procul admodum à fine.

Fœtum ſex menſium ſpatio perfici tradunt quidam ſapientes.

Polybus medicus.

Ariſtot.

Quænam huius numeri allegoriæ.

Gen. 1.

Coloſ. 3.

Ioan. 2.

Luc. 1.

Ioan. 4.

Infra 19.

Iob 5.

Gen. 2.

Iob 5.

Leuit 13. & alibi.

Exod. 20. & ſæpè alias.

Supra 16.

Infra 23.

Quæ ratio eius[Latina] phraſis ſit.

Hæc, & ſexcenta huiuſ. modi.

SEPTENARIVS.

Circa Septenarivm aduerte quę ſupra diximus ex Clemente Alexandrino, quòd ſit ſine patre, & ſine prole: quia ea die vocauit Deus ab opere nouo condendo: ob id videlicet, quòd qui intra binarium ſunt numeri, aut gignunt eos, qui ſunt intra denarium, aut vtrumque: at ſeptenarius nec gignit vllum eorum, nec gignitur à quoquam. Ideò eum Pythagorici virgini ſine matre natæ aſsimilant: quia illa nec partu vnquam eſt edita, nec talis, vt ſic vnquam pariat. Iudæi In illo feriabantur ab omni opere ſeruili. Atque hoc ſeptenario maximè gaudet natura, vt Philo tradit libro Allegoriarum, & de mundi opificio: *Erratica,* inquit, *ſeptem ſunt in contrarium nitentes quotidiano cæli curſui. Vrſa ſeptem ſtellis completur, commerciorum, conſociationis, hoſpitalitatiſq́, hominum cauſa præcipua. Mutationes quoque Lunæ ſingulis ſeptimanis fiunt, ſideris rebus terreſtribus familiariſſimi.* Ratio abſoluitur in homine primo ſeptennio, quando idoneus eſt homo vſitatis verbis, & nominibus rationalem habitudinem proferre. Altero ſequenti ſeptennio ad ſummam perfectionem peruenit, id eſt, ad potentiam progignendi ſui ſimile. Tertio ſeptennio incrementi finis eſt: nam vſque ad primum & vigeſimum annum augetur proceritas hominis. Spectat & hic numerus ad purgationes: vnde priſci Patres non ſine myſterio ſeptennem pœnitentiam pro quolibet peccato mortifero inſtituerunt. Leproſus mundandus paſſeris ſanguine ſepties aſpergitur: & Nahaman Syrus ſepties lauari in Iordane iuſſus eſt ab Heliſæo. Septimo quoque anno fiebant remiſsiones, & ſeptimo menſe cuiuſlibet anni, & ſeptima die cuiuſlibet hebdomadæ accurrebant ad templum ſacrificia peracturi. Septem quoque petitionibus conſummatur Oratio Dominica in expiationem noſtram. Et, *Si ſepties in die,* id eſt, ſæpius, *peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit dicens, Pœnitet me. dimitte*

Septenarius quid ſecundùm Pythagoricos.

Clem. Alex. vbi ſupra productus eſt.

Gen. 2. & alibi.

Gaudet natura ſeptenario, inquit Philo.

Philo lib. 1. Allegoria. parte 1. iuxta init.

Eius vis, & poteſtas.

Eiuſdem ſpiritalis intelligentia.

Leuit. 14.

4. Reg. 5.

Leuit. 25.

Matth 6.

Luc. 17.

Matth. 18.

illi,

Prou. 24. Illud Salomonis: Septies in die cadet iuſtus, & reſurget, quid ſignificet, quorum ſententia.

illi, Dominus dixit. Et homo non tantùm vſque ſepties, vt dicebat Petrus, ſed vſque ſeptuagies ſepties fratri condonare debet offenſam: quia *Septies in die cadit iuſtus, & reſurget*, hoc eſt cadet, ſed non peribit. Et intelligunt quidam de tribulationibus nos humiliantibus, non de iniquitatibus. Et ideò propter caſum, cum Dauid dicere debes: *Septies in die laudem dixi tibi*. Septiformis quoque eſt Spiritus ſanctus in donis ſuis: &, *Eloquia Domini, eloquia caſta: argentũ igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*. Paulus ad ſeptem Eccleſias Gentium ſcribit: & Ioannes ad ſeptem Eccleſias in Aſia: de quibus illud intelligi poteſt: *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum*. Et bis ſeptem ſunt Epiſtolæ Pauli, & ſeptem Catholicæ, ſiue Canonicæ aliorum Apoſtolorum. Septem quoque ſunt beatitudines, quæ in actione conſiſtunt: nam octaua in patiendo conſumitur. Et perfecti, vocãtur ter, quaterq; beati, apud Poëtam, qui ab Homero accepit:

Pſalm. 118. Iſai. 1. Pſalm. 11. Apoc. 1. Iſai. 4. Virg. 3. Aeneid. Homer. lib. Iliad.

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις.

Septem etiam gradibus ad templum aſcenditur ab his qui rectè ſabbatizant. Septem annis ſeruiuit Iacob pro Rachele, CHRISTI typum gerens, qui pro anima tua ſibi deſpondenda laborauit, & vt te à ſeptem ſpiritibus nequam liberaret, ſicut Mariam Magdalenam à ſeptem dæmonijs. Quia ergo ſeptem dicuntur Angeli, & ſeptem Diaconi ad miniſterium viduarum deputati, & ſeptem anni famis, & ſeptem anni vbertatis: rectè hic numerus vniuerſitatem deſignat. Quia mundus ſeptem diebus conditus eſt: ſeptem ætatibus duraturus creditur: ſeptem climatibus terra diſtinguitur: ſeptem planetis cœlum illuſtratur, & ſeptem quaſi columnis Eccleſię domus ſuſtinetur: & ſeptem Sacramentis Diuina gratia ſanctificatur: & ſeptem Spiritus ſancti donis diuino modo gubernatur; & ſeptem quaſi panibus ſaturatur, & impletur. Quia ergo in ſeptem diebus conſtitutus eſt mundus, & partes huius numeri, quæ ſunt totus impar, id eſt, ternarius, & totus par, id eſt, quaternarius, rectè vniuerſitatem ſignat. Vnde quod nos legimus in Cantico Annę: *Donec ſterilis peperit plurimos*: Septuaginta legunt *Septem*, vt etiam Cyprianus in Iudæos, & Chryſoſtomus in Geneſin legerunt. Ait etiam Dominus: *Derelinquam mihi in Iſraël ſeptem millia virorum*, id eſt, innumeros. Illud etiam: *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum*, ſignificat, ſi ſemel, aut bis deliquiſſent, pepercissem: nunc verò quia peccata accumulant, acerbe puniam. Pondera etiam verba Hieronymi in Amos capite quinto ſub initium: *Septenarium numerum eſſe ſanctum, etiam Sabbatum probat, in quo requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis. Et iubet ne quid in eo operis ſeruilis fiat, niſi ea tantùm, quæ ad animam pertinent, & ne in eo onera portemus. Vnde & in ſolitudine, qui die Sabbati ligna collegerat quæ arſura ſunt, ſententia Domini condemnatur. Et ſeptem hebdomades complent numerum ſanctæ Pentecoſtes: & iubilæus annus remiſſionis, tubarumque clangentium hoc numero texitur. In ſeptimo quoque menſe figuntur tabernacula: & Hebræus, cùm ſex annis ſeruierit, anno ſeptimo liberabitur. Nouit & hoc ſecularis Philoſophia, & medicorum libri, quorum Galenus diſertiſſimus, atque doctiſſimus ſcripſit ternos libros* Περὶ κρίσεων, καὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν, *in quibus ſeptenarij numeri oſtendens potentiam, ardentiſſimas febres ſeptimo dicit ſolui die: aut ſi tanta humoris noxij, & pituitæ fuerit magnitudo, vt prima hebdomadis nequaquam feruore conſumpta ſit, ſecundæ hebdomadis vltimus expectatur dies, id eſt, quartusdecimus. Quòd ſi hunc, vt iuxta Hippocratem loquar, ὑπὸ ὅς vicerit, tranſeunt ad viceſimam primam diem, hoc eſt, ad finem tertiæ hebdomadis. Ita ab initio mundi diebus conditis, vt omnes labores & moleſtiæ ſeptimo numero conquieſcant. Denique & captiuitas populi Iſraël, templiq; ſubuerſio, ſeptuageſimo anno deſolationis impleta eſt: & ſeptem aſtra iuxta numerum dierum dicuntur errantia.* Hæc Hieronymus eleganter & doctè.

Gen. 29. Luc. 8. & alibi. Tob. 12. Apoc. 1. & 3. & infra ſæpiſſimè. Act. 6. Gen. 40. Ibidem. Vniuerſitatẽ ſignificat. Gen. 1. & ſeq. Prou. 9. Iſai. 61. Matth. 15. 1. Reg. 2. B. Cypr. lib. 1. aduerſ. Iudæos. ſ. 20. D. Chryſ. homil. 19. in Geneſ. tom. 1. 3. Reg. 19.

Amos 1. Septenarius cur numerus ſanctus ſit, teſte Hieron. B. Hie. li. 2. in Amos, me. circiter, & init. tom. 6 prope princ. Gen. 2. Exod. 20. & ſæpè alias. Num. 15. Leuit. 25. Deut. 5. Galeni, Hippocratisque ſeptimæ diei obſeruatio qualis. Dan. 9.

OCTONARIVS.

Octonarius quid propriũ habeat. Macrob. lib. 1. in ſom. Scip. c. 5. prope fin.

OCTONARIVS numerus plenus dicitur ob corporeæ ſoliditatis effectum. Nam efficit cubum, ſeu teſſeram, vt ait Macrobius. Pythagorici autem hunc numerum Iuſtitiam vocarunt: quia primus omnium, ita ſoluitur in numeros pariter pares, hoc eſt in bis quaterna, cùm nihilominùs in numeros æquè pares diuiſio quoque ipſa ſoluatur in bis bina: nam eadem æqualitate contexitur. Eſt autem octonarius numerus, nouæ legis, & reſurrectionis ſymbolum: quoniam poſt Sabbatum venit Dominica dies, & reſurrectio Domini. Nam pro octaua Pſalmus inſcribitur, & in octaua circunciduntur infantes. In Eccleſiaſte, ad imaginem duorum Teſtamentorum dicitur: *Da partes ſeptem, necnon & octo*. Occultum erat illis Sacramentum reſurrectionis, donec veniret Chriſtus, ideò ſolùm celebrandum Sabbatum illis traditum fuit, quia erat ante requies mortuorum, reſurrectio autem nullius erat, do-

Octonarij myſtica ſignificatio. Pſalm. 6. Pſalm. 11. Leuit. 12. & alibi. Eccleſ. 11.

Rom. 6.

nec venit Chriſtus, *Qui reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Sed poſtquam facta eſt talis reſurrectio in corpore Dominico, vt præiret in capite Eccleſiæ, quod corpus Eccleſiæ ſperat in fine, iam etiam dies Dominicus, id eſt, Octauus, qui & primus, incipit celebrari. Hęc

B. Aug. ep. 119 c. 13. tom. 2.

Auguſtinus ſcribit epiſtola ad Ianuarium. In templum per Ezechielem deſcriptum, quod ſignificat cœleſtem Hieruſalem, in qua eſt plena beatitudo per octo ſententias

Ezech. 40. Matth. 5.

Chriſti apud Matthæum inſinuata, ſeptem & octo gradibus aſcenditur, & in Pſalterio quindecim gradus ſunt, quibus per hebdomadem, & octoadem, id eſt, Legem & Euangelium, ad celebrandas Dei laudes aſcenditur. Octauo die, fit perfectior mundatio

Leuit. 14.

Supra 12. & ſeq.

Leproſi, hoc eſt in reſurrectione, & octauo die fit purificatio ſeminiflui, hoc eſt peccatoris in Nouo Teſtamento per gratiam Chriſti.

NOVENARIVS.

Nouenarius quibus propriè rebus cõueniat.

NOVENARIVS numerus, quia tranſgreditur octauum, & minor eſt decimo, mortalibus competit potius quàm diuinis. Vnde & ad Sacramentum horæ nonæ, qua

Matth. 28.

B. Epiphan. in compendiaria doctrina.

Dominus emiſit ſpiritum, & nos vſque ad eam horam, vt ait Epiphanius, ieiunamus, refertur. Et Hieronymus in cap. 2. Aggæi

B. Hiero. tom. 6. à medio.

Omnis Iudæorum feſtiuitas die finitur octauo.

ante medium ſcribit: *Nonus menſis numerus qui hic additur, nunquam in bonam partem legitur. Paſcha immolat populus, & alias celebrat feſtiuitates: omnis eius ſolennitas die finitur octauo, nec ad nonum peruenit. Qui agnum Paſcha præparant, tranſacta die nona incipiunt præparare. Dies quoque propitiationis, & expiationis menſis ſeptimi, poſt diem nonam celebratur. Et in Hieremia, ſicut legentibus poterit eſſe manifeſtum, Hieruſalem nono anno à Babylonijs oppugnatur: Quia igitur prophetia de immunditia populi futura erat, idcircò ſecundo anno Darij nonus menſis iniungitur.*

Hierem. 39. & 52.

Idem lib. 7. in Ezech. circa fin. tom. 6. à med.

Hæc Hieronymus, qui & in Ezechiel. cap. 24. *Nonus*, inquit, *numerus in Scripturis ſanctis pœnarum, & dolorum eſt, & ſemper ſequitur iuſtitiam, & decimi menſis, & dies decima clementia temperatur. Idcircò enim adhibentur ægrotantibus pœna, vt dolorem ſanitas conſequatur. Hanc ob cauſam ait Ezechiel: Factum eſt verbum Domini ad me in anno nono, in menſe decimo, decima menſis.*

Ezech. 24.

Aug. q. 40. libro quæſt. Euang. tom. 4.

Auguſtinus verò lib. 2. de Quæſt. Euangeliorum: *Quòd nouem illi leproſi, qui à Domino fuerunt mundati, nec ei gratias dederunt, tanquam imperfecti remanent. Vnum enim ſi addatur ad nouem, quadam effigies vnitatis impletur: quo fit tanta completio, vt vltra iam non prætergrediatur numerum, niſi rurſus ad vnum redeatur.* Hæc ille, & alia quæ ſequuntur pulchra. Hinc Poëta quidam imperfecta poëmata nonum præcepit premi in annum, quo interim perficerentur. Sunt præterea nouem Angelorum ordines, & terni in qualibet ex tribus hierarchia, & figurantur per nouem nomina pretioſorum lapidum, qui ſunt Sardis, Topazius, & Iaſpis, Chryſolithus, Onyx, Beryllus, Sapphirus, Carbunculus, & Smaragdus: de quibus ſcribit Ezechiel. Repræſentâtur myſticè etiam per nonaginta nouem oues, quæ ſaluæ remanſerunt in deſerto, & nouem drachmas, quas mulier integras ſeruauit, ſicut per decimã drachmam amiſſam & per centeſimam ouem perditam, ſignificatur natura humana in peccatum prolapſa.

Horat. lib. de Arte, circa fi.

Angelorum nouem ordines vbi præfigurati.

Ezech. 28. Luc. 15.

Quid decima drachma perdita, & centeſima ouis amiſſa myſticè ſignent.

DENARIVS.

De numero Denario quã rectè ſenſerit Philo.

Philo part. 2. ante med.

DE DENARIO numero multa egregiè philoſophatur Philo in libr. de Decalogo, dicens: *Denarius inter omnia eſt perfectiſſimus: complectitur enim cunctas numerorum differentias, parium, & imparium, parium duorum, & imparium trium, pariter imparium quinque. Item proportiones Arithmeticas, quæ tantundem numero ſuperant, quantum ſuperantur: vt in 1. 2. 3. Tum Geometricas: vbi ſicut ſe habet ſecundus ad primum, ſic ad ſecundum tertius: vt patet in 1. 2. 4. & in duplis, triplisque, ac ſeſquialteris, ſupertertijsque, & ſimilibus. Ideò ſapientes hunc numerum appellârunt δεκάδα, quaſi δεχάδα; quòd capiat, comprehendatque, omnia numerorum genera, ac etiam* [illegible]*um, proportionumque, ac dimenſionum corporum. Quin etiam rerum genera, quæ prædicamenta dicuntur, ſub numero denario comprehenduntur.*

Denarij Sacramenta numeri.

Eſt ergo Denarius numerus, finis & complementum numerorum, & principium decadum. Ad hæc decima omnia diuinum aliquid habent, & ab eo tanquam propria exiguntur ſimul cum primitijs, vt principium numerorum, vel rerum primordia, vel fines, vel decimæ illi reddantur, *Qui principium eſt, & finis omnium rerum.* Imo non tantùm operum, & fructuum à nobis productorum exquirit decimam, ſed in genealogia hominum celebriori electione denarium ſibi aſciſcere voluit Deus. Decimus enim ab Adam fuit Noë, & ab hoc decimus fuit Abraham. Et in genealogia legali contexta à Luca, Chriſtus decimus eſt decimi denarij à Deo incipiendo, vt per reuolutionem denarij, & ſeptenarij in Deum reuertens, cæteros conducendo ſecum adduceret. In Matthæi verò genealogia naturali, & ſecundùm carnem, Chriſtus eſt ſexageſimus tertius à Deo, poſt nouem videlicet ſeptenarios. Item decem, numerus perfectus, Decalogi, & decem Euangeliorum continet Sacramenta: qui ab vno incipiens

Gen. 5. & 6. Infra 11. & 12. Luc. 3.

Gen. 18.
Offerũt qui decimas.
Zach. 8.
Matth. 25.
Num. 14.
Gen. 31.
Laban mutãs mercedẽ decem vicibus Iacob, quid myſtice.
Leu. 25. & ſe.
Gen. 8.
Ioan. 1.
Mat. 2. & ſeq.
Exod. 12.
Ibidem.
Ibidem.
Aut. Ope. imperf. in Matt. hom. 1. procul a med. to. 2. operum D. Chryſoſt.

cipiens, ita ad quartum venit, vt denarium impleat. Vſque ad decem etiam iuſtos deſcendit remiſsio: quia Deus paratus erat parcere Sodomitis, vſq; ad ſeruantes mandata Decalogi. Decimas offerunt qui decalogum obſeruant. Decem homines qui apprehenderunt fimbriam viri Iudæi, ſunt qui ad menſuram viri perfecti veniunt. Decem ſunt virgines, quæ vniuerſitatem credentium deſignant: ſicut decem vices ponitur pro ſæpè, ibi cùm dicitur: *Tentauerũt me iam per decem vices.* Et decem vicibus dicitur mutaſſe Laban mercedem Iacob: typum gerens diaboli inducentis hominem ad omnium præceptorum tranſgreſsionem. Decima dies menſis, perfectionem denotat, in qua canitur tuba & fit remiſsio: & decimo menſe apparuerunt cacumina montium poſt diluuium: & hora decima venerunt diſcipuli Ioãnis ad Chriſtum: quia docturus erat, legẽ ſpiritualiter implendam: vel quia aduentus Chriſti fuit in nouiſsimis diebus. Et quia decima die tollebatur agnus, vel hœdus immolandus decimaquarta: & ideo per illũ deſignatur occaſus humanæ vitæ: & auctor oper. imperfect. in Matth. *Fortè igitur quatuordecim,* inquit, *generatione ponuntur, id eſt quater decem, hoc eſt, quater Chriſtus. Ideo enim litera, Chriſti myſterium habet. Ideo ergo quatuordecim, quoniã ter quidem figuratus Chriſtus oſtenſus eſt, quartò autem verus Chriſtus apparuit.* Hactenus ille.

VNDENARIVS.

Vndenarius quarũ rerum ſit, quid ſignificet.
Hier. in Zac. c. 1. ſub ini. to. 6. iuxta fin.
B. Aug. li. 15 de ciuit. Dei, c. 20. to 5.
Exod. 26.
Dan. 7.
Act. 1.
Matth. 20.

Vndenarius numerus, quia recedit ab vnitate, ideo ad res ſeculi pertinet, ſicut vndecimus menſis, vt teſtis eſt Hieronymus, & quia tranſgreditur denarium, tranſgreſsionem legis, & peccatũ deſignare poteſt, vt docet Auguſt. Et vndecim ſaga cilicina tabernaculi, pœnitentes deſignant, qui legẽ Dei tranſgreſsi ſunt. Et vndecim ſi ducantur per ſeptem, fiunt ſeptuaginta ſeptem: per quæ denotatur remiſsio. Et in beſtia vndecimum cornu, Antichriſtum denotat apud Danielem. Hinc Petrus non eſt paſſus Apoſtolos in vndenario numero manere, ſed adiunxit Matthiam duodenario. Ad vndecimam quoque horam vocantur gentiles allegoricè, & ætas decrepita deſignatur moraliter.

DVODENARIVS.

Duodenarij numeri perfectio qualis.

Duodenarius numerus abundãs eſt: quia partes eius aliquotæ, quæ hunc numerum perficiunt, ſimul cõiunctæ ipſum excedũt. Quaternarius autẽ per ternarium complicatus, numerum conducit duodenarium; primum creſcentem, & cœleſtem, & diuinum magis quàm terreſtrem. Vnde creſcentia omnia, & diuina ipſo diſtribuũtur. Et etiam hic numerus compoſitus ex duobus primò perfectis, ſenarijs videlicet, & eſt primus creſcens, & hoc in ſexdecim abundans per quatuor: vnde illa excreſcentia felix eſt: quia fit per quadratũ æquilaterum, & parentem denarij.

Gen. 35.
Matth. 9.
Apoc. 21.
Ioan. 10.
Eſdr. 3.
Ibid.
Iſa. 22.
2 Eſdr. 3.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Hier. 37.
Zach. 14.

Duodecim elegit Chriſtus: quia per vniuerſum mundum, hoc eſt, per quatuor cardines mundi, Trinitatem fuerũt annuntiatur: ideo ter quaterni. Et item in illo vniuerſã iudicandorũ multitudo deſignatur, propter duas partes ſeptenarij quatuor, & tria, quæ altera per alterã multiplicatur, & efficitur duodenarius: quater enim tria, & ter quatuor, efficiunt duodecim. Duodecim quoque fuerunt filij Iacob; à quibus duodecim nomina tribuum. Archiſynagogi filia annorũ 12 à Domino ſuſcitatur. Hæmorrhoiſſa quoque anno duodecimo poſt morbum recipit ſanitatem. Et tunc venit ad fidẽ Gentilitas in Hæmorrhoiſſa deſignata, id eſt, quando mortua eſt Synagoga in filia archiſynagogi ſignata. Duodecim quoq; ſunt portæ cœleſtis Hieruſalem, vt dicitur in Apocalypſi: per quas portas vniuerſi ingrediuntur ad Chriſtum, qui oſtium eſt. Duodecim item ſunt portæ terreſtris Hieruſalem, quarũ nomina ſunt, *Porta Gregis*; de qua Eſdras meminit: quia per illam ingrediebantur greges immolandi: Secunda, *Porta Piſcium*: Tertia, *Porta Vetus*, de qua Iſaias: Quarta, *Porta Vallis*, ſcilicet Ioſaphat, hæc poſteà *Aurea* vocata eſt: Quinta, *Porta ſterquilinij*, ſeu ſtercoris, quòd per illam ſtercora eijcerentur: Sexta, *Porta Fontis*, ſcilicet Siloe: Septima, *Porta Aquarũ*, quæ eſt verſus Orientem: Octaua, *Porta Equorum*, Nona, *Porta Viſitationis*, ſiue iudicij ſecundùm noſtram verſionem. Decima, *Porta Ephraim*, de qua Nehemias cap. 8. & 12. & 4. Reg. 14. Vndecima, *Porta Beniamin*, quia in illam tribum ducebat, per quã Hieremias cap. 37. egredi volẽs impeditus fuit. Duodecima, *Porta Anguli*, quæ coniungebat murum Septentrionis cum Orientali, de qua 4. Reg. 14. & 2. Par. 26. & Hierem. 31. & Zach. 14. *A porta Beniamin vſque ad locum portæ, & vſque ad portam Angulorum*: hæc porta fortaſsis clauſa erat tempore Nehemiæ, eo quòd haberet difficilem aſcenſum.

QVATVORDECIM.

Quatuordecim, hic numerus cuius rei ſymbolũ ſit.
Mat. 1. & ſeq.
Luc. 6.
Act. 13.
Gen. 31.

Quatuordecim, ad Sacramentum Incarnationis ſpectat: vt tres Quaterdenæ Matthæi oſtẽdunt, & Apoſtoli duodecim cum Paulo, & Barnaba, & Quatuordecim epiſtolę Pauli: & quatuordecim annis ſeruiuit Iacob ipſi Laban pro ſuis vxoribus, vt liber Geneſis tradit.

Qvintvs Decimvs.

Quintus decimus quid denotet. *Pſalm.129. Gal. 1.* Quid dies 15. Pauli cõmorationis cum Petro ſignificent. *B. Hiero. in c. 1. epiſt. ad Gal. ſub fi. l. 1. paul. ante me. 10. 1. Iſai. 38. Leuit. 23. Num. 29. Gen. 7.*

Quintus decimus, ſeu Quindecim, ad gradus Templi ſpectat, quos feciſſe creditur Salomon; & ad Canticum graduum, & Quindecim illos dies, quibus Paulus fuit cum Petro: qui plenam ſignificant ſcientiam, conſummatamque doctrinam. Siquidem, vt ait Hieronymus, quindecim ſunt carmina in Pſalterio, & quindecim gradus, per quos ad canendum Deo, & in atrijs eius conſiſtendum iuſtus aſcendit. Ezechias quoque quindecim annorum ſpatio ſibi ad vitam dato, ſignum accipere meretur in gradibus: & ſolenitates Dei à quinto decimo die incipiunt, videlicet Tabernaculorum: & decima quinta die ſecundi menſis fiebat ſecundum Paſcha. Rurſus decima quinta die primi menſis primum, deſignans illo numero Paſcha nouæ legis. Quindecim cubitis eleuata eſt arca ſuper montes. Auguſtinus interpretans illud: *Dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni: ſi autem in potentatibus, octoginta anni*, ſcribit: *Septuaginta anni, & octoginta, ſunt centum quinquaginta: quem ſacratum eſſe numerum ſatis inſinuat liber iſte Pſalmorum: hanc enim habent in ſignificatione rationem centum quinquaginta, quam quindecim. Qui numerus fit ſeptem & octo coniunctis, quorum primus inſinuat, propter Sabbati obſeruationem Teſtamentum Vetus, ſecundus Teſtamentum Nouum, propter Domini reſurrectionem.* Hæc Auguſtinus.

B. Auguſt. in Pſal. 79. circa med. tom. 8.

Sextvs Decimvs.

Sextus decimus, quis numerus ille ſit. *Gen. 37.*

Sextus decimus numerus ad Prophetas refertur: quia ſunt quatuor Maiores, & duodecim Minores. Sexdecim anni Ioſeph, perfectionem vitæ, & doctrinæ deſignare poſſunt.

Decem Et Septem.

Decem & ſeptem, quid myſticè. *B. Auguſt. in Pſal. 49. ante dimid. 10. eod.*

De numero Decem & ſeptem, ſic ait Auguſtinus in Pſalmum 49. *Decem in præceptis, ſeptem in gratia Spiritus ſancti, per quam gratiam implentur præcepta. Decem ergo & ſeptem tenent omnes pertinentes ad reſurrectionem, ad dexteram, ad regnum cælorum, ad vitam æternam, id eſt, legem implentes per gratiam Spiritus, non quaſi per opus ſuum, aut per meritum ſuum.*

Vicenarivs.

Vicenarij myſterium.

Vicenarius numerus cõtinet bis decem. Legem nouam deſignat. Atque ita perfecti cùm per amorem prohibita vitant, Euangelij ſublimia complent mandata: & in cõtemplatione perfecti denarium numerum habent in perfectione ſciẽtiæ, vicenarium in ſuperna delectatione.

Viginti vnvs.

Viginti vnus numerus vniuerſitatis eſt. *B. Aug. ep. 99. c. 17. tom. 2. Exod. 12.*

Numerus Viginti vnus, vniuerſitatem ſignificare ſolet, propter triplicatum ſeptenarium: vt docet Auguſtinus epiſtola ad Ianuarium. Et viceſimus primus dies menſis, finem vitæ ſignificare poteſt. Ideò vſq; ad eam Iudæi veſcuntur azymis, & eſt dies ſolennis Domini.

Viginti dvo.

Viceſimus ſecundus hic numerus quid habeat allegoriæ.

Viceſimus ſecundus numerus continet elementa Hebræorum, & totidem volumina Canonicarum Scripturarum: quibus quaſi elementis tenera adhuc, & lactens viri iuſti eruditur infantia. Pſalmus 24. 33. 36. 110. 111. 118. & 144. & lamentationes Hieremiæ, & vltimum Salomonis caput Prouerbiorum contexuntur alphabeto.

Viginti qvatvor.

Viceſimus quartus quid diuinum habeat. *Agg. 2.*

Viceſima quarta die cœpit ædificari templum Domini: quia octonarius numerus, qui ſanctus eſt, & in veræ Circumciſionis typo accipitur, triplicatus viceſimum quartum numerum facit: & typicè nos docemur, vt ædificemus domum Domini in amputatione carnis, & vitiorum circumciſione, & veram puritatem eſſe credamus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Spectat etiam hic numerus ad numerum viginti quatuor ſeniorum in Apocalypſi, Patriarcharum, & Apoſtolorum ſuper thronos viginti quatuor: & ad viginti quatuor ſortes in miniſterio Templi diſtributas à Dauide.

Apoc. 5. & 11. & 19. 1. Paral. 25. & ſeq.

Vigesimvs qvintvs.

Viceſimus quintus, ſecundùm Hieronym. infauſtus numer. *B. Hieron. lib. 3. in Ezech. circa dimid. tom. 5. a med. Num. 4. Orig. hom. 5. in lib. Num. paulò ante med. part. 1. Num. 8.*

De viceſimo quinto numero ſcribit Hieronymus in caput vndecimum Ezechielis, ſub initium: *Quantum non ſubterfugit memoriam meam, nunquam in bonam partem viceſimum quintum numerum potui reperire: licèt in Leuit. ad Sacerdotale miniſterium à viginti quinque annis eligantur. In Hebræo enim non habet hunc numerum, qui in LXX. dicitur, ſed tricenarium.* Et reliqua. & Origenes in librum Numeror. *In viginti quinque numero* (annorum videlicet Sacerdotis) *quinque ſenſuum perfectio declaratur, ita vt quinquies quinâ numerentur. Quod vtique indicat eum vocari ad opera operum in myſterio peragenda, qui ex omni parte multiplicatis, & purificatis ſenſibus inueniuntur eſſe perfectus.*

Tricenarivs.

Tricenarius quamcentum. *Ezech. 1. Num. 4. Gen. 41.*

In Tricenario numero annorum Ezechiel accipit mirabilem viſionem. Et iuxta Hebræum Num. 4. non à viceſimo quinto anno incipit ordo Sacerdotalis, vt LXX. habent, ſed à triceſimo: in quo ſigno præceſt

Ioſeph,

Ibidem. Matth. 13. B. Hier. idem epiſt. 22. longiuſc. à prin. tom. 1. Idem epiſt. 26 tom. eodem. Idem li. 1. ad. uerſ. Iouin. in prin. to. 2. ini. Luc. 3.

Ioſeph, qui Aegypto eſurienti frumenta eſt largitus. Et terra quæ dedit fructum trigeſimum, & ſexageſimum, & centeſimum, ita explicatur à Hieronymo in epiſtola ad Geruntiam, & ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis, & ad Pammachium de conſolatione ſuper obitum Paulinæ: vt centeſimum virginibus, ſexageſimum labori viduarum, triceſimum operi nuptiarum tribuat. Et in vltimo loco ait: *In tribus mulieribus & ſanguine, & virtute coniunctis, tria Chriſti præmia recognoſco. Euſtochium virginitatis flores metit. Paula laborioſam viduitatis aream terit. Paulina caſtum matrimonij cubile ſeruat.* Hæc ille. Hac ætate venit IESVS ad baptiſmum, & vidit cœlos apertos, ſicut triceſimo aperti ſunt cœli Ezechiel, & triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cœpit, & triginta annorum erat Ioſeph, quando eductus de carcere, Principatum totius Aegypti ſuſcepit.

Ezech. 1. Gen. 41.

QVADRAGENARIVS.

Quadragenarij arcanum numeri quodnam ſit.

Ex. 24. et 34. 3. Reg. 9. Matth. 4.

Quadragenarius numerus habet quater decem, & laborioſi huius temporis Sacramentum eſt; quo ſub diſciplina regis Chriſti, aduerſus diabolum dimicamus. Quod tempus conſecrauit Lex, & Prophetæ per Moyſen, & Heliam, qui quadraginta diebus ieiunârunt, & Euangelium per ipſius Domini Ieſu ieiunium, quibus diebus quadraginta etiam tentabatur à diabolo. Hinc Hieronymus in Ezechielem ſcribit: *Quadragenarius numerus ſemper afflictionis, & pœnæ eſt. Vnde & Moyſes, & Helias, & ipſe Saluator, quadraginta diebus ieiunauerunt, & noctibus: & per quadraginta annos populus erat in ſolitudine, vt poſtea circunciſus in Galgalis, opprobrio & ignominia Aegypti liberaretur. In cuius numeri Sacramento, & hic idem Propheta pro tribu Iuda quadraginta diebus dormit in dextro latere, & quadringentis annis populus ſeruiturus in Aegypto nuntiatur: quia faciunt quadraginta decadas, ſiue quatuor hecatontadas. Pluuia quoq; diluuij quadraginta diebus inferût orbi naufragium.* Et Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana: *Numerorum imperitia multa facit non intelligi, translatè ac myſticè poſita in Scripturis. Ingenium quippe, vt ita dixerim, non poteſt nô moueri quid ſibi velit, quòd & Moyſes, & Helias, & ipſe Dominus quadraginta diebus ieiunauerunt. Cuius actionis figuratus quidam nodus, niſi huius numeri cognitione, & conſideratione non ſoluitur. Habet enim denarium quater, tanquam cognitionem omnium rerum intextam temporibus. Quaternario quippe numero & diurna, & annua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, veſpertinis, nocturnisq; horarum ſpatijs: Annua vernis, æſtiuis, autumnalibus, hyemalibusq; menſibus. A temporum autem delectatione, dum in temporibus viuimus, propter æternitatem, in qua viuere volumus, abſtinendum, & ieiunandum eſt, quamuis temporum curſibus ipſa nobis inſinuetur doctrina contemnendorum temporum, & appetendorum æternorum.* Lege reliqua, ſi placet, in Auguſtino. Poſt quadraginta dies Niniue ſubuertenda prædicitur; & totidem dati ſunt illi ad pœnitentiam. Quadrageſima quoque iungitur paſsioni, propter pœnitentiam. Paulus quinquies quadragenas, vna minus, accepit: & totidem diebus fuit Chriſtus cum Apoſtolis poſt reſurrectionem.

B. Hieron. in Ezech. ca. 29. à med. lib. 9. inter med. & ... tom. 5. à dimid. ... sod. 16. Ioſue 5. Ezech. 29. Gen. 15. Supra 7. B. Aug. lib. 2. de doctr. Chri. ... 16. cir. med. to. 3 ſub init. Quid Moſis, ..., & Ser... ... ieiunium quadragenarium ſignificauerit ſecundum Aug. Iona 3. 2. Cor. 11. Act. 2.

QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

Numerus quadrageſimus ſecundus quid deſignet. Nu. 33 & ſeq. Matt. 1. et ſeq. 4. Reg. 2. Ioan. 2.

Quadrageſimus ſecundus numerus, manſionum eſt numerus, quas inhabitârunt filij Iſrael in deſerto. Et eſt numerus deſcenſus Chriſti in mundum per quadraginta duos patres ſecundùm carnem, vt habet genealogia Matthæi. Quadraginta duo pueri occiſi ſunt ab vrſis duobus: qui quidem quadraginta duos annos denotant poſt paſſionem Chriſti, cùm euerſa eſt Hieruſalem à Tito, & Veſpaſiano.

QVADRAGESIMVS SEXTVS.

B. Aug. to. 3. ſub init. Idem tom. 4. Idem eod. circa dimid.

Quadraginta ſex annis ædificatum eſt Templum, redeuntibus Iudæis è captiuitate, ſecunda ædificatione poſt illam Salomonis, quæ ſeptem annis perfecta fuit. Item hic numerus perfectioni Dominici corporis competit: de quo Auguſtinus libro 2. de doctrina Chriſt. cap. 16. prope finem, & repetit. lib. 73. quæſtionum, cap. 65. & libro 86. quæſtionum, quæſtio. 26. Item quadraginta ſex dies ſunt, quibus corpus humanû in vtero formatur.

QVINQVAGENARIVS.

Quinquagenarij ſpiritalis ſignificatio. Gen. 18. Supra 31. Luc. 7. Exod. 18.

Quinquagenarius numerus ad peccati remiſsionem ſpectat. Et Dominus Geneſ. 18. non delet ciuitatem propter quinquaginta: & in quinquageſimo die Pentecoſtes eſt iubileus. Dauid in Pſalmo quinquageſimo peccati pœnitentiam canit. Numer. 31. de præda, & ſpolijs quinquageſimum caput, tam de hominibus, quàm de iumentis accipiunt Sacerdotes. Leuitæ quoque erant quinquaginta, qui cuſtodiebant fores tabernaculi. Luc. 7. in parabola: *Erant duo debitores, quorum vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta: Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque.* Vnde eſt numerus remiſsionis. Iethro dedit conſilium Moyſi, vt conſtitueret Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

Obij-

Ioan.8. Marc.2. Marc.6.

Obijcitur Chriſto: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* Et Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbathi: Si Sabbathi, & Kalendarum: ſi Kalendarum, & Paſchæ, & Azymorum, & Tabernaculorum, & Pentecoſtes: quæ ad quinquageſimum numerum ſpectant. Apud Marcum etiam iubentur turbæ diſcumbere per centenos, & quinquagenos ſuper carnis fœnum.

Sexagenarius.

Sexagenari⁹ vnde conſtet, quid ſignet.

Cant.3. Infra 6.

Sexagenarius numerus ex ſenario, denarijſque numeris perfectis compoſitus, perfectionem ſignificat antiquorum Patrum, qui legem ſcriptam non habentes, Decalogum tamen legis perfectè obſeruarunt. Sexaginta fortes ſunt, & ſexaginta Reginæ Salomonis deſignant fortes, in lege ſeruanda, & animas regnantes in ſpiritualibus.

Septuaginta duo.

Septuaginta duo, ſignificatiuus numerus atque perfectus.

Num. 11. Ibidem. Gen.1.& 35. Infra 46. Act.7. Gē.48.& ſeq. Num.1. Infra 11. & ſeq. Infra 12. Ibidem. Luc.10.

Septuaginta duo, ad numerū ſeniorum, quos elegit Moyſes cum Heldad, & Medad, & ad numerum ſeptuaginta duorum diſcipulorum refertur. Eſtque numerus perfectiſſimus. Duodecim Patriarchæ ab Adam ad Noe cum tribus filijs, & ex filijs ſeptuaginta duo filij diuerſæ linguæ numerantur. Iacob cum duodecim Patriarchis, & ſeptuaginta animabus, & duobus filijs Ioſeph, nimirùm Ephraim, & Manaſſe, quos ſuos fecit, ſunt ſeptuaginta duo. Duodecim principes tribuum ſub Moyſe, & ſeptuaginta duo ſeniores, ſunt duodecim fontes Helim, & ſeptuaginta duo palmę, ſeptuaginta duo diſcipuli, & duodecim Apoſtoli. Pſalmus ſeptuageſimusſecundus: *Deus iudicium tuum da regi, &c.* omnia myſteria continet.

Septuagies septies.

Septuagies ſepties ſacer numerus ac myſticus.

Luc.3. Matth.18. Gen.4.

Septuagies ſepties vſq; dimittuntur peccata omnia, quæ à tempore Adæ vſque ad finem in proximum committuntur. Vnde & ſeptuaginta ſeptem ſunt generationes apud Lucam, poſt quas facta eſt redemptio humani generis, vt vltionem in Lamech ſeptuagintaſeptem promulgatam Chriſtus veniens terminaret. Vt notat Cyprianus ſermone de ſancto Spiritu, & Nazianzenus oratione in ſanctam Pentecoſten. Et ſeptuagies ſepties eſt numerus reſolut⁹ in partes æquas: vt in ſeptem, & vndecim. Et ideò peccatum Lamech oſtenditur remiſſibile: quod & ipſe confeſſus eſt.

Octoginta.

Octoginta numerus vnde ducatur, quid myſticū habeat.

Cant. 6.

Octoginta, producitur ab octonario, qui eſt numerus diminutus. ideò octoginta concubinæ, Cantic.6. Et deſignant animas minus perfectas, terrenam mercedem accipientes.

Centenarius.

Centenarij numeri integritas atque perfectio.

B. Aug li. 20. de ciuit. Dei, c.7. circ. med. tom.5. Marc.4. Gen 26. Marc.13. B. Hiero. lib. vlt in Iſai. tom. 5. Luc.20. Epheſ. 4.

Centenarius numerus plenus in omnibus & perfectus oſtenditur: ideò pro vniuerſitate accipitur, vt docet Auguſtinus libro de Ciuitate Dei. Hinc dicitur: *Centuplum accipiet in tempore hoc*: & centuplum inuenit Iſaac cum ſeminauit; hoc eſt, magnū cœleſtis patriæ lucrum, & fructum Euangelicum. Centeſimus etiam fructus Martyrum eſt, & Virginum. Hieronymus in Iſai. caput 65. à medio. ita de hoc numero philoſophatur: *In cœleſti Hieruſalem diuerſæ ætates non erunt, infans, & ſenex, paruus, & magnus, qui non impleat dies ſuos, ſed quaſi filij reſurrectionis, omnes peruenient in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt nec deſint alicui annorum ſpatia, nec ſuperſint: & alio necdum ſolidas habente vires, alius deſinat eſſe quod fuerit, & decrepita ætate marceſcat. Peruenientq́ omnes ad centenarium numerum, qualis fuit Abraham, qui promiſſionem filij Iſaac hac* Gen.17. *ætate ſuſcepit. De cuius numeri laudibus non neceſſe eſt plurima memorare, ne ſuperflua ſit diſputatio. Hoc tantùm dicimus, quod decem decades æqualia habent latera, & quadra forma poſſidēt vnitatem.*

Millenarius.

Millenarius pro vniuerſitate accipi conſueuit.

B.Greg. lib.9. Moral.c.1. in princ. tom.1. Pſalm.67. Pſalm.104. Apoc. 20. Ibidem. B. Aug. li 20 de ciuit. Dei, c.7. à med.

Millenarius numerus, vt inquit Gregorius, in Scriptura ſancta, pro vniuerſitate ſolet intelligi. Hinc illud Pſalmi: *Millia lætantium Dominus in eis, &c.* Et, *Faciam miſericordiam in millia*, & alibi: *Verbi quod mandauit in mille generationes*. Cùm ex mundi exordio vſque ad Saluatoris aduentum Septuaginta duæ propagines numerentur. In Apocalypſi quoque dicitur: *Ligauit draconem per annos mille.* Infra: *Regnabunt cum illo mille annis.* Vnde Auguſtinus libro de Ciuitate Dei: *Mille*, inquit, *annos pro annis omnibus huius ſeculi poſuit, vt perfecto numero notaretur ipſa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus denarij numeri quadratum ſolidum reddit. Decem quippe decies ducta, fiunt centum: quæ iā figura quadrata, ſed plana eſt. Vt autem in altitudinem ſurgat, & ſolida fiat, rurſum centum decies multiplicantur, & mille fiunt.*

Millenarius numerus denarij numeri quadratum ſolidum reddit, ait Aug.

Vlt. Canon. Moyſi Pentateuchus nec ſolum intellectus, perexiguam myſticè vero magnā nobis & vtilitatem, & voluptatem poteſt adferre.

Canon XXV. atque poſtremus. Si ſenſum ſpiritualem à Pentateucho Moyſis auferas, parum vtilis profectò nobis eius lectio redderetur, ſi tantùm literæ corticē in cæremonijs, ſacrificijs, & hiſtorijs illis vellemus ſpectare. Quem enim fructum ex illis ritibus, expiationibusq́ue poſſemus capere, cùm iam lex illa nobis omninò ſit extincta, imò noxia & mortifera ſit reddita? Quia verò lex ſecundùm ſpiritum

viuit, quem illi Dominus ſuo aduentu promeruit, ſuaque noua luce adimpleuit, eamque nobis quaſi mortuam ad vitam ſuſcitauit; magna cum vtilitate, & iocunditate illam legere poſſumus: quemadmodum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros feciſſe cõſtat. Chriſtus ſiquidem ſenſu allegorico eſt vſus, loquens de ſerpente exaltato, Ioan. 3. & 8. de manna Ioan. 6. Sic etiam quæ de agno Paſchę dicuntur, retulit ad Chriſtum Ioan. cap. 19. & Paulus quæ de petra percuſſa, & aquas dante, ad eundem retulit, cùm dixit, 1. Corint. 10. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus.* Et myſteria incluſa in arca Noe, & aquis diluuij eleganter explicauit de Eccleſia, & Baptiſmo Petrus Apoſtolorum Princeps. Paulus vbique allegorias ſpirat, vt ad Galat. 4. & de baptiſmo nubis, & maris, & de manna eleganter philoſophatur, 1. Corinth. 10.

Antiquæ leges in noua per Chriſtū & Apoſtolos quæ ſint expheata myſteria.

Num 31. Exod. 16. Ioh. 6. & ſe. 1. Pet. 3. Gen. 6. & 7. Gal. 4. Gen. 16. Infrà 21. 1. Co. 10. & ſe.

Audi etiam ſententias Patrum, qui ad hos ſenſus eruendos adhortantur. Primus ergo eſt Origenes in Matthæum: *Arbitror,* inquit, *ſicut Chriſtus celatus venit in corpore, vt à carnalibus quidem ſpeciem corporis eius aſpicientibus, & non virtutes conſiderantibus homo videretur, à ſpiritualibus autem non ſpeciem corporis attendentibus, ſed opera virtutum eius conſiderantibus, Deus intelligatur: ſic eſt omnis ſcriptura diuina incorporata, maximè autem veteris Teſtamenti. Spiritualis enim, & propheticus ſenſus ſcripturæ, celatus eſt in hiſtoriæ ei propoſitæ vt omnis ſcriptura à mediocribus quidem ſecundùm hiſtoriam intelligatur, à ſpiritalibus autem & perfectis ſecundùm myſterium ſpiritale.* Et in librum Leuitici ſuper id: *Hæc lex peccati in loco, quo iugulabuntur holocauſta, &c. Sicut ergo,* inquit, *cognationem ſui ad inuicem gerunt viſibilia & inuiſibilia, terra & cælum, anima & caro, corpus & ſpiritus, & ex horum coniunctionibus conſtat hic mundus: ita etiam ſanctam ſcripturam credendum eſt ex viſibilibus, & inuiſibilibus conſtare: veluti ex corpore quodam, litera ſcilicet, quæ videtur: & anima, & ſenſus qui intra ipſam deprehenditur: & ſpiritus, ſecundùm id quod etiam quadam in ſe cæleſtia teneat, vt Apoſtolus dicit, quia exemplari, & vmbra deſeruiunt cæleſtium. Quia ergo hæc ita ſe habent, inuocantes Deum, qui fecit ſcripturæ animam, & corpus, & ſpiritum: corpus quidem ijs qui ante nos fuerunt, animam verò nobis, ſpiritum autem ijs, qui in futuro hæreditatem vitæ æternæ conſequentur, per quam peruenient ad regna cæleſtia.* Idem rurſus libro Periarchon ita ſcribit: *Apud Salomonem inuenimus in Prouerbijs tale aliquid de diuina ſcriptura obſeruantia præcipi: Et tu, inquit, deſcribe hæc tibi tripliciter in conſilio, & ſcientia, & vt reſpõdeas verba veritatis his qui propoſuerunt tibi. Tripliciter ergo deſcribere oportet vnumquemq; intelligentiam diuinarum literarum, id eſt vt ſimpliciores quiq; ædificentur ab ipſo (vt ita dixerim) corpore ſcripturarum: ſic enim appellamus communem iſtum, & hiſtorialem intellectum: ſi qui verò aliquantum iam proficere cœperunt, & poſſunt amplius aliquid intueri, ab ipſa ſcripturæ anima ædificentur. Qui verò perfecti ſunt, & ſimiles his, de quibus Apoſtolus dicit: Sapientiam autem loquimur inter perfectos, ſapientiam autem non huius mundi, neque principum huius ſeculi qui diſſoluuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloria noſtra: hi tales ab ipſa ſpirituali lege, quæ vmbram habet futurorum bonorum, tanquàm à ſpiritu ædificantur. Sicut ergo homo conſtare dicitur ex corpore, & anima, & ſpiritu, ita etiam ſancta ſcriptura, quæ ad hominum ſalutem diuina largitione conceſſa eſt.* Hactenùs ille ſanè pereleganter. Accedat & Gregorius noſter: *Intellectus ſacri,* inquit, *eloquij inter textum & myſterium tanta eſt libratione penſandus, vt vtriuſque partis lance moderata, hunc neque nimiæ diſcuſſionis pondus deprimat, neque rurſus torpor incuriæ vacuum relinquat. Multæ quippe eius ſententiæ tanta allegoriarum conceptione ſunt grauidæ, vt quiſquis eam ad ſolam tenere hiſtoriam nititur, earum notitia per ſuam incuriam priuetur. Nonnulla verò ita exterioribus præceptis inſeruiunt, vt ſi quis eas ſubtilius penetrare deſiderat, intus quidem nihil inueniat, ſed hoc ſibi etiam quod foris loquuntur, abſcondat.* Ita Gregorius, prudenter ſubiungens, Iacob virgas aliquas decorticaſſe, non omnes, vt in earum contemplatione oues conclperent: neque opus eſſe cunctas ſcripturas decorticare. Nemo ergo allegnricos ſenſus, aut ſpiritales contemnat, ſed audiat Chriſti vocem dicentis: *Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & illa ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.* Sed etenim immenſum opus ego texerem, ſi cuncta quæ huiuſcemodi ſunt, & ad ſenſum ſpiritalem eruendum faciunt, percenſere vellem. Mittimus Lectorem ad Iſagogen Xantis Pagnini, qui integros duodecim libros de ſenſu ſpiritali elucubrauit; vbi ex varia Patrum veterum lectione, varias multarũ vocum acceptiones & rerum proprietates, pro venãdis ſenſibus ſpiritualibus fuſiore ſermone perſequitur.

Nos his paucis contenti ſumus.

Orig. trac. 26. in Matth. circa medium, to. 2.

Elegans Origenis ſcripturæ cõparatio.

Idem hom. 5. in Leuit. tom. to. 1. circ. prin. Leuit. 7.

Heb. 8.

Idem li. 4. de Princip. ca. 2. circ. init. tom. eodem.

Prou. 22.

Deſcribenda vnicuiq; tripliciter diuinarum intelligentia literarũ, & quomodo, ſecundũ Origen.

1. Cor. 2.

Heb. 10.

B. Greg. li. 21. Moral. c. 1. in princ. tom. 1.

Quãta libratione penſandus ſit intellectus ſacri eloquij, teſte Gregorio.

Gen. 30.

Iacob illa virgarũ quarundam tantũmodò, non omnium decorticatio ad ouium conceptum quid myſterij habeat.

Ioan. 5.

Xantes Pagninus.

PROLEGOMENON XXI.

Cur vtraq; ſcriptura, & Inſtrumentum, & Teſtamentum communi omnium Patrum cõſenſu appelletur.

Tertul. lib. 4. aduerſ. Marc. B. Hieron in præfa. Euang. ad Damaſ. tom. 3. Auguſt. epiſt. 86. tom. 2.

Prima ratio, vetus & noua ſcriptura cur vocetur Inſtrumentum.

SCRIPTVRA ſacra, Inſtrumentum atque Teſtamentum à doctiſsimis & veteribus Patribus appellari conſueuit: vt rectè intelligunt, qui in lectione Tertulliani, Hieronymi, Auguſtini, & aliorum Patrum verſati ſunt. Subeſt autem huic voci Inſtrumẽtum, vt ab illa initium dicendi ſumamus, duplex ſignificatus: alter generalis, quo omne illud quod artifex ad operandum adhibet, quodque Græci ſcriptores, tum ὄργανον, tum σκεῦος dicunt, inſtrumentum appellatur: vt ſcriptoris inſtrumentum eſt penna, pictoris penicillus, ſerra fabri, arma militis. In hunc ergo modum ſcriptura ſacra dici poteſt inſtrumentum, quòd Deus inſtrumentorum non indigens, & ſine verbo ſcripturis conſignato docere valens, vt etiam aliquãdo fecit, pro ſua tamen erga nos ingenti bonitate, atque prouidentiæ ſuauitate veterem, & nouam legem ſcribi voluit, quæ reuera inſtrumentum, & organum Dei eſt, per quã nos tum per ſe, tum per miniſtros ſuos ſanctificationem noſtram operari voluit. Vnde qui ſcripturas diuinas, vel in totum, vel ex parte reijciunt, expertes redduntur diuinæ in ipſis operationis, & ſanctificationis. Vt ergo Ariſtoteles, ſiue alij eius ſtudioſi, libros Logices Organum vocârunt, quòd nimirũ Dialectica commune quoddam inſtrumẽtum ſit ad omnes diſciplinas tũ intelligendas, tũ alijs certa methodo tradendas: ad eũ modum Dei verbum ſcripto proditum, Inſtrumentum dici meritò poteſt ad diuinas pateſactiones ſuſcipiendas, earumque virtutes, & actiones in nobis imprimendas. Ac vt Deus de diuina ſua voluntate per nos implenda illuminat, ſcripturarumque adhibet inſtrumentum: ita viciſsim verbum Dei organum efficitur filiorum Dei, & electorum: vt illo quaſi inſtrumẽto quodam accommodato ad omnia opera, & iuſtitiæ, & charitatis præſtanda vtantur. Quamobrem in ſcripturis ſacris verbum Dei, & lucerna pedum noſtrorum dicitur, quia illo duce, & lumen præbente, in via Dei ambulandum eſt: & gladius Spiritus, quo in hoſtes externos, & internos pugnandum: & panis, quo vita noſtra in ſpiritu ſuſtinenda: & medicina qua noſtri ſpiritus morbi curari debent. Et permulta alia his nõ diſsimilia in ſcripturis legimus, ex quibus facilè eſt colligere verbum Dei magna ratione inſtrumentum eſſe appellatum, tum Dei erga nos, tum electorum erga Deum.

Scripturã diuinam quoquomodo reſpuẽtes, quid aſſequantur.

Eadem ratione ſcripturã poſſe, qua Logicen organum nominari.

Scripturæ verbum Dei lucernæ, gladio, pani, ac medicinæ cur comparent.

Pſal. 118. Epheſ. 6. Deut. 8. Matt. 4.

Alter ſignificatus magis ſpecialis eſt, vt inſtrumentũ dicatur omne illud, per quod de re aliqua quis inſtruitur. Cùm ergo in diuinis literis homines inſtruantur non de vulgaribus artibus, nec de naturalibus, vel humanis diſciplinis, ſed de Deo Opt. Max. de eius potentia, ſapientia, & bonitate, de vita æterna, & via qua ad illam perueniamus, iure optimo ſimpliciter & abſolutè inſtrumentum vocatur. Vnde Dauid dicebat: *Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me; & exercebor in mirabilibus tuis*: & Paulus de ſacris literis: *Quæ te*, inquit, *poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Ac rurſus ibidem: *Vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Vt quaſi Paulus vim vocis huius, nempè Inſtrumẽti, explicare videatur. Quiſq; enim in illis inſtruitur quid ſperare, quid etiam pro ſalute conſequenda agere debeat. Atque in hoc ſignificatu vulgus, & leguleij multa inſtrumenta vocare conſueuerunt, quæ notarij rogatis teſtibus ad maiorem contractuum, quos homines inter ſeſe celebrare ſunt ſoliti, veritatem, & fidem conficiunt. Non ab re igitur in hoc ſenſu ſcripturam, inſtrumentum quoddam pactorum, & fœderum, quę Deus pro ſua incomparabili caritate cum hominibus pro tempore inire decreuit, & de illis omnibus certiſsimos nos reddere, vocare poſſumus. Nam vt inſtrumẽta publica in magna habentur autoritate; ita ſcripturæ ſacrę pleniſsimam autoritatem poſſidẽt, nec niſi per probatiſsimos notarios, & certiſsimæ fidei teſtes obſignatæ ſunt, & in hunc vſque diem fideliter conſeruatæ, atque cuſtoditæ. Et hactenùs de voce Inſtrumenti ſit dictum.

Altera ratio, cur ſcilicet Inſtrumentũ ſcriptura vtraque nominetur.

De quibus ſcripturę nos inſtruant.

Pſal. 118.

2. Tim. 3.

Notarijs Inſtrumenta, quid ſoleãt.

Teſtamentum verò propterea vtraque ſcriptura appellatur; quia huiuſmodi fœdera, & contentiones, quas nobiſcum Deus ex miſericordia pepigit, non ſine ſanguine, morteque celebratæ ſunt. Atq; id quidem conſtare poteſt ex pacto cum Noe inito, de non ampliùs mittendo in mundũ diluuio: ex pacto item Circumciſionis cum Abraham percuſſo: rurſus ex illo cum Moyſe, ſanguine hircorum, & vitulorum celebrato. Denique illud Chriſti nouum pactum, quod proprio ipſius ſanguine ſancitum, & cõfirmatum eſt, idem comprobat. Quamobrem Spiritus ſanctus (cuius eſt vocabula competentia rebus imponere) rectè eiuſmodi fœdera, pactave, Teſtamentũ vocari voluit. Nam & Septuaginta interpretes vocem Hebræã Berith, quæ pactum propriè deſignat, frequenter voce Græca διαθήκης, quæ Teſtamentum ſignificat, expreſſerũt.

Vtraq; etiam ſcriptura, cur veniat nomine Teſtam.

Gen. 9.

Exod. 24. Heb. 9.

Matt. 26. Heb. 9. & ſeq.

Septuaginta interpretes & Euangeliſtas à voce Teſtamenti minimè abhorruiſſe.

Et præ-

Et præter Septuaginta interpretes, ipſi etiã Euangeliſtæ, & Apoſtolus Paulus vocem pacti ſine vllo ſcrupulo per vocem Teſtamenti voluerunt explicatam eſſe.

Pactũ, & Teſtamentum in duobus differunt.

Quæ vt faciliùs & à nobis explicari, & à lectore intelligi queant, conſiderandum eſt, pactum omne in ſuo conceptu includere conditionem vtramque à contrahentibus ſeruandam: quemadmodum dici conſueuit: Do, vt des; Facio vt facias; Do vt facias; Facio vt des. Teſtamentum verò non ſemper eſt conditionibus aliquibus limitatum & reſtrictum. Nam ita definiri ſolet: Teſtamentum, eſt ſimplex, & vltima voluntas teſtatoris, legans bona ſua hæredibus. Pactum etiam in hoc à Teſtamento videtur differre: quod pactum inter eos qui contrahunt, & viuunt, ſanciri ſoleat; Teſtamentum verò locum habeat inter vita defunctum teſtatorem, & adhuc viuentem hæredem. Nihilominus aſſerẽdum eſt, Teſtamenti ingenio non repugnare rationem pacti. Nam teſtator interdum conditionibus alligare poteſt hæredem; quibus non impletis, hæreditatem iure adire non poſsit. Ex quo in legibus 12. tabularum obſeruatum erat teſtamentum, per æs, & libram, vbi ſemper hæres ad ſoluendum aliquid pro hæreditate paterna adeunda obligabatur: atq; idcirco in id genus teſtamentis pactum aliquod interueniebat. Rurſus, eiuſmodi pacto non repugnat, quòd ſit contractum inter mortuum & viuentem: nam teſtator Deus in nouo Teſtamento reuera mortuus eſt; in veteri verò, in animalium brutorum ſanguine & cæde poteſt dici figuratè, & in vmbra cæſus, & mortuus. Vnde per Spiritum ſanctum Prophetas, & Apoſtolos inſtruentem, & loqui edocẽtem, Deus efficit, vt hæc vocabula pacti, & Teſtamenti inuicem confunderentur, & alterũ pro altero promiſcuè vſurparetur. Nec enim bona ſiue temporalia & corporea in veteri Teſtamento; ſiue æterna, & ſpiritualia in nouo legata nobis & promiſſa aliter ad nos peruenire poſſunt, quàm quibuſdã in vtroque conditionibus ex parte noſtra obſeruatis, & adimpletis. Quare B. Hieronymus locum Hieremiæ explicans: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iuda fœdus nouum, non ſecundùm pactum quod pepigi cum patribus veſtris, &c.* in hũc modum ſcribit: *Quòd autem pactum pro Teſtamento ponimus, Hebraica veritatis eſt: licèt teſtamentum rectè pactum appelletur: quia voluntas in eo atque teſtatio eorum qui pactum ineunt, continetur.* Hæc ille. Cuius ſententiæ ſubſcribit beatus Auguſtinus illa verba Pſalm. 86. interpretans: *Quoniam cogitauerunt vnanimiter: ſimul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt*, vbi ait: *Teſtamentum ſanè in Scripturis non illud ſolùm dicitur, quod non valet niſi teſtatoribus mortuis, ſed omne pactum placitum teſtamentum vocabant. Nam Laban & Iacob teſtamentum fecerunt, quod vtique etiam inter viuos valeret, & innumerabilia talia in diuinis leguntur eloquijs.* Sic Auguſtinus loquens de pacto inito inter Iacob & Laban, Geneſis 31. citanſque textum iuxta Septuaginta Interpretes. Hæc autem confirmantur grauiſsima autoritate Zachariæ Prophetæ, cap. 9. ad Meſsiam apoſtrophans, ait: *Tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*: & alterius Zachariæ Ioannis Baptiſtæ parentis, qui in Cantico ſuo dixit: *Et memorari teſtamenti ſui ſancti*, vbi Teſtamentum pro pacto vſurpauit. Paulus item de Iudæis ad Romanos dicit: *Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum.* Ac rurſus in eadem Epiſtola: *Et hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtulero peccata eorum.* Et Eſai. 14. *Sedebo in monte teſtamenti.* Et ad Hebræos idem Paulus vim vocis teſtamenti ponderans, teſtamentum ait non habere locum, dum viuit qui teſtatus eſt: at interueniente morte teſtatoris, validum redditur. Chriſtus etiam Dominus cùm pretioſiſsimi ſanguinis ſui poculum Apoſtolis porrigeret: *Hic eſt*, inquit, *calix noui Teſtamenti*: quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, noui fœderis ſancitor, & confirmator. Et quod magnoperè expendendum eſt, Euangelium Syriacum, quod creditur fuiſſe ab ipſo Euangeliſta Matthæo in ea lingua conſcriptum; non habet verbum Hebræum Berith, ſed Græcam vocem *διαθήκην*, in Syro ſermone vſurpauit, dicens: Hanau Demi Derithi, ki Chadito.

Quod natura teſtamenti, rationi pacti nõ repugnet.

I. Ratio.

II. Ratio.

Pacti, & Teſtamenti vocibus ſacræ literæ cur indifferenter vtantur.

Hieron. in 6. 31. Hierem. tom. 4. & Hierem. 31.

Aug. tom. 8. Pſalm. 82.

Quid ſit proprie Teſtamentum.

Gen. 31.

Vbi Scripturarũ pro pacto Teſtamentum ponatur.

Zach. 9.

Luc. 1.

Rom. 9.

Infra 11.

Infra 56. iuxta LXX.

Suprà 14.

Hebr. 9.

Matth. 26.

Quod igitur Hieronymus annotauit in libro Quæſtionum Hebraicarum, in id Geneſis 17. *Ecce teſtamentum meum tecum*: vbicunque in Græco legitur Teſtamentum, ibi eſſe fœdus, ſiue pactum in Hebræo ſermone: & idem repetit in Commentarijs ad Galatas ſuper id: *Hoc autem dico, teſtamentum confirmatum à Deo*: & excuſat ibidem Paulum, quòd pro Berith reddiderit teſtamentum, cùm ſignificaret pactum, vel fœdus, vnde ait: *& cæteri interpretes ex Hebræo pactum reddiderunt, hoc eſt Aquila, Symmachus, Theodotion*: quod, pace tanti Patris dixerim, mihi minimè probandum videtur. Etenim quod Paulus pro pacto reddiderit teſtamentum, non eſt in eo excuſandus, ſed laudandus potius: quia vidit arcana verba, & optimus fuit Scripturæ interpres: quia non ſolùm ibi Paulus, ſed vbicunque eſt in Hebræo Berith, ipſe reddidit teſta-

Hiero. tom. 3. poſt med.

Gen. 17.

Idem tom. 9.

Gal. 4.

Nequaquam Septuaginta interpretes, Apoſtolos, & Euangeliſtas (vt Hieron. dixit) infideliter, & impropriè fœdus ſeu pactum legiſſe teſtamẽtum.

2. *Cor.* 12. *Gal.* 4. *Rom.* 11. *Iſai.* 59. *Hebr.* 7. *Infra* 8. *&* 9.

teſtamentum: vt Galatas 4. Romanorum 11. Hebræorum 7. 8. 9. Imò non ſolus Paulus, ſed Apoſtoli, & Euangeliſtę, illam Hebræam vocem perpetuò ſic conuerterunt, nunquam nomine fœderis, vel pacti. Vt iam non tam cauſa agatur Septuaginta interpretum, quàm Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, imò ipſius Spiritus ſancti per illos loquentis: adde etiam totius Eccleſiæ; quæ Veterem, & Nouam legem, non pacta vocat, ſed Vetus & Nouum Teſtamentum. Quare dicendum eſt, Berith non tantùm pactum, ſed fœdus ſignare, ſed etiam Teſtamentum: vnde volumen fœderis, & arcam fœderis, Teſtamentum ſemper Septnaginta vertunt, & Ioannes Apocaly. 11. *Kibōton diathēkēs.*

Apoc. 11.

Cur Aquila, Symmachus ac Theodot. Hebræā vocē Berith potius pactum, quàm teſtamētum.

Quod verò illi noui interpretes, Aquila, Symmachus poſt Septuaginta aliter verterunt, id odio noſtrarum rerum, & vocum factam eſſe non ambigimus. Adde etiam præter Septuaginta, & Apoſtolos, Philonem Iudæum (cuius tempore necdum Iudæi ſe nobis opponebant) in libro quem inſcripſit: De his quæ obtulêre Cain, & Abel, qui quidem Berith ſemper vertit Teſtamentum, ſiue *διαθήκην*, cùm inquit: *Vt ſtatueret Teſtamentum, quod iurauit patribus noſtris.* Teſtamentum autem Dei, eſt pactum Circumciſionis datum Abrahæ. Stephanus vocat Teſtamentum, & Zacharias: *Memorari*, inquit, *teſtamenti ſui ſancti*, pro pacti in Hebræo. Nec fingi poteſt Lucas Hebræi ſermonis ignarus; cùm per Spiritum ſanctum loqueretur. Certè autor libri Baruch, capite 2. in fine ſic habet: *Et ſtatuam illis Teſtamentum alterum ſempiternum*, Græcè *διαθήκην*; quæ ſunt proxima his quæ Hieremias capite 31. prædixit de Nouo, & Veteri Teſtamento. Ieſus etiam filius Sirach in Eccleſiaſtico, pro voce Hebræa Berith, vertit perpetuo *διαθήκην*, id eſt, Teſtamentum. Eccleſiaſt. 16. 17. 24. 39. 45. *Statuit ei teſtamentum æternum.*

Philo part. 1.

Gen 4.

Quodnam Teſtamentū Dei, teſte Philone.

Infra 17. *Act.* 7. *Luc.* 1.

Hierem. 31. *Eccleſ.* 16. *Infra* 17. *Infra* 24. *Infra* 39. *Infra* 45.

Vox Teſtamēti (Berith Hebræis variè denominatur.

In Lexico Hebræo Complutenſi inuenies varias vocis ברית Berith etymologias. Vel enim deducitur à ברת, quod eſt ſecare, ſcindere, occidere, comedere, & eligere: eo quòd vel ſit voluntas, ſiue electio teſtatoris, vt Lactantius ex Paulo probat; ſiue quòd ſanguis Domini ſit pignus electionis noſtræ. *Si enim proprio Filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Siue quòd Teſtamenti Dei ſanguis teſtis eſt, vt docet Ambroſius in caput 11. prioris ad Corinthios ſuper id, *Mortem Domini annunciabitis donec veniat.* Et libro de Cain, & Abel: *Teſtamentum*, inquit, *dicitur, quoniam ſanguine dedicatum eſt. Vetus in typo. Nouum in veritate.* Et declarat vocē Hebræam Berith, non Latinam, vt Teſtamentum. At Rabbi Dauid Kimhi deducit ex ſignificatu ſuccidendi, vel occidendi: idcircò ſolet cū verbo feriendi, vel percutiendi coniungi. Vnde Hieremias 31. dicitur: *Percutiam Berith*: pro quo Tertullianus libro aduerſus Marcionem, & Iuſtinus in Tryphonem legunt, *diſponam*; & Poëta Latinus ait:

Lact. lib 4 *c.* *c.* 20. *circa fin.* *Rom.* 8.

Ambroſ. tom. 5. *ſub fin.* 1. *Cor.* 11. *Idem lib. de Cain & Abel c* 7 *in fin. to. eod. ſub init.*

Rab. Dauid Kimhi.

Tertul. lib. 4 *a luer. Marc. propè init.* *Iuſtin mart. tom* 2.

Stabant, & cæſa iungebant fœdera porca.

Virgil. lib. 8. *Aen circa fin.*

Significat & illud verbum comedere; quia agnus occiſus, eſt ſuauiſsimus animorū paſtus. Quidam deriuant à Barar, quod eſt purificauit, ſiue mundauit: quia ſanguis Chriſti mundat ab omni peccati ſorde, & macula animos noſtros. Quare inſolentiſsimum ac ſuperbiæ, & arrogātiæ plenum eſt, quod Beza ad Romanos 11. Hebræorum 8. & ad Galatas 4. docet, Paulum ignorata propria vocis Hebrææ ſignificatione, alluſiſſe ad vocem Gręcam Teſtamenti, non tamen conuenire voci Hebrææ, aut veræ interpretationi eius.

Nomen Berith, ſiue comedere, ſiue mūdare ſignificet, apte ſimè Chriſto conuenire. Cōtra Theodorū Bezam

Quòd ſi rectè hæc expendas, prudens lector, intelliges primò, cur vtraque Scriptura Teſtamentum dicatur: nimirū quòd bona in vtroq; Teſtamento promiſſa, non ſine ſanguine, & morte ad hæredes perueniant. Deinde, vt gratioſa Dei voluntas eo verbo indicaretur, qui nobis non quaſi ſeruis, ſed tanquam filijs chariſsimis bona ſua legare diſpoſuit: atque ea ratione in amorem tanti teſtatoris quaſi parētis accenderemur, dum nos in eo ſcriptos hæredes regni cœleſtis gratuita ſua magnificentia cerneremus. Nam etſi Iudæi nobis comparati, ſeruorum rationem induant, & ſpiritum ſeruitutis iterum in timore accepiſſe ab Apoſtolo dicātur; atqui ſi cum reliquis Gentibus conferantur, locum aliquem, & gradum filiorum obtinuiſſe, meritò dici poſſunt. Hinc illa Dei ad eos benigna vox; *Filium meum primogenitum Iſrael.* Et rurſus Moſes in Cantico: *Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* At vt tota Moyſis lex vmbra quędam erat Euangelicæ legis; ita filiorum appellatio illis indulta, vmbratilis erat & typica, & noſtrā hanc perfectam repræſentabat.

Duplex ratio adfertur, cur Vetus lex, & Noua ſit dicta Teſtam.

Quanto melior Chriſtianorū illa Iudæorum conditio, horum rurſus quàm illa Gentiū.

Rom 8. *Exod.* 4. *Deut.* 32. *Hebr.* 10.

Tertiò & illud cogita, quòd vt in Teſtamentis hominum voluntate cōditis leues, factuque faciles ſolent apponi hæredibus conditiones, quibus impletis hæreditatem adeant: ita ſanè ea quæ Deus à nobis exigit, vt hæredes tanti regni conſtituamur, non ſunt aut impoſsibilia (vt Hæretici blaſphemant) aut valde dura, cùm dilectus diſcipulus apertis verbis, & audenter dicat: *Mandata eius grauia non ſunt*: & Chriſtus Dominus:

Non modò impoſſibilia, verùm etiam leuia, & facilia diuina eſſe mandata duplicitet.

1. *Ioan.* 5.

Matt. 11. nus: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*. Nam ad ea opera quæ nobis præſtanda ſunt, gratiam nobis clementer infundit, & ſpiritũ ſuum largitur, qui facit vt in pręceptis eius ambulemus, & iudicia eius cuſtodiamus, & operemur: vt Propheta quidam dixit. *Ezech. 36.* Quamquam leuia ſunt omnia quę pręſtamus, alia ratione, ſi ad æterni pręmij magnitudinem, quæ omnes rectè operantes, & in patientia animam ſuam poſsidentes manet, mentis oculos attollamus: *Luc. 21.* *Non ſunt*, inquit Apoſtolus, *condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis*. *Rom. 8.*

Quartò & illud annotandum eſt, Eraſmum, & Caietanum in errorem intolerabilem planè fuiſſe prolapſos, quòd vim vocum Teſtamenti, & Pacti nõ apprehendentes, nec à Spiritu ſancto diſcere volentes, damnârunt Epiſtolam ad Hebræos, quòd eius autor imperitè voce Teſtamenti abutatur pro pacto.

Impiè ac temerè ab Eraſmo, & Caietano epiſt. ad Hebr. ob vſum Teſtamenti pro pacto fuiſſe reiectam.

Hebr. 9. Si enim non tam Grammaticam vocabulorum rationem, quàm ſacram Scripturam ſcrutati fuiſſent, facilè poterant hoc ſcrupulo liberari. Nam ſi ob eiuſmodi vocis abuſum reprobanda eſſet epiſtola ad Hebræos; pari ratione & epiſtola ad Romanos, vbi bis Teſtamentum pro pacto vſurpatur; *Rom. 9. & Infra 11.* & epiſtola ad Galatas, quę de duobus teſtamentis philoſophatur, damnari potuiſſet. *Gal. 4.* Zacharias quoq; Ioannis Baptiſtæ pater, dum inquit, Deum recordatum teſtamenti ſui ſancti; *Luc. 1.* atque Stephanus, quòd in Actibus Apoſtolicis pactũ circuncіſionis, dixerit teſtamentum circuncіſionis: *Act. 7.* & denique Christo obijci poſſet, quoniam ſanguinis calicem dixerit Noui Teſtamenti, & non noui pacti; *Matth. 26.* cùm tamen ad ſanguinem, quo formatum eſt Vetus pactum, alluderet.

Quintò & id non eſt diſsimulandum, nonnullos ex his, qui in Teſtamento Dei hæredes inſtituti ſunt, ſua culpa poſſe ab hęreditate excidere; neque propterea aut Dei volũtatem fruſtrari, aut ab humano, quod validum & firmum eſt, Teſtamento ſuperari diuinum ſentiemus.

Hæreditatẽ regni cęleſtis à Deo promiſſam, abſque bonorũ operum meritis non haberi.

Nam cùm voluntas Dei abſoluta non ſit, ſed ex conditione per hominem implenda pendeat: neque Teſtamentum ſimplex legatio bonorum ſit, ſed coniuncta mandatorum Dei obedientiæ, & malorum inflictorum patienti tolerantiæ; *Exo. 20. et ſe. Matth. 19.* non mirum eſt, ſi obedientia ex parte noſtra non impleta, neque patientia ad malorum tolerantiam adhibita, hæredes à bonis arceantur legatis. Plerumque namque leges ciuiles contumacem, & ingratum filium à Teſtamento excludunt: hæredem verò inſtitutum, qui in teſtatoris mortem machinatus eſt, ab omni ſpe adeũdæ hęreditatis meritò cadere volunt.

Qui filij humanis legib[us] [...]ur hæreditate.

Quãobrem mirum eſſe non debet, ſi filij regni, rebelles tamen, & ingrati, & contumaces inuenti eijciantur io tenebras exteriores. *Matth. 8.* Qui peccato item ſuo Deum, quod ad ſe attinet, occidunt; digni profectò redduntur; qui à cœleſti hæreditate excludantur.

Quòd ſi fortè quæras, vbinam hæc noſtræ obedientiæ, & patientię cõditio ad hęreditatem obtinendam exigatur? Reſpondeo: expreſsit Chriſtus, quando apud Matthæum dixit: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*, & quæ ſequuntur.

Eiuſmodi hęreditatem vnde conſtet ſine meritis haberi non poſſe. Matth. 25.

Vbi Græcè ſignificantiùs dicitur, κληρονομήσατε, quod eſt, *hæreditate poſſidete*. Vbi vides hæreditatẽ cum operum exactione coniunctã. Præterea Apoſtol. ad Rom. ſcripſit: *Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei; cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & glorificemur*. *Rom. 8.* quibus verbis clarè oſtenditur, hæreditatem coniungi cum patientia noſtra quam includit. Ruſus ad Coloſ. ſeruos adhortans, vt libera ſuis dominis impendant obſequia, ait: *Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis*. *Coloſ. 3.* Perſpicis hoc loco rurſum hæreditatem cum mercede cõiungi? quod etiam expreſsius declaratur gręco verb. ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας, quod eſt, accipietis remunerationem, ſeu iuſtam mercedem retributioois, quę in hæreditate poſſidenda ſita eſt.

Sextò aduerte, quòd quia teſtamentum ſcriptum, & in eo legata hæreditas nonniſi ad filios, & ad eos qui hęredes inſtituti ſunt ſpectat: hæretici verò, & ſchiſmatici qui ab eccleſia Catholica proprio ſe iudicio ſegregarunt, neque filij, neque hæredes eſſe poſſunt, cùm ſures ſint, & latrones: ideò iure ad congreſſus Scripturarum cum Catholicis habendos admitti non debent.

Scripturã vtriuſq; Teſtamentum ad Hęreticos, & ſchiſmaticos minimè pertinere.

Quinimo, cùm de illis, vel illarum intelligentia diſputant cum Catholicis, alienam ſiluam præcidunt, & falcem mittunt in meſſem alienam: vt acutè Tertul. lib. de Pręſcriptionibus hæreticorum annotauit. *Tertull.*

Poſtremò etiam illud ex Lactantio conſiderandum eſt, tam diu clauſum, & obſignatum eſſe teſtamentum, quãdiu qui teſtatus eſt, viuit: morte verò interueniente cõfirmatur; ita vt voluntas quam Iuriſperiti deambulatoriam vocãt vſque ad mortem, omninò euaneſcat, & tempus reſerandi, legendiqúe Teſtamenti aduenіat: Ad hunc modum obſcura erãt verba Prophetarum ante Chriſti mortem, & quaſi ſigillo obſig-

Hoc Teſtamentum quã diu clauſum, fuerit obſignatumque: idem quãdo recluſum, ac reſignatum. Lact. lib. 4. c. 20. prope init.

Pſalm.17. Quid ſignificet: Tenebroſa aqua in nubibus aëris.

nata, & vt Propheta ait, Tenebroſa aqua in nubibus aëris; id eſt, obſcura oracula, & vaticinia Prophetarum, qui vt nubes quædam cœleſtes aquis ſuis ſalutaribus terrena hominum corda irrigant, & fœcundant. Chriſti tamen morte intercedente omnia ſunt aperta & reſerata. Nam & velum templi ſciſſum eſt, vt paterent arcana Veteris teſtamenti; vt Chriſtus ab inferis excitatus aperuit Apoſtolis ſenſum, vt intelligerent Scripturas: *Dignus quoque inuentus eſt Agnus qui aperiret librum, & ſolueret ſeptem ſignacula eius*, Verba Lactantij ſunt hæc: *Idcircò Moſes, & ijdem ipſi Prophetæ legem quæ Iudæis data erat, Teſtamentum vocant: quia niſi teſtator mortuus fuerit, nec confirmari Teſtamentum poteſt, nec ſciri quid in eo ſcriptum ſit, quia clauſum & obſignatum eſt*. Sic ille.

Matth.27. Velum templi cur ſciſſum.

Luc.24. *Apocal.5.*

Longè aliter Nouũ quàm Vetus Teſtamentũ, nempè perfectius explicatum, apertumque fuiſſe.

Exod.24. *Hebr.9.*

Quod ſi vrgeas, vetus Teſtamentum, etiam, poſt cædem animalium, quorum ſanguine ſancitum eſt, obſignatum, & perobſcurum fuiſſe, neque reuelata quæ in eo cõtinebantur myſteria: dicendum, Deum olim in veteri Teſtamento firmando, non fuiſſe verè mortuum; quamuis dici poſsit aliqua ratione, nempe per repræſentationẽ & figuram in illo brutorum ſanguine effuſo mortuum: atq; ita illud reſeratum, apertumq; Teſtamentum, niſi in typo, & figura, quæ omnem obſcuritatem nequaquam abijcit, dici non poteſt. Quando verò venit plenitudo temporis, proque noſtro confirmãdo Teſtamento verè Deus mortuus eſt, tunc etiam myſteria omnia vtriuſque Teſtamenti; & oracula Prophetarum verè patefacta ſunt, & ingente luce Chriſti reſerata, atque illuſtrata. Et de his hactenus.

Galat.4.

PROLEGOMENON XXII.

Cur illa Scriptura, Vetus; hæc, Nouum teſtamentum appelletur.

Prima ratio. Lex Moyſi, cur vetus Teſtamentum dicatur.

Oſeæ 6.

SEquitur vt quid ſit Vetus, & quid nouũ Teſtamentum, aperiamus. Vetus in primis dicitur, quòd in eo primum Dei fœdus cum Adam, & filijs eius percuſſum, quodque omnibus Chriſtum per fidem, ac baptiſmum ingredientibus iam dudum inueterauit, & ceſſauit, continetur. Vetus etiam pactum cum Moyſe legiſlatore, & eius populo initum, ſanguineque hircorum, & vitulorum, atque alijs ritibus, & cæremonijs celebratum: quod etiam per Chriſtum Dominum noſtrum abrogatum eſt, ſcripto complectitur. Adhæc quod noui Teſtamenti, & Chriſti ad ſalutem mundi venturi promiſsionem, nõ ſolùm apertis Prophetarum vaticinijs, ſed etiam ſub vmbris, & figuris delineat, atque repræſentat. Quare Apoſtolus ad Corinthios ſcribit: *Hæc autem omnia in figura contingebant illis*. ac rurſus ad Hebræus: *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum*: at hæc omnia, veniente luce veritatis, de medio ſublata ſunt. Promiſsio etenim, vbi quod promiſſum eſt, exhibetur, ſuaptè natura diſſoluitur: ſicut vmbra luce fugatur, figuræ, veritate præſente, euacuantur. Poſtremò, Vetus dicitur, quod de homine miſero, & in vetuſtatem peccati ſua culpa prolapſo pertractet: hanc porrò peccati vetuſtatem Teſtamentum illud, neque tollere, neq; nouitatem ſpiritus conferre poterat. *Impoſsibile enim erat ſanguine taurorum, & hircorum, auferri peccata*. Quamquam non omninò inutilis erat illa lex: nam teſte Paulo; *Per Legem cognitio peccati, non autem illius abolitio veniebat*. Per legem etiam certa ſpes medici venturi, & medicinæ ſalutaris ſuo tempore exhibendæ conferebatur: nihil tamen horum durante illo exhibitum eſt.

Secunda.

Exod.24. *Hebr.9.* Tertia.

1.Cor 10. *Hebr.10.*

Quarta, & vltima.

Hebr.9. Vetus Nouæ Legi duplicẽ præſtitit commoditatem, & vſum.

Rom.3.

Veruntamen ne quicquam diſsimulare videar, Patres omnes, qui ante Legem, ſiue in Lege Moyſi floruerunt, ſi ad vnum Chriſtum venturum in ſpiritu ſpectabant, illumque fide apprehendebant, virtutumq; officijs illum exprimere pro virili conabãtur, illi proculdubio, vtpotè iuſti, ac per Chriſti merita iuſtificati, Spirituq; Chriſti renouati, ac Deo reconciliati; nequàquam ad Vetus, ſed ad nouũ Teſtamentum pertinuiſſe dicendi ſunt. Quemadmodum etiam qui neglecto Chriſto temporalia tantùm, & corporea quærunt in Lege noua, & Spiritu ſeruitutis io timore magis ducuntur, quàm Spiritu adoptionis, illi proculdubio non ad Nouum, ſed ad Vetus pertinent Teſtamentum. Ita vt tempore Legis currente multi eſſent in ſpiritu Chriſtiani, tempore verò Euangelij nonnulli verè Iudæi deprehendantur. Ratio ergo Veteris, ac Noui Teſtamenti, non tam à tempore, quàm ab hominum ſtatu & conditione venanda, & conſtituenda eſt.

Veteres iuſti quinam ad Nouum, qui contra Chriſtiani ad Vetus Teſtamẽtum pertineant.

Rom.8.

Hanc autem præclaram doctrinam pluries nos docuit doctiſsimus Pater Auguſtinus, ſed præſertim libro tertio contra duas Epiſtolas Pelagianorum, ca.4. vbi in hunc modum ſcribit: *Hi ad Vetus pertinent Teſtamentum, quod in ſeruitutem generat, quia facit eos carnalis timor, & cupiditas ſeruos, non Euangelica fides, Spes, & Charitas liberos. Sub gratia verò poſiti, quos viuificat Spiritus, & Fide iſta faciunt, quæ per dilectionem operatur in ſpe bonorum, non carnalium, ſed ſpiritualium; nõ terrenorum, ſed cœleſtium; non temporalium, ſed æternorum; præcipuè credentes in Mediatorem, per quem ſibi nõ dubitant, & Spiri-*

Illam vtriuſque Teſtamẽti hominum differentiam ſæpè deſcribit Auguſt.

B.Aug.tom. 7.paulo poſt med.

Galat.4. *2.Cor.5.* *Galat.5.*

Supra 4.

Qua fide vixerint Teſtamenti Veteris ſancti.

Habac. 2.

Rom. 1. & alib.

Matth. 11.

rum gratia ſubminiſtrars, vt benè iſta faciant, & ignoſci poſſe cùm peccant: hi pertinent ad Teſtamentum nouum filij promiſsionis, & regenerati à Deo Patre, & libera matre. Huius generis fuerunt antiqui omnes iuſti, & ipſe Moyſes Teſtamenti miniſter Veteris, hæres Noui: quia ex fide qua nos viuimus, vna eademq́; vixerunt, Incarnationem, Paſsionem, Reſurrectionemq́; Chriſti credentes futuram, quam nos credimus factam; vſque ad ipſum Ioannem Baptiſtam, tanquam præterita diſpenſationum limitem quendam. Hactenus ille, & doctiſsimè, & elegantiſsimè.

Scriptura noua cur Nouũ Teſtamentũ dicatur.

Gen. 17.

Exod. 24.

Per oppoſitum autem, Nouum Teſtamentum dicitur, quod Chriſti nouum cum hominibus pactũ in eius ſanguine, ac morte factum, ratumq́ue continet; vtraque illa Abrahæ, & Moyſis fœdera, tãquam ſuperflua iam & inueterata, prorſus de medio ſuſtulit; promiſsionesq́; omnes in vno Chriſto ad omniũ ſalutem oblato cõplectitur; noua præcepta dat; nnuum Sacerdotium cũ ſacrificio nouo exhibet; renouat etiam per Spiritum ſanctum corda hominũ hoc Teſtamẽtum profitentium omni criminis vetuſtate eliminata, gratia ſpiritus nouitate collata. Nouum denique vocatur, quòd ſemper duraturum ſit, nec illi aliud, vt Veteri Nouum, ſuccedet: quare & nouum Teſtamentum à Chriſto in cœna vocatũ eſt, & à Paulo Hebr. vlt. vocatur æteroum Teſtamentum.

Cur æternũ idem appelletur.

Matth. 26.

Filij noui Teſtamẽ. quot, & quantis per Chriſtũ beneficijs perfruantur.

Addo præterea omnes filios noui Teſtamenti admirabilem habere nouitatem, iocunditatemq́; ſpiritus, dum quotidie noua omnia Chriſti myſteria intellectu apprehẽdunt, nouumq́; guſtum, & conſulationem infundi ſibi à Chriſto in voluntatem ſentiunt, atq; ad ooua certamina pro fide Chriſti tuenda, nouosq́; labores ſuſtinendos animari ſe, & confirmari intelligunt. Quibus rationibus perſpicuum euadit, meritò Teſtamentum Chriſti nouum dici; ac proinde ſacroſanctum, inuiolabile, atque omni acceptione dignum exiſtere.

Sed, vt hæc quę dicta ſunt, maiori lumine veritatis illuſtrentur, non grauabor alterum cum altern teſtamento inter ſe inuicem cõferre; Deinde vtrumq; cum profanis alijs vel magnis ſcriptoribus, qui humano ſpiritu cogitationes ſuas literis commẽdârunt, componere: vt ex hac bina collatione dignitatem noui Teſtamenti præ Veteri, & vtriuſque excellentiam, & præſtantiam inter alia hominũ ſcripta explicatiùs cognoſcere pnſsimus.

Comparatur nouum Teſtamen. cum Veteri.

Vt igitur à prima cnmparatione exordiamur, in multis antecellere videtur nnuũ veteri: nec in hac aſſertione quicquam falſi aut abſurdi pronuntiabimus. Quemadmodum enim cœlum, & terra à Deo ſunt, dignius tamen, & præſtantius cœlum quàm terra; Angelus etiam & homo à Deo proceſſerunt, dignior tamen, & pulchior natura Angelica, quàm Humana: ita ſanè vtrumque Teſtamentum à Deo eſſe profectum aſſerimus, ſed pluribus tamen, & maioribus ornamentis Nouum prę Veteri eſt dnnatum. Principiò quidem etſi in autore ipſo, quem mediatum vocant, non differant, ſed paris ſint dignitatis, & autoritatis, nam vnus & idem ſpiritus ſanctus olim per Prophetas, & in Nouo Teſtamento per Apoſtolos eſt locutus: tamen in autore immediato, & proximo, ſeu in miniſtro, per quem Spiritus ſanctus loquitur, longè pręſtat Nouum Veteri. Ibi enim per Moyſen, & per Prophetas legẽ tulit, atq; explicauit; hic verò locutus eſt nobis in Filio, qui & Moyſen, & Angelos dignitate longè antecedit. Apoſtoli etiã miniſtri Euangelij, primitias Spiritus habentes, ſanctitate, & gratia ſuperant Prophetas: vnde Paulus non ſemel primum locum tribuit Apoſtolis, ſecundum Prophetis.

I. Diſcrimen.

In quo conueniant.

2. Petr. 1.

Hebr. 1.

Ibidem.

Infra 3.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

Epheſ. 4.

II. Diſcrimẽ.

Prętat deinde perfectione Nouum Veteri; quemadmodũ finis his quæ ſunt ad finem, eſt perfectior, & figuræ ſunt propter veritatem: ita vetus ad nouum Teſtamentum, vt ad finem ſuum reſpicit. Quare Paulus rectè dixit: *Finis enim Legis, Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti*: Moyſen verò vocat Pædagogum noſtrum ad Chriſtum: quòd ſuis inſtitutis, & cæremonijs ad Chriſtum duceret populum illum. Deoique omnia illa veteris Teſtamenti inſtitũta atque pręcepta ſunt propter nos, hnc eſt ad correptionem noſtram, *in quos, fines ſeculorum deuenerunt*, vt idem Apoſtolus inquit; ac proinde nouum Teſtamentum à nobis, vt perfectiorem legem profitentibus, exigit ampliorem Fidem, ardentiorem Spem, excellentiorem Charitatem, pleniorem pręceptorum obſeruantiam: continet excellentiora mandata, nobiliora promiſſa, ſanctinra, & efficaciora Sacramenta, illuſtriora tum Chriſti, tum Apoſtolorum exempla, maiora denique præmia, *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.*

Rom. 10.

Gal. 3.

Cur Moyſes Pædagogus vocetur in Chriſto.

1. Cor. 10.

Qualis vitæ perfectio Chriſtianæ requiratur.

Iſai 64.

1. Cor. 2.

III. Diſcrimẽ.

Ad hęc duratione vincitur Vetus à Noun: nam illud ad tempus; & breui abrogandum erat: hnc verò vt perpetuò duraturũ, æternum Teſtamentum, & æternum Euangelium, & à Chriſto Domino, & à Dilecto diſcip[illegible]lo [illegible].

Matth. 26.

Apoc. 14.

Legitima Iudæis obſeruãda quomodo ſempiterna.

Q[illegible] vero [illegible] apud Moyſen, de qui[illegible] ſacrificiorum

Exod. 28. Supra 12.

ritibus legimus: *Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.* Et, *Celebrabitis eũ diem ſolennem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno:* & ſimilia multa; quaſi eiuſmodi ritus ſemper obſeruandi, & hoſtiæ in perpetuum eſſent Deo offerendæ: ſuum habet ſanum intellectum. Non enim propriè æternitatem temporis illis verbis ſignificare Dominus voluit, ſed tantùm ſeculum ſuum atq; periodum, qua lex Moyſi viuere, atque vigere debebat: in quem ſenſum libro primo Regum, cap. 27. legimus Regem Achis dixiſſe ad Dauidem: *Erit igitur mihi ſeruus ſempiternus:* quibus verbis non æternitas, ſed tantùm tota vita ſignificatur Dauidis. Ita quis relegatus in perpetuum, vel in exilium miſſus ſempiternum, communi phraſi dicitur is, qui ad vitam eſt in exilium, vel in inſulam condemnatus.

Hic ſenſus duplici illuſtratur exemplo.

1. Reg. 27.

Cur etiã ſempiterna Moſis legitima.

Quanquam alia quidem ratione æterna dici poſſunt illa omnia Moyſi legitima, nõ quidem in ſeipſis, quia iam obolita ſunt, & vim obligandi amiſerunt, ſed in rebus ipſis veris & figuratis quas adumbrabant, ac repræſentabant. Sic enim agni immolatio permanet apud nos in vero illo Agno qui tollit peccatum mundi, & qui in Eccleſia perpetuò immolatur: Manna verò typicum in pane illo cœleſti, qui vitam præſtat mundo, & quem, dum peregrinamur, manducamus, in myſterio ſacroſanctę Euchariſtiæ permanſit.

Exo. 12. & ſe. Ioan. 1.

Exod. 16. Ioan. 6.

IV. Diſcrim.

Quartò, amplitudine & vniuerſitate populi ſuperat legem Veterem Nouum Teſtamentum. Illa enim lex vni tantùm populo ex Iacob ſemine deſcendenti data eſt, neq; ad illam aliæ rationes cogebantur: Nouum verò Teſtamentũ ęquè ad omnes omnium hominũ nationes pertinet, dicente Chriſto ad Apoſtolos: *Prædicate Euangeliũ omni creaturæ;* &, *Euntes docete omnes gentes, &c.* Vimque habet omnes homines, quibus promulgatum eſt, obligandi. Hinc Chriſtus ſubiunxit: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.*

Marc. 16. Matth. vlt.

Marc. vlt.

V. Diſcrimẽ.

Quinto loco, perſpicuitate, & claritate longe Veteri antecedit Nouum, quantũ viui & perfecti colores excedunt primas lineas. Nã hic omnia apertè & dilucidè traduntur, quæ tamen illic nõniſi ſub inuolucris, vmbris, typis, & ænigmatibus adumbrata, potius inſinuantur, quàm dicuntur. Ideò Moyſes velata facie docebat: & ſanctum Sanctorum velo tegebatur. Omnia item vaſa ad miniſterium tẽpli conſtructa, tecta, velataque erant.

Exod. 34. 2. Cor. 3. Supra 27. & alibi. Nu. 4. & ali.

VI. Diſcrim.

Sextò vincit breuitate, nam quę in veteri Teſtamẽto prolixis ſermonibus, & lõgis cęremoniarum ritibus, ſiue per Moyſen, ſiue per Prophetas tradũtur; in vno Chriſto, eiusq; paucis myſterijs breui explicantur. Et vt apud idiotas, & rerum ignaros, qui vno ſermone non apprehendunt quę dicũtur, pluribus verbis vti conſueuimus vnam & eandem rem exprimentibus: ita Deus benedictus Iudæo populo quaſi puero, & ignaro, longo ſermone atque proceſſu loquebatur: quæ tamen Chriſtus, & Apoſtoli nouo populo, quaſi viro adulto, & maturo, paucis abſoluunt. Habet enim Prouerbium: Sapienti pauca. Quantum ergo Vetus Teſtamentum magnitudine librorum ſuperat Nouum; tantùm perſpicuitate à nouo vincitur, & breuitate. Erat enim vetus Teſtamẽtum occultatio Noui; Nouum verò manifeſtatio Veteris: quemadmodũ pulchrè Auguſtinus lib. de Catechizandis rudibus, cap. 4. docuit.

Qualis prę Chriſtiano ſit populus Iudæorum.

Aug. tom. 4. à med.

VII. Diſcrimen, & vlt.

Poſtremo loco, ſi ad vtilitatem, & fructum ſpectamus, præſtantior eſt lex Noua, quàm Vetus: ſicut nucleus præſtat cortici, corpus vmbræ, triticũ nudum paleis. Nam illa lex non poterat quenquã ad perfectionẽ adducere: elementa illa præterea ſacrificiorum erant egena & infirma, teſte Paulo; & ideò per illa nemo poterat à peccati iugo ſolui, aut Deo reconciliari. Quòd ſi quis in ſtatu exiſtens, vel remiſsionem peccatorũ, vel ſpiritus renouationem aſſequebatur; non à lege, ſed ab Euangelio & Chriſto qui in eo continetur, hauriebant.

Hebr. 7. Galat. 4.

Vnde etiam Veteri Legi, qui habuit, fuerit gratia atque remiſſio peccatorum.

Quæ vt preſsius diſcutiantur, & intelligantur, aduertendum eſt, potiſsimã & maximam differentiam inter illa duo Teſtamenta, in hoc ſitam eſſe, vt doctiſsimè Auguſtinus, acerrimus ſcripturarum indagator, ex Pauli verbis collegit: quod vetus illa lex tametſi decalogum comprehendat, nihil aliud ſit quàm litera mortua, ſcripta in tabulis, ſecluſo omni Spiritus, & gratiæ diuinæ dono, quod eius legiſlator Moyſes præſtare non poterat: Nouum verò Teſtamentum non tantùm ſcripturam, & literã continet (quæ & ipſa in ſe conſiderata mortua eſt, nullamq; vel minimã gratiam præſtare valet) ſed maximè charitatẽ Dei (per quam diffuſam in cordibus noſtris Spiritus ſanctus nobis donatur, quo quaſi Dei digito lex noua fidelium Inſcribitur mentibus) complectitur. Quare potiſsima pars Teſtamenti noui in hac communicatione ſancti Spiritus, per quẽ & credimus, & ſperamus, Deumque, & proximum vti oportet diligere, Deique præcepta implere valemus. Nam hunc Spiritum Chriſtus, legis Nouæ autor, & polliceri, & præſtare potuit. Vnde Ioannes Baptiſta dixit: *Lex per Moyſen*

Præcipuum Legis Veteris, & Nouæ diſcrimen quod.

Aug. inferius citandus.

Exod. 31. 34. 2. Cor. 3.

Rom. 5.

Quæ ſit Noui Teſtamenti pars maxima.

Ioan. 1.

da. &

Quid quod Lex per Moyſen data, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum dicitur facta.

data eſt gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: quibus verbis nó obſcurè indicat, Moyſen dare Legem, & literam mortuam potuiſſe, Chriſtum verò, vtpote Deum, etiam gratiam conferre, & promiſſorum veritatem præſtare valuiſſe. Hanc porrò Veteris, & Nouæ Legis differentiam Auguſt. In lib. de Spiritu & litera, c. 19. & 20. ex verbis Prophetæ Hieremlæ acutè, vt ſolet collegit. Habet enim ſanctus vates: *Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum Nouum: non ſecundùm teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehēdi manum eorum, vt educerem de terra Aegypti; quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus: Quia hoc teſtamentum eſt quod ordinabo domui Iſrael. Poſt illos dies, dicit Dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum ſcribam eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum: & non docebit vnuſquiſque ciuem ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: quia omnes cognoſcent me à minore vſq; ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor vltrà.* Hæc eſt illius loci lectio iuxta Septuaginta interpretes, quã exponens Auguſtinus, ponderat, In nullo alio loco Veteris inſtrumenti factam eſſe commemorationem Noui Teſtamẽti ſub hoc expreſſo nomine, niſi hic tantùm.

Auguſt. to. 3. longè poſt medium.
Hierem. 3.
Hebr. 8.

In eo quod Teſtamentũ Vetus cum nouo Hieremias componit, quid conſiderandum.

Vide etiam quid Veteri Teſtamẽto opponat: non literam literæ; neq; Scripturam Scripturę; ſed Scripturam factam in cordibus per Spiritum ſanctum Scripturæ mortuę, & traditæ In tabulis lapideis. Per huiuſmodi enim Scripturam in cordibus efficimus populus Dei, cognoſcimus Dominum à minore vſque ad maiorem. Hoc Ipſum Apoſtolus in poſteriori ad Corinth. apertè docet, cùm ait: *Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.* Vbi vides literæ opponi ſpiritum, qui quidem literam non excludit, ſed præſtat vt illa quæ in litera præcipiuntur, cuſtodire valeamus. Quare Auguſt. in lib. Expoſitionis Epiſt. ad Galat. rectè ait: *Eadē igitur Scriptura, & idem mandatum cum bonis terrenis inhiantes premit ſeruos, Teſtamentum Vetus: cũ in bona æterna flagrãtes erigit liberos, Teſtamentum Nouum vocatur.* Hactenùs ille.

2. Cor. 3.

B. Auguſt. in cap 6 epiſtol. ad Gal. ſuper id: Alter alterius onera portate, to. 4 prope finem.

Litera occidat, ſpiritus verò viuificet, quare ſecundũ Apoſtolum.

Idem lib de ſpiritu & litte. c. 19. init. tom. 3.

Aduerte inſuper, literæ tribui quòd occidat: quia præceptum ſine Dei gratia impleri non poteſt; ac ob id litera non implentem mandata, morti addicit. Spiritui verò adſcribitur viuificãdi virtus, quòd per Spiritum ſanctum Legem implentes, vitam conſequantur æternam. Ex quo idem Auguſtinus: *Illa enim* (Lex Vetus ſcilicet, inquit) *ſine adiuuante ſpiritu proculdubio eſt litera occidens: cùm verò adeſt viuificans ſpiritus hoc ipſum intus conſcriptum facit diligi, quod foris ſcriptum Lex faciebat timeri.* Sic ille.

Quale inter vtrumq; etiã teſtamẽtum diſcrimen aſſignet Apoſtolus.

Paulus item ad Romanos ca. 8. eandem teſtamentorum differentiam nos edocens, inquit: *Lex enim Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis.* Et in alio loco legem Moyſis appellat miniſtrationẽ mortis, & damnationis; nouam verò, miniſtrationem ſpiritus & vitæ. Idem aſſerit, Legem contuliſſe ſpiritum ſeruitutis in timore; Euangelium verò, ſpiritum adoptionis. Vnde Auguſt. lib. contra Adimantium Manichæum ca. 18. ante medium: *Hæc eſt breuiſſima, & apertiſſima differẽtia duorum Teſtamentorum, timor, & amor: illud ad veterem, hoc ad nouum hominem pertinet: vtrumq; tamen vnius Dei miſericordiſſima diſpenſatione prolatum atq; coniunctum.*

Rom. 8.
2. Cor. 3.
Rom. 8.
Idem tom. 6. multo ante med.

Noui quãto vtilius Teſtamento Veteri.

Galat. 3.
Rom 3.

Ex quibus omnibus latè diſputatis accipimus, Veterem legem tantùm nudam literam; Nouam verò, Spiritus ſancti gratiã, ſimul cum libris Noui Teſtamẽti complecti. Et vt ad rem redeamus, vtilitas Noui Teſtamenti longè præponderat Veteri. Quanquàm non negauerim, Moyſen pædagogum fuiſſe ad Chriſtum, & legem peccati cognitionem attuliſſe, & eius cęremonias obſeruatas, ad vitãdas immũditias per legem contractas vtiles extitiſſe. Vnde illa vox Pauli eſt: *Munera & hoſtiæ offerũtur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodò in cibis, & in potibus, & in varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis.* At huiuſmodi vtilitates perexigui, & parui momenti ſunt, ſi ad Nouum Teſtamentum conferantur, in quo non tantùm gratia Dei promittitur, ſed etiam exhibetur ad remiſſionem omnium peccatorum, ad iuſtitiam, reconciliationemq; coram Deo, ad merita vitæ æternæ comparanda. Atque hæc de prima collatione.

Hebr. 9.

Noui gratia Teſtamenti quã efficax.

Ex his autem non erit difficile intelligere, quodnam horum Teſtamentorum (ſicut in principio propoſitum fuit) altero ſit prius atque antiquius. Cùm enim multipliciter aliquid prius altero dici contingat: nã antiquitate parentes priores ſunt filijs, dignitate verò magiſtratus, etſi ætate iuniores ſenioribus ciuibus, quibus ius adminiſtrãt, priores cenſentur. Ordine autem doctrinæ quæ notiora ſunt, & magis perſpicua, obſcurioribus, & difficilioribus priora ſunt, illaque non aliter ac principia cõcluſiones pręcedunt. Aſſerendum ergo eſt de Nouo Teſtamento, inprimis ordine doctrinæ prius eſſe quàm Vetus, quia notius eſt & apertius. Faciliùs quippe multo eſt à veritate ſemel

Nouum Teſtamentũ Veteri, an contra poſterius ſit.

Nouum Veteri Teſtamẽto ordine doctrinæ præcedere.

perſpecta apprehenſaq; conijcere figuras, & vmbras quibus tegitur, quàm à figuris & vmbris diuinare veritatem. Vnde & Apoſtoli geſta, dictaque Chriſti ad Nouum Teſtamentum ſpectantia prius intellexerunt, quàm illis aperiretur ſenſus, quo Veteris legis intelligerent Scripturas. Apoſtolus quoque Timotheo ſacras commendat literas: *Quæ te poſſunt*, inquit, *inſtruere ad ſalutem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Illo enim præeunte, & lucem Diuinam præbente, apertæ fiunt Sacræ literæ. Quare ipſe Dominus apud Ioannem Iudæos ſic adhortatur: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me: & nō vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Quod idem eſt ac ſi planiùs ita dixiſſet: Vos putatis vitam æternam per obſeruationem Legis, & Prohetarum, plenumq; eorum intellectum habere. ſed id vanè putatis, qui ad me qui ſum finis Legis, & Prophetarum, vita æterna, ſenſuſque aperto ad intelligendas Scripturas, per fidem venire non vultis; cùm tamen ſim & ad iuſtitiam, & ad vitam omni credenti præſtandam paratus. Quaſi dicat: Scriptura ſine me nec intelligi, nec præſtare vitam poteſt.

Luc. vlt.
2. Tim. 3.
Ioan. 5.
Quid illud: Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere &c.
Rom. 10.

Deinde ſi rationē dignitatis habeamus, nemo eſt qui dubitet, prius eſſe Nouū Teſtamentum quàm Vetus, tantumque excellere, quantū Chriſtus ipſe dignitate præſtat Moyſi, quantumque finis his quæ ad finem ducunt, cœlum terræ, vmbræ corpus, veritas figuris, dies nocti præſtare dignoſcitur. Sin verò ſermo ſit de temporis antiquitate, ac principatu, ſi Euāgelium Moyſis legem anteceſſiſſe dixero, nihil equidem falſi me dixiſſe comprobabo. Nā, vt omittam quod Chriſtus antequàm Abraham fieret, iam erat, nimirùm æternus Deus, illud ad rem facere videtur, quod quemadmodum artifex domum amplam ædificaturus, prius fabricandæ menſuram domus, & formam mente concipit; deinde inſtar illius quæ mente concepta eſt, formam ligneam condit, ad quam architectus inferior intuens, fabricat domum ipſam: ad hunc modum ſummus mundi cōditor, & artifex Deus Optimus Maximus, in mēte ſuæ Eccleſiæ domum Chriſti gratia, & meritis erigendam, eiuſq; ſpiritu ornandam, vt ſic dicam, præcogitauit; deinde Moyſi tanquā architecto inferiori præcepit: *Inſpice & fac ſecundùm exemplar quod tibi in monte moſtratum eſt*, atque Eccleſiæ per Chriſtum conſtituendæ veluti formam ligneam, typumque in lege quam tulit, expreſſit. Quis non videat hic præconceptam in mente artificis formam tanquàm primarium exemplar, ligneū prædictæ fabricæ præcedere exemplum?

Ordine dignitatis quoque præcedere.
Quod ſit etiā prius tempore probatur.
Ioan 8.
Idem probatur exemplo.
Exod. 25.
Hebr. 8.

Quòd ſi obijcias: Ligneum exemplū antecedere veram, & perfectam domus conſtructionem, ipſam verò ideam in mente artificis poſitam non præcedere, ſed conſequi; Reſpondebo non tantū in mente Dei, ſed etiam Nouum reipſa Teſtamētum anteceſſiſſe. Nam & ante Moyſen, & ſub lege Moyſi permulti Patriarchæ, & Prophetæ, & viri iuſti floruerunt, qui per fidē in Chriſto, perq; pretioſa ſanguinis ſui merita ſalui facti ſunt; potantes de eius ſpiritu: vt Abel, Noe, Abrahā, & alij, de quibus ad Hebræos Apoſtolus philoſophatur. Quis ergo neget, hos ad Nouum Teſtamentum pertinere? vt Auguſtinus, & Thomas egregiè docent, & ante eos Euſebius lib. 1. Demōſtrationis Euangelicæ c. 6. Aut quis meritò inficiari valeat Nouum prius eſſe Teſtamentum, quàm Vetus? Nam & Noui Teſtamenti promiſſio per quadringentos & triginta annos legem Moyſi præceſſit, ac proinde ab ea antiquari non valuit: vt Apoſtolus ad Gal. eleganter docuit. In hunc ſenſum accipio nonnullas Scripturæ ſententias. Ait enim Paulus. *Ieſus Chriſtus heri & hodie: ipſe & in ſecula.* Ioannes verò Chriſtum, Agnum occiſum ab origine mundi; idemque vocat Euangelium æternum, & Chriſtus Teſtamentum Nouum, & Paulus ſanguinem Teſtamenti æterni appellauit. At æternum quomodo erit, niſi dicamus ad omnes omnium legum homines extendi? Quicunque enim quouis ſeculo, aut ætate, aut ſtatu ſalutem conſecuti ſunt, id totum Chriſto, & Nouo Teſtamento acceptū ferendum eſt. Et idcirco dicitur Chriſtus heri, & hodie, & in ſecula; id eſt operans ſalutem hominū per omnes leges, ætates, & ſecula. Atq; hac eadem ratione pulchrè dicitur Chriſtus innocentiſſimus agnus, occiſus ab origine mundi: quòd nimirùm mortis eius merita, & ſanguinis virtus ad ſalutem hominibus præſtandam ab ipſo mundi initio iam operabantur, & veluti ad ſanctificationem retrò trahebantur. Nam & ille ſic paſſus eſt, vt paſſionem, & mortem atque ſanguinem ſuum non minus pro præteritorum hominum ſalute, quàm præſentium, atque futurorum Patri ſuo obtulerit.

Nouum Veteri quomodo antiquius Teſtamento cùm illud ſit conditum prius?
Iuſtos ante legem latam, & poſt illam quos merita Chriſti ſeruauerunt.
Heb. 11. & ſeq.
Auguſt. lib. 3. contra 31. epiſt. Pelagian. c. 4. & alibi, tom. 7.
S. Thom. 1. 2. q. 106. 1. ad 3. & q. 107. 1. 2. 3. 2. 2. q. 116. 1. 3. 3. part. q. 8. 3. 3.
Quintò antiquior ſecundùm Apoſtolum nouæ legis quàm antiquæ promiſſio.
Gal. 4.
Heb. vlt.
Apoc. 13.
Infrà 14.
Hebr 13.
Quid ſignificet: Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.
Chriſtus cur agnus, vocetur occiſus ab origine mundi.

Ita tamen nouum antiquitate præire Vetus intelligo, vt per Nouum Teſtamentum principalia, ſummaq; eius capita accipiam: vt ſunt, gratia Dei, Fides, Spes, Charitas, Chriſtus, eius ſanguis, atq; ſpiritus: non autem alia, quæ ad Sacramēta, ſeu ad ceremonias ſpectant ſacras: conſtat ſiquidem ha-

Qua ratione Nouum Veteri Teſtamento antiquiùs aſſeratur.
Lex Naturæ, & lex Euangelij antiqui-

ante

ante patres, vt quamque minimè diſiunctæ.

ante Moyſen minimè extitiſſe, cùm nondum eſſent inſtitutæ; erant tamē Chriſtus, atq; eius merita, Fides, & Spiritus. Ita vt doctè, & acutè mihi quidē diſſeruiſſe videantur, qui legem Euangelicā eo quo diximus modo intellectam, coæuam cum lege naturæ, & cum ea ſimul currentem, quaſique ab ea inſeparabilem, & indiuulſam conſtituerint; cùm tamē diſtinctæ, & diuerſæ ſint leges. Ex his itaque quæ diſſeruimus, in ſumma colligimus, non tātùm ordine doctrinæ, aut dignitatis, ſed etiā tēporis prius eſſe Nouum Teſtamentum quàm Vetus.

Diuina cum Humana Scriptura cōponitur.

I. Diſcrimen.

Supereſt, vt ad ſecūdo loco propoſitam comparationem accedamus Præſtant ſanè Diuinæ literæ hominum ſcriptis multipliciter. Nam illæ Deum habent primarium autorem, Iſta verò hominem: quid autem interſit inter Deum & Hominem, explicat Diuinum verbum. Ait enim Apoſtolus: *Eſt autem Deus verax; omnis autem homo mendax.* Quòd ſi quis dicat, Scripturas diuinas miniſterio hominum ad nos eſſe perlatas; nō nego: verum, vt ille dixit:

Rom. 3.
Pſalm. 115.
Num. 23.

Homo homini quid præſtat? ſtulto intelligens
Quid intereſt?

Terens. in Eunuch. act. 2. ſce. 2.

Humani Diuinis quantū ſcriptoribus cedant.

Prophetæ, & Apoſtoli ſanctiſsimi viri fuēre: Spiritu ſancto duce, & magiſtro ſcripſērunt, eorum permulti non ſolùm vitæ ſanctitate, atq; miraculis, ſed etiam certa futurorum prędictione, & vaticinijs ſua ſcripta comprobàrunt. Nihil ſimile in cæteris ſcriptoribus, qui homines tantùm fuerunt, humana duntaxat, & naturali rationi conſentanea (ſi quando ſapiunt) & ſentire potuerunt, & ſcribere.

II. Diſcrimē.

Deinde cognitio eorum quæ homines ſcriptis ſuis cōſignârunt, pendet ex lumine naturæ, ad quod omnia quæ docent, ſi rectè, & ſapienter procedunt, referēda ſunt. Concluſiones enim oēs ad ſua prima principia, quæ ratione, aut ſenſu percipiuntur, reſolui debent: at lumen illud rationis cùm exiguum ſit, finitum, limitatum, & in ordine intelligentiarum poſtremum, ſæpè inuenitur defeciſſe, falſaq; multa, & abſurda aſſeruiſſe. Lumen verò, quo libri Sacri traditi, & à nobis apprehendendi ſunt, diuinū eſt, infinitum, cœleſte, fallere, aut falli non valens: quam ob cauſam B. Petrus Scripturam ſacram, prophetiam appellauit, quòd lumine ſuperno conſtet eſſe ab Apoſtolis traditam, & à nobis accipiēdam. Ait enim: *Omnis Prophetia propria interpretatione non fit.* Et ad hanc indicandam differentiam, præ narrata Patris voce, quam in monte audierat de Chriſto, nempè: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite:* ſubdit idem Petrus: *Et habemus firmiorē Propheticum ſermonem, cui benè facitis attēdentes.* Namq; vt alias illius loci interpretationes prudens omittam, Propheticus ſermo dicitur firmior viſione quam habuit, & voce quam audiuit, proptereà quod etſi, quæ oculis conſpiciuntur, & auribus audiuntur, & manibus cōtrectantur, firma ſint & certa, certiora tamen, & multò firmiora ſunt quæ diuinitùs patefacta per Scripturas traduntur, quia altiori lumine accipiuntur. Necdum enim illo tempore illud myſterium Transfigurationis literis ſacris ita erat conſignatum, vt tanta autoritate, & firmitate conſtaret, quanta ea quæ in Scripturis Sacris Veteris Inſtrumenti, tot ſeculorū conſenſu comprobatis conſtabant.

Quanto ſit Diuinum lumen humano præſtantius.

2. Pet. 1.

Sacram Petrus Scripturam, Prophetiam cur nominet.

Matth. 17.

Cur vocetur ab eodem viſione tranſfigurationis, & paternæ vocis auditu firmior ſermo Propheticus.

Tertium diſcrimen.

Vincunt tertio loco Scripturæ nobilitate & præſtantia argumenti: quæ enim ſcientijs atque diſciplinis per homines adinuentis docentur, non niſi de creaturis tractant: de Deo verò aut nihil, aut diminute, aut nō ſine errore mixta tradunt multa. At verò lib. Sacri de Deo in primis agunt, deq; eius bonitate, ſapientia, & alijs permultis perfectionibus, quæ ad beatam illam Diuinitatem ſpectant, homines illuminant: de creaturis verò non quidem per ſe, ſed vel quatenus à Deo vt primo principio, per creationem promanârunt; vel quatenus ab eodem ſtatu ſuo conſeruantur: vel rurſus quatenus in eum, vt in vltimum finem redeunt: quod genus de creaturis diſſerendi nobiliſsimum eſt, & præſtantiſsimum.

Quale argumentū Scripturarum.

Gen. 1. & ſeq.

Quartū diſcrimen.

Quarto loco excedunt in neceſſaria, & firma euentus conſecutione, certiſsimaque cognitione. Nam oracula, & vaticinia in Scripturis contenta, etiam ſi noſtro ſenſui, ac rationi repugnare videantur neceſſariò, & nō aliter euenire oportet. Vnde Dominus dixit: *Non poteſt ſolui ſcriptura,* & alibi: *Amen quippe dico vobis, donec tranſeat Cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Rurſus: *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt,* quod perinde eſt ac ſi apertiùs dixiſſet: Faciliùs eſſet Cœlum, & terram à ſua firmitate deficere, quàm verba mea à ſuo ſenſu, & euentu cadere. At verò quæ homines ventura prædicunt, etiamſi è ſuis principijs maniſeſtè deducant, & neceſſaria nobis videantur, fruſtrari tamen poſſunt, & ſuis euentis plerunq; fruſtrata ſunt. Nam & Sol, & Luna ad vocē Ioſue immobilia ſteterunt, & vmbra Solis in horologio Achaz per decē lineas retroceſsit, & ignis in fornace à Chaldæis ſuccenſa tribus pueris pepercit, & Luna mortis Chriſti tempore ſe Soli oppoſuit, quo Eclipſin illam admirabilem, & inſolitam efficeret: Petri etiam corpus

Ioan. 10.
Matt. 5.
Infrà 24.

Qualis hæc locutio: Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea nō præteribunt.

Humana de rebus naturæ neceſſarijs vaticinia quonam per Deum euentus fefellerunt.

Ioſu. 10.
Iſai. 38.
Dan. 3.

etſi

Matth. 27.
Suprà 14.
Suprà 9.
Luc. 7.
Ioan. 11.

etſi graue, ſuper aquas deambulauit tamen; & mortui reuocati ſunt ad vitam per Chriſtum, nihil obſtãte regula illa phyſica, quæ habet, A priuatione ad habitum non eſſe regreſſum. Atq; ita non ſemper eueniunt, quæ ſcientiæ humanæ dictant eſſe ventura.

Quintum diſcrimen.

Excellunt quinto loco Sacræ literæ in ſenſuum maieſtate, & multitudine. Quæ enim per homines conſcripta ſunt; talia eſſe deprehendimus, vt ſemel illis à nobis intellectis quieſcat animus noſter, nec vlteriùs inquirendo progrediatur. At verò diuinæ literæ ingẽs abyſſus, & puteus altus, & ſine fundo ſunt, & ſemꝑ eſt in illis quod de integro poſſis intelligere, & apprehenſo vno intellectu, alij ſenſus literales interdum occurrunt. Vt vera ſit Danielis ſententia: *Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Adde, Scripturam ſolã hoc priuilegio gaudere, vt præter literæ ſenſum, quem verba vel propriè, vel metaphoricè ſumpta porrigunt multos alios recõditos, & myſticos ſenſus qui ex rebus ipſis per literam ſignificatis, alias res ſanctiores, & maiores repręſentantibus oriuntur, complecti. Et hoc, ſiue allegoriam, ſiue tropologiam, ſiue anagogiam ſpectes, quod exploratum eſt & cõpertum Scripturarũ ſacrarum ſtudioſis.

Diuinarum profunditas Scripturarũ.
Dan. 12.
Earundem fœcunditas.

Sextum diſcrimen, & vltimum.

Poſtremò excedunt libri Diuini omnia omnium hominum ſcripta. Nam quæ per eos elaboratæ ſunt ſcientiæ, & diſciplinæ, ad ſummum, vbi nullus error adſit, intellectum hominis erudire, & perficere poſsũt. At verò Sacra Biblia, & ad intellectum expoliendum, & ſine errore perficiendũm valent plurimum: voluntatem quoque noſtram mirificè oblectant, illamq; ad ſe trahunt, & quodammodò hominem Deum efficiunt. Vnde obiecit Dominus Iudæis: *Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt,* &c. ſiue voce viua, ſiue ſcripto id cõtingat. Proinde factum eſt, vt huiuſmodi ſacra volumina liber vitę dicantur, & Petrus Chriſtum verba vitę æternę habere affirmauit. & ipſe Domin⁹ de ſe teſtatur: *Verba*, inquit, *quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt:* rurſus per Hieremiam cum maieſtate inclamat: *Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram?* Vbi hominum verba etſi polita, omnibusque eloquentiæ ornamentis referta, paleis leuibus, & quæ cibus ſunt iumentorum, conferuntur: quaſi vim tantùm habeãt oblectandi aures, & hominem animalem paſcendi: at verba Dei triticum purum ſunt, quo homo rationis particeps, & ſpiritualis veſcitur: ſunt rurſus ignis, quo frigida hominu corda in Dei dilectionem inflammantur, & in ipſum transformantur. Sunt denique malleus, conterens ſaxea corda hominum, & in peccato obdurata, quo mollia, & carnea per ſpiritum Dei reddantur. De hac vtilitate diuinorum voluminum, Apoſtolus philoſophatur in priori epiſtola ad Timotheum, dicens: *Omnis Scriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Et hactenùs quidem quæ de Inſtrumento, & Teſtamento Nouo, & Veteri dicenda hoc loco videbantur, ſatis ſit dictum. Ad reliqua pergamus.

Sacra Biblia intellectum noſtrum, & voluntatem quomodo perficiant.
Ioan. 10.
Pſal. 81.
Eccl. 24.
Ioan. 6.
Ibidem.
Hier. 23.
Ezech. 36.
Dei verba ſ cur tritico, igni, & malleo comparentur.
2. Tim. 3.
Ad quid vtiles diuinæ ſcripturæ teſte Apoſtolo.

PROLEGOMENON XXIIII.

Quid ſit & nomine, & re Euangelium.

IAm verò quid ſit Euangelium & nomine, & re, differẽdum eſt, εὐαγγέλιον, Gręca vox eſt, & primò, ac propriè, vt ex eius etymologia conſtare poteſt, bonam, optatam, fauſtamque annuntiationem in ſuo ſignificatu complectitur. Vſurpatur tamen interdum, & in ſacris, & profanis ſcriptoribus ad quædam alia ſignificanda, quæ cognationem, & propinquitatem quandam ad illũ primum ſignificatum habent. Nam & in plurali numero pręſertim accipitur pro præmio quod lætum nũtium adferenti dari ſolet. Vnde Homerus in Odyſſea dixit:

Εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω.

Et Cicero ad Atticum: *O ſuaues duas epiſtolas, quibus εὐαγγέλια deberi fateor.* Extenditur etiam dicta vox ad ſignificãdum vota, ſupplicationes, & ſacrificia, quæ pro aliquo læto, & optato nuntio Deo exoluuntur: Vnde apud Iſocratem inuenitur εὐαγγέλια θύειν, quod eſt pro nouo, & lęto nũtio accepto ſacrificiũ offerre. Et Plutarchus in Demoſthene ſcribit Athenieſes audita Philippi morte, εὐαγγέλια ſacrificauiſſe. Idẽ cõtigiſſe videtur voci Hebręę Beſorah בשורה quæ bonum nuntium in primis ſignificat; deinde etiam præmium, quod annuntianti fauſta, & felicia dare ſolemus, eadem voce exprimitur. Nam 2. Regum 18. ſi attentè legas Hebraicam literam, in vtroque ſignificatu accipitur. Primo loco ait, *Non eris boni nuntij baiulus:* altero verò 2. Regum 4. vbi dicitur: *Cui oportebat mercedem dare pro nuntio,* vox Hebræa mercedem boni nuntij vocat Beſorah. Septuaginta verò habẽt ᾧ ἔδει με δοῦναι εὐαγγέλια. Vbi manifeſtè vox Euangelij pro mercede quæ dari aſſolet bona nuntianti, vſurpatur. Quicquid autem ſit de his duabus poſtremis ſignificatio-

Euangelij vocis prima ac propria ſignificatio.
Secunda Scripturis etiam non ignota.
Homer. li. 10. Odyſſ.
Cic. li. 2. epiſt. 12.
Tertia ſignificatio.
Beſorah duo Hebræis ſignificat.
2. Reg. 18.
Suprà 4.

ficationibus, dicendum eſt, vt præmiſimus, propriè pro bono, & iocundo vſurpari nuntio.

Porrò verbum illud Hebræum annuntiandi, vt tradunt eruditi in Hebraicis literis, deſcendit, vel à verbo מבשר id eſt, annũtiauit, ſeu Euangelizauit, ex quo voce oritur nomen legati, Mebaſſer in Hebræo, quod non longè diſtat à verbo vulgari Imbalciator vnde Chriſtus, vt Dei Apoſtolus, ſiue legatus dixit, *Euãgelizare pauperibus miſit me*: vel à nomine בשר id eſt carne: quod Euangelium fortaſſis nihil ſit aliud, quàm quod ait Ioannes: *Verbum caro factum eſt*: ad quem primarium articulum cæteri omnes conſequantur, qui in Euãgelio proponuntur, cuius annuntiationis eſt fructus: *Vt videat omnis caro ſalutare Dei, quod teſte Apoſtolo manifeſtatum eſt in carne.* Eſt etiam Chriſti paſsio & mors: ſacrificium cruentum in Cruce pro mundi ſalute, & ſacrificium incruentum, & quotidianum pro gratiarum actione, & memoria victorię in Cruce partæ: & vtrumque magna pars Euangelij, ſiue ipſum Euangelium. Voluit ergo Dominus voce Euangelij Græca potiùs, quàm Hebræa, vel Syriaca exprimi hiſtoriam aduentus ſui ad nos, & reditus ſui ad Patrem: vt intelligeremus, non ſolùm rem tam nouã noua voce fuiſſe nuncupandam, ſed eius fructum magis Græcis, & Gentibus fuiſſe communicãdum, quàm Hebræis incredulis, & illum reſpuentibus. Qua ratione congregatio fidelium potiùs nomine nouo Eccleſiæ, quàm antiquo Synagogæ nominari voluit: & nomina Sacramentorum præcipuorum, & Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ex Græca hauſimus lingua, nempè Baptiſmi, Chriſmatis, Euchariſtiæ, Papæ, Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, quo acciperemus Deum repudium miſiſſe Iudæorum Synagogæ, & Gentilitatem in ſponſam ſuam aſſumpſiſſe, & linguam eius nobilitaſſe. Quare maiorem partem Canonicæ Scripturæ Noui Teſtamenti linguæ Græcæ idiomate nobis conſignari conſtituit. Denique communius eſſe voluit Græcum nomen Chriſti capitis, quàm Hebræum Meſſiæ: & Petri nomen à Chriſto inditum, quàm Cephæ Syrum.

Ea vox vnde ortũ habeat, teſte Pagnino.

Ioan. 1.

Euangelij fructus quidam.

Iſai. 40. iux. LXX.

Luc. 3.

1. Tim. 3.

Quare Chriſtus ſuæ Incarnationis, & Aſcenſionis myſteria voce Euangelij Græca, quàm Hebraica, vel Syra maluerit ſignificari.

Quas voces Euangelio Græca potiùs quàm Hebræa lingua ſuppeditauerit, & quare.

Ioan. 1.

Quanquàm autem quęlibet res fauſta ac felix, quæ annũtiatur, ſortiri poſsit hoc nomen, & dici Euangelium, vt ex ſacris, & prophanis autoribus oſtendimus: tamen ex vſu, & cõſuetudine factum eſt, teſte B. Auguſtino contra Fauſtum, vt hoc nomen ad teſtamenti Chriſti felicem, fauſtamq; annuntiationem ſignificãdam reſtrictum ſit. Ita vt per antinomaſiam, & excellentiam Euangelium ſimpliciter dicatur: quòd aliæ annuntiationes, etſi felices ac fauſtæ, non tamen ſunt adeò dignę, vt nomen Euangelij habere mereantur. Idem etiam alijs vocibus contigit, quæ ad quædam aptiùs exprimenda ſunt per conſuetudinem limitatæ. Angelus enim ex vi vocis, quemuis ſignificat nuntium, ex vſu tamen Scripturarũ, & Eccleſiæ tantummodò ſpiritus cœleſtis Angelus vocatur. Item Apoſtolorum vox, miſſos, quoſcunque, & quacunque de cauſa, & ad quoſcunque ſuo in conceptu includit; vſus verò,

Cur modo ſimpliciter atque abſolutè Nouum Teſtamentũ Euangelium nominetur.

B. Aug. lib. 2. contra Fauſt. c. 2. 10. 6.

Voces Angeli, & Apoſtoli ad quid aliud ſignificandum ſint diuinitùs inſtitutæ.

> *Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi,*

Horat. in arte.

& iuncta Scripturæ autoritas, ad eos qui tantùm miſſi ſunt à Chriſto gratia Euangelij prædicãdi, reſtringitur. Similia dici poſſunt de vocabulis Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, quas vſus molliuit, & limitauit ad certa perſonarum genera, quæ Eccleſiæ Chriſti miniſtrant, ſignificanda. Hinc vox ipſa Græca cõmunicata fuit linguæ Syriacæ, ſiue Chaldææ, qua Dominus creditur fuiſſe vſus, quẽadmodum pleruṁq; Græcæ aliæ, dicitur enim illa lingua ...אונגל, id eſt, Euangelium.

Luc. 6.

Matth. 12.

Porrò Euangelium primò res ipſas fauſtas & lætas quæ annuntiantur, & corde per Fidem percipiuntur, ſignificat. Vnde Paulus dixit: *Non enim erubeſco Euangelium*, id eſt Chriſtum Euangelio contentum, peccata condonantem, & Iuſtitiam, & vitam æternam largientem. Ex quo ſubdit: *Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti.* Legimus enim apud eundem Paulum Chriſtum eſſe Dei virtutem & Dei ſapientiam. Deinde ſignificat rerum in Euãgelio contentarum prædicationem, & promulgationem, in quo ſenſu dicitur apud Marcum: *Qui perdiderit animam ſuam propter me, & Euangelium* (id eſt, propter munus euangelizandi) *ſaluam faciet eam.* Poſtremò ſignificat ipſam Scripturam Euãgelij annuntiationem continentem: in quo ſenſu dicitur Euangeliũ Matthæi, Marci, Lucę, & Ioannis, & Paulus Lucam commendans, ait: *Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.* Et eſt ſermo de Euangelio ſcripto: nam in munere viua voce Euangelizandi, multi erant fratres cõmendabiles, & laude digni.

Euangelij primus ſignificatus ex tribus.

Rom. 1.

Non erubeſcere Euangelium quid.

1. Cor. 1.

Alter.

Mar. 8.

Tertius.

2. Cor. 2.

Quanquàm autem tota Noui Teſtamenti Scriptura, etiam quæ epiſtolas Pauli, & aliorum Apoſtolorum complectitur, dici poſſet, & interdum dicatur Euangelium, quia tota pertinet ad Chriſtum in cordibus hominum exaltandum, & imprimendum,

Aliter ſcriptis Apoſtolicis, nimirũ epiſtolis aliter quatuor Euangeliſtarum ſcriptis cõuenire nomen Euangelij.

& ad

& ad populum ſanguine eius ſanctificatum, & redemptum inſtruendum: vnde ſcripta ſua omnia, Euangelium vocare non veretur Paulus, vt conſtat ex epiſtola ad Rom. cap.1.& 2.& ex priori ad Corint.ca.5. Principaliter tamen codex Quatuor Euangeliorum, magis propriè Euangelium nominatur, quia hiſtoricè Chriſti vitam, doctrinam, mortem, & reſurrectionem tradit: hæc enim myſteria propriè Euangelij nomen, & titulum abſolutè promerentur. Et hæc de voce dicta ſint ſatis.

Rom.1. Infrà 2. 1.Cor.15.

Re Euangeliũ quid ſit: eiuſdem deſcriptio.

Explicandum eſt, quid rurſus re ipſa ſit Euangelium, & quãtum fuerit rationi conſonum, hanc vocem ad Chriſti annuntiationem coarctari: id autem planum, & apertum fiet ex his quę ſequuntur. Eſt enim Chriſti Euangelium, depulſionis ſummi mali, ſeu infinitæ miſeriæ, adeptionis ſummi, & infiniti boni, ſeu æternæ fœlicitatis annuntiatio: & hæc quidem per ſummum mediatorem Chriſtum Deum & hominẽ facta eſt, per ſummum item reconciliationis, ac mediationis modum, quo nullus maior à creatura ratione prædita excogitari poteſt. Hanc verò reconciliationem ſummus ille, ſapientiſsimus mundi conditor Deus clementer, & gratioſè fecit cum ſuis ſummis hoſtibus, & inimicis capitalibus, id eſt, ingratiſsimis, & ſummo ſupplicio dignis hominibus. Hæc eſt generalis quædam Euangelij deſcriptio, ac delineatio. Verùm quo ſuauiùs delectet, gaudioque ſpirituali perſundat contemplantes, diſtinctè ſingulæ eius particulæ expendendæ, inſtarque mundorum animalium à nobis ruminandæ ſunt.

Humanæ miſeriæ ante Euangelij aduentum deſcriptio.

Conſidera igitur primo loco ſummam illam, & extremam miſeriam, quæ depellenda annuntiatur per Euangelium. Erat homo ante hanc annunciationem in peccato (quæ ſumma eſt miſeria) cõſtitutus: nam in primis ſummam cum Deo totius felicitatis, ac boni fonte inimicitiam pariebat. *Iniquitates enim noſtræ*, vt ait ſanctus ille Propheta, *diuiſerunt inter nos, & Deum noſtrum, illumq́; ad vindictam de illis ſumendam prouocabant.* Quæ autem magis (quæſo) deploranda calamitas, quã agnoſcere, te Principem tuum tibi iratum, atque inſenſum habere? Etiamſi omnia alia bona pro voluntate affluenter ſuppeterent, certè nonniſi infelicem ageres vitam, vbi te ſemper odio haberi à Rege tuo, & à Deo cogitares.

Iſa.59.

Dei in nos odium quantum malum.

Hanc autem inimicitiam, & Iram Dei aduerſus hominem, annuntiatur in primis Chriſtus ſuſtuliſſe. Vnde illa Pauli magnifica vox: *Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis.* Audis à quãto malo & miſeriis per Euangelium liberaris?

2.Cor.5.

Peccati morbus ſoli Deo curabilis, huius est typus

Erat deinde peccatum, ſpiritalis hominis morbus, quantauis ſapiẽtia, aut virtute humana, imò etiam angelica inſanabilis verè ac immedicabilis, vt in typo puellæ adumbratur hæmorrhoiſſæ, quæ omnes facultates ſuas in medicos, ſanitatis obtinendæ gratia erogauerat, quam tamen aſſequi non potuerat. Solus quippe Deus eſt qui peccata remittit: ſolus ille remittere poteſt iniurias, qui ſolus offenſus eſt: at hoc malũ tantùm per Chriſtum Deum iuxta atque hominem ſanari poſſe, vbique declarat Euangelium, in quo Chriſtus ſe vocat medicum, quiq́ue infirmos ad ſe inuitans, ait. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*: & in parabola quadã Samaritanum ſe eſſe expreſsit, oleum & vinum ſuper plagas hominis vulnerati, & ſemiuiui in via relicti infundentem.

Mar.5. Matt.9. Luc.7. Matt.9. Infrà 11. Luc.10.

Chriſtus cur Ieſus dici voluerit.

Rurſus nomen Chriſtus aſſumpſit conueniens, & noſtris morbis depellendis accommodatum. Ieſus enim dicitur, quòd populum ſuum ſaluum facit à peccatis eorum. Prætereà morbos omnes corporeos ſanabat, ita vt quotquot eum tãgerent, ſalui fierent; quo ſe animarum Medicum, & omnium morborum ſpiritalium, in corporeis deſignatorum expulſorem apertè indicaret. Sanat enim febrem carnalis concupiſcentiæ, in febricitante ſocru Petri deſignatam, lepram hæreſis cõtagioſam, in leproſo deſcendẽte de monte adumbratam, ſpiritalem acediæ paralyſin, in ſeruo paralytico Centurionis ad ſanitatem reſtituto; ſterilitatem benè operandi in eo, cuius manum aridam ſanauit; tumorem ſuperbiæ, in hydropico; inſatiabilem auaritiæ ſitim, in cæco mendicante ſecùs viam; importunam dæmonis vexationem, & oppreſsionem, in filia Chananææ à ſpiritu maligno liberata; cæcitatem, diuinorumq́ue ignorantiam, in cæco nato, cui viſum reſtituit; ſurditatem in audiendo verbo Dei, & mutitatem diuinæ laudis, in ſurdo illo, & muto, cuius linguam Dominus ſputo liniuit, & in cuius auriculas digitos ſuos miſit: occultum mentis peccatum, & per infirmitatem animam occidens, in filia Iairi archiſynagogi domi à morte ſuſcitata; peccati publici morbum ſpiritualem, ac per ignorãtiam contractum in filio viduæ ad portam ciuitatis Naim, à morte ad vitam reuocato: flagitij diuturni fœtorem, & mortem peccandi conſuetudine contractam, in Lazaro fœtenti, & quatriduano, tanta eorum qui aderant admiratione ad priorem vitam reuocato,

Suprà 2. Matt.1. Mar.6.

Quas ſanet Chriſtus noſtras infirmitates.

Matt.8. Ibidem. Ibidem. Infrà 12. Luc.14. Mar.10. Matt.15. Ioan.9. Mar.7. Matt.9. Luc.7. Ioan.11.

uocato, delineatam, atq; repræſentatam.

Quantū hoc ſit Chriſti beneficium noſtrarum curationis animarum.

Si ergo qui ad mortem ægrotant, omniq; ſpe vitæ deſtituti, & à Medico deplorati ſunt, nullas non agunt gratias illi, qui vitá expugnato morbo conſeruat: quantas nos, & quàm immortales gratias, & agere, & referre Chriſto medico, ac Saluatori noſtro debemus, qui non tantùm à futura, & imminenti, ſed etiā ab immiſſa, & iam contracta peccati morte, & interitu verbo omnipotenti liberat ſuo?

Aliæ peccati calamitates, & miſeriæ percẽſentur. *Gen. 3.* *Suprà 2.* *Ioan. 8.* *Ioan. 8.* *2. Pet. 2.* *Rom. 7.*

Ad hæc alias cõtinet, & magni momenti miſerias peccatum. Vt enim Adam nimis vxori ſuæ indulgendo, & de fructu vetito guſtando, factus eſt in primis peccati ſeruus, deinde etiam Serpentis captiuitatem incurrit: *Qui enim facit pecaatum, ſeruus eſt peccati*: &, *A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt*: denique Spiritus in ſeruitutem incidit carnis, & illi per omnia placere ſtudet: nam vt dixit Apoſtolus, *Video aliā legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Quis eſt tam cæcus qui non videat Infeliciſsimum eſſe, tot captiuitates, & genera ſeruitutis incurrere?

Quid ſeruū eſſe peccati.

Quid enim eſt peccati ſeruum fieri, quam rei fœdiſsimę, & abominādæ reddi obnoxium? Nam peccatum quod pœnitẽtia præſentanea non diluitur, mox ſuo pōdere ad aliud trahit. Quid item infelicius, quàm dæmoni, viliſſimæ ac crudeliſſimæ belluæ ſeruire? Quid item magis contra rationem, quàm Spiritum carni ſeruire? quod eſt dominum ſeruum effici, ſeruum verò dominum reddi.

Tertium miſeriarum genus à peccato proueniēs.

Adde Iſtis reatum ad æternos cruciatus, & gehēnæ ſupplicia in futura vita, in præſenti verò longam miſeriarum quaſi catenam, quam infelix peccator cogitur trahere. Obnoxius eſt enim ignorantiæ, & obliuioni diuinorum, tarditati ac imprudẽtiæ in agendis rebus eſt ſubiectus, propenſionem, ac pronitatem ſentit ad malum, denique innumeris morbis, ægritudinibus, perturbationibus, morti deniq; tot modis inſidianti remanſit addictus.

Adæ nondū peccatoris felicitas. *Exod. 10.*

Quarum pœnarum cumulum augebat tū præterita ſtatus innocentiæ felicitas, in quo & amicus Dei, & Angelorum conſeruus, immortalis, & dominus vniuerſorum mundi bonorum inueniebatur, atque fœliciſsimum æuum degebat: tum etiam mundi caligo, ac veluti palpabiles Aegypti tenebræ, quibus obrutus mala tanta, in quibus verſabatur, non agnoſcebat. Vt vndique Inueniatur homo omnium creaturarum infeliciſſimus.

[Pr]ima Euāgelij conditio.

Veruntamen Euangelium Fide apprehenſum, liberationem à culpa per gratiam ſanantem, & coram Deo iuſtificantem offert: redemptionem à dæmonis ſeruitute ſæpè decantat: *Nunc*, inquit, *Princeps huius mundi eijcietur foras.* Nec ob aliam cauſam ab obſeſſorum corporibus ſpiritus immundos eijciebat, niſi vt oſtenderet ſe illos de hominum cordibus vel inuitos expellere.

Ioan. 12. *Dæmonis cur Chriſtus de corporib⁹ pelleret humanis.* *Tit. 3.*

Libertatem porrò ſpiritus noſtri ad carnē illi ſubiugandam per Spiritum ſanctum, quem effudit in nos abundè, operatur: reatum verò æternæ pœnæ liberaliter donat: pœnas porrò præſentis vitæ, & dono patientiæ, & Chriſti, & Apoſtolorum exemplo ita mitigat, vt ad exercitium noſtrum, & ad meritum æternæ vitæ comparādum, & ad ſalutare fortitudinis exemplum alijs exhibendum, & ad carnem debilitandam, ſpiritum verò roborandum, atqne confirmandum gratuitò conuertat. Quis hic non videat abyſſum immenſam miſeriarū noſtrarum, abyſſum diuinarum miſericordiarum inuocantem? Atque hæc de depulſione ſummi mali ſint dicta.

Pſal. 41.

Secunda conditio magnitudinem, ac multitudinē exprimens beneficiorū Chriſti.

Deinde ad Euangelij laudem, & commendationem accedit eorum acceptio bonorum, ad quæ promouet Euangeliū. Nec enim à tantis miſerijs hominem eripere ſatis fuit Chriſto, niſi etiam ad ſumma, & inenarrabilia bona nos proueheret, quæ nec nos aut longè odorari, & cognoſcere, aut cognita deſiderare, & petere, minus etiam oratione illa bona explicare facilè poſſemus. Quis enim tantum dicendo, aut ſcribendo conſequi valeat, vt talia ac tanta Dei Optimi Maximi dona orationis ſplendore exprimere queat? Accipimus enim per Euangelium, remiſsionem peccatorum, iuſtificationem coram Deo, adoptionem filiorum, renouationem interioris hominis, vnctionem, & libertatem ſpiritus, virtutē bonorum operum ad cœleſtis præmij meritum comparandum, Dei amicitiā, Patris filiationem, Chriſti fraternitatē, incomparabile perſeuerantiæ munus, deniq; ampliſsimam æternæ vitæ coronam, quam & copioſam in cœlis mercedem ipſe Chriſtus vocat: *Quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit*, qua de alibi dixit Dominus: *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum.*

Rom. 8. *Gal. 4.* *1. Ioan. 2.* *Rom. 8.* *2. Cor. 3.* *Epheſ. 2.* *Ioan. 15.* *Rom. 8.* *Gal. 4.* *Matt. 5.* *1. Cor. 2.* *Iſa. 64.* *Luc 6.*

Cœleſtia Euangelio bona promiſſa nunc quatenus à nobis poſſideātur. *Rom. 8.* *Epheſ. 1.* *2. Cor. 1.*

Hæc autem futura bona, cœleſtiaque, dum viuimus, certo quodāmodò delibantur, & prægustantur à iuſtis: nam ad ea bona ius habent in filiationa Dei ſitum, atque Spiritum ſanctum, vt certum arrhabonem, & pignus tenent, ita vt homo non ſatis admirari queat tantum diuinæ bonitatis pelagus nobis apertum, tantoſque cœleſtis miſericordiæ theſauros in nos liberaliter effuſos.

III. Euangelij conditio tantum continens autorem & mediatorem bonorum.

Coloſſ. 1. 2. Cor. 2. Rom. 5.

Chriſti tum Dei, tum hominis proprietates.

Ioan. 1.

Tertiò ad ea quæ diximus accedit: quòd hæc bona inexcogitabilia per ſummũ hierarcham, & mediatorem Chriſtum nobis conceduntur. Eſt enim ille, Deus & homo, & ob id verus purificator; verus reconciliator, & redemptor mundi. In quantum enim Deus eſt, nihil illo maius, nihil illo melius excogitari poteſt. In quantum verò homo, perfectiſſima, ac ſuprema creatura, omnibus gratiarum donis, quæ quidem creari à Deo poſſunt, ac quorum creatura capax eſſe valear, pleniſsima, & refertiſsima inuenitur. Adde etiam, ab initio conceptionis fuiſſe illũ non tantùm plenum gratiæ, & veritatis, ſed etiam plenum glorię, & beatitudinis. Nam vt caput Eccleſiæ, & in termino exiſtens, ſummã accepit gloriam, qua omnes cœleſtes ſpiritus, & humano ſuo modo beare, & glorificare poſſet, in quantum autem viator fuit immenſis gratiæ Diuinæ & ſapientiæ donis cumulatus, & affluenter ornatus erat: ita vt de eius plenitudine non tantùm præſentes accipiant, ſed & qui præterierunt, acceperint, & qui venient in poſterum, accepturi ſint. Eſt autem eximium, & ſingulare Dei munus, quòd eiuſmodi ampliſſima, ac cœleſtia dona non tantùm dare dignatus fuerit, ſed, & quod pluris eſt à nobis faciendum, per vnigenitum; atque chariſſimum Filium impertierit: ita vt non minoris facienda ſit iſta Chriſti ad perferenda nobis dona miſſi circunſtantia, quàm ipſamet dona. Et ſi vtrumque captum noſtrum longè excedat: nam & hac ratione, qua ad nos miſſus eſt Chriſtus, etiã donatus eſt nobis. Vnde Apoſtolus in ſpiritu exultans, ad Rom. dixit, *Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Solet etiam Apoſtolus in Epiſtolis ſuis, ad Chriſti magnitudinem & gratiam declarandam frequenter digrediẽdo excurrere, vt ſic Chriſti donati gratiam fidelium mentibus magis imprimere, & inculcare poſſit. Hinc Chryſoſtomus ſerm. 1. in Epiſtolam ad Epheſ. hoc Diuinum munus expendens, ait: *Nam magna quidem ſunt quæ data ſunt: multò verò maiora ex eo ſiunt, quòd per Chriſtum traduntur: quod non ſeruorum quempiam ad ſeruos, ſed ipſum vnigenitum miſit.* Hæc ille.

Epheſ. 1.

Ioan. 1.

Filij Dei incarnatio quanta ſit, quantumq; beneficium nobis à Deo Patre collatum.

Rom. 8.

Cur frequentem de Chriſti gratia, & excellentia habeat ſermonem Apoſtolus.

B. Chryſ. 10. 4

Ioan. 3.

IV. Euangelij conditio, per omnia diuiniſſimum explicans modum redemptionis humanæ.

Quarto loco & illud, quod eſt omni gratia gratioſius, attendendum. Hic enim gratioſiſſimus, & potens mediator ad nos deſtinatus, cùm multis alijs modis & rationibus ei promptum eſſet ſalutem noſtram operari, mala tanta depellere, & bona tanta præſtare, elegit tamen ſummum ac amabiliſſimum mediationis, ac reconciliationis modum. Non enim precibus tantùm, aut verbis cauſam noſtram agere voluit apud Patrem: non auro, aut argento, aut lapidibus pretioſis redemptionem noſtrã obtinuit: non vno aut altero ieiunio negotium, vti poterat, confecit, ſed triginta trium annorum vitam tot virtutum officijs ornatam, tot annorum laborioſa prædicatione, & ſudore ſociatam, tot denique vigilijs, ieiunijs, ſupplicationibus, & miraculorum operationibus illuſtratam, ad extremum tot flagellis, alapis, conuicijs, cruce, ſanguine, morteq; turpiſsima conſummatam, ad omnium hominum corda admiratione ſuſpendenda, amoreque Diuino ac cœleſti inflammanda, Patri ſuo pro nobis obtulit, & conſecrauit. Hinc illa Pauli vox: *Empti eſtis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro*: & illa Petri: *Scientes quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati.* Rurſus illa Chriſti, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Dauid etiam Propheta hoc donum exaggerans, dixit: *Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius*: tam diuitem enim, & copioſam redimẽdi rationem exigebat noſtra copioſa malitia, & iniquitatis abundantia.

Quàm præclarè de hoc myſterio, atque magnificè Scripturæ loquantur.

1. Cor. 6.

1. Pet. 1.

Ioan. 3.

Pſal. 129.

Quintò & is venit ponderandus, qui tantam, talemque annuntiationem fieri mandauit: Is autem alius quàm Deus eſſe non potuit, qui ſolus peccata remittit, qui homines ex impijs iuſtos facit, qui mundos ex immundo conceptos ſemine reddit, qui homines in filios adoptare valet: hic denique eſt, qui Filium ſuum vnigenitum donare poterat, vt ille ex Patris mandato atque obedientia fieret nobis, & ſapientia & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio: vt ait Apoſtolus. Quòd ſi præclarum eſt, & magnum, vel minutilis, & paruis donis à magnis principibus ornari, vt quidam dixit, quale & quantum erit, nos tantillos tam magnis & pretioſis muneribus à tanto Deo donatos, & ornatos cernere? Redditur ergo ex hoc capite Euangelium maius, dignius, & auguſtius.

V. conditio Euangelij, eius autorem exponens.

Matt. 9.

Rom. 4.

Iob 14.

Rom. 8.

Gal. 4.

Ioan 3.

1. Cor. 1.

Plinij dictũ luminous ſatis elegans.

Poſtremo loco, ab his, quibus annuntiatum eſt hoc Euangelium, eius dignitas & amplitudo colligenda eſt. Eſt enim ad homines Adæ primi parentis, ac ob id iræ & maledictionis filios, facta primùm Euangelij promiſsio, & deinde exhibita.

VI. & vltima Euãgelij conditio, de ijs, qui illud acceperunt nos erudiens.

Gen 3.

Epheſ. 2.

Adæ

Adæ porrò filij non ſolùm tanto dono digni non erant, verùm etiam multo & magno ſupplicio digni, vtpotè inimici ipſius, & cum hoſte Dei, diabolo ſcilicet, coniurati atque coniuncti. Quare & hinc meritò venit Dei lenitas & clementia à nobis magnificanda, quòd tales dignatus ſit diligere, & in filios, & hæredes vitæ æternæ recipere. Sed hæc potiùs ſunt per Spiritum ſanctum delibanda intus, & guſtanda, quàm verbis vllis proſequenda.

D. Chryſ. ſub init. hom. 1. in princ.

I. Ratio Chriſoſtomi, Matthæus hiſtoriam ſuam cur Euangelium nominauerit.

Hęc omnia autoritate confirmātur Chryſoſtomi, qui homilia 1. in Matthæum ita habet: *Euangelium verò non abs re quidem ſcriptionem ſuam vocauit. Siquidem pœnarum ſublationem, veniam peccatorum, ſanctificationem atque iuſtitiam, redemptionem, adoptionem etiam filiorum, & cælorùm hereditatem, & cum Dei Filio fraternitatem, omnibus inimicis Dei, & in tenebris ſedentibus nuntiauit. Nunquid poſsit eſſe æquale his tam bonis nuntijs? Deus in terris, homo in cælo: facta eſt omnium vna permixtio.*

Luc. 2.

Angeli cum hominibus iungebant choros, homines choris addebantur angelicis, atque cæleſtibus alijs ſuperniſq; virtutibus. Erat cernere antiquum repentè prælium diſſolutum, Deum hominibus reconciliatum, diabolum verò confuſum: dæmones cum tremore fugientes, mortem peremptam, paradiſum apertum, maledictionem remotam, peccatum de medio ſublatum, exagitatum errorem, veritatem reuerſam, pietatis ſermonem vbique ſeminatum, vbique creſcentem, cæleſtem conuerſationem in terra regione plantatam, virtutes ſupernas familiariter nobiſcum loquentes, & ad terras ſæpè Angelos ventitantes, exquè his hominibus ſpem firmam certiſſimam futurorum.

Infrà 2.

II. Ratio.

Proptereà igitur Euangelium iſta vocatur hiſtoria, quàm ſcilicet omnia alia verba inania doceantur, ac vacua, quibus ſolent præſentia iſta promitti: vt copia diuitiarum, vt potentiæ magnitudo, vt principatus, & gloria, vel honores, & quantacumq; alia bona eſſe homines arbitrantur. Quæ verò piſcatorum ſunt annuntiata verbis, propriè, ac verè Euãgelia nominantur: non tantùm quia firma ſunt, ac penitùs immobilia, ſupraq; noſtram eminentia dignitatem, ſed quia cùm omni etiam facilitate nobis donata ſunt. Non enim laboribus noſtris atque ſudoribus, non doloribus, & ærumnis, ſed per Dei nos tantummodò charitatem, tam grandia hæc promiſſa ſuſcepimus. Hactenùs ille.

Ijs qui in Lege tum naturæ, tum Moyſi fuerũt quid profuerit Euangelium Chriſti.

Act. 4.

Luc. 2.

Quòd ſi adhuc oculos conſiderationis extendas, ac cogites quàm latè pateat hæc bona, fauſtaquè Euangelij annuntiatio, habebis amplam & admirationis, & gratiarum actionis materiam. Nam primò fauſta, & bona fuit annuntiatio Euãgelica omnibus hominibus, qui tempore Chriſtum anteceſſerunt. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, præter hoc ſcilicet ſacroſanctum Ieſu nomen in Euangelio expreſſum.* Profuit deinde tempore Meſſiæ viuentibus, & inenarrabilem conſolationem attulit Euãgelij prędicatio. Vnde Chriſtus dixit: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & aures, quæ audiunt quæ vos auditis.* Et Angelus ad paſtores, *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Adhæc ipſis poſt Chriſtum aduenientibus, & Fide Chriſtum amplectentibus, vtiliſſimum inuenitur Euangelium: quod proptereà magna ratione Chriſtus omni creaturæ prædicari mandauit. Ipſe etiam rogauit non tantùm pro Apoſtolis, ſed & pro omnibus qui in ſe credituri erant per verbum eorum. Prætereà Patribus qui in limbo magno Meſsiæ deſiderio tenebantur, felix, & lęta fuit hæc annuntiatio, de qua Propheta Zacharias longè antè prædixerat: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.* Quid dicam de hominum ſpiritibus, qui in purgante igne detinebantur? nonne & illis profuit Euangelium? Petrus enim ſcribit, mortuis fuiſſe Euangelizatum per Chriſtum: nam in eum locum ille deſcendens, prout tantùm victorem, & triumphi tot de hoſtibus debellatis gloriam decebat, omnes electos ex eo laborioſo carcere (vt B. Gregorius docet) eduxit. Quid enim mirum id illis Chriſtum beneficij præſtitiſſe? ſiquidem Principes id agere conſueuerunt, vt in primo ſuo in aliquam ciuitatem ingreſſu pandantur carceres, & omnes qui in vinculis captiui detinebantur, cariſsima ſibi, & pretioſa libertate donentur. Ad pueros etiam, qui ſola originalis criminis labe maculati erant, & infecti, peruenit Euangelij virtus: nam & illis per Chriſtum dabitur à mortuis reſurrectio, & illa naturalis felicitas concedetur, quam poſt mundi conſummationem in æternum obtinebunt. Participabunt pariter inſenſatæ atque inanimatæ creaturæ de fructu Euangelij tanti. Etenim & in Chriſti Incarnatione eleuatæ ſunt, & exaltatæ: completoque numero fratrum, illæ ampliùs eleuabuntur, & reuocabuntur. Ita vt omnis creatura proptereà ingemiſcat, & parturiat vſque adhuc, reuelationem filiorum Dei expectans: quare & cœlos nouos, & terram nouam, quæ tantæ hominis reuocationi, & glorificationi reſpondeant, expectamus.

Matt. 1.

Chriſto contemporaneis eius etiam quid contulerit Euangelium.

Infrà 13.

Luc. 2.

Chriſti poſteris vt fuerit etiam vtile Euangelium.

Mar. vlt.

Ioan. 17.

Quomodo, idem Patrib. in limbo detentis iocundum acciderit, & ſalutare.

Zach. 9.

Animi qui purgabantur vt fuerint Euangelij participes.

1. Pet. 4.

D. Greg. hom. 22. in Euang. poſt med. to. 2.

Pueri etiam limbo detenti fructum Euangelij qualem Chriſti participẽt.

Corporeæ quoq; & inſenſibiles creaturæ eiuſdem, vt fuerint, ac futuræ ſint Euangelij capaces.

Apoc. 6.

Rom. 8.

Iſa. 65. & vlt.

& Apoc. 21.

& 2. Pet. 3.

Pergam vlteriùs, & Angelos huiuſce Euangelij participes fuiſſe non negabo. Nam B. Bernardo, & quibuſdam alijs Patribus abſur-

Angeli etiam quid fuerint ex Euangelio conſecuti.

D. Iren. ſerm. 12. ſuper Cantica.
Apoc. 12.

abſurdum, aut à ratione alienum non videtur, illos per Chriſtum ſalutem æternã eſſe conſecutos, ita vt gratiam qua reprobis Angelis reſtiterũt, & ſuperiores extiterunt, Chriſto acceptam ferant. Atq; in hoc ſenſu intelligendum, Angelis Chriſtũ profuiſſe, aut illos redemiſſe, non quidẽ à caſu quem incurrerint, ſubleuãdo, ſed ne caderẽt, ſua gratia præſeruando. Aſcendat oratio noſtra, & agnoſcat, ſanctiſſimæ Trinitati bonã & fauſtã fuiſſe hanc annuntiationẽ: nam p eam Patris nomen eſt illuſtratũ; qua gloria nihil illi excelſius aut ſublimius in his quæ extra ſe operatur, eſſe poteſt. Filius Dei hominẽ indutus exaltatus eſt ſuper omnes homines & ſuper omnes Angelos, datumque eſt illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, Spiritusſanctus apertè à creatura humana cognitus eſt, atque non ſolùm in doctorem, & rectorem Ecleſiæ, ſed etiam in ſanctificatorem, & habitatorem cordium noſtrorum, & conſolatorem donatus. Denique Euangelium bonum atq; vtile inuenitur vniuerſis; tantummodò dæmonibus, & qui eorum conſilia, & ſuggeſtiones ſequuntur, formidandum eſt & terribile, nam eiuſmodi homines diligunt magis tenebras, quàm lucem: ſpontè Dei Filium conculcant, ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt, & ſpiritui gratiæ contumeliam faciunt. Contra tales comminatur Euãgelium æternæ gehennæ ſupplicia: nam vt Apoſtolus ait, *Reuelatur ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitiam detinent.*

Euangelium diuinis, quoque Perſonis vt bonũ fauſtumq; fuerit.
Philip. 2.
Infelix, & infauſtum quibus ſolummodò redditum ſit Euangeliũ Chriſti.
Ioan. 3.
Hebr. 10.
Rom. 1.

Euãgelij conditiones 12. per Gaſparũ Sagerũ breui compendio; collectæ.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.

Quòd ſi fortè breuem quãdam, & compendioſam Euangelij totius ſummam tibi proponi velis ante oculos, audi quid vnus noſtri ſeculi præclarus in Lutherum ſcriptor pronuntiauerit. Primò, inquit, quid eſt Euangelium? Felix & fauſta, & bona annuntiatio. Secundò, à quo? A Deo Opt. Max. mandata fieri. Tertiò, cui ſit? Homini in peccatum, & in omnẽ miſeriam prolapſo. Quartò, quid nuntiat? Voluntatem Dei de reparando homine per peccatum perdito, & à dæmone redimendo, conferentem gratiam & gloriam. Quintò, quis nuntius Euangelij? Verbum in ſpiritu prophetarum, intellectum illuſtrans fide, ſpe promiſsionum inflammans, Diuini amoris igne voluntatem accendens: deinde incarnatum, & mortem pro nobis ſubiens: quid Pater nobis donet, & quid itẽ à nobis exigat, explicans. Sextò, quid in eo præcipuũ? Patris erga nos charitas, Filij in redimendo mundum obedientia, Eccleſiæ per Spiritum ſanctum adminiſtratio, & ſanctificatio, peccatorum remiſsio, præceptorum diuinæ legis impletio, gloriæ æternæ promiſsio, & donatio. Septimò, quando cœpit Euangelium? Statim poſt lapſum Adæ, quando dictum eſt: *Ponam inimicitias inter te, & mulierem, inter ſemen tuum, & ſemen illius, & ipſum conteret caput tuum.* Octauò, quæ ſunt illa quæ in ſe continet Euangelium? Illa ſunt: Hominis reparatio ponens in primis eius creationem, lapſumque in peccatum, Chriſti dicta, ac paſſa, decurſumque Eccleſiæ. Nonò: ad quid inducit? Et quæ ſunt illa quæ exigit? Inducit quidem ad fidem, ad peccati confeſsionem, & pœnitentiam, ad ſpem promiſsionum Dei, ad Chriſti imitationem, condignamque membri ſub tanto capite conuerſationem: exigit verò illa eadem, ad quæ inducit, & prætereà gratiarum actionem, obedientiã, pacem, charitatem, & patientiam. Decimò, à quo habet robur Euangelium? In ſe quidem à Deo, ideo non poteſt abrogari, vel diſpenſari ab homine: quantum ad vos autem, ab Eccleſia tradente id à Deo eſſe profectum, & miracula quibus fuit confirmatum, explicante. Vndecimò, vbi fuit ſcriptum? Primò, in fidelium cordibus ad cognoſcendum illuſtratis, inclinatis ad credendum, inflammatis verò ad amandum: deinde in linguis Apoſtolicis illud virtute multa prædicantibus? tertiò in chartis exaratum eſt, & Hebræis, & Græcis, & Latinis. Duodecimò, quis eius interpres? Primus, Spiritus ſanctus qui condidit: ſecundus, Eccleſia in Concilio Generali congregata: tertius Romanus Pontifex: quartus doctor fidelis habens in corde & opere ſpiritum Chriſti, licèt contingat quandoque ab ſpiritu errare, ſi declinat à profunda humilitate, vel ſi literis, vel ingenio, atque induſtriæ ſuæ confidat. Quintus, quiuis fidelis, ſtudioſus ſacrarum literarum, & illis ſeriò, ac toto pectore incumbens. Atque hæc ſatis ſint de hoc articulo.

Septima.
Gen. 3.
Octaua.
Nona.
Vndecima.
Decima.
Duodecima Euangelij cõditio, eius interpretes quinq; proponens.

PROLEGOMENON XXIV.

Quanta ſit Euangelij dignitas, & maieſtas, quantaque reuerentia, & fidei conſtantia à nobis illud ſuſcipiendum ſit.

ETſi ex his quæ ſuperiori articulo diſſeruimus, potuerit Euangelij virtus, & dignitas aliquo modo deſcribi, & exprimi: quædam tamen adiungam, quæ ad eius gloriam, & magnitudinem declarandam, atque illuſtrandam plurimum valere poſ-

ſint.

I. argumentū Euangelij dignitatis & excellentiæ.

August.to.4.

ſint: quę ad quatuor, aut quinque capita reducere poſſumus. Principio ergo excellentiam Euangelij declarat eius ſumma, & ſolida autoritas. De qua ſic Auguſtinus ſcribit libr.1. de conſen. Euágeliſtarum, cap.1. in principio: *Inter omnes*, inquit, *Diuinas autoritates quæ ſanctis literis cōtinentur, Euangelium meritò excellit. Quod enim Lex & Prophetæ futurum eſſe pronuntiauerunt, hoc redditum atque compertum in Euangelio demonſtratur.* Hæc ille ſapienter protulit. Vt enim finis legis eſt Chriſtus, ad iuſtitiā omni credenti, ita Euágelium, quod Chriſtum continet, eiusq́ue geſta, & admiranda myſteria tradit, finis eſt omnium Scripturarum. Nam ad illud ſignificandum, atque repræſentandum Veteris Inſtrumenti libri conſcripti ſunt: quæ verò Apoſtoli poſt Euangelinm literis conſignatum ſcriptis ſuis tradiderunt, ad illud explanandum, & declarandnm ſpectanr.

Rom.10.

Quis finis legis & ſcripturarum.

II. argum.

Quibus ritibus, & cæremonijs Euangelium honoretur Eccleſia, & vnde profecta.

Apparet etiam eius excellentia, & maieſtas ex allo capite. Nam ſi attentè expendas Eccleſiæ cęremònias in Euangelij lectione, ſeu cantu obſeruari ſolitas, eius eminentem dignitatem agnoſces. Nam in primis in eminenti loco, nec ſine accenſis cereis legi conuenit Euangelium, & voce extenſa atque clara. Illi etiam, dum legitur, circunſtantes aſſurgunt, & ſtantes, ac detecto capite audiunt: thura etiam dat verſus Euangelium miniſter: quod vbi lectum eſt, de more ſacerdos oſculatur, & oſculandum Epiſcopo, vel Principi, ſi adſit, offertur. Hæc autem non ſunt, vt puto, ex aliqua naturali, diuina, vel poſitiua lege, ſed ex laudabili tantùm Eccleſiæ conſuetudine, & Patrum ſuggeſtionibus atq; conſilijs introducta; ita vt aliter facientes videantur parùm religioſi, & minori reuerentia Euangelium venerari. Idipſum, & in Germania, tam inter Catholicos, quàm inter Hæreticos perpetuò obſeruatum animaduerti: vt concionatore in principio ſermonis Euágelium explicandum de more proponente, & recitante, tandiù omnes viri aperto capite aſtent, quamdiù eius lectio, & recitatio compleatur: qua completa, omnes ſuo loco ſedent. Iſtæ autem cæremoniæ ſignificatione ſua, & ſapientia ſpiritus minimè carent. Legitur enim in loco eminenri, & voce alta, & extenſa, vt omnes intelligant ad ſe pertinere quod legitur. Luminaria porrò accenduntur: quia Euangelium illuminat vniuerſum orbem, & lætitiam ſingularem (quæ luminibus indicari ſolet accenſis) mundo attulit. De quo quidem Vigilantium hæreticum Hieronymus elegáter in hunc modum repre-

Germaniæ Catholici Euangelio quā reuerenter inteſſint.

Euangelium cur altiori loco, & voce proponitur: & cur luminaribus item accenſis.

Ioan.1.

hendit: *Nam & abſque Martyrum*, inquit, *reliquijs per totas Orientis eccleſias, quando legendum eſt Euangelium, accenduntur luminaria, iam Sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.*

D. Hier. aduerſus Vigilantium, poſt med. tom.2.

Cur ſtantes Euangelium audiamus.

Epheſ. vlt.

Aſſurgimus prætereà, ad ſignificãdum animorum noſtrorum præparationē, qua parati ſumus, ea quæ in Euangelio continentur, adimplere. Vnde Apoſtolus ſcribit: *State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Detegitur caput, non ſolùm ad ſignificandum, hominem non debere præſtare ſurdas aures in audiendo Euangelio, ſed vt etiam propter illud omnia temporalia à nobis eſſe abdicanda intelligamus. *Omnis vir orans* (ait Apoſtolus) *aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum.* Eſt autem vir prophetans, qui non tantùm verba Prophetarum, ſed etiam ille, qui verba Euangelij, quæ excellentiora, & magis ad ſalutem neceſſaria ſunt, ſolet proferre. Quis ergo vir caput eſt Chriſtus, Ideo caput velans, perinde facit, ac ſi Chriſtum velare intenderet, quod eſt dehoneſtare caput ipſum, ſeu turpe oſtendere. Quo enim corporis partes turpiores ſunt, eo magis à nobis velari ſolent: pulchræ autem, vt facies non teguntur. Ad hæc reuerentiam, quam magnis principibus, dum nos alloquuntur, impendimus, etenim eos nonniſi ſtantes, & detecto capite audimus, eandem etiam Euangelio exhibemus, quaſi in illo Chriſtus ad nos loqueretur: nam & Deus ipſe honores humanos, & quos Regibus noſtris exhiberc de more ſoliti ſum*, à nobis exigit per Prophetam: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Etſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum*, quaſi diceret, minimè ſuſcipiet, nec placebit. Item nihil iuſtitiæ, aut rationi magis conſonum, quàm vt eum omni quoad poſſumus honore excipiamus, qui pro nobis totius ſui honoris iacturam libenter fecit, Iniurias, & opprobria perferendo: æquum eſt ergo; vt in Miſſæ ſacrificio, dum Hoſtia eleuatur, per quam reipſa nobis præſens eſſe dignatur, omnes genua flectamus: quæ cęremonia maximi honoris eſt indicium. Cùm verò dicitur in Euangelio Ioannis: *Et Verbum caro factum eſt*, aut in Symbolo Apoſtolico, *Et homo factus eſt*, omnes caput inclinamus, ad repræſentandam ſummam Chriſti humiliationem, & exinanitionem, quam ad nos deſcendendo oſten-

Cur nudo capite.

1.Cor.11.

Vir orās, aut prophetans non velato capite ſecundùm Apoſtolum, quomodo deturpet caput ſuum.

Infrà 2.

Hunc honorem, & reuerentiā Euangelio optimo iure deberi.

Malac.1.

Chriſtū quoque eſſe dum hoſtia leuatur, à nobis adorandum.

Quid ad verba illa: Et Verbum caro factum eſt. & Homo factus eſt, capitis, genuūque flexio ſignificet.

Ioan.1.

Philip.2.

Monachus quidã illam negligens cęremoniam, quid à dæmone paſſus fuerit.

oſtendere dignatus eſt. Nouitq; profectò dæmon quàm ſit ei gratum hoc reuerentię ſignum: nam grauem alapam impegiſſe monacho tradunt quidam, quòd ad illa verba: Et *Verbum caro factum eſt*, de more genua non flecteret: addidiſſeque dæmonem, Si diceretur, Verbum dæmon factus eſt, à genu flexione nunquàm ceſſaremus. Et eadẽ ratione ad ſacroſanctum nomen Ieſu caput eſſe inclinandum, vel genu flectendum, Pontifices quidam Romani tradiderunt.

Quid ſignificet, vbi legitur Euangeliũ, thuris incenſio: Euangelij item à Sacerdote, vel Principe, deoſculatio.

Prætereà thura ingerit miniſter verſum eam partem qua Euangelium legitur, vt ſignificetur, Chriſti verbum eſſe bonum odorem vitæ in vitam: & eos qui illud profitentur, bonum odorem præſtare debere. Oſculatur Sacerdos, vel Princeps qui aſsiſtit, Euangelium, vt ea ratione dilectionem erga Chriſtum teſtetur, & Spiritum ſuum per Euangelium Chriſti ſpiritui coniungi declaret.

III. argum. Sacroſanctæ Euangeliorũ autoritatis.

Tertiò, Euangelij ſplendor, & maieſtas detegitur in eo, quòd Eccleſia veteri more, dum iuramenta à fidelibus exigit, non niſi impoſitis manibus, & tactis ſanctis quatuor Chriſti Euangelijs, excipere conſueuit: quod ſanè ſatis declarat & autoritatem,

Mos Eccleſię iurandi per quatuor Euangelia ſancta, quàm vetus.

& ſanctitatem, & fidem quam Euangelio debemus: ita vt illo præſente, & tacto, nulla ratione mentiri liceat. Et cùm quid narramus, quod omni fidei plenitudine accipi volumus, conſueuimus dicere, Narrabo tibi Euangelium, nomine Euangelij rem veriſsimam intelligentes, quales ſunt Euangelicæ.

Cyrill. Alex. tom. vlt.

Narrat etiam Cyrillus Epiſtol. 1. Synodica Epheſina ad pientiſsimos Reges de depoſitione Neſtorij, in celebrando Concilio propoſitum fuiſſe in throno, qui medius erat in Eccleſia, ſanctum Euangelium, quòd Chriſtum ſibi præſentem eſſe doceret: quare colligitur, illum morem in celebrandis Synodis obſeruari ſolitum.

Pythagoræ Eccleſiæ illi iam dicto quàm ſimile iuramentũ.

Confirmat hoc idem Vigilius Papa, qui reſcribens Eutychio Patriarchæ Conſtantinopolitano, & petenti, vt de tribus capitulis Concilium ſua autoritate cogeret, in hunc modum reſpondit. *Annuimus vt de tribus capitulis facto regulari conuentu, medijs ſacroſanctis Euangelijs collatio habeatur, & finis detur placitus Deo.* Hæc ille. Pythagoras ignarus, tacito Diuinæ Prouidentiæ conſilio iurans; & iurare docens per Tetractyn, viam muniuit ad hoc ſacroſanctum, & inuiolabile iuramentum, nimirùm per ſacroſancta quatuor Chriſti Euangelia.

IV. argum.

Quartò, Euãgelij gloria alia ratione nobis indicatur, quòd in illud diſpenſatio propriè non cadat. Eſt autem diſpenſatio, iuris communis à ſua ſeueritate propter aliquam iuſtam, & honeſtam cauſam relaxatio. Eiuſmodi enim diſpenſatio cùm iuriſdictionem requirat, nonniſi per eum qui legem condidit, vel per eum qui conditore legis maior eſt, fieri poteſt.

Quid ſit diſpenſatio: cur in Euangelium nulla ſit, ratio I.

Idcircò Eccleſia, vel Romanus Pontifex circa Euangelium diſpenſare non poſſunt, cùm poteſtatem illi parem, aut maiorem non habeant, & quam ſolùm à Chriſto ad ædificationem Euangelij, & non ad deſtructionem acceperint.

2. Cor. 10.

II. ratio: & in quibus tantummodò habeat locũ diſpenſatio.

Prætereà diſpenſatio neque circa præterita, neque circa futura quæ in Euangelio aſſeruntur, ſed circa ea tantùm, quæ fieri à nobis pręcipiuntur, locum habet: eiuſmodi verò nec iudicia ſunt, nec cæremoniæ, quæ diſpenſari facilè poſſunt, exceptis paucis cęremonijs, quæ Sacramenta vocantur: ſed moralia præcepta rationi maximè conſentanea: quæ tametſi ſcripta non eſſent in Euãgelio, adhuc vim obligandi haberent, licèt poſita in eo ſint (vt olim Decalogus in Lege Moyſi) ad maiorem ſimplicium inſtitutionem, & ad contentionem materiam amputandum.

Exod. 20.

Quando par non habeat, vt dicitur, imperium parem.

Eccleſia autem non habet parem cum Chriſto poteſtatem, quam ſi haberet, nihil efficeret, cùm par in parẽm non habeat imperium, nempè quando duo æqualem per omnia iuris poteſtatem obtinent. Secùs verò cõtingit in iuriſdictione quæ eſt eadem numero: nam ibi par non poteſt in parem. Papa enim Romanus qui nunc eſt, in legem ſuperioris Pontificis poteſt: nam ſi ita expediat, vel in totũ abrogare, vel diſpenſando in cauſa particulari illi derogari poteſt. Vel dici poteſt, quòd non eſt par, quia alter iam non eſt in rerum natura, cùm ſit iam vita defunctus.

Eccleſiam, tametſi tantum atque Chriſtus poſſet, eius tamẽ legem abrogare nõ poſſe, dupliciter.

Etſi igitur Eccleſiæ poteſtatem parem per omnia, & æqualem cũ illa Chriſti concederemus, non poſſet tamen in eius legem diſpẽſare: tum quidem, quia Chriſtus Dominus non obijt, ſed viuit, & regnat, ſuaque poteſtate perfungitur, ipſo teſtante qui ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*: proptereà ergo in eum viuentem Eccleſiæ non poſſet, cùm omnis poteſtatis motus ab inæquali virtute proficiſci debeat.

Matth. 28.

2. Cor. 10.

Tum verò, quia indulta à Chriſto poteſtas ad ædificandum eſt, & non ad deſtruendum: aliàs enim ſi in vnam, aut alteram partem poſſet, in totam Chriſti legem poſſet, quemadmodum etiam anteceſſoris ſui legem vniuerſam ſucceſſor mutare valet.

Quæ leges & Euangelica præcepta à Chriſto abrogari poſſint, quę minimè, & quare.

Habet nihilominùs Chriſtus Dominus circa Euangelica poſitiuè præcepta plenum ius diſpenſandi, cùm eiuſdem ſit deſtruere, cuius eſt & cõdere: & eiuſdem fuit

rela-

relaxare, cuius fuit reſtringere. Circa naturalia verò, ſiue moralia præcepta non eſt vlla poteſtas, etiam in Deo, diſpenſandi, teſte B. Thom. quod etiam probabilius exiſtimo, cùm in præceptis vtriuſque tabulæ, tendat Dei mens in bonũ commune, & eius conſeruationem, & hoc illi ſit intrinſecum, vt ab illis remoueri non poſsit. Quare qui cõtra illa quicquam admiſerit, fieri nequit quin menti Dei contradicat, quare nec admitti diſpenſatio poteſt. Etſi autem in omnibus diſpenſare poſſet, vt alij ſentiunt, nũquam tamen diſpenſabit. Tum ne verbo ſuo repugnare videatur, quod dixit: *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*; tum deinde, quòd eſſet omnem naturæ legem, quam ipſe in cordibus hominum ſcripſit, ac proinde creaturam rationalem, deſtruere: tum denique, quod Prophetarum vaticinia de lege Euangelica in æternum duratura ſoluerentur. Vt Pſalm. 109. Hierem. 31. Hebr. 8. & 9. Poteſt tamen Eccleſia circa omnia Apoſtolorum præcepta, quæ illi vt legiſlatores, & paſtores, per poteſtatem, ſibi à Chriſto traditam, inſtitueret, diſpenſare, non autem circa ea quæ tanquam Chriſti præcones, & voluntatis diuinæ promulgatores, ac nuntij fidelibus commendârunt: nam hæc propriè & ſtrictè iuris ſunt Diuini, in quod inferior diſpenſare non poteſt. Secus ſe habet de prioris generis mandatis: vt circa bigamiam, clericum percuſſorem, modum velato capite orandi, abſtinentiam à ſuffocato & ſanguine, & cætera, nam in ſimilibus præceptis, quæ canonica, & Eccleſiaſtica dicuntur, etiamſi generalium Concliorum autoritate ſint conſtituta, Eccleſia, ac eius moderator Romanus Pontifex, plenum ius diſpenſandi obtinet. Hoc autem inter Apoſtolorum præcepta, & Chriſti diſcrimen ſi diligenter, & acutè quidam obſeruaſſent, ſicut & doctiſsimè B. Thomas obſeruauit, non tot profectò tragœdias noſtro ſeculo excitaſſent, dum de iure diuino diſſeruerunt.

Poſtremò, ad Euangelij gloriam ac decus ſpectant præclari, & eximij tituli, quibus illud exornare ſolent ſacræ literæ. Dicitur enim Euangelium Dei: quòd ſoli Deus tantùm bonum mundo polliceri, & præſtare potuerit. Dicitur Euangelium Ieſu Chriſti: quòd ille ſit mediator, & ad tanta bona noſtra impetranda promotor. Dicitur Euangelium pacis, quòd pacem inter Deum, & homines, & inter Iudæos, ac Gentiles conciliet. Dicitur Euangelium gratiæ Dei, quòd ex miſericordia meraque gratia prædicta mala per ipſum depellantur, bona verò enumerata conferantur. Dicitur Euangelium regni: quia ſolùm ſpiritualia, & æterna bona pollicetur, quibus & hic Deo ſeruientes, & æternis bonis fruentes conregnemus. Dicitur Euangelium æternum: quòd (vt etiam inſinuatum eſt) ad omnes omnium ſeculorum homines, tam viuentes, quàm vita defunctos, imò etiam ad Angelos, & ad inanimata certo quodam modo extenditur, atque ampliatur. Dicitur Euangelium gloriæ beati Dei: quia nihil eſt, quòd adeò Diuinam Maieſtatem extollat, eiuſque ad homines potentiam, ſapientiam, bonitatem, & gloriam declaret, ac Euangelium. Dicitur frequenter Euangelium, nullo addito: quòd vera, æterna, cœleſtia, atque ſpiritualia bona annuntiet, non autem temporalia, vel terrena, vel carnalia bona, quæ ad ſpiritum collata parua ſunt, & quæ tanquam additamentum quoddam profeſſoribus Euangelij adijciuntur. Idcircò lex Moyſi, quæ temporalia tantùm, & terrena promittebat, hoc nomen tam honorificum non promeruit. Quî enim diceretur Euangelium lex illa, quę iram operabatur; & adminiſtra erat mortis, & bona tantùm terræ comedenda proponit? quæ vmbra eſt futurorum bonorum, & onus (vt Petrus ait) importabile: quæ neminem ad perfectum adduxit: ex cuius operibus nemo ad iuſtificationis gratiam peruenire potuit? Quanquam negandum non ſit, aliqua ratione Euangelium dici poſſe; nam interdum apertè de Chriſto & Euangelio pollicetur, vt Prophetæ faciunt: Multa etiam in eo abſcondita, occultaque myſteria includuntur, quæ ſi iuxta ſpiritum explices, Euangelium manifeſtè deprehendas. Vt meritò Chriſtus dixerit & Moyſen de ſe ſcripſiſſe, & Scripturas de ſe teſtificari: & Paulus Chriſtianam iuſtitiam à Lege, & Prophetis teſtificatam. Non deſunt etiam elegantia, & egregia epitheta, quæ ſcriptores Veteris, & Noui Teſtamenti paſsim illi tribuunt. Dicitur enim gaudium magnum apud Lucam: quia peccati conſcientiam pungentis, mœrorem, & luctum inferni tollat. Dicitur enim apud eundem, cornu ſalutis, quòd vim præſtat ad ſalutem adipiſcendam, & ad hoſtes noſtros, quibus cum aſsiduè conflictamur, debellandos. Dicitur apud Paulum, virtus Dei ad ſalutem: quòd omnipotens Dei virtus in parcendo, & miſerando, id eſt, in homine iuſtificando atque ſeruando, in eo maximè declaretur. Dicitur Lex ſpiritus vitæ: quia illabitur cordi Spiritus ſanctus, per quem adoptionis ſpiritum, & vitam

B. Tho. par. 2. q. 100. art. 8. in concl. & ad ſeq. tom. 11. part. 1.

Leges omnes Euangelicas, quanquã poſſent, haud tamen vnquã fore Chriſto abrogandas.

Matth. 24.

Pſalm. 109. Hierem. 31. Hebr. 8. Inf. 9. & ſeq

Apoſtolorũ leges, & præcepta, q̃ poſſunt ab Eccleſia, vt dicitur, diſpenſari, q̃ minimè.

1. Tim. 3. Tit. 1. 1. Cor. 11. Act. 15.

B. Tho. quod. lib. 4. art. 13. ad 2. & 8. & 4. ſen. diſt. 27 q. 3 art. 2.

V. Arg. à nominibus Euangelij glorioſis.

Rom. 1.

Cur Dei, & Ieſu Chriſti, & pacis Euãgelium nominetur.

Marc. 1. Epheſ. 6. Luc. 2. Epheſ. 2. Act. 20. Marc. 1.

Cur item Euangeliũ gratiæ Dei, regni, & æternũ appelletur.

Apoc 14. 1. Tim. 1.

Idẽ cur Euangeliũ gloriæ beati Dei, & abſolutè Euangelium ſæpius nuncupetur.

Matth 6.

Lex vetus indigna, cur nomine Euangelij.

Rom. 4. 2. Cor. 3. Iſai. 1. Hebr. 10. Act. 10. Hebr. 7. Rom. 3. Gal. 3.

Lex Moyſi quomodo Euangelium poſſit appellari.

Ioan. 6.

Rom. 3.

Euangelium etiam cur vocetur gaudiũ magnum ab Angelo.

Luc. 2. Supra 1.

Quare virtus Dei, lex ſpiritus vitæ, & lex fidei ab Apoſtolo nominetur.

Rom. 1. Infra 8.

Ibidem. Gal. 4.

nouam adipiſcimur. Dicitur lex fidei, quo à veteri Teſtamento diſtinguatur? quod lex operum ſeu factorum dicitur) & quod per fidem recipiatur Euangelium, fidemque maximè exigat, & illam petenti, acutiorem impertiat. Item lex perſectæ libertatis: qui ex amore hilariter, & ingenuè, vti filios Dei decet, operari facit. Dicitur à Domino regnum Dei, & regnum Cœlorum: quòd per illud in nobis regnum Deus accipiat, nosque adminiſtros ſuos ad regnum cœleſte promerendum, atq; poſsidendum efficiat. Dicitur iugum ſuaue, & onus leue: quòd vberem Spiritus ſancti gratiam impertiat, quæ quidem omnia mandata ſuauia, & factu facilia reddit. Dicitur à Propheta, virga directiōis: quòd per illud ſuauiter, vt filij virga percuſsi, in ſalutem æternam dirigamur, atq; vt alios ad ingreſſum regni cœleſtis dirigere poſsimus. Vocatur lux magna ab Iſaia: *Populus*, inquit, *qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam*: quòd Chriſtum exhibeat, qui eſt lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Euangelium quoq; præ cæteris Propheticis libris maiorem lucem præſtat ad incomprehenſibilia Dei myſteria, in reſtaurando mundo operari voluit, intelligenda. Longum eſſet cætera huius generis perſequi, quæ in Scripturis ſacris frequenter & paſsim occurrunt. Et hactenus de Euágelij dignitate ſit dictum.

Rom. 3. Euangelium cur lex perfectæ libertatis. Iacob. 1. Matth. 12. Supra 3. & alias ſæpiſſimè. Quare iugũ ſuaue, & onus leue. Matth. 11. Cur virga directionis, & lux magna. Pſalm. 44. Hebr. 1. Iſai. 9. Ioan. 1.

PROLEGOMENON XXV.

Cur Dominus Euangelium ſuum ſcripto tradi voluit, cùm poſſet traditione viua de ore in os transfuſa eius fides aſſeruari.

Rationes in contrarium proponũtur.

NONO articulo differendum eſt, cur Dominus Euangelium ſuum literis poſſet traditione viua eius fides in Eccleſia fructuosè ſeruari? Quemadmodum etiam in Apoſtolis prædicantibus tantùm, & necdum ſcribentibus, factum eſt: & ante Legem Moyſi, qui primus ſcriptor fuiſſe traditur, Eccleſia Dei erat, nullis tamen Scripturis, ſed tantùm traditione de ore in os transfuſa, recta, & gubernata. Satis præterea nobis eſſe poſſent articuli Fidei, qui in Symbolo continentur, & quos memoriter recitamus etiam ſine Scripturis. Reſpondendum eſt, hoc magnis de cauſis factum fuiſſe: tum propter Paganos, & Iudæos, tum propter Apoſtatas à religione deficientes, & Hæreticos: tum maximè propter fideles & Catholicos in his quæ de Chriſto credunt, in fide confirmandos atque corroborandos. In primis enim Pagani ac infideles, cùm animaduerterent, coruſcante Chriſti Euangelio templa ſua, & idola deſtrui atque euerti, multa in noſtros de Catholica fide calumniabantur. Nam Porphyrius Chriſtum non eſſe Deum, nec ſe talem prædicaſſe, aut per Apoſtolos prædicari voluiſſe obijciebat. Dicebat præterea, Chriſtum nihil contra deorum cultum præcepiſſe. Auguſtinus quoque refert Paganos quoſdam ſenſiſſe, Chriſtum ad Petrum, & Paulum Apoſtolos, libros magicam artem continentes ſcripſiſſe, atque eius artis præſidio omnia miracula ipſum edidiſſe. Certè has calumnias difficile nobis fuiſſet refellere, niſi ſcripto proditum fuiſſet Euangelium, in quo ſe non tantùm verbis, ſed etiam admirandis operibus, quæ nemo alius fecit, nec facere potuit, teſtatam nobis, & declaratam ſuam diuinitatem reliquiſſet. Adhæc multa horrenda crimina, quæ ad mores ſpectant, Euangelij profeſſoribus in primitiua Eccleſia obijciebantur: vt, quòd eſſent infanticidæ, puerorumque carnibus veſcerentur: quòd incendium, vt Nero Imperator mendaciter obiecit, vrbi Romæ intuliſſent: quòd propter eorum religionem Imperium Romanum eſſet inclinatum, & debilitatum. Vocabant noſtros, Aſinarios, Sarmentitios, Semiſſes, Creſtianos, vt Tertullianus in Apologetico, & Euſebius Cæſarienſis in hiſtoria Eccleſiaſtica teſtantur. Vnde gentiles Chriſti legem facilè iudicaſſent carnalem, impuram, & rationi diſſentientem, quòd homines perditos, ac Reipublicæ peſtiferos generaret. Atque ad has calumnias depellendas neceſſarium fuit Chriſti legem conſcribi, vt per illam conſtaret Chriſtum alios mores, atque aliam vitam à ſuis diſcipulis exegiſſe, ipſamque legem per ſe ſanctiſsimam, rationique & charitati quam proximo debemus, maximè conſentaneam. Quare Apoſtolorum Princeps Petrus in priori Epiſtola ſcripſit: *Conuerſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis*; & iterum: *Cum modeſtia, & timore, conſcientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto cõuerſationem*. Quibus teſtimonijs apertè demonſtratur, neque impuram vitam noſtros egiſſe, nec ſi maximè egiſſent, illá poſſe religioni, aut Chriſto imputari. Fuit ergo expediens Euange-

Solutio propoſitæ quæſtionis.

I. Ratio, cur propter infideles, & iudæos Euangelium fuerit perſcribendum.

II. Ratio. B. Aug. lib. 1. de conſ. Euan. c. 10. tom. 4.

Ioan. 15. III. Ratio.

Romani Chriſtianos quàm primũ honorificè compellarũt. Tertullian. Euſeb. Cæſar. li. 2. c. 4. inf.

1. Pet. 2. Chriſtianorum innocentia, vitæque ſanctimonia. Infra 3.

lium

ium literis tradi, non tantùm vt prædictas calumnias refellamus; ſed vt Gentiles, atque Iudæi facilius ad Chriſtum natum, & in Euangelijs Deum prædicatum conuerterentur.

I. Ratio, cur propter apoſtatas, & hæreticos Euangelium ſcribi debuerit.

Præterea Euangelium literis conſignatum planè docet, apoſtatas à ſanctiſsima Religione ſine vlla cauſa defeciſſe: nec poſſunt fingere, intolerabiles errores, aut iniquitatem vllam præceptam in Euangello contineri, vt iuſta de cauſa ob Chriſtum à ſe deſertum excuſari valeant.

Altera.

Adde quòd Hæretici, qui omni tempore Eccleſiam impugnârunt, quid non potuiſſent fingere, nullo extante Euangelio ſcripto, ſi illo extante, & tot linguis prodito, totque Patrum interpretationibus illuſtrato, tot tamen fabulas excogitauerunt, tot noua Euangelia Apoſtolorum titulis inſcripta in Eccleſiam inuexerunt, tot mendacijs veritatem Euangelicam obſcurare tentârunt? Si tam extortas, & à diaboli ſpiritu ſuggeſtas explicationes Euangelio affingere non erubuerunt? Decuit igitur Euangelium literis exaratum, omnibus fuiſſe propoſitum, ad quod tanquam ad lapidem Lydium omnes ſpiritus, omnes doctrinæ, omnes reuelationes probarentur, & examinarentur.

B. Hiero. to. 3 ſub init.

Vnde Hieronymus in Prologo ſuper Matthæum teſtatur, quòd propter Hæreticos opus fuit ſcribi Euangelium.

D. Chry. to. 2. in princ.

Chryſoſtomus etiam eleganter homilia prima in Matthæum ſic habet initio? *Opertuerat quidem nihil nos indigere auxilio literarum, ſed tam nudam in omnibus exhibere vitam, vt librorum vice gratia Spiritus ſancti vteremur: & ſicut atramento illi: ita corda noſtra inſcriberentur à Spiritu. Quia verò hanc à nobis excuſsimus gratiam, age vel ad ſecundam nauigationem animum adyciamus. Equidem quòd primum illud fuerit profectò ſublimius, & ex verbis ſuis Deus, & ex operibus oſtendit.*

Quos olim Deus per ſeipſum ſine ſcripto ſit allocutus, & quare, ſecundùm Chryſ.

Nam & Noe, & Abraha, eiuſque poſteris, & Iob, & Moyſi, non per literas, ſed per ſemetipſum locutus eſt, quia ſcilicet munda eorum corda repererat. Poſtquam verò omnis populus Iudaeorum in vitiorum ima delapſus eſt, neceſſariò inde litera dantur ac tabula, & ea quæ per has adminiſtratur admonitio.

Ex. 31. & 34

Et hoc non tantùm in Veteris Teſtamenti ſanctis, ſed etiam Noui accidiſſe perſpicimus. Siquidem nec Apoſtolis ſcriptum aliquid tradidit Chriſtus, ſed pro literis, ſancti Spiritus ſe illis daturum gratiam repromiſit. Ille, inquit, docebit vos omnia.

Ioan. 14.

Atque vt diſcas, quia hoc multo ſit illo melius, audi Dominum per Prophetam loquentem: Et diſponam, inquit, vobis Teſtamentum nouum. Dabo leges meas in mente eorum, & in corda eorum perſcribam eas, & erunt omnes docibiles Dei.

Hierem. 31. Ioan. 6.

2. Cor. 3.

Paulus quoque hanc eminentiam deſignando, dicebat ſe accepiſſe legem, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quia verò progrediente iam tempore, alij quidem propter dogmata, alij verò propter vitam, & mores grauiter impegerant, ea rurſus quæ conſtat literis, admonitione fuit opus. Hactenus ille.

Ratio prima propter fideles cur fuerit doctrina Euangelica conſcribenda.

Præter has cauſas, maximè ad fidelium vtilitatem, & ædificationem faciebat Euangelium ſcribi. Principiò quidem, ad memoriam rerum tam vtilium, & ſanctarum conſeruandam, maximè cùm longo tempore Chriſti eſſet Eccleſia permanſura, & hominum memoria parum tenax, & fidelis ſit.

II. Ratio.

Deinde ſeruit ſcriptum Euangelium ad pietatem ex factis & dictis Chriſti in nobis excitandam, imitationemque vitæ ſuæ nobis imprimendam: quod facilè ex lectione Euangelij etiam ſimplices ſine doctore aſſequi poſſunt.

III. Ratio.

Ad hæc, congruum etiam fuit, vt quemadmodùm Vetus Teſtamentum per Moyſen ſcripto traditum fuit, ita Nouum, quod legem nouam in fide Chriſti, vitæque eius exemplo, & præceptis poſitam complectitur, ſcriberetur.

Lex vnde dicta potiſſimùm.

Lex enim maximè à legendo dicitur. Vnde Ouidius:

Ouid. Metamorphoſ.

Nec verba minacia collo
Aere legebantur.

IV. Ratio.

Poſtremò mirificè inſeruit Scriptura Euangelica ad dubia quæ indies inter credentes de Fide, vel Sacramentis, vel moribus emergunt, decidenda, reſoluendaq;. Nam verborum Chriſti intellectus non ex vno aut altero Euangelij loco truncato, ſed ex tota lege benè perſpecta, & diſcuſſa meritò eſt colligendus: vt etiam Iuriſconſulti doctiſsimi de ſuarum legum intelligentia diſſerentes annotârunt: Opus eſt ergo Euangelio ſcripto ad integritatem ſalutis.

Quibus de cauſis Vetus Teſtamentũ fuerit ſcripto cõſignandũ.

Opus etiam fuit omnibus Scripturę veteris libris, idq; inprimis ob fidem de creatione mundi atque hominis, eiusque reſtauratione ex illis colligenda.

Gen. 1. & ſeq.

Deinde ad infidelium calumnias refellendas: nam Iudæi poſſent dicere, illum quem colimus Chriſtum, non eſſe verum Meſsiam in Lege promiſſum, ſed alium: quamobrem opus fuit literis Prophetarum non tantùm ad reuincendum, ſed etiam ad trahendum eos ad fidem Chriſti. Non enim tam facilè ad Chriſti cultum amplectendum, relicta ſua lege, veniſſent, niſi prius ex Lege, & Prophetis Veteris Teſtamenti ceſſationem & abrogationem cognouiſſent. Quin etiam Chriſtus per Scripturas Veteres Iudęos confutauit: imò diabolũ ipſum Scripturis allegatis ſuperauit. Ac proinde neceſſarij

Matth. 4.

fuerunt

perſpecta apprehenſaq; conijcere figuras, & vmbras quibus tegitur, quàm à figuris & vmbris diuinare veritatem. Vnde & Apoſtoli geſta, dictaque Chriſti ad Nouum Teſtamentum ſpectantia prius intellexerunt, quàm illis aperiretur ſenſus, quo Veteris legis intelligerent Scripturas. Apoſtolus quoque Timotheo ſacras commendat literas: *Quæ te poſſunt*, inquit, *inſtruere ad ſalutem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu*. Illo enim præeunte, & lucem Diuinam præbente, apertæ fiunt Sacrę literæ. Quare ipſe Dominus apud Ioannem Iudæos ſic adhortatur: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me: & nō vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Quod idem eſt ac ſi planiùs ita dixiſſet: Vos putatis vitam ęternam per obſeruationem Legis, & Prohetarum, plenumq; eorum intellectum habere. ſed id vanè putatis, qui ad me qui ſum finis Legis, & Prophetarum, vita ęterna, ſenſusque aperio ad intelligendas Scripturas, per fidem venire non vultis; cùm tamen ſim & ad iuſtitiam, & ad vitam omni credenti præſtandam paratus. Quaſi dicat: Scriptura ſine me nec intelligi, nec præſtare vitam poteſt.

Luc. vlt.
2. Tim. 3.
Ioan. 5.

Quid illud: Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, &c.
Rom. 10.

Deinde ſi rationē dignitatis habeamus, nemo eſt qui dubitet, prius eſſe Nouū Teſtamentum quàm Vetus, tantumque excellere, quantū Chriſtus ipſe dignitate pręſtat Moyſi, quantumque finis his quę ad finem ducunt, cœlum terræ, vmbræ corpus, veritas figuris, dies nocti pręſtare dignoſcitur. Sin verò ſermo ſit de temporis antiquitate, ac principatu, ſi Euāgelium Moyſis legem anteceſſiſſe dixero, nihil equidem falſi me dixiſſe comprobabo. Nā, vt omittam quod Chriſtus antequàm Abraham fieret, iam erat, nimirùm æternus Deus, illud ad rem facere videtur, quod quemadmodum artifex domum amplam ædificaturus, prius fabricandæ menſuram domus, & formam mente concipit; deinde inſtar illius quæ mente concepta eſt, formam ligneam condit, ad quam architectus inferior intuens, fabricat domum ipſam: ad hunc modum ſummus mundi cōditor, & artifex Deus Optimus Maximus, in mēte ſuæ Eccleſię domum Chriſti gratia, & meritis erigeodam, eiusq; ſpiritu ornandam, vt ſic dicam, præcogitauit; deinde Moyſi tanquā architecto inferiori præcepit: *Inſpice & fac ſecundùm exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt*, atque Eccleſiæ per Chriſtum conſtituendę veluti formam ligneam, typumque in lege quam tulit, expreſſit. Quis non videat hic pręconceptam in mente artificis formam tanquàm primarium exemplar, ligneū prædictæ fabricæ præcedere exemplum?

Ordine dignitatis quoque præcedere.

Quod ſit etiā prius tempore probatur.
Ioan 8.
Idem probatur exemplo.

Exod. 25.
Hebr. 8.

Quòd ſi obijcias: Ligneum exemplū antecedere veram, & perfectam domus conſtructionem, ipſam verò ideam in mente artificis poſitam non pręcedere, ſed conſequi; Reſpondebo non tantū in mente Dei, ſed etiam Nouum reipſa Teſtamētum anteceſsiſſe. Nam & ante Moyſen, & ſub lege Moyſi permulti Patriarchæ, & Prophetæ, & viri iuſti floruerunt, qui per fidē in Chriſto, perq; pretioſi ſanguinis ſui merita ſalui facti ſunt; potantes de eius ſpiritu: vt Abel, Noe, Abrahā, & alij, de quibus ad Hebræos Apoſtolus philoſophatur. Quis ergo neget, hos ad Nouum Teſtamentum pertinere? vt Auguſtinus, & Thomas egregiè docent, & ante eos Euſebius lib. 1. Demōſtrationis Euangelicæ c. 6. Aut quis meritò inficiari valeat Nouum prius eſſe Teſtamentum, quàm Vetus? Nam & Noui Teſtamenti promiſsio per quadringentos & triginta annos legem Moyſi præceſsit, ac proinde ab ea antiquari non valuit: vt Apoſtolus ad Gal. eleganter docuit. In hunc ſenſum accipio nonnullas Scripturæ ſententias. Ait enim Paulus. *Ieſus Chriſtus heri & hodie: ipſe & in ſecula.* Ioannes verò Chriſtum, Agnum occiſum ab origine mundi; idemque vocat Euangelium æternum, & Chriſtus Teſtamentum Nouum, & Paulus ſanguinem Teſtamenti æterni appellauit. At æternum quomodo erit, niſi dicamus ad omnes omnium legum homines extendi? Quicunque enim quouis ſeculo, aut ætate, aut ſtatu ſalutem conſecuti ſunt, id totum Chriſto, & Nouo Teſtamento acceptū ferendum eſt. Et idcirco dicitur Chriſtus heri, & hodie, & in ſecula; id eſt operans ſalutem hominū per omnes leges, ætates, & ſecula. Atq; hac eadem ratione pulchrè dicitur Chriſtus innocentiſsimus agnus, occiſus ab origine mundi: quòd nimirùm mortis eius merita, & ſanguinis virtus ad ſalutem hominibus præſtandam ab ipſo mundi initio iam operabantur, & veluti ad ſanctificationem retrò trahebantur. Nam & ille ſic paſſus eſt, vt paſsionem, & mortem atque ſanguinem ſuum non minus pro præteritorum hominum ſalute, quàm præſentium, atque futurorum Patri ſuo obtulerit.

Nouum Veteri quomodo antiquius Teſtamento cùm illud ſit conditum prius?
Iuſtos ante legem latam, & poſt illam quos merita Chriſti ſeruauerunt.
Heb. 11. & ſeq.
Auguſt. lib. 3. contra 2. epiſt. Pelagian. c. 4. & alibi, tom 7.
B. Thom. 1. 2. q. 106. 1. ad 3. & q. 107 1. 2. 3. 2. 2. q. 1. 8. 1. 3. 3. part. q. 8. 3. 3.
Quintò antiquior ſecundùm Apoſtolum nouę legis quàm antiquæ promiſſio.
Gal. 4.
Heb. vlt.
Apoc. 13.
Infrà 14.
Hebr 13.
Quid ſignificet: Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.
Chriſtus cur agnus, vocetur occiſus ab origine mundi.

Ita tamen nouum antiquitate præire Vetus intelligo, vt per Nouum Teſtamentum principalia, ſummaq; eius capita accipiam: vt ſunt, gratia Dei, Fides, Spes, Charitas, Chriſtus, eius ſanguis, atq; ſpiritus: non autem alia, quæ ad Sacramēta, ſeu ad ceremonias ſpectant ſacras: conſtat ſiquidem hanc

Qua ratione Nouum Veteri Teſtamento antiquiùs aſſeratur.
Lex Naturæ, & lex Euangelij antiqui-

ante

ſtate pares, vn quamque minimè diſiunctæ.

ante Moyſen minimè extitiſſe, cùm nondum eſſent inſtitutæ; erant tamē Chriſtus, atq; eius merita, Fides, & Spiritus. Ita vt doctè, & acutè mihi quidē diſſeruiſſe videantur, qui legem Euangelicā eo quo diximus modo intellectam, coæuam cum lege naturæ, & cum ea ſimul currentem, qualique ab ea inſeparabilem, & indiuulſam conſtituerint; cùm tamē diſtinctæ, & diuerſæ ſint leges. Ex his itaque quæ diſſeruimus, in ſumma colligimus, non tātùm ordine doctrinæ, aut dignitatis, ſed etiā tēporis prius eſſe Nouum Teſtamentum quàm Vetus.

Diuina cum Humana Scriptura cōponitur.

I. Diſcrimen.

Supereſt, vt ad ſecūdo loco propoſitam comparationem accedamus. Præſtant ſanè Diuinæ literæ hominum ſcriptis multipliciter. Nam illæ Deum habent primarium autorem, iſta verò hominem: quid autem interſit inter Deum & Hominem, explicat Diuinum verbum. Ait enim Apoſtolus: *Eſt autem Deus verax; omnis autem homo mendax.* Quòd ſi quis dicat, Scripturas diuinas miniſterio hominum ad nos eſſe perlatas; nō nego: verum, vt ille dixit:

Rom. 3. Pſalm. 115. Num. 23.

Homo homini quid præſtat? ſtulto intelligens
Quid intereſt?

Terent. in Eunuch. act. 2. ſce. 2.

Humani Diuinis quantū ſcriptoribus cedant.

Prophetæ, & Apoſtoli ſanctiſsimi viri fuēre: Spiritu ſancto duce, & magiſtro ſcripſerunt, eorum permulti non ſolùm vitæ ſanctitate, atq; miraculis, ſed etiam certa futurorum prędictione, & vaticinijs ſua ſcripta comprobârunt. Nihil ſimile in cæteris ſcriptoribus, qui homines tantùm fuerunt, humana duntaxat, & naturali rationi conſentanea (ſi quando ſapiunt) & ſentire potuerunt, & ſcribere.

II. Diſcrimē.

Deinde cognitio eorum quæ homines ſcriptis ſuis cōſignârunt, pendet ex lumine naturæ, ad quod omnia quæ docent, ſi rectè, & ſapienter procedunt, referēda ſunt. Concluſiones enim oēs ad ſua prima principia, quæ ratione, aut ſenſu percipiuntur, reſolui debent: at lumen illud rationis cùm exiguum ſit, finitum, limitatum, & in ordine intelligentiarum poſtremum, ſæpè inuenitur defeciſſe, falſaq; multa, & abſurda aſſeruiſſe. Lumen verò, quo libri Sacri traditi, & à nobis apprehendendi ſunt, diuinū eſt, infinitum, cœleſte, fallere, aut falli non valens: quam ob cauſam B. Petrus Scripturam ſacram, prophetiam appellauit, quòd lumine ſuperno conſtet eſſe ab Apoſtolis traditam, & à nobis accipiēdam. Ait enim: *Omnis Prophetia propria interpretatione non fit.* Et ad hanc indicandam differentiam, præ narrata Patris voce, quam in monte audierat de Chriſto, nempè: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite:* ſubdit idem Petrus: *Et habemus firmiorē Propheticum ſermonem, cui benè facitis attēdentes.* Namq; vt alias illius loci interpretationes prudens omittam, Propheticus ſermo dicitur firmior viſione quam habuit, & voce quam audiuit, proptereà quod etſi, quæ oculis conſpiciuntur, & auribus audiuntur, & manibus cōtrectantur, firma ſint & certa, certiora tamen, & multò firmiora ſunt quæ diuinitùs pateſacta per Scripturas traduntur, quia altiori lumine accipiuntur. Necdum enim illo tempore illud myſterium Transfigurationis literis ſacris ita erat conſignatum, vt tanta autoritate, & firmitate conſtaret, quanta ea quæ in Scripturis Sacris Veteris Inſtrumenti, tot ſeculorū conſenſu comprobatis conſtabant.

Quanto ſit Diuinum lumen humano præſtantius.

2. Pet. 1.

Sacram Petrus Scripturam, Prophetiam cur nominet.

Matth. 17.

Cur vocetur ab eodem viſione transfigurationis, & paternæ vocis auditu firmior ſermo Propheticus.

Tertium diſcrimen.

Vincunt tertio loco Scripturæ nobilitate & præſtantia argumenti: quæ enim ſcientijs atque diſciplinis per homines adinuentis docentur, nonniſi de creaturis tractant: de Deo verò aut nihil, aut diminutè, aut nō ſine errore mixta tradunt multa. At verò lib. Sacri de Deo in primis agunt, deq; eius bonitate, ſapientia, & alijs permultis perfectionibus, quæ ad beatam illam Diuinitatem ſpectant, homines illuminant: de creaturis verò non quidem per ſe, ſed vel quatenus à Deo vt primo principio, per creationem promanârunt, vel quatenus ab eodem ſtatu ſuo conſeruantur: vel rurſus quatenus in eum, vt in vltimum finem redeunt: quod genus de creaturis diſſerendi nobiliſsimum eſt, & præſtantiſsimum.

Quale argumentū Scripturarum.

Gen. 1. & ſeq.

Quartū diſcrimen.

Quarto loco excedunt in neceſſaria, & firma euentus conſecutione, certiſsimaque cognitione. Nam oracula, & vaticinia in Scripturis contenta, etiam ſi noſtro ſenſui, ac rationi repugnare videantur neceſſariò, & nō aliter euenire oportet. Vnde Dominus dixit: *Non poteſt ſolui ſcriptura,* & alibi: *Amen quippe dico vobis, donec tranſeat Cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Rurſus: *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt,* quod perinde eſt ac ſi apertius dixiſſet: Faciliùs eſſet Cœlum, & terram à ſua firmitate deficere, quàm verba mea à ſuo ſenſu, & euentu cadere. At verò quæ homines ventura prædicunt, etiamſi è ſuis principijs manifeſtè deducant, & neceſſaria nobis videantur, fruſtrari tamen poſſunt, & ſuis euentis plerunq; fruſtrata ſunt. Nam & Sol, & Luna ad vocē Ioſue immobilia ſteterunt, & vmbra Solis in horologio Achaz per decē lineas retroceſsit, & ignis in fornace à Chaldæis ſuccenſa tribus pueris pepercit, & Luna mortis Chriſti tempore ſe Soli oppoſuit, quo Eclipſin illam admirabilem, & inſolitam efficeret: Petri etiam corpus

Ioan. 10. Matt. 5. Infrà 24.

Qualis hæc locutio: Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea nō præteribunt.

Humana de rebus naturæ neceſſarijs vaticinia quinam per Deum euentus feſellerunt.

Ioſu. 10. Iſai. 38. Dan. 3.

etſi

Matth. 17. *Suprà* 14. *Suprà* 9. *Luc.* 7. *Ioan.* 11.

etſi graue, ſuper aquas deambulauit tamen; & mortui reuocati ſunt ad vitam per Chriſtum, nihil obſtãte regula illa phyſica, quæ habet, A priuatione ad habitum non eſſe regreſſum. Atq; ita non ſemper eueniunt, quæ ſcientiæ humanæ dictant eſſe ventura.

Quintum diſcrimen.

Excellunt quinto loco Sacræ literæ in ſenſuum maieſtate, & multitudine. Quæ enim per homines conſcripta ſunt, talia eſſe deprehendimus, vt ſemel illis à nobis intellectis quieſcat animus noſter, nec vlteriùs inquirendo progrediatur. At verò diuinæ literæ ingẽs abyſſus, & puteus altus, & ſine fundo ſunt, & ſemp eſt in illis quod de integro poſſis intelligere, & apprehenſo vno intellectu, alij ſenſus literales interdum occurrunt. Vt vera ſit Danielis ſententia: *Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Adde, Scripturam ſolã hoc priuilegio gaudere, vt præter literæ ſenſum, quem verba vel propriè, vel metaphoricè ſumpta porrigunt multos alios recóditos, & myſticos ſenſus qui ex rebus ipſis per literam ſignificatis, alias res ſanctiores, & maiores repręſentantibus oriuntur, complecti. Et hoc, ſiue allegoriam, ſiue tropologiam, ſiue anagogiam ſpectes, quod exploratum eſt & cópertum Scripturarũ ſacrarum ſtudioſis.

Diuinarum profunditas Scripturarũ.

Dan. 12.

Earundem fœcunditas.

Sextum diſcrimen, & vltimum.

Poſtremò excedunt libri Diuini omnia omnium hominum ſcripta. Nam quæ per eos elaboratæ ſunt ſcientiæ, & diſciplinæ, ad ſummum, vbi nullus error adſit, intellectum hominis erudire, & perficere poſsũt. At verò Sacra Biblia, & ad intellectum expoliendum, & ſine errore perficiendũm valent plurimum: voluntatem quoque noſtram mirificè oblectant, illamq; ad ſe trahunt, & quodammodò hominem Deum efficiunt. Vnde obiecit Dominus Iudæis: *Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt*, &c. ſiue voce viua, ſiue ſcripto id cõtingat. Proinde factum eſt, vt huiuſmodi ſacra volumina liber vitę dicantur, & Petrus Chriſtum verba vitę æternę habere affirmauit, & ipſe Dominꝰ de ſe teſtatur: *Verba*, inquit, *quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*: rurſus per Hieremiam cum maieſtate inclamat: *Quid paleis ad triticum, dicit Dominus: nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram?* Vbi hominum verba etſi polita, omnibusque eloquentiæ ornamentis referta, paleis leuibus, & quæ cibus ſunt iumentorum, conferuntur: quaſi vim tantùm habeát oblectandi aures, & hominem animalem paſcendi: at verba Dei triticum purum ſunt, quo homo rationis particeps, & ſpiritualis veſcitur: ſunt rurſus ignis, quo frigida hominũ corda in Dei dilectionem inflammantur, & in ipſum transformantur. Sunt denique malleus, conterens ſaxea corda hominum, & in peccato obdurata, quo mollia, & carnea per ſpiritum Dei reddantur. De hac vtilitate diuinorum voluminum, Apoſtolus philoſophatur in priori epiſtola ad Timotheum, dicens: *Omnis Scriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Et hactenùs quidem quæ de Inſtrumento, & Teſtamento Nouo, & Veteri dicenda hoc loco videbantur, ſatis ſit dictum. Ad reliqua pergamus.

Sacra Biblia intellectum noſtrum, & voluntatem quomodo perficiant.

Ioan. 10. *Pſal.* 81. *Eccl.* 24. *Ioan.* 6. *Ibidem.* *Hier.* 23. *Ezech.* 36.

Dei verba ſ cur tritico, igni, & malleo comparentur.

1. *Tim.* 3.

Ad quid vtiles diuinæ ſcripturæ teſte Apoſtolo.

PROLEGOMENON XXIII.

Quid ſit & nomine, & re Euangelium.

IAm verò quid ſit Euangelium & nomine, & re, differẽdum eſt, εὐαγγέλιον, Gręca vox eſt, & primò, ac propriè, vt ex eius etymologia conſtare poteſt, bonam, optatam, fauſtamque annuntiationem in ſuo ſignificatu complectitur. Vſurpatur tamen interdum, & in ſacris, & profanis ſcriptoribus ad quædam alia ſignificanda, quæ cognationem, & propinquitatem quandam ad illũ primum ſignificatum habent. Nam & in plurali numero pręſertim accipitur pro præmio quod lætum nũtium adferenti dari ſolet. Vnde Homerus in Odyſſea dixit:

Euangelij vocis prima ac propria ſignificatio.

Secunda Scripturis etiam non ignota.

Homer. li. 14. *Odyſſ.*

Εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω.

Et Cicero ad Atticum: *O ſuaues duas epiſtolas, quibus* εὐαγγέλια *deberi fateor.* Extenditur etiam dicta vox ad ſignificãdum vota, ſupplicationes, & ſacrificia, quæ pro aliquo læto, & optato nuntio Deo exoluuntur: Vnde apud Iſocratem inuenitur εὐαγγέλια θύειν, quod eſt pro nouo, & lęto nũtio accepto ſacrificiũ offerre. Et Plutarchus in Demoſthene ſcribit Athenięſes audita Philippi morte, εὐαγγέλια ſacrificauiſſe. Idẽ cõtigiſſe videtur voci Hebręę Beſorah בשרה quæ bonum nuntium in primis ſignificat; deinde etiam præmium, quod annuntianti fauſta, & felicia dare ſolemus, eadem voce exprimitur. Nam 2. Regum 18. ſi attentè legas Hebraicam literam, in vtroque ſignificatu accipitur. Primo loco ait, *Non eris boni nuntij baiulus*: altero verò 2. Regum 4. vbi dicitur: *Cui oportebat mercedem dare pro nuntio*, vox Hebræa mercedem boni nuntij vocat Beſorah. Septuaginta verò habẽt ᾧ ἔδει με δοῦναι εὐαγγέλια. Vbi manifeſtè vox Euangelij pro mercede quæ dari aſſolet bona nuntianti, vſurpatur. Quicquid autem ſit de his duabus poſtremis ſignificatio-

Cic. li. 2. *epiſt.* 12.

Tertia ſignificatio.

Beſorah dictio Hebræis ſignificat.

2. *Reg.* 18.

Suprà 4.

ficationibus, dicendum eſt, vt præmiſimus, propriè pro bono, & iocundo vſurpari nuntio.

Porrò verbum illud Hebræum annuntiandi, vt tradunt eruditi in Hebraicis literis, deſcendit, vel à verbo בִּשַּׂר id eſt, annũtiauit, ſeu Euangelizauit, ex quo voce oritur nomen legati, Mebaſſer in Hebræo, quod non longè diſtat à verbo vulgari Imbaſciator vnde Chriſtus, vt Dei Apoſtolus, ſiue legatus dixit, *Euãgelizare pauperibus miſit me:* vel à nomine בָּשָׂר id eſt carne: quod Euangelium fortaſſis nihil ſit aliud, quàm quod ait Ioannes: *Verbum caro factum eſt:* ad quem primarium articulum cæteri omnes conſequantur, qui in Euãgelio proponuntur, cuius annuntiationis eſt fructus: *Vt videat omnis caro ſalutare Dei, quod teſte Apoſtolo manifeſtatum eſt in carne.* Eſt etiam Chriſti paſsio & mors: ſacrificium cruentum in Cruce pro mundi ſalute, & ſacrificium incruentum, & quotidianum pro gratiarum actione, & memoria victoriç in Cruce partæ: & vtrumque magna pars Euangelij, ſiue ipſum Euangelium. Voluit ergo Dominus voce Euangelij Græca potiùs, quàm Hebræa, vel Syriaca exprimi hiſtoriam aduentus ſui ad nos, & reditus ſui ad Patrem: vt intelligeremus, non ſolùm rem tam nouã noua voce fuiſſe nuncupandam, ſed eius fructum magis Græcis, & Gentibus fuiſſe communicãdum, quàm Hebræis incredulis, & illum reſpuentibus. Qua ratione congregatio fidelium potiùs nomine nouo Eccleſiæ, quàm antiquo Synagogæ nominari voluit: & nomina Sacramentorum præcipuorum, & Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ex Græca hauſimus lingua, nempè Baptiſmi, Chriſmatis, Euchariſtiæ, Papæ, Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, quo acciperemus Deum repudium miſiſſe Iudæorum Synagogæ, & Gentilitatem in ſponſam ſuam aſſumpſiſſe, & linguam eius nobilitaſſe. Quare maiorem partem Canonicæ Scripturæ Noui Teſtamenti linguæ Græcæ idiomate nobis conſignari conſtituit. Denique communius eſſe voluit Græcum nomen Chriſti capitis, quàm Hebræum Meſſiæ: & Petri nomen à Chriſto inditum, quàm Cephæ Syrum.

Quanquàm autem quęlibet res fauſta ac felix, quæ annũtiatur, ſortiri poſsit hoc nomeñ, & dici Euangelium, vt ex ſacris, & profanis autoribus oſtendimus: tamen ex vſu, & cõſuetudine factum eſt, teſte B. Auguſtino contra Fauſtum, vt hoc nomen ad teſtamenti Chriſti felicem, fauſtamq́; annuntiationem ſignificãdam reſtrictum ſit.

Ea vox vnde ortũ habeat, teſte Pignino.

Ioan. 1.

Euangelij fructus quinam.

Iſai. 40. iux. LXX.

Luc. 3.

1. Tim. 3.

Quare Chriſtus ſuæ Incarnationis, & Aſcenſionis myſteria voce Euangelij Græca, quàm Hebraica, vel Syra maluerit ſignificari.

Quas voces Euangelio Gręca potiùs quàm Hebræa lingua ſuppeditauerit, & quare.

Ioan. 1.

Cur modo ſimpliciter atque abſolutè Nouum Teſtamentũ Euangelium nominetur.

B. Aug. lib. 2. contra Fauſt. & c. 2. 10. 6.

Ita vt per antinomaſiam, & excellentiam Euangelium impliciter dicatur: quòd aliæ annuntiationes, etſi felices ac fauſtæ, non tamen ſunt adeò dignę, vt nomen Euangelij habere mereantur. Idem etiam alijs vocibus contigit, quæ ad quædam aptiùs exprimenda ſunt per conſuetudinem limitatæ. Angelus enim ex vi vocis, quemuis ſignificat nuntium, ex vſu tamen Scripturarũ, & Eccleſiæ tantummodò ſpiritus cœleſtis Angelus vocatur. Item Apoſtolorum vox, miſſos, quoſcunque, & quacunque de cauſa, & ad quoſcunque ſuo in conceptu includit; vſus verò,

Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi,

& inuicta Scripturæ autoritas, ad eos qui tantùm miſſi ſunt à Chriſto gratia Euangelij prædicãdi, reſtringitur. Similia dici poſſunt de vocabulis Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, quas vſus mollluit, & limitauit ad certa perſonarum genera, quæ Eccleſiæ Chriſti miniſtrant, ſignificanda. Hinc vox ipſa Græca cõmunicata fuit linguæ Syriacæ, ſiue Chaldææ, qua Dominus creditur fuiſſe vſus, quemadmodum pleſumq; Græcæ aſiæ, dicitur enim illa lingua אֶוַנְגֶּלִיוֹן, id eſt, Euangelium.

Porrò Euangelium primò res ipſas fauſtas & lætas quæ annuntiantur, & corde per Fidem percipiuntur, ſignificat. Vnde Paulus dixit: *Non enim erubeſco Euangelium,* id eſt Chriſtum Euangelio contentum, peccata condonantem, & iuſtitiam, & vitam æternam largientem. Ex quo ſubdit: *Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti.* Legimus enim apud eundem Paulum Chriſtum eſſe Dei virtutem & Dei ſapientiam. Deinde ſignificat rerum in Euãgelio contentarum prædicationem, & promulgationem, in quo ſenſu dicitur apud Marcum: *Qui perdiderit animam ſuam propter me, & Euangelium* (id eſt, propter munus euangelizandi) *ſaluam faciet eam.* Poſtremò ſignificat ipſam Scripturam Euãgelij annuntiationem continentem: in quo ſenſu dicitur Euangeliũ Matthæi, Marci, Lucę, & Ioannis, & Paulus Lucam commendans, ait: *Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.* Et eſt ſermo de Euangelio ſcripto: nam in munere viua voce Euangelizandi, multi erant fratres cõmendabiles, & laude digni.

Quanquàm autem tota Noui Teſtamenti Scriptura, etiam quæ epiſtolas Pauli, & aliorum Apoſtolorum complectitur, dici poſſet, & interdum dicatur Euangelium, quia tota pertinet ad Chriſtum in cordibus hominum exaltandum, & imprimendum,

Voces Angeli, & Apoſtoli ad quid aliud ſignificandum ſint diuinitùs inſtitutæ.

Horat. in arte.

Luc. 6.

Matth. 12.

Euangelij primus ſignificatus ex tribus.

Rom. 1.

Non erubeſcere Euangelium quid.

1. Cor. 1.

Alter.

Mar. 8.

Tertius.

2. Cor. 2.

Aliter ſcriptis Apoſtolicis, nimirũ epiſtolis aliter quatuor Euangeliſtarum ſcriptis cõuenire nomen Euangelij.

& ad populum ſanguine eius ſanctificatum, & redemptum inſtruendum: vnde ſcripta ſua omnia, Euangelium vocare non veretur Paulus, vt conſtat ex epiſtola ad Rom. cap. 1. & 2. & ex priori ad Corint. ca. 5. Principaliter tamen codex Quatuor Euangeliorum, magis propriè Euangelium nominatur, quia hiſtoricè Chriſti vitam, doctrinam, mortem, & reſurrectionem tradit: hæc enim myſteria propriè Euangelij nomen, & titulum abſolutè promerentur. Et hæc de voce dicta ſint ſatis.

Rom. 1. *Infra 2.* *1. Cor. 15.*

Re Euangeliũ quid ſit: eiuſdem deſcriptio.

Explicandum eſt, quid rurſus re ipſa ſit Euangelium, & quãtum fuerit rationi conſonum, hanc vocem ad Chriſti annuntiationem coarctari: id autem planum, & apertum fiet ex his quę ſequuntur. Eſt enim Chriſti Euangelium, depulſionis ſummi mali, ſeu infinitæ miſeriæ, adeptionis ſummi, & infiniti boni, ſeu æternæ fœlicitatis annuntiatio: & hæc quidem per ſummum mediatorem Chriſtum Deum & hominẽ facta eſt, per ſummum item reconciliationis, ac mediationis modum, quo nullus maior à creatura ratione prædita excogitari poteſt. Hanc verò reconciliationem ſummus ille, ſapientiſsimus mundi conditor Deus clementer, & gratioſè fecit cum ſuis ſummis hoſtibus, & inimicis capitalibus, id eſt, ingratiſsimis, & ſummo ſupplicio dignis hominibus. Hæc eſt generalis quædam Euangelij deſcriptio, ac delineatio. Verùm quo ſuauiùs delectet, gaudioq́ue ſpirituali perfundat contemplantes, diſtinctè ſingulæ eius particulæ expendendæ, inſtarque mundorum animalium à nobis ruminandæ ſunt.

Humanæ miſeriæ ante Euangelij aduentum deſcriptio.

Conſidera igitur primo loco ſummam illam, & extremam miſeriam, quæ depellenda annuntiatur per Euangelium. Erat homo ante hanc annuntiationem in peccato (quæ ſumma eſt miſeria) cõſtitutus: nam in primis ſummam cum Deo totius felicitatis, ac boni fonte inimicitiam pariebat. *Iniquitates enim noſtræ*, vt ait ſanctus ille Propheta, *diuiſerunt inter nos, & Deum noſtrum, illumq́; ad vindictam de illis ſumendam prouocabant.* Quæ autem magis (quæſo) deploranda calamitas, quã agnoſcere, te Principem tuum tibi iratum, atque infenſum habere? Etiamſi omnia alia bona pro voluntate affluenter ſuppeterent, certè nonniſi infelicem ageres vitam, vbi te ſemper odio haberi à Rege tuo, & à Deo cogitares.

Iſa. 59.

Dei in nos odium quantum malum.

Hanc autem inimicitiam, & Iram Dei aduerſus hominem, annuntiatur in primis Chriſtus ſuſtuliſſe. Vnde illa Pauli magnifica vox: *Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illi delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis.* Audis à quãto malo & miſeria per Euangelium liberaris?

2. Cor. 5.

Peccati morbus ſoli Deo curabilis, huius rei typus.

Erat deinde peccatum, ſpiritalis hominis morbus, quantauis ſapiẽtia, aut virtute humana, imò etiam angelica inſanabilis verè ac immedicabilis, vt in typo puellæ adumbratur hæmorrhoiſſæ, quæ omnes facultates ſuas in medicos, ſanitatis obtinendæ gratia erogauerat, quam tamen aſſequi non potuerat. Solus quippe Deus eſt qui peccata remittit: ſolus ille remittere poteſt iniurias, qui ſolus offenſus eſt: at hoc malũ tantùm per Chriſtum Deum iuxta atque hominem ſanari poſſe, vbique declarat Euangelium, in quo Chriſtus ſe vocat medicum, quique infirmos ad ſe inuitans, ait. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos:* & in parabola quadã Samaritanum ſe eſſe expreſsit, oleum & vinum ſuper plagas hominis vulnerati, & ſemiuiui in via relicti infundentem.

Mar. 5. *Matt. 9.* *Luc. 7.* *Matt. 9.* *Infra 11.* *Luc. 10.*

Chriſtus cur Ieſus dici voluerit.

Rurſus nomen Chriſtus aſſumpſit conueniens, & noſtris morbis depellendis accommodatum. Ieſus enim dicitur, quòd populum ſuum ſaluum facit à peccatis eorum. Præterea morbos omnes corporeos ſanabat, ita vt quotquot eum tãgerent, ſalui fierent; quo ſe animarum Medicum, & omnium morborum ſpiritalium, in corporeis deſignatorum expulſorem apertè indicaret. Sanat enim febrem carnalis concupiſcentiæ, in febricitante ſocru Petri deſignatam, lepram hæreſis cõtagioſam, in leproſo deſcendẽte de monte adumbratam, ſpiritalem acediæ paralyſin, in ſeruo paralytico Centurionis ad ſanitatem reſtituto; ſterilitatem benè operandi in eo, cuius manum aridam ſanauit; tumorem ſuperbiæ, in hydropico; inſatiabilem auaritiæ ſitim, in cæco mendicante ſecùs viam; importunam dæmonis vexationem, & oppreſsionem, in filia Chananææ à ſpiritu maligno liberata; cæcitatem, diuinorumque ignorantiam, in cæco nato, cui viſum reſtituit; ſurditatem in audiendo verbo Dei, & mutitatem diuinæ laudis, in ſurdo illo, & muto, cuius linguam Dominus ſputo liniuit, & in cuius auriculas digitos ſuos miſit: occultum mentis peccatum, & per infirmitatem animam occidens, in filia Iairi archiſynagogi domi à morte ſuſcitata; peccati publici morbum ſpiritualem, ac per ignorãtiam contractum in filio viduæ ad portam ciuitatis Naim, à morte ad vitam reuocato: flagitij diuturni fœtorem, & mortem peccandi conſuetudine contractam, in Lazaro fœtenti, & quatriduano, tanta eorum qui aderant admiratione ad priorem vitam reuocato,

Supra 2. *Matt. 1.* *Mar. 6.*

Quas ſanet Chriſtus noſtras infirmitates.

Matt. 8. *Ibidem.* *Ibidem.* *Infra 12.* *Luc. 14.* *Mar. 10.* *Matt. 15.* *Ioan. 9.* *Mar. 7.* *Matt. 9.* *Luc. 7.* *Ioan. 11.*

uocato, delineatam, atq; repræſentatam.

Quantū hoc ſuChriſtu beneficium noſtrarum curationis animarum.

Si ergo qui ad mortem ægrotant, omniq; ſpe vitæ deſtituti, & à Medico deplorati ſunt, nullas non agunt gratias illi, qui vitā expugnato morbo conſeruat: quantas nos, & quàm immortales gratias, & agere, & referre Chriſto medico, ac Saluatori noſtro debemus, qui non tantùm à futura, & imminenti, ſed etiā ab immiſſa, & iam contracta peccati morte, & interitu verbo omnipotenti liberat ſuo?

Aliæ peccati calamitates, & miſeriæ percēſentur.
Gen. 3.
Suprà 2.
Ioan. 8.
Ioan. 8.
2. Pet. 2.
Rom. 7.

Ad hæc alias cōtinet, & magni momenti miſerias peccatum. Vt enim Adam nimis vxori ſuæ indulgendo, & de fructu vetito guſtando, factus eſt in primis peccati ſeruus, deinde etiam Serpentis captiuitatem incurrit: *Qui enim facit pecaatum, ſeruus eſt peccati*: &, *A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt*: denique Spiritus in ſeruitutem incidit carnis, & Illi per omnia placere ſtudet: nam vt dixit Apoſtolus, *Video aliā legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Quis eſt tam cæcus qui non videat infeliciſsimum eſſe, tot captiuitates, & genera ſeruitutis incurrere?

Quid ſeruū eſſe peccati.

Quid enim eſt peccati ſeruum fieri, quam rei fœdiſsimę, & abominādæ reddi obnoxium? Nam peccatum quod pœnitētia præſentanea non diluitur, mox ſuo pōdere ad aliud trahit. Quid item infelicius, quàm dæmoni, viliſſimæ ac crudeliſſimæ belluæ ſeruire? Quid item magis contra rationem, quàm Spiritum carni ſeruire? quod eſt dominum ſeruum effici, ſeruum verò dominum reddi.

Tertium miſeriarum genus à peccato proueniēs.

Adde iſtis reatum ad æternos cruciatus, & gehēnæ ſupplicia in futura vita, in præſenti verò longam miſeriarum quaſi catenam, quam infelix peccator cogitur trahere. Obnoxius eſt enim ignorantiæ, & obliuioni diuinorum, tarditati ac imprudētiæ in agendis rebus eſt ſubiectus, propenſionem, ac pronitatem ſentit ad malum, denique innumeris morbis, ægritudinibus, perturbationibus, morti deniq; tot modis inſidianti remanſit addictus.

Adæ nondū peccatoris felicitas.

Quarum pœnarum cumulum augebat tū præterita ſtatus innocentiæ felicitas, in quo & amicus Dei, & Angelorum conſeruus, immortalis, & dominus vniuerſorum mundi bonorum inueniebatur, atque fœliciſsimum æuum degebat: tum etiam mundi caligo, ac veluti palpabiles Aegypti tenebræ, quibus obrutus mala tanta, in quibus verſabatur, non agnoſcebat. Vt vndique Inueniatur homo omnium creaturarum infeliciſſimus.

Exod. 20.

Prima Euāgelij conditio.

Veruntamen Euangelium Fide apprehenſum, liberationem à culpa per gratiam ſanantem, & coram Deo iuſtificantem offert: redemptionem à dæmonis ſeruitute ſæpè decantat: *Nunc*, inquit, *Princeps huius mundi eijcietur foras.* Nec ob aliam cauſam ab obſeſſorum corporibus ſpiritus immundos eijciebat, niſi vt oſtenderet ſe illos de hominum cordibus vel inuitos expellere.

Ioan. 12.
Dæmonia cur Chriſtus de corporib⁹ pelleret humanis.

Libertatem porrò ſpiritus noſtri ad carnē illi ſubiugandam per Spiritum ſanctum, quem effudit in nos abundè, operatur: reatum verò æternæ pœnæ liberaliter donat: pœnas porrò præſentis vitæ, & dono patientiæ, & Chriſti, & Apoſtolorum exemplo ita mitigat, vt ad exercitium noſtrum, & ad meritum æternæ vitæ comparādum, & ad ſalutare fortitudinis exemplum alijs exhibendum, & ad carnem debilitandam, ſpiritum verò roborandum, atque confirmandum gratuitò conuertat. Quis hic non videat abyſſum immenſam miſeriarū noſtrarum, abyſſum diuinarum miſericordiarum inuocantem? Atque hæc de depulſione ſummi mali ſint dicta.

Tit. 3.
Pſal. 41.

Secunda conditio magnitudinem, ac multitudinē exprimens beneficiorū Chriſti.

Deinde ad Euangelij laudem, & commendationem accedit eorum acceptio bonorum, ad quæ promouet Euangeliū. Nec enim à tantis miſerijs hominem eripere ſatis fuit Chriſto, niſi etiam ad ſumma, & inenarrabilia bona nos proueheret, quæ nec nos aut longè odorari, & cognoſcere, aut cognita deſiderare, & petere, minus etiam oratione illa bona explicare facilè poſſemus. Quis enim tantum dicendo, aut ſcribendo conſequi valeat, vt talia ac tanta Dei Optimi Maximi dona orationis ſplendore exprlmere queat? Accipimus enim per Euangelium, remiſsionem peccatorum, iuſtificationem coram Deo, adoptionem filiorum, renouationem Interioris hominis, vnctionem, & libertatem ſpiritus, virtutē bonorum operum ad cœleſtis præmij meritum comparandum, Dei amicitiā, Patris filiationem, Chriſti fraternitatē, Incomparabile perſeuerantiæ munus, deniq; ampliſsimam æternæ vitæ coronam, quam & copioſam in cœlis mercedem ipſe Chriſtus vocat: *Quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit*, quade alibi dixit Dominus: *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum.* Hæc autem futura bona, cœleſtiaque, dum viuimus, certo quodāmodò delibantur, & prægustantur à iuſtis: nam ad ea bona ius habent in filiatione Dei ſitum, atque Spiritum ſanctum, vt certum arrhabonem, & pignus tenent, ita vt homo non ſatis admirari queat tantum diuinæ bonitatis pelagus nobis apertum, tantosque cœleſtis miſericordiæ theſauros in nos liberaliter effuſos.

Rom. 8.
Gal. 4.
1. Ioan. 2.
Rom. 8.
2. Cor. 3.
Epheſ. 2.
Ioan. 15.
Rom. 8.
Gal. 4.
Matt. 5.
1. Cor. 2.
Iſa. 64.
Luc 6.
Cœleſtia Euangelio bona promiſſa nunc quatenus à nobis poſſideātur.
Rom. 8.
Ephеſ. 1.
2. Cor. 1.

Adæ porrò filij non ſolùm tanto dono digni non erant, verùm etiam multo & magno ſupplicio digni, vtpotè inimici ipſius, & cum hoſte Dei, diabolo ſcilicet, coniurati atque coniuncti. Quare & hinc meritò venit Dei lenitas & clementia à nobis magnificanda, quòd tales dignatus ſit diligere, & in filios, & hæredes vitæ æternæ recipere. Sed hæc potiùs ſunt per Spiritum ſanctum delibanda intus, & guſtanda, quàm verbis vllis proſequenda.

B. Chryſ. ſub init. hom. 10. 1. in princ.
I. Ratio Chriſoſtomi, Matthæus hiſtoriam ſuam cur Euangelium nominauerit.

Hęc omnia autoritate confirmâtur Chryſoſtomi, qui homilia 1. in Matthæum ita habet: *Euangelium verò non abs re quidem ſcriptionem ſuam vocauit. Siquidem pœnarum ſublationem, veniam peccatorum, ſanctificationem atque iuſtitiam, redemptionem, adoptionem etiam filiorum, & cælorum hæreditatem, & cum Dei Filio fraternitatem, omnibus inimicis Dei, & in tenebris ſedentibus nuntiauit. Nunquid poſſit eſſe æquale his tam bonis nuntijs? Deus in terris, homo in cælo: facta eſt omnium vna permixtio. Angeli cum hominibus iungebant choros, homines choris addebantur angelicis, atque cæleſtibus alijs ſuperniſq́; virtutibus. Erat cernere antiquum repentè prælium diſſolutum, Deum hominibus reconciliatum, diabolum verò confuſum: dæmones cum tremore fugientes, mortem peremptam, paradiſum apertum, maledictionem remotam, peccatum de medio ſublatum, exagitatum errorem, veritatem reuerſam, pietatis ſermonem vbique ſeminatum, vbique creſcentem, cæleſtem conuerſationem in terra regione plantatam, virtutes ſupernas familiariter nobiſcum loquentes, & ad terras ſæpè Angelos ventitantes, exquè his hominibus ſpem firmam certiſſimam futurorum. Propterea igitur Euangelium iſta vocatur hiſtoria, quàm ſcilicet omnia alia verba inania doceantur, ac vacua, quibus ſolent præſentia iſta promitti: vt copia diuitiarum, vt potentiæ magnitudo, vt principatus, & gloria, vel honores, & quantacumq́; alia bona eſſe homines arbitrantur. Quæ verò piſcatorum ſunt annuntiata verbis, propriè, ac verè Euãgelia nominantur: non tantùm quia firma ſunt, ac penitùs immobilia, ſupraq́; noſtram eminentia dignitatem, ſed quia cùm omni etiam facilitate nobis donata ſunt. Non enim laboribus noſtris atque ſudoribus, non doloribus, & ærumnis, ſed per Dei nos tantummodò charitatem, tam grandia hæc promiſſa ſuſcepimus.* Hactenùs ille.

Luc. 2.
Infrà 2.
II. Ratio.

Quòd ſi adhuc oculos conſiderationis extendas, ac cogites quàm latè pateat hæc bona, ſauſtaquè Euangelij annuntiatio, habebis amplam & admirationis, & gratiarum actionis materiam. Nam primò fauſta, & bona fuit annuntiatio Euãgelica omnibus hominibus, qui tempore Chriſtum anteceſſerunt. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, præter hoc ſcilicet ſacroſanctum Ieſu nomen in Euangelio expreſſum.* Profuit deinde tempore Meſſiæ viuentibus, & inenarrabilem conſolationem attulit Euãgelij prędicatio. Vnde Chriſtus dixit: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & aures, quæ audiunt quæ vos auditis.* Et Angelus ad paſtores, *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Adhæc ipſis poſt Chriſtum aduenientibus, & Fide Chriſtum amplectentibus, vtiliſſimum inuenitur Euangelium: quod propterea magna ratione Chriſtus omni creaturæ prædicari mandauit. Ipſe etiam rogauit non tantùm pro Apoſtolis, ſed & pro omnibus qui in ſe credituri erant per verbum eorum. Præterea Patribus qui in limbo magno Meſſiæ deſiderio tenebantur, felix, & lęta fuit hæc annuntiatio, de qua Propheta Zacharias longè antè prædixerat: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.* Quid dicam de hominum ſpiritibus, qui in purgante igne detinebantur? nonne & illis profuit Euangelium? Petrus enim ſcribit, mortuis fuiſſe Euangelizatum per Chriſtum: nam in eum locum ille deſcendens, prout tantùm victorem, & triumphi tot de hoſtibus debellatis gloriam decebat, omnes electos ex eo laborioſo carcere (vt B. Gregorius docet) eduxit. Quid enim mirum id illis Chriſtum beneficij præſtitiſſe? ſiquidem Principes id agere conſueuerunt, vt in primo ſuo in aliquam ciuitatem ingreſſu pandantur carceres, & omnes qui in vinculis captiui detinebantur, cariſſima ſibi, & pretioſa libertate donentur. Ad pueros etiam, qui ſola originalis criminis labe maculati erant, & infecti, peruenit Euangelij virtus: nam & illis per Chriſtum dabitur à mortuis reſurrectio, & illa naturalis felicitas concedetur, quam poſt mundi conſummationem in æternum obtinebunt. Participabunt pariter inſenſatæ atque inanimatæ creaturæ de fructu Euangelij tanti. Etenim & in Chriſti Incarnatione eleuatæ ſunt, & exaltatæ: completoque numero fratrum, illæ ampliùs eleuabuntur, & reuocabuntur. Ita vt omnis creatura propterea ingemiſcat, & parturiat vſque adhuc, reuelationem filiorum Dei expectans: quare & cœlos nouos, & terram nouam, quæ tantæ hominis reuocationi, & glorificationi reſpondeant, expectamus.

Pergam vlteriùs, & Angelos huiuſce Euangelij participes fuiſſe non negabo. Nam B. Bernardo, & quibuſdam alijs Patribus

Ijs qui in Lege tum naturæ, tum Moyſi fuerũt quid profuerit Euangelium Chriſti.
Act. 4.
Luc. 2.
Matt. 1.
Chriſto contemporaneis eius etiam quid contulerit Euangelium.
Infrà 13.
Luc. 2.
Chriſti poſteris vt fuerit etiam vtile Euangelium.
Mar. vlt.
Ioan. 17.
Quomodo, idem Patrib. in limbo detentis iocundum acciderit, & ſalutare.
Zach. 9.
Animi qui purgabantur vt fuerint Euangelij participes.
1. Pet. 4.
D. Greg. hom. 22. in Euang. poſt med. to. 2.
Pueri etiam limbo detenti fructum Euangelij qualem Chriſti participẽt.
Corporeæ quoq; & inſenſibiles creaturæ eiuſdem, vt fuerint, ac futuræ ſint Euangelij capaces.
Apoc. 6.
Rom. 8.
Iſa. 65. & vlt. & Apoc. 21. & 2. Pet. 3.
Angeli etiam quid fuerint ex Euangelio conſecuti.

I. argumentũ Euangelij dignitatis & excellentiæ.

B. Aug. lo. 4.

ſint: quę ad quatuor, aut quinque capita reducere poſſumus. Principio ergo excellentiam Euangelij declarat eius ſumma, & ſolida autoritas. De qua ſic Auguſtinus ſcribit libr. 1. de conſen. Euãgeliſtarum, cap. 1. in principio: *Inter omnes*, Inquit, *Diuinas autoritates quæ ſanctis literis cõtinentur, Euangelium meritò excellit. Quod enim Lex & Prophetæ futurum eſſe pronuntiauerunt, hoc redditum atque compertum in Euangelio demonſtratur.* Hæc ille ſapienter protulit. Vt enim finis legis eſt Chriſtus, ad iuſtitiã omni credenti, ita Euãgelium, quod Chriſtum continet, eiusque geſta, & admiranda myſteria tradit, finis eſt omnium Scripturarum. Nam ad illud ſignificandum, atque repræſentandum Veteris Inſtrumenti libri conſcripti ſunt: quæ verò Apoſtoli poſt Euangelium literis conſignatum ſcriptis ſuis tradiderunt, ad illud explanandum, & declarandum ſpectanr.

Rom. 10.

Quis finis legis & ſcripturarum.

II. argum.

Quibus ritibus, & cæremonijs Euangelium honoret Eccleſia, & vnde profectæ.

Apparet etiam eius excellentia, & maieſtas ex alio capite. Nam ſi attentè expendas Eccleſiæ cęremònias in Euangelij lectione, ſeu cantu obſeruari ſolitas, eius eminentem dignitatem agnoſces. Nam in primis in eminenti loco, nec ſine accenſis cereis legi conuenit Euangelium, & voce extenſa atque clara. Illi etiam, dum legitur, circunſtantes aſſurgunt, & ſtantes, ac detecto capite audiunt: thura etiam dat verſus Euangelium miniſter: quod vbi lectum eſt, de more ſacerdos oſculatur, & oſculandum Epiſcopo, vel Principi, ſi adſit, offertur. Hæc autem non ſunt, vt puto, ex aliqua naturali, diuina, vel poſitiua lege, ſed ex laudabili tantùm Eccleſiæ conſuetudine, & Patrum ſuggeſtionibus atq; conſilijs introducta; ita vt aliter facientes videantur parùm religioſi, & minori reuerentia Euangelium venerari. Idipſum, & in Germania, tam inter Catholicos, quàm inter Hæreticos perpetuò obſeruatum animaduerti: vt concionatore in principio ſermonis Euãgelium explicandum de more proponente, & recitante, tandiù omnes viri aperto capite aſtent, quamdiù eius lectio, & recitatio compleatur: qua completa, omnes ſuo loco ſedent. Iſtæ autem cæremoniæ ſignificatione ſua, & ſapientia ſpiritus minimè carent. Legitur enim in loco eminenti, & voce alta, & extenſa, vt omnes intelligant ad ſe pertinere quod legitur. Luminaria porrò accenduntur: quia Euangelium illuminat vniuerſum orbem, & lætitiam ſingularem (quæ luminibus indicari ſolet accenſis) mundo attulit. De quo quidem Vigilantium hæreticum Hieronymus elegãter in hunc modum reprehendit: *Nam & abſque Martyrum*, inquit, *reliquijs per totas Orientis eccleſias, quando legendum eſt Euangelium, accenduntur luminaria, iam Sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.*

Germaniæ Catholici Euangelio quã reuerenter interſint.

Euangelium cur alto loco, & voce proponitur: & cur luminibus item accenſis.

Ioan. 1.

S. Hier. aduerſus Vigilantium, poſt med. tom. 2.

Aſſurgimus præterea, ad ſignificãdum animorum noſtrorum præparationẽ, qua parati ſumus, ea quæ in Euangelio continentur, adimplere. Vnde Apoſtolus ſcribit: *State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Detegitur caput, non ſolùm ad ſignificandum, hominem non debere præſtare ſurdas aures in audiendo Euangelio, ſed vt etiam propter illud omnia temporalia à nobis eſſe abdicanda intelligamus. *Omnis vir orans* (ait Apoſtolus) *aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum.* Eſt autem vir prophetans, qui non tantùm verba Prophetarum, ſed etiam ille, qui verba Euangelij, quæ excellentiora, & magis ad ſalutem neceſſaria ſunt, ſolet proferre. Quis ergo viri caput eſt Chriſtus, ideo caput velans, perinde facit, ac ſi Chriſtum velare intenderet, quod eſt dehoneſtare caput ipſum, ſeu turpe oſtendere. Quo enim corporis partes turpiores ſunt, eo magis à nobis velari ſolent: pulchræ autem, vt facies non teguntur. Ad hæc reuerentiam, quam magnis principibus, dum nos alloquuntur, impendimus, etenim eos nonniſi ſtantes, & detecto capite audimus, eandem etiam Euangelio exhibemus, quaſi in illo Chriſtus ad nos loqueretur: nam & Deus ipſe honores humanos, & quos Regibus noſtris exhibere de more ſoliti ſum', à nobis exigit per Prophetam: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Etſi offeratis claudum & languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum*, quaſi diceret, minimè ſuſcipiet, nec placebit. Item nihil iuſtitiæ, aut rationi magis conſonum, quàm vt eum omni quoad poſſumus honore excipiamus, qui pro nobis totius ſui honoris iacturam libenter fecit, iniurias, & opprobria perferendo: æquum eſt ergo; vt in Miſſæ ſacrificio, dum Hoſtia eleuatur, per quam re ipſa nobis præſens eſſe dignatur, omnes genua flectamus: quæ cęremonia maximi honoris eſt indicium. Cùm verò dicitur in Euangelio Ioannis: *Et Verbum caro factum eſt*, aut in Symbolo Apoſtolico, *Et homo factus eſt*, omnes caput inclinamus, ad repræſentandam ſummam Chriſti humiliationem, & exinanitionem, quam ad nos deſcendendo

Cur ſtantes Euangelium audiamus.

Ephes. vlt.

Cur nudo capite.

1. Cor. 11.

Vir orãs, aut prophetans non velato capite ſecundũ Apoſtolum, quomodo deturpet caput ſuum.

Infrà 2.

Hunc honorem, & reuerentiã Euangelio optimo iure deberi.

Malac. 1.

Chriſtũ quoque eſſe dum hoſtia leuatur, à nobis adorandum.

Quid ad verba illa: Et Verbum caro factum eſt, & Homo factus eſt, capitis, genuũque flexio ſignificet.

Ioan. 1.

Philip. 2.

Monachus quidã illam negligens cęremoniam, quid à dæmone paſſus fuerit.

oſtendere dignatus eſt. Nouitq́; profectò dæmon quàm ſit ei gratum hoc reuerentię ſignum: nam grauem alapam impegiſſe monacho tradunt quidam, quòd ad illa verba: *Et Verbum caro factum eſt*, de more genua non flecteret: addidiſſeque dæmonem, Si diceretur, Verbum dæmon factus eſt, à genu flexinne nunquàm ceſſaremus. Et eadẽ ratione ad ſacroſanctum nomen Ieſu caput eſſe inclinandum, vel genu flectendum, Pontifices quidam Romani tradiderunt.

Quid ſignificet, vbi legitur Euangeliũ, thuris incenſio: Euangelij item à Sacerdote, vel Principe, deoſculatio.

Præterea thura ingerit miniſter verſum eam partem qua Euangelium legitur, vt ſignificetur, Chriſti verbum eſſe bonum odorem vitæ in vitam: & eos qui illud profitentur, bonum odorem præſtare debere. Oſculatur Sacerdos, vel Princeps qui aſſiſtit, Euangelium, vt ea ratione dilectionem erga Chriſtum teſtetur, & Spiritum ſuum per Euangelium Chriſti ſpiritui coniungi declaret.

III. argum. Sacroſanctæ Euangeliorũ autoritatis.

Tertiò, Euangelij ſplendor, & maieſtas detegitur in eo, quòd Eccleſia veteri more, dum iuramenta à fidelibus exigit, nonniſi impoſitis manibus, & tactis ſanctis quatuor Chriſti Euangelijs, excipere conſueuit: quod ſanè ſatis declarat & autoritatem, & ſanctitatem, & fidem quam Euangelio debemus: ita vt illo præſente, & tacto, nulla ratione mentiri liceat. Et cùm quid narramus, quod omni fidei plenitudine accipi volumus, conſueuimus dicere, Narrabo tibi Euangelium, nomine Euangelij rem veriſſimam intelligentes, quales ſunt Euangelicæ. Narrat etiam Cyrillus Epiſtol. I. Synodica Epheſina ad pientiſſimos Reges de depoſitione Neſtorij, in celebrando Concilio propoſitum fuiſſe in throno, qui medius erat in Eccleſia, ſanctum Euangelium, quòd Chriſtum ſibi præſentem eſſe doceret: quare colligitur, illum morem in celebrandis Synodis obſeruari ſolitum. Confirmat hoc idem Vigilius Papa, qui reſcribens Eutychio Patriarchæ Conſtantinopolitano, & petenti, vt de tribus capitulis Concilium ſua autoritate congeret, in hunc modum reſpondit. *Annuimus vt, de tribus capitulis facto regulari conuentu, medijs ſacroſanctis Euangelijs collatio habeatur, & finis detur placitus Deo.* Hæc ille. Pythagoras ignarus, tacito Diuinæ Prouidentiæ conſilio iurans; & iurare docens per Tetractyn, viam muniuit ad hoc ſacroſanctum, & inuiolabile iuramentum, nimirũm per ſacroſancta quatuor Chriſti Euangelia.

Mos Eccleſię iurandi per quatuor Euangelia ſancta, quàm vetus.

Cyrill. Alex. tom. vlt.

Pythagoræ Eccleſiæ illi iam dicto quàm ſimile iuramentũ.

IV. argum.

Quartò, Euãgelij gloria alia ratione nobis indicatur, quòd in illud diſpenſatio propriè non cadat. Eſt autem diſpenſatio, iuris communis à ſua ſeueritate propter aliquam iuſtam, & honeſtam cauſam relaxatio. Eiuſmodi enim diſpenſatio cùm iuriſdictionem requirat, nonniſi per eum qui legem condidit, vel per eum qui conditor a legis maior eſt, fieri poteſt. Idcircò Eccleſia, vel Romanus Pontifex circa Euangelium diſpenſare non poſſunt, cùm poteſtatem illi parem, aut maiorem non habeant, & quam ſolùm à Chriſto ad ædificationem Euangelij, & non ad deſtructionem acceperint. Præterea diſpenſatio neque circa præterita, neque circa futura quæ in Euangelio aſſeruntur, ſed circa ea tantùm, quæ fieri à nobis pręcipiuntur, locum habet: eiuſmodi verò nec iudicia ſunt, nec cæremoniæ, quæ diſpenſari facilè poſſunt, exceptis paucis cęremonijs, quæ Sacramenta vocantur: ſed moralia præcepta rationi maximè conſentanea: quæ tametſi ſcripta non eſſent in Euãgelio, adhuc vim obligandi haberent, licèt poſita in eo ſint (vt olim Decalogus in Lege Moyſi) ad maiorem ſimplicium inſtitutionem, & ad contentionem materiam amputandum. Eccleſia autem non habet parem cum Chriſto poteſtatem, quam ſi haberet, nihil efficeret, cùm par in parẽm non habeat imperium, nempè quando duo æqualem per omnia iuris poteſtatem obtinent. Secùs verò cõtingit in iuriſdictione quæ eſt eadem numero: nam ibi par non poteſt in parem. Papa enim Romanus qui nunc eſt, in legem ſuperioris Pontificis poteſt: nam ſi ita dexpediat, vel in totũ abrogare, vel diſpenſando in cauſa particulari illi derogari poteſt. Vel dici poteſt, quòd non eſt par, quia alter iam non eſt in rerum natura, cùm ſit iam vita defunctus.

Quid ſit diſpenſatio: cur in Euangelium nulla ſit, ratio I.

2. Cor. 10.

II. ratio: & in quibus tantummodò habeat locũ diſpenſatio.

Exod. 20.

Quando par non habeat, vt dicitur, imperium parem.

Etſi igitur Eccleſiæ poteſtatem parem per omnia, & æqualem cũ illa Chriſti concederemus, non poſſet tamen in eius legem diſpẽſare: tum quidem, quia Chriſtus Dominus non obijt, ſed viuit, & regnat, ſuaque poteſtate perfungitur, ipſo teſtante qui ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*: propterea ergo in eum viuentem Eccleſiæ non poſſet, cùm omnis poteſtatis motus ab inæquali virtute proficiſci debeat. Tum verò, quia indulta à Chriſto poteſtas ad ædificandum eſt, & non ad deſtruendum: aliàs enim ſi in vnam, aut alteram partem poſſet, in totam Chriſti legem poſſet, quemadmodum etiam anteceſſoris ſui legem vniuerſam ſucceſſor mutare valet. Habet nihilominùs Chriſtus Dominus circa Euangelica poſitiuè præcepta plenum ius diſpenſandi, cùm eiuſdem ſit deſtruere, cuius eſt & cõdere: & eiuſdem fuit

Eccleſiam, tametſi tantum atque Chriſtus poſſet, eius tamẽ legem abrogare nõ poſſe, dupliciter.

Matth. 28.

2. Cor. 10.

Quæ legalia & euangelica præcepta à Chriſto abrogari poſſint, quę minimè, & quare.

rela-

relaxare, cuius fuit reſtringere. Circa naturalia verò, ſiue moralia præcepta non eſt vlla poteſtas, etiam in Deo, diſpenſandi, teſte B. Thom. quod etiam probabilius exiſtimo, cùm in præceptis vtriuſque tabulæ, tendat Dei mens in bonũ commune, & eius conſeruationem, & hoc illi ſit intrinſecum, vt ab illis remoueri non poſsit. Quare qui cõtra illa quicquam admiſerit, fieri nequit quin menti Dei contradicat, quare nec admitti diſpenſatio poteſt. Etſi autem in omnibus diſpenſare poſſet, vt alij ſentiunt, nũquam tamen diſpenſabit. Tum ne verbo ſuo repugnare videatur, quod dixit: *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*; tum deinde, quòd eſſet omnem naturæ legem, quam ipſe in cordibus hominum ſcripſit, ac proinde creaturam rationalem, deſtruere: tum denique, quod Prophetarum vaticinia de lege Euangelica in æternum duratura ſoluerentur. Vt Pſalm. 109. Hierem. 31. Hebr. 8. & 9. Poteſt tamen Eccleſia circa omnia Apoſtolorum præcepta, quæ illi vt legiſlatores, & paſtores, per poteſtatem, ſibi à Chriſto traditam, inſtitueret, diſpenſare, non autem circa ea quæ tanquam Chriſti præcones, & voluntatis diuinæ promulgatores, ac nuntij fidelibus commendârunt: nam hæc propriè & ſtrictè iuris ſunt Diuini, in quod inferior diſpenſare non poteſt. Secus ſe habet de prioris generis mandatis: vt circa bigamiam, clericum percuſſorem, modum velato capite orandi, abſtinentiam à ſuffocato & ſanguine, & cætera, nam in ſimilibus præceptis, quæ canonica, & Eccleſiaſtica dicuntur, etiamſi generalium Conciliorum autoritate ſint conſtituta, Eccleſia, ac eius moderator Romanus Pontifex, plenum ius diſpenſandi obtinet. Hoc autem inter Apoſtolorum præcepta, & Chriſti diſcrimen ſi diligenter, & acutè quidam obſeruaſſent, ſicut & doctiſsimè B. Thomas obſeruauit, non tot profectò tragœdias noſtro ſeculo excitaſſent, dum de iure diuino diſſeruerunt.

S. Tho. par. 2. q. 100. art. 8. in concl. & alias, tom. 11. part. 1.

Leges omnes Euangelicas, quanquã poſſent, haud tamen vnquã fore Chriſto abrogandas.

Matth. 24.

Pſalm. 109. Hierem. 31. Hebr. 8. Inf. 9. & ſeq

Apoſtolorũ leges, & præcepta, q̃ poſſint ab Eccleſia, vt dicitur, diſpenſari, q̃ minimè.

1. Tim. 3. Tit. 1. 1. Cor. 11. Act. 15.

B. Tho. quodlib. 4. art. 13. ad 2. & 10. 8. & 4. ſen. diſt. 27 q. 3 art. 2.

Poſtremò, ad Euangelij gloriam ac decus ſpectant præclari, & eximij tituli, quibus illud exornare ſolent ſacræ literæ. Dicitur enim Euangelium Dei: quòd ſolus Deus tantùm bonum mundo polliceri, & præſtare potuerit. Dicitur Euangelium Ieſu Chriſti: quòd ille ſit mediator, & ad tanta bona noſtra impetranda promotor. Dicitur Euangelium pacis, quòd pacem inter Deum, & homines, & inter Iudæos, ac Gentiles conciliet. Dicitur Euangelium gratiæ Dei, quòd ex miſericordia meraque gratia prædicta mala per ipſum depellantur, bona verò enumerata conferantur. Dicitur Euangelium regni: quia ſolùm ſpiritualia, & æterna bona pollicetur, quibus & hic Deo ſeruientes, & æternis bonis fruentes conregnemus. Dicitur Euangelium æternum: quòd (vt etiam inſinuatum eſt) ad omnes omnium ſeculorum homines, tam viuentes, quàm vita defunctos, imò etiam ad Angelos, & ad inanimata certo quodam modo extenditur, atque ampliatur. Dicitur Euangelium gloriæ beati Dei: quia nihil eſt, quòd adeò Diuinam Maieſtatem extollat, eiuſque ad homines potentiam, ſapientiam, bonitatem, & gloriam declaret, ac Euangelium. Dicitur frequenter Euangelium, nullo addito: quòd vera, æterna, cœleſtia, atque ſpiritualia bona annuntiet, non autem temporalia, vel terrena, vel carnalia bona, quæ ad ſpiritum collata parua ſunt, & quæ tanquam additamentum quoddam profeſſoribus Euangelij adijciuntur. Idcircò lex Moyſi, quæ temporalia tantùm, & terrena promittebat, hoc nomen tam honorificum non promeruit. Quî enim diceretur Euangelium lex illa, quę iram operabatur; & adminiſtra erat mortis, & bona tantùm terræ comedenda proponit? quæ vmbra eſt futurorum bonorum, & onus (vt Petrus ait) importabile: quæ neminem ad perfectum adduxit: ex cuius operibus nemo ad iuſtificationis gratiam peruenire potuit? Quanquam negandum non ſit, aliqua ratione Euangelium dici poſſe; nam interdum apertè de Chriſto & Euangelio pollicetur, vt Prophetæ faciunt: Multa etiam in eo abſcondita, occultaque myſteria includuntur, quæ ſi iuxta ſpiritum explices, Euangelium manifeſtè deprehendas. Vt meritò Chriſtus dixerit & Moyſen de ſe ſcripſiſſe, & Scripturas de ſe teſtificari: & Paulus Chriſtianam iuſtitiam à Legé, & Prophetis teſtificatam. Non deſunt etiam elegantia, & egregia epitheta, quæ ſcriptores Veteris, & Noui Teſtamenti paſsim illi tribuunt. Dicitur enim gaudium magnum apud Lucam: quia peccati conſcientiam pungentis, mœrorem, & luctum inferni tollat. Dicitur enim apud eundem, cornu ſalutis, quòd vim præſtat ad ſalutem adipiſcendam, & ad hoſtes noſtros, quibus cum aſsiduè conflictamur, debellandos. Dicitur apud Paulum, virtus Dei ad ſalutem: quòd omnipotens Dei virtus in parcendo, & miſerando, id eſt, in homine iuſtificando atque ſeruando, in eo maximè declaretur. Dicitur Lex ſpiritus vitæ: quia illabitur cordi Spiritus ſanctus, per quem adoptionis ſpiritum, & vitam

V. Arg. à nominibus Euangelij glorioſis.

Rom. 1.

Cur Dei, & Ieſu Chriſti, & pacis Euãgelium nominetur.

Marc. 1. Epheſ. 6. Luc. 2. Epheſ. 2. Act. 20. Marc. 1.

Cur item Euangeliũ gratiæ Dei, regni, & æternũ appelletur.

Apoc 14. 1. Tim. 1.

Idẽ cur Euangeliũ gloriæ beati Dei, & abſolutè Euangelium ſępius nuncupetur.

Matth. 6.

Lex vetus indigna, cur nomine Euangelij.

Rom. 4. 2. Cor. 3. Iſai. 1. Hebr. 10. Act. 10. Hebr. 7. Rom. 3. Gal. 3.

Lex Moyſi quomodo Euangelium poſſit appellari.

Ioan. 6.

Rom. 3.

Euangelium etiam cur vocetur gaudiũ magnum ab Angelo.

Luc. 2. Supra 1.

Quare virtus Dei, lex ſpiritus vitæ, & lex fidei ab Apoſtolo nominetur.

Rom. 1. Infra 8.

Ibidem.
Gal. 4.
Rom. 3.
Euangelium cur lex perfectæ libertatis.
Iacob. 1.
Matth. 12.
Supra 3. & aliàs ſæpiſſimè.
Quare iugũ ſuaue, & onus leue.
Matth. 11.
Cur virga directionis, & lux magna.
Pſalm. 44.
Hebr. 1.
Iſai. 9.
Ioan. 1.

nouam adipiſcimur. Dicitur lex fidei, quo à veteri Teſtamento diſtinguatur? quod lex operum ſeu factorum dicitur) & quod per fidem recipiatur Euangelium, fidemque maximè exigat, & illam petenti, acutiorem impertiat. Item lex perfectæ libertatis: qui ex amore hilariter, & ingenuè, vti filios Dei decet, operari facit. Dicitur à Domino regnum Dei, & regnum Cœlorum: quòd per illud in nobis regnum Deus accipiat, noſque adminiſtros ſuos ad regnum cœleſte promerendum, atq; poſsidendum efficiat. Dicitur iugum ſuaue, & onus leue: quòd vberem Spiritus ſancti gratiam impertiat, quæ quidem omnia mandata ſuauia, & factu facilia reddit. Dicitur à Propheta, virga directiõis: quòd per illud ſuauiter, vt filij virga percuſsi, in ſalutem æternam dirigamur, atq; vt alios ad ingreſſum regni cœleſtis dirigere poſsimus. Vocatur lux magna ab Iſaia: *Populus*, inquit, *qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam*: quòd Chriſtum exhibeat, qui eſt lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Euangelium quoq; præ cæteris Propheticis libris maiorem lucem præſtat ad incomprehenſibilia Dei myſteria, in reſtaurando mundo operari voluit, intelligenda. Longum eſſet cætera huius generis perſequi, quæ in Scripturis ſacris frequenter & paſsim occurrunt. Et hactenus de Euãgelij dignitate ſit dictum.

PROLEGOMENON XXV.

Cur Dominus Euangelium ſuum ſcripto tradi voluit, cùm poſſet traditione viua de ore in os transfuſa eius fides aſſeruari.

Rationes in contrarium proponũtur.

NONO articulo differendum eſt, cur Dominus Euangelium ſuum literis, poſſet traditione viua eius fides in Eccleſia fructuosè ſeruari? Quemadmodum etiam in Apoſtolis prædicantibus tantùm, & necdum ſcribentibus, factum eſt: & ante Legem Moyſi, qui primus ſcriptor fuiſſe traditur, Eccleſia Dei erat, nullis tamen Scripturis, ſed tantùm traditione de ore in os transfuſa, recta, & gubernata. Satis præterea nobis eſſe poſſent articuli Fidei, qui in Symbolo continentur, & quos memoriter recitamus etiam ſine Scripturis.

Solutio propoſitæ quæſtionis.

Reſpondendum eſt, hoc magnis de cauſis factum fuiſſe: tum propter Paganos, & Iudæos, tum propter Apoſtatas à religione deficientes, & Hæreticos: tum maximè propter fideles & Catholicos in his quæ de Chriſto credunt, in fide confirmandos atque corroborandos.

I. Ratio, cur propter infideles, & iudæos Euangelium fuerit perſcribendum.

In primis enim Pagani ac infideles, cùm animaduerterent, coruſcante Chriſti Euangelio templa ſua, & idola deſtrui atque euerti, multa in noſtros de Catholica fide calumniabantur. Nam Porphyrius Chriſtum non eſſe Deum, nec ſe talem prædicaſſe, aut per Apoſtolos prædicari voluiſſe obijciebat.

II. Ratio.
D. Aug. lib. 1. de conſ. Euan. c. 10. tom. 4.

Dicebat præterea, Chriſtum nihil contra deorum cultum præcepiſſe. Auguſtinus quoque refert Paganos quoſdam ſenſiſſe, Chriſtum ad Petrum, & Paulum Apoſtolos, libros magicam artem continentes ſcripſiſſe, atque eius artis præſidio omnia miracula ipſum edidiſſe. Certè has calumnias difficile nobis fuiſſet refellere, niſi ſcripto proditum fuiſſet Euangelium, in quo ſe non tantùm verbis, ſed etiam admirandis operibus, quæ nemo alius fecit, nec facere potuit, teſtatam nobis, & declaratam ſuam diuinitatem reliquiſſet.

Ioan. 15.
III. Ratio.

Adhæc multa horrenda crimina, quæ ad mores ſpectant, Euangelij profeſſoribus in primitiua Eccleſia obijciebantur: vt, quòd eſſent infanticidæ, puerorumque carnibus veſcerentur: quòd incendium, vt Nero Imperator mendaciter obiecit, vrbi Romæ intuliſſent: quòd propter eorum religionem Imperium Romanum eſſet inclinatum, & debilitatum.

Romani Chriſtianos quàm primũ honorificè compellaſſe.
Tertullian.
Euſeb. Cæſar. li. 1. c. 4. inf.

Vocabant noſtros, Aſinarios, Sarmentitios, Semiſſes, Creſtianos, vt Tertullianus in Apologetico, & Euſebius Cæſarienſis in hiſtoria Eccleſiaſtica teſtantur. Vnde gentiles Chriſti legem facilè iudicaſſent carnalem, impuram, & rationi diſſentientem, quòd homines perditos, ac Reipublicæ peſtiferos generaret. Atque ad has calumnias depellendas neceſſarium fuit Chriſti legem conſcribi, vt per illam conſtaret Chriſtum alios mores, atque aliam vitam à ſuis diſcipulis exegiſſe, ipſamque legem per ſe ſanctiſsimam, rationique & charitati quam proximo debemus, maximè conſentaneam.

1. Pet. 2.
Chriſtianorum innocentia, vitæque ſanctimonia.
Infra 3.

Quare Apoſtolorum Princeps Petrus in priori Epiſtola ſcripſit: *Conuerſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis*; & iterum: *Cum modeſtia, & timore, conſcientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto cõuerſationem.* Quibus teſtimonijs apertè demonſtratur, neque impuram vitam noſtros egiſſe, nec ſi maximè egiſſent, illã poſſe religioni, aut Chriſto imputari. Fuit ergo expediens Euange-

lium

ium literis tradi, non tantùm vt prædictas calumnias refellamus; ſed vt Gentiles, atque Iudæi facilius ad Chriſtum natum, & in Euangelijs Deum prædicatum conuerterentur.

I. Ratio, cur propter apoſtatas, & hæreticos Euangelium ſcribi debuerit.

Præterea Euangelium literis conſignatum planè docet, apoſtatas à ſanctiſsima Religione ſine vlla cauſa deſeciſſe: nec poſſunt fingere, intolerabiles errores, aut iniquitatem vllam præceptam in Euangelio contineri, vt iuſta de cauſa ob Chriſtum à ſe deſertum excuſari valeant. (Altera.) Adde quòd Hæretici, qui omni tempore Eccleſiam impugnârunt, quid non potuiſſent fingere, nullo extante Euangelio ſcripto, ſi illo extante, & tot linguis prodito, totque Patrum interpretationibus illuſtrato, tot tamen fabulas excogitauerunt, tot noua Euangelia Apoſtolorum titulis inſcripta in Eccleſiam inuexerunt, tot mendacijs veritatem Euangelicam obſcurare tentârunt? Si tam extortas, & à diaboli ſpiritu ſuggeſtas explicationes Euangelio affingere non erubuerunt? Decuit igitur Euangelium literis exaratum, omnibus fuiſſe propoſitum, ad quod tanquam ad lapidem Lydium omnes ſpiritus, omnes doctrinæ, omnes reuelationes probarentur, & examinarentur. Vnde Hieronymus in Prologo ſuper Matthæum teſtatur, quòd propter Hæreticos opus fuit ſcribi Euangelium. (*D. Hiero. to. 3 ſub init.*) Chryſoſtomus etiam eleganter homilia prima in Matthæum ſic habet initio? (*D. Chry. to. 2. in princ.*) *Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio literarum, ſed tam nudam in omnibus exhibere vitam, vt librorum vice gratia Spiritus ſancti vteremur: & ſicut atramento illi: ita corda noſtra inſcriberentur à Spiritu. Quia verò hanc à nobis excuſsimus gratiam, age vel ad ſecundam nauigationem animum adijciamus. Equidem quòd primum illud fuerit profectò ſublimius, & ex verbis ſuis Deus, & ex operibus oſtendit. Nam & Noë, & Abraha, eiusque poſteris, & Iob, & Moyſi, non per literas, ſed per ſemetipſum locutus eſt, quia ſcilicet munda eorum corda repererat. Poſtquam verò omnis populus Iudaeorum in vitiorum ima delapſus eſt, neceſſariò inde litera dantur ac tabula, & ea quæ per has adminiſtratur admonitio. Et hoc non tantùm in Veteris Teſtamenti ſanctis, ſed etiam Noui accidiſſe perſpicimus. Siquidem nec Apoſtolis ſcriptum aliquid tradidit Chriſtus, ſed pro literis, ſancti Spiritus ſe illis daturum gratiam repromiſit. Ille, inquit, docebit vos omnia. Atque vt diſcas, quia hoc multo ſit illo melius, audi Dominum per Prophetam loquentem: Et diſponam, inquit, vobis Teſtamentum nouum. Dabo leges meas in mente eorum, & in corda eorum perſcribam eas, & erunt omnes docibiles Dei. Paulus quoque hanc eminentiam deſignando, dicebat ſe accepiſſe legem, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quia verò progrediente iam tempore, alij quidem propter dogmata, alij verò propter vitam, & mores grauiter impegerant, ea rurſus quæ conſtat literis, admonitione fuit opus.* Hactenus ille.

Quos olim Deus per ſeipſum ſine ſcripto ſit alloquutus, & quare, ſecundùm Chryſ. *Exo. 31. & 34*

Ioan. 14.

Hierem. 31. Ioan. 6.

2. Cor. 3.

Ratio prima propter fideles cur fuerit doctrina Euangelica conſcribenda.

Præter has cauſas, maximè ad fidelium vtilitatem, & ædificationem faciebat Euangelium ſcribi. Principiò quidem, ad memoriam rerum tam vtilium, & ſanctarum conſeruandam, maximè cùm longo tempore Chriſti eſſet Eccleſia permanſura, & hominum memoria parum tenax, & fidelis ſit. (II. Ratio.) Deinde ſeruit ſcriptum Euangelium ad pietatem ex factis & dictis Chriſti in nobis excitandam, imitationemque vitæ ſuæ nobis imprimendam: quod facilè ex lectione Euangelij etiam ſimplices ſine doctore aſſequi poſſunt. (III. Ratio.) Ad hæc, congruum etiam fuit, vt quemadmodùm Vetus Teſtamentum per Moyſen ſcripto traditum fuit, ita Nouum, quod legem nouam in fide Chriſti, vitæque eius exemplo, & præceptis poſitam complectitur, ſcriberetur. (Lex vnde dicta potiſſimùm.) Lex enim maximè à legendo dicitur. Vnde Ouidius:

Nec verba minacia collo
Aere legebantur. (*Ouid. Metamorphoſ.*)

(IV. Ratio.) Poſtremò mirificè inſeruit Scriptura Euangelica ad dubia quæ indies inter credentes de Fide, vel Sacramentis, vel moribus emergunt, decidenda, reſoluendaq;. Nam verborum Chriſti intellectus non ex vno aut altero Euangelij loco truncato, ſed ex tota lege benè perſpecta, & diſcuſſa meritò eſt colligendus: vt etiam Iuriſconſulti doctiſsimi de ſuarum legum intelligentia diſſerentes annotârunt: Opus eſt ergo Euangelio ſcripto ad integritatem ſalutis.

Quibus de cauſis Vetus Teſtamentū fuerit ſcripto cōſignandū. *Gen. 1. & ſeq.*

Opus etiam fuit omnibus Scripturę veteris libris, idq; inprimis ob fidem de creatione mundi atque hominis, eiusque reſtauratione ex illis colligenda. Deinde ad infidelium calumnias refellendas: nam Iudæi poſſent dicere, illum quem colimus Chriſtum, non eſſe verum Meſsiam in Lege promiſſum, ſed alium: quamobrem opus fuit literis Prophetarum non tantùm ad reuincendum, ſed etiam ad trahendum eos ad fidem Chriſti. Non enim tam facilè ad Chriſti cultum amplectendum, relicta ſua lege, veniſſent, niſi prius ex Lege, & Prophetis Veteris Teſtamenti ceſſationem & abrogationem cognouiſſent. Quin etiam Chriſtus per Scripturas Veteres Iudęos confutauit: imò diabolū ipſum Scripturis allegatis ſuperauit. (*Matth. 4.*) Ac proinde neceſſarij

fuerunt

ſuerunt libri veteris Teſtamẽti, vt cognoſcamus teſtimonia quę ex illis Chriſtus proferebat, certiſsima fuiſſe & veriſsima, nec poſſe Iudæum, Chriſtum propter crimen falſæ allegationis in ius vocare.

Noui quoq; Teſtamentũ fuiſſe literis exarandum. 1. Ioan. 2.

Libri porrò noui Teſtamẽti, præter codicem quatuor Euangeliorum, neceſſariò ſcribi debebant propter hæreticos inſurgentes, & Antichriſtos euertentes Euangelium, de quibus & Ioannes dixit; *Et iam Antichriſti multi facti ſunt*: & vt quaſdã Chriſti ſententias explicatiùs traderent, vt Paulus in Epiſtolis facit: ac denique propter mores noſtros formandos: nam licèt in Euangelio regulæ morum, atque præcepta contineantur, eaque abſolutè neceſſaria, ipſe tamen Dominus non curauit omnia præcepta quæ ſufficere poſſunt ad omnia dubia, & negotia expedienda deſcribere, ſed tantùm ea expreſsit quæ erant pręcipua ac potiſsima, & veluti fundamenta, vt ex illis tanquam ex principijs generalibus deducerent Apoſtoli omnia quæ neceſſaria ſunt ad rectè inſtituendam, & formandam Eccleſiam.

Ad id obiectũ ſuperius reſpondetur: Eccleſia in lege naturæ ſine ſcriptura fuit.

Quod verò tempore legis naturæ Eccleſia Dei extiterit nullis ſcripturis, ſed viua tantùm traditione gubernata, mirum non eſt. Eo enim tempore lege Naturæ mentibus inſcripta ſatis homines edocebatur. Reliqua verò myſteria fidei, quæ naturam noſtram, & rationem ſuperabant, pauca erant, & per maiores facilè eorum fides poterat conſeruari: secùs verò vbi danda erat lex noua, & infinita penè Chriſti myſteria populo ad credendũ tradenda. Quòd ſi primitiua Eccleſia ad tempus ſine libris ſcriptis floruit, nihil mirandum eſt. Id enim tribuendum eſt Spiritui ſancto, qui legem Euangelicam in cordibus hominum inſcripſit; vt non poſſet tam facilè deleri: & ſuperſtites adhuc erãt Apoſtoli, ad quos cauſarum controuerſiæ, & ambigua de fide orto referebantur. Secus factum eſt, vbi illi erant per orbem diſpergendi. Articuli etiam in Symbolo collecti licèt videantur ad ſalutem ſufficere, non colliguntur tamẽ per ſe, ſed habentur ex nonnullis longis narrationibus, quæ continentur in Euangelio. Quare opus fuit Euangelio ſcripto. Atque hæc de præſenti articulo dicta ſufficiant.

Ad illud: Eccleſia primitiua Euangelio ſcripto caruit aliquandiu.
Hierem. 31. Hebr. 8.

Ad tertiam obiectionẽ: quid opus eſt Euangelio ſcripto, ſi fidei articuli ſatis ſunt ad ſalutem.

* * *

PROLEGOMENON XXVI.

Quam ob cauſam Chriſtus Dominus nihil per ſeipſum ſcriptis conſignarit, cum eiuſmodi ſcriptura, ſi quam ediſſet, grauiſſimum autoritatis pondus, & reuerentiam conciliare valuiſſet.

Quibus Chriſtus exẽplis adduci potuiſſet, vt Euangelium ipſemet nobis perſcriberet.
Exod. 1. Infra 34.

IAm illud diligẽter inueſtigandũ, quamobrem Chriſtus Dominus noſter nihil per ſeipſum literis conſignatum nobis tradiderit? Nam exemplũ habebat in ſcripturis, vt hoc faceret. Decalogum ſiquidem in duobus lapideis tabulis digeſtũ, digito ſuo Deus ſcriptum Iudæis tradidit. Ad hæc ſi ſcriptis ſua geſta cõſignaſſet, nihil à magnis & principibus viris alienum feciſſe videri poterit. Moſes ſanè propheta magnus progenitorum ſuorũ ſeriem, omnium à ſe geſtorum, & dictorum hiſtoriam, totum denique ſuæ vitæ curſum vſque ad mortem, per ſeipſum in libris Pẽtateuchi enarrauit. Iulius Cęſar, tam armorum, quàm literarũ peritia inſtructiſsimus, bella cõtra Gallos, Heluetios, & Germanos, imò etiam contra Pompeium à ſe feliciter confecta commentarijs ſuis de bello Gallico, & ciuili tam eleganti & caſta oratione eſt perſecutus, vt hiſtoriographis occaſionem omnem de ſuis geſtis ſcribẽdi amputaſſe, fuerit indicatus.

Chriſtus nil quomodo ſcripſit, cùm Ioannes illũ & Euſebius ſcripſiſſe cõmemorent.
Ioan. 8.

Cur ergo Chriſtus Dominus horum exemplo, non putauit ſibi ſcribendũ aliquid? Aſſero antè Dominum nihil ſcripſiſſe: quia etſi apud Ioannem digito in terrã ſcripſiſſe tradatur, tamen quia per Euangeliũ non conſtat quid ſcripſerit, & illa ſcriptura quã primùm obliterata, & deleta fuit, perinde profectò fuit ac ſi non ſcripſiſſet.

Euſeb. Cæſar. tom. 1.

Pręterea Euſebius Cæſarienſis lib. 1. Eccleſiaſticæ hiſt. tradit, Chriſtum epiſtolam quandã ad Agabarum Edeſſenorũ Regem ſcripſiſſe: ſed Gelaſius Pontif. in Concilio ſeptuaginta Epiſcoporũ Romæ celebrato illam epiſtolam inter Apocryphos libros computandam cenſuit. Et vt maximè Canonicam daremus, & à Domino verè conſcriptam; tam breuis tamen & conciſa epiſtola, vix nomen promereretur ſcripturæ.

B. Aug. c. 10. tom. 4.

Refert Auguſt. lib. 1. de Conſen. Euangeliſtarum, Paganos quoſdam ſui temporis iactaſſe, quòd legiſſent aliquot libros per Chriſtum ad Petrum, & Paulum ſcriptos, in quibus totius artis magicę doctrinam eſſet complexus: cuius magicæ diſciplinæ peritia, Chriſtus dum viueret, tot edidiſſet miracula.

Idem ibidem, & c. 10. & 11.

Sed hoc Paganorum commentum facilè ab Auguſtino eodem loco confutatur.

Primo

Nequaquam Chriſtũ, nec Apoſtolos magica virtute, vt quidam obiectabant, ſigna feciſſe, triplicitet.

Primò quidem, quod qui tales libros vidiſſe ſe iactãt, nunquã talia fecerint miracula qualia Chriſtus per ſe, vel per Apoſtolos operatus eſt. Secundò, quod dum Chriſtus viueret, Paulus ad eius fidem minimè eſſet conuerſus: quomodo ergo ad nondum diſcipulum potuit ſcribere? Niſi fortè dicamus (& Aug. ait) Ethnicos illos ex eo fuiſſe deceptos, quòd fortaſsis Chriſtum cum Petro & Paulo depictum viderint. Tertiò, etſi daremus Chriſtũ artibus magicis ad ſe mundum conuertiſſe, & ad fidem ſuam pertraxiſſe; non tamen fieri poterat, vt nõdum natus Dominus tot Prophetas diuino ſpiritu impleret, qui talia eum ſigna editurum longè ante prænuntiârint. Nihil ergo Chriſtus ſcripſit per ſeipſum.

Chriſtum, in eo quòd alios de ſe ad ſcribendum impulit, etiã ipſum verè ſcripſiſſe, confirmat Auguſtinus.

Ad hanc quęſtionem curioſam ſanè, ſed non omninò inutilẽ, plura dicenda occurrunt. In primis, vt rectè docet Auguſtinus in lib. 1. de Conſenſ. Euangeliſtarum, ca. 7. Nequaquam dicendum eſt Chriſtum non ſcripſiſſe, quandoquidem id membra eius operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt. Quicquid enim de ſuis factis, & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis manibus imperauit. Hæc ille doctè, & eleganter.

Chriſtus per alios ſcribendo Euangelium, quemadmodũ feciſſe videatur.

Nam vt magni Principes ad commendandam amplitudinẽ ſuam pauca quædam per ſeipſos, & quæ vix per alios fieri poſſent, multa autem per adminiſtros ſuos efficiunt, ſi id fieri commodè poſsit: vnde & à libellis, & à ſecretis homines penes ſe habẽt, per quos literas ad alios ſcribere conſueuerunt, ipſi verò tantũ ſubſcribunt: ita ſanè Chriſtus, qui Princeps Regum terræ dicitur, per ſeipſum redemptionem mundi, & ſanctificationem animarũ, quę alij præſtare nõ poterant, operatus eſt, per alios autem Euangelium literis conſignare voluit: quod miniſterium ſcribendi huiuſmodi per alios neq; ſuam dignitatem dedeceret, neque ſupra vires eſſet miniſtrorum, quibus ipſe tanquam amanuenſibus vſus eſt.

Apoc. 1.

Illo modo Chriſtũ negantes Euangelium conſcripſiſſe, quod abſurdum meũt rant miſeri.

Nam ſi tantùm dicendi ſunt ſcribere, qui propria manu exarant literas, profectò neq; Hieremias prophetiæ ſuæ autor aſſerendus eſſet, cùm illam per Baruch ſcribam conſcripſerit: neque Paulus epiſtolæ ad Romanos ſcriptor eſſet dicendus, nam illam non per ſeipſum, ſed per fidelẽ quendam, nomine Tertium ſcribendã curauit, vnde & vltimo capite eius epiſtolę dicitur: *Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam in Domino.* Tantoq; magis dicendum eſt Chriſtum ſcripſiſſe per Euangeliorum ſcriptores, vt per manus ſuas, quanto illi ne verbum vnum, aut iota vnũ, vt ſolent plerunque amanuenſes facere, de ſuo ſpiritu Euangelio addiderunt, cum exploratum ſit nonniſi Spiritu ſancto aſsiſtente ſcripſiſſe.

Hierem. 36.

Rom. 16.

Quò magis Chriſtũ magis principalem, quàm ipſi met Apoſtolos, Euangelij fuiſſe ſcriptorem.

Auguſtinus.

Addit præterea Auguſtinus: *Cùm ergo quærunt, quare ipſe non ſcripſerit, videntur parati fuiſſe hoc de illo credere, quod de ſe ipſe ſcripſiſſet, non quod alij de illo pro ſuo arbitrio prædicaſſent. A quibus quæro, cur de quibuſdam nobiliſſimis Philoſophis ſuis hoc crediderunt, quod de illis eorum diſcipuli ſcriptum memoriæ reliquerunt, cùm de ſe ipſi nihil ſcripſiſſent? Nam Pythagoras, quo in illa contemplatiua virtute nihil tunc habuit Græcia clarius, non tantùm de ſe, ſed nec de vlla re aliquid ſcripſiſſe perhibetur. Socrates autem, quem rurſus in actiua, qua mores informantur, omnibus prætulerunt, ita vt teſtimonio quoque Dei ſui Apollinis, omnium ſapientiſſimum pronuntiatum eſſe non taceant, Æſopi fabulas pauculis verſibus proſecutus eſt, verba, & numeros ſuos adhibens rebus alterius: vſque adeò nihil ſcribere voluit, vt hoc ſe coactum imperio ſui dæmonis feciſſe dixerit, ſicut nobiliſſimus diſcipulorum eius Plato commemorat. In quo tamen opere maluit alienas, quàm ſuas exornare ſententias. Quid igitur cauſa eſt, cur de iſtis hoc credant, quod de illis diſcipuli eorum literis commendârunt, & de Chriſto nolunt credere quod eius de illo diſcipuli conſcripſerunt? præſertim cùm ab eo cæteros homines ſapientia ſuperatos eſſe fateantur, quamuis eum fateri Deum nolint. An verò illi, quos iſto multo inferiores fuiſſe non dubitant, veraces de ſe diſcipulos facere potuerunt, & iſte non potuit? Quod ſi abſurdiſsimè dicitur, credant de illo, quem ſapientem fatẽtur, non quod ipſi volunt, ſed quod apud eos legunt, qui ea quæ ſcripſerunt, ab illo ſapiente didicerunt.* Et capite ſequenti.

Diſcipulos Chriſti eius hiſtoriam deſcribentes, eſſe fide digniſſimos probat idem Auguſtinus doctè, & eleganter.

De Trin. li. 6. c. 2. tom. 3.

Plato.

Idem c. 8. in princ.

Deinde dicant, Vnde ſaltem, quod ſapientiſſimus fuerit, noſſe, vel audire potuerunt? Si fama diſſeminante, certior ne de illo fama nuntia (alij legunt, nuntiota) *eſt, quàm diſcipuli eius, quibus eum prædicantibus ipſum per totum mundum fama fragrauit? Poſtremò, famam præferant famæ, & ei famæ de illo credant quæ maior eſt. Ea quippe fama quæ de Catholica Eccleſia, quam ſtupent toto orbe diffuſam, mirabili claritate diſpergitur, tenues iſtorum rumores incomparabiliter vincit. Ea porrò fama tam magna, tam celebris eſt, vt eam timendo iſti trepidas, & tepidas contradictiunculas in ſinu ſuo rodant, tam plus metuentes audiri, quàm nolentes* (aliàs volentes) *credi filium Dei vnigenitum, & Deum prædicari Chriſtum, per quem facta ſunt omnia. Si ergo famam eligunt teſtem; cur non hanc eligunt, quæ tanta claritate præfulget? Si ſcripturam, cur non Euangelicam, quæ tanta autoritate præpollet? Nos certè hæc de dijs eorum credimus, quæ habet ſcriptura eorum antiquior, & fama celebrior. Quæ ſi adoranda ſunt, cur ea rident in theatris? Si autem ridenda ſunt,*

Ioan. 1.

plus

plus videndum eſt cùm adorantur in templis. Hactenus Auguſtinus, egregiè confutans eos, qui diſcipulis Chriſti res ab eo geſtas conſcribentibus, fidē præſtandam eſſe non putabant.

Altera ſolutio propoſitæ difficultatis: Cur ſcilicet Chriſtus per ſe non ſcripſerit.

Deinde & alio modo reſpondendū eſt. Nam præſtantia & excellentia verbi æterni nobis Euangelium tradentis, hoc ſuo iure exigere videbatur, vt viuis potius vocibus & in charta animata, & atramento non corruptibili, ſed ſpirituali doctrinā ſuam nobis commendaret. Noluit ergo vocibus mortuis, quales Scriptura continet, nec in membrana mortua, neq; atramento ſenſibili, ſed viuis vocibus, & in chartis, non lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, & ſpiritu ſuo Euangelium conſcribere: quemadmodum per Hieremiam ſcriptum erat: *Dabo legem tuam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Ad quam ſententiam Paulus alludens, inquit: *Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus. Manifeſtati quod epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Ita vt hæc gloria ſcribendi in cordibus hominum, ad ſolum Chriſtum ſpectare videatur, ad quam ſi conferatur in charta ſcribere, parum ſit.*

2. Cor. 3.
Hierem. 3.
Hebr. 8.
2. Cor. 3.

Euangelij ſcriptio quæ ſolius Chriſti propria.

Tertia ratio, ſue ſolutio.

Tertiò & illud hic addendū: quòd cùm Euangelium nihil aliud, quàm ſanctiſsimā Chriſti vitam, præſtantiſsimā doctrinam, admiranda ſigna, mortem heroicis virtutibus ornatam, deniq; vim illam perſuadendi, & auditores ad ſe trahendi complectatur, ac ob id non niſi Chriſti laudem, gloriam, & commendationem contineat: modeſtiùs profectò ac honeſtius hęc per alios ſcribuntur, quàm per ipſum qui geſsit. Vnde videtur pręceptū illud Salomonis Chriſtus obſeruaſſe: *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.* Neque quiſquā objiciet: Tu de te ipſo teſtimoniū perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Quòd ſi objeias Ieſum Apoſtolis inſpiraſſe, vt ea ſcriberentur; ac proinde teſtimonium per illos ſibi exhibuiſſe: deinde Ioan. 5. Ieſum dixiſſe: *Ego non ab homine teſtimonium accipio, &c. Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne: Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.* Reſpondendum, illum ſibi teſtimonium dicere, qui aliquid affirmat contentioſius & ſeipſum efferat, & commendabilē alijs reddat; & hoc teſtimonium propterea ſolet eſſe ſuſpectum, quòd quiſque in ſui amorem & laudationem ſit plus æquo propenſior, multaque ſibi arroget quę non habet. At verò qui interrogatus teſtatur de ſe quæ optimè nouit, & ſine vllo vanæ gloriæ motu ſeipſum ad alterius vtilitatem exprimit, ac declarat, hic profectò nō poteſt excuſari, quòd inane de ſe teſtimonium ferat, cùm tantū alienæ ſaluti, & vtilitati ſtudeat.

Prouerb. 27.
Ioan. 8.

Ad illud: Chriſtus per alios ſuū ſcribens Euangelium, contra præceptū Sapientis, teſtimonium ſibi perhibuit.
Ioan 5.
Quinam ſibi ipſi teſtimonium ferant, infirmū videlicet, & ineſficax.

Quale Chriſtus, & quare teſtimonium perhibuerit de ſeipſo.
Infra 8.
Supra 6.
Infra 14.
Supra 10.

Cùm ergo Chriſtus de ſe teſtificatus fuerit quòd ſit lux mundi: quòd ſit panis viuus qui de cœlo deſcendit: quòd ſit via, & veritas, & vita: quòd ſit oſtium, per quod ſi quis introierit, ſaluus efficietur: quòd ſit denique filius Dei, & ſimilia, nihil de ſe falſo, aut arroganter dixit. Et hæc cùm ſint occultiſsima myſteria, nullus hominum teſtificari poterat: & propterea ipſe coactus eſt per ſe ipſum & diſertis verbis, & operū teſtimonio ad excitandam fidem noſtram, ſalutemque promouendam comprobare. Nam ſi hæc ad bonū noſtrum non detexiſſet, quis hominū de his teſtificari potuiſſet? Vnde & à Ioanne, & ab homine ſe teſtimonium non accipere aſſeruit: non quòd omninò nullum dederint, cùm ſcriptum ſit: *Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Et Chriſtus: *Cùm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritū veritatis, qui à Patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.* Et rurſus: *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ:* & Moyſen, & Prophetas ſibi teſtificari dixerit: ſed quòd homines teſtimonium efficax, & firmum de ſua diuinitate dare non poterant. Certum autem, & validum teſtimonium ab operibus ſuis accipitur: qua etiam ratione ab Euangeliſtis nō accepit teſtimonium quòd ſit Deus, ſed ipſi vt hiſtorici, referūt verba, & facta Ieſu admiranda, quibus vt inuictis teſtimonijs ſe Deum cōprobauit: quod nihil eſt aliud quàm teſtimonia, & probationes Ieſu de ſua diuinitate ſcripto prodere. Præterea, nihil magis proderat quòd Chriſtus ſcriberet per ſeipſum, quàm quòd alij de eo literis eius geſta commendarent. Nam ſi Euangeliſtæ alia ab his, quæ Chriſtus faciebat, & prædicabat, ſcripſiſſent, profectò multum referebat, quod Chriſtus ſua geſta ſcriptis commendaſſet. Cùm verò Euangeliſtę nōniſi ea quę Chriſtus geſsit, & docuit, ſcripſerint, & illa eadem, ſi Chriſtus quicquam literis cōſignaſſet, ſcripturus erat, cùm nonniſi ad ſalutem pertinentia ſcripto forent tradenda: profectò nihil magis proderat Euangelium ſcriptum ab eo, quàm ab Apoſtolis prodijſſe. Niſi fortè, quòd illa ſcriptura manu Domini exarata, maiorem honorem, & reuerentiam conſecutura fuiſſet: ſed non poterat

Chriſtus nō ſe ab homine teſtimonium accipere, quo ſenſu dixerit.
Ioan. 1.
Infra 15.
Act. 1.

Euangeliſtæ quatenus Chriſti diuinitati fuerint atteſtati.

Quarta ratio, quare Chriſtus nō ſcripſerit.

Chriſtus ſi ſcripſiſſet, de eius ſcriptura quid futurum fuiſſet.

illa in totum orbem peruenire, & opus fuiſſet in alios transferri codices, qui iam non de manu Domini, ſed de manu hominum pro[illegible]ecti fuiſſent. Periculum enim erat, ne cætera Prophetarum, & Apoſtolorum ſcripta præ illo Chriſti ſcripto vileſcerent: qnemadmodū etiam apud Hæreticos noſtri ſeculi, omnia, præter Paulum, & Enangelium vileſcunt. Quare à ſcribendo ſapienter Chriſtus abſtinuit, vt eius verba per quemcunque Dei miniſtrum ad nos allata, pari, & eadem prorſus reuerentia, venerationeque ſuſciperemus.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

. Quin etiam illud opportunè reſponderi poteſt, Chriſtum Dominum, & Eccleſiæ ſponſum, ab initio quaſi abſentem cœpiſſe primò ſcribere & per Prophetas ſeruos ſuos ad populum Iſraël miſſos, ſua myſteria aliquando in Eccleſia compléda reuelaſſe, vt Meſſiam maiori veneratione, ac deſiderio expectarent. At temporis plenitudini, & incarnationis myſterio propinquiorem & viciniorem, per Ioannem, tanquam per inarticulatam quandam vocem, loqui cœpiſſe. Sic ille dictus eſt vox clamantis in deſerto. Rurſus tandem ipſe venit, & à Ioanne oſtenſus eſt, qui iam non per vocem informem, & indiſtinctam, ſed verbo diſtincto formatoque Euangelizauit, vti præſentes cum præſentibus verbo agere conſueuerunt. Poſtremò diſcedente à nobis Chriſto, præſentiamque ſuam corpoream ſubtrahente, atque in Cœlum ſe recipiente (quanquam in ſpiritu nobiſcum ſit, vt ipſemet ait, omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi) congruum fuit, vt Apoſtoli eius vitam & doctriná & verbo Euangelizarent, quaſi adhuc Chriſtus nobis præſens adeſſet, & ſcriptis hiſtoriam eius Euangelicam commendarent, quaſi adhuc Dominns nobis abeſſet. Ad extremum, nihil Chriſtus per ſe ipſum ſcribēdo docere voluit, quanta ſit Eccleſiæ Catholicæ autoritas, quantaq; ſit à nobis veneratione audienda. Etenim nullo ſtante ſcripto Euangelio Euangelizabat, populumque Dei in Fide inſtruebat, controuerſiasque de fide ortas ſua autoritate definiebat, & omnes eius iudicio deſerebant. Hanc autem poteſtatem non eſt veriſimile per Euangeliū ſcriptum fuiſſe ab illa ſublatam. Vnde neceſſarium eſt, vt quęſtiones Fidei, & Sacramentorum eius iudicio & arbitrio ſint terminandæ: & ſi quod dubium de aliquo eius libro, vel de aliqua eius parte emergat, an ſit in canonem recipiendus, necne, vel an ſit vitiatus liber, an non; vel ſi de ſenſu, & intelligentia alicuius loci Scripturæ controuerſia oriatur, hæc omnia ad Eccleſiæ iudicium, & ſenſum referenda intelligamus, quę per omnia nobis, vt pientiſsima mater, amplectenda eſt, noſtriſque ſententijs, & opinionibus tutò, ac meritò anteferenda. Quod ſi Hæretici ſuo magno malo intelligerę nolunt; magni tamen refert, vt Eccleſiæ vniuerſalis filij illud vt certum, & conſtitutiſsimum habeant.

Galat. 4.
Iſai. 40.
Ioan. 1.

Quando, & à quibus fuerit Chriſti Euangelium præſcribendum.
Matth. 28.

Septima, ac poſtrema ratio.

Eccleſiæ autoritas, & poteſtas quāta.

His igitur de cauſis perſpicuum ac exploratum euadit, conueniens non fuiſſe, vt Chriſtus quicquam per ſe ipſum literis conſignaret. Neque vrget exemplum Dei Decalogum ſuo digito in duabus tabulis lapideis ſcribentis: nam veriſimile eſt valde miniſterio Angelorum illam ſcriptionem confectam: vnde & Stephanus: *Legem*, inquit, *accepiſtis in diſpoſitione Angelorum*. De more enim Scripturæ Deo ipſi tribuitur, quod Angelorum miniſterio exhibetur. Nam & Angelus erat qui Domini perſonam repræſentans, dicebat: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti*. Epiſcopus Abulenſis vir doctiſsimus acutè animaduertit, Iudæos non niſi rogatos, & amplis præmijs inuitatos legem accepiſſe, ac propterea vt parum credulos, & in fide debiles à Domino fuiſſe tractatos: vt enim legis diuinę memoriam retinerent, illamque fide ſuſciperent, quædam externa ſigna ſapienter Dominus adhibere decreuit, vt ad fidem eos pleniorem erigeret & confirmaret. Nam ob id legem in duabus tabulis ſculptam aſſeruari voluit in arca, virgam quoque Aaron tot miraculis illuſtrem: vrnam item, quæ manna continebat, eadem religione conſeruari præcepit: Duodecim quoque lapides ex Iordanis alueo eductos, in monumentum tanti beneficij accepti, erigi iuſsit, vt habes in libro Ioſue. Quotidianis quoque alijs & familiaribus ſignis, quaſi in Fide parum conſtantes, alebat Deus Iudæos. Nam ſigna data ſunt infidelibus, non fidelibus, vt Paulus de linguis aſſerit. Gentiles verò ſponte ſua, & hilariter ad fidem venientes, neque ad ſuſcipiendam Chriſti religionem rogatos, non curauit eiuſmodi externis ſignis fouere, quibus præ omnibus ſignis ac prodigijs eſt internū Spiritus ſancti teſtimonium, & Scriptura digito eius in cordibus eorum exarata. Et hæc de quæſtione propoſita.

Ad exemplū propoſitum: Deus digito ſuo legē ſcripſit in tabulis lapideis.

Act. 7.

Exod. 20.
Toſtatus in prologo ſuo ante Matth. q. 26. prope fin.
Supra 19.
Cur Iudæis tātùm rogatis, ſpeq; præmiorum inductis Deus dederit legem.
Deut. 10.

Num. 17.
Exod. 16.

Ioſue 4.
Iudæi etiam cur potius quàm Gentiles ſignis, & miraculis fuerint ad Chriſti Fidem inducti.
1. Cor. 14.

PROLEGOMENON XXVII.

Cur Chriſtus non per Gentiles hiſtoricos, profanosve autores Euangelica geſta conſcribi voluerit, ſed tantùm per diſcipulos ſuos.

I. Argumentum, probâs Euangelium à profanis autoribus potius quàm ſacris ſcribi debuiſſe.

MIRVM profectò alicui videri poterit, cur Dominus Ieſus prouinciam conſcribendi ſua geſta Apoſtolis, ſiue Euangeliſtis, nó autem excellentibus ſui temporis hiſtoricis tradi voluerit: permulti enim, tam ex Græcis, quàm Latinis illo ſeculo celebres in cõſcribenda hiſtoria habebantur, ex Hebræis verò probabile eſt aliquos præclaros hiſtoriographos extitiſſe. Nam Philo, & Ioſephus ex Hebræis ſunt, & paullò poſt Chriſtum floruerunt; qui tamen inter nobiliſsimos ſcriptores computantur. Præterea ad Chriſti gloriam illuſtrandam magis pertinere videretur, ſi per profanos homines, & à religione ſua alienos geſtorum ſuorum magnitudo traderetur: tùm quia illi minus eſſent ſuſpectę fidei apud Ethnicos, & Iudæos: tùm etiam quod Chriſtiani fortiſsimum, & egregium ſuæ Fidei teſtimonium ab hoſtibus haberent; qui tantas veritates celare non potuerunt, & nos de illis dicere poſſemus: *Et inimici noſtri ſunt non ſolùm iudices, ſed & teſtes.* At per diſcipulos ſuos ſcribere, ſuſpectam fidem reddit ſcriptorum: quod de more diſcipuli ſoleant magiſtrorum doctrinam magnam prædicare, ac interdum ſuper omnem rerum geſtarum probabilitatem ac fidem eorum facta extollere, & amplificare.

II. Argum.

Deut. 32.

Solutio quęſtionis, primã continens rationem.

Math. 7.

Reſpondemus id magnis de cauſis factum. Nam inprimis nó decebat ſanctum, & tam pretioſas margaritas per canes, ſeu per immundos porcos ad nos tranſmitti. Vt enim ipſe Dominus nobis præcepit, ne Euangelicum margaritum immundis, minimeq; idoneis ac paratis auditoribus projiceremus, ita ipſe cauit, ne per ethnicorum hiſtoricorũ manus eiuſmodi ſancta ad nos peruenirent. Nam vt eiuſmodi libri ſancti non niſi propter fideles ſunt conſcripti, ita non debuerunt niſi per ſcriptores fideles ad nos trãſmitti. Et quemadmodùm Chriſtus teſtimonium à dæmonijs, quòd eſſet filius Dei, libenter non acceptabat, qui ſilentium illis imperabat, & non ſinebat ea loqui: ita nec ab Hæreticis, nec à Paganis ſcriptoribus, qui malignorum dæmonum ſpiritu ſunt imbuti, teſtimonia voluit nos accipere. & ne fortè Fides noſtra in hominum, vel (quod peius eſt) dæmonum ſapientia poſita eſſe videretur. Deinde periculum erat, ne Catholicę Fidei veritates, & ſacroſancta noſtræ religionis myſteria, dum per Gentiles & impuros homines ſcribuntur, in dubium verterentur. Nam cũ exploratum ſit, ſimiles autores in alijs ſuis voluminibus conſcribendis multa mendacia de ſuo inſeruiſſe, plura item odio, vel amore corruptos conſcripſiſſe, pleraque etiam leuia & impudica enarraſſe; totam ſanè Chriſtianę fidei hiſtoriã labefactaſſent, ſcriptiſque ſuis contaminaſſent, & veritati Euangelicæ ſuis erroribus detraxiſſent. Vt enim in alijs, ita in noſtris ſcribendis aberraſſe, facilè ab omnibus crederentur. Hanc rationé pulchrè attingit Seuerus Sulpirius libro ſacræ hiſtorię, dicens: *Caterùm illud neminimirum eſſe oportebit, quòd ſcriptores ſecularium literarum nihil ex his, quæ ſacris voluminibus ſcripta ſunt, attigerunt. Dei Spiritu prævalente, vt incontaminata ab ore corrupto, & falſis vera miſcente: intra ſua tantùm myſteria contineretur hiſtoria, quæ ſeparata à mundi negotijs, & ſacris tantùm vocibus proferenda, permiſceri cum alijs velut æquali ſorte non debuit. Etenim erat indignißimum, vt alia agentibus, aut alia quærentibus, hæc quoque cum reliquis miſcerentur.* Hactenus ille. Ex quibus facilè erit illis ſatisfacere, qui interrogare ſolent: Quid eſt in cauſa, cur Iudæus, aut Paganus facilè fidem ſuam aut Rabbinis, aut Thucydidi, aut Herodoto, aut Liuio, & Salluſtio accommodet, Euangelio verò prædicato aut lecto fidem non habeat, ſed illi reluctetur, & contradicat? Reſpondemus enim, illud inde proficiſci, quòd ad hominum hiſtorias, humanoq; lumine conſcriptas credendas intellectus noſter, & vires humanæ ſint ſatis, quia nihil ſupra naturæ vim, & facultatem continẽt; Euangelica verò Chriſti, & Apoſtolorum enarratio multa complectitur ſupra naturæ vires, & humani ingenij captũ, vt ſine diuino lumine apprehendi non valeant. Sed ſpecialem præterea habet Iudæus difficultatem in accipiẽdo Chriſti Euangelio: quia in eo maiorum ſuorum crimina, & inſignia in Chriſtum, & Apoſtolos flagitia deteguntur, & ante omnium proponuntur oculos ſpectanda: ita vt populus ille, & eius poſteri, peculiariter Chriſti Domini noſtri hiſtoria effundantur, & ab ea amplectenda alieni reddantur. Ad hæc, quis non videat hiſtoriographos ea tantùm literis mandare ſolitos, quę etſi oculis ſuis non viderint, tã certa tamen & comperta habeant, ac ſi vidiſſent? Quis enim ad poſteros ſcribat quę non vidit, neque vlla veritate nixa eſſe intelligat, ſed

Sacra Biblia pro quibus ſcripta tantummodò.

Math. 8. Luc. 4.

II. Ratio.

Humanæ hiſtoriæ ſcriptores in nob[is] deficiunt.

Seuer. Sulpit. lib. 2.

Vnde fiat, vt Iudæus, aut Paganus autoribus profanis faciliùs credat, quàm Chriſti Euangelio.

Quid etiam Iudæum ad credendum Euangelio vehementer impediat, ac retardet.

Tertia ratio ſuperioris quæſtionis propoſitæ.

pro

1. Cor. 2.

pro meris fabulis habeat? At quæ Chriſti ſunt, quoniam ſpiritualia ſunt, ab animali homine non percipiuntur. Quomodò ergo poterant Ethnici ſcriptores Chriſti arcana, quæ non capiebant, literis conſignare?

Quarta ratio.

Præterea cacodæmones, qui Fidei, & ſaluti noſtræ ſemper aduerſantur, facilè ſe hiſtoricorum Gentilium ſtudijs, atque conatibus oppoſuiſſent, ne talia ſcriberent, quibus Euangelica veritas (per quam homines ſalui fiunt) in lucem prodiret, & omni ope niterentur, vt illa in tenebris ſepulta iaceret.

Quinta ratio.

Amplius, parum plauſibile argumentum eſſe hiſtorici agnoſcebant, ea ſcriptis ſuis prodere, quæ ſui ſeculi principes, & ſapientes tanquam ridicula & ſtulta inſectabantur, imò riſu, & cachinnis populus excipiebat, cùm huiuſmodi ſcriptores alia haberent argumenta, quibus conſcribendis magis oblectarentur.

Profani ſcriptores de Euangelio olim quid ſenſerint, ac ſcripſerint infamiter.

Vnde ſi quando Cornelius Tacitus, aut Suetonius Tranquillus, aut Plinius Iunior, aut Lucianus de Chriſti religione mentionem faciunt, ea verba effundunt, vt facilè poſsis intelligere quanti in pretio res Chriſtianæ ab eis haberentur. Etenim Chriſti religionem noxiam, nouam, exitialem, & maleficam ſuperſtitionem vocant.

Sexta ratio.

Præterea, aut ſeculares autores debebant ſuo ſpiritu conſcribere Chriſti hiſtoriam, aut ſpiritu diuino, & reuelatione diuini luminis: at reuelationis propter improbos, ac impuros mores illi non erãt capaces; ergo ſupereſt vt proprio ſpiritu, & ſapientia nixi ſcriberent. At certè (ſicut quidam eleganter, & accuratè dixit) ſi cuncta humana ſapientia conſpiraret, vt hominem aliquem Deum eſſe vellet oſtendere, & eius opera, & dicta diuina, fingeretque de illo homine quicquid animo eſſet collibitum, & in id quod finxiſſet, adhiberet orationis cultum, diſſerendi vim, & rationum acumen, non poſſet tamen Euangelium vnum, quale eſt noſtrum, componere, id eſt, conſcribere, quo id poſſet euinci, & perſuaderi, quemadmodùm Euangeliſtæ noſtri fecerunt ſolo hiſtoriæ contextu, detractis quibuſcunque humanæ ſapientiæ viribus, & eloquentię ornamentis.

Magni cuiuſdam viri, & Catholici de Euãgelio iudicium ſanè grauiſſimũ.

Homeri, & Xenophõtis hiſtoricorũ exempla.

Homerus arbitrio ſuo in Achille, optimi ſeu Principis, ſeu Imperatoris effigiem expreſſit: in Vlyſſe, viri prudentiſſimi. Quid exijt? Achillem fecit ſæuum, ſanguinarium, & immanem: Vlyſſem aſtutum, fraudulentum, mendacem. Xenophon Cyrum Maiorem ad imaginem (vt inquit Cicero) iuſti, ac moderati imperij, & dixit quæ voluit, & quæ omnes ſciebant illi Regi non competere.

M. Tull. lib. 2. de Oratore, & lib. 1. ad Q. Fratrem, epiſt. 1.

Sed quid protulit? fecit Principem bellicem, bella ex bellis ſerentem, artium, pacis vel oblitum, vel negligentem.

Philoſtratus, Plato, & M. Tullius ſcriptores notantur mẽdacij, ſcurtatis, atq; temeritatis.

Philoſtratus Atticus Rhetor, Apollonium Tyaneum deſcribit in odium Chriſti, virum diuinitate plenum: qua narratione nihil eſt fabuloſius, inconſtantius, à menteq; omni, & ratione magis alienũ. Plato Rempublicam eſt commentus, irriſam atq; exploſam ab omnibus. Cicero magna animi cura, & anxietate conſecraturum ſe ait memoriam filiæ, omniumque excellentium ingeniorum & Græcis, & Latinis monumentis effecturũ, vt pro dea habeatur: qua ſolicitudine ſcribit ad Atticum, vt ager ſibi ematur loco celebri, in quo fanum extruatur Tulliolæ.

Cic. lib. 12. epiſt. ad Atticum.

Verùm quid effecit? Scripſit duos ille libros de morte filiæ, quibus, vt probabile eſt, profuſi ingenij illius tanti, tamque in dicendo exercitati cunctis opibus, argumentis, ſchematibus, cultu, ac ornatu orationis, conatus eſt perſuadere poſteritati Tulliolam eſſe deam: at inepti patris aniles lachrymas, & commentum fragile præſentes, poſteriq; deriſerunt.

VII. Ratio.

Item à Diuinæ prouidentiæ conſuetudine alienum prorſus fuiſſet, geſta Verbi æterni per autores profanos, impuroſque conſcribere. Nam Veteris Teſtamenti libros nonniſi per Moyſen, & Prophetas, viros religioſiſsimos, & ſanctiſsimos, quoſq; ipſe peculiari Spiritus ſancti lumine ad hoc ipſum munus pręſtandum repleuerat, conſcribi voluit.

Euãgelij ſcriptores quales debuerint eſſe tantummodò.

Fuit ergo ſapientiæ Dei conuenientiſsimum, vt ſanctiora Noui Teſtamenti volumina nonniſi per viros Apoſtolicos, & eximia vitæ ſanctimonia præditos, atque Spiritus ſancti miniſterio ad plenum illuſtratos, literis mandarẽtur. Cùm enim ad Chriſti fidem in cordibus fidelium ingenerandam, nutriendamque tales libri conſcriberentur, quomodo alijs perſuaderent ipſi nondum perſuaſi? aut qua ratione ſperarẽt tam ſublimium, & reconditorum myſteriorum fidem à lectoribus impetrare, ſi nõ fuiſſent ipſi tam certa & indubitata fide repleti, vt poſſent dicere, ſicut vnus eorum dixit: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ, &c.* quibus verbis Dilectus Diſcipulus, quales debeãt eſſe prædicatores, & ſcriptores Euangelij, luculenter declarauit.

1. Ioan. 1.

Rationes ſeptem illæ, propter quas Euangelium ab autoribus profanis minimè ſcriptũ fuit, compendio collectæ.

Ergo Chriſti geſta non conſcripſerunt profani ſcriptores: vel quòd ea ignorarent; vel quòd cognita, pro fabulis haberẽt; vel quòd perfidi obſcuratam Fidei veritatem habere voluerint; vel quòd alijs mundanis ac terrenis magis intenti eſſent; vel quòd cacodæmones, ne quicquam tale literis conſi-

conſignarent, impedirent; vel quòd ſui ſeculi Principes, ac populos Euangelicæ hiſtoriç conſcriptione irritare, & perturbare metuerent; vel denique quòd Spiritus ſanctus eos enarratores, ebuccinatoresq́; rerũ à Chriſto geſtarum eſſe noluerit. Atq; hæc de præſenti quæſtione ſint ſatis.

PROLEGOMENON XXVIII.

An veritati, & rationi ſit conſonum, Apoſtolos, & Euangeliſtas Domini geſta, & Magiſtri ſui doctrinam conſcribentes, ſua oratione illuſtraſſe, magnificiſq́; verbis tum docẽdo, tum ſcribendo amplificaſſe, vt à Paganis fuit obiectum.

QVia præcedenti Diſputatione euictũ eſt, hiſtoriam vitæ, ac mortis Chriſti quouis modo non decuiſſe per Scriptores profanos, & Ethnicos tradi, ſed per diſcipulos ſuos diuino Fidei lumine refertos: nunc vnus nobis ſupereſt ſcrupulus eximendus.

B. Aug. lib. 1. c. 7. circa medi. tom. 4.

Refert enim B. Auguſt. lib. de Conſenſ. Euangeliſtarum, quoſdam ex Paganis, noſtris obijcere ſolitos, Euãgeliſtas, vtpote Domini Ieſu diſcipulos, ampla ſua oratione Chriſti geſta exornaſſe, & immodicè ſuis ſcriptis amplificaſſe.

Euãgelicam hiſtoriam nil prçter, ſupraq́ue veritatẽ continere de Chriſto.
I. Argum.

Sed hãc notam ſalsò inuſtã Euãgelij ſcriptoribus, facile, & promptum eſt nobis oratione ſequenti ab illis depellere. Qui enim (vt hinc exordiar) hoc feciſsẽt, qui Spiritu ſancto in omnibus dirigẽte ſcripſerunt? Aut nunquid Spiritus ſanctus mẽdacibus, aut mẽdacijs fauere poteſt? aut qua ratione Euangeliſtæ ſine Spiritu ſancto hiſtoriam ſcripſerunt Euangelicã, in qua tam alta, tamq́; recondita myſteria ad credendum traduntur, vt omne rationis, ac ſapientiæ humanæ lumen longè antecellant: vt, Chriſtum eſſe Filium Dei vnigenitũ; Chriſtum eſſe Deum, & hominẽ; Chriſtum eſſe vnum cum Patre; Chriſtum mundũ condidiſſe, & ſimilia: nec ergo ſine Spiritu ſancto ſcripſerunt, nec illo ſuggerente, in his quæ ſcribebant, mentiri vllo modo potuerunt.

Quænam de Chriſto myſteria humanam longè ſuperent intelligentiam, & captum.

in quorum perſona vnus ipſorum dixit: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit; vt & vos credatis.*

Ioan. 19.

Ac rurſus: *Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.*

Infra 20.

II. Argum.

Deinde ſi in aliquo à veritate hiſtoriæ de Chriſto aberraſſent: cùm illa quæ Chriſtus geſsit, notiſsima, & peruulgata omnibus ſui temporis Iudæis, qui in Iudæa verſabantur, eſſent, habuiſſent profectò multos ex Iudæis contradictores, qui de huiuſcemodi falſitatibus Euangelicam hiſtoriam reuincentes, illam omni fide ſpoliaſſent, & irridendam mundo propoſuiſſent: nec enim tam ſocordes, aut negligentes fuiſſent Iudçi, cũ Chriſti capitales hoſtes eſſent, & eius fidem extinguere omnibus rationibus conarentur.

III. Argum.

Ad hæc, ſi verum amamus, quæcunq; Apoſtoli verbo, vel ſcripto prodiderũt, nequaquam implent omnẽ eorum quæ Chriſtus geſsit aut dixit, hiſtoriam. Nam poſtremus omnium Euangeliſtarum Ioãnes Apoſtolus, qui aliorũ Euangelia & legerat, & probauerat (vt Hieronymus, & Auguſtinus, Euſebiusq; teſtantur) tamẽ vi veritatis coactus, dixit: *Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.*

Hierony. in catalog. ſcriptor. Eccleſ. tom. 1.
Ioan. 20.

Et rurſus in calce Euangelij ſui: *Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.*

Infra 21.

Apoſtoli & Euangeliſtæ, quòd multa de Chriſto prætermiſerint, cur minimè tamen vituperandi ſint.

Si ergo in culpam aliquam vocãdi ſunt Apoſtoli, certè in eo potius accuſandi eſſent, ꝙ diminutè & imperfectè Chriſti geſta pertractauerint, quàm quòd aliquid ſupra rei ipſius veritatem addiderint, & magnifica oratione illuſtrauerint. Sed certè in vitium vocandi non ſunt, nec ex eo quòd auxerint res Chriſti geſtas, nec ex eo quòd non integrè vniuerſa Chriſti ſigna ſint cõplexi: quia illa quæ literis conſignata ſunt, plenam & ſufficientem de Chriſti diuinitate, & de doctrina eius nobis ad ſalutem neceſſaria fidem faciunt.

IV. Argum.

Præterea ea, quæ de Chriſto Apoſtoli prædicabant, vel ſcribebant, admirandis ſignis atque portentis coram Iudæis, & Gentibus confirmabant. Et quemadmodum dictum eſt: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*: ita dici poſſet: Illi profecti conſcripſerunt Euangelium Domino cooperante, & Scripturam confirmante ſequentibus ſignis. Non enim minus ad ſcribendum Euangelium, quàm ad prædicandum miſsi ſunt.

Marc. vlt.

V. Argum.

Adde quod pleriq; ex Patribus cõſiderarunt, Euangeliſtas omni acceptione, & veneratione à nobis eſſe ſuſcipiendos. Nam ſi illi quicquam humano ſpiritu, vel ſapientia carnis ſcripſiſſent, procul dubio omnia illa quç ad Chriſti vilitatem, atq; contemptum, vel ad ſuorũ dedecus ſpectare viderentur, de medio expuncta Euangelio ſuſtuliſſent. Nihil de eiꝰ natiuitate in ſtabulo, nihil de reclinatione in prçſepio dixiſſent: ſilẽtio ſuppreſſiſſent quòd ſui inſurrexerunt in Chriſtum vt eum tenerent, dicentes in furorem conuerſum, vt habes apud Marcũ. Omiſiſſent

Luc. 2.
Ibidem.
Marc. 3.
Ioan. 2.

fratrum

fratrum ſuorum incredulitatem, qua eum ad captandam mundi gloriã, vti in Iudæam proficiſceretur, adhortabãtur. Nihil de flagellis, ſputis, corona ſpinea, opprobrijs, literis commendaſſent prorſus. At verò non ſolùm nihil horũ eſt ab illis omiſſum, imò etiam diligentiorem in huiuſmodi tradendis operã, & ſtudium poſuerunt. Nam cùm multa quę ad Chriſti maieſtatem & gloriã indicandam ſpectabãt, vt ſunt ſigna, & miracula, vno, aut altero verbo expedire ſoleant Euangeliſtæ: vnde dicitur: *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*; & apud Marc. *Deprecabantur eum, vt vel fimbriã veſtimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant*: Quæ tamen ad ignominiã, paupertate, vel infirmitatem pertinẽt, latè perſequuntur, longioriq; explicant oratione: vt hiſtoria paſsionis fidẽ ampliſsimã facere poteſt. Quidni ergo omnẽ fidem promereantur tametſi Chriſti diſcipuli, quòd nihil affectu carnali ad amplificãda Magiſtri ſui geſta conſcripſerint? quod quidẽ multis alijs vijs oſtẽdere, niſi breuitati ſtuderẽ, non eſſet difficile. Nam quęſo, quid amplius Euãgeliſtæ Chriſto Domino tribuunt, præter id quod oracula vatum in Scripturis ſancti ante tot ſecula de illo pręcinuerunt? Quòd ſi quis hoc teſtimonium ſuſpectum habeat; certè Iudæus illud infirmare nõ valet, cùm firmiſsimam apud eos autoritatem habeãt Prophetę. Gentiles verò facilè reuincimus per carmina Sibyllarum, quæ ad religionẽ Iudæorũ minimè ſpectant, & per illas omnia Chriſti myſteria non minus diſtinctè, & apertè, quàm apud Prophetas habentur expreſſa. Præterea habemus Pontij Pilati epiſtolam ad Tyberium Cæſarem miſſam, per quã, vt authenticam, in archiuis Romanorum ſeruatam, Tertullianus & Euſebius Cæſarien. contra Gentiles diſputãt. Habemus & Ioſephi amplum & egregiũ de Chriſto teſtimonium, lib. 18. Antiquitatum contentum. Quid aũt aliud in eiuſmodi epiſtola ad Tyberium data, & in illo Ioſephi Iudæi teſtimonio inuenias, quàm quod Euangelium de Chriſto tradit? niſi quòd apud illos breui & cõciſa oratiõe explicatur, quod in Euangelica hiſtoria longiori prolixiorique ſermone conſcribitur. Et vt interim miſſa faciam quæ Mahometus in ſuo Alcorano, & quæ Iudæorũ Rabbini in ſuis Talmudicis libris de Chriſti ſapientia, potẽtiaque tradiderunt: quæ omnia ſi quis attentè legat & expendat, facilè agnoſcet nihil à noſtris fuiſſe Chriſto tributum plus quàm veritas etiam Gentilibus, & Iudæis cognita patiatur. Et de hoc capite iſta ſufficiant.

Luc. 6. Marc. 6.

Quid maximè alienum ab Euangeliſtis fuerit in ſcribendo.

Quibus Iudæorum & Gẽtilium de Chriſto teſtimonijs Iudęi atq; Gentiles conuincãtur.

Tertullia. in Apologetico. Euſeb. Cæſar. lib. 2. hiſtor. Eccl. cap. 2. Ioſeph. c. 4.

Alcoran. cap. 4. 5. & 12.

PROLEGOMENON XXIX.

Cur plures Euangelij ſcriptores Dominus elegerit, cum vnus Moyſes Legis Veteris, tam prolixæ, atque amplæ, & autor, & ſcriptor extiterit.

MEritò aliquis in dubiũ vocare poſſet, quamobrem Chriſtus Dominus plures ſuæ Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptores eſſe voluerit, cùm ad Veterem Legem, etſi prolixam, & ſatis amplam, vnicus tantum Moſes, & autor, & ſcriptor extiterit?

Reſpondendum, non deeſſe graues rationes, quibus hoc ſapientiæ Dei nixum cõprobetur. Voluit enim Spiritus ſanctus plures ſcribendi Euangelium miniſtros habere, vt plenior fides illis haberetur. Nã quod à pluribus teſtibus, vt credẽdum aſſeritur, maiori ſolet fidei plenitudine, ac veneratione recipi: *In ore enim duorum vel trium ſtabit omne verbum.*

Decebat etiam diuinam prouidentiam, vt qua ratione Euangelium nõ ab vno, ſed à pluribus Apoſtolis verbo diſſeminatum fuit, ita ſcripto à pluribus traderetur, qui diuerſis temporibus, & ad diuerſas gentes, & diuerſis de cauſis vnum & idem Euangelium conſcribentes, fidem indubitatam ſibi conciliarent.

Ad hæc, ſi vnus tãtùm ſcripſiſſet, ille vel fuiſſet Ioannes, vel Matthęus. Si Matthæus, non haberemus Chriſti diuinitatem per ſolida & inuicta argumenta, quę Ioannes deſcripſit, ita comprobatam, demonſtratamque. Si verò Ioannes fuiſſet, non ita conſtarent Chriſti ſecundùm carnem geſta, hoc eſt, natiuitas, opera, & myſteria, quæ Humanitatem eius apertè confirmant: quæ latè explicauit Matthæus.

Pręterea iuxta viſionẽ Ezechielis de quatuor animalibus, quatuor oportebat eſſe Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptores, quę nobis vnius Meſsiæ geſta ſcripto commendarent, vt quiſq; illorum quatuor ſingulari ratiõe illa traderet, vt inferius latiori ſermone explicabimus. Quòd ſi forte dicas; Poterat eſſe vnus, qui nõ ſolũ ea quę Matthæus, & Ioannes, ſed etiam quę Marcus, & Lucas referunt, vno Euangelio complecteretur.

Reſpondemus, vti priores rationes euincunt, pręſtabat illa non ab vno ſolo ſcriptore, ſed à pluribus enarrari, vt ita maiorem fidem Euangelica impetrarent ſcripta. Ita enim natura comparatum eſt, vt quę à pluribus enarrantur & ſcribuntur, pleniori fide recipiantur. Quemadmodum enim myſteria Chriſti per plures Prophetas diuerſis

Prima ratio ſolutionis.

Deut. 17. Matth. 18.

II. Ratio.

III. Ratio.

IV. Ratio. *Ezech. 1. & ſ. 9.*

Ad hoc reſpõdetur obiectum: Quatuor Euãgeliſtarum hiſtoria vnius ſcriptoris potuit Euangelio comprehendi.

Quid præ aliјs hiſtoricis proprium Euãgeliſtæ ſibi vendicent.

tempnribus ſcribentes, maiorem fidem, ac certiorem obtinent; ita quæ à pluribus Euangeliſtis diuerſis ætatibus vno conſenſu traduntur: quod inter hiſtoricos difficile, aut nunquã perſpectum fuit. Rarò enim & nonnili in paucis ſibi conſentiunt: in multis verò, & præcipuis capitibus ſæpè diſſentire ſolent, quòd in gratiam hominum, humanoque ſpiritu & ratione ſuas contexuerint hiſtorias.

Propoſita inimu obiectio diluitur: vnus Veterem Legem integrã Moſes cõſcripſit ſolus.

Neq; obſtat, vnum, & ſolum fuiſſe Moſen vniuerſæ legis, earumque rerum quæ à conditione orbis ad vſque tempora ſua geſta ſunt, ſcriptorem atque autorem: quia ſi myſteria Veteris Teſtamẽti cum illis Noui conferamus, inueniemus maiora, & altiora eſſe noſtra Nouæ Legis Sacramenta. quàm illius Veteris, atq; ideò plurium, tùm prędicatorum, tùm ſcriptorum teſtimonia ad fidem mundo de illis faciendam exegiſſe.

V. Ratio.

Item ne quiſquam humana autoritate Euangelium exiſtimaret niti, quòd nimirũ à multis ſit ſcriptoribus memoriæ commẽdatum:

VI.

voluit etiam Spiritus ſanctus multa ſingularia vnumquemque illorum continere: vt Matthæum, genealogiam Chriſti in Ioſeph terminatam; aduentum ſtella duce ad Chriſtum atq; adorationem Magorum: Lucam, annuntiationis per Angelum Gabrielem ad ſanctiſsimam Virginẽ myſterium, Circumciſionem, ac præſentationem Chriſti, atque diſputationem eius in templo. Rurſus Marcus, & Ioannes nõnulla ſingulares, & peculiariter docent: nullus deniq; eſt Euangeliſtarum, qui nõ aliquid propriũ, & peculiare habeat, vt ita Fides nõ tam multitudini teſtium nitatur quaſi humanæ, quàm diuinæ in primis reuelationi, atq; Eccleſiæ traditioni, quæ etiam per vnum Euangeliſtam nobis detegitur.

Matth. 1. & ſeq.
Infra 2.
Luc. 1.
Infra 2. & ſeq.

Paulus Apoſtolus Domini dicta quę nam ab Euãgeliſtis non ſcripta commemoret.
Act. 20.
1. Cor. 15.

Quemadmodum etiam B. Paulus, præter quatuor Euangeliſtas, nõnulla de Chriſto tradidit: vt quod ſolitus eſſet dicere Dominus Ieſus: *Beatius eſt magis dare quàm accipere*: & quod Ieſus apparuit ſuſcitatus ipſi Iacobo Apoſtolo, & ſibi nouiſsimè, quæ perinde nos recipimus, atq; ſi ab ipſis eſſent conſcripta Euangeliſtis. Et hæc pauca ſint ſatis, quod ad hanc attinet difficultatem.

PROLEGOMENON XXX.

Quot ſunt qui Euangelicam hiſtoriam ſcriptis conſignarunt ſuis: quoq́; Spiritu ducti huiuſcemodi Scriptores ad ſcribendum acceſſerint.

Luc. 1.

Permultos fuiſſe Euangelij Scriptores teſtatur B. Lucas in Proœmio, dicens: *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem quæ in nobis completa ſunt rerum, &c.*

Quot Euangelij ſcriptores extiterint ab Eccleſia non recepti.

Deinde Gelaſius Papa in capit. Sancta Romana Eccleſia, diſtinctio. 15. multa Euangelia nomine Apoſtolorum ſcripta reprobat, ait enim: *Euangelia Thaddæi nomine apocrypha. Euangelia nomine Thomæ Apoſtoli, quibus Manichæi vtuntur, apocrypha. Euangelia nomine Barnabæ Apoſtoli, apocrypha. Euangelia nomine Bartholomæi Apoſtoli, apocrypha. Euangelia nomine Andreæ Apoſtoli, apocrypha. Euangelia quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia quæ falſauit Hircius, apocrypha.* Hæc ibi.

Origen. ferè in princ. homil. tom. 2.

Origenes homilia prima in Lucam: *Eccleſia*, inquit, *quatuor habet Euangelia, hæreſes plurima: è quibus quoddam ſcribitur ſecundùm Ægyptios, aliud iuxta duodecim Apoſtolos. Auſus fuit & Baſilides ſcribere Euangelium, & ſuo illud nomine titulare. Multi conati ſunt ſcribere, ſed & multi conati ſunt ordinare. Quatuor tantùm Euangelia ſunt probata, è quibus ſub perſona Domini, & Saluatoris noſtri proferenda ſunt dogmata. Scio quoddam Euangelium, quod appellatur ſecundum Thomã, & iuxta Matthiam, & alia plura legimus, ne quid ignorare videremur, propter eos qui ſe putant aliquid ſcire, ſi iſta cognouerint. Sed in his omnibus nihil aliud probamus, niſi quod Eccleſia, id eſt, quatuor tantùm Euangelia recipienda.*

Ambroſ. in Proœmio ſuper Lucam, initio, tom. 5. in princ.

Hæc ille, quæ videtur beatus Ambroſius in Lucam ſcribens, imitatus. Ita enim ait: *Et aliud quidem fertur Euangelium, quod duodecim ſcripſiſſe dicantur. Auſus eſt etiam Baſilides Euangelium ſcribere, quod dicitur ſecundùm Baſilidem. Fertur etiam aliud Euangelium quod ſcribitur ſecundùm Thomã. Noui aliud ſcriptum ſecundùm Matthiam. Legimus aliqua, ne legantur: legimus ne ignoremus: legimus non vt teneamus, ſed vt repudiemus, & vt ſciamus qualia ſint, in quibus magnifici iſti cor exaltant ſuum.*

Hæreſes nullum habent Euãgelium.

Sed Eccleſia cùm quatuor Euangelij libros habeat, per vniuerſum mundum Euangeliſtis redundat: hæreſes cùm multa habeant, vnum non habent. Hactenus Ambroſius, qui Origenis ſententiam ex Græco in Latinum conuertiſſe videtur.

Euangeliorũ apocryphorũ numerus, & explicatio.
I. Euangeliũ Hebræorum dictum, triplex.

Quòd ſi adhuc placet magis in particulari iſta Euangelia cognoſcere, nõ grauabor ex varia lectione Patrum colligere numerum, qualitatemque Euangeliorum. In primis ergo intellige, Euangelium quod dicitur Hebræorum, vel ſecundùm Hebræos, vel Syros, triplex eſſe. Primum quidẽ Hebionitarum dicitur, eſtq; idem quod Hebraicum Matthæi Euangelium, ſed ab Hebionitis hæreticis truncatum, vitiatum, ac recisum: de quo Irenæus lib. 3. cap. 11. Epiphanius lib. 1. Panarij contra hæreſim Hebionitarum fragmentum magnum citat.

B. Irenæus. Epiphan.

II.Euangel. Encratiſtarū. *Idem Epipha.*

Secundum dicitur Encratiſtarum, quo Encratiſtæ hæretici vtebãtur, de quo mentionem facit Epiphanius hæreſi 46. à Tatiano Syro Encratiſticæ ſectæ autore: ex quatuor Euangelijs concinnatum, & in vnã continuam Euangelij ſeriem, & conſonantiam digeſtum: quam conſonantiam Διὰ τεσσάρων appellauit. Theodoretus libro 1. Fabularum Græcarum meminit huius Euangelij: quo etiam nonnulli Catholici propter ſimplicitatem vtebantur: & ſcribit pluſquàm ducenta volumina huiuſmodi à ſe in ſua Eccleſia inuenta depoſuiſſe, & eorum loco repoſuiſſe quatuor Euangeliſtarum libros. Hoc autem Euangelium hodiè extat etiam cum Chriſti genealogia, quam tamen abſtulerat Tacianus.

B.Theodor. par.2.

III.Euang Nazarenorū.

Tertium dicitur Euangelium Nazarenorum, quo ſcilicet Nazareni vtebantur. Erant autem Nazareni, qui ſimul cum Euangelo legis cæremonias obſeruabant: atque hoc ipſum fuit Iacobi Euangelium, à B.Hieronymo ex Hebræo bis conuerſum, primò quidem in Græcum, deinde in Latinum ſermonem: vt ipſe libro ſcriptorum Eccleſiaſticorum, & in Præfatione Epiſtolæ Catholicæ B.Iacobi, & libro tertio in Pelagianos teſtatur. Beda tamen ſuper Procœmium B.Lucæ aſſerit, huiuſmodi Euangelium non eſſe inter apocryphas ſcripturas reponendum, ſed inter Eccleſiaſticas. Frequenter etiam citatur hoc Euangelium ab Origene, Clemente, Euſebio, ac Hieronymo. Origenes quidē in tractatu 8. in Matthæum, ac ſecundo tomo in Ioannem, Clemens verò Alexandrinus in ſecundo libro Stromatū; Euſebius verò libr. 3. Eccleſiaſt. hiſtor. indicat ex hoc Euangelio hiſtoriam adulteræ deſumptam. Porrò Hieronymus, apparitionem Chriſti, poſtquã reſurrexit, ad Iacobum fratrem Domini factã, ex eodem Euangelio deprompſit. Prodijt tamen ante paucos annos in lucem Scriptura quædam quæ ab Hæreticis noſtri tēporis prælo data eſt, quæ & Proteuãgelium Iacobi, ſiue ſermo hiſtoricus de Natiuitate Deiparæ inſcribitur, continens natiuitatem Mariæ vſque ad aduentum Magorum. Sed huiuſmodi Scriptura multa incerta continet, refertq́; Mariam & Ioſephū ſtupri & ſacrilegij accuſatos, ex decreto Sacerdotū fuiſſe compulſos ad bibendum poculū redargutionis, ſeu aquã Zelotypiæ, qua Moſes explorari iuſsit mulieris de adulterio ſuſpectæ innocentiam. Sed certè, ſi verum amamus, mera fabula eſt illa, nullumq́; habet teſtimoniū ex Patribus (quòd ſciam) hic liber.

B. Hierony. tom.1. ſub fin. Idem in gloſſa ordinaria. Idem tom 2. Beda tom. 5. quantū huic tribuat Euangelio: idem quã celebre. *Orig. tom. 2. Clem. Stromat. tom. 2. Euſeb. cap. 25. tom. 1. Ioan 9. 2.Cor. 15. Hierony. in Catalo ſcripto. Eccleſ.*

Quid abſurdi contineat illud Euangelium.

Num. 5.

IV Euang. Ægyptiorū.

Quartum Euangelium, Aegyptiorum dicitur, vel ſecundùm Aegyptios, quo Valentini hæretici ſectatores ad ſua impia dogmata confirmanda abutebantur, vt illis impingit Clemens lib. 3. Stromatum. Teſtatur etiam Epiphanius lib. 2. Panarij in hæreſim Sabellianorū ſcribens, Sabellianos hæreticos ex hoc Euangelio aſtruere ſolitos vnam eſſe, eandemq́; Patris, & Filij, & Spiritus ſancti perſonam.

quibus receptum.

V. Euangel. xij. Apoſtolorum.

Quintum Euangelium duodecim Apoſtolorum, vel ſecundùm duodecim Apoſtolos appellatur: citaturque ab Origene, & Ambroſio in Procœmium Lucæ ſcribentibus, tanquàm apocryphum. Hieronymus verò ibro 3. aduerſus Pelagianos vnum & idem fuiſſe ſecundùm duodecim Apoſtolos, & ſecundùm Hebræos, ſeu Nazarenos indicat Euangelium.

Hieron. to. 2.

VI Euangel. Matthiæ Apoſtoli.

Sextum Euangelium Matthiæ Apoſtoli, velut apocryphum citatur ab Origene homilia prima in Lucam, atque ab Ambroſio ibidem: citat & Euſebius libro 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 25. Clemens prætereà Alexand. libris 2. & 7. Stromatū producit, Marcionem & Baſilidem ex eo teſtimonia pro ſuis opinionibus cõfirmãdis accepiſſe.

VII. Euang. Iudæ proditoris, venerabile quib⁹.

Septimum Euangelium Iudæ proditoris Caiani hæretici venerantur, in quo de proditione maximè commendatur Iudas, qui cùm noſſet per Chriſti mortē mundū redimendum, feſtinauit magiſtrum tradere, vt nobis ſalutem per Crucem pareret. Illud citat in primis Irenæus libro 1. cap. 35. deinde verò Epiphanius libro 1. Panarij in Caianos, & Theodoretus lib. 2. Fabularum Græcarum.

VIII. Euang. B.Petri. *Euſeb. libr. 6. hiſtor. Eccleſ. c. 10.*

Octauum Euangelium Petri, quod vt ſuppoſititium, reprobat apud Euſebiū Cæſarienſem Serapion Epiſcopus Antiochiæ anno Domini ducenteſimo: qui ſcripſit de hac ipſa re peculiarem tractatum ad fratres Rhoſiciliæ per occaſionem eius Scripturæ in hæreſim declinantes.

IX Thaddæi Apoſtoli.

Nonum Euangelium Thaddæi Apoſtoli reprobat Gelaſius diſtinctione 15. ca. Sancta Romana Eccleſia, vt ſuprà diximus,

X. Thomæ Apoſtol. & quibus in pretio: à quo editum.

Decimum ſit Euangelium ſecundùm Thomam, quod Manichæis familiare fuit, vt refert Gelaſius, qui vt ipſum reprobat in prædicto loco, ſicut & Ambroſius, atque Origenes in Lucæ Procœmio damnant. Cyrillus verò Hieroſolymit. in Catecheſi 4. in fine tradit eiuſmodi Euangeliū à quodã Thoma Manis Perſæ diſcipulo fuiſſe conſcriptū. Athanaſius in Synopſi, librum appellatum Actiones Thomæ, & Gelaſius diſtinctione 15. atq; Epiphanius libro 2. Panarij contra Encratiſtas hæreticos ſediſſerens, inter reprobatas recenſent Scripturas: quemadmodum etiam Innocentius I.

Cyr. & Hieroſolym.

Auguſt.to.6. ſub initium. Idem tom.4. circa fin. Idem tom.6.

Papa in Epiſtola ad Exuperium, Auguſtinus verò libro primo cõtra Adimantium, cap.17.& lib.1.de SermoneDomini in mõte, capite 20.& libr.22.contra Fauſtum, capite 79. refert ex Illis deſumptam hiſtoriã de imprecatione Thomæ in miniſtrum alapa ſe percutientem, cuius corpus à leone fuit deuoratum; manusq́ue eius, qua illum percuſſerat, per carnem allata eſt ad Thomam, vt peregrinum & ignotum io conuiuio recumbentem.

XI. Euang. Philippi Apoſtoli.

Vndecimum Euangelium eſt Philippi Apoſtoli, quo Gnoſtici vtebantur; vt teſtatur Epiphanius libro primo Panarij contra hæreſim Gnoſticorum agens; à quibus tradit eſſe confectum, atque confictum.

XII. Apoſtoli Barnabæ.

Duodecimum Euangelium dicitur B. Barnabæ, quod citat, ac reprobat Gelaſius loco ſuperiùs citato.

XIII. D. Bartholomæi.

Decimumtertium Euãgelium Bartholomæi, ex quo Dionyſius Areopagita citat ſententiam illam decantatam quæ habet: Multam eſſe Theologiam, & minimam, & Euangelium latum & magnum, & iterum anguſtum. Sed reijcitur à Gelaſio in loco præfato. Idem tamẽ Bartholomæus Euangelium Matthæi Hebraicis literis ſcriptũ, Indis qui Fortunati dicuntur, tradidiſſe, à bonis autoribus, vt Dorotheo, Euſebio, Hieronymo, ſcribitur.

XIV. Euangelium Andreæ Apoſt.

Decimumquartnm Euangelium traditur Andreæ Apoſtoli, ab eodem Gelaſio Pontifice citatum atque damnatum.

XV. Euang. Nicodemi nuncupatũ.

Decimumquintum Euangelium dicitur Nicodemi, quod Paſsionis, & Reſurrectionis Domini tãtùm geſta complectitur. Sed quanquàm hoc Euangelium hodiè extet, non tamẽ recipitur vt Canònicum, quamuis nullum huiuſce Euangelij teſtimonium apud Patres inuenerim, ſed tantùm codicem hunc repertum à Theodoſio Imperatore in Hieruſalem in prætorio Pontij Pilati. Hæc ſunt Euangelia, quæ ex Veterum Patrum lectione colligere potui.

Quę tantùm Euangelia recipienda, atque veneranda.

Prudentis, & catholici lectoris erit, illa omnia, & ſi quæ alia his ſunt ſimilia, prorſus reijcere, & reprobare; & quatuor tantummodò, quę Eccleſia proponit, nempè Matthęi, Marci, Lucę, & Ioannis, cum omni veneratione ſuſcipere: nõ tamen vetat aliquã veram Chriſti ſentẽtiam, aut verũ ſignum eius in illis contineri.

A quo olim pſeudoprophetæ, & quamobrem miſſi.

Cur autem tot extiterint Euangelij ſcriptores, ac quo illa ſcripſerint ſpiritu, non videtur difficilè expedire. Primò enim, quemadmodum Prophetarum tempore plures dęmon ſuſcitauit pſeudoprophetas, qui partim veritatem diuinam obſcurarẽt, partim verò homines tentarent, an veris & à Domino miſſis adhærerent Prophetis: tempore etiam Chriſti in mundum ad ſalutem noſtram à Patre deſtinati, eadem arte, & temeritate nonnullos excitauit pſeudochriſtos, qui ſe pro vero Chriſto venditare non erubeſcerent: ita ſanè Apoſtolorũ tempore, quo illi deſtinati ſunt ad Euãgelium prædicãdum, multi pſeudoapoſtoli à ſe ipſis prodierunt; tempore verò quo Spiritus ſanctus literis Euangelium conſignari voluit, Satanas interitus noſtri, perditioniſq́ue ſitientiſsimus, tot miſit Euangelij conſcriptores, quo nullibi diuinę, Euangelicæq́ue hiſtoriæ lumen cerni poſſet; atque ita fideles de vero Euangelio dubitantes, fructu Euangelij priuarentur.

I. ratio Pſeudoapoſtolorũ. ac pſeudo euangeliſtarũ eductus.

Altera.

Adhæc, cùm omni tempore Hæretici pacem Eccleſiæ perturbare nunquàm ceſſauerint, nec alia melior, aut magis accommodata ratio ad mendacia ſua obtrudẽda, ac perſuadenda occurreret, quàm fingere quòd eiuſmodi dogmata tanquàm à Chriſto tradita acceperint, cœperunt ſuó quiſque tempore noua componere Euangelia: ac vt meliùs poſſent fidelibus verba dare, ſplendidis Apoſtolorum titulis adornârũt, vt ita à confictis ac ſuppoſititijs diſtinguerentur. Atq; hinc factum eſt, vt tot, ac tam noua prodierunt in mundum Euangelia, ad errores, & hæreſes diſſeminandas excogitata. Et quanquàm nõ eam inficias, veritates quaſdã ab iſtis nouis Euangeliſtis ex traditione acceptas, in mediũ proferri potuiſſe, quas noſtri Euangeliſtæ nõ explicârunt, & idcirco à Patribus interdũ eiuſmodi Euangelia produci, ac probari: quomodo Dionyſius Areopágita ſententiã illam paulò antè productam, ex B. Bartholomæi Euãgelio deprõpſit, & B. Hieronymus, & Origenes quædam ex Euangelio Hebræorum, ſiue B. Iacobi producunt. Meritò tamen atq; optimo iure ab Eccleſia Catholica reprobata ſunt, atque damnata eiuſmodi Euangelia. Quippe non cõtinuò liber cenſendus eſt Catholicus, quòd vnã, vel alterã veritatem contineat: ſiquidem pauci errores ſatis ſunt ad integrum librum, aliàs Catholicum, reijciendum.

Ex libris apocryphis ſacris interdũ ſcriptores cur ſumpſerint teſtimonia.

Ea nihilominùs Euangelia apocrypha Eccleſia quare damnauerit.

Non ergo rationi veritatiq́ue repugnat, in libro apocrypho, minimeq́ue recepto quaſdam interdum veritates contineri: ſiquidem Iudas Apoſtolus ex libro apocrypho Henoch aliquid verũ excerpſit, quòd in Epiſtolam infereret Câtholicam ſuam. Quòd ergo iſti ſpiritu minimè dirigente, Euangelica ſcriptitârint, non obſcurè indicat Lucas in principio ſui Euãgelij, dicens: *Quoniam quidem multi conati ſunt*, & quæ ſequũtur: quo verbo fortè Hęretici deſignantur,

Eiuſmodi Euangeliorũ autores malo ſpiritu impulſos ad ſcribendum fuiſſe: & quid ſint aſſecuti.

tur, vt interpretantur nonulli, qui ſine Spiritu ſancto, ac propria prudentia nixi ſcribere attentârunt. Sed iſte conatus ac labor ſucceſſum nô habuit, cùm huiuſmodi ſcripta, quamprimùm in lucem prodierunt, ab Eccleſia reiecta, & damnata ſint: quod de Apoſtolis, vel de Apoſtolicis viris nequaquàm dicendum eſt. Nam & Spiritu Dei aſſiſtente, ducenteque ad euangelizandum, & ad Euangelium ſcripto tradendum à Chriſto deſtinati ſunt: & eos fortunatos, feliceſq; exitus habuiſſe, ſatis indicat mundi per eos ad Chriſtum conuerſio, ſcriptorumq; ſuorum ſtatus, & perpetuitas.

Apoſtolos & Euangeliſtas ſancto Spiritu duce, & autore prædicaſſe, ſcripſiſſeque Euangelium.

De cæteris verò Euangelij ſcriptoribus ita ſcribit Euſebius libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. *Sed & de illis ſciendum eſt quæ ſub nomine Apoſtolorum ab Hæreticis proferuntur, velut Petri, & Thomæ, & Matthiæ, & cæterorum ſimiliter Apoſtolorum quæ appellant, Euangelia, ſed & Andreæ, & Ioannis, atque aliorum Apoſtolorum Actus, quod nuſquàm prorſus in ſcriptis Veterum, eorum duntaxat, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, aliqua mentio eorum, aut commemoratio habetur. In quibus & ipſe ſtylus multum ab Eccleſiaſtica conſuetudine deprehenditur eſſe diuerſus. Senſus quoq; ipſe, & omnia quæ his inſeruntur, longè ab Apoſtolica diſſonant fide, ex quo figmenta eſſe prauitatis hæreticæ comprobantur.*

Euſeb. c. 25. circa fin. to. 1. Quid Euſebius de apocryphis Euangelijs apertè pronuntiarit.

Auguſtinus quoque libro contra aduerſarium Legis & Prophetarum: *Sanè,* inquit, *de apocryphis iſte poſuit teſtimonia, quæ ſub nominibus Apoſtolorum Andreæ, Ioãniſq; conſcripta ſunt. Quæ ſi illorum eſſent, recepta eſſent ab Eccleſia, quæ ab illorum temporibus per Epiſcoporum ſucceßiones certißimas, vſque ad noſtra & deinceps tempora perſeuerat, & immolat Deo in corpore Chriſti ſacrificium laudis, ex quo Deus deorum locutus vocauit terram, à Solis ortu vſque ad Occaſum.* Hæc Auguſtinus. Serapion etiam Antiochenus Patriarcha, qui floruit Seueri tempore, rogatus à Pontio, & Carico, viris Eccleſiaſticis, cur non reciperet Petri Euangelium, quod in Montani errorem ducebat, reſpondit: *Nos fratres, & Petrum, & alios Apoſtolos ſicut Chriſtum recipimus: quæ autem ſub eorum nomine ab alijs conſcripta ſunt, verùm gnari eorum ſenſus, & ſcientiæ, declinamus; ſcientes quòd talia nobis non ſiunt tradita.* B. item Irenæus per traditionem, corrupta Valentinianorum, atque Marcioniſtarum Euangelia reijcit: quemadmodum Tertullianus corruptum Euãgelium Lucæ, quod Marcion proferebat, refellit atque condemnat.

B. Auguſt. lib. 1. contra aduerſ. Legis, & Prophetar. c. 20. initio, & c. 5. circa fin.

Pſal. 49. Serapionis Antiocheni Patriarchæ, cur Apoſtoli Petri Euangelium non reciperet, grauis & acuta reſponſio.

D. Irenæ. lib. 3 c. 1. *Tertul. lib. 4. aduerſus Marcio. circa prin.*

Peccabãt verò grauiſsimè, qui poſt quatuor edita Euãgelia, plura alia ſcribere auſi ſunt. Tum quia addebant multa falſa; tum quia adiungebant verbo Dei contra præceptum Domini expreſſum Deuteronom. 4. & Apocalyp. 22. vbi non tantum malum eſt addere, ſed etiam minuere, vt in Euangelio. Tum quia nomina ſuppoſititia Apoſtolorum, quo maiorem ſibi autoritatem vendicarent, ſcriptis ſuis apponebant. Tum quod animo fallendi Eccleſiam, prætextu religionis faciebant; ſimulata autem ſanctitas, duplex eſt iniquitas. Tum quia dabant locum ſchiſmati in Eccleſia Dei. Tum denique quòd aſſumerent ſibi honorẽ, & officium quod non erat ſuum. Nam facere Apoſtolos, Prophetas, & Euangeliſtas, Dei eſt, vt dicitur ab Apoſtolo ad Epheſios 4. Ac de hac re ſatis ſit dictum.

Nouos illos Euangeliorũ conditores multifariàm deliquiſſe. *Deut. 4.* *Apoc. vlt.* Quænam duplex iniquitas. *Hebr. 5.* *Epheſ. 4.*

PROLEGOMENON XXXI.

Cur inter tot Euangeliorum Scriptores ſolùm illa quatuor, nempè Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, cæteris omnibus exploſis atque reiectis, per Eccleſiam in Canonicos libros recepta fuerint.

QVOD verò Euangelia plura eſſe quàm quatuor, non expediret, vt omittam Eccleſiæ, ac Patrũ teſtimonia producta ex quibuſdam, atq; illis quidem grauibus, magnique momenti apud Catholicos argumentis perſuaderi, euincique poteſt. Namque in primis magna eſſet confuſio, ſi plures alij ſcripſiſſent, & magnus labor exhibitus in conciliandis ſententijs, quæ in ſpeciem ſibi inuicem contradicere viderentur. Ratio. I.

Euangelium etiam non fuiſſet Verbum breuiatum, quod fecit Dominus ſuper terram, vt prædixit Iſaias Propheta. Adhæc vt Præcurſor Domini inquit: *Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo.* Quẽadmodum ergo vt quis ad Apoſtolatus dignitatem promoueatur, non ſatis eſt propria voluntas, ſed opus eſt gratia, ac priuilegio Dei vocantis: vnde Lucas habet: *Vocauit diſcipulos ſuos* (Marcus addit: *quos voluit ipſe?* & *elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit.* Expende verbum, *Quos voluit ipſe*; vt intelligas voluntatẽ Dei primariam eſſe cauſam, vt quis efficiatur, & nominetur Apoſtolus: ad eũ ſanè modũ opus eſt Diuina electione, vt aliquis Euãgeliſtæ gradum, & nomen ſortiri poſsit. Quare in epiſtola ad Epheſios teſtatur Apoſtolus: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas:* ꝙ de Scriptoribus Euangelij planè intelli-

II. *Iſai. 10. iuxta LXX. & Rom. 9.* III. *Ioan 3.* *Luc. 6.* *Mar. 3.* Promotio in Apoſtolum, ſicut & in Euangeliſtam duo ponit. *Epheſ. 4.* Quos dedit Eccleſiæ ſuæ Deus, teſte

gendum

Paulo, Euangeliſtas, quinam illi ſint.
B. Auguſt. epiſt. 58 ad Paulinum in ſolutione 4. quæſt. tom. 2.

gendum eſſe, & ratio ipſa porrigit, & Auguſtini autoritas confirmat.

Clem. Rom.
Matthæi & Ioānis Euangelij vnde pars maxima deſumpta.
1. Ioan. 1.
Marcus vnde ſuum hauſerit Euangelium.
Luc. 10.

Deus ergo quatuor elegit ad ſcribendū, quos & in ſcribendo, ne quid alienum traderent, direxit, & per Eccleſiam ſuam approbauit, & in catalogum Canonicorum librorum recepit: vt Clemens Rom. in vltimo Canone Apoſtolorum, & omnes Patres communi conſenſu tradunt. De Matthæo quidem, & Ioanne ſatis conſtat: nam ipſi Apoſtoli Domini erant, qui magna ex parte oculis perſpexerant, & manibus contrectauerant quæ docebant, eranique in fide, & gratia Dei potenter confirmati, ita vt in tradendo Euangelio ipſi decipi, aut alios decipere nullo modo poſſent.

Origen. hom. 1. in Lucam, tom 2.
Hippolyt. in lib. de 70. diſcipulis.
Epiphan.
Theophyl.
Euthymius.
Hierony. in catalo. ſcript. Eccleſ. tom. 1.
Auguſt. lib. 1. de Conſen. Euang.
Hieron. ibid.
Idē cur ſcripſerit ſecundùm Euſebium.

Marcus verò, & Lucas, ſiue inter ſeptuaginta Domini diſcipulos computentur, vt Origenes, Hippolytus, Martyr, Epiphanius, Theophylactus, ac Euthymius ſcribūt; ſiue non, vt Hieronymus, Auguſtinusque putant, certam habent, indubitatamq; ſuorum Euangeliorum cōfirmationem. Marcus ſiquidem Euangelium ſuum ab ore Petri accepit, & illud B. Petrus, vt ſummus Eccleſiæ Catholicæ paſtor, ſua autoritate cōprobauit, legendumque Eccleſiæ tradidit, vt ex Clemēte lib. 6. Hypotypoſeon producit Hieronymus, ac rurſus Euſebius lib. 2. cap. 15. *Sermo autem*, inquit, *veritatis, & lucis, qui per Petrum prædicabatur* (ſcilicet Romæ) *vniuerſorum mentes placido illuſtrauit auditu, ita vt quotidiè audientibus eum, nulla vnquàm ſatietas fieret. Vnde neque auditio eis ſola ſuffecit, ſed Marcum diſcipulum eius omnibus precibus exorant, vti ea quæ ille verbo prædicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendam, ſcriptura traderet, quo domi, foriſq; in huiuſcemodi verbi meditationibus permanerent. Nec prius ab obſecrando deſiſtunt, quàm quæ orauerant, impetrarent. Et hæc fuit cauſa ſcribendi quod ſecūdùm Marcum dicitur Euangelium. Petrus verò vt per Spiritum ſanctum religiosè ſe ſpoliatum comperit, furti delectatus eſt, fidem eorum per hæc, deuotionemq; conſiderans: factumq; confirmauit, & in perpetuum legendam Scripturam Eccleſiis tradidit.*

Clemēs Alex.
1. Pet. 5.
Nicepho. lib. 2. c. 45.

Clemens in ſexto Diſpoſitionum libro, hęc ita geſta eſſe deſcribit. *Cuiq; ſimile dat teſtimonium etiam Hierapolites Epiſcopus nomine Papias: qui & hoc dicit quod Petrus in prima Epiſtola ſua, quam de vrbe Roma ſcripſit, meminerit Marci, in qua tropicè Romam Babylona nominārit, cùm dicit: Salutat vos ea, quæ in Babylone eſt electa Eccleſia, & Marcus filius meus.* Hæc ille. Nicephorus Calliſtus teſtatur, Marcum iuſſu Petri, & Lucam iuſſu Pauli, Euangelia compoſuiſſe: & infrà addit, Petrum dictaſſe Marco Euangelium.

Lucas à quo iuſſu didicerit Euangelium: à quo approbatū.
2. Cor. 8.
Tertull.

Dorotheus verò antiquior in Synopſi Prophetarum, & Apoſtolorum, Lucā tradit ſcripſiſſe Euangelium iuſſu Petri; librū verò Actuum Apoſtolorum Pauli nutu. Sed hęc non multum diſtant, & facilè conciliari poſſunt, ſi afferamus Lucæ Euangelium autoritate B. Pauli prius probatum, poſteà Petri, hoc eſt, ſupremi Eccleſiæ paſtoris calculo cōfirmatum fuiſſe. Lucas ergo B. Pauli Apoſtoli diſcipulus, & Paulini Euangelij ſcriptor, vt lib. 4. aduerſus Marcionem initio tradit Tertullianus, ac indiuiduus in eius peregrinationibus comes fuit, à quo etiā Euangelium plenius diſcere potuit, vt integrè, & ordinatè, ſicut in Proœmio ipſe ſuo refert, illud literis cōſignaret. Scriptum verò eius Euangelium videtur Paulus poſtea tacitè laudando confirmaſſe. Nam in poſteriori ad Corinth. Epiſtola ait: *Miſimus etiam cum illo fratrē noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias:* quod de Luca eſſe intelligendum, aſſerunt in primis B. Ignatius Martyr Epiſtola ad Epheſios, deinde Tertullianus, & Origenes, & Hieronymus non ſemel, atque alij Patres permulti.

2. Cor. 8.
Dictū Apoſtoli: Miſim⁹ etiā cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euāgelio, de Luca tātùm intelligendū probatur.
B. Ignat. epiſt. 14. circa fin.
II. Argum.
III.
IV.
V. Argum.

Ad hæc laus in euangelizando tantùm verbo pluribus cōmunis erat, qui eo tempore magno ſpiritu præditi euangelizabāt, non in ſcribēdo. Item quomodo poſſet eſſe laus per omnes Eccleſias, ſi verbo tantū egiſſet, & prædicatione? Conſequitur ergo vt ſcriptum Euangelium, atq; ab Apoſtolis confirmatum per oēs Eccleſias penetrauerit, laudemq; hac ratione à cūctis Eccleſijs ſibi cōparauerit. Præterea cū nullus de falſa, ſeu peruerſa doctrina, ſed neq; de vera, negligenter tamen ſcripta, laudem promereri valeat: conſequitur, Paulū eo teſtimonio tacitè Euangelium B. Lucæ cōprobâſſe. Confirmatur etiā, de Luca eſſe ſermonē, quia ſequitur in Paulo: Non ſolū autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſijs comes peregrinationis noſtræ, in hanc gratiam quæ miniſtratur à nobis: quæ autē alius magis quàm Lucas, peregrinationis Pauli fuit comes, vt teſtatur liber Actuum Apoſtolorum?

Hæretici qui quæ olim Euangelia tantū probauerint, quæ reprobauerint infelices.
Tertull.
Irenæ. c. 29. prope initiū.
Philaſter.
Epiphan. in Hæreſin 51. & Philaſt. c. 60.

Qui ergo in hoc Euangeliſtarum quatuor numero Euāgelium non receperunt, hæretici planè comprobantur. Cerdonis enim fuit dogma, tantū Euangelium Lucę, cæteris tribus reiectis, recipiendum, vt teſtis eſt Tertullianus lib. de Hæredibus: quē Marcion eius diſcipulus ſecutus eſt, vt Irenæus lib. 1 docet. Cerinthus verò ſolū Euāgeliū Matthæi, reliquis trib⁹ exploſis, acceptauit: vt teſtatur Philaſter lib. de Hæreſib. quem errorē impingit Irenęus lib. 3. c. 2. Ebioni, à quo dicti ſunt Ebionitæ hæretici.

Alogia-

Alogiani porrò ſolum Euangelium Ioannis, atque eius Apocalypſin repudiârſit, vt Epiphanius eſt autor. Alij, retento Marco, cæteris Euangelijs nuntium miſerunt; vt Fauſtus Manichæus, teſte Auguſtino in libris contra Fauſtum; & Cerinthiani, vt autor eſt Irenæus libr. 3. aduerſus Hæreſes, cap. 11. Alij per oppoſitum, ſolum Ioannis Euangelium recipiendum: & iſti fuerunt Valentiniani, vt docet Irenæus libro eodē, & capite. Eadem ratione omnes iſti peccâſſe deprehenduntur.

B. Auguſt. lib. 2. in prin. tom. 6.

Quaternarij numeri Sacramentū in quaterna Euangeliſtarum à Deo inſinuatum hiſtoria.

Sed cùm de hoc quem narro, numero aliquid philoſophari, tempus ipſum, & locus poſtulare videantur; multa ſanè myſteria, & magna de illo in ſcripturis cōtineri, Hieronymus, Auguſtinus, & alij permulti Patres tradiderunt. Quanquàm non ſim ignarus, hæc à pleriſq; imperitis, vt inania, & falſa, vilipendi. Sed certè autoritate Patrum premuntur. Nam vt omittam quod apud Pythagoricos ſacroſanctum erat per Tetractyu, hoc eſt, per Quaternitatē, vt ſic dicā, iuramentū: quòd fortaſſis ille numerus nomen Dei ſacroſanctum Tetragrammaton, hoc eſt, quadriliterum inuolueret: & apud Ariſtotelē perfectus quadrato numero comparatur: certè Deus ipſe ſapientiſsimus, qui omnia in menſura & numero, & pondere diſpoſuit, numerorum rationē non negligit. Etſi ergo vnicum ſit Euangelium, à quatuor tamē ſcriptoribus eſt literis conſignatum. Quemadmodum enim vnus fluuius erat paradiſi, qui in quatuor capita diuiditur: Ita vnica Chriſti Euangelica doctrina per quatuor miniſtros ad irrigandum, & fœcundandum Eccleſiæ hortū eſt diſtributa, vt exponit Hieronymus. Eſt etiam arca quadrangula Teſtamenti, eodē interpretāte: Chriſtus quadratus, & perfectus per quatuor angulos, quaſi per quatuor Euāgeliſtas ad ſanctificationē mundi, quaſi arca vehēdus. Eſt rurſus quadriga illa ſalutaris, de qua ait Propheta: *Quia aſcendes ſuper equos tuos* (hoc eſt Apoſtolos) *& quadriga tua ſaluatio*: quod nimirū per quatuor Euangeliſtarum libros ſcientia ſalutis in vniuerſum orbem diffundatur.

Apud Pythagoreos per Tetractyn iuramentum erat ſacroſanctum.

Philoſophus lib. 1. Ethicor. c. 12. tom. 2.

Sap. 11.

Gen. 2.

B. Hieron. to. 9. in princ.

Idem ibidem.

Exod. 25.

Habac. 3.

Quid illud Prophetæ: Aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.

Eſt quadriga Aminadab, ſecundùm Salomonem, id eſt, ſpontanei: nam Chriſtus ſpontè ad nos venit homo, & pro nobis mortem ſuſtinuit, ac reſurrexit, atq; in cœlum aſcendit. Eſt ſcala Iacob, per quam aſcendebant, & deſcendebant Angeli, quatuor habens extremitates: quia Chriſtus oſtium eſt, & via, per quā ad Patrem ingredimur. In his ſcalis Doctores aſcēdunt per Euangelium Ioannis & Marci, deſcendunt per Matthæum, & Lucam, qui inferiora Chriſti nobis tradunt. Eſt quoque Chriſtus Euangelio reuelatus, velut alter Iacob, qui per quaternas vxores, duas magis principales, Rachelem, & Liam: duas rurſus ſecundarias, & minùs principales, Balam, & Zelpham, omnium fidelium ſuorum prolem ſuſcepit. Eſt rurſus linteum Petro in viſione oſtenſum, quatuor initijs alligatum, in quo vniuerſa animalia, etiam immunda continebantur: quòd nimirum ad ſalutem Euangelicam non tantùm Iudęi, ſed & immundæ Gentes ſint vocatæ, quatenus illo eruditæ, atq; ſanctificatæ fiant gratus cibus Deo; & ob id illi & Paſtori eius Petro incorporādæ. Iſti ſunt quatuor venti, electos Dei ab omni erroris, & peccati caligine purgantes, illosq; quaſi nauim in portū ęternę felicitatis impellētes. Huiuſmodi Euāgeliſtis, velut quatuor anchoris Eccleſiæ nauicula inter tempeſtates, procellasq; ſuſtinetur. Et quid eſt veſtium Chriſti quatuor in partes diuiſio, & tunicæ inconſutilis ſortitio, niſi quòd quatuor ſunt hiſtoriographi; qui etſi ex parte vnū & idem Euangelium enarrare videantur, tamen Diuina quadam ſorte ad Chriſtum integrū explicandum accedunt? Hoc Euangelium per quatuor mundi plagas propagandum, vt ait Irenæus, cœpit in quarto climate quadripartita ratione prædicari, hoc eſt verbo, ſcripto, & ſignis & miniſtrorum ſanctitate, atq; ſanguine confirmatum tradi. Eſtque à quatuor illuſtribus Eccleſiæ Doctoribus, nempè Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & Gregorio, per quatuor ſenſus: hiſtoricum videlicet, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum, declaratum atq; explicatū; Vt homo Deo mortuus, iamque quatuor dies in monumento cum Lazaro habens, ad vitam reuocetur, vt ait Hieronymus. Sumus enim per Euangelium à quadrifida morte liberati, vt idem inquit, nempè non tantùm à morte naturali, ſed etiam à morte culpæ, de qua ſcribitur: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*: à morte etiam ſecunda, quæ in perenni gehennę igni poſita eſt: denique à morte ciuili, quæ ſeruitus dicitur, & exilium: quoniā poſt mortem tanquàm ciues atque conſerui acceptamur ab Angelis.

Cant. 6.

Rom. 4.

Gen. 28.

Ioan. 10.

Infrà 14.

Gen. 29.

Infrà 35.

Act. 10.

Lintei cœlo demiſſi quatuor initijs Petro oſtenſi myſterium.

Matth. 24.

In quatuor ventis Euangeliſtæ quomodo deſignati.

Pſal. 21.

Matt. 27.

Eoſdem vti quadripartita ſignificet veſtiū Chriſti diuiſio.

B. Iren. lib. 3. c. 11. ſub fin.

Ioan. 11.

Hierony. in prologo ſuper Matth. tom. 1. in princ.

Ezech. 18.

Quatuor etiam præcipuas, & cardinales dictas virtutes in mētibus hominum inſerit Euāgelium, vt teſtatur Theophylactus: Prudentiam quidem, dum ait: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Iuſtitiam verò, dum præcipit: *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Temperantiā autem, dum docet: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Denique Fortitudinem, dum adhor-

Euangelium quatuor virtutes quas appellāt cardinales inſerere.

Theophyl. Matth. 10.

Suprà 7.

Ex quibus quatuor qualitatibus teſte Hierony-

mo, Euangelia cõtexuntur.

Hieron præfat. in Marcum, tom. 9.

adhortatur diſcipulos: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Ruſſus Hieronymus, ſi tamẽ is ſit autor; *Quatuor ſunt*, inquit, *qualitates, de quibus ſancta Euangelia contexuntur: præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. In præceptis iuſtitia, in mandatis charitas, in teſtimonijs fides, in exemplis perfectio conſiſtit.*

Quadripartiti Euangelij in Ezechielis viſione de quatuor animalium faciebus aptiſſima delineatio.

Ezech. 1.
Apoc. 4.

Sed vt hæc omnia miſſa faciamus, tanquàm magna ex parte myſtica, & allegorica, quadripartita Euangeliorum ratio in viſione quatuor animalium apud Ezechielem, & apud Ioannẽ in Apocalypſi eleganter eſt depicta, & adũbrata. Ait enim Ezechiel: *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplẽdor in circuitu eius, & de medio ignis quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis: & ex medio eius ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, &c. Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies Leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis: à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, ac reliqua. Quæ ſanè viſio etſi ſatis inuoluta, ac implicata, variaſque & penè innumeras recipere poſsit expoſitiones, vt facilè agnoſcere poteſt qui in lectione Patrum eſt verſatus; illam tamẽ ad Chriſtum, eiuſque quatuor ſcriptores eſſe adaptandam, atque accommodandam, non ſolùm Patres veteres, vt Dionyſius Areopagita, Irenæus, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius Magnus, Rupertus, verũ etiam ſacræ antiquæ, atq; Eccleſiaſticæ picturæ manifeſtè confirmant. Adde Sedulium veterem Scriptorẽ libr. 1. de Opere Paſchali ad Chriſtum verba facientem:

Dionyſ. de cœleſti Hierar. cap. 1. 2. 13. 15. & lib. de Eccleſ. Hie. c. 4.
Irenæ. lib. 3. c. 9.
Hiero. in c. 1. Ezech. tom. 5.
Greg. ibidem, par. 2.

Sedulij quatuor facierũ illarum interpretatio.

Hoc Matthæus agens, hominem generaliter implet.
Marcus vt alta fremit vox per deſerta Leonis.
Iura Sacerdotij Lucas tenet ore iuuenci.
More volans Aquila verbo petit aſtra Ioannes.
Quatuor hi proceres vna te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbem.

In quatuor Euangelijs Mediator qualis deſcribatur Ieſus: eidem quatuor illæ facies tripliciter accõmodantur.

Ad cuius viſionis latiorẽ explicationem annotandum eſſe in primis duxi, per quatuor Euãgelia perfectum atq; quadratum Mediatorem nobis repræſentari, eiuſque quatuor facies, & quatuor præcipua Verbi myſteria, quatuorque eius illuſtres titulos inſinuari, qui eſt totum noſtrum Euangelium, quique has facies in illis ſecundariè impreſsit, quo eius myſteria ampliſsima, & magnificos titulos aperirent. Facto etenim per peccatũ homine Dei inimico, Mediatore proculdubio opus habuimus, qui inter homines & Deum, pacem componeret, illique aptè reconciliaremur. Ad Mediatorem

Ad Mediatorem quæ requiruntur ea in Chriſto minimè defuiſſe.

autem, vt mediãdi, vt ſic dicam, atq; interpellandi officium rectè præſtare poſſit, in primis ſpectat, vt vtrique parti, inter quas ſe medium interponit, ſit proximus, nempè vt ijs aſficiatur, pro quibus intercedit. Deinde vt gratia valeat apud eũ, à quo gratiã impetrare contendit. Chriſtus ergo, vt Mediatoris partes impleret, opus habuit vt ſimul Deus eſſet, & homo: homo quidẽ, vt noſtri quaſi cognatꝰ & affinis, miſereri poſſet; Deus verò vt ſua excellẽti gratia, quodcunq; pro nobis donum peteret, impetrare facilè poſſet, atq; infinito ſuæ obediẽtiæ, & ſanguinis merito infinitæ Dei iuſtitię offenſæ pro infinito noſtro peccato, & inobedientia condignè ſatisfacere valeret.

Chriſti Mediatoris prima conditio neceſſaria, in facie hominis expreſſa.

Ex quibus rectè intellectis, quatuor fuiſſe neceſſaria in quadrato, perfectoque Mediatore noſtro accepimus: in primis carnis infirmitatẽ, ſeu corpus paſsibile, quod velut incus quædam eſſe poſſet, in qua noſtra omnia flagitia propriæ voluntatis delectatione male conſtructa, malleis dolorum, pœnarumq; deſtruerentur. Vnde Propheta de hac corporis imbecillitate prædixit: *Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti, corpus aũt aptaſti mihi.* Hãc carnis fragilitatem in Mediatore noſtro deſcribendam accepit Matthæus, cui proptereà facies hominis adſcribitur. Ipſe etenim & Hebręus & peccator, vtpotè publicanus, Mediatorẽ noſtrum Hebræũ iuxta carnẽ infirmũ, hominumq; in ſe peccata ex miſericordia transferentem, apertè ſcribit, vt perfidis Hebręis ſit teſtis, eius Mediatoris fide, & ſanguine indigere, nec ad peccatũ extinguendũ ſatis fuiſſe vel Leuiticum ſacerdotiũ, vel Moyſis legẽ. Quamobrem cũ ipſe prius diceretur Leui, id eſt cõfideret in propria iuſtitia, & legis ſacrificijs, haud fuit capax ſalutis, donec per Pontificẽ futurorũ bonorum in Matthæũ, id eſt, dono datũ, ſeu quod idẽ eſt, in fide Ieſu, & gratia eius ſalutem ſperantem, mutatus eſt. Quare nõ ſine myſterio certè Matthæus ad pœnitentiam agendam ſuo exemplo in Euangelio enarrato, peccatores inuitat, vt Epiphanius, & Hieronymus annotârunt.

Pſal. 39.
Hebr. 10.
Chriſti facies hominis cur Matthæo attributa.
Matth. 9.
Luc. 5.
Quid, quod Matthæus appellatus eſt Leui.
Heb. 10.
Idem cur à Chriſti genealogia ſuũ inchoet Euãgelium.
Epiphan. in Hæreſi 51.
Hieronym.
Matth. 1. & ſeq.
Infrà 2.

Cùm ergo Matthæo datum ſit infirma carnis Chriſti deſcribere: idcirco à genealogia Chriſti, quæ peccatores, ac peccatrices continet, & ab infantia, fugaq; in Aegyptum, & metu Herodis, & Archelai exorditur. Deinde præter carnem infirmam, pro peccato vt hoſtiam offerendam, neceſſaria fuit in Mediatore ſpiritus fortitudo, cuius virtutibus in hoſtem, qui nos in Adã primò deuicerat, præliaretur, illumque atque alios hoſtes noſtros, ſiue ſub aſpectum cadant, ſiue non, debellaret, exemplumque

Secũda Chriſti Mediatoris conditio, in Leone repræſentata.
Gen. 3.

præ-

Cur eã Marcus deſcribendam aſſumpſerit: quid ſonet Marcus Hebraicè.

Prouer. 30.

prælíandi,& vincendi nobis tribueret: idcirco Marco, id eſt, terſo, & ab omni rubigine puro(ſic enim interpretatur vox Hebræa, ſi Hebræa eſt) datũ eſt Mediatorẽ, ſecundùm ſpiritũ fortem, atq; inuictũ, vtpotè terſum ab omni labe peccati, quod ſolũ eſt infirmitatis cauſa, depingere: atq; ob id ei data eſt facies Leonis vincentis: Leo etenim fortiſsimus eſt animaliũ, qui ad nullius pauet occurſum, teſte Scriptura. Ideò dimiſsis infantia, & fuga in Aegyptum, quæ imbecillitatis erant, à baptiſmo Chriſti exorditur Euangeliũ ſuum, & à rugitu prędicationis, id eſt, voce Ioannis clamantis in deſerto, à lucta cum dęmone, atq; ab intrepida cũ feris habitatione, ac conſortio; quo nos Baptiſmo initiati, & terſi à crimine, atque expoliti illi configuremur, armatíque eius ſpiritu ad debellandum, & vincendum hoſtes noſtros progrediamur.

Tertia conditio Mediatoris Chriſti per vitulum expreſſa.

Pſal. 109.

Heb. 7.

Suprà 5.

Adhæc, neceſſariũ erat in Mediatore Sacerdotiũ, quo carnem fragilem, & ſpiritus fortitudinẽ, vt præclarã Hoſtiam, & ſacrificium Deo odoratum ipſe in æternum ſacerdos cũ clamore valido, & lachrymis Patri offerret; ac ſimiliter vt omne fortiſſimi ſpiritus ſui meritum in ſalutem nobis applicaret, ac propterea dignè ſatisfaceret ꝓ peccato, & de faucibus Satanæ nos erueret. Quãobrem opus fuit, vt noua ratione Chriſtus fieret & Sacerdos, & Hoſtia, & medicꝰ, & medicina, & Saluator, & pretium ſalutis.

Chriſti vituli facies cur Lucæ diuinitùs aſſignata.

Luc. 5.

Hoc aũt Chriſti Sacerdotium, à Spiritu ſancto datum eſt Lucæ Medico deſcribẽdum. Nec myſterio vacat, ꝙ dicatur Lucas, quòd ſit Medicus, quòd illi facies bouis, ſeu vituli attribuatur. Lucæ quippe Euangeliſtę indultum eſt, Chriſtum Summum Pontificẽ, vitulum acceptiſsimum, ſeu ſaginatũ, quẽ ipſe ſolus deſcribit ad reficiendũ eos qui à peccato tandem reſipiſcunt, communeque ſacrificium pro toto mundo ſeruando depingere, illumq́; in lucem, & exẽplar alijs proponere. Sacerdotis eſt enim alijs lumen præferre & quodammodò illis prælucere.

Act. 1.

Vnde & ſcribit ſe in Actis feciſſe ſermonẽ eorum, quæ cœpit Ieſus facere, & docere. Namq́ue ſacerdotes verbo, & vitæ exẽplo docere ex officio debẽt. Quãobrem Lucas à ſacerdotio Zachariæ Euangelium ſuũ inchoauit. Proponit etiam Chriſtum vt Medicum, vnde ipſum inducit dicẽtem: *Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde.* Et alibi: *Non egent qui ſani ſunt Medico, ſed qui malè habent.* Ideò plures Parabolas ad remiſſionẽ peccatorũ ſpectantes ſolus præ cæteris inculcat, & rurſus ſolus Chriſtũ in horto orantẽ, ſanguinẽ ſudiſſe, & in Cruce ꝓ perſecutoribus Patrẽ ſuũ oraſſe recenſet.

Qualem medicum Lucas Chriſtũ inducat, & exprimat.

Luc. 4.

Iſai. 61.

Luc 5.

Infrà 22.

Infrà 23.

Quarta conditio Chriſti Mediatoris in Aquila deſignata.

Quartum, quod vt principale, & veluti aliorum fundamentũ in mediatore requiritur, deitas erat, ſeu Dei naturalis filiatio, vt Patri gratus, & acceptus eſſe poſſet: atq; vt carnem patientem ſpiritus ſui robur, ac ſacerdotium, quo ſe Patri obtulit, pretioſa apud Patrem redderet & accepta. Ob id Ioannes faciẽ habet Aquilæ: quia præcipuè Mediatoris noſtri deitatem, quam cum Patre communem habet, eiuſq́ue lucem inacceſſam inconniuentibus oculis atque beatis, non ſolùm fide cernere, ſed etiam intellectu apprehendere, & penetrare quodammodò valeret, cuiuſq́ue nos participes potenter efficeret. Quare Ioannes in his quæ pręcipuè ad diuinitatem ſpectant comprobandam, multus eſt.

Illa cur Ioãni Euangeliſtæ data ſit deſcribenda.

Dictorum epilogus.

Collige ergo in ſumma, quatuor Euangelijs perfectum delineari Mediatorẽ: corpore quidem fragilem, ac idcircò hominẽ apud Matthæum: ſpiritu robuſtum, ac proinde Leonem, apud Marcum: Sacerdotem ſanctiſsimum, ſeipſum vt vitulum pro cõmuni mundi peccato offerentem, apud Lucam: Filium Dei chariſsimum, ac vnigenitum, pennis charitatis ſuę ſuper omnes cœlos, & vſque ad Patris faciem penetrantem, quaſi Aquilam, apud Ioannem. De his quatuor faciebus locutus eſt non tantùm Propheta, ſed etiam Moyſes. Nam de facie hominis habes Deut. 18. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem ſui.* De facie Leonis habes teſtimonium Geneſ. 49. *Catulus Leonis Iuda.* De vituli facie habes Leuit. 4. *Si omnis turba filiorum Iſraël per ignorantiam peccauerit, offeret pro peccato ſuo vitulum, &c.* Faciẽ Aquilæ tenes, Deut. 32. *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans.* Et quia in Lege primùm Leo, deinde Vitulus, pòſt Homo, poſtremò Aquila per ordinem deſcribitur; ideò hunc ordinem ſeruauit Ioannes in Apocalypſi c. 4. Euangeliſtæ verò ordinem tenent Ezechielis primò traditum.

Earundem quatuor Chriſti facierum apud Moſen deſcriptio.

Deut. 18.

Gen. 49.

Leuit. 4.

Deut. 32.

Eiuſmodi facies alio quã Ezechiel ordine cur deſcripſerit Ioannes.

Apoc. 4.

Altera quatuor facierũ illarũ Chriſti explicatio interpretatioq́ue.

Rurſus habes quatuor pręcipuas Chriſti operationes. Eſt enim per Incarnationem Homo, per Paſsionem vitulus, per Reſurrectionem Leo, per Aſcenſionem Aquila: quibus quatuor actionibus quatuor titulos eſt cõſecutus. Eſt enim Homo, Rex, Sacerdos, & Deus: de quibus Dauid locutus eſt: *Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea.* Rurſus, *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.* Alibi: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech:* iterum verò, *Aſcendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ.* Dicitur prætereà apud Ezechielẽ, *Facies hominis, & facies Leonis à dextris ipſorum quatuor:* quia Incarnatio,

Pſal. 86.

Pſal. 2.

Pſal. 109.

Pſal. 86.

Explicatur illud, Facies, hominis, &

Facies Leonis deſuper ipſorũ quatuor. Ezech. 1. Luc. 1.

opus Dei potentiſsimum eſt, & Chriſtus brachium Dei, per quod diuina ſe oſtendit potentia. Quare in Cantico B. Virginis dicitur: *Fecit potentiam in brachio ſuo.* Inſuper Reſurrectio apertè fortitudinem Dei mortem deuincentem, atque animam corpori vnientem demonſtrat. Hinc Marcus in fine Ieſum ſedere facit ad Dei dexterã. Rurſus facies bouis deſcribitur à ſiniſtris ipſorum quatuor: quandoquidem Chriſti paſſio perſpicuè Humanitatis imbecillitatem, & debilitatem, per quam ad mortem vſq; peruenit, indicauit. Facies verò Aquilę ponitur deſuper ipſorum quatuor: quia diuinitas ante omnia, Aſcenſionisque myſterium ſuper omnia eſt. Vnde & illa priora animalia terrã ingrediuntur, quoniam geſta Filij Dei in carne, tres priores Euangeliſtæ deſcribunt, ac circa actiuam Chriſti virtutem verſantur. Solum quartum animal ſuper terram, & per cœlum volare dignoſcitur: quòd Ioannes diuinitatis geſta eſt proſecutus, & in virtute contemplatiua commendanda, quæ Trinitatem Perſonarum, & vitæ æternæ felicitatem cõcernit, potiſſimùm verſatur: vt docet Auguſtinus lib. 1. de Conſenſu Euangeliſtarum. Nec turberis, quòd præcedat Leo vitulum apud Ezechielem: nam re vera ſpiritus fortitudo ſacerdotium Chriſti præcedit, & Chriſtus non niſi expugnata carne, mundo deuicto, & dæmone triplici conflictu debellato, ad mortem, per quã ſe Patri obtulit, acceſſit: ac poſtquàm à mortuis reſurrexit, adhuc officium orandi pro nobis, & ſeipſum Patris vultui offerendi, qualiq; aduocati munus exercendi non omiſit: meritò ergo vitulus Leonem ſequitur.

Mar. 16. Quid item: Facies bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor.

Id etiam: Facies Aquilæ deſuper ipſorũ quatuor, quid ſignificet.

3. Aug. c. 5. In Ezechiele facies Leonis facie vituli cur prior ſit ordine.

Matth 4. Heb. 7. 1. Ioan. 2.

Euangeliorũ prima, & vltima ſibi inuicem mirificè reſpondent. Matthæus.

Deinde etiam & illud aduertendum eſt, quàm rectè ſibi conſonãt principia, & extrema Euangeliorum. Nam quia Matthęus Chriſtum hominem fragilem, infirmumque deſcribit, rectè incipit: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham*, &c. Rectè etiam concludit Euangelium, dicendo: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Hominis enim eſt hominibus conuiuere.

Marcus.

Marcus à rugitu doctoratus, & prædicatione incipit: *Vox clamãtis*, inquit, *in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Finit quoque in rugitu prędicationis Apoſtolicæ: *Illi autem profecti*, inquit, *prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Iſa. 40.

Lucas.

Lucas, qui Sacerdotiũ Chriſti contexit, à Sacerdotio Zachariæ exorditur: *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis Regis Iudææ, Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia.* Rurſus terminat Euangelium in Apoſtolis iam ad Sacerdotium promotis, Deumque ſemper in templo benedicentibus. Vnde ait: *Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum, Amen.*

Ioannes.

Ioannes verò, cuius partes erant deitatẽ Chriſti deſcribere, ſublimi principio exorſus eſt: *In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Claudit aũt librum ſuũ dicendo: *Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.* Nam quemadmodum diuinitas mundo iſto, ita nec Euãgelio à ſe ſcripto poteſt claudi: quod apertè eius infinitatem, ac diuinitatem oſtendit.

Vnum tantũ animal, ac rurſus quatuor animalia apud Ezechielẽ, quomodo Chriſtus.

Animaduertendum quoq; eſt, Ezechielem capite primo aſſerere, quatuor eſſe animalia; capite verò decimo vnũ tantùm animal ſe vidiſſe recenſet: *Ipſum eſt*, inquit, *animal quod vidi ſubter Deum Iſraël iuxta fluuium Chobar*: nimirùm quòd Chriſtus vnus ſit, quatuor tamẽ ꝓprietates, actionesve principales, ſeu titulos illuſtres habeat. Ita etiã quiuis Euãgeliſta vnus eſt, & vnã præcipuè faciem Chriſti, in quã eſt per amorẽ transformatus, depingit: & in ordine ad eã reliquas etiã facies proſequitur. Ita vt in quolibet Euangeliſta cernere poſſis & fragilitatẽ carnis Chriſti, & ſpiritus fortitudinem, & Sacerdotium, & Deitatem. Ex quouis etiã licet colligere incarnationem, mortem, reſurrectionem, & reditum ad Patrem per aſcenſionem. Denique vnuſquiſq; Hominem, Regem, Sacerdotem, atq; Deum eſſe demonſtrat: atq; hac ratione vnuſquiſque vnã faciem habet, quam præcipuè inſtituit enarrare: ac rurſus quatuor habet, quia in ordine ad faciem ſuam depingit reliquas.

Idem vt de Euangeliſtis affirmari verè poſſit.

Secundò aduerte & aliud diſcrimẽ: quia ca. 1. Ezechielis facies Hominis datur Matthæo, facies verò Vituli datur Lucæ: & tamen c. 10. facies Cherub, id eſt pueruli, Matthæo attribuitur, quia eius infantiã, & pueritiam deſcribit: facies verò Hominis Lucæ, quoniam deſcribit hominẽ perfectum ſe Deo offerentem, & quia *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis*, vt Paulus teſtatur.

Cur item Ezech. 1. facies hominis Matthæo, vituli verò Lucæ concedatur, Ezech. 10. facies pueri Matthæo, hominis verò Lucæ tribuatur. Heb. 5. & 8.

Tertiò & illud aduertendum, ſenſiſſe B. Auguſt. libr. 1. de Conſen. Euang. c. 6. probabiliorem ſententiam eſſe illorum, qui faciem Leonis Matthęo tribuunt, faciem verò hominis Marco: quòd regia Chriſti perſona per Leonem ſignificetur. Vnde & in Apocalypſi dicitur: *Vicit Leo de tribu Iuda.* Secundùm Matthæum etiam Magi narran-

Faciẽ Leonis Matthęo potiùs quàm Marco tribuit Auguſtinus duplici ratione. Apoc. 5. Matth. 2.

tur

tur veniſſe ab Oriente ad Regem adorandum, & ipſe Rex Herodes Regem Dominum formidat. Marcus verò neq; ſtirpem Regiam, neque Sacerdotalem, vel cognationem, vel conſecrationem narrare voluit. Sed hæc acutè, & diligenter ab Auguſtino conſiderata ſint; pręualet tamen aliórum Patrum veterum autoritas, qui Matthęo hominis, Marco Leonis vultum attribuunt, atque huic ſententiæ apertè Eccleſiaſticæ magis conſonare, ac fauere videntur picturæ.

Altera opinio firmior, ac probabilior.

Rurſus illud ſedulò inſpiciendum, quòd clauis quædam Euangeliorum ad aperienda multa myſteria accommodata eſſe videtur: quòd quia in ordine hiſtoriæ Euangelicæ ſeruando parũ erat doctrinę, & fructus; ideo nullus illum pręcisè perſequitur: imò vix etiam quatuor Euãgelia illũ tenere potuerunt, ſed ordinem myſterij in faciebus quatuor ab Ezechiele prędictis contentũ, in quo plus erat ſpiritus atq; doctrinæ, vnuſquiſq; obſeruauit. Nam quemadmodum argentarius coronam ex auro, & lapidibus pretioſis ad Regis decus & gloriã fabricaturus, non tam rationem temporis, quo lapides pretioſi empti ſunt, vt in eminentiori, digniorive loco coronæ illos collocet, nihilq; refert priꝰ, vel poſterius fuiſſe multo pretio redemptos, ſed tantùm rationem præcipuam decoris, & dignitatis coronæ meritò habendam eſſe putat: ita ſanè Euangeliſtæ pretioſam coronam Euangelicis ſcriptis Chriſto componunt atque concinnant, non tam conſiderantes quid præceſſerit, quidve ſequatur, ſed quid magis faciat ad pulchritudinem, decoremque faciei, quã ſibi deſcribendam propoſuerũt, ſpectantes. Hanc clauem Euangeliorum ſi quis teneat, agnoſcet fortaſſis, cur in aliquo deſcribendo myſterio interdum conueniant tres Euangeliſtæ, interdum quatuor, ſæpè duo, non rarò etiã vnus ſolus aliquod peculiare factum proponat: deinde, cur hic Euãgeliſta hæc enarret myſteria, ille verò alia. Adde, quamobrẽ hic hoc loco, vel hoc tẽpore illud dicat, quod alius alio loco, & tempore enarrat. Rurſus cur ſic inchoant, vel ſic finiunt Euangelia: quare potiùs hic cum illo magis concordet, quàm cum alio cur demùm quiſque tali tempore, tali ordine, tali lingua, tali ſtylo Euangelium ſuũ cõſcripſerit, ac talibus hominibus tradiderit. Adeò vt hæc varietas, & diuerſitas, non ſolùm veritati Euãgelicæ non officiat; ſed etiam multam fidẽ, & autoritatem illi arroget, eiusq́; myſteria extollere atque illuſtrare maximè videatur.

In Euãgelijs deſcribendis non ſemper eſt temporis ordo ſeruatus.

Eiuſmodi ordinẽ temporis neceſſariũ nõ fuiſſe, idoneo ſatis exemplo docetur.

Huiuſce rei notitia quantum Euãgelijs percipiendis ſit lumen allatura.

Noli mirari, prudens Lector, ſi vni atq;

Triplicis in-

eidem Ezechielis quatuor de faciebus viſioni, varias attulerimus, adaptauerimusq́; interpretationes: nã diximus, quatuor Mediatoris proprietates in illis repræſentari, deinde quatuor actiones præcipuas. Nam Homo eſt per Incarnationem, Vitulus per Paſſionẽ, Leo per Reſurrectionem, Aquila per Aſcenſionem. Accepimus & quatuor Chriſti titulos: ſiquidẽ Homo, & Rex, & Sacerdos, ac Deus propterea dicitur. Noli, inquam, admirari: ea eſt enim fœcunditas, & plenitudo ſenſuum in ſacris literis, vt non repugnet, eundem textum plures recipere, tum literales, tum myſticos ſenſus: modò inter ſe illi non contradicant, vel ab Eccleſia, & ratione oon diſſentiant.

telligentię viſionis propheticæ, de quatuor faciebus ſuperiùs allatæ ratio perhibetur.

Prædictæ autem de quaternis faciebus expoſitiones, nec inter ſe diſſentiũt, cũ ſint valdè coniunctæ, nec Eccleſiæ, aut rationi repugnent. Imò ne quenquã ſua debita laude defraudare videamur, Aureolus, Doctor in diſputatiooibus Scholaſticis exercitatiſsimus, alia ratione de illis quatuor faciebus philoſophatur. Nã in primis docet, Matthæo rectè attributam eſſe faciem hominis: quòd Meſsiam hominem iam tradat adueniſſe: & quæcunq; lex, & Prophetæ de illo prædixerunt, oſtendat in vno Ieſu exitum eſſe ſortita, & adimpleta. Ita vt viginti duæ conditiones Meſsiæ prædictæ à Prophetis, per Aureolum enumerentur: & in Chriſto Ieſu per ſingula capita Matthęi cõpletę oſtendantur. Deinde Marco rectè attributam Leonis faciem, quòd Chriſti Domini, & Regis inuictam potentiam per viginti fortitudinis actus, quos Chriſtus exercuit, & à Marco deſcribuntur, oſtendat. Nec eſt ſine magna ſpiritus voluptate, per ſingula Marci capita illa fortitudinis, & potentię Chriſti ſigna videre. Rurſus in Luca, cui facies vituli aſsignatur, oſtẽdit Chriſtũ verum fuiſſe Saluatorem mundi, verumq́; animarũ medicum, enumeratis quàm plurimis conditionibus, quæ ad verum Medicum, & Saluatorem ſpectãt; quas oẽs oſtendit, per omnia Lucæ capita diſcurrẽdo, verè in Ieſu fuiſſe perfectas. Poſtremò Ioanni rectè accommodari faciem Aquilæ, quòd Chriſtum deſcribat Deum, decem & nouẽ diuinitatis actus recenſendo: quos omnes Ioannes Chriſtum habuiſſe, per ſingula ferè capita apertè demonſtrat. Hæc autem, ne prolixi ſimus, hoc loco meritò putauimus eſſe ſupprimenda: ſuo tamen tempore, dum ad cuiuſque Euangeliſtę principiũ enarrandum acceſſerimus, Deo dante, non ſine fructu, vel guſtu tuo, vt ſperamus, prudens Lector, explicabimus. Ac de his hactenùs.

Trium ſenſuum illorũ conueniẽtia, ac firmitas.

Quàm aptè eandem viſionem, quatuor facierũ, Aureolus quatuor applicet Euangeliſtis.

Matthæo.

Marco.

Lucæ.

Ioanni.

PROLEGOMENON XXXII.

Cui rationi, aut ſolido fundamento nititur, vt Euangeliſtarum ſcriptis, qui Dominum in terris agentem non viderunt, Marci nempè, & Lucæ, æqua per omnia, ac par fides, atque illorum qui viderunt, Matthæi, & Ioannis, à nobis habeatur.

IN hoc præſenti articulo ille nodus diſſoluendus nobis eſt, Quanam ratione fiat, vt parem, ac per omnia æqualem fidẽ Marco, Lucæque Euangeliſtis, qui Dominum non viderunt, habeamus, atque Matthæo, ac Ioãni, qui oculis ſuis perſpexerũt, & manibus ſuis contrectârunt Euangelium? Hanc quæſtionem proponit B. Auguſtinus lib. 1. de Conſen. Euang. c. 1. his verbis: *Inter omnes diuinas autoritates, quæ ſanctis literis continentur, Euangelium meritò excellit, &c. Cuius primi prædicatores Apoſtoli fuerunt, qui Dominum ipſum, & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum etiã præſentem in carne viderunt. Qui non ſolùm ea quæ ex ore eius audita, vel ab illo ſub oculis ſuis operata, dicta, & facta meminerant, verùm etiam quæ priuſquàm illi per diſcipulatum adhæſerant, in eius natiuitate, vel infantia, vel pueritia, diuinitùs geſta, & digna memoria, ſiue ab ipſo, ſiue à parentibus eius, ſiue à quibuſlibet alijs certiſſimis indicijs, & fideliſſimis teſtimonijs requirere, & cognoſcere potuerunt: impoſito ſibi Euangelizandi munere, generi humano annuntiare curârunt. Quorum quidam, hoc eſt Matthæus & Ioannes, etiam ſcripta de illo quæ ſcribenda viſa ſunt, libris ſingulis ediderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendum, & prædicandum Euangelium, intereſſe aliquid vtrùm illi annuntient, qui eundem Dominum hic in carne apparentem diſcipulatu famulante ſecuti ſunt, an ij qui ex illis fideliter comperta crediderunt, diuina prouidentia procuratum eſt per Spiritum ſanctum, vt quibuſdam etiam ex illis, qui primos Apoſtolos ſequebantur, non ſolùm annuntiandi, verùm etiam ſcribendi Euangelium tribueretur autoritas. Hi ſunt, Marcus, & Lucas.*

1. Ioan. 1.

B. Auguſt. tom. 4.

Hieronymus quoq; in procemlo Commentariorum ſuorum in Matthæum ſcribit, B. Marcum Petri interpretem, Dominum Saluatorem non vidiſſe, ſed ea quæ magiſtrum audierat prædicantem, iuxta fidem magis geſtorum, quàm ordinem narrauiſſe. Lucam item medicum, & Pauli Apoſtoli diſcipulum, volumen condidiſſe Euangelij, & vt ipſe in procemio confitetur, audita magis quàm viſa deſcripſiſſe:

B. Hieron. to. 9. in princ.

Nos tamen, vt latiùs hunc articulum pertractemus, in primis dicimus, quoſdam ex partibus ſenſiſſe, Marcum, & Lucam inter ſeptuaginta Domini diſcipulos eſſe connumerandos, vt Origenes, Hippolytus martyr in Catalogo ſeptuaginta Domini diſcipulorum, Epiphanius in Hæreſin LI. Theophylactus, Euthymius in præfatione ſuper Lucam ex Origenis ſententia: hi enim omnes Marcum, & Lucam ante Dominicam Paſsionem connumerant inter ſeptuaginta diſcipulos. Idem tradit Dorotheus Epiſcopus Tyri, qui floruit tempore Conſtantini Magni, in Synopſi de vita, ac morte Prophetarum, & Apoſtolorum in fine. Simeon Metaphraſtes diſcipulum Chriſti facit Lucam in vita ipſius, & Nicephorus Calliſtus libro 2. cap. 43. vtrumque diſcipulum Chriſti fuiſſe tradit. Referunt etiam in prædictis locis Hippolytus, & Epiphanius, Marcum, & Lucam, ad verba, quæ Chriſtus Dominus cum Capharnaitis diſputans, locutus eſt: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ſcandalum accepiſſe, & à Domino retroceſsiſſe: verùm poſt Chriſti mortem opera Petri Marcum ad fidem reſtitutum: illumque in conſortium ſuum, & miniſterium aſciuiſſe: Lucam verò per Paulum Apoſtolum ad Chriſtum reuocatum, ac in indiuiduum comitem ſibi adiunctum fuiſſe. Atque eò fortaſſis Eccleſia ſpectaſſe videtur, cùm in ſacrificijs Lucæ, ac Marco dicatis, Euangelium illud legere conſueuit: *Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos, &c.* inſinuans Marcum, & Lucam ex numero ſeptuaginta duorum Diſcipulorum extitiſſe. Quæ ſi vera ſunt, vt ab his Patribus & doctrina, & antiquitate illuſtribus referuntur, dici non poſſunt hi duo Euangeliſtæ de geſtis Domini Ieſu nihil vidiſſe. Nam Petrus Apoſtolorum princeps dum loco Iudæ Apoſtoli alterum cenſuit ſubſtituendum, qui eſſet ex numero ſeptuaginta Diſcipulorum, ſic locutus eſt: *Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis, vſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius vobiſcum fieri vnum ex iſtis.* Sic ille. Si ergo Septuaginta Diſcipuli cum Apoſtolis ſunt congregati ab initio, id eſt, à baptiſmo Ioannis, certè dici haud poſſunt nihil vidiſſe: multa enim Chriſti geſta videre potuerũt, quamuis Apoſtolis, qui familiariùs cum Chriſto agebant, atque eius lateri perpe-

tuò

Marcum, & Lucã de 72. Diſcipulis Domini fuiſſe, quidã ex Patribus tradiderunt.

Orig. hom. in Lucam, 10. 2.

Iidem à Chriſto olim deficientes, ad Chriſtũ quãdo fuerint reuerſi, à quibusq; recepti.

Ioan. 6.

Luc. 10.

Eoſdem Marcum & Lucã falſo tradi nulla de Chriſti myſterijs omninò vidiſſe.

Act. 1.

LXX. Diſcipuli, vt Petrus dixit, quando cum Apoſtolis ſunt congregati ab initio: Apoſtolos item 72.

Diſcipulos plura Chriſti myſteria cognouiſſe. *Luc. 6.* *Infrà 10.*

tuo adhærebant, plura ſpectare datum ſit. Nam & paulo antè Diſcipulorum à Chriſto vocationem Apoſtoli iam erant vocati, & Chriſto illa verba apud Ioannem proferente, Apoſtoli ab eo, veluti Marcus, & Lucas, non retroceſſerunt. Et ob eam cauſam forſitan Lucas in procemio refert ſe accepiſſe Euangelium ab his, qui ab initio ipſi & viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Itaque hoc eſſet inter Apoſtolos, & Marcum, & Lucam diſcrimen, quòd Apoſtoli multo plura viderint quàm Diſclpuli.

Matthæus, & Ioannes à ſe minimè perſpecta quæ nã de Chriſto commemorent. *Luc. 2.* *Matth. 2.* *Ibidem.* *Infrà 4.* *Ibidem.* *Infrà 17.*

Deinde etſi concedamus, Marcum, & Lucam Dominum in carne non vidiſſe, nec eius ſermonibus, aut factis adfuiſſe: negari tamen non poteſt, tam Matthæum, quàm Ioannem multa enarrâſſe, quæ certè nec viderunt, nec videre potuerunt. Vt ſunt Natiuitas Domini in Bethlegem, Magorum adoratio, fuga in Aegyptum, tentatio Domini in deſerto, Angelorumq́ue miniſterium, conuerſatio Domini antequàm Apoſtolos vocaret, ac ſimilia multa. Transfiguratio quoque à Matthæo, Marco, & Luca deſcripta eſt, cui tamen illi non interfuerunt.

Ijdẽ quæ tradũt de Chriſto humanã ſuperantia rationem.

Per multa etiam docent, quæ oculis rationis, atque ſapientiæ humanæ apprehendi nequeunt: cuiuſmodi ſunt, Verbi ex Patre æterna generatio, eius deitas, mundi ab eo conditi adminiſtratio, Incarnationis myſterium, occultarum cogitationum inſpectio, cœlorum penetratio, atque ad dexteram Patris ſeſsio: quæ omnia & alia his ſimilia, ſenſu aliquo, aut ratione nequaquàm percipi poſſunt.

Quæ non vidit Moyſes, multa narrauit, quæq́ue potiſſimùm alia. *Gen. 1. & ſeq* *Infrà 7. 8.* *Infrà 11.*

Non ergo omnia quæ Apoſtoli in Euangelijs tradunt, ab ei viſa ſunt: quemadmodum nec Moſes, dum ſcribit mundi creationem, aut generale diluuium, ac turris Babylonicæ conſtructionem, ac cætera omnia, quæ in ſacra continentur Geneſi, quicquam vidit eorum, aut vllo modo videre potuit, qui nondum natus erat.

Marco, Lucæq́ue Euangeliſtis auditu magis quã viſu de Chriſto teſtificantibus, tamen eſſe credendum in omnibus.

Quòd ſi Tito Liuio ab Vrbe condita res geſtas ſcribenti, & bella Punica cum Carthaginenſibus facta enarranti, quibus ille nec interfuit, nec intereſſe potuit, plenam, & indubitatam fidem præſtamus: quid ni ergo & Marco, & Lucæ Chriſti diſcipulis, atque per Spiritum ſanctum dirigentem ſcribentibus habeamus?

I. Ratio ad probandum, Euangeliſtas nequaquàm Euangelium vt notarios conſcripſiſſe.

Tertiò dicendum, Euangeliſtas nequaquàm ſcripſiſſe velut publicæ fidei tabelliones, ſeu notarios: neque rurſus vt teſtes iuratos, deq́ue iudicis mandato teſtificantes. Non quidem ſcripsére vt notarij, in primis propter magnitudinem rerum, quas enarrant, quæ maiores quidem eſſe non poſsint in ſeipſis, cum earum plures naturam noſtram longè ſuperent: nobis verò maiores eſſe nequeunt, cùm omne bonum noſtrum in aſſenſu illis pręſtando conſiſtat, & totum malum noſtrum in diſſenſu poſitum ſit.

II. Ratio.

Deinde fides, quæ per tabelliones fit, licèt Iure neceſſaria exiſtimetur, eo quòd maior haberi nõ poſsit, non tamen ſimpliciter eſt neceſſariò vera, cùm tabelliones & intellectu, & voluntate ſæpè corrumpantur ad falſa teſtificanda, & de falſitate plerunque conuincantur, & cuilibet volenti obijcere contra tabellionem, à iure permittitur: quod longè alienum eſt à Scripturis ſacris, quia impoſsibile eſt earum mẽtiri ſcriptores.

III. Ratio.

Tertiò tabelliones fidem faciunt, quatenùs eorum ſigna cognoſcuntur: per tot autem gentes, ac varias totius orbis partes eſſe aliquot notarios, quorum ſigna, manusq́ue à cunctis vniuerſi orbis hominibus agnoſcantur, difficillimum profectò, & moraliter, atque humanitùs impoſsibile erat. Nec tantum notarij quatuor, ſed decem mille in vnum concordantes, & iuris Canonici cæremonias ſeruantes, haud facerent nobis de Euangelio fidem eo modo quo à nobis creditur.

IV. Ratio à cæremonijs quatuor ad fidem faciendã, notarijs neceſſariò cõſeruandis.

Quartò, non poſſunt tabelliones aliquo de negotio fidem publicam facere, niſi quatuor cæremonijs ſeruatis: quarum prima eſt, vt illi ipſi negotio teſtificãdo oculis proprijs, vel auribus adfuerint, vt tutò aſſerere poſsint ſe vidiſſe, aut audiſſe quæ referunt. Deinde apponere teſtes conſueuêre, qui negotio tranſigendo Interfuerint: aliàs non eſſet receptum, & approbatum quòd ſcriberent, contraq́ue formam à iure præſcriptam facerent. Tertiò annotare ſolent tempora, id eſt, annum, menſem, & diem. Poſtremò locum, vbi res geſta eſt, diligenter exprimunt. Has autem præſcriptas à iure cæremonias, ac ritus Euangeliſtæ minimè obſeruârunt.

Euangeliſtæ non vt teſtes de omnibus oculati ſcripſerunt.

Nam Marcus, & Lucas, ſecundùm quoſdam, nihil; ſecundùm alios, pauca viderunt: Matthæus verò, & Ioannes ante vocationem ad Apoſtolatum, geſta Chriſti oculis proprijs haurire non potuerunt: multa item myſteria, poſtquàm ad Apoſtolatum vocati ſunt, & ea quæ in paſsione Domini, & reſurrectione acciderunt, oculis proprijs non proſpexerunt.

Ioan. 19. *Infrà 21.*

Ioannes vero bis tantùm teſtatur ſe vidiſſe, nempè in Paſsione Ioan. 19. & poſt Reſurrectionem Ioann. 21.

Teſtes minimè producunt.

Nullus prętereà ex Euangeliſtis teſtes adhibet nominatos: nam etſi aliquando conciones habitas coram diſcipulis, vel miracula coram populo Iudæorum edita referant: non eſt

eſt tamen hoc citare teſtes. Et quia non nominant certas præſcriptaſque perſonas quæ interfuerint, nullam fidem faciunt: ex incerta etenim multitudine fides nulla colligitur. Nam etſi tabellio dicat in tali contractu adfuiſſe mille viros, & nullum ſigillatim nominet, profectò nihil probat: nam ex tali tabellionis aſſertione non poteſt conſtare, ad quem ſit pro fidei veritate accedendum. Non apponunt etiam temporum notas, & differentias: quia etſi rarò quaſdam imperfectas temporis, aut loci qualitates præſcribunt, haud tamen ſufficientes. Quemadmodum Lucas, dum ſcribit: *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, &c.* & dum ait: *In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro*, & reliq. In priori teſtimonio Lucas annotauit annum, quo Ioannes cœpit prædicare, non autem menſem, vel diem: in poſteriori teſtimonio menſis tantùm, non annus, diesve præſcribitur. Ac quemadmodum temporum circumſtantias exprimere neglexerunt, ita etiam & locorum. Licèt enim aliquando referant aliquid aliquo loco geſtum, non tamen præcisè annotant locum, ita vt fidem faciant. Nec enim ſatis eſt aſſerere hoc, vel illud in tali vrbe eſſe geſtum, ſed opus eſt in ſingulari certum vrbis locum, & ſignatum deſcribere: verbi gratia, in qua platea, qua in domo ciuitatis hoc, vel illud ſit confectum: nullam igitur cæremoniam à tabellionibus de iure obſeruari ſolitam, Euangeliſtæ obſeruandá ſibi putârunt. Quintò, quando aliquis habet teſtimonia efficacia, & ſolida, fruſtrà laborat circa probationes parùm ſolidas, & quæ reijci poſſunt: at Euangeliſtæ habebant efficaciſſimum Eccleſiæ, ac proinde Spiritus ſancti eam gubernantis, teſtimonium, ideò notariorum cæremonias ac formulas neglexerunt, ne illis nimis inſiſtendo, eorum minueretur autoritas. Quemadmodum etiam Chriſtus apud Ioannem c.5. Iudęis obiecit. *Vos miſiſtis*, inquit, *ad Ioannem, & ille teſtimonium perhibuit veritati* (teſtificando me eſſe Meſſiam verum, & Agnum Dei peccata auferentem) *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio* (quaſi non egeam, & quoniam illud poteſt negari, & falſum oſtendi) *Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.* Vbi, propter teſtimonium operum ſuorum inuictum, Dominus teſtimonium Ioannis negligere videtur, quia illud humanum erat, & refutari poterat. Euangeliſtæ igitur tanquàm tabelliones Euangelicam Scripturam literis nequaquàm commendârunt.

Non notant tempora. — *Luc. 3.* — *Suprà 1.* — *Non ſignant loca nec exprimunt.* — *V. Ratio, à teſtimonio Spiritus ſancti firmiſſimo.* — *Ioan. 5.* — *Suprà 1.* — *Quare Chriſtus nō ſe ab homine dixerit accipere teſtimonium.*

Rurſus neque vt teſtes conſcripſerunt: quandoquidē, nec iurati, nec rogati, nec de mandato iudicis teſtificantur: debuiſſent etiā rebus à ſe teſtificatis ita adfuiſſe, vt viderint quę geſta ſunt, vel audierint quę dicta fuiſſe narrant: debuiſſent quoq; cauſam dicti ſui reddere, aſſerēdo ſe ſcire illa ꝑ omnia vera eſſe, proptereà quòd illis interfuiſſent. At Euangeliſtę neq; illis quæ enarrāt, ſemper aſtuerunt: & qui adfuêre, non aſſerunt ſe adfuiſſe, & ſic teſtimoniū eorū fuiſſet inualidum. Quædam etiam teſtificantur, quæ nec per teſtes, nec per tabelliones, nec per vllam rationem humanam poterāt ſciri: qualia ſunt generatio Chriſti per Spiritum ſanctum ex Virgine: item quòd Ieſus ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe, proceſsit obuiā eis (qui ſcilicet ad ſe venerant in horto comprehendendum:) pręterà quòd ipſe ſciebat quid eſſet in homine: adhæc, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: & Verbum caro factum eſt*, aliaque id genus multa, de quibus non poterant vlla hominum teſtimonia proferri, nec ipſi tanquàm tabelliones vllo modo fidem facere.

Non etiam Euangeliſtas vt teſtes ſcripſiſſe, multipliciter oſtenditur. — *Matth. 1.* — *Luc. 1.* — *Ioan. 18.* — *Suprà 1.* — *Suprà 7.* — *Ibidem.*

Dicendum itaque eſt, Euangeliſtas ſcripſiſſe tanquàm hiſtoriographos, quorum non eſt omnibus quæ enarrant, dum gererentur, interfuiſſe. Nam ſi eſſet neceſſariū, haud poſſet vllus eſſe hiſtoricus, niſi parui temporis, id eſt, ſuæ tantummodò ætatis, nec illius quidem integræ, cùm ab ea ſubtrahenda foret infantia, & pueritia, totaq; eius vitæ pars, in qua nihil eorū quę deſcribit, vidiſſet penitùs. Nec Moſes potuiſſet duorū millium, & eo ampliùs annorum hiſtoriam cōtexere: nec eſſet vel Beroſo, vel Ioſepho, vel Liuio, vel denique vlli excellenti hiſtorico fides nobis habenda. Quod cùm falſum, & abſurdum ſit, aſſerendum eſt ſatis eſſe hiſtorico, tametſi ea quæ ſcribit, non viderit, ſaltem quòd certus ſit ſe vera, & fide digna narrare. Euangeliſtę autem tam certi erant de veritate eorum quę ſcribebāt, ac ſi ipſi interfuiſſent, & proprijs perſpexiſſent oculis, imò multo plus quàm ſi ipſi vidiſſent. Nam plerumque contingit, vt illi ipſi qui vident, atque oculis ſuis ſpectacula cernunt, aliter tamen atque aliter de re ſenſui ſubiecta iudicantes, inter ſe pugnent: quod quidem aliunde non procedit, quàm quòd exactè & diligenter minutas quaſq; contemplari nequeunt circumſtantias:

Euangeliſtas vt hiſtoricos tantùm ſcripſiſſe. — *Ab hiſtorico non ipſa viſio rerum geſtarum, ſed veritas narrationis exigitur.* — *Euangeliſtarum vnde ſit omnimoda certitudo.*

Suum Lucas Euangelium à quibus ſe dicat acceꝑiſſe.

ſtantias:idcircò in earum narratione, ſicut & in viſione poſſunt errare. At Euangeliſtæ certum, conſtitutumque habebant, quòd nec errabant, neque errare quidem poterant, vnde B.Lucas in Procemio, ad fidem faciendam, ſe rectè, & perfectè Euangelium ſcribere, non alio nititur fundamēto, quàm quòd ſedulò edoctus erat ab ijsipſis qui geſta Saluatoris viderant, & miniſtri fuerant ſermonis. Aſpicis hic Euangeliſtā nequaquam producere in teſtimoniū proprios oculos, verùm alienos Apoſtolorum: quippe Euangeliſtarum fides, & autoritas non propter ipſos, ſiue viderint, ſiue nō viderint, Euangeliſtas habetur, ſed propter ſolidam Eccleſiæ autoritatem, illorum nonniſi vera, atque à Deo patefacta ſcripſiſſe teſtificantis, & propterea indubiam fidem, ac firmam illis haberi præcipientis.

Ioan.19.

Illud porrò dictum: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius*, haud credimus propter ſe, niſi Eccleſia illud ſua autoritate, & ſententia quaſi certum ac indubitatum nobis confirmaſſet.

Dictum Ioānis, & qui vidit, teſtimonium perhibuit: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius, cui fide dignißimum.

Vbi etiam illud acutè eſt ab aliquo conſideratum, Ioannem perhibere teſtimonium Euangelio, & Eccleſiam illud probare, nam aliàs quorſum illa numeri tam ſubita & inopinata mutatio? *Et ſcimus quia verum eſt*, inquit, *teſtimonium eius*, cùm antè in tertia perſona dixiſſet: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit.*

Euangelica, & Apoſtolica doctrina quatenus vera, & à nobis accipienda.

Nam negamus igitur, Apoſtolos oculis vidiſſe, & manibus contrectaſſe: ſed hæc nobis modò fidem non faciunt indubiam, niſi quatenus ab Eccleſia illa viſio Apoſtolorum, & contrectatio comprobata eſt. Quamobrem Euangeliſtæ nunc nobis fidem non faciunt: fatis eſt eos fidem ampliſſimam ipſi Eccleſiæ ab initio feciſſe. Perſuaſerunt autem illi Eccleſiæ duobus modis. Primò quidem per euidentiam rerum, quæ tanquam notæ, ac manifeſtæ omnibus fidelibus negari, niſi impudenter, non poterant. Deinde per approbationem Euangelij beati Marci factam à Petro, & Euangelij Lucæ factam à Paulo: quos Petrum & Paulum confirmatos eſſe in gratia, & idcircò in approbatione Euangelij errare non poſſe, ſciebat Eccleſia. Poſtquam autem Eccleſiæ facta eſt fides abundantiſsima, alio non eſt opus ad hoc, vt nos firmiter credamus propter illos quatuor Euangelicę hiſtoriæ ſcriptores, quos nos non nouimus, verùm propter Eccleſiam vniuerſam, in qua exiſtunt innumerabiles hominum myriades, qui idē vno ſenſu teſtificantur. Eſt aūt hæc noſtra Eccleſia eadem numero per conti-

Apoſtoli & Euangeliſtæ Eccleſiæ perſuaſerūt dupliciter.

Euāgeliſtarū de Chriſto teſtimonium,

nuationem perennem cum ea, quæ tunc erat, quando facta eſt ſibi pleniſsima fides de veritate quatuor Euangeliſtarum. Si autem Eccleſiæ ſecluſo teſtimonio, Euangeliſtæ conſiderentur, quantum ad humani quidem iuris viam attinet, fidem plenā, imò ſemiplenam non faciunt: quia neque vt Notarij, neque vt teſtes rogati, vt ſuprà dictum eſt, teſtificantur. Nobis verò, & Eccleſiæ noſtræ conſtat, Euangeliſtas nonniſi vera ſcripſiſſe propter Eccleſiam præcedētem, quæ vſque ad primitiuam continuatur. Atque hoc teſtimonium fortius eſt, & magis inuictum, quàm ſi oculis geſta Chriſti perſpexiſſemus noſtris, aut quàm ſi ipſa autographa Euāgeliſtarum pura, incorruptaque haberemus. Primùm, quia Eccleſia columna eſt, & firmamentum veritatis, corpus Chriſti, & ſponſa eius chariſſima, & cui Chriſtus in æternum permanſurum cum ea Spiritum ſanctū eſt pollicitus, atque cum illa affuturum ſe omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi promiſit. Credere ergo ſanctam Eccleſiam, omnium articulorum eſt præcipuus, & maximus, quo credito, omnia fide accipiūtur, quæ credenda ſunt: illo verò non credito, nihil profectò ad ſalutē creditur. Imò immedicabilis efficitur homo, quia peccat in Spiritum ſanctum Eccleſiam regentem, & illuſtrantem: quod quidem peccatum non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Vnde Auguſtinus in epiſtola quam vocant fundamenti, decantatam illam ſententiam pronuntiauit: *Ego*, inquit, *Euangelio non crederem, niſi me Eccleſia commoueret autoritas.* & Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum: *Habere non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Vox de de Chriſti Domini eſt: *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum:* quanto ergo magis vbi omnes ſimul congregati in nomine Chriſti? enim Eccleſia congregatio fidelium eſt in nomine Chriſti conuocatorum. Ad hæc, tribus teſtibus idem dicētibus fides haberi ex iure conſueuit: quanto ergo magis toti Eccleſiæ tantum fideliū per tot ſecula conſenſum habenti, fidem habere conuenit? Refert etiam Ariſtoteles in libris Ethicorum, id quod ciuitas fama publica celebrat, non eſſe vſquequaq; ſpernendum: quomodò igitur Eccleſiam vniuerſam idem de Chriſto teſtificantem poſſumus ſpernere? Poſtremò tametſi exploratum, & compertum haberemus, quatuor duntaxat Euangelijs fidem eſſe præſtandam, non Euangelio Thomæ, vel Bartholomæi, vel Nicodemi, neſciremus

qua ratione eſſet infirmū & inefficax. Eccleſiæ de veritate quatuor Euangeliorum teſtimonium eſſe omni ex parte firmiſſimum. 1.Tim.3. Coloſ.1.

Epheſ.5. Matth.14. Matth.28.

Omnium articulorum principaliſſimus quis.

Matth.12.

B.Auguſt.

B.Cypr.

Matth.18.

II.Ratio.

III.ab Ariſtotelis doctrina. Philoſophus lib.7. Ethic.

tamen, an iſti qui circumferũtur, eſſent indubitati, ac veri eorum codices, an nõ. Deinde & illud ignoraremus, an eſſent ab Hęreticis corrupti, atq; vitiati. Poſtremò, vbi conſtaret, illos eſſe germanos, illorumq́ue codices etiam incorruptos, controuerſia tamen atq; altercatio infinita, & interminata de ſenſu eorum orire tur, niſi Eccleſia hanc ſupremam haberet autoritatem, qua de illorum germano ſenſu atque intellectu dubia emergentia terminare poſſet ac definire. Conſonantia igitur, & concordia totius Eccleſiæ, quod ad nos attinet, de veritate Euangeliorum amplam, & indubitatã fidem facit.

IV. ab incommodis inde prouenientibus tribus.

Quòd ſi obijcias, cõcordiam inter ſe tenuiſſe maximã profanos autores ante Chriſti aduentum: & Sarracenos in Alcorano Mahometi inter ſe conuenire, necnon Hæreticos conſonantiam ſæpè iactare ſolitos, quam inter ſe habent. Reſpondendum eſt, Gentiles plures Deum cognouiſſe, vt teſtatur Paulus ad Romanos, idola tamen coluiſſe, inq́; idolorum cultu maximas inter eos diſſenſiones habuiſſe, dum deos colerent diuerſos. Erat aũt diſſenſio inter plebem ſimplicem, & indoctam, quæ idola ſequebatur, & inter doctos, & graues viros, qui templa atque idola negligebant. Et ſi quandoq́ue venerabantur illa, hoc erat, vel propter conſuetudinem (vt Plato faciebat) non quòd idola deos eſſe putarẽt: vel quòd neceſsitate pœnæ ad illa colenda cogebantur: quemadmodum conſtat de ſtatua Nabuchodonoſor. Deniq; ille idolorum cultus per Apoſtolorum prædicationem euanuit. In Euangelio autem, ac in vno Chriſto, vero Deo colendo ac venerando, conſentiunt omnes, tam docti, quàm indocti, neque alium atque alium Deum adorant, vt illi, neq; alium docti, alium indocti, neque alium tempore pacis, alium tempore perſecutionis, qui vitam potius pro Chriſto exponere glorioſum ducunt, quàm fidẽ eius propter minas, vel promiſsiones perſequentium abiurare.

Ethnicorum hominum & ſapientũ omni tempore in idolorum cultu conſenſum, nil contra Eccleſiæ dictam conſenſionẽ prorſus euincere.

Rom. 1.

Viri ſapiẽtes olim idola triplici ex cauſa colebant.

Dan. 3.

Eccleſiæ in Euangelij, & Chriſti veri Dei cultu qualis, & quãta conſenſio.

Ad Mahometum verò dicendum, minimè habere concordiam eorum, qui eius ſectam profitentur. Imò docti inter eos irrident Alcoranum, vt Auerroes, & Auicenna, inter eos ſapientiſsimi habiti. Hic enim de beatitudine melius ſuiſſe philoſophatum Ariſtotelem docet, quã Mahometum, carnis delicias in cibo, & potu, & vſu venereorum poſitas, pro felicitate & beatitudine proponentem. Eiuſmodi etiam ſecta per ſtultos, & ignaros, tam Hæreticos, quã Iudæos, qui libenter ob carnis licentiam errare volunt, Initium ſumpſit: quæ etiam non rationibus, aut ſignis, verùm gladio tantùm, qui eſt latronum inſigne, conſeruata eſt, & propagata. De Hæreticis verò dicendum, nullam eos vllo vnquam tempore inter ſe habuiſſe concordiam: vt apertè docet Auguſtinus de Donatiſtarũ ſecta, quę poſtquam exorta eſt, in quatuor partes diſſecta fuit. Arrius etiã vnus fuit, & tamen eiꝰ diſcipuli varias fides & Eccleſias tanquã ſectarij conſtituerunt. De nouella Lutheri hæreſi ſatis liquet, illam ab initio vnam fuiſſe, tamen paulò pòſt in Lutheranos, Anabaptiſtas, & Sacramẽtarios, & Svvencfeldianos, fuit diuiſa: ita vt verè, & prudenter dixerit Hilarius: *Diuiſio Hæreticorum, victoria eſt Eccleſiæ.*

Saracenos in cultu Mahometi nequaquam inter ſe conuenire.

A quibus ſecta Mahometi fœda illa, & impura ortũ habuerit.

Hęreticos omni tempore fuiſſe diſcordes inter ſe, atq; diuiſos.

Sectæ diuiſio Lutheranæ quadruceps.

Hilar. lib. 7. de Trinit.

Quòd ſi ſecundò obijcias: Si Eccleſia de libris Canonicis, & eorum germano ſenſu non tantùm teſtificari, ſed etiam iudicare poſſet, abſurdum videretur, quia ſic diuina ab hominibus penderent, & Deus ab homine iudicaretur. Reſpondemus, aliud eſſe, veritatem huius diuinæ Scripturæ pendere à ſenſu, & iudicio Eccleſiæ, quod eſt blaſphemia, aliud verò, quod pro vera & indubitata à nobis habeatur, qui nihil de contentis in ea vidimus: quod ex autoritate & teſtimonio hominum ſapientum, & fide dignorum pendet. Nam, verbi gratia, in hoc ſyllogiſmo, Omne reuelatum à Deo eſt verum: hoc Euangelium eſt de his quæ reuelata ſunt per Deum: ergo hoc Euangelium eſt verum, & idcircò ab omnibus recipiendum: certè maior illa propoſitio nota eſt omni Eccleſiæ in lumine naturali, minor verò aliter erat nota Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, aliter nobis. Nã illis nota erat, quòd cum traditione, quam à Chriſto acceperant, & euidenter veram eſſe ſciebant, conueniebat, atque ideò ſententiam tulerunt, vt pro Diuina reciperetur: traditio verò earum per lumen Fidei à Deo, Filioq́; eius infuſa, eis erat perſpicua, iuxta illud Dilecti diſcipuli: *Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.* Ipſum verò lumen Fidei ex ſeipſo notum erat, nõ quòd ſenſu euidentiæ Apoſtoli ei acquieſcerent, ſed quòd non per aliud, quàm per ſeipſum, lumen Dei verum eſſe agnoſcerent, & verè ſibi reuelatum, nec in eo poſſe decipi: quemadmodum ſenſus viſus non alio ſenſu eget ad videndũ lumen, per quod videt alia, quàm ipſummet lumen, per quod lumen quoque apprehenditur. Eodem modo contingit in cœleſti lumine: aliàs iretur in infinitum in huiuſmodi aſſenſibus. Nobis verò qui Chriſtũ, & Apoſtolos non vidimus, nec vlla ſigna in confirmationem Fidei edita perſpe-

Soluitur hoc: Si penes Eccleſiam ſacrorum voluminũ iudicium eſt, diuina igitur ab homine autoritas pendet.

Hęc propoſitio: Euangeliũ eſt à Deo reuelatum & verum, vt nota fuit Apoſtolis.

Lumen Fidei per ſe ipſum innoteſcit tãtummodò.

1. Ioan. 5.

Exemplũ huius rei in ſenſu viſus.

Quomodo nobis nota eadem propoſitio.

ximus,

ximus, illa ſecunda propoſitio cognita eſt per fidem, atque explorata. Sancta quippe illa prior Eccleſia poſteritati ſuæ tanquam traditioni Apoſtolicæ conformem illum codicem declarauit, & acceptandum cenſuit: atque ita non accurrendum ad ipſam Scripturam, ne circularem probationem (vt aiunt) faciamus. Iudicium ergo & ſententia Eccleſiæ in accipiendis libris canonicis, haud terminatur ſimpliciter ad veritatem Scripturæ in re ipſa, ita vt veritas ipſius ab hac probatione dependeat.

Eccleſiæ de libris ſacris, & Canonicis iudicium in quo conſiſtat.

Veritas ſiquidem enuntiationum abſolutè pendet ab obiectis, de quibus enuntiantur: ab eo etenim quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel ſalſa, vt dicitur lib. 1. Perihermenias: ſed fuit, vt pro tali habeatur, & recipiatur.

Ariſt. tom. 1.

Qualis Eccleſiæ ſit ea ratio iudicandi.

Quemadmodum enim Iudices non ſunt ſupra legem, ſed ſub lege, & ſecūdùm legem iudicare iure coguntur: quando verò lite orta inter duos de intelligentia alicuius legis controuertitur, dum iudex pronuntiat ſententiam, ac conſequenter legem declarat, nulla ratione ſuperiurem ſe lege oſtendit, ſed eius legitimum interpretem, ac veri intellectus eius expoſitorem: probat ſe tamen ſuperiorem ad eos qui litigāt, qui eorum ſtare ſententiæ iure compelluntur: ita ſanè Romani Pontifices & Epiſcopi in generali Concilio congregati, non ſunt ſupra Scripturam, verùm ſub illa & iuxta eam controuerſias de Fide, & Religione ortas terminare debent.

Eccleſia, vt Scripturæ canonicæ, eiusq; intelligentiæ, ac ſenſus eſt legitima interpres.

Quando ergo Hæreticis cum Catholicis de libro aliquo Canonico, aut de alicuius loci intellectu contendentibus Eccleſia pronuntiat ſententiā, & definit quod tenendum eſt, proculdubiò legitimā verbi Dei ſe interpretem eſſe indicat, atq; oſtendit, ſuperiorem autem nequaquam: benè autem ad Catholicos, & Hæreticos inter ſe certantes ſuperiorem ſe eſſe demonſtrat: nam eius ſententiæ ſtare lege tenentur. Neq; per aliud tribunal cunctæ controuerſiæ terminatæ ſunt, quàm per illud Eccleſiæ Catholicæ, ac orthodoxæ, cuius ſuprema, & ſolida autoritas ſemper agnita fuit à fidelibus.

Euangeliſtis ad ſcribendū nouam, & peculiarem reuelationem minimè adfuiſſe.

Deinde & illud adiunges, non eſſe neceſſarium concedere omnes Euangeliſtas per nouam, & manifeſtam Spiritus ſancti reuelationem conſcripſiſſe Euangelium, præter eam quæ primitus Apoſtolis per Chriſtum & per Apoſtulos alijs facta eſt: quamquam credendum ſit, non defuiſſe illis Spiritum ſanctum, cuius impulſu animum ad ſcribendum appulerunt, & cuius auxilio ea quæ à Chriſto, vel Apoſtolis acceperant, memoria firmiter tenuerunt, & per eundem fideliter ſcriptis mandarunt: hoc autem docet in primis beatus Lucas in Proœmio, dum ait: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi, & viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.*

I. Argum. à Lucæ teſtimonio.

Ex quibus primum deducitur, traditione eorum, qui Chriſtum audierant, aut viderant, vel ab eo proximè acceperant, vt Paulus (qui reuelationem Euangelij ſe immediatè à Chriſto accepiſſe, ad Galatas gloriatur) B. Lucam Euangelium conſcripſiſſe, nec per illuſtrationem ſibi proximè factam ad ſcribendum acceſſiſſe.

Gal. 1.

II. Argum. ab ipſa ratione.

Quorſum enim ſine neceſſitate multiplicanda miracula? aut quorſum per traditionem eorum qui viderunt, & audierunt, Euangelium ſe accepiſſe diceret, ac non potius per propinquam, & nouam Spiritus ſancti illuminationem, ſi illam habuiſſet? Id ipſum indicant Patres: nam Tertullianus libro quarto aduerſus Marcionem prope principium: *Propterea,* inquit, *Hieroſolymam aſcendit ad cognoſcendos Apoſtolos, & conſultandos, ne fortè in vacuum cucurriſſet, id eſt, ne non ſecundùm illos credidiſſet, & non ſecundùm illos Euangelizaret. Denique vt cum autoribus contulit: & conuenit de regula fidei, dexteras miſcuere, & exinde officia prædicandi diſtinxerunt, &c. Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ, autoritatem anteceſſorum, & fidei, & prædicationis ſuæ optauit, quanto magis eam Euangelio Lucæ expoſtulem, quæ Euangelio magiſtri eius fuit neceſſaria?*

III. à Patribus.

Infra 2.

Quid quod B. Paulus cū Apoſtolis ſuum contulit Euangeliū, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet.

Ibidem.

Hæc ille. Et Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 29. cap. 4. *Si Apoſtolus Paulus non inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euangelium, eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omninò non crederet.* Hieronymus quoque ad Auguſtinum eadem Apoſtoli verba pertractans: *Ex his,* inquit, *oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem prædicandi Euangelij, niſi Petri, & cæterorum Apoſtolorum, qui cum eo erant, fuiſſet ſententia roboratum.*

B. Aug. to. 8.

D. Hieron. ep. 89. ante med. tom. 2. ſub fin.

Vides igitur quàm neceſſaria exiſtat Eccleſiæ autoritas, quod ad canonicos libros attinet à nobis acceptandos? Ad hæc Euſebius libr. 3. cap. 24. Eccleſ. hiſt. Lucam à Paulo, vel alijs Apoſtolis accepiſſe Euangelium tradit, & idem de Marco recenſet ex ſententia Papiæ Epiſcopi Hieropolitani, ait enim: *Etiam hoc presbyter narrabat; quòd Marcus interpres fuerit Petri; & quæcunque meminerat ab eo dicta conſcripſerit; non tamen per ordinem ea quæ à Domino dicta ſunt, vel facta digeſſerit: quia non ipſe auditor Domini fuerit, vel ſectator, ſed nouiſſimè (vt dixi) Petro adhæſit ad vſum, ac miniſterium prædicandi, non ad conſcribendos Domini ſermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo, quòd ita quædam ſcripſerit, quaſi qui ſparſim audita recordari videatur. Et hoc ſolum ſtatu egit, ne quid ex auditu*

Euſeb. tom. 1.

Idem lib. 3. c. 39. in fin.

Marcus cur Petrum ſequeretur tantummodò, ſecundùm Euſebium.

omni-

omitteret, aut aliquid falſum ſcriberet. Hæc ille, apertè docens, Marcum neque per nouam, & peculiarem, ſed tantùm per illam geoeralem, & communem fidei reuelationem ſcripſiſſe Euangelium: quæ ſi ſatis fuit ad ſcribendum, ſatis quoque eſſe debet ad Euangelia omni fide ſuſcipienda quæ Eccleſia proponit. Atq; hæc de præſenti quæſtione.

PROLEGOMEN. XXXIII.

Vnde conſtat, Euangeliſtarum codices tot poſt ſecula integros atq; incorruptos ad nos peruenire potuiſſe.

MVlti ſunt qui magnoperè admirantur, Euangeliſtarum libros ad nos incorruptos peruenire potuiſſe, cùm Euaogelica hiſtoria multos hoſtes capitales, tùm ex Paganis, tùm ex noſtris, qui à nobis diſceſſerunt, & vt traosfugæ in caſtra Hæreticorũ ſe receperunt, ſemper habuerit. Horũ autem ſtudium in corrumpẽdis ſacris Scripturis, ex veterum Patrum ſcriptis notius eſt, quàm vt probatione ſit aliqua demonſtrandum. Noſtri ſeculi Nouatores, editionem Latinam Noui Teſtamenti deprauatam, atq; fœdè vitiatam eſſe deblaterant, illamque eſſe ad fidem Græcorum eodicum reuocãdam & caſtigandam. Inter quos primos fuit Laurentius Valla, ſecundus Eraſmus, tertius Iacobus Faber Stapulẽſis, quartus Caietanus: quos innumeri penè alij ſecuti ſunt, eandem cantilenam cantantes, & hanc noſtram editionem non eſſe à B. Hieronymo confectam aſſerentes. Nam Eraſmus in Præfatione, quam ſuæ editioni prępoſuit, ad ſeptem capita refert lapſus, erroresq; Vulgatæ editionis: in quorum primo inexcuſabiles ſolœciſmos per interpretem noſtrum admiſſos recenſet: in ſecundo, oẽs ferè locos obſcuros, in quibus magni nominis interpretes facilè lapſi ſunt, collocat: In tertio loco manifeſtè deprauatos diſponit: in quarto, locos in editione noſtra redundantes: in quinto, textus in editione noſtra deficientes opponit: in ſexto, & ſeptimo, locos ab interprete Immotatos, ac perperam inuerſos ſubijcit. Ex quibus facilè cognoſcere poſsis, quot mendis, ſolœciſmis, barbariſmis, amphibologijs, hyperbatis, milleque alijs erroribus, & corruptelis noſtra Noui Teſtamenti editio ſit referta. Inter noſtri ſeculi Hæreticos Anabaptiſtæ, & Seruetani, qui noui ſunt Arriani, fatentur, libros aliquos Noui Teſtamenti fuiſſe ab Apoſtolis conſcriptos, ſed poſteà ab Hæreticis deprauatos, & multis errorum portẽtis contaminatos: eoſdemque errores ad hanc vſque diem etiam in codicibus Græcis perſeueraſſe. Hieronymus in Heluidium ſcribẽs, autor eſt, Heluidium aſſeruiſſe, ijſdem temporibus Græca omnia exemplaria Noui Teſtamenti corrupta fuiſſe. Auguſtinus verò lib. 33. contra Fauſtum Manichæum, c. 3. introducit Fauſtum contra Catholicos in hunc modum diſſerentem: *Multa à maioribus veſtris, eloquijs Domini noſtri inſerta verba ſunt, quæ nomine ſignata ipſius, cum eius fide non congruant: præſertim quia, vt iam ſæpè probatum à nobis eſt, nec ab ipſo hæc ſunt, nec ab eius Apoſtolis ſcripta: ſed multo poſt eorum aſſumptionem à neſcio quibus & ipſis inter ſe non concordantibus, ſemi-Iudæis per famas opinioneſq; comperta ſunt; qui tamen omnia eadem in Apoſtolorum Domini conferentes nomina, vel eorum qui ſecuti Apoſtolos viderentur, errores ac mendacia ſua ſecundùm eos ſe ſcripſiſſe mentiti ſunt.* Hæc ille. Quæ autem ſint illa falſa inſerta in Nouum Teſtamentum, & à Manichæis meritò repudiata, declarat idem Fauſtus eodem lib. 30. cap. 7. Duo enim genera mendaciorum Nooo Teſtamento adiuncta fuiſſe explicat. Primò quidem, omnia teſtimonia Veteris Inſtrumenti, quæ in Nouo à Chriſto, vel Apoſtolis citantur: ſecundò, omnes eas Scripturas, in quibus Chriſtum verè fuiſſe hominẽ, ac verè humana perpeſſum legeretur, reijciunt: cætera verò, quæ ad Diuinitatem ſpectant, Manichæi, vt veriſsima, libenter admittunt.

Sed certè hunc errorem facilè eſt nobis multis rationibus euincere. Primò, conſtat Apoſtolos fuiſſe Nooi Teſtamenti autores, & ſcriptores: nam in hoc conſentiunt omnes omnium Apoſtolicarum Eccleſiarom ſucceſsiooes: quæ ſucceſsionis regula non ſolùm in ſacris libris dignoſcendis, ſed etiam in iudicandis profanis autoribus ſeruari conſueuit. Nam vt rectè diſſerit Auguſtious illo eodem libro, cap. 6. *Hos libros, quibus illi qui de tranſuerſo proferuntur, comparati reſpuuntur, vnde conſtat eſſe Hippocratis, vnde ſi quis hoc neget, nec ſaltem refellitur, ſed ridetur, niſi quia ſic eos ab ipſo Hippocratis tempore vſq; ad hoc tempus, & deinceps ſucceſsionis ſeries commendauit, vt hinc dubitare dementis ſit. Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumq; eiuſmodi autorum librorum, vnde nouerint homines quòd ipſorum ſint, niſi eadem temporum ſibimet ſuccedentium conteſtatione continua?* Sic ille.

Quare ſi quęratur à nobis, vnde ſciamus Apoſtolorum has eſſe literas? Breuiter reſpondemus, ex fundatiſsima Eccleſiæ atteſtatione à temporibus Apoſtolorum ad hæc vſque tempora certis ſucceſsionibus

produ

Noui Teſtamenti vulgatæ editionis ouui calumniatores.

Eam ſeptuplieiter ootat Eraſmus.

Anabaptiſtarum, Seruetanorum, & Heluidij de libris Noui Teſtamenti iudicium.

D. Hier. tom. 2. prope init.

Aug. tom. 6.

Fauſti ẽ Manichæi de eiſdem libris calumoiæ Catholicis impoſitæ.

Quæ duo mendaciorũ genera in Nouum Teſtamentum inſerta, ille impius mentiretur.

Nouum Teſtamentũ: ſſe incorruptũ, & integrum. 1. Demõſtratio ab Apoſtol s eius autoribus.

B. Auguſt.

Vnde cõſtet Apoſtolicas Scripturas ab Apoſtolis editas fuiſſe.

producta, quæ Nouum Teſtamentum ab Apoſtolis & Euangeliſtis ſcriptum ſemper credidit, & credendum propoſuit.

II. Demonſtratio ab Eccleſiæ ſucceſſione perpetua. Idem Aug. tom. 4.

Secundò probatur corruptum non eſſe Nouum Teſtamentum: quia ſemper & eodem modo eius lectio in Eccleſia continuata eſt. Vnde Auguſtinus libro de Vtilitate credendi, cap. 3. inquit: *Nihil mihi videtur ab eis impudentius dici, vel, vt mitius loquar, incurioſius, & imbecillius, quàm Scripturas diuinas eſſe corruptas: cùm id nullis in tam recenti memoria extantibus exemplaribus poßint conuincere. Si enim dicerent, eas ſibi penitus accipiendas non putaſſe, quòd ab his eſſent conſcripta, quos verum ſcripſiſſe non arbitrarentur, eſſet vtrumque, tergiuerſatio eorum rectior, vel error humanior.* Sic Auguſtinus. Nam ſi de Nouo Teſtamento loquamur, eodem modo citant, & legunt Irenæus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, atque alij Patres, qui per temporum ſibi inuicem ſuccedentium ſeriem in Eccleſia ſunt ſecuti: ſimul autem omnes iſtos fuiſſe deceptos, atque vnà cum his vniuerſam Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſionẽ per tot annos fuiſſe deluſam, vt pro incontaminatis corrupta, falſataq; legerit, quis vnquã niſi ex toto impius dixerit?

III. Demonſtratio, à Chriſti promiſſione. Matth. 28. Ioan. 14.

Tertiò hoc maximè Eccleſia à Chriſto promeruit, cum qua ſe perpetuo permanſurum promiſit, vt eius Scripturæ eſſent intactæ, & incorruptæ. Nam ſine Scripturis veris & germanis Eccleſia nequaquam commodè poſſet conſiſtere. Corruptas ſiquidem & vitiatas in rebus ad fidem ſpectãtibus illas habere, perinde eſt atque Scripturas non habere: at ſine illis Eccleſia eſſe vix poſſet, per quas in fide neceſſariò eruditur, & in moribus inſtruitur. Vnde Auguſtinus prædicto in libro 33. cap. 6. in fine ſic diſputat contra Fauſtum: *Quis tandem tãto furore cæcatur, niſi dæmoniorum mendaciloquorum malitia, atq; fallacia conſentiendo ſubuerſus ſit, qui dicat hoc mereri non potuiſſe Apoſtolorum Eccleſiam, tam fidam, tam numeroſam fratrum concordiam, vt eorum ſcripta fideliter ad poſteros traijcerent, cùm eorum Cathedras vſq; ad præſentes Epiſcopos certißima ſucceßione ſeruârint, cùm hoc qualiumcunq; hominũ ſcriptis ſiue extra Eccleſiam, ſiue in ipſa Eccleſia, tanta felicitate proueniat.* Hactenus ille.

Falſatas, & corruptas quid habere Scripturas. August.

IV. Demonſtratio à graui incommodo.

Præterea ſi vel minimus aliquis error in Scriptura Noui Teſtamenti admittatur, profectò omnis Inſtrumenti Noui fides, & autoritas adimeretur: quia ſi de vnius partis corruptione ſuſpicari eſt liberum, licebit etiam de cæteris. Quare ad beatum Hieronymum Auguſtinus epiſt. 8. ca. 3. ſapienter ſcripſit: *Mihi videtur exitioſiſſimè credi, aliquod in libris ſanctis eſſe mendacium: id eſt, eos homines, per quos nobis illa Scriptura miniſtrata eſt, atque conſcripta, aliquid in libris ſuis fuiſſe mentitos. Admiſſo enim ſemel in tantum autoritatis faſtigium officioſo aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non vt cuique videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eadem pernicioſißima regula ad mentientis autoris conſilium, officiumq; referatur.* Hucuſque Auguſtinus: quæ tamen confirmari poſſunt Pauli teſtimonio, qui hominis confirmatum teſtamentum neminem poſſe reijcere, aut ſuperordinare teſtatur. Ac vt nimirùm mendacium teſtamenti humani fidem labefactat, multò magis fides Noui Teſtamenti per eiuſmodi mendacia, ac corruptelas periret.

Idem tom. 2.

Galat. 3.

V. Demonſtratio ab altero incommodo.

Quintò, ſi vitiata eſſent Noui Teſtamẽti volumina, eadem ratione fides adimeretur non ſolùm cæteris ſacris libris, ſed etiam omnes omnium gentium Scripturæ de autoribus ſuis, ac de rebus in eis exaratis, dubiæ & incertæ redderentur. Quod confirmat Auguſtinus in eodem libro illo contra Fauſtum, cap. 6. dicens: *Quæ vnquam literæ vllum habebunt pondus autoritatis, ſi Euangelica ſi Apoſtolica non habebunt? De quo libro certum erit cuius ſit, ſi literæ quas Apoſtolorum dicit, & tenet Eccleſia, ab ipſis Apoſtolis propagata, & per oẽs gentes tanta eminentia declarata, vtrum Apoſtolorum ſint, incertum eſt?*

Idem prope capitis init.

VI. Demonſtratio tertiũ continẽs abſurdum, vel maximum.

Sextò probatur, Euangelium ſcriptum apud nos eſſe incorruptum, omnique ex parte integrum. Nam ſi pro ſua libidine cuique licet probare, vel reijcere librum Noui Teſtamenti, non ſolùm Scripturæ omnes diuinæ, & humanæ, ſed omnis noſtra fides penitus ſubuerteretur. Fides enim noſtra non erit amplius fides captiuans intellectum noſtrum in obſequium verbi diuini, & autoritatis Eccleſiæ, ſed inanis quædã noſtræ phantaſiæ coniectura & opinio. Ex quo Auguſtinus lib. 32. contra Fauſtum ca. 19. hanc deformitatem, & ineptiam obijcit Manichæis: *Videtis ne, inquit, id vos agere, vt omnis de medio Scripturarum auferatur autoritas, & ſuus cuique animus autor ſit, quid in quaq; Scriptura probet, quid improbet: id eſt, vt non autoritati Scripturarũ ſubijciatur ad fidem, ſed ſibi Scripturas ipſe ſubijciat: non vt ideò illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi autoritate ſcriptum legitur, ſed ideò rectè ſcriptum videtur, quia hoc illi placuit.*

1. Cor. 10.

B. August.

VII. & vltima Demonſtratio.

Poſtremò hic maximus error, peſtilentiſsimaque hæreſis dici poteſt. Nam cùm omnes aliæ hæreſes ex ſacris literis confutari poſsint, ſola hæc armis Scripturarum reuinci nequit: quia obijcietur, nec à Chriſto, nec ab Apoſtolis dictum, ſed ab hære-

ticis corruptum quod allegatur: atque ita non tantùm fides Catholica, ſed etiam omnes hæreſes per hunc errorem iugulantur. Si enim, teſte Auguſtino, vt volunt Manichæi, libri Euangelici depranati ſunt, à Chriſti tempore vſque modò tanta diligentia cuſtoditi, quomodo furtiui Hæreticorum codices, & in antris eorum latitantes modò excuſi, vllam fidem apud homines inueoire poterunt? Rurſus acutè, & diſertè in eos agens, ait: *Quod ergo eum* (ſcilicet Spiritum ſanctum, quo de eſt ibi controuerſia) *Chriſtus miſerit, hoc probate: vnde aſſeritis perſonam veſtri autoris, vel potius deceptoris? Reſpondetis ex Euangelio nos probare. Ex quo Euangelio? Quod non totum accipitis, quod falſatum eſſe vos dicitis. Quis ergo teſtem ſuum prius ipſe dicat falſitate eſſe corruptum, & tunc producat ad teſtimonium? Sienim quod vultis ei credimus, & quod non vultis, ei non credimus, iam non illi, ſed vobis credimus. Si autem vobis credere vellemus, teſtem à vobis non exigeremus. Ita ergo aut cogimini veraces illos codices confiteri, & continuò euertent hæreſim veſtram: aut ſi fallaces eos dixeritis, eorum autoritate Paracletum non poteritis aſſerere, & vos euertitis hæreſim veſtram.* Hæc ille doctiſſimus Pater.

Idem lib. 32. cap. 16.

Mirè premit Fauſtum Auguſtinus.

In fine Capitis

Iam verò argumenta, quæ in contrarium producuntur, facilè eſt refellere, ac diluere. Primò enim arguunt quidam ex Paganis, & Hæreticis ex varia diſſonantia narrationum & ſententiarum inter ſe repugnantia, quàm penes Euangeliſtas non obſcurè cernimus, ita vt nec altera alteri, nec eædem ſibi inuicem conueniant: quod Apoſtolis, & Euangeliſtis tribuere, aliud nõ videatur, quàm bonos calumniari, & concordem Chriſti cœtum in crimen vocare diſcordiæ. Reſpondendum, pleraque talia non ſolùm in ſacris literis, ſed etiam in Philoſophicis, atq; in alijs diſciplinis inueniri, quæ in ſpeciem ſibi contraria eſſe videantur, non tamen propterea improbandi ſunt libri, aut in crimen falſitatis vocandi, verùm diligẽter expendendi, & quid, & quorſum, & quomodo, ac quo tempore dicantur, ponderandi. Nam, vt ille prudenter dixit, Diſtingue tempora, & concordabis Scripturas.

I. Ratio recẽtiorum contra vulgatam Euangeliorũ editionem.

Solutio.

Dicimus ergo, nullam eſſe ſentẽtiam in Euangelio, quæ alteri prorſus cootradicat, ſed ſuum peculiarem ſenſum habere, in quo alteri ſententiæ non repugnat. Atque ita Tertullianus, & Hieronymus, ſed præcipuè Auguſtinus quatuor voluminibus de Euangeliſtarum conſenſu ſcriptis, apparentes Euangeliſtarum diſſonantias, conciliant. Et inter alios Chryſoſtomus præfatione in Matthæum, eleganter in hunc modum ſcribit: *Verùm è contrario, inquit, iſta res accidit: in multis enim diuerſi inter ſe inueniuntur, ac diſſoni. Imò hoc ipſum maximum eſt teſtimonium veritatis. Si enim ex toto, & in omnibus conſonarent, & cum nimia diligentia atque cura vſque ad tempora, ac loca omnia, vſque ad ſingula æqualiter verba concurrerent, nemo inimicus crediđiſſet vnquam, ſed eos communi ad decipiendum conſilio congregatos, quaſi ex humana quadam conſpiratione Euangelium condidiſſe. Non enim ſimplicitatis fuiſſe tam ſollicitam conſonantiam indicarent. Nunc verò quæ videtur ex rebus exiguis diſſonantia, ab omni illos ſuſpicione defendit, & ſatis clarè ſcribentium exiſtimationem tuetur. Si verò aliquid de temporibus ac locis variè dixerunt, nihil quidem dictorum præiudicat veritati. Sed tamen, prout donauerit Deus, progredientes, etiam iſtud quale ſit, declarare tentabimus: illud poſt hæc quæ diximus poſtulantes, vt diligenter notetis: quia in illis principalibus cauſis, in quibus & vita noſtra, & prædicationis ſumma conſiſtit, nuſquam aliquis illorum vel in minimo diſcrepare conuincitur. Quæ verò ſunt iſta? Quia Deus homo factus eſt, quia mirabilia operatus, quoniam crucifixus, quoniam ſepultus eſt, quoniam reſurrexit, quoniam aſcendit in cœlum, quoniam iudicaturus eſt, quoniam ſalutaria præcepta conſtituit, quoniam non contrariam legem intulit priori, quia Filius Dei eſt, quia vnigenitus, quia eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, & quantacunque ſunt talia. In his quippe omnibus maximam illorum inueniemus eſſe concordiam. Si verò in mirabilibus eligendis non omnes eadem cuncta dixerunt, ſed hic quidem illa, alter verò alia narrant, nihil te omnino conturbet. Siue enim vnus quilibet vniuerſa dixiſſet, ſuperfluus iam fuiſſet numerus cæterorum: ſiue varia omnes inter ſe ſcripſiſſent, ac noua omnia, nullum potuiſſet cõuenientiæ apparere documentum. Propterea & communiter multa dixerunt, & nihilominus quiſque proprium aliquid, ac ſpeciale conſcripſit, vt neque ſuperfluè, & importunè aliquid videretur adiectum, ſi nihil adderetur noui, nec tota rerum fides adduceretur in dubium, ſi omnia diuerſa dixiſſet.* Hactenus ille ſanctiſſimus, & eloquentiſſimus Pater.

Euangeliſtarum ſi qua eſt diſſonantia, quomodo accipienda.

Aug. tom. 4.

Chryſ. hom. 1. in Matth. ſub init. tom. 2. in princ.

Euangeliſtæ ſine nullo penitus diſſentirent, quid futurum, teſte Chryſoſtomo.

In quibus inter ſe Euangeliſtæ omninò conſentiant, atque concordent.

In quibus varient illi, & quamobrẽ.

Secundò argumentantur Manichæi ex duplici capite. Primò quidem, quòd perinde ſibi liceat in Nouo Teſtamento quędam accipere, & credere, quędam verò reijcere, & reprobare, quemadmodum Catholicis fas eſt quædam ex Veteri Teſtamento, vt fide indigna abijcere, quędam verò vt probabilia retinere.

II. Arg. Manichæorum.

Sed ſanè nulla eſt comparatio: quia aliud eſt ea credere, quæ de Veteri Teſtamento

Credendorũ de veteri Te-

Fauſtu

ſtamento, & faciendorum longè diuerſam eſſe rationem.

Fauſtus commemorat, aliud verò ea obſeruare. Nam ſi de fide ſit ſermo, omnia quæ illis in libris continentur, tanquam veriſſima, & vtiliſſima credimus: ſed ſi de eorundem obſeruatione loquamur, docemus nos ea, quæ in illis mandata ſunt, corporali operatione non obſeruari, quia ſcimus congruenter illo tempore, atque illi populo tunc fuiſſe præcepta, & vmbram futurorũ eſſe didicimus, & nunc iam impleri cognouimus.

Hebr. 10.

II. Locus argumentorũ.

Ex alio capite argumentantur, abijcienda eſſe de Nouo Teſtamẽto vniuerſa Prophetarum, ac veteris legis teſtimonia: nõ ſolùm quia falsò ac perperam, ſed quia ſuperfluè, & præter rem inſerta ſunt, & ad ſuſpicionem magis, quàm ad fidem lectorem inducunt: quaſi non ſit ſatis ad Euangeliorum autoritatem confirmandam, & fidem nobis faciendam maieſtas filij Dei, operum teſtimonia, & miracula. Reſpondetur ex B. Auguſtini doctrina, libr. 13. in Fauſtum Manichæum, teſtimonia Veteris Teſtamenti, nec falſa, nec ſuperflua eſſe poſſe. Falſa quidem minimè ſunt: quia Paulus (quem maximè Manichæi venerantur, & ſe integrum habere profitentur) pluribus locis teſtatur, omnia Euangelica myſteria à Deo in Scripturis ſanctis per ora Prophetarum fuiſſe promiſſa, ſuperflua verò nequaquam, imò ſummoperè neceſſaria exiſtunt: non quidem quo Chriſti teſtimonium externi teſtimonij autoritate ad ſui ſtabilitatem indigere credamus, aut ei Prophetarum teſtimonia præferamus, ſed ne accepti beneficij immemores Prophetis inueniamur, extinguentes Prophetarum oracula: quorum atteſtatione prædicationem ſuam Apoſtoli nobis veram eſſe demõſtrarunt, & ad fidem Chriſti eorum autoritate inuitârunt. Item, vt habeamus vnde infideles omnes, tam Hebræos, quàm Gentiles ad Chriſti fidem inuitemus, ſi non reſiſtunt, aut vnde contra eos eandem Chriſti fidem tueamur, ſi contradicant.

Veteris legis ac Prophetarum teſtimonia in Nouo Teſtamento producta, nec falſa eſſe, neque ſuperflua, contra Manichæos. *B. Auguſt.*

Duplex eorũ teſtimoniorum vtilitas.

III. Locus.

Tertiò obijciunt nobis, Latinam editionem noui Teſtamenti multis mendacijs, & vitijs per interpretis negligentiam eſſe deprauatam, indignamque eſſe, vt B. Hieronymo, viro in linguis doctiſſimo, talem verſionem tribuamus. Reſpondemus, Hieronymum magis veterem illam, & vulgatam noui Teſtamenti editionem emendaſſe, ac Græcorum codicum fidei reſtituiſſe, quàm nouam condidiſſe. Ipſe enim in primis in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum in fine ſcribit ſe nouum Teſtamẽtum Græcæ fidei reddidiſſe. Vetus verò iuxta Hebraicam veritatem tranſtuliſſe: quæ ſanè verba apertè indicant, ipſum poſuiſſe diſcrimẽ inter transferre iuxta Hebraicam veritatem, & reddere Græcæ fidei, ac ob id ſignificaſſe nouum Teſtamentum ſe non de Græco tranſtuliſſe, ſed tantũ correxiſſe. Quod etiam in præfatione Euangeliorum ad Damaſum inſinuat, dicens: *Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Euangeliſtas, quorum ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorum emendata collatione, ſed & veterum, quæ ne multùm à lectionis Latinæ cõſuetudine diſcreparent, ita calamo temperauimus, vt ijs tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant.* Et in præfatione ſeptem epiſtolarum Catholicarum ad Euſtochium ait: *Euangeliſtas dudum ad veritatis (ſcilicet Græcæ) lineam correximus:* ex quibus cõſtare poteſt, Hieronymum potiùs Teſtamentum nouum antea ab alijs verſum emendaſſe, quàm de Græco iterum in Latinum vertiſſe.

Hieron. tom. 1. in fin.

Idem tom. 3.

Idem in gloſſ. ordin.

Rurſus & illud ſecundò adijcimus, probabile eſſe, ac valde veriſimile, hanc noſtrã editionem eam eſſe, quam Hieron. emendauit: quod ex ipſiſmet emendationibus per Hieronymum factis, & in hũc vſque diem extantibus manifeſtum fit. Ita enim ait in epiſtola ad Marcellum: *Reuertimur ad noſtros bipedes aſellos, & illorum in aure buccina magis, quàm cithara concrepamus: illi legant: Spe gaudentes, tempori ſeruientes: nos legamus. Spe gaudentes, Domino ſeruientes. Illi aduerſus presbyterum accuſationem omninò putent recipiendã: nos legamus, Aduerſum presbyterum accuſationem ne receperis, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus: peccantes autem coram omnibus argue. Illis placeat: Humanus ſermo, & omni acceptione dignus, nos cum Græcis, id eſt, cum Apoſtolo, qui Græcè locutus eſt, erremus: Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.* Idem rurſus libro 1. aduerſus Iouin. cap. 7. *Illud breuiter admoneo, in Latinis codicibus hunc locum ita legi: Diuiſa eſt virgo, & mulier: quod quamquam habeat ſuum ſenſum, & à me quoque pro qualitate loci ſit edisſerium ſit; tamen non eſt Apoſtolicæ veritatis: ſiquidem Apoſtolus ita ſcripſit: Et diuiſus eſt.* Sequitur Hieronymus explanans eundem locum: *Hoc autem ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniciam, ſed vt ad id quod honeſtum eſt, & intentè facit ſeruire Domino abſq; vlla diſtractione, vos adhorter.* Hæc omnia verba Apoſtoli ibidem teſtatur Hieronymus in Latinis codicibus ob tranſlationis difficultatem penitus non inueniri: quę tamen cùm nos hodie habeamus, argumentum eſt hanc noſtram editionem ab eo eſſe emendatam. In præfatione etiam ad epiſtolas Catholicas teſtatur ſe locum illum

Noui Teſtamenti veterẽ illam editionem à Hieronymo reſtitutam, eandem eſſe cum noſtra quæ nũc eſt, vnde colligi facilè poſſit.

Idem ep. 102. tom. 2. in fin.

Rom. 12.

1. Tim. 5.

Supra 1.

Idem eod. ſub initium.

1. Cor. 7.

Quibus verbis Hieronymus non ſe noui Teſtam. editionis vulgatæ autorem oſtendat, ſed eius correctorem fuiſſe.

Idem in gloſſ. ordin.

1. Ioan. 5.

apud Ioannem reſtituiſſe: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus.* Cùm ergo hæc omnia, & multa alia his non diſsimilia, quę conſultò, vt breuitati ſtudeamus, duximus ſupprimenda, quę Hieronymus ſe emendaſſe profitetur; in noſtra editione habeantur, colligimus valde eſſe probabile, ac veroſimile, editionem hanc noſtram illam eandem eſſe, quã correxit Hieronymus.

Si eadem editio eſt hęc noſtra cum illa Hieronymi, cur adhuc tã incorrecta eſt & vitiata, cuius tamẽ ille in epiſt. Pauli ſcribens, errores ac menda correxit.

Hiero. tom. 1. in fine.

Quænam in prędicta verſione, vt ipſe teſtis eſt, Hieronymus caſtigauerit.

Neq; obſtat his quæ diximus, Hieronymum in Commentarijs ſuis in epiſtolas ad Galatas, Epheſios, Titum, Philemonem, multa verba emendaſſe, & correxiſſe, quæ tamen in noſtra hac vulgata, & quam Hieronymus reprehendit, editione nõ ſunt emẽdata. Breuiter enim dicimus, eiuſmodi cõmentaria longè aut à Hieronymo edita, quã ex mandato Damaſi Papæ nouum Teſtamentum corrigeret. quod patet ex libro de Viris illuſtribus, in quo inter prima opera ſua illos recẽſet commẽtarios, in vltimo verò editionis noui Teſtamenti correctionem collocat. Conſtat autem ex Hierony. verbis ad Damaſum ſcriptis, ſuperiusq; allegatis, illum ita calamo temperaſſe, vt, his tantùm, quę ſenſum videbantur immutare correctis, reliqua manere pateretur vt fuerant. Caſtigauit ergo iunior Hieron. quoſdã loco in Paulo, quos ſenior & maturior, ne nouitate offenderent, noluit caſtigare.

IV Locus argumentorũ aduerſus eandem editionem.

Quod verò obijcitur de erroribus, mendis, & ſolœciſmis, hyperbatis, & multis parum accommodate verſis, & minus Latinè expreſsis, obſcurè & ambiguè interpretatis nonnullis ſuperadditis, atque alijs omiſsis, quibuſdam tranſpoſitis, & vitio ſcriptorũ deprauatis: reſpõdemus, multos ex noſtris tentaſſe illorum locorum defenſionẽ perſcribere, neque indoctè, neque ineruditè quemadmodũ Franciſcus Titelmanus, Zegherus, & Lindanus, atq; alij ſuis in nouum Teſtamentum ſcholijs prȩſtiterunt. Multa etenim, quæ ſolœciſmi putantur, per tropos, & ſchemata defendi queũt: multa item menda, incuria, & negligentia librariorum ac typographorum in noſtrum textũ irrepſere, quæ nulla ratione ſint interpreti imputanda: multa inſuper, quę aut omiſſa, aut addita exiſtimantur propter codices Græcos, quos iſti noui autores conſuluerunt, tamen reuera nec omiſſa, neque addita iudicari debent: quoniam ipſi codices Græci plerunque variant, & B. Hierony. pluries Latinis codicibus magis fidendũ eſſe quàm Græcis incorrectis teſtatur. Ad Dei quoq; prouidentiam ſpectabat, vt Scripturam integram, ac incorruptam ſeruaret in Eccleſia ſua. Cùm autem Eccleſia Dei illa ſit, quę

Vulgata illa editio ab erroribus, & mendis, de quibus accuſatur, ac defenditur.

Eccleſia Dei quęnam illa.

ſub Romano Pontifice Chriſtum agnoſcit, ac profitetur, à qua pluries Græca Eccleſia defeciſſe dinoſcitur, videtur plus fidei eſſe tribuendum Latinis codicibus, quàm Gręcis. Vtcunq; tamen ſit, & leuia quædam ex dictis vitia interpreti noſtro adſcribamus; quod non cenſemus verum; non tamen ex his ſequitur, Eccleſiam vſque in hanc diem nequaquam habuiſſe veram, integram, ac fidelem noui Teſtamenti editionem. Nam licèt in ea huiuſmodi inuenirentur errata, certum eſt tamen, neque in veteri, neque in noua editione aliquid vnquam inuentum, quod fuerit, vel à Chriſtianæ fidei veritate deuium, vel contrarium dogmatibus, ac regulis orthodoxis, vel præter veritatem additum, vel contra veritatem mutatum, vel in prȩiudicium veritatis omiſſum, vel adeò deprauatum, vt occaſionem pernicioſè errandi attulerit, vel hȩreſibus, ac prauis dogmatibus materiam, fomentumq; præſtiterit: vel ita obſcurè, & ambiguè verſum, vt arcana religionis noſtræ occultauerit, aut minus idoneè, & quantum ſatis eſt ad ſalutẽ explicauerit. Quas tamen mendas ac deprauationes Hieronymus in veteris ac vulgatȩ editionis emẽdatione ſe cõſultò reliquiſſe teſtatus eſt: nõ quòd tot eruditi ac ſancti Eccleſiæ Patres ea errata, vel non agnouerint, vel approbauerint, ſed quia ad ea diſſimulanda iuſtis de cauſis impulſi fuerunt. Primùm, quòd animaduerterent, nihil in fide ac moribus periculi in his tam leuibus erratis imminere. Deinde, ne fideles nimiũ exactæ correctionis nouitate offȩnderentur, quorũ aures vel ab infantia illa vetus editio occupauerat. Poſtremò, vt vetuſtam illam editionẽ venerarentur, quę naſcentis Eccleſiæ fidem educârat, & creſcẽtis roborauerat, atq; vt ſanctam & venerandã illam ſimplicitatem antiqui interpretis (qui creditur fuiſſe Lucianus martyr, teſte Nebriſſenſi in Quinquanis) qui non ſermonis ornatum, verùm hiſtoriæ veritatẽ quæſiuit, ſua ipſorum approbatione honeſtarent, & veſtigia ſuorum maiorum ſequerẽtur, qui eoſdem errores ſacra quadam pietate ducti tolerarunt, ſanctorũ exemplo Apoſtolorũ; qui quãquam verſionem Lxx. interpretũ in multis redundare, & in multis deficere ſcirent, eam tamẽ minimè contempſerunt, ſed vbique eam prædicarunt, ex eaq; prima fidei noſtræ fundamenta iecerunt.

Vetus editio iã dicta quomodo integra ſemper & incorrupta permanſerit in Eccleſia Dei.

Eccleſia veterem illam editionem retinuit triplici de cauſa.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Sancti Apoſtoli 70 interpretum verſionem non omninò integram, licèt & incorrupti, cur tamẽ fuerint ſecuti.

Temerarium ergo eſt, atque adeò planè hæreticum, propter leues quoſdã defectus, quod in noſtra hac vulgata editione citra vllum fidei, aut morum detrimentum ſatis leuiter notarunt, eam ſpernere, & abijcere, vel nouas & profanas in locũ eius Hæreti-

Vulgatã editionem ceu mẽdoſam, & imperfectã reſpuẽtes ac ſubſannãtes, quã grauiter peccent.

corum tranſlationes introducere, maximè, poſt Tridentini Concilij decretum, quod ſic habet: *Sacroſancta Synodus conſiderans nõ parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus quæ circumferuntur ſacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit, innoteſcat, ſtatuit, & declarat, vt hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſeculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat.* Hactenus ſanctum, & generale Concilium.

Trident. Synod. ſeſſ. 4. Tridentinæ ſynodi de veteri illa editione retinenda decretũ.

Hebrææ, & Græcæ linguarũ peritiam multipliciter conferre ad ſacrarũ intelligentiam ſcripturarum.

Quòd ſi fortè cõtendas, linguarum Hebrææ, atque Græcæ cognitionem per hanc ſacroſancti Tridentini Concilij definitionem prorſus inutilem reddi, reſpondebo, maximas, & copioſas cõmoditates præſtare ad ſcripturas intelligendas donum linguarum, ſi quis eo legitimè vtatur: quẽadmodam Origenem, Euſebium, Hieronymũ, & reliquos Patres, ad multos ſcripturarum locos pleniùs, & apertiùs intelligẽdos, vſos eſſe conſtat. Nam & ad menda corrigẽda, quæ ex incuria typographorũ, ſcribarũve irrepſerunt, vtile inuenitur, & ad vitandũ errorẽ ex ſermonis Latini amphibologia, & ad quędam vocabula Hebraica, vel Græca meliùs percipienda, quę remanſerunt in editione Latina, vel propter ſanctiorem antiquitatis autoritatem ſeruandam, vel propter myſteria inſinuanda, vel quia in linguam alienam commodè nõ transferri poterant: item ad cognoſcenda idiomata, phraſes, & prouerbia linguæ alienæ, atque peregrinæ, & ad ea quę obſcuriùs per interpretem dicta erant, clariùs interpretanda, atq; explicãda, & ad accipiẽdos plures ſenſus Catholicos ex eadem ſcriptura: præſertim cùm apud Hebræos, & Græcos vox eſt æquiuoca, ſeu πολύσημος, & ambigua. Nam Latinus interpres vnam ſolam ponere potuit vocis ſignificationem: & denique ad plurimas dictiones explicandas, quæ emphaſim magnã, aut aliq̃ innatam proprietatem penes Hebræos, vel Græcos habẽt, quam Latinus ſermo exprimere nõ valuit. Quæ omnia non eſſet difficile, neq; inutile exemplis ſuis illuſtrare, ni actum agere videremur, & breuitati conſuleremus.

Qui ſuo potiſſimum id exemplo nobis teſtatũ reliquerint veteres Patres.

Multas ergo commoditates, & vtilitates adferre poteſt accurſus ad exẽplaria Græca in nouo Teſtamento, vel ad Hebræa in Veteri, vt rectè ſuadent Hieronymus, & Auguſtinus, Eccleſiæ lumina: tametſi ad corrigendã noſtram vulgatam editionem quaſi perniciosè in rebus fidei errantem, modò confugere non liceat, dummodo lectio incorrupta habeatur: nam vbi vitiata oſtenditur, meritò ad illa cõfugere & poſſumus, & debemus. Olim verò, cùm tempore Hieronymi tot eſſent exemplaria ferè quot codices, nec vlla certa eſſet ab Eccleſia probata, & confirmata, vt nunc per generale œcumenicum Concilium vulgata eſt noſtra comprobata, etiam ad errores pernicioſos corrigendos poterat, & debebat accurri, vt Hieronymus ipſe teſtatur. Atque hæc ſatis de argumento propoſito.

Hierony. in præfat. Euãg. ad Damaſc. tom. 4. *Aug. de doct. Chriſt. lib. 2. cap. 11. tom. 3. ſub initium.*

Cur olim potius quã modò vetus editio potuerit ad Græcã reſtitui veritatem, & emẽdari.

PROLEGOMENON XXXIV.

Quo loco, & quo tempore Euangelica conſcribi ab Euangeliſtis cœperit hiſtoria.

PRæſenti articulo diſſerendum eſt, quo loco, & præſertim quo tempore diſcipuli Domini codices Euangelicos ſcriptis commendarunt. Nam etſi quod ad vitam attinet, omnes fuerũt æquales, haud tamen quantum ad ſcriptionem. Dicendum ergo eſt, Chriſto Domino adhuc apud nos in terris agente, nullum Euangelium fuiſſe in lucem editũ. Cùm enim Euangelium dicta & geſta omnia ferè Chriſti contineat, quæ nondum completa erant, quamdiu ille viueret, meritò nullum poterat ſuo tempore conſcribi Euãgelium. Deinde, cùm ad dubia quę emergebant, decidenda Euangeliũ ſit conſcriptũ, & dum Chriſtus inter viuos ageret, per ſe ipſum ſine ſcripto reſoluere omnia poſſet, nulla erat ratio, cur Euangelica doctrina literis mandaretur.

I. Ratio, cur Chriſto viuente nullũ fuerit Euangelium ſcriptum.

II. Ratio.

Nec etiam ad memoriam eorũ quę fide apprehendebãtur. Nam prius fidem introduci in cordibus hominũ oportebat, quam librũ ad memoriam credendorũ conſcribi. Adhæc, dum Dominus vixit, legẽ Moſaicam adhuc vigentẽ ad vnguem ſeruauit: quare rationi non erat conſentaneum, vt ipſo viuente, alia lex noua conſcriberetur, quæ in multis priori repugnare videretur, & cuius autoritati derogatũ quoquo modo celeri poſſet. Tunc verò expediens fuit legẽ ſcripto tradi, quando vetus erat conſummata, & noua obligãdi vim habere incipiebat. Lex tamen noua non eo viuente, verùm poſt mortẽ obligare cœpit, vt Apoſtoli definierunt. Præterea, neminem filius Dei, quoad vixit, ad ſcribendum impulit, nec tale aliquod mandatum illis dedit: ante mortem quippè Domini Apoſtoli ſimplices erãt, & imperfecti, nec ea quæ Chriſtus docebat, intelligebãt: vt conſtat de parabolis, quarum explicationem à Chriſto ſæpè petebant. Fermẽtum etiam Phariſæorum

III. Ratio.

Matth. 5.

Act. 15. & ſe.

IV. Ratio.

Matth. 13. & ſeq.

Infra 15. *Infra 16.* *Luc. 18.* *Ioan. 16.* V. Ratio. *Luc. vlt.* *Ioan. 2.*

rum apud Matthæum non intellexerūt: & verbum de morte, & paſſione Chriſti erat abſconditum ab eis, vt teſtatur Lucas, nec intelligebant verba Domini iuxta Ioannē: *Modicum & iam non videbitis me: & iterū modicum & videbitis me; quia vado ad Patrē*. Multa etiam ſunt, quæ nonniſi poſt Domini à mortuis reſurrectionē, & poſtquam aperuit illis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas, perceperunt: vt illud; *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Non erant ergo ad ſcribendum maturi, & idonei diſcipuli, dum Chriſtus cum eis verſabatur.

Cur ſtatim à Chriſto in cœlū aſſumpto opus Euangelio ſcripto non fuerit. *Act. 15. & ſe.*

Poſt mortem verò Chriſti, eiuſq; in cœlum aſſumptionem, nō opus fuit ſtatim libros conſcribi. Nam cùm Apoſtoli omnes eo tempore ſimul in Hieruſalem, & in Iudæa verſarentur, dubia, & cōtrouerſiæ circa fidem exortę facilè poterant eorū autoritate explicari? ſicut factū eſt in quæſtione illa de legalium ceremoniarū obſeruantia quæ per illos ſapienter, ac iuxta Dei ſpiritum terminata eſt. Fideles etiam cùm recentē haberent eorum, quæ tum Chriſtus tum fecit, & dixit, tum fieri mandauit, memoriam, codicibus haud indigebant.

Apoſtoli cur ad prædicandum Euāgelio ſcripto minimè indiguerint.

Ad prædicandum item, Euangelio ſcripto minimè opus erat; cùm Apoſtoli duntaxat, & diſcipuli Domini eo tempore cōcionarentur, & illud in cordib' ſuis ab Spiritu ſancto impreſſum, & ſcriptum ad fidem propagandam conſeruarent. Cùm verò poſt aliquot annos Apoſtolis ad Gentes per Euāgelium ad Chriſtum vocandas migrandum fuit; poſtquam in Iudæa, & locis finitimis, id eſt, in Samaria prædicatum fuit; tunc ad ſcribendum nonnullos vocauit Spiritus ſanctus.

Actor. 1. B. Cur ab Hieruſalem ſumendum fuerit exordiū Euangelicæ prædicationis.

Quæ vt apertiùs intelligantur, conſiderandum eſt, Dominum antequā in cœlum ſe reciperet, Apoſtolis edixiſſe: *Eritis mihi teſtes in Hieruſalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ*. Apoſtoli verò vt huic Chriſti verbo morē gererent, eundem à Chriſto præſcriptum ordinem ſibi in prædicatione tenendum putarunt. Etenim primùm in eo loco, vbi prędicauerat Chriſtus, & ſanguinem ſuum fuderat, fundandā eius Eccleſiā procurarunt; quatenus ſuper Chriſtum conſtructa, atque ab eius dictis, & factis originē videretur ſumpſiſſe. Nam ei facili' erat eo in loco fundamenta Eccleſiæ naſcentis ponere, vbi Dominū multi viderāt, & vtiliter etiam audierant: cùm præcipuè Dominus veniſſe ſe aſſeruerit propter oues, q̃ perierunt domus Iſrael. *Matth. 15.* Vbi etiam ſemel fundata, conſtitutaq; Eccleſia, debebat Prophetæ Iſaiæ oraculū impleri: *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*. *Iſai. 2. C.* Nam Gentiles videntes Chriſtū homicidis, & crucifixoribus ſuis peperciſſe, magnam poterant ſpem concipere de bona Dei volūtate ad ſuam ipſorū ſalutem expectandam, & ipſi ad accipiendum Euangelium magna confidentia erigebantur. *Luc. 23. B.* Quamobrem Apoſtoli oēs primo in Hieruſalem prædicauerunt, vt habes ca. 2. & 4. libri Actuum Apoſtolorū & quando conſtituerunt ad viduarum miniſterium Diaconos, dixit in perſona eorum Petrus: *Nos verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus*. *Act. 6. & ſeq.* Poſtea verò miſerunt quoſdam ex Diſcipulis, qui per totam Iudæam verbū Dei diſſeminarent; ac ipſi interim in Hieruſalem morabantur, tanquā in capite, & fundamento Eccleſiæ, ſoli verò Diſcipuli de mandato Apoſtolorū per Iudæam diſcurrebant, vt conſtat ex ca. 8. eiuſdē libri: nam & in Samariā deſtinarunt Petrū & Ioannē, qui Spiritum ſanctū manuum impoſitione credentibus in nomine Ieſu Domini cōtulerūt. Deinceps Iudæis Euangelium repudiantibus, Paulus inquit: *Vobis oportebat primum loqui verbū Dei: ſed quoniā repelliſtis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad Gentes*. Quibus peractis, Apoſtoli inter ſe Prouincias partiti ſunt, & ad Euangelium gentibus prædicādum profecti. Ita tamen hæc partitio facta eſt, vt nulla certa, & peculiaris prouincia obtigerit Apoſtolo Paulo, quia ad omnes omniū Apoſtolorum prouincias per Spiritum ſanctū ſegregatus fuit, & deſtinatus: vnde & Doctor & magiſter Gentiū in fide, & veritate appellatur. Siquidem prædicauit in ſorte Iacobi filij Zebedæi, quādo Hiſpanias peragrauit: & in ſorte Iacobi fratris Domini, id eſt, in Hieruſalem, verbū Domini proponēdo: & in Achaia, ſorte Andreæ, vbi ſunt Corinthij: denique in Italia, quæ in ſortem Petri ceſſerat, quando vinctus de regno Dei per biennium nemine prohibēte diſſeruit, atque præſentia ſua Romam illuſtrauit. Vbi ergo conſtitutum fuit, Apoſtolos de Hieruſalem ad Gentes diſcedere, tunc per Spiritum ſanctùm ad ſcribendum Euangelium ſunt impulſi.

Hieruſalem olim caput, & fundamētū Eccleſiæ. *Infra 8.* *Infra 13.* Apoſtoli primū ad prędicandū Gētibus quādo perrexerint. *Rom. 1.* *Actor. 13.* *Galat. 1.* *1. Tim. 2.* *2. Tim. 1.* Vbi prędicauerit Paulus. *Rom. 15.* *Ibid. & 2. Corint. 9. & alibi.* *Act. vlt.* Quo tempore, & quo loco ſcripſerint Euangeliſtæ.

Non autem vt vno & eodem tempore, vt Chryſoſtomus, & Hieronymus teſtantur, ſed primus inter omnes Matthęus Euangelium Hebraicis exaratū literis in Hieruſalem, vt ait Athanaſius, Iacobo Epiſcopo Hieroſolymitano & fratribus, q ex Iudaiſmo crediderant, abiturus ad Gentes, tradidit. Porrò Theophylactus in primum caput Matthæi, quem ſequitur Euthymius Ligabonus, octauo anno pōſt Chriſtum in cęlum aſſumptū, in Iudæa refert ſcripſiſſe.

Chryſ. hom. Matth. 1. 10. 2. mit. *Hiero. in Catalog. ſcriptor. Ecleſ. tom. 1.* *Athanaſ. in Synop. 10. vlt.* *Theophyl.* *Euthym.*

Marcus

Chryſ. ibidem. Clem. Alex. lib. 6. Diſput. citatus ab Euſeb. lib. 2. cap. 15 hiſt. Eccle. tom. 1.

Marcus verò poſt decimum annum ab aſſumpto Chriſto, ex ore Petri edoctus, in Aegypto iuxta Chryſoſt. conſcripſit, vel Romæ ſecundùm Clementẽ Stromateum. Lucas verò poſt quindecim an. ad Theophilum fideliſsimum Euãgelium ſuum, in Syria agens, deſtinauit. Poſtremò Ioannes Apoſtolus Epheſi poſt triceſimum ſextum ſcripſit annum.

Opinio Nicephor. Cal. lib. 2. cap. 45. hiſt. Eccleſ. ſere initio.

Nicephorus verò Calliſtus primũ tradit Matthæum quintodecimo poſt Chriſti aſſumptionẽ anno, longo deinde intercedente tempore Marcum, & Lucam Euangelia ſua, iuſſu Petri & Pauli, Ioannem verò poſt triginta ſex à Chriſti aſcenſione annos conſcripſiſſe. Sed age, exactius hęc expẽdamus, & illuſtrium hiſtoricorũ ſententiam ſectemur. Euſeb. Cæſar. lib. 3. cap. 8. ex libro 3. Irenæi Martyris, eo tempore Matthæum ſcripſiſſe Euangelium recenſet, quo Petrus & Paulus in vrbe Roma euangelizabant, & Eccleſię inibi fundamenta iaciebant: at cõſtat ex Actis Apoſtolicis Paulum ſub Nerone Romam veniſſe, quanuis Petrus tempore Claudij prior Romã venerit, teſte Hieronymo.

Opinio Euſebij Cæſarienſ. B. Iren. cap. 1. Act. vlt. Hieron. in Catalogo ſcript. Eccleſ. tom. 1. ſub fin.

Cùm ergo inter decimumoctauũ Tiberij Imp. annum, & inter quartum Neronis fluxerint anni viginti ſeptem, cõſtaret Eccleſiam per totidem annos ſine vllo ſcripto Euangelico, ſed tantùm prędicatione Apoſtolica per verbum accepta permanſiſſe, ſi vera eſſent, quæ docet Irenæus.

Marcus cur ſcripſerit Euangelium. Euſeb. Cæſar. li. 3. c. 8. hiſt. Eccleſ. Epiph. in Hæreſim 51. circa finem.

Matthęum ſecutus eſt Marcus, qui rogatus à Romanis poſt exitum Apoſtolorum, vt ex ſententia Irenæi colligit Euſebius in eodem loco, Euangelium quod Petrus prędicauerat, digeſsit: quod falſum eſſe oſtenditur, ſiquidem Epiphanio teſte agente in Alogianos: *Statim*, inquit, *poſt Matthæum inſecutus eſt Marcus, iuſſus à S. Petro Romæ Euangelium edere: & vbi ſcripſiſſet, mittitur à S. Petro in Aegyptiorum regionem.* Idem etiam alio loco docet Euſebius ex ſentẽtia Papię Hieropolitani: nempe ſuperſtite Petro Marcũ ſcripſiſſe, & eius ſcripturam Petrum comprobaſſe. Ergo Euangelium Marci conſtat publicatum, & receptum in omnibus Eccleſijs ante triceſimum ſextum à Chriſti aſſumptione annum.

Euſeb. lib. 2. hiſt. eccl. c. 15. Papias Hieropolis. Quãdo Marci Euangeliũ ſcriptũ Eccleſiæ Chriſti ſuſceperint omnes. Irenęi, qui tradit poſt Petri, & Pauli Apoſtolorũ exceſſum, Marcũ ſcripſiſſe, improbatur opinio. Euſeb.

Falſum proinde videtur, quod Irenæus loco prædicto tradit: *Poſt horum* (ſcilicet Petri & Pauli Apoſtolorum) *exceſſum Marcus, & diſcipulus, & interpres Petri, & ipſe, quæ annuntiata erant, perſcripta nobis tradidit.* Sic ille. Vt enim ex Papia tradit Euſebius, & Epiphanius, viuente Petro, & ſcriptum, & approbatum fuit Euangelium. Sicut etiam parum cohæret cũ doctrina Patrum, quod

Epiph. dicto loco. Hieron. Euſeb. Athanaſ. Ibidem.

Matthæus ſcripſerit eo tẽpore, quo Petrus Paulus Romæ euangelizabant: id enim non niſi imminente eorum morte ſub Nerone potuit contingere. Et Hieronymus, Euſebius, & Athanaſius tradunt, Matthæum Apoſtolum cùm ad euangelizandum gentibus diſcederet, Euangelium conſcripſiſſe Hebraica lingua, & illud Iacobo fratri Domini, & Hieroſolymorum Epiſcopo legẽdum tradidiſſe: quod nonniſi poſt duodecimum annum à Chriſto in cœlũ aſſumpto euenit. Quod conſonat cum his quæ Euſebius Cæſar. in Chronico ſcribit, Matthæũ in Iudæa primũ ſcripſſe Euangelium anno Claudij Imp. tertio, dum Petrus Antiochenæ præeſſet Eccleſiæ. Sicut rogantibus Romanis Marcus ſcripſit, & Petrus probauit Euangelium, & eum Alexandriam miſit: quod nonniſi quarto, vel quinto anno poſt aduentum Petri in Vrbem contigiſſe videtur, vt inſinuat Euſeb. in Chronico.

Euſeb. tom. 2.

Lucas quando ediderit Euãgelium. Euſeb. tom. 2. Irenæus. Papias.

Lucas verò quo tempore ſcripſerit, dubium eſt: nam id ſilet, & Euſeb. Cæſarienſ. lib. 3. cap. 3. quando de eius Euangelio facit mentionem: Irenæus quoque martyr loco prę fato, ſilẽtio ſupprimit: Papias verò cùm de ſcriptoribus Eccleſiaſticis agit, citaturq; ab Euſebio, tempus quo Lucas ſcripſit, non explicat. Solùm hoc conſtat, quòd ſcripſit, quando multi & aliorum Ieſu Chriſti hiſtoriam nitebantur contexere: quod certè non fuit in Eccleſiæ primordijs.

Luc. Euangelium ante Actus Apoſtolorum, & poſteriorem Epiſtolam ad Corint. editum fuiſſe, probatur ex multis. Act. 1. 2. Cor. 8. Hieron. loco prædicto. B. Ignat. ep. 14. circa fin. Vnde miſſa illa Epiſtola, & per quos, & quãto poſt primam.

Illud conſtanter affirmandum, Lucam prius ſcripſiſſe Euangelium, quàm librum Actuum Apoſtolorũ, in cuius primis verbis Euãgelij iam à ſe ſcripti facit mentionẽ. Similiter priùs ſcripſit Euangelicam hiſtoriam, quã Paulus ſcripſerit ſecundã ad Corinth. epiſtolam, in cuius cap. 8. *Miſimus autem*, inquit, *cum illo* (id eſt Tito) *fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias*, id eſt Lucã, vt teſtatur Hieronymus, & S. Ignatius. Miſſa eſt autem epiſtola illa per Titum, & Lucam ex Philippis Macedoniæ, vt teſtatur & ſubſcriptio Gręca & Syriaca, etiãſi aſſerat miſſam per Titum tantùm, nõ per Lucam, & in Biblijs Latinis ex Troade miſſa dicatur. Et quicquid ſit de loco vnde dictata ſit hæc Epiſtola, certè ipſum eius argumentum teſtatur abunde, non longo poſt priorem tempore miſſam fuiſſe: tum quòd aduentum ſuum ad eos promiſſum prioris Epiſtolæ cap. 4. & 16. excuſat, ca. 1. & 2. poſterioris Epiſtolæ, quem Spiritu nõ permittẽte præſtare non potuit: tum quòd Corinthium inceſtus crimine maculatum, vt Paulo obedirent, à ſe reiecerant & excluſerant: cuius rei gratia eos collaudat, & exemplum quod profert Macedonum, ca. 8.

1. Cor. 4. Infra vlt. 2. Cor. 1. Infra 2.

PROLEGOMENON XXXII.

Cui rationi, aut ſolido fundamento nititur, vt Euangeliſtarum ſcriptis, qui Dominum in terris agentem non viderunt, Marci nempè, & Lucæ, æqua per omnia, ac par fides, atque illorum qui viderunt, Matthæi, & Ioannis, à nobis habeatur.

IN hoc præſenti articulo ille nodus diſſoluendus nobis eſt, Quanam ratione fiat, vt parem, ac per omnia ęqualem fidē Marco, Lucæque Euangeliſtis, qui Dominum non viderunt, habeamus, atque Matthæo, ac Ioāni, qui oculis ſuis perſpexerūt, & manibus ſuis contrectârunt Euangelium? Hanc quæſtionem proponit B. Auguſtinus lib. 1. de Conſen. Euang. c. 1. his verbis: *Inter omnes diuinas autoritates, quæ ſanctis literis continentur, Euangelium meritò excellit, &c. Cuius primi prædicatores Apoſtoli fuerunt, qui Dominum ipſum, & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum etiā præſentem in carne viderunt. Qui non ſolùm ea quæ ex ore eius audita, vel ab illo ſub oculis ſuis operata, dicta, & facta meminerant, verùm etiam quæ priuſquàm illi per diſcipulatum adhæſerant, in eius natiuitate, vel infantia, vel pueritia, diuinitùs geſta, & digna memoria, ſiue ab ipſo, ſiue à parentibus eius, ſiue à quibuſlibet alijs certiſſimis indicijs, & fideliſſimis teſtimonijs requirere, & cognoſcere potuerunt: impoſito ſibi Euangelizandi munere, generi humano annuntiare curârunt. Quorum quidam, hoc eſt Matthæus & Ioannes, etiam ſcripta de illo quæ ſcribenda viſa ſunt, libris ſingulis ediderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendum, & prædicandum Euangelium, intereſſe aliquid vtrùm illi annuntient, qui eundem Dominum hic in carne apparentem diſcipulatu famulante ſecuti ſunt, an ij qui ex illis fideliter comperta crediderunt, diuina prouidentia procuratum eſt per Spiritum ſanctum, vt quibuſdam etiam ex illis, qui primos Apoſtolos ſequebantur, non ſolùm annuntiandi, verùm etiam ſcribendi Euangelium tribueretur autoritas. Hi ſunt, Marcus, & Lucas.*

1. Ioan. 1.

B. Auguſt. tom. 4.

Hieronymus quoq; in procemio Commentariorum ſuorum in Matthæum ſcribit, B. Marcum Petri interpretem, Dominum Saluatorem non vidiſſe, ſed ea quæ magiſtrum audierat prædicantem, iuxta fidem magis geſtorum, quàm ordinem narrauiſſe. Lucam item medicum, & Pauli Apoſtoli diſcipulum, volumen condidiſſe Euangelij, & vt ipſe in procemio confitetur, audita magis quàm viſa deſcripſiſſe:

B. Hieron. to. 9. in princ.

Nos tamen, vt latiùs hunc articulum pertractemus, in primis dicimus, quoſdam ex partibus ſenſiſſe, Marcum, & Lucam inter ſeptuaginta Domini diſcipulos eſſe connumerandos, vt Origenes, Hippolytus martyr in Catalogo ſeptuaginta Domini diſcipulorum, Epiphanius in Hæreſin LI. Theophylactus, Euthymius in præfatione ſuper Lucam ex Origenis ſententia: hi enim omnes Marcum, & Lucam ante Dominicam Paſsionem connumerant inter ſeptuaginta diſcipulos. Idem tradit Dorotheus Epiſcopus Tyri, qui floruit tempore Conſtantini Magni, in Synopſi de vita, ac morte Prophetarum, & Apoſtolorum in fine. Simeon Metaphraſtes diſcipulum Chriſti facit Lucam in vita ipſius, & Nicephorus Calliſtus libro 2. cap. 43. vtrumque diſcipulum Chriſti fuiſſe tradit.

Marcum, & Lucā de 72. Diſcipulis Domini fuiſſe, quidā ex Patribus tradiderunt.

Orig. hom. in Lucam, to. 2.

Referunt etiam in prædictis locis Hippolytus, & Epiphanius, Marcum, & Lucam, ad verba, quæ Chriſtus Dominus cum Capharnaitis diſputans, locutus eſt: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ſcandalum accepiſſe, & à Domino retroceſsiſſe: verùm poſt Chriſti mortem opera Petri Marcum ad fidem reſtitutum: illumque in conſortium ſuum, & miniſterium aſciuiſſe: Lucam verò per Paulum Apoſtolum ad Chriſtum reuocatum, ac in indiuiduum comitem ſibi adiunctum fuiſſe.

Ijdem à Chri ſto olim deficientes, ad Chriſtū quādo fuerint reuerſi, à quibúſq; accepti.

Ioan. 6.

Atque eò fortaſſis Eccleſia ſpectaſſe videtur, cùm in ſacrificijs Lucæ, ac Marco dicatis, Euangelium illud legere conſueuit: *Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos, &c.* inſinuans Marcum, & Lucam ex numero ſeptuaginta duorum Diſcipulorum extitiſſe.

Luc. 10.

Quæ ſi vera ſunt, vt ab his Patribus & doctrina, & antiquitate illuſtribus referuntur, dici non poſſunt hi duo Euangeliſtæ de geſtis Domini Ieſu nihil vidiſſe.

Eoſdem Marcum & Lucā falſo tradi nulla de Chri ſti myſterijs omninò vidiſſe.

Nam Petrus Apoſtolorum princeps dum loco Iudæ Apoſtoli alterum cenſuit ſubſtituendum, qui eſſet ex numero ſeptuaginta Diſcipulorum, ſic locutus eſt: *Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis, vſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius vobiſcum fieri vnum ex iſtis.* Sic ille.

Act. 1.

Si ergo Septuaginta Diſcipuli cum Apoſtolis ſunt congregati ab Initio, id eſt, à baptiſmo Ioannis, certè dici haud poſſunt nihil vidiſſe: multa enim Chriſti geſta videre potuerūt, quamuis Apoſtolis, qui familiariùs cum Chriſto agebant, atque eius lateri perpe-

LXX. Diſcipuli, vt Petrus dixit, quando cum Apoſtolis fuerunt congregati ab initio: Apoſtolos item 72.

tuò

Diſcipulos plura Chriſti myſteria cognouiſſe.
Luc. 6.
Infrà 10.

tuo adhærebant, plura ſpectare datum ſit Nam & paulo antè Diſcipulorum à Chriſto vocationem Apoſtoli iam erant vocati, & Chriſto illa verba apud Ioannem proſerente, Apoſtoli ab eo, veluti Marcus, & Lucas, non retroceſſerunt. Et ob eam cauſam ſorſitan Lucas in prooemio refert ſe accepiſſe Euangelium ab his, qui ab initio ipſi & viderunt, & miniſtri ſuerunt ſermonis. Itaque hoc eſſet inter Apoſtolos, & Marcum, & Lucam diſcrimen, quòd Apoſtoli multo plura viderint quàm Diſclpuli. Deinde etſi concedamus, Marcum, & Lucam Dominum in carne non vidiſſe, nec eius ſermonibus, aut factis adfuiſſe: negari tamen non poteſt, tam Matthæum, quàm Ioannem multa enarràſſe, quæ certè nec viderunt, nec videre potuerunt. Vt ſunt Natiuitas Domini in Betblegem, Magorum adoratio, fuga in Ægyptum, tentatio Domini in deſerto, Angelorumque miniſterium, conuerſatio Domini antequàm Apoſtolos vocaret, ac ſimilia multa. Transfiguratio quoque à Matthæo, Marco, & Luca deſcripta eſt, cui tamen illi non interſuerunt. Pe multa etiam docent, quæ oculis rationis, atque ſapientiæ humanæ apprehendi nequeunt: cuiuſmodi ſunt, Verbi ex Patre æterna generatio, eius deitas, mundi ab eo conditi adminiſtratio, Incarnationis myſterium, occultarum cogitationum inſpectio, cœlorum penetratio, atque ad dexteram Patris ſeſsio: quæ omnia & alia his ſimilia, ſenſu aliquo, aut ratione nequaquàm percipi poſſunt. Non ergo omnia quæ Apoſtoli in Euangelijs tradunt, ab eis viſa ſunt: quemadmodum nec Moſes, dum ſcribit mundi creationem, aut generale diluuium, ac turris Babylonicæ conſtructionem, ac cæteta omnia, quæ in ſacra continentur Geneſi, quicquam vidit eorum, aut vllo modo videre potuit, qui nondum natus erat. Quòd ſi Tito Liuio ab Vrbe condita res geſtas ſcribenti, & bella Punica cum Carthaginenſibus facta enarranti, quibus ille nec interſuit, nec intereſſe potuit, plenam, & indubitatam fidem præſtamus: quid ni ergo & Marco, & Lucæ Chriſti diſcipulis, atque per Spiritum ſanctum dirigentem ſcribentibus habeamus?

Matthæus, & Ioannes à ſe minimè perſpecta quæ nã de Chriſto commemorent.
Luc. 2.
Matth. 2.
Ibidem.
Infrà 4.
Ibidem.
Infrà 17.

Iidẽ quæ tradũt de Chriſto humanã ſuperantia rationem.

Quæ non vidit Moyſes, multa narrauit, quæque potiſſimum alia.
Gen. 1. & ſeq.
Infrà 7. 8.
Infrà 11.

Marco, Lucæque Euangeliſtis audi tu magis quã viſu de Chriſto teſtificantibus, tamen eſſe credendum in omnibus.

Tertiò dicendum, Euangeliſtas nequaquàm ſcripſiſſe velut publicæ fidei tabelliones, ſeu notarios: neque rurſus vt teſtes iuratos, deque iudicis mandato teſtificantes. Non quidem ſcripsére vt notarij, in primis propter magnitudinem rerum, quas enarrant, quæ maiores quidem eſſe non poſsint in ſe ipſis, cum earum plures naturam noſtram longè ſuperent: nobis verò maiores eſſe nequeunt, cùm omne bonum noſtrum in aſſenſu illis præſtando conſiſtat, & totum malum noſtrum in diſſenſu poſitum ſit. Deinde fides, quæ per tabelliones fit, licèt iure neceſſaria exiſtimetur, eo quòd maior haberi nõ poſsit, non tamen ſimpliciter eſt neceſſariò vera, cùm tabelliones & intellectu, & voluntate ſæpè corrumpantur ad falſa teſtificanda, & de falſitate plerunque conuincantur, & cuilibet volenti obijcere contra tabellionem, à iure permittitur: quod longè alienum eſt à Scripturis ſacris, quia impoſsibile eſt earum mẽtiri ſcriptores. Tertiò tabelliones fidem faciunt, quatenùs eorum ſigna cognoſcuntur: per tot autem gentes, ac varias totius orbis partes eſſe aliquot notarios, quorum ſigna, manuſque à cunctis vniuerſi orbis hominibus agnoſcantur, difficillimum profectò, & moraliter, atque humanitùs impoſsibile erat. Nec tantùm notarij quatuor, ſed decem mille in vnum concordantes, & iuris Canonici cæremonias ſeruantes, haud facerent nobis de Euangelio fidem eo modo quo à nobis creditur. Quartò, non poſſunt tabelliones aliquo de negotio fidem publicam facere, niſi quatuor cæremonijs ſeruatis: quarum prima eſt, vt illi ipſi negotio teſtificãdo oculis proprijs, vel auribus adfuerint, vt tutò aſſerere poſsint ſe vidiſſe, aut audiſſe quæ referunt. Deinde apponere teſtes conſueuêre, qui negotio tranſigendo interfuerint: aliàs non eſſet receptum, & approbatum quòd ſcriberent, contraque formam à iure præſcriptam facerent. Tertiò annotare ſolent tempora, id eſt, annum, menſem, & diem. Poſtremò locum, vbi res geſta eſt, diligenter exprimunt. Has autem præſcriptas à iure cæremonias, ac ritus Euangeliſtæ minimè obſeruârunt. Nam Marcus, & Lucas, ſecundùm quoſdam, nihil; ſecundùm alios, pauca viderunt: Matthæus verò, & Ioannes ante vocationem ad Apoſtolatum, geſta Chriſti oculis proprijs haurire non potuerunt: multa item myſteria, poſtquàm ad Apoſtolatum vocati ſunt, & ea quæ in paſsione Domini, & reſurrectione acciderunt, oculis proprijs non proſpexerunt. Ioannes vero bis tantùm teſtatur ſe vidiſſe, nempè in Paſsione Ioan. 19. & poſt Reſurrectionem Ioann. 21. Nullus prętereà ex Euangeliſtis teſtes adhibet nominatos: nam etſi aliquando conciones habitas coram diſcipulis, vel miracula coram populo Iudæorum edita referant: non

I. Ratio ad probandum, Euangeliſtas nequaquàm Euangelium vt notarios conſcripſiſſe.

II. Ratio.

III. Ratio.

IV. Ratio à cæremonijs quatuor ad fidem faciendã, notarijs neceſſariò cõſeruandis.

Euangeliſtæ non vt teſtes de omnibus oculati ſcripſerunt.

Ioan. 19.
Infrà 21.
Teſtes minimè producunt.

eſt tamen hoc citare teſtes. Et quia non nominant certas præſcriptasque perſonas quæ interfuerint, nullam fidem faciunt: ex incerta etenim multitudine fides nulla colligitur. Nam etſi tabellio dicat in tali contractu adſuiſſe mille viros, & nullum ſigillatim nominet, profectò nihil probat: nam ex tali tabellionis aſſertione non poteſt conſtare, ad quem ſit pro fidei veritate accedendum.

Non notant tempora.

Non apponunt etiam temporum notas, & differentias: quia etſi raro quaſdam imperfectas temporis, aut loci qualitates præſcribunt, haud tamen ſufficientes. Quemadmodum Lucas, dum ſcribit: *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, &c.* & dum ait: *In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro*, & reliq.

Luc. 3.

Suprà 1.

In priori teſtimonio Lucas annotauit annum, quo Ioannes cœpit prædicare, non autem menſem, vel diem: in poſteriori teſtimonio menſis tantùm, non annus, diesve præſcribitur.

Non ſignant loca nec exprimunt.

Ac quemadmodum temporum circumſtantias exprimere neglexerunt, ita etiam & locorum. Licèt enim aliquando referant aliquid aliquo loco geſtum, non tamen præciſè annotant locum, ita vt fidem faciant. Nec enim ſatis eſt aſſerere hoc, vel illud in tali vrbe eſſe geſtum, ſed opus eſt in ſingulari certum vrbis locum, & ſignatum deſcribere: verbi gratia, in qua platea, qua in domo ciuitatis hoc, vel illud ſit confectum: nullam igitur cæremoniam à tabellionibus de iure obſeruari ſolitam, Euangeliſtæ obſeruandã ſibi putârunt.

V. Ratio, à teſtimonio Spiritus ſancti firmiſſimo.

Quintò, quando aliquis habet teſtimonia efficacia, & ſolida, fruſtrà laborat circa probationes parùm ſolidas, & quæ reijci poſſunt: at Euangeliſtæ habebant efficaciſſimum Eccleſiæ, ac proinde Spiritus ſancti eam gubernantis, teſtimonium, ideò notariorum cæremonias ac formulas neglexerunt, ne illis nimis inſiſtendo, eorum minueretur autoritas.

Ioan. 5.

Suprà 1.

Quare Chriſtus nõ ſe ab homine dixerit accipere teſtimonium.

Quemadmodum etiam Chriſtus apud Ioannem c. 5. Iudæis obiecit: *Vos miſiſtis*, inquit, *ad Ioannem, & ille teſtimonium perhibuit veritati* (teſtificando me eſſe Meſsiam verum, & Agnum Dei peccata auferentem) *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio* (quaſi non egeam, & quoniam illud poteſt negari, & falſum oſtendi) *Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.* Vbi propter teſtimonium operum ſuorum inuictum, Dominus teſtimonium Ioannis negligere videtur, quia illud humanum erat, & refutari poterat. Euangeliſtæ igitur tanquàm tabelliones Euangelicam Scripturam literis nequaquàm commendârunt.

Non etiam Euangeliſtas vt teſtes ſcripſiſſe, multipliciter oſtenditur.

Rurſus neque vt teſtes conſcripſerunt: quandoquidẽ, nec iurati, nec rogati, nec de mandato iudicis teſtificantur: debuiſſent etiã rebus à ſe teſtificatis ita adfuiſſe, vt viderint quę geſta ſunt, vel audierint quę dicta fuiſſe narrant: debuiſſent quoq; cauſam dicti ſui reddere, aſſerẽdo ſe ſcire illa ꝑ omnia vera eſſe, proptereà quòd illis interfuiſſent. At Euangeliſtę neq; illis quæ enarrãt, ſemper aſtuerunt: & qui adfuêre, non aſſerunt ſe adfuiſſe, & ſic teſtimoniũ eorũ fuiſſet inualidum.

Matth. 1.

Luc. 1.

Ioan. 18.

Suprà 1.

Suprà 7.

Quædam etiam teſtificantur, quæ nec per teſtes, nec per tabelliones, nec per vllam rationem humanam poterãt ſciri: qualia ſunt generatio Chriſti per Spiritum ſanctum ex Virgine: item quòd Ieſus ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe, proceſsit obuiã eis (qui ſcilicet ad ſe venerant in horto comprehendendum:) prętereà quòd ipſe ſciebat quid eſſet in homine: adhæc, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: & Verbum caro factum eſt*, aliaque id genus multa, de quibus non poterant vlla hominum teſtimonia proferri, nec ipſi tanquàm tabelliones vllo modo fidem facere.

Ibidem.

Euangeliſtas vt hiſtoricos tantùm ſcripſiſſe.

Dicendum itaque eſt, Euangeliſtas ſcripſiſſe tanquàm hiſtoriographos, quorum non eſt omnibus quæ enarrant, dum gererentur, interfuiſſe. Nam ſi eſſet neceſſariũ, haud poſſet vllus eſſe hiſtoricus, niſi parui temporis, id eſt, ſuæ tantummodò ætatis, nec illius quidem integræ, cùm ab ea ſubtrahenda foret infantia, & pueritia, totaq; eius vitæ pars, in qua nihil eorũ quę deſcribit, vidiſſet penitùs. Nec Moſes potuiſſet duorũ millium, & eo ampliùs annorum hiſtoriam cõtexere: nec eſſet vel Beroſo, vel Ioſepho, vel Liuio, vel denique vlli excellenti hiſtorico fides nobis habenda.

Ab hiſtorico non ipſa viſio rerum geſtarum, ſed veritas narrationis exigitur.

Quod cùm falſum, & abſurdum ſit, aſſerendum eſt ſatis eſſe hiſtorico, tametſi ea quæ ſcribit, non viderit, ſaltem quòd certus ſit ſe vera, & fide digna narrare. Euangeliſtę autem tam certi erant de veritate eorum quę ſcribebãt, ac ſi ipſi interfuiſſent, & proprijs perſpexiſſent oculis, imò multo plus quàm ſi ipſi vidiſſent.

Euangeliſtarum vnde ſit omnimoda certitudo.

Nam plerumque contingit, vt illi ipſi qui vident, atque oculis ſuis ſpectacula cernunt, aliter tamen atque aliter de re ſenſui ſubiecta iudicantes, inter ſe pugnent: quod quidem aliunde non procedit, quàm quòd exactè & diligenter minutas quasq; contemplari nequeunt circum-

ſtantias:

Suum Lucas Euangelium à quibus ſe dicat accepiſſe.

ſtantias: idcircò in earum narratione, ſicut & in viſione poſſunt errare. At Euangeliſtæ certum, conſtitutumque habebant, quòd nec errabant, neque errare quidem poterant, vnde B. Lucas in Procœmio, ad fidem faciendam, ſe rectè, & perfectè Euangelium ſcribere, non alio nititur fundaméto, quàm quòd ſedulò edoctus erat ab ijs ipſis qui geſta Saluatoris viderant, & miniſtri fuerant ſermonis. Aſpicis hic Euangeliſtã nequaquam producere in teſtimoniũ proprios oculos, verùm alienos Apoſtolorum: quippe Euangeliſtarum fides, & autoritas non propter ipſos, ſiue viderint, ſiue nó viderint, Euangeliſtas habetur, ſed propter ſolidam Eccleſiæ autoritatem, illos nonniſi vera, atque à Deo patefacta ſcripſiſſe teſtificantis, & propterea indubiam fidem, ac firmam illis haberi præcipientis.

Ioan. 20.

Illud porrò dictum: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius*, haud credimus propter ſe, niſi Eccleſia illud ſua autoritate, & ſententia quaſi certum ac indubitatum nobis confirmaſſet.

Dictum Ioãnis, & qui vidit, teſtimonium perhibuit: & ſcimus quia verum eſt teſtimoniũ eius, cui fide digniſſimom. Euangelica, & Apoſtolica doctrina quatenus vera, & à nobis recipienda.

Vbi etiam illud acutè eſt ab aliquo conſideratum, Ioannem perhibere teſtimonium Euangelio, & Eccleſiam illud probare, nam aliàs quorſum illa numeri tam ſubita & inopinata mutatio? *Et ſcimus quia verum eſt*, inquit, *teſtimonium eius*, cùm antè in tertia perſona dixiſſet: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit.*

Nam negamus igitur, Apoſtolos oculis vidiſſe, & manibus contrectaſſe: ſed hæc nobis modò fidem non faciunt indubiam, niſi quatenus ab Eccleſia illa viſio Apoſtolorum, & contrectatio comprobata eſt. Quamobrem Euangeliſtæ nunc nobis fidem non faciunt: ſatis eſt eos fidem ampl[illegible] ipſi Eccleſiæ ab initio feciſſe. Perſuaſerun[illegible] autem illi Eccleſiæ duobus modis. Prim[illegible] quidem per euidentiam rerum, quæ tan[illegible] quam notæ, ac manifeſtæ omnibus fidelibus negari, niſi impudenter, non poterant. Deinde per approbationem Euangelij beati Marci factam à Petro, & Euangelij Lucæ factam à Paulo: quos Petrum & Paulum confirmatos eſſe in gratia, & idcircò in approbatione Euangelij errare non poſſe, ſciebat Eccleſia. Poſtquam autem Eccleſiæ facta eſt fides abundantiſsima, alio non eſt opus ad hoc, vt nos firmiter credamus propter illos quatuor Euangelicę hiſtoriæ ſcriptores, quos nos non nouimus, verùm propter Eccleſiam vniuerſam, in qua exiſtunt innumerabiles hominum myriades, qui idé vno ſenſu teſtificantur. Eſt aũt hæc noſtra Eccleſia eadem numero per continuationem perennem cum ea, quæ tunc erat, quando facta eſt ſibi pleniſsima fides de veritate quatuor Euangeliſtarum. Si autem Eccleſiæ ſecluſo teſtimonio, Euangeliſtæ conſidererítur, quantum ad humani quidem iuris viam attinet, fidem plenã, imò ſemiplenam non faciunt: quia neque vt Notarij, neque vt teſtes rogati, vt ſuprà dictum eſt, teſtificantur. Nobis verò, & Eccleſiæ noſtræ conſtat, Euangeliſtas nonniſi vera ſcripſiſſe propter Eccleſiam præcedẽtem, quæ vſque ad primitiuam continuatur. Atque hoc teſtimonium fortius eſt, & magis inuictum, quàm ſi oculis geſta Chriſti perſpexiſſemus noſtris, aut quàm ſi ipſa autographa Euãgeliſtarum pura, incorruptaque haberemus. Primùm, quia Eccleſia columna eſt, & firmamentum veritatis, corpus Chriſti, & ſponſa eius chariſſima, & cui Chriſtus in æternum permanſurum cum ea Spiritum ſanctũ eſt pollicitus, atque cum illa affuturum ſe omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi promiſit. Credere ergo ſanctam Eccleſiam, omnium articulorum eſt præcipuus, & maximus, quo credito, omnia fide accipiũtur, quæ credenda ſunt: illo verò non credito, nihil profectò ad ſalutẽ creditur. Imò immedicabilis efficitur homo, quia peccat in Spiritum ſanctum Eccleſiam regentem, & illuſtrantem: quod quidem peccatum non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Vnde Auguſtinus in epiſtola quam vocant fundamenti, decantatam illam ſententiam pronuntiauit: *Ego*, inquit, *Euangelio non crederem, niſi me Eccleſia commoueret autoritas.* & Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum: *Habere non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Vox deinde Chriſti Domini eſt: *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum:* quanto ergo magis vbi omnes ſimul congregati in nomine Chriſti? Etenim Eccleſia congregatio fidelium eſt in nomine Chriſti conuocatorum. Ad hæc, tribus teſtibus idem dicẽtibus fides haberi ex iure conſueuit: quanto ergo magis toti Eccleſiæ tantum fideliũ per tot ſecula conſenſum habenti, fidem habere conuenit? Refert etiam Ariſtoteles in libris Ethicorum, id quod ciuitas fama publica celebrat, non eſſe vſquequaq; ſpernendum: quomodò igitur Eccleſiam vniuerſam idem de Chriſto teſtificantem poſſumus ſpernere? Poſtremò tametſi exploratum, & compertum haberemus, quatuor duntaxat Euangelijs fidem eſſe præſtandam, non Euangelio Thomæ, vel Bartholomæi, vel Nicodemi, neſciremus

Apoſtoli & Euangeliſtæ Eccleſiæ perſuaſerũt dupliciter

Euãgeliſtarũ de Chriſto teſtimonium,

qua ratione eſſet infirmũ & inefficax. Eccleſiæ de veritate quatuor Euangeliorum teſtimonium eſſe omni ex parte firmiſſimum.

1. Tim. 3. Coloſſ. 1.

Epheſ. 5. Matth. 14. Matth. 28.

Omnium articulorum principaliſſimus quis.

Matth. 12.

B. Auguſt.

B. Cypr.

Matth. 18.

I I. Ratio.

III. ab Ariſtotelis doctrina. Philoſophus lib. 7. Ethic.

IV. ab incommodis inde prouenientibus tribus.

tamen, an iſti qui circumferútur, eſſent indubitati, ac veri eorum codices, an nó. Deinde & illud ignoraremus, an eſſent ab Hęreticis corrupti, atq; vitiati. Poſtremò, vbi conſtaret, illos eſſe germanos, illorumq́ue codices etiam incorruptos, controuerſia tamen atq; altercatio infinita, & interminata de ſenſu eorum oriretur, niſi Eccleſia hanc ſupremam haberet autoritatem, qua de illorum germano ſenſu atque intellectu dubia emergentia terminare poſſet ac definire. Conſonantia igitur, & concordia totius Eccleſiæ, quod ad nos attinet, de veritate Euangeliorum amplam, & indubitatã fidem facit.

Ethnicorum hominum & ſapientũ omni tempore in idolorum cultu conſenſum, nil contra Eccleſiæ dictam conſenſionẽ prorſus euincere.

Rom. 1.

Quòd ſi obijcias, cõcordiam inter ſe tenuiſſe maximã profanos autores ante Chriſti aduentum: & Sarracenos in Alcorano Mahometi inter ſe conuenire, necnon Hæreticos conſonantiam ſæpè iactare ſolitos, quam inter ſe habent. Reſpondendum eſt, Gentiles plures Deum cognouiſſe, vt teſtatur Paulus ad Romanos, idola tamen coluiſſe, inq́; idolorum cultu maximas inter eos diſſenſiones habuiſſe, dum deos colerent diuerſos. Erat aũt diſſenſio inter plebem ſimplicem, & indoctam, quæ idola ſequebatur, & inter doctos, & graues viros, qui templa atque idola negligebant. Et ſi quandoq́ue venerabantur illa, hoc erat, vel propter conſuetudinem (vt Plato faciebat) non quòd idola deos eſſe putarẽt: vel quòd neceſsitate pœnæ ad illa colenda cogebantur: quemadmodum conſtat de ſtatua Nabuchodonoſor. Deniq; ille idolorum cultus per Apoſtolorum prædicationem euanuit. In Euangelio autem, ac in vno Chriſto, vero Deo colendo ac venerando, conſentiunt omnes, tam docti, quàm indocti, neque alium atque alium Deum adorant, vt illi, neq; alium docti, alium indocti, neque alium tempore pacis, alium tempore perſecutionis, qui vitam potius pro Chriſto exponere glorioſum ducunt, quàm fidẽ eius propter minas, vel promiſsiones perſequentium abiurare.

Viri ſapiẽtes olim idola triplici ex cauſa colebant.

Dan. 3.

Eccleſiæ in Euangelij, & Chriſti veri Dei cultu qualis, & quãta conſenſio.

Saracenus in cultu Mahometi nequaquam inter ſe conuenire.

Ad Mahometum verò dicendum, minimè habere concordiam eorum, qui eius ſectam profitentur. Imò docti inter eos irrident Alcoranum, vt Auerroes, & Auicenna, inter eos ſapientiſsimi habiti. Hic enim de beatitudine melius ſuiſſe philoſophatum Ariſtotelem docet, quã Mahometum, carnis delicias in cibo, & potu, & vſu venereorum poſitas, pro felicitate & beatitudine proponentem. Eiuſmodi etiam ſecta per ſtultos, & ignaros, tam Hæreticos, quã Iudæos, qui libenter ob carnis licentiam errare volunt, initium ſumpſit: quæ etiam non rationibus, aut ſignis, verùm gladio tantùm, qui eſt latronum inſigne, conſeruata eſt, & propagata.

A quibus ſecta Mahometi fœda illa, & impura ortũ habuerit.

Hęreticos omni tempore fuiſſe diſcordes inter ſe, atq; diuiſos.

De Hæreticis verò dicendum, nullam eos vllo vnquam tempore inter ſe habuiſſe concordiam: vt aperte docet Auguſtinus de Donatiſtarũ ſecta, quę poſtquam exorta eſt, in quatuor partes diſſecta fuit. Arrius etiã vnus fuit, & tamen ei⁹ diſcipuli varias fides & Eccleſias tanquã ſectarij conſtituerunt. De nouella Lutheri hæreſi ſatis liquet, illam ab initio vnam fuiſſe, tamen paulò pòſt in Lutheranos, Anabaptiſtas, & Sacramẽtarios, & Svvencfeldianos, fuit diuiſa: ita vt verè, & prudenter dixerit Hilarius: *Diuiſio Hæreticorum, victoria eſt Eccleſiæ.*

Sectæ diuiſio Lutheranæ quadruceps.

Hilar. lib. 7. de Trinit.

Soluitur hoc: Si penes Eccleſiam ſacrorum voluminũ iudicium eſt, diuina igitur ab homine autoritas pendet.

Quòd ſi ſecundò obijcias: Si Eccleſia de libris Canonicis, & eorum germano ſenſu non tantùm teſtificari, ſed etiam iudicare poſſet, abſurdum videretur, quia ſic diuina ab hominibus penderent, & Deus ab homine iudicaretur. Reſpondemus, aliud eſſe, veritatem huius diuinæ Scripturæ pendere à ſenſu, & iudicio Eccleſiæ, quod eſt blaſphemia, aliud verò, quod pro vera & indubitata à nobis habeatur, qui nihil de contentis in ea vidimus: quod ex autoritate & teſtimonio hominum ſapientum, & fide dignorum pendet. Nam, verbi gratia, in hoc ſyllogiſmo, Omne reuelatum à Deo eſt verum: hoc Euangelium eſt de his quæ reuelata ſunt per Deum: ergo hoc Euangelium eſt verum, & idcircò ab omnibus recipiendum: certè maior illa propoſitio nota eſt omni Eccleſiæ in lumine naturali, minor verò aliter erat nota Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, aliter nobis. Nã illis nota erat, quòd cum traditione, quam à Chriſto acceperant, & euidenter veram eſſe ſciebant, conueniebat, atque ideò ſententiam tulerunt, vt pro Diuina reciperetur: traditio verò earum per lumen Fidei à Deo, Filioq́; eius infuſa, eis erat perſpicua, iuxta illud Dilecti diſcipuli: *Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.* Ipſum verò lumen Fidei ex ſeipſo notum erat, nõ quòd ſenſu euidentiæ Apoſtoli ei acquieſcerent, ſed quòd non per aliud, quàm per ſeipſum, lumen Dei verum eſſe agnoſcerent, & verè ſibi reuelatum, nec in eo poſſe decipi: quemadmodum ſenſus viſus non alio ſenſu eget ad videndũ lumen, per quod videt alia, quàm ipſummet lumen, per quod lumen quoque apprehenditur. Eodem modo contingit in cœleſti lumine: aliàs iretur in infinitum in huiuſmodi aſſenſibus. Nobis verò qui Chriſtũ, & Apoſtolos non vidimus, nec vlla ſigna in confirmationem Fidei edita perſpeximus,

Hęc propoſitio: Euangeliũ eſt à Deo reuelatum & verum, vt nota fuit Apoſtolis.

Lumen Fidei per ſe ipſum innoteſcit tantummodò.

1. Ioan. 5.

Exemplũ huius rei in ſenſu viſus.

Quomodo nobis nota eadem propoſitio.

ximus, illa ſecunda propoſitio cognita eſt per fidem, atque explorata. Sancta quippe illa prior Eccleſia poſteritati ſuæ tanquam traditioni Apoſtolicæ conformem illum codicem declarauit, & acceptandum cenſuit: atque ita non accurrendum ad ipſam Scripturam, ne circularem probationem (vt aiunt) faciamus.

Eccleſiæ de libris ſacris, & Canonicis iudicium in quo cõſiſtat.

Iudicium ergo & ſententia Eccleſiæ in accipiendis libris canonicis, haud terminatur ſimpliciter ad veritatem Scripturæ in re ipſa, ita vt veritas ipſius ab hac probatione dependeat. Veritas ſiquidem enuntiationum abſolutè pendet ab obiectis, de quibus enuntiantur: ab eo enim quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel ſalſa, vt dicitur lib. 1. Perihermenias: ſed fuit, vt pro tali habeatur, & recipiatur.

Ariſt. tom. 1.

Qualis Eccleſiæ ſit ea ratio iudicãdi.

Quemadmodum enim Iudices non ſunt ſupra legem, ſed ſub lege, & ſecũdùm legem iudicare iure coguntur: quando verò lite orta inter duos de intelligentia alicuius legis controuertitur, dum iudex pronuntiat ſententiam, ac conſequenter legem declarat, nulla ratione ſuperiorem ſe lege oſtendit, ſed eius legitimum interpretem, ac veri intellectus eius expoſitorem: probat ſe tamen ſuperiorem ad eos qui litigãt, qui eorum ſtare ſententiæ iure compelluntur: ita ſanè Romani Pontifices & Epiſcopi in generali Concilio congregati, non ſunt ſupra Scripturam, verùm ſub illa & iuxta eam controuerſias de Fide, & Religione ortas terminare debent.

Eccleſia, vt Scripturę canonicę, eius intelligentię, ac ſenſus eſt legitima interpres.

Quando ergo Hæreticis cum Catholicis de libro aliquo Canonico, aut de alicuius loci intellectu contendentibus Eccleſia pronuntiat ſententiã, & definit quod tenendum eſt, proculdubiò legitimã verbi Dei ſe interpretem eſſe indicat, atq; oſtendit, ſuperiorem autem nequaquam: benè autem ad Catholicos, & Hæreticos inter ſe certantes ſuperiorem ſe eſſe demonſtrat: nam eius ſententiæ ſtare lege tenentur. Neq; per aliud tribunal cunctæ controuerſiæ terminatæ ſunt, quàm per illud Eccleſiæ Catholicæ, ac orthodoxæ, cuius ſuprema, & ſolida autoritas ſemper agnita fuit à fidelibus.

Euangeliſtis ad ſcribendũ nouam, & peculiarem reuelationem minimè adfuiſſe.

Deinde & illud adiunges, non eſſe neceſſarium concedere omnes Euangeliſtas per nouam, & manifeſtam Spiritus ſancti reuelationem conſcripſiſſe Euangelium, præter eam quæ primitus Apoſtolis per Chriſtum & per Apoſtolos alijs facta eſt: quamquam credendum ſit, non defuiſſe illis Spiritum ſanctum, cuius impulſu animum ad ſcribendum appulerunt, & cuius auxilio ea quæ à Chriſto, vel Apoſtolis acceperant, memoria firmiter tenuerunt, & per eundem fideliter ſcriptis mandarunt: hoc autem docet in primis beatus Lucas in Procemio, dum ait: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi, & viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.*

I. Argum. à Lucæ teſtimonio.

Ex quibus primum deducitur, traditione eorum, qui Chriſtum audierant, aut viderant, vel ab eo proximè acceperant, vt Paulus (qui reuelationem Euangelij ſe immediatè à Chriſto accepiſſe, ad Galatas gloriatur) B. Lucam Euangelium conſcripſiſſe, nec per illuſtrationem ſibi proximè factam ad ſcribendum acceſsiſſe.

Gal. 1.

II. Argum. ab ipſa ratione.

Quorſum enim ſine neceſsitate multiplicanda miracula? aut quorſum per traditionem eorum qui viderunt, & audierunt, Euangelium ſe accepiſſe diceret, ac non potius per propinquam, & nouam Spiritus ſancti illuminationem, ſi illam habuiſſet?

III à Patribus.

Infra 2.

Quid quod B. Paulus cũ Apoſtolis ſuum contulit Euangeliũ, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet.

Id ipſum indicant Patres: nam Tertullianus libro quarto aduerſus Marcionem prope principium: *Propterea*, inquit, *Hieroſolymam aſcendit ad cognoſcendos Apoſtolos, & conſultandos, ne fortè in vacuum cucurriſſet, id eſt, ne non ſecundùm illos credidiſſet, & non ſecundùm illos Euangelizaret. Denique vt cum autoribus contulit: & conuenit de regula fidei, dexteras miſcuere, & exinde officia prædicandi diſtinxerunt, &c. Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ, autoritatem anteceſſorum, & fidei, & prædicationis ſuæ optauit, quanto magis eam Euangelio Lucæ expoſtulem, quæ Euangelio magiſtri eius fuit neceſſaria?* Hæc ille.

Ibidem.

B. Aug. to. 8. D. Hieron. ep. 89. ante med. tom. 2. ſub fin.

Et Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 29. cap. 4. *Si Apoſtolus Paulus non inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euangelium, eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omninò non crederet.* Hiernnymus quoque ad Auguſtinum eadem Apoſtoli verba pertractans: *Ex hoc*, inquit, *oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem prædicandi Euangelij, niſi Petri, & cæterorum Apoſtolorum, qui cum eo erant, fuiſſet ſententia roboratum.* Vides igitur quàm neceſſaria exiſtat Eccleſiæ autoritas, quod ad canonicos libros attinet à nobis acceptandos?

Euſeb. tom. 1.

Idem lib. 3. c. 39. in fin.

Marcus cur Petrum ſequeretur tantummodò, ſecundùm Euſebium.

Ad hæc Euſebius libr. 3. cap. 24. Eccleſ. hiſt. Lucam à Paulo, vel alijs Apoſtolis accepiſſe Euangelium tradit, & idem de Marco recenſet ex ſententia Papiæ Epiſcopı Hierapolitani, ait enim: *Etiam hoc presbyter narrabat, quòd Marcus interpres fuerit Petri; & quæcunque meminerat ab eo dicta conſcripſerit; non tamen per ordinem ea quæ à Domino dicta ſunt, vel facta digeſſerit: quia non ipſe auditor Domini fuerit, vel ſectator, ſed nouiſsimè (vt dixi) Petro adhæſit ad vſum, ac miniſterium prædicandi, non ad conſcribendos Domini ſermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo, quòd ita quædam ſcripſerit, quaſi qui ſparſim audita recordari videatur. Et hoc ſolum ſatis egit, ne quid ex auditis*

omn-

producta, quæ Nouum Teſtamentum ab Apoſtolis & Euangeliſtis ſcriptum ſemper credidit, & credendum propoſuit.

II. Demonſtratio ab Eccleſiæ ſucceſſione perpetua.
Idem Aug. tom. 4.

Secundò probatur corruptum non eſſe Nouum Teſtameotum: quia ſemper & eodem modo eius lectio in Eccleſia continuata eſt. Vnde Auguſtinus libro de Vtilitate credendi, cap. 3. inquit: *Nihil mihi videtur ab eis impudentius dici, vel, vt mitius loquar, incurioſius, & imbecillius, quàm Scripturas diuinas eſſe corruptas: cùm id nullis in tam recenti memoria extantibus exemplaribus poſsint conuincere. Si enim dicerent, eas ſibi penitus accipiendas non putaſſe, quòd ab his eſſent conſcripta, quos verum ſcripſiſſe non arbitrarentur, eſſet vtrumque, tergiuerſatio eorum tectior, vel error humanior.* Sic Auguſtinus. Nam ſi de Nouo Teſtamento loquamur, eodem modo citant, & legunt Irenæus, Terrullianus, Origenes, Cyprianus, atque alij Patres, qui per temporum ſibi inuicem ſuccedentium ſeriem in Eccleſia ſunt ſecuti: ſimul autem omnes iſtos fuiſſe deceptos, atque vnà cum his vniuerſam Eccleſiæ Catholicæ ſucceſsionē per tot annos ſuiſſe deluſam, vt pro incontaminatis corrupta, ſalſataq́; legerit, quis vnquā niſi ex toto impius dixerit?

III. Demonſtratio, à Chriſti promiſſione.
Matth. 28. Ioan. 14.

Tertiò hoc maximè Eccleſia à Chriſto promeruit, cum qua ſe perpetuo permanſurum promiſit, vt eius Scripturæ eſſent intactæ, & incorruptæ. Nam ſine Scripturis veris & germanis Eccleſia nequaquam commodè poſſet conſiſtere. Corruptas ſiquidem & vitiatas in rebus ad fidem ſpectā tibus illas habere, perinde eſt atque Scripturas non habere: at ſine illis Eccleſia eſſe vix poſſet, per quas in fide neceſſariò eruditur, & in moribus inſtruitur.

Falſitas, & corruptas quid habere Scripturas.
Auguſt.

Vnde Auguſtinus prædicto in libro 33. cap. 6. in fine ſic diſputat contra Fauſtum: *Quis tandem tāto furore cæcatur, niſi dæmoniorum mendaciloquorum malitia, atq; fallacia conſentiendo ſubuerſus ſit, qui dicat hoc mereri non potuiſſe Apoſtolorum Eccleſiam, tam fidam, tam numeroſam fratrum concordiam, vt eorum ſcripta fideliter ad poſteros traijcerent, cùm eorum Cathedras vſq; ad præſentes Epiſcopos certiſsima ſucceſsione ſeruârint, cùm hoc qualiumcunq́; hominū ſcriptis ſiue extra Eccleſiam, ſiue in ipſa Eccleſia, tanta felicitate proueniat.* Hactenus ille.

IV. Demonſtratio à graui incommodo.
Idem tom. 2.

Præterea ſi vel minimus aliquis error in Scriptura Noui Teſtamenti admittatur, profectò omnis Inſtrumenti Noui fides, & autoritas adimeretur: quia ſi de vnius partis corruptione ſuſpicari eſt liberum, licebit etiam de cæteris. Quare ad beatum Hieronymum Auguſtinus epiſt. 8. ca. 3. ſapienter ſcripſit: *Mihi videtur exitioſiſsimè credi, aliquod in libris ſanctis eſſe mendacium: id eſt, eos homines, per quos nobis illa Scriptura miniſtrata eſt, atque conſcripta, aliquid in libris ſuis fuiſſe mentitos. Admiſſo enim ſemel in tantum autoritatis faſtigium officioſo aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non vt cuique videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eadem pernicioſiſsima regula ad mentientis autoris conſilium, officiumq́; referatur.* Hucuſque Auguſtinus: quæ tamen confirmari poſſunt Pauli teſtimonio, qui hominis confirmatum teſtamentum neminem poſſe reijcere, aut ſuperordinare teſtatur. Ac vt nimirùm mendacium teſtamenti humani fidem labefactat, multò magis fides Noui Teſtamenti per eiuſmodi mendacia, ac corruptelas periret.

Galat. 3.

V. Demonſtratio ab altero incommodo.

Quintò, ſi vitiata eſſent Nnui Teſtamēti volumina, eadem ratione fides adimeretur non ſolùm cæteris ſacris libris, ſed etiam omnes omnium gentium Scripturæ de autoribus ſuis, ac de rebus in eis exaratis, dubiæ & incertæ redderentur. Quod confirmat Auguſtinus in eodem libro illo contra Fauſtum, cap. 6. dicens: *Quæ vnquam literæ vllum habebunt pondus autoritatis, ſi Euangelica ſi Apoſtolica non habebunt? De quo libro certum erit cuius ſit, ſi literæ quas Apoſtolorum dicit, & tenet Eccleſia, ab ipſis Apoſtolis propagata, & per oēs gentes tanta eminentia declarata, vtrùm Apoſtolorum ſint, incertum eſt?*

Idem prope capitis initi.

VI. Demonſtratio tertiū continēs abſurdum, vel maximum.

Sextò probatur, Euangelium ſcriptum apud nos eſſe incorruprum, omniq́ue ex parte integrum. Nam ſi pro ſua libidine cuique licet probare, vel reijcere librum Noui Teſtamenti, non ſolùm Scripturæ omnes diuinæ, & humanæ, ſed omnis noſtra fides penitus ſubuerteretur. Fides enim noſtra non erit amplius fides captiuans intellectum noſtrum in obſequium verbi diuini, & autoritatis Eccleſiæ, ſed inanis quædā noſtræ phantaſiæ coniectura & opinio. Ex quo Auguſtinus lib. 32. contra Fauſtum ca. 19. hanc deformitatem, & ineptiam obijcit Manichæis: *Videtis ne,* inquit, *id vos agere, vt omnis de medio Scripturarum auferatur autoritas, & ſuus cuique animus autor ſit, quid in quaq́; Scriptura probet, quid improbet: id eſt, vt non autoritati Scripturarū ſubijciatur ad fidem, ſed ſibi Scripturas ipſe ſubijciat: non vt ideò illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi autoritate ſcriptum legitur, ſed ideò rectè ſcriptum videtur, quia hoc illi placuit.*

1. Cor. 10.
B. Auguſt.

VII. & vltima Demonſtratio.

Poſtremò hic maximus error, peſtilentiſsimaq́ue hæreſis dici poteſt. Nam cùm omnes aliæ hæreſes ex ſacris literis confutari poſsint, ſola hæc armis Scripturarum reuinci nequit: quia obijcietur, nec à Chriſto, nec ab Apoſtolis dictum, ſed ab hære-

ticis corruptum quod allegatur: atque ita non tantùm fides Catholica, ſed etiam omnes hæreſes per hunc errorem iugulantur. Si enim, teſte Auguſtino, vt volunt Manichæi, libri Euangelici deprauati ſunt, à Chriſti tempore vſque modò tanta diligentia cuſtoditi, quomodo furtiui Hæreticorum codices, & in antris eorum latitantes modò excuſi, vllam fidem apud homines inuenire poterunt? Rurſus acutè, & diſertè in eos agens, ait: *Quod ergo enim* (ſcilicet Spiritum ſanctum, quo de eſt ibi controuerſia) *Chriſtus miſerit, hoc probate: vnde aſſeritis perſonam veſtri autoris, vel potius decepteris? Reſpondetis ex Euangelio nos probare. Ex quo Euangelio? Quod non totum accipitis, quod falſatum eſſe vos dicitis. Quis ergo teſtem ſuum prius ipſe dicat falſitate eſſe corruptum, & tunc producat ad teſtimonium? Si enim quod vultis ei credimus, & quod non vultis, ei non credimus, iam non illi, ſed vobis credimus. Si autem vobis credere vellemus, teſtem à vobis non exigeremus. Ita ergo aut cogimini veraces illos codices confiteri, & continuò euertent hæreſim veſtram: aut ſi fallaces eos dixeritis, eorum autoritate Paracletum non poteritis aſſerere, & vos euertitis hæreſim veſtram.* Hæc ille doctiſsimus Pater.

Idem lib. 32. cap. 16.

Mirè premit Fauſtum Auguſtinus.

In fine Capitis

I. Ratio recentiorum contra vulgatam Euangeliorũ editionem.

Iam verò argumenta, quæ in contrarium producuntur, facilè eſt refellere, ac diluere. Primò enim arguunt quidam ex Paganis, & Hæreticis ex varia diſſonantia narrationum & ſententiarum inter ſe repugnantia, quàm penes Euangeliſtas non obſcurè cernimus, ita vt nec altera alteri, nec eædem ſibi inuicem conueniant: quod Apoſtolis, & Euangeliſtis tribuere, aliud nõ videatur, quàm bonos calumniari, & concordem Chriſti cœtum in crimen vocare diſcordiæ. Reſpondendum, pleraque talia non ſolùm in ſacris literis, ſed etiam in Philoſophicis, atq; in alijs diſciplinis inueniri, quæ in ſpeciem ſibi contraria eſſe videantur, non tamen propterea improbandi ſunt libri, aut in crimen falſitatis vocandi, verùm diligẽter expendendi, & quid, & quorſum, & quomodo, ac quo tempore dicantur, ponderandi. Nam, vt ille prudenter dixit, Diſtingue tempora, & concordabis Scripturas.

Solutio.

Euangeliſtarum ſi qua eſt diſſonantia, quomodo accipienda.

Dicimus ergo, nullam eſſe ſentẽtiam in Euangelio, quæ alteri prorſus contradicat, ſed ſuum peculiarem ſenſum habere, in quo alteri ſententiæ non repugnat. Atque ita Tertullianus, & Hieronymus, ſed præcipuè Auguſtinus quatuor voluminibus de Euangeliſtarum conſenſu ſcriptis, apparentes Euangeliſtarum diſſonantias, conciliant. Et inter alios Chryſoſtomus præfatione in Matthæum, eleganter in hunc modum ſcribit: *Verùm è contrario, inquit, iſta res accidit: in multis enim diuerſi inter ſe inueniuntur, ac diſſoni. Imò hoc ipſum maximum eſt teſtimonium veritatis. Si enim ex toto, & in omnibus conſonarent, & cum nimia diligentia atque cura vſque ad tempora, ac loca omnia, vſque ad ſingula æqualiter verba concurrerent, nemo inimicorum credidiſſet vnquam, ſed eos communi ad decipiendum conſilio congregatos, quaſi ex humana quadam conſpiratione Euangelium condidiſſe. Non enim ſimplicitatis fuiſſe tam ſolicitam conſonantiam iudicarent. Nunc verò quæ videtur ex rebus exiguis diſſonantia, ab omni illos ſuſpicione defendit, & ſatis clarè ſcribentium exiſtimationem tuetur. Si verò aliquid de temporibus ac locis variè dixerunt, nihil quidem dictorum præiudicat veritati. Sed tamen, prout donauerit Deus, progredientes, etiam iſtud quale ſit, declarare tentabimus: illud poſt hæc quæ diximus poſtulantes, vt diligenter notetis: quia in illis principalibus cauſis, in quibus & vita noſtra, & prædicationis ſumma conſiſtit, nuſquam aliquis illorum vel in minimo diſcrepare conuincitur. Quæ verò ſunt iſta? Quia Deus homo factus eſt, quia mirabilia operatus, quoniam crucifixus, quoniam ſepultus eſt, quoniam reſurrexit, quoniam aſcendit in cœlum, quoniam iudicaturus eſt, quoniam ſalutaria præcepta conſtituit, quoniam non contrariam legem intulit priori, quia Filius Dei eſt, quia vnigenitus, quia eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, & quantacunque ſunt talia. In his quippe omnibus maximam illorum inueniemus eſſe concordiam. Si verò in mirabilibus eligendis non omnes eadem cuncta dixerunt, ſed hic quidem illa, alter verò alia narrauit, nihil te omnino conturbet. Sine enim vnus quilibet vniuerſa dixiſſet, ſuperfluus iam fuiſſet numerus cæterorum: ſiue varia omnes inter ſe ſcripſiſſent, ac noua omnia, nullum potuiſſet cõuenientiæ apparere documentum. Propterea & communiter multa dixerunt, & nihilominus quiſque proprium aliquid, ac ſpeciale conſcripſit, vt neque ſuperfluè, & importunè aliquid videretur adiectum, ſi nihil adderetur noui, nec tota rerum fides adduceretur in dubium, ſi omnia diuerſa dixiſſet.* Hactenus ille ſanctiſsimus, & eloquentiſsimus Pater.

Aug. tom. 4.

Chryſ. hom. 1. in Matth. ſub init. tom. 2. in princ.

Euangeliſtæ ſi in nullo penitus diſſonarent, quid futurum, teſte Chryſoſtomo.

In quibus inter ſe Euangeliſtæ omninò conſonant, atque concordent.

In quibus varient illi, & quamobrẽ.

II. Arg. Manichæorum.

Secundò argumentantur Manichæi ex duplici capite. Primò quidem, quòd perinde ſibi liceat in Nouo Teſtamento quędam accipere, & credere, quędam verò reijcere, & reprobare, quemadmodum Catholicis fas eſt quædam ex Veteri Teſtamento, vt fide indigna abijcere, quędam verò vt probabilia retinere.

Credendorũ de veteri Te-

Sed ſanè nulla eſt comparatio: quia aliud eſt ea credere, quæ de Veteri Teſtamento

Fauſtu

ſtamento, & faciendorum longè diuerſam eſſe rationem.

Fauſtus commemorat, aliud verò ea obſeruare. Nam ſi de fide ſit ſermo, omnia quæ illis io libris continentur, tanquam veriſſima, & vtiliſsima credimus: ſed ſi de eorundem obſeruatione loquamur, docemus nos ea, quæ in illis mandata ſunt, corporali operatione non obſeruari, quia ſcimus congruenter illo tempore, atque illi populo tunc fuiſſe præcepta, & vmbram futurorũ eſſe didicimus, & nunc iam impleri cognouimus.

Hebr. 10.

II. Locus argumentorũ.

Ex alio capite argumentantur, abijcienda eſſe de Nouo Teſtaméto vniuerſa Prophetarum, ac veteris legis teſtimonia: nõ ſolùm quia falsò ac perperam, ſed quia ſuperfluè, & præter rem inſerta ſunt, & ad ſuſpicionem magis, quàm ad fidem lectorem inducunt: quaſi non ſit ſatis ad Euangeliorum autoritatem confirmandam, & fidem nobis faciendam maieſtas filij Dei, operum teſtimonia, & miracula. Reſpondetur ex B. Auguſtini doctrina, libr. 13. in Fauſtum Manichæum, teſtimonia Veteris Teſtamenti, nec falſa, nec ſuperflua eſſe poſſe. Falſa quidem minimè ſunt: quia Paulus (quem maximè Manichæi venerantur, & ſe integrum habere profitentur) pluribus locis teſtatur, omnia Euangelica myſteria à Deo in Scripturis ſanctis per ora Prophetarum fuiſſe promiſſa, ſuperflua verò nequaquam, imò ſummoperè neceſſaria exiſtunt: non quidem quo Chriſti teſtimonium externi teſtimonij autoritate ad ſui ſtabilitatem indigere credamus, aut ei Prophetarum teſtimonia præferamus, ſed ne accepti beneficij immemores Prophetis inueniamur, extinguentes Prophetarum oracula: quorum atteſtatione prædicationem ſuam Apoſtoli nobis veram eſſe demõſtrarunt, & ad fidem Chriſti eorum autoritate inuitàrunt. Item, vt habeamus vnde infideles omnes, tam Hebræos, quàm Gentiles ad Chriſti fidem inuitemus, ſi non reſiſtunt, aut vnde contra eos eandem Chriſti fidem tueamur, ſi contradicant.

Veteris legis ac Prophetarum teſtimonia in Nouo Teſtamento producta, nec falſa eſſe, neque ſuperflua, contra Manichæos. B. Auguſt.

Duplex eorũ teſtimoniorum vtilitas.

III. Locus.

Tertiò obijciunt nobis, Latinam editionem noui Teſtamenti multis mendacijs, & vitijs per interpretis negligentiam eſſe deprauatam, indignamque eſſe, vt B. Hieronymo, viro in linguis doctiſsimo, talem verſionem tribuamus. Reſpondemus, Hieronymum magis veterem illam, & vulgatam noui Teſtamenti editionem emendaſſe, ac Græcorum codicum fidei reſtituiſſe, quàm nouam condidiſſe. Ipſe enim in primis in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum in fine ſcribit ſe nouum Teſtamẽtum Græcæ fidei reddidiſſe. Vetus verò iuxta Hebraicam veritatem tranſtuliſſe: quæ ſanè verba apertè indicant, ipſum poſuiſſe diſcrimẽ inter transferre iuxta Hebraicam veritatem, & reddere Græcæ fidei, ac ob id ſignificaſſe nouum Teſtamentum ſe non de Græco tranſtuliſſe, ſed tantũ correxiſſe. Quod etiam in præfatione Euangeliorum ad Damaſum inſinuat, dicens: *Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Euangeliſtas, quorum ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorum emendata collatione, ſed & veterum. quæ ne multùm à lectionis Latinæ cõſuetudine diſcreparent, ita calamo temperauimus, vt ijs tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant.* Et in præfatione ſeptem epiſtolarum Catholicarum ad Euſtochium ait: *Euangeliſtas dudum ad veritatis (ſcilicet Græcæ) lineam correximus:* ex quibus cõſtare poteſt, Hieronymum potiùs Teſtamentum nouum antea ab alijs verſum emendaſſe, quàm de Græco iterum in Latinum vertiſſe.

Quibus verbis Hierony. non ſe noui Teſtam. editionis vulgatæ autorem oſtendat, ſed eius correctorem fuiſſe. Hieron. tom. 1. in fin.

Idem tom. 3.

Idem in gloſſ. ordin.

Rurſus & illud ſecundò adijcimus, probabile eſſe, ac valde veriſimile, hanc noſtrã editionem eam eſſe, quam Hieron. emendauit: quod ex ipſiſmet emendationibus per Hieronymum factis, & in hũc vſque diem extantibus manifeſtum fit. Ita enim ait in epiſtola ad Marcellum: *Reuertimur ad noſtros bipedes aſellos, & illorum in aure buccina magis quàm cithara concrepamus: illi legant: Spe gaudentes, tempori ſeruientes: nos legamus. Spe gaudentes, Domino ſeruientes. Illi aduerſus presbyterum accuſationem omninò putent recipiendã: nos legamus, Aduerſum presbyterum accuſationem ne receperis, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus: peccantes autem coram omnibus argue. Illis placeat: Humanus ſermo, & omni acceptione dignus, nos cum Græcis, id eſt, cum Apoſtolo, qui Græcè locutus eſt, erremus: Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.* Idem rurſus libro 1. aduerſus Iouin. cap. 7. *Illud breuiter admoneo, in Latinis codicibus hunc locum ita legi: Diuiſa eſt virgo, & mulier: quod quamquam habeat ſuum ſenſum, & à me quoque pro qualitate loci ſit edisſertum ſit; tamen non eſt Apoſtolicæ veritatis: ſiquidem Apoſtolus ita ſcripſit: Et diuiſus eſt.* Sequitur Hieronymus explanans eundem locum: *Hoc autem ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniciam, ſed vt ad id quod honeſtum eſt, & intentè faciat ſeruire Domino abſque vlla diſtractione, vos adhorter.* Hæc omnia verba Apoſtoli ibidem teſtatur Hieronymus in Latinis codicibus ob tranſlationis difficultatem penitus non inueniri: quæ tamen cùm nos hodie habeamus, argumentum eſt hanc noſtram editionem ab eo eſſe emendatam. In præfatione etiam ad epiſtolas Catholicas teſtatur ſe locum illum

Noui Teſtamenti veterẽ illam editionem à Hieronymo reſtitutam, eandem eſſe cum noſtra quæ nũc eſt, vnde colligi facilè poſſit.

Idem ep. 102. tom. 2. in fin.

Rom. 12.

1. Tim. 5.

Supra 1.

Idem eod. ſub initium.

1. Cor. 7.

Idem in gloſſ. ordin.

1. *Ioan.* 5.

apud Ioannem reſtituiſſe: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus*. Cùm ergo hæc omnia, & multa alia bis non diſsimilia, quę conſultò, vt breuitati ſtudeamus, duximus ſupprimenda, quę Hieronymus ſe emendaſſe profitetur; in noſtra editione habeantur, colligimu[s] valde eſſe probabile, ac veroſimile, editionem hanc noſtram illam eandem eſſe, quā correxit Hieronymus.

Si eadem editio eſt hęc noſtra cum illa Hieronymi, cur adhuc tā incorrecta eſt & vitiata, cuius tamē ille in epiſt. Pauli ſcribens, errores ac menda correxit. *Hiero. tom. 3. in fine.* Quænam in prędicta verſione, vt ipſe teſtis eſt, Hieronymus caſtigauerit.

Neq; obſtat his quæ diximus, Hieronymum in Commentarijs ſuis in epiſtolas ad Galatas, Epheſios, Titum, Philemonem, multa verba emendaſſe, & correxiſſe, qua tamen in noſtra hac vulgata, & quam Hieronymus reprehendit, editione nō ſunt emēdata. Breuiter enim dicimus, eiuſmodi cōmentaria longè aut à Hieronymo edita, quā ex mandato Damaſi Papæ nouum Teſtamentum corrigeret. quod patet ex libro de Viris illuſtribus, in quo inter prima opera ſua illos recēſet commētarios, in vltimo verò editionis noui Teſtamenti correctionem collocat. Conſtat autem ex Hierony. verbis ad Damaſum ſcriptis, ſuperiusq; allegatis, illum ita calamo temperaſſe, vt, his tantùm, quę ſenſum videbantur immutare correctis, reliqua manere pateretur vt fuerant. Caſtigauit ergo iunior Hieron. quoſdā loco in Paulo, quos ſenior & maturior, ne nouitate offenderent, noluit caſtigare.

IV Locus argumentorū aduerſus eandem editionem.

Quod verò obijcitur de erroribus, mendis, & ſolœciſmis, hyperbatis, & multis parum accommodate verſis, & minus Latinè expreſsis, obſcurè & ambiguè interpretatis nonnullis ſuperadditis, atque alijs omiſsis, quibuſdam tranſpoſitis, & vitio ſcriptorū deprauatis: reſpōdemus, multos ex noſtris tentaſſe illorum locorum defenſionē perſcribere, neque indoctè, neque ineruditè: quemadmodū Franciſcus Titelmanus, Zegherus, & Lindanus, atq; alij ſuis in nouum Teſtamentum ſcholijs prǽſtiterunt. Multa etenim, quæ ſolœciſmi putantur, per tropos, & ſchemata defendi queūt: multa item menda, incuria, & negligentia librariorum ac typographorum in noſtrum textū irrepſere, quæ nulla ratione ſint interpreti imputanda: multa inſuper, quę aut omiſſa, aut addita exiſtimantur propter codices Græcos, quos iſti noui autores conſuluerunt, tamen reuera nec omiſſa, neque addita iudicari debent: quoniam ipſi codices Græci plerunque variant, & B. Hierony. pluries Latinis codicibus magis fidendū eſſe quàm Græcis incorrectis teſtatur. Ad Dei quoq; prouidentiam ſpectabat, vt Scripturam integram, ac incorruptam ſeruaret in Eccleſia ſua. Cùm autem Eccleſia Dei illa ſit, quę ſub Romano Pontifice Chriſtum agnoſcit, ac profitetur, à qua pluries Græca Eccleſia deſeciſſe dinoſcitur, videtur plus fidei eſſe tribuendum Latinis codicibus, quàm Grę[c]is. Vtcunq; tamen ſit, & leuia quædam ex dictis vitia interpreti noſtro adſcribamus; quod non cenſemus verum; non tamen ex his ſequitur, Eccleſiam vſque in hanc diem nequaquam habuiſſe veram, integram, ac fidelem noui Teſtamenti editionem. Nam licèt in ea huiuſmodi inuenirentur errata, certum eſt tamen, neque in veteri, neque in noua editione aliquid vnquam inuentum, quod fuerit, vel à Chriſtianæ fidei veritate deuium, vel contrarium dogmatibus, ac regulis orthodoxis, vel præter veritatem additum, vel contra veritatem mutatum, vel in prǽiudicium veritatis omiſſum, vel adeò deprauatum, vt occaſionem perniciosè errandi attulerit, vel hęreſibus, ac prauis dogmatibus materiam, fomentumq; præſtiterit: vel ita obſcurè, & ambiguè verſum, vt arcana religionis noſtræ occultauerit, aut minus idoneè, & quantum ſatis eſt ad ſalutē explicauerit. Quas tamen mendas ac deprauationes Hieronymus in veteris ac vulgatę editionis emēdatione ſe cōſultò reliquiſſe teſtatus eſt: nó quòd tot eruditi ac ſancti Eccleſiæ Patres ea errata, vel non agnouerint, vel approbauerint, ſed quia ad ea diſſimulanda iuſtis de cauſis impulſi fuerunt.

Ecclesia Dei quęnam illa.

Vetus editio iā dicta quomodo integra ſemper & incorrupta permanſerit in Eccleſia Dei.

Eccleſia veterem illam editionem retinuit triplici de cauſa.

Primùm, quòd animaduerterent, nihil in fide ac moribus periculi in his tam leuibus erratis imminere. Deinde, ne fideles nimiū exactæ correctionis nouitate offęnderentur, quorū aures vel ab infantia illa vetus editio occupauerat. Poſtremò, vt vetuſtam illam editionē venerarentur, quę naſcentis Eccleſiæ fidem educârat, & creſcētis roborauerat, atq; vt ſanctam & venerandā illam ſimplicitatem antiqui interpretis (qui creditur fuiſſe Lucianus martyr, teſte Nebriſſenſi in Quinquanis) qui non ſermonis ornatum, verùm hiſtoriæ veritatē quæſiuit, ſua ipſorum approbatione honeſtarent, & veſtigia ſuorum maiorum ſequerētur, qui eoſdem errores ſacra quadam pietate ducti tolerarunt, ſanctorū exemplo Apoſtolorū; qui quāquam verſionem L x x. interpretū in multis redundare, & in multis deficere ſcirent, eam tamē minimè contempſerunt, ſed vbique eam prædicarunt, ex eaq; prima fidei noſtræ ſundamenta iecerunt.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Vulgata illa editio ab erroribus, & mendis, de quibus accuſatur, ac defenditur.

Sancti Apoſtoli 70. interpretum verſionem non omninò integram, licèt & incorruptā, cui tamē ſuerint ſecuti.

Temerarium ergo eſt, atque adeò planè hæreticum, propter leues quoſdā defectus, quod in noſtra hac vulgata editione citra vllum fidei, aut morum detrimentum ſatis leuiter notantur, eam ſpernere, & abijcere, vel nouas & profanas in locū eius Hæreticorum

Vulgatā editionem ceu mēdoſam, & imperfectā reſpuētes ac ſubſannātes, quā grauiter peccent.

corum translationes introducere, maximè poſt Tridentini Concilij decretum, quod ſic habet: *Sacroſancta Synodus conſiderans nõ parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus quæ circumferuntur ſacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit, innoteſcat, ſtatuit, & declarat, vt hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſeculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat.* Hactenus ſanctum, & generale Concilium.

Trident. Synod. ſeſſ. 4. Tridentinæ ſynodi de veteri illa editione retinendâ decretū.

Quòd ſi fortè cõtendas, linguarum Hebrææ, atque Græcæ cognitionem per hanc ſacroſancti Tridentini Concilij definitionem prorſus inutilem reddi, reſpondebo, maximas, & copioſas cõmoditates præſtare ad ſcripturas intelligendas donum linguarum, ſi quis eo legitimè vtatur: quẽadmodam Origenem, Euſebium, Hieronymũ, & reliquos Patres, ad multos ſcripturarum locos pleniùs, & apertiùs intelligẽdos, vſos eſſe conſtat. Nam & ad menda corrigẽda, quæ ex incuria typographorũ, ſcribarũve irrepſerunt, vtile inuenitur, & ad vitandũ errorẽ ex ſermonis Latini amphibologia, & ad quædam vocabula Hebraica, vel Græca meliùs percipienda, quę remanſerunt in editione Latina, vel propter ſanctiorem antiquitatis autoritatem ſeruandam, vel propter myſteria inſinuanda, vel quia in linguam alienam commodè nõ transferri poterant: item ad cognoſcenda idiomata, phraſes, & prouerbia linguæ alienæ, atque peregrinæ, & ad ea quę obſcuriùs per interpretem dicta erant, clariùs interpretanda, atq; explicãda, & ad accipiẽdos plures ſenſus Catholicos ex eadem ſcriptura: præſertim cùm apud Hebræos, & Græcos vox eſt æquiuoca, ſeu πολύσημο͂, & ambigua. Nam Latinus interpres vnam ſolam ponere potuit vocis ſignificationem: & denique ad plurimas dictiones explicandas, quæ emphaſim magnã, aut aliq̃ innatam proprietatem penes Hebræos, vel Græcos habẽt, quam Latinus ſermo exprimere nõ valuit. Quæ omnia non eſſet difficilè, neq; inutile exemplis ſuis illuſtrare, ni actum agere videremur, & breuitati conſuleremus.

Hebrææ, & Græcæ linguarũ peritiam multipliciter conferre ad ſacrarũ intelligentiam ſcripturarum.

Qui ſuo potiſſimum id exemplo oobis teſtatũ reliquerint veteres Patres.

Multas ergo commoditates, & vtilitates adferre poteſt accurſus ad exẽplaria Græca in nouo Teſtamento, vel ad Hebræa in Veteri, vt rectè ſuadent Hieronymus, & Auguſtinus, Eccleſiæ lumina: tametſi ad corrigendã noſtram vulgatam editionem quaſi perniciosè in rebus fidei errantem, modò confugere non liceat, dummodo lectio incorrupta habeatur: nam vbi viriata oſtenditur, meritò ad illa cõfugere & poſſumus, & debemus. Olim verò, cùm tempore Hieronymi tot eſſent exemplaria ferè quot codices, nec vlla certa eſſet ab Eccleſia probata, & confirmata, vt nunc per generale œcumenicum Concilium vulgata eſt noſtra comprobata, etiam ad errores pernicioſos corrigendos poterat, & debebat accurri, vt Hieronymus ipſe teſtatur. Atque hæc ſatis de argumento propoſito.

Hierony. in præfat. Euãg. ad Damaſc. tom. 4. Aug. de doct. Chriſt. lib. 2. cap. 2. tom. 3. ſub initium.

Cur olim potius quã modò vetus editio peruenit ad Græcã reſtitui veritatem, & emẽdari.

PROLEGOMENON XXXIV.

Quo loco, & quo tempore Euangelica conſcribi ab Euangeliſtis cœperit hiſtoria.

PRæſenti articulo differendum eſt, quo loco, & præſertim quo tempore diſcipuli Domini codices Euangelicos ſcriptis commendarunt. Nam etſi quod ad vitam attinet, omnes fuerũt æquales, haud tãmen quantum ad ſcriptionem. Dicendum ergo eſt, Chriſto Domino adhuc apud nos in terris agente, nullum Euangelium fuiſſe in lucem editũ. Cùm enim Euangelium dicta & geſta omnia ferè Chriſti contineat, quæ nondum completa erant, quamdiu ille viueret, meritò nullum poterat ſuo tempore conſcribi Euãgelium. Deinde, cùm ad dubia quę emergebant, decidenda Euangeliũ ſit conſcriptũ, & dum Chriſtus inter viuos ageret, per ſe ipſum ſine ſcripto reſoluere omnia poſſet, nulla erat ratio, cur Euangelica doctrina literis mandaretur.

I. Ratio, cur Chriſto viuente nullũ fuerit Euangelium ſcriptum.

II. Ratio.

Nec etiam ad memoriam eorũ quę fide apprehendebãtur. Nam prius fidem introduci in cordibus hominũ oportebat, quam librũ ad memoriam credendorũ conſcribi. Adhæc, dum Dominus vixit, legẽ Moſaicam adhuc vigentẽ ad vnguem ſeruauit: quare rationi non erat conſentaneum, vt ipſo viuente, alia lex noua conſcriberetur, quæ in multis priori repugnare videretur, & cuius autoritati derogatũ quoquo modo cẽſeri poſſet. Tunc verò expediens fuit legẽ ſcripto tradi, quando vetus erat conſummata, & noua obligãdi vim habere incipiebat. Lex tamen noua non eo viuente, verùm poſt mortẽ obligare cępit, vt Apoſtoli definierunt. Præterea, neminem filius Dei, quoad vixit, ad ſcribendum impulit, nec tale aliquod mandatum illis dedit: ante mortem quippè Domini Apoſtoli ſimplices erãt, & imperfecti, nec ea quæ Chriſtus docebat, intelligebãt: vt conſtat de parabolis, quarum explicationem à Chriſto ſæpè petebant. Fermẽtum etiam Phariſę-

III. Ratio.

Matth. 5.

Act. 15. & ſe.

IV. Ratio.

Matth. 13. & ſeq.

Infra 15. Infra 16. Luc. 18. Ioan. 16. V. Ratio. *Luc. vlt. Ioan. 2.*

rum apud Matthæum non intellexerũt: & verbum de morte, & paſſione Chriſti erat abſconditum ab eis, vt teſtatur Lucas, nec intelligebant verba Domini iuxta Ioannẽ: *Modicum & iam non videbitis me: & iterũ modicum & videbitis me; quia vado ad Patrẽ.* Multa etiam ſunt, quæ nonniſi poſt Domini à mortuis reſurrectionẽ, & poſtquam aperuit illis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas, perceperunt: vt illud; *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Non erant ergo ad ſcribendum maturi, & idonei diſcipuli, dum Chriſtus cum eis verſabatur.

Cur ſtatim à Chriſto in cœlũ aſſumpto opus Euangelio ſcripto non fuerit. *Act. 15. & ſe.*

Poſt mortem verò Chriſti, eiuſq; in cœlum aſſumptionem, nõ opus fuit ſtatim libros conſcribi. Nam cùm Apoſtoli omnes eo tempore ſimul in Hieruſalem, & in Iudæa verſarentur, dubia, & cõtrouerſiæ circa fidem exortę facilè poterant eorũ autoritate explicari? ſicut factũ eſt in quæſtione illa de legalium ceremoniarũ obſeruantia quæ per illos ſapienter, ac iuxta Dei ſpiritum terminata eſt. Fideles etiam cùm recentẽ haberent eorum, quæ tum Chriſtus tum fecit, & dixit, tum fieri mandauit, memoriam, codicibus haud indigebant.

Apoſtoli cur ad prædicandũ Euãgelio ſcripto minimè indiguerint.

Ad prædicandum item, Euangelio ſcripto minimè opus erat; cùm Apoſtoli duntaxat, & diſcipuli Domini eo tempore cõcionarentur, & illud in cordib' ſuis ab Spiritu ſancto impreſſum, & ſcriptum ad fidem propagandam conſeruarent. Cùm verò poſt aliquot annos Apoſtolis ad Gentes per Euãgelium ad Chriſtum vocandas migrandum fuit; poſtquam in Iudæa, & locis finitimis, id eſt, in Samaria prædicatum fuit; tunc ad ſcribendum nonnullos vocauit Spiritus ſanctus.

Actor. 1. B. Cur ab Hieruſalem ſumendum fuerit exordiũ Euangelicæ prædicationis.

Quæ vt apertiùs intelligantur, conſiderandum eſt, Dominum antequã in cœlum ſe reciperet, Apoſtolis edixiſſe: *Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ.* Apoſtoli verò vt huic Chriſti verbo morẽ gererent, eundem à Chriſto præſcriptum ordinem ſibi in prædicatione tenendum putarunt. Etenim primùm in eo loco, vbi prędicauerat Chriſtus, & ſanguinem ſuum fuderat, fundandã eius Eccleſiã procurarunt; quatenus ſuper Chriſtum conſtructa, atque ab eius dictis, & factis originẽ videretur ſumpſiſſe. Nam ei facili' erat eo in loco fundamenta Eccleſiæ naſcentis ponere, vbi Dominũ multi viderãt, & vtiliter etiam audierant: *Matth. 15.* cùm præcipuè Dominus veniſſe ſe aſſeruerit propter oues, q̃ perierunt domus Iſrael. Vbi etiam ſemel fundata, conſtitutaq; Eccleſia, debebat Prophetæ Iſaiæ oraculũ impleri: *Iſai. 2. C.* *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.* Nam Gentiles videntes Chriſtũ homicidis, & crucifixoribus ſuis pepercisse, magnam poterant ſpem concipere de bona Dei volũtate ad ſuam ipſorũ ſalutem expectandam, & ipſi ad accipiendum Euangelium magna confidentia erigebantur. *Luc. 23. E.* Quamobrem Apoſtoli oẽs primo in Hieruſalem prædicauerunt, vt habes ca. 2. & 4. libri Actuum Apoſtolorũ & quando conſtituerunt ad viduarum miniſterium Diaconos, dixit in perſona eorum Petrus: *Act. 6. & ſeq.* *Nos verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus.* Poſtea verò miſerunt quoſdam ex Diſcipulis, qui per totam Iudæam verbũ Dei diſſeminarent; ac ipſi interim in Hieruſalem morabantur, tanquã in capite, & fundamento Eccleſiæ, ſoli verò Diſcipuli de mandato Apoſtolorũ per Iudæam diſcurrebant, vt conſtat ex ca. 8. eiuſdẽ libri: nam & in Samariã deſtinarunt Petrũ & Ioannẽ, qui Spiritum ſanctũ manuum impoſitione credentibus in nomine Ieſu Domini cõtulerũt. Deinceps Iudæis Euangelium repudiantibus, Paulus inquit: *Vobis oportebat primum loqui verbũ Dei: ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad Gentes.* Quibus peractis, Apoſtoli inter ſe Prouincias partiti ſunt, & ad Euangelium gentibus prædicãdum profecti. Ita tamen hæc partitio facta eſt, vt nulla certa, & peculiaris prouincia obtigerit Apoſtolo Paulo, quia ad omnes omniũ Apoſtolorum prouincias per Spiritum ſanctũ ſegregatus fuit, & deſtinatus: vnde & Doctor & magiſter Gentiũ in fide, & veritate appellatur. Siquidem prædicauit in ſorte Iacobi filij Zebedæi, quãdo Hiſpanias peragrauit: & in ſorte Iacobi fratris Domini, id eſt, in Hieruſalem, verbũ Domini proponẽdo: & in Achaia, ſorte Andreæ, vbi ſunt Corinthij: denique in Italia, quæ in ſortem Petri ceſſerat, quando vinctus de regno Dei per biennium nemine prohibẽte diſſeruit, atque præſentia ſua Romam illuſtrauit. Vbi ergo conſtitutum fuit, Apoſtolos de Hieruſalem ad Gentes diſcedere, tunc per Spiritum ſanctùm ad ſcribendum Euangelium ſunt impulſi.

Hieruſalem olim caput, & fundamẽtũ Eccleſiæ. *Infra 8.* *Infra 13.*

Apoſtoli primũ ad prędicandũ Gẽtibus quãdo perrexerint. *Rom. 1. Actor. 13. Galat. 1. 1. Tim. 2. 2. Tim. 1.*

Vbi prędicauerit Paulus. *Rom. 15. Ibid. & 2. Corint. 9. & alibi. Act. vlt.*

Quo tempore, & quo loco ſcripſerint Euangeliſtæ.

Non autem vt vno & eodem tempore, vt Chryſoſtomus, & Hieronymus teſtantur, ſed primus inter omnes Matthęus Euangelium Hebraicis exaratũ literis in Hieruſalem, vt ait Athanaſius, Iacobo Epiſcopo Hieroſolymitano & fratribus, q ex Iudaiſmo crediderant, abiturus ad Gentes, tradidit. Porrò Theophylactus in primum caput Matthæi, quem ſequitur Euthymius Ligabonus, octauo anno pòſt Chriſtum in cęlum aſſumptũ, in Iudæa refert ſcripſiſſe.

Chryſ. hom. in Matth. 1. to. 2. init. Hiero. in Catalog. ſcriptor. Ecleſ. tom. 1. Athanaſ. in Synop. to. vlt. Theophyl. Euthym.

Chryſ. ibidem. Clem. Alex. lib. 6. Diſput. citatus ab Euſeb. lib. 2. cap. 15 hiſt. Eccle. tom. 1.

Marcus verò poſt decimum annum ab aſſumpto Chriſto, ex ore Petri edoctus, in Aegypto iuxta Chryſoſt. conſcripſit, vel Romæ ſecundùm Clementẽ Stromateum. Lucas verò poſt quindecim an. ad Theophilum fideliſsimum Euãgelium ſuum, in Syria agens, deſtinauit. Poſtremò Ioannes Apoſtolus Epheſi poſt triceſimum ſextum ſcripſit annum.

I I. opinio Nicephor. Cal. lib. 2. cap. 45. hiſt. Eccleſ. ferè initio.

Nicephorus verò Calliſtus primũ tradit Matthæum quintodecimo poſt Chriſti aſſumptionẽ anno, longo deinde intercedente tempore Marcum, & Lucam Euangelia ſua, iuſſu Petri & Pauli, Ioannem verò poſt triginta ſex à Chriſti aſcenſione annos conſcripſiſſe. Sed age, exactius hęc expẽdamus, & illuſtrium hiſtoricorũ ſententiam ſectemur. Euſeb. Cæſar. lib. 3. cap. 8. ex libro 3. Irenæi Martyris, eo tempore Matthæum ſcripſiſſe Euangelium recenſet, quo Petrus & Paulus in vrbe Roma euangelizabant, & Eccleſię inibi fundamenta iaciebant: at cõſtat ex Actis Apoſtolicis Paulum ſub Nerone Romam veniſſe, quamuis Petrus tempore Claudij prior Romã venerit, teſte Hieronymo.

I I I. opinio Euſebij Cæſarienſ. B. Iren. cap. 1. Act. vlt. Hieron. in Catalogo ſcript. Eccleſ. tom. 1. ſub fin.

Cùm ergo inter decimumoctauũ Tiberij Imp. annum, & inter quartum Neronis fluxerint anni viginti ſeptem, cõſtaret Eccleſiam per totidem annos ſine vllo ſcripto Euangelico, ſed tantùm prędicatione Apoſtolica per verbum accepta permanſiſſe, ſi vera eſſent, quæ docet Irenæus.

Marcus cur ſcripſerit Euangelium. *Euſeb. Cæſar. li. 3. c. 8. hiſt. Eccleſ. Epiph. in Hæreſim 51. circa finem.*

Matthęum ſecutus eſt Marcus, qui rogatus à Romanis poſt exitum Apoſtolorum, vt ex ſententia Irenæi colligit Euſebius in eodem loco, Euangelium quod Petrus prędicauerat, digeſsit: quod falſum eſſe oſtenditur, ſiquidem Epiphanio teſte agente in Alogianos: *Statim*, inquit, *poſt Matthæum inſecutus eſt Marcus, iuſſus à S. Petro Romæ Euangelium edere: & vbi ſcripſiſſet, mittitur à S. Petro in Aegyptiorum regionem.* Idem etiam alio loco docet Euſebius ex ſentẽtia Papię Hieropolitani: nempe ſuperſtite Petro Marcũ ſcripſiſſe, & eius ſcripturam Petrum comprobaſſe. Ergo Euangelium Marci conſtat publicatum, & receptum in omnibus Eccleſijs ante triceſimum ſextum à Chriſti aſſumptione annum.

Euſeb. lib. 2. hiſt. eccl. c. 15. Papias Hieropolis. Quãdo Marci Euangeliũ ſcriptũ Eccleſiæ Chriſti ſuſceperint omnes.

Irenęi, qui tradit poſt Petri, & Pauli Apoſtolorũ exceſſum, Marcũ ſcripſiſſe, improbatur opinio. *Euſeb.*

Falſum proinde videtur, quod Irenæus loco prædicto tradit: *Poſt horum* (ſcilicet Petri & Pauli Apoſtolorum) *exceſſum Marcus, & diſcipulus, & interpres Petri, & ipſe, quæ annuntiata erant, perſcripta nobis tradidit.* Sic ille. Vt enim ex Papia tradit Euſebius, & Epiphanius, viuente Petro, & ſcriptum, & approbatum fuit Euangelium. Sicut etiam parum cohæret cũ doctrina Patrum, quod Matthæus ſcripſerit eo tẽpore, quo Petrus Paulus Romæ euangelizabant: id enim non niſi imminente eorum morte ſub Nerone potuit contingere. Et Hieronymus, Euſebius, & Athanaſius tradunt, Matthæum Apoſtolum cùm ad euangelizandum gentibus diſcederet, Euangelium conſcripſiſſe Hebraica lingua, & illud Iacobo fratri Domini, & Hieroſolymorum Epiſcopo legẽdum tradidiſſe: quod nonniſi poſt duodecimum annum à Chriſto in cœlũ aſſumpto euenit. Quod conſonat cum his quæ Euſebius Cæſar. in Chronico ſcribit, Matthæũ in Iudæa primũ ſcripſſe Euangelium anno Claudij Imp. tertio, dum Petrus Antiochenæ præeſſet Eccleſiæ. Sicut rogantibus Romanis Marcus ſcripſit, & Petrus probauit Euangelium, & eum Alexandriam miſit: quod nonniſi quarto, vel quinto anno poſt aduentum Petri in Vrbem contigiſſe videtur, vt inſinuat Euſeb. in Chronico.

Epiph. dictis locis. Hieron. Euſeb. Athanaſ. Ibidem. Euſeb. tom. 2.

Lucas quando ediderit Euãgelium. *Euſeb. tom. 2. Irenæus. Papias.*

Lucas verò quo tempore ſcripſerit, dubium eſt: nam id ſilet, & Euſeb. Cæſarienſ. lib. 3. cap. 3. quando de eius Euangelio facit mentionem: Irenæus quoque martyr loco prędicto, ſilẽtio ſupprimit: Papias verò cùm de ſcriptoribus Eccleſiaſticis agit, citaturq́; ab Euſebio, tempus quo Lucas ſcripſit, non explicat. Solùm hoc conſtat, quòd ſcripſit, quando multi & aliorum Ieſu Chriſti hiſtoriam nitebantur contexere: quod certè non fuit in Eccleſiæ primordijs.

Luc. Euangelium ante Actus Apoſtolorum, & poſteriorem Epiſtolam ad Corint. editum fuiſſe, probatur ex multis. *Act. 1. 2. Cor. 8. Hieron. loco prædicto. B. Ignat. ep. 14. circa fin.* Vnde miſſa illa Epiſtola, & per quos, & quãto poſt primam.

Illud conſtanter affirmandum, Lucam prius ſcripſiſſe Euangelium, quàm librum Actuum Apoſtolorũ, in cuius primis verbis Euãgelij iam à ſe ſcripti facit mentionẽ. Similiter prius ſcripſit Euangelicam hiſtoriam, quã Paulus ſcripſerit ſecundã ad Corinth. epiſtolam, in cuius cap. 8. *Miſimus autem*, inquit, *cum illo* (id eſt Tito) *fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias*, id eſt Lucã, vt teſtatur Hieronymus, & S. Ignatius. Miſſa eſt autem epiſtola illa per Titum, & Lucam ex Philippis Macedoniæ, vt teſtatur & ſubſcriptio Gręca & Syriaca, etiãſi aſſerat miſſam per Titum tantùm, nõ per Lucam, & in Biblijs Latinis ex Troade miſſa dicatur. Et quicquid ſit de loco vnde dictata ſit hæc Epiſtola, certè ipſum eius argumentum teſtatur abunde, non longo poſt priorem tempore miſſam fuiſſe: tum quòd aduentum ſuum ad eos promiſſum prioris Epiſtolæ cap. 4. & 16. excuſat, ca. 1. & 2. poſterioris Epiſtolæ, quem Spiritu nõ permittẽte præſtare non potuit: tum quòd Corinthium inceſtus crimine maculatum, vt Paulo obedirent, à ſe reiecerant & excluſerant: cuius rei gratia eos collaudat, & exemplum quod profert Macedonum, ca. 8.

1. Cor. 4. Infra vlt. 2. Cor. 1. Infra 2.

Infra 8. *Infra 9.* *Supra 8.*

& 9. ſatis indicat, ex Macedonia potius, quã ex Troade miſſam: & c. 8. declarat, Titum non ſine Luca miſſum fuiſſe ab Apoſtolo Corinthum. Denique paucis poſt priorem ad Corinthios annis ſcriptam fuiſſe poſteriorem ad eoſdem, conſtat: imò videtur ſcripta anno vno elapſo à priori Epiſtola, quia capite 8. ſcribit omnes cœpiſſe velle largiri ab anno ſuperiori: in priori verò Epiſtola cap. 17. collectæ illius meminit, quo tempore iam celebris erat Lucas conſcriptione Euangelij, & elapſi iam paulò plures quàm viginti à Chriſto in cælum ſubducto anni.

Quomodo Lucas nouẽ mẽſibus ante Matthæum ſcripſerit, ſecundùm Epiphanium. *Luc. 1.* *Matt. 1. & ſe.*

Illud tamen quod Epiphanius in Hæreſim L1. dixit: Lucam ſcripſiſſe per nouem menſes ante Matthæum, hoc modo intelligendum eſt, quòd Lucas conceptionẽ Chriſti deſcripſerit, quæ per nouem menſes natiuitatem, à qua exorditur Matthæus, præceſsit.

Sententiæ Theophylac. quindecimo poſt Chriſti aſcenſionem anno Lucam ſcripſiſſe, ma opponitur. Probabilior opinio.

Theophylactus verò ſuper Matth. aſſerit, eũ decimoquinto anno à Chriſto in cęlum ſublato ſcripſiſſe. Sed quia teſtimonio aliquo antiquitatis nõ probat; licebit etiam opinari, illum poſt Matth. & Marcum ſcripſiſſe. Tum quia multa videtur ſupplere, q̃ alij amiſerunt: tum etiam quia à tota Eccleſia, & Patribus tertio loco iuxta Matthęum & Marcum, & ante Ioannem eius ſcriptura recenſetur. Poteſt ergo dici tertium eius Euangelium in ordine: vel quia poſt alios duos priores ſcripſit; vel quia primitus ab eo ſcriptum Euangelium, tertio loco ab Eccleſia receptum fuit.

Quãdo ſcripſerit B. Ioannes. *Euſeb. lib. 3. c. 24. hiſt. Eccl. circa med. tom. 1.*

Ioãnes verò, teſte Euſebio, vltimus ſcripſit, qui ait: *Ioannem verò tradunt vſq; ad vltimum penè vitæ ſuæ tempus, abſq; vllius Scripturæ indicijs Euangelium prædicaſſe. Sed cùm horum trium Euangeliorum etiam ad ipſum notitia perueniſſet, probaſſe quidem dicitur fidem, & veritatem dictorũ; deeſſe tamen vidit aliqua, & ea maximè, quæ primo prædicationis ſuo tempore Dominus geſſerat.* Ac Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſ. Euangelium contra Hebionem & Cherinthum ſcripſiſſe tradit. De tempore verò præciſo ait Epiphanius loco citato: *Quapropter cogit ſanctus Spiritus Ioannem recuſantem Euangelium annuntiare ob metum, & humilitatem in ſenecta ipſius, poſt nonaginta annos vitæ eius, poſt reuerſionẽ ipſius à Patmo, quæ facta eſt ſub Claudio Cæſare, videtur poſt quam multos annos in Aſia tranſegiſſet, Euangelium exponere.* Hæc ille. Vbi quod dixit, Sub Claudio Cæſare, videtur aut lapſu memoriæ, aut ſcribarum errore poſitum pro, ſub Nerua Cæſare, ſub quo conſtat Ioannẽ ab exilio reuocatum fuiſſe. Obijt aũt anno ſexageſimo octauo poſt paſsionem Domini, vt aſſerũt omnes, cùm Traianus iam rerum potiretur: quare ante ſexaginta annos à morte Chriſti Ioannes non poterat ſcribere, iuxta Epiphanium.

Hiero. tom. 1. poſt med.

Dictum Epiphanij, Ioannẽ ſub Claudio Cæſare ab exilio reuocatũ, quomodo corrigendum.

Ioannes qñ defunctus.

Alia opinio de tempore quo Ioannes Euangelium ſcripſit. *Beda tom. 5.* *Haymo Epiſcopus.* *Dorotheus.* *Apoc. 1.* *Prochorus.* *Act. 6.*

Beda verò presbyter ſuper vltimum caput Ioãnis refert illum ſcripſiſſe poſt ſexaginta quinque annos à Chriſti aſcenſione. Cuius ſententiam ſequitur Haymo Alberſten. Idem quoque ſenſit Dorotheus in Synopſi, vbi refert à Traiano Ioannem in inſulam Patmon relegatum propter verbum Domini: vbi etiam ſanctum Euangelium ſuum cõſcripſit. Etſi inferius dicat ſub Domitiano Veſpaſiani filio, non ſub Traiano in inſulam Patmon relegatum. Prochorus quoque, qui fuit vnus è ſeptem Diaconis, in lib. de vita & aſſumptione Ioan. Euang. cap. 36. idem conteſtatur, nimirùm poſt reditum è Patmo conſcripſiſſe Euangelium.

Idoneis illa & Patrum teſtimonijs, & rationibus confutatur.

Dionyſ. Areopag. epiſt. 10. de B. Ioanne, deq; eius Euangelio quale teſtimoniũ ferat.

Verùm ſi alios Patres conſulamus, non tam tardè acceſsit Ioannes ad conſcribendum Euangelium. Sanè priora teſtimonia non eſſe ſatis certa, conuincit epiſt. Dionyſij Areopagitę ad Ioãnem in exilio ſcripta, in qua Ioannem appellat ſolem Euangelij; & Euangelium quod ſcripſerat, vocat memoriam, & renouationem veræ Theologiæ. Item Clemens, qui extinctus fuit ſub Domitiano, lib. 2. de Conſtitutionibus Apoſtol. cap. 61. ſub initium ita habet: *Diaconus, vel Presbyter legat Euangelia, quæ ego, Matthæus, & Ioannes vobis tradidimus, & cooperatores Pauli, Lucas & Marcus accepta vobis reliquerunt.* Hæc ille. Conſtat autem Ioannem ad Traiani tempora perueniſſe; quare Clemens legere, & noſſe potuit Euangelium Ioannis, quod ipſe commemorat in vltimo Canone Apoſtolorum. Hieronymus quoque aſſerit, Ioannem rogatu Epiſcoporum Aſiæ Euangelium ſcripſiſſe contra Cherintum: At Clemens lib. 6. de Conſtitut. Apoſtol. meminit Cherinti, Marci, Menandri, & Baſilidis; quorum hæreſes Irenæus lib. 1. commemorat: quòd ſi Clemens tempore fuit Cherinti, potuit videre Euangelium Ioannis contra Cherintum. Epiphanius quoque hæreſi 28. refert Cherintum fuiſſe vnum ex his, qui fratres Antiochiæ ad ſeruandam circumciſionem, & legem Moyſis commouerant. Act. 15. fuiſſe etiam vnum illorum, qui reſtiterunt Petro, cùm iuit ad Cornelium, & dixerunt: *Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis?* Et huius virulentam doctrinam ait Epiphanius multum viguiſſe in Aſia. Euſebius quoque lib. 3. cap. 28. eius hæreſim exponit: & anno decimoquarto Domitiani, Ioannem miſſum in exilium, in quo ſcripſit Apocalypſin: & ſtatim capite proximo

Clem. Rom. *Hiero. in Catalogo ſcript. Eccleſ. tom. 1.* *Clem. Rom.* *D. Irenæus.* *Epiphan.*

De Cherinto qualia memorentur ab Epiphanio. *Act. 15.* *Supra 15.* *Supra 10.* *Euſeb. tom. 1.*

ſequen-

ſequenti, id eſt 29. ſcribit, dicens: *Sed & alia hæreſis quæ appellatur Nicolaitarum, per pauca tempora viguit.* Græcus codex habet, *Paulò poſt.* Fuit autem Nicolaus, vnus ex ſeptem Diaconis. Poſt duos autem annos à miſsione in exiliū ſucceſsit Nerua Imperator, qui vno anno imperauit, & Domitiani acta reſcidit, & exules reuocati ſunt, & reuerſus eſt Ioannes Epheſum, vbi & mortuus eſt in principio imperij Traiani anno 68. poſt paſsionem Chriſti, vt ait Hieronymus. Apocalypſin ergo tempore vltimæ ſenectæ ſcripſit, non autem Euangelium. Scripſit quidem Epheſi Euangelium, ſed antequàm mitteretur in exiliū, non poſtquàm redijt.

Act. 6.

Ioānes quando ſcripſerit diuinam Apocal.

Hieron. vbi ſup. productum eſt.

Ad hæc, ſi poſt Euāgelia Matthæi, Marci, & Lucæ qui vidit, & probauit, & ab alijs prætermiſſa, quæ ſcilicet Dominus antequàm Ioannes in carcerem ab Herode traderetur, geſsit, ſupplere voluit, & cōtra hęreſim Cherinthi ſcribere, quomodo eſt veriſimile tam multis annis poſt aliorum Euangeliſtarum ſcripta, & poſt hæreſim Cherinti ante annos ampliùs quadraginta ortam, ad extremum imperij Domitiani ſcriptionem differre voluiſſe? Nam à ſexto anno Claudij, quo Romæ expugnatus eſt Simon magus à Petro, & Iudæi, & Chriſtiani ab Vrbe pulſi, tunc Simonis ſucceſſores, ex quibus vnus fuit Cherintus: Irenæo autore, ſuas hęreſes diſſeminare cœperūt: quomodo ergo tot annorum curriculo nō potuit, aut Ioannes ſcribere Euangelium, aut Clemens Euangelium eius videre, aut Petrus qui mortuus fuit vltim. anno Neronis, cùm à Simone ſuperato fluxerint ad 14. annum Neronis anni viginti duo? Quare veriſimile eſt Ioannem poſt alios quidē ſcripſiſſe, ſed non tam tardè, vt priores Patres tradunt. Ad hæc Euſeb. li. 5. hiſto. Eccl. narrat, Thraſeam quendam martyrem fuiſſe, qui quaſi ex traditione priorum ſe accepiſſe aſſeruit, Saluatorem præcepiſſe Apoſtolis, ne ante duodecimum annum ex Hieroſolymis diſcederent. Quæ ſententia ſi vera eſt, cùm Matthęus abiturus ad Gentes, fratribus, qui ex Iudæis crediderant, tradiderit ſcriptum Euangelium, conſequitur, ante duodecimum annum nullum fuiſſe ſcripto proditum Euangelium. Hæc ſunt, quæ de tempore quo Euangeliſtæ ſcripſerunt, ex lectione Patrum, vt in medium proferrem, digna mihi viſa ſunt.

Prædictæ opinionis incommoda.

Act. 18.

B. Irenæ. li. 1. aduerſus Valentinianum.

Euſeb. c. 18. in fin.

Quod verò Auguſt. lib. 1. de conſen. Euangeliſtarum c. 1. & 2. tradit, Marcum Matthęum fuiſſe ſubſecutum tanquàm pediſſequum, & eius breuiatorem: & Chryſoſt. in Matthęum: *Marcus autem,* inquit, *compendioſa poſt illum cucurrit via, vtpotè qui iam ab alio dicta, & manifeſtata replicaret: Lucas ſanè non modò texit generationum catalogum, verùm etiam pluribus eum texit extendendo nominibus: quippe qui Matthæi ſcriptione præuētus, ampliùs aliquid docere nos ſtudeat. Suum enim quiſque diuerſo modo eſt imitatus magiſtrū. Marcus quidem Petrum verborū paucitate gaudentem; Lucas verò Paulum, fluminum copiam vbertate loquendi ſuperantem.* Hæc ille. Hoc ita nos interpretamur, quòd Euangelium vt ex ore Petri acceperat, ſcripſit Marcus minimè intendēs Matthæum abbreuiare. Ille quippe abbreuiare dicitur alterum, qui eadem refert, compendio tamen, verbisq́; paucioribus. Marcus autem in quibuſdam nihil in compēdium redegit, ſed omiſit penitùs: vt quæ duobus primis capitibus continentur Matthæi. Addit prætereà Marcus quædā, quæ non attigit Matthæus; vt de ſurdo, & muto ſanato circa fines Decapoleos, & de adoleſcente, qui reiecta ſindone Ieſum ligatum ſecutus eſt, & alia pleraque. Deinde Matthæus non erat adeo longus in narratione, vt epitome indigeret: nam abbreuiatio longis tractatibus ſolet adhiberi. Lucas & ipſe egeret abbreuiatione, quippe qui in quibuſdā æquè longus eſt, vel fortaſſis longior, quàm Matthæus. Item quoniam abbreuiatio per omiſſionem rectè fieri poteſt his in rebus, quæ non ſunt admodum vtiles, quo maiorē laborem, ac moleſtiam quàm fructum homines effugere valeant; illa tamē quæ Matthæus expreſsit, & Marcus ſilentio ſuppreſsit, æquè vtilia ſunt, & ſalutem promouentia, atq; reliqua omnia. Ad hæc, ſi breuiator eſſet, efficeretur vt iā non quatuor, ſed tres tantùm eſſent Euangeliſtæ. Quod ergo Auguſt. Matthæi breuiatorem dicit eſſe Marcum; intellige ob id eſſe dictum, quia Marcus breue ſcripſit Euangelium: quod quidem reſpectu Euangelij à Matthęo conditi, cōpendium quoddam, ſeu abbreuiatio eſſe videatur. Ac potiùs dicitur abbreuiator Matthęi, quàm Lucæ, quia Lucas nondum ſcripſerat, vt Matthæus: quod verò nondum eſt, nec dilatari, nec breuius effici poteſt. Marcus item magis conuenit cum Matthęo, quàm cum Luca, vt ea ratione breuiator atq; contractor illius meritò dici poſsit.

Quæ mens Auguſtini fuerit, Chryſoſtomiq́; dicentium, Matthęi Marcum breuiatorem fuiſſe.

Auguſt. 10. 4. Chryſoſt. hom. in Matth. 4. 10. 2. in princ. Luc. 3. & ſeq.

Abbreuiare quis quempiā dicatur.

Marc. 7. Infrà 14.

Rationes ad probandum, Matthæi breuiatorem Marcum minimè fuiſſe, aliquot adferuntur.

Matthæi potiùs quàm Lucę breuiator cur Marcus dicatur.

Illud quoq; diligenter annotandum eſt poſteriores Euāgeliſtas, qui cæterorum libros viderunt, animum pręcipuè adieciſſe ad ea ſupplenda, quæ priores omiſerunt, vt teſtatur Hieron. ea tamen omnia, quæ anteriores ſcripſerant, nō putârunt eſſe repetenda. Alioqui poſteriores prioribus longiores eſſent, quod eſt manifeſtè falſum; ſed ea tantum ſuppleuerunt, quæ in alijs

Poſteriores Euangeliſtæ quæ priores omiſiſſent, ea in primis ſupplere ſtuduerunt, teſte Hieron.

Hieronym.

Matth. 22.
Ibidem.

deſiderabantur. Quæ verò ſcripta abundè erant, poſteriores tacent: vt de adoratione Magorum, & cæde Innocentium, quam ſolus narrat Matthæus. Ioannes verò, qui vltimo loco ſcripſit, & aliorum Euangelia legit, & probauit, multa, imò ferè omnia quæ in alijs deerant, vel deſiderari potuerant, amplè præſtitit: quędam porrò à reliquis enarrata repetit, vt circūſtantias quaſdam ab illis omiſſis adiungat. Atque de his hactenùs.

Ioannes interdum, aliorum Euangeliſtarum dicta cur repetat.

PROLEGOMENON XXXVI.

Qua lingua, quove idiomate Euangelia ab initio per ipſos quatuor Euangeliſtas literis conſignata ſunt.

TRACTANDVM illud eſt, nec ſine fructu, vt ſpero, quo idiomate, quave lingua Euangelia ſint ab initio literis commendata. Et primo quidem loco de Euangelio Matthæi dicendum; ſecundo, de illo Marci; tertio loco de Lucæ, Ioannisq; Euangelijs.

Matthæum Hebraicè ſuum ſcripſiſſe Euangelium, probatur ex Patribus.

In primis igitur, vt à Matthæo exordiamur, omnium veterum Patrum conſenſus, atq; traditio continet, Matthæū Hebręum Hebraica lingua ad Hebræorum fidelium conſolationem, & doctrinam ſcripſiſſe Euangelium. Hoc enim Papias Iōannis Euangeliſtæ diſcipulus affirmat, vt Euſebius tradit lib. 3. hiſtor. Eccleſ. Hoc ipſum ex Pantæno conſtat: nam vt Hieronymus in lib. de ſcriptor. Eccleſ. refert, cùm à Demetrio Alexandriæ Epiſcopo ad prædicādum Indis Pantænus deſtinatus eſſet, Euangelium ſecundùm Matthæu literis Hebraicis ſcriptum prædicauit, ipſumque reuertens Alexandriam ſecum retulit. Rurſus Irenęus li. 3. c. 1. conteſtatur illud ipſum, atq; eius verba Euſebius lib. 5. c. 8. hiſtor. Eccleſ. refert, Origenes quoque ſuper Matthæum idem confirmat, vt etiam lib. 6. hiſtor. Eccleſ. ca. 18. tradit Euſebius. Ad hæc Dorotheus, & Athanaſius idem aſtruunt. Epiphanius hęreſi 29. in fine ſic habent: *Habent autem Matthæi Euangelium perfectiſſimum Hebraicè. Apud ipſos enim hoc clarè, quemadmodū ab initio ſcriptum eſt, Hebraicis literis, adhuc ſeruatur.* Idem contra Hebioneos Hæreſi 30. enarrans Ioſephi Comitis ex Iudæo facti Chriſtiani hiſtoriam, refert, dictum Ioſephum quandam Gazophylacij domum, obſecratum aperuiſſe, in qua non pecunias, ſed libros inuenit pecunijs præſtantiores, nempè Euangelium ſecundùm Ioannem, de Græca lingua in Hebræam tranſlatum: reperit & Actus Apoſtolorum: quin & Euangelium ſecundùm Matthæum, Hebraicam plantam. Rurſus Hæreſi 51. contra Alogianos circa principium id ipſum tertiò aſſeuerat. Hieronym. in prologo ad Damaſum ſuper Euangelia, & in Præfatione ſuper Matthęum, & in prologo Commentariorum in eundem Euangeliſtam, idem perpetuò docet. Rurſus in lib. de Eccleſiaſticis ſcriptorib. & in ca. 6. Iſaiæ ſcribit, Pamphilū martyrem in Bibliotheca Cæſarien. illud Hebraicè ſcriptum habuiſſe, ſe etiam illud vidiſſe teſtatur, & ſibi à Nazaræis in Berœa ciuitate Syriæ ad tranſcribendum fuiſſe traditum: quin etiam plerumq; citat Hebraicum textum Matthæi, vt in Epiſt. ad Damaſum de voce Oſanna, & in cap. 2. Matthęi, & in epiſtola ad Hedibiam. Auguſtin⁹ li. 1. de Conſen. Euangel. ca. 2. etiam huic ſentētiæ ſubſcribit; Chryſoſt. quoq;, ac Theophylact. & Euthymius, & quis non? Cùm ergo vniuerſi Patres tā conſtanter hoc aſſerant, qua conſtantia affirmare ſolent alia dogmata Fidei, nec aliquando dictum reuocaſſe inueniantur; nec ſit ratio, vel autoritas quæ oppoſitum aſſerat: temerarium profectò fuit, & nouitatem Hæreticis gratam ſapit, tantorum Doctorum torrenti ſe opponere, & contrarium ſentire.

Euſeb. c. vlt. tom. 2. Hieronym. to. 1.
B. Irenæus.
Orig. tom. 2.
Dorothe. in ſynopſi.
Mag. Athanaſ. in ſynopſi ſcripturarum tom. vlt.
Epiphan.
Idem.
Hieron. to. 3.
Idem tom. 9. initio.
Idem tom. 1.
Idem tom. 5. in princ.
Idem in epiſt. 145 tom. 3.
Idem epiſt. 150. ad Hedib. q. 4. 10. eodem.
B. Aug. tom. 3. circa med.
Chryſoſt. homil. in Matth. 1. ante demed. tom. 2. init.
Theophyl. et Euthym. in eundem.
Nouitate Heretici maximè delectantur.

I. ratio eandē traditionem confirmans.

Non deſunt etiam probabiles rationes, quæ hanc traditionem comprobent atque confirment. Etenim in primis ſpectabat ad prouidentiam Dei, vt ſicut Hebræis prius eſt ſermone Hebræo Euangelium prædicatum, ita quoq; Hebraicè primò ſcriberetur, vt boni & fideles proficerent in Chriſto, impij verò, & infideles inexcuſabiles redderentur, quòd audire primi, vt decebat, noluerunt Euangelicam doctrinam. Dein, cùm Matthęus eſſet Hebręus, ex Hebræis, & ad Hebræos Euangelium ſcriberet, vt omnes docēt, & ipſe Hebraico idiomate, cum quo lac ſuxerat, potentius, & facilius ſcribere poſſet; & Hebræi meliùs, ac dulciùs Chriſti dogmata ſua lingua tradita, quàm peregrino ſermone intelligerēt: profectò aſſerere illum Hebręo idiomate non ſcripſiſſe, ſed Græco, eſt facere illum blennum, & ſtolidum, qui, quod facilè poſſet expediri, atq; citiùs intelligi, duriùs tamen & difficiliùs, id eſt peregrina lingua ſcribere maluerit. Quocircà non abs re ait Lucas de B. Paulo, quod cùm audiſſent eum Hebræa lingua loquentem, magis præſtiterūt ſilentium, vt habes Acto. 22. cap.

Act. 13.
II. ratio.

Matthæum aſſerentes Græco, non Hebræo ſermone conſcripſiſſe Euangelium, qualem illū facere videantur.

Act. 22.

Hæc autem ratio conuincit, etiam epiſtolam ad Hebræos Hebraico ſermone cōſcriptam. Nam & Hieronymus in lib. ſcriptorum Eccleſiaſticorum de Paulo ſermonem faciens, ſic habet: *Vel certè quia Paulus*

Pauli epiſtolam ad Hebræos vnde quidam probabiliter aſſerant Hebræo ſcriptā fuiſſe.

ſcribe-

Hieron. to. 1. circa finem.

ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis titulũ in principio ſalutationis amputauerint. Scripſerat autem vt Hebræus Hebraicè, id eſt, ſuo eloquio diſertiſsimè, vt ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum. Hactenus ille.

Niceph. Calliſt.

Eam epiſtolam qui Græcam fecerint teſte Nicephoro.

Idé enim ex ſententia Clementis Alexandrini euincit Calliſtus Nicephorus lib. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 34. ſubditque ipſam ad Hebræos Epiſtolã à Luca, ambitioſa ſplendidè verſam lingua, & Græcis expoſitam.

Græcè conſcripta, & nõ Hebraicè exaratã fuiſſe qui tenent, quib. rationibus adducantur.

Alij tamen, ne quid diſsimulem, putant, Epiſtolam ad Hebræos Græcè ab ipſo Apoſtolo Paulo conſcriptam fuiſſe: quemadmodum Iacobus Apoſtolus, & B. Petrus Hebręi, Epiſtolas ſuas Canonicas ad Iudęos diſperſos, non Hebræo, ſed Græco ſermone conſcripſerunt. Tum quòd eo tempore notior eſſet lingua Græca, quàm Hebræa: tũ quod Græca lingua conſcriptas in Synagogis legerent Scripturas: tũ maximè quòd teſtimonia Prophetica ex lectione Septuaginta interpretum profert, non ex Hebræa veritate: tum denique quòd eiuſmodi epiſtola alicubi extaret, ſi Hebræa dialecto ſcripſiſſet. Lege quæ B. Hieron. in cap. 6. Iſaiæ de epiſtola Pauli ad Hebræos ſcripſit.

Hieron. to. 5. in princip.

Epiſtola ad Hebræos cur accuratius ſcripta quam cęteræ, atque magnificentius.

¶ Quod verò in hac eloquentior, quã in cæteris epiſtolis Apoſtolus extiterit, non tam tribuendũ eſt Paulo elegantiùs in propria lingua loquenti, quàm amanuenſi erudito, & eloquenti, quo in ſcribendo vſus fuit. Hæc mihi probabiliter dicta ſint de hac epiſtola, ita vt iudicium liberũ permittam prudenti lectori, vt diſcernat quid ſit veriſimilius, & rationi magis conſentaneum.

III. Ratio.

Tertiò, quemadmodũ vetus lex Hebraico idiomate primò per Moſen tradita fuit, deinde per Septuaginta interpretes ex Hebræo in Græcam linguam conuerſa, atque ex ea rurſus in ſermonẽ traducta Latinum, atque interpretata: ita ſanè decentiſsimum fuit, vt res ipſa figurata, id eſt, Euangelium, ſermone Hebræo explicaretur, deinde verò & Græco, & Latino traderetur eloquio.

IV. Ratio.

Ioan. 19.

Dominicæ crucis trilinguis ſuperſcriptio quid præſignauerit.

Quartò, titulus Cruci ſuperpoſitus, Hebraicis, Græcis atque Latinis ſcriptus fuit literis, in eoque illæ tres linguæ ſanctiòcatæ; ad inſinuandum omnibus linguis Euangelium eſſe tradendum, & omnium nationum literis conſignandum: ſeruato etiam ordine, ita vt primò exponeretur in idiomate Hebræo.

V. Ratio.

Hieron. to. 9. in princip.

Aliter Matthæus quam cæteri Euangeliſtæ, veteres producit Scriptores.

Quintò conſtat ex B. Hieronymi ſententia in prologo ſuper Matthæum, ſolùm inter quatuor Euangeliſtas Matthæum, cum ex Veteri Teſtamento aliquod teſtimonium profert, illud iuxta Hebraicam veritatem producere; reliquos verò vt plurimum iuxta Septuaginta interpretum editionem. Hoc autem diſcrimen alia ratione conſtare vix poſſet, niſi quia hic Hebraicè, cæteri verò Græcè, aut Latinè ſcripſerunt. Etſi oppoſitum doceat B. Irenæus martyr lib. 3. cap. 25. & nonnulli loci qui omninò ex lectione Septuaginta interpretum producti ſunt.

D. Irenæus.

VI. Ratio.

Sextò, ſcribunt Patres veteres, hunc librum ex Hebræo in Græcum ſermonem fuiſſe conuerſum.

I. Opinio de Euangelio Matthæi, à quo fuerit Græcè conuerſum.

Theophyl.

Altera Theodori lectoris, atque Nicephori.

Niceph. Calliſt. lib. 6. cap. 37.

Quanquã verò Hieron. in prologo ſuper Matthæum teſtetur non ſatis eſſe certum, quis eum de Hebræo in Græcum tranſtulerit, Græci tamen quidam, antiquique codices Euangelij ſecundũ Matthæum, atque Theophylactus in cap. 2. eiuſdẽ affirmant, per B. Ioannem Euangeliſtam fuiſſe tranſlatum. Attamen Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorum ſuorum, & Nicephorus nõ obſcurè innouare videntur per Barnabam Apoſtolum in Græcũ conuerſum. Hæc enim ſunt Theodori verba: *Reliquia Barnaba Apoſt. inuenta ſunt in Cypro ſub arboreceratea habentes ſub pectore Euangelium Matth. manu ipſius Barnaba ſcriptum. Qua occaſione Cyprij victores euaſerunt, vt Metropolis ipſorũ liberum habeat Epiſcopatum, nec Antiocheni Epiſcopi iuriſdictioni ſubdatur. Euangelium autẽ illud Zenõ Auguſtus in palatio ſuo reſeruauit.* Hactenus ille. Quamuis Odo Treuerenſis Archiepiſcopus ſuo in Martyrologio ſcribat, Euangelium Hebraicis, nõ Gręcis characteribus ſcriptum, ipſo Barnaba reuelante, tempore Zenonis fuiſſe repertum.

Odonis Treuerenſis obſeruatio.

III. Opinio B. Athanaſij tomo vlt.

¶ Athanaſius tamen in Synopſi in fine ſic habet: *Euangelium ſecundùm Matthæum, ab ipſo Matthæo Hebraica dialecto cõſcriptum eſt, & editum Hieroſolymis, & interpretante Iacobo fratre Domini ſecundum carnẽ expoſitum.* Sic ille. Sanè hic labor quærendi interpretem Matthæi, vanus, inutiliſque eſſet, ſi non Hebraicè, ſed Græcè ſcripſiſſet. Quanquàm non ignorem, poſſe etiam Græca in Hebræa transferri, vt de Euangelio Ioannis, Actiſque Apoſtolorũ in loco ſuperiori teſtatus eſt Epiphanius.

Rationes in contrarium proponũtur, ac diluuntur.

I. Ratio Caietani.

Sed iam expendamus argumenta, quæ in contrarium Eraſmus, & Caietanus, atq; eos ſecuti Anabaptiſtæ protulerunt, illaq; nullius ponderis ac momẽti eſſe oſtendamus. ¶ Primò Caietanus argumentatur ratione, qua, vt ait, eius intellectus conuincitur. Nã ſi Hebraicè Matthæus ſcripſiſſet, in 1. cap. vbi dicitur: *Et vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod eſt interpretatũ Nobiſcum Deus,* Hebraicè dixiſſet, Emmanuel, quod eſt interpretatum Emmanuel, vbi idẽ per idẽ nugatoriè expoſuiſſet. Sed huic argumẽto duplex adhibetur reſponſio: altera eſt, ignoraſſe illos qui hæc obijciunt, prædictas Hebræorũ nomi-

Iſai. 7.

Prima ſolutio.

Hebræorum quorundam interpretationes nominum apud Moyſen.

nominum interpretationes non eſſe ipſorũ auctorum, qui ſcribunt, ſed ab interprete eſſe additas, vt illas verbis Græcis explicarent: quod frequenter factum, ex alijs Scripturæ locis oſtenditur. Nam Geneſ. 31. Galaad exponitur ab interprete, *id eſt, Tumulus teſtis*. & Geneſ. 35. Ben-oni, & Ben-Iamin interpretatur, *Filius doloris mei, & Filius dextera*. Itẽ Exod. 12. exponitur: *Phaſe, id eſt tranſitus) Domini:* atq; Exod. 16. explicatur, *Manhu (quod ſignificat, Quid eſt hoc?)* & hoc prudenter factum eſt, quia eiuſmodi erant voces myſterij: neq; tamẽ in textu Hebręo tales interpretationes inueniuntur. Si quid ergo argumentũ Caietani valeret, conuinceret, libros Geneſ. atque Exodi nequaquã fuiſſe lingua Hebraica à Moyſe cõſcriptos: quod eſt inſanum vel cogitare. Sunt ergo illæ interpretationes nominum, interpretum adiectiones ipſorum. Nam & Ioannes c. 1. verba Chriſti referens: *Tu vocaberis Cephas*; addit de ſuo: *quod interpretatur Petrus*: & Apoſtolorum ibidem verba recenſens, *Rabbi, vbi habitas?* adiunxit de proprio (*quod dicitur interpretatũ Magiſter*) Ac rurſus quando Andreas dixit Simoni, *Inuenimus Meſsiã, quod eſt interpretatum, Chriſtus*. Chriſti item verbis apud Ioan. c. 9. *Vade, laua in natatoria Siloë*, propria ex officina appoſuit, *quod interpretatur Miſſus*. Hoc ipſum aliquando Apoſtolos factitaſſe, teſtatur B. Hieronym. lib. de optimo genere interpretandi. Siquidem Marcus cap. 5. refert, Dominum puellæ ſuſcitandæ dixiſſe: *Talitha cumi, quod eſt interpretatum, Puella (tibi dico) ſurge:* In cuius ſententiæ Chriſti interpretatione duo verba de ſuo addidit Marcus, nempè (*tibi dico*) quemadmodum & Septuaginta interpretes in primo verſu Pſalm. 21. tria verba propria autoritate, maioris claritatis gratia addiderunt: *Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti?* vbi illa verba, *reſpice in me*, ab eis ſunt textui Hebraico addita.

Hebræa nomina cur reddita ab interprete.

Ioan. 1. Hebraicarũ quoq; vocũ interpretationum in Euangelio exempla nonnulla.

Ioan. 9.

B. Hieron. epiſt. 101. tom. 2. in fine.

Marc. 5. Additio quędam LXX. interpretum ad textum Hebræum.

Pſalm. 21.

II. Solutio, Emmanuel quib. dictionibus conſtet. El Hebræis multa ſignificat.

Altera verò reſponſio eſt, quod cum verbum Emmanuel cõſtet ex tribus dictionibus, vt in Hebræa lingua periti nouerunt, quarum vltima eſt El, quę in Hebręo multa ſignificata complectitur: ſignificat enim tum Deum, tum Fortem, ſcriptum cum Sore, hoc eſt cum duobus punctis, hoc modo .., & dicitur motio longa; tum Iſtum, ſcriptum cum Zegol, id eſt, tribus punctis, & dicitur motio breuis. Vnde Euſeb. lib. 10. de Demonſtratione Euangelica ex Aquilæ verſione: *Eli, interpretatur fortis meus; in hoc verſu, Eli, Eli, Sabachthani* Qui ergo audiebant vocem Emmanuel, poterant intelligere, Nobiſcum Deus, vel Nobiſcum fortis, vel Nobiſcum iſte: quã vocis ambiguitatẽ potuit Matthæus explicare per verbũ Adonai, vel Iehouah, quod tantùm Deum ſignificat: quod ipſum & in illo Domini clamore contigiſſe potuit. Cùm enim non purè Hebraicè, ſed Chaldaicè vel Syriacè Dominus clamauerit, non fuit extra rem Matthæum Chaldaicè prolatũ ſermonem Elhoi Elhoi Lama ſchabactani Hebraico, & antiquo idiomate, in quo Moyſes & Prophetæ vt plurimum ſcripſerunt, explicare dicendo: *Eli, Eli, Lammaſabatani*; ſic enim in vetuſtis, & correctis exemplaribus haberi, annotarunt docti in lingua Hebræa, & eruditi. Vtraque verò lectio, & Syriaca Marci, & Hebręa Matthęi, propter myſterium interpretationem Græcam ab ipſis Euangeliſtis Chriſti clamorem deſcribentibus meritò accepit.

Euſeb. Demonſt. 9. circa princip. to. 1.

Matth. 27. Nomen Emmanuel quibus duabus vocibus Hebręis reſpondeat.

Is locus Matthæ 27. Eli, Eli, Lammaſabacthani, quomodo corrigendus ſecundũ eruditos.

Secundò argumentatur Eraſmus, Hieronymum nõ vidiſſe hoc Euangelium in Hebræo, quia nõ correxiſſet Euangelium hoc ad Græcam veritatem, vt in Præfatione Euangeliorum ad Damaſum Papam teſtatur, ſed ad Hebraicam, ſi talis vlla extaret. Reſpondemus, apertè falſum eſſe quod aſſumitur. Nã lib. de viris illuſtr. refert, Pamphilum Martyrem hunc codicẽ Hebræum in ſua Bibliotheca repoſuiſſe, & ſe ibi eum vidiſſe: & in Iſaiam teſtificatur ſibi illum à Nazaræis traditum ad tranſcribendum.

II. Argum. Eraſmi.

B. Hieronym. tom. 3.

Idem tom. 1.

Idem in c. 6. Iſai. tom. 6.

Quòd ergo Nouum Teſtamentum ad Græcam veritatẽ ſe correxiſſe aſſerat; hoc ideò dixit, quia ferè totum Nouum Teſtamentum Græcè fuit ſcriptum; & quia ita Damaſus illi iniunxerat correctionẽ iuxta Græcorũ codicum fidem. Et fortè ſi Euangelium Matthæi autographum excidiſſet, obtinuerat iam Græcum exemplar fidem, & auctoritatem, vt per illud meritò corrigerentur Latina exemplaria.

Hieronymi, quam ipſe profitetur, Noui Teſtamenti ad Græcam veritatem correctio quomodo capienda.

Tertiò argumentatur Eraſmus, ſtylum Marci proximè accedere ad illũ Matthæi, & cum illo valde conuenire; atque ideò ſi Marcus Græcè ſcripſit, ergo etiam Matth.

III. Argum. eiuſdem.

At nihil mirum eſt in ſtylo illos cõuenire, cùm vterque eſſet Hebræus, & natiuum Hebrææ linguæ idioma, & phraſes etiam in aliena lingua ſcribentes ſeruant. Imò Lucas, qui cæteris elegantiùs Græcè ſcripſit, redolet tamen ſæpè Græcè ſcribendo Hebraicæ linguæ dialectos, & Hebraiſmos. Et quod aſſumitur, Marcum Græco idiomate ſcripſiſſe, dubium eſt inter Patres: & quod concludit, Matthæum Græcè edidiſſe Euangelium, omninò falſum, & contra Patrum traditionem.

Lucas Græcè ſcribens, non rarò tamen Hebraizat.

Quartò arguunt quidam: Quid refert ſcire qua lingua ſcripſerint Euangeliſtæ? nunquid ex hoc pẽdet Catholicæ Fidei veritas,

IV. Argum.

ritas, vt propternà oporteat nos tantoperè ſollicitari, & diſcruciari: Imò verò multum refert hoc ſcire: tum ad incidentium quæſtionum faciliorem ex proprietate linguarum reſolutionem, & lites ex vocibus interdum ortas dirimendas: tum ad agnoſcendam Diuinam prouidentiam, quæ omnibus linguis mundo Euangelium innoteſcere voluit: tum denique ne tot Patres mendaces inueniantur, contra verò homines noui, & aliàs meritò de fide ſuſpecti, veraces exiſtimẽtur. Quòd ſi nihil refert, vt dicunt, hoc intelligere; quorſum ipſi ingerũt noua, illaq; omnibus quibus poſſunt rationib⁹ aduerſus Eccleſiaſticos Patres tuẽtur.

IV. argum. Vtile ad tria, quatuor Euangelia quo ſint ſcripta ſermone, cognoſse.

V. argum. Quintò argumentãtur: Matthæus quorſum Hebraicè ſcripſiſſet? Et quis ſcriptionis eius fructus extitiſſet? cùm pauciſsimi illam linguam callerent. Scribendum illi erat Syriacè, vel Chaldaicè: quæ lingua cõmunis tunc erat, & vulgata omnibus Iudæis, tam in Hieruſalem, quàm extra habitantibus, atque ita in illa lingua fructuoſiùs fuiſſet ſcriptum. Cõfirmatur. Præterea, etiam ſi tale Euangelium Hebraicè, vel Syriacè ſcriptum fuiſſet, profectò hodiè extaret. Cùm ergo nullibi reperiatur, ſignum eſt, illum non ſcripſiſſe Hebraica lingua.

I. argumentũ, quo probatur Matthæi qua vſus eſt Hebraicam linguam, quàm Syriacam aliã non fuiſſe.

Reſpondemus ad hæc duo ſimul: In primis ſi aſſererem, Matthæum Syriaca ſcripſiſſe lingua, nihil fortè à veritate, vel ab Euangelio, vel à ſenſu Patrum dicerem alienum. Nam Chriſtus, & Euangeliſtæ, vt hinc exordiũ dicendi ſumam, Syriacè ſunt locuti, vt patet ex pluribus dictionibus Syriacis, quas ſcriptis Euãgelicis inſeruerunt: vt ſunt, Talitha cumi, Ephpheta, Betheſda, vel Bethſaida, Gabbatha, Golgatha, Raca, Mammona, Rabboni, Cephas, Bar-iona, Boanargas, Marana tha, Acheldema, Tabitha: quas voces Syras eſſe, & ad rationem linguæ vernaculæ Chaldææ, ſiue Syriacæ terminatas, nemo eſt vel mediocriter in lingua Hebræa verſatus qui ignoret.

Marc. 8. Marc. 7. Ioan. 5. Infrà 19. Ibidem. Matth. 5. Infrà 6. Ioan. 20. Suprà 1. Matt. 16. Marc. 3. 1. Cor. 16. Matt. 21. Act. 9.

II. argum. Deinde cùm plerumq; Euangeliſtæ dicant: Hebraicè autem Gabbatha, vel Hebraicè autẽ Golgatha, vel Hebraicè Bethſaida, proculdubio intelliget prudens lector, Syram linguam, & Iudæorum vernaculam, Hebræam appellari.

III. argum. *Act. 22.* Tertiò accedit teſtimonium Lucæ, qui in Actis Apoſt. cap. 22. cùm de Paulo ad populum prædicante ſermonem faceret, ſubdit: *Cùm audiſſent autem, quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſilentium.* Vbi Hebræam linguã non aliam debemus intelligere, quàm ſuam ipſorũ patriam, & vernaculam, quæ Syriaca erat: aliam ſiquidem Hebræã, propriam Moyſi & Prophetis vulgus non capiebat, eaque magis ſilentium Paulo impediret, quàm præſtaret.

IV. argum. *Niceph. Calliſt. cap. 7. Euſeb. c. 22. in fin. tom. 1.* Quartò accedit teſtimonium Nicephori, qui lib. 4. hiſtoriæ Eccleſ. refert Egeſippum multa ſcripſiſſe, atque in ijs quædam ex Hebręo, & Syriaco Euãgelio, & de Hebraica lingua afferre. Euſebius lib. 4. hiſtoriæ Eccleſ. idem commemorat: *Diſſeruit,* inquit, *& de Euangelio ſecundùm Hebræos, & Syros, & quædam etiam de lingua Hebraica diſputauit, & Iudaicarum traditionum meminit: per quæ indicat ſe ex Hebræis ad fidẽ Chriſti veniſſe.* Ambroſius in c. 14. epiſt. Pauli prioris ad Corinth. inter illas duas linguas diſcernens, in illud: *Sed in Eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam; quàm decem millia verborum in lingua. Vtilius* dicit *paucis verbis in apertione ſermonis loqui, quòd omnes intelligant, quam prolixam orationem habere in obſcuro. Hi ex Hebræis erant, qui aliquando Syra lingua, plerunq; Hebræa in tractatibus, aut oblationibus vtebantur ad cõmendationem. Gloriabantur enim ſe dici Hebræos, propter meritum Abrahæ.* Hæc ille. Quibus verbis non obſcurè indicat, Euangelium Matth. in Hebræa, hoc eſt, in Syriaca lingua fuiſſe conſcriptũ. *B. Ambroſ. tom. 5. à med. 1. Cor. 14.*

V. argum. Quintò, quia Moſaica illa lingua, & priſcorum Iudæorum patria, non erat ampliùs in vſu, ſed tanquàm erudita, & antiqua ad templi vſum, & ſcholas erat redacta. Vnde Iudæi de Chriſto admirabundi dicebant: *Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit?* *Ioan. 5.*

VI. argum. Sextò, æquum erat, ex omnibus Euangeliſtis vnum aliquem, religioné exorientem ea lingua perſcribere: quæ non ſolùm à Scribis, Phariſæis, & Sacerdotibus hoſtiliter eam inſectãtibus, ſed & ab infirma multitudine, ipſiſque diſcipulis ex idiotarum numero delectis intelligeretur.

VII. argum. Septimò, illiberaliter profectò, & negligenter Diſcipuli cum vniuerſa Eccleſia viderentur egiſſe, niſi cœleſtem Chriſti philoſophiam cum eadem verborum rotunditate, ſententiarum grauitate, quantum ab ipſius ore, ab attẽtis diſcipulis, & auditoribus excipi poterat, præſtari nobis alicubi procuraſſent: Græcæ quoque Latinæque linguæ conditionem hac intelligentia meliorem reddidiſſent, quam eius, in qua ſalutis noſtræ myſteria pronuntiata fuerunt.

VIII. argum. *Matth. 9.* Octauò, verò diſsimile non eſt, Matthæum publicanorum ordinis hominem, Moſaici, ac literati illius ſermonis neſcium fuiſſe: alioqui quomodo & vulgi Iudaici, & principum eius Gentis opinio de Apoſtolici gregis imperitia, & tarditate conſtitiſſet, quam Seruator ipſe, diſsimulato hominis illiterati probro ſibi obiecto confirmauit?

Nonò,

IX. argum.

Nonò diuinæ prouidentiæ conſentaneũ erat, vt Melchiſedechi ſacerdotio vnà cum lege placabili, decretis, hoſtijsque Moſaicis ſuccedente, ac Hebræorum lingua vetere, paucis quibuſdam vocibus exceptis, vnà cum victimis illis, & accuſatoria lege ab aris, & ſacris noſtris exploſa, nouus ſermo diſciplinæ cœleſtis enuntiatione imbutus ſubſtitueretur, vnde Chriſtiana lex in orbis terræ linguas præcipuas tanquã ex fonte dimanaret.

X. argum.

Decimò, ſi Matthæi Euangelium Hebræorum Moſaico ſermone eſt ſcriptum, quomodo id vſui eſſe potuiſſet Indis illis, quibus Bartholomæus illud tradidiſſe fertur? quòd tum in Palæſtinæ veteris eius linguæ altricis plebe rariſſimos auditores inueniſſet: cùm è cõtrario Syrorum linguam ad popularem Indorum intelligentiam, ex Meſopotamia, vicinisq; regionibus permanâſſe, magis fuerit procliue? Certè Epiphanius hæreſi 66. in manichæos, teſtatur plurimos Perſarum poſt Perſica elementa, etiam Syrorum literis vti conſueuiſſe: quemadmodum apud nos (ſcilicet Hebræos; nam talis erat natione Epiphanius) multæ Gentes Græcis literis vtuntur, & quidem cum ſint propriæ fermè in ſingulis gentibus literæ: ac proinde Manem Perſam librũ ſcripſiſſe eiuſdem numeri cum viginti duabus literis Syrorum per alphabetum compoſitum, cui titulum inſcripſit, Manichæi myſteria. Cui quidem coniecturæ fama non obſcura de populis quibuſdam in extremo Oriente ſub exiguis Chriſtianæ pietatis reliquijs, huiusque linguæ vſu deliteſcentibus, quæ nuperrimè percrebuit, ſuffragari videtur. Moſaica verò lingua cùm potiſſimè floreret, duodecim tribuum limitibus continebatur: populusque Iudaicus ab externis linguis ob id maximè quòd cum finitimis populis nulla ferè haberet cõmercia, adeò abhorrebat, vt Rabſace Aſſyrij Regis mandata ad Ezechiam aſſerente, eaque Palatij eius præfecto, ſcribæ, & monitori Regio internuntijs ad mœnia Hieruſalem Iudaicè exponente, interpellatus ab eis fuerit, vt Syriacè cum eis loqueretur, ne verborũ terrores à populo è ſummis mœnijs proſpiciente intelligerentur.

Syrorum literæ apud Perſas teſte Epiphanio.

4. Reg. 18.

Ex cuius hiſtoriæ cõmemoratione colligi poteſt, vtriuſque Regis præcipuos tantùm miniſtros, veluti Rabſacem iſtũ, Moſaicè, nuntios verò Ezechiæ Syriacæ linguæ gnaros, cæteram porrò multitudinem alterutrius linguæ imperitam fuiſſe: victoresque Aſſyrios Iudæis vnà cum iugo, paulatim etiam linguæ ſuæ perdiſcendæ neceſſitatem impoſuiſſe. Vnde Moſaicus ſermo ſub Chriſti aduentum in templis & ſcholis locum ſuum ægrè tenere potuit: tãtum abeſt, vt ad Indos remotiſsimos à Iudæa populos vnquàm penetrauerit. Vnde credibile videtur, Euangelium Matthæi Syriacum, quale in Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libris Egeſippum indicare Nicephorus teſtatur, à Bartholomæo Apoſtolo ad Indos, atque inde à Panteno Stoico in Aegyptum (cuius ciuitates iuxta Rhinocoruram fluuium, & Caſium montem ſitæ, lingua Syra vtebantur, vt Hieronymus in cap. 19. Iſaiæ teſtatur) allatum fuiſſe: quemadmodum & Aethiopes ſub Aegypto populi ampliſsimi, illud facilè intelligere, atq; in Araboſyram, patriam eorum linguam, ſiue Aethiopicam (quæ & à parte potiore Chaldæa appellatur) facilè conuertere potuerunt.

Niceph. lib. 4 hiſt. Eccleſiaſt. c. 32.

Quænam Ægypti ciuitates olim Syra vterentur lingua.

B. Hieron. tom. 5.

Deinde quamobrẽ Hieronymus, poſtquàm Euangelium illud Matthæi Hebraicum Græcè, Latineq; reddidiſſet, vt in vita Iacobi Iuſti teſtatur, aliud Græcorum Euangelium potiùs, quàm Hebræum fontem, in quo Matthæum ſcripſiſſe certo ſciebat, maluit conſectari? vt teſtis eſt in Epiſtola ad Damaſum, qua quatuor Euangelia ſe ad fidem Græcam corrigere iuſſu Damaſi proponit. Cur item Ieſu Chriſti Euangelium à reſurrectione cum Iacobo Iuſto factum, vel mentionem cæmentarij, qui, ne in ſumma mẽdicitate eſſet, manum aridam à Chriſto reſtitui poſtulabat, ex Euangelio Hebraico in Commentarios ſuos ſuper caput 12. Matthæi introductam, tanquàm legitimam non comprobauit? aut cur in precatione Dominica Apoſtolis à Chriſto præſcripta, vbi ſuperſubſtantialis panis interpretationem tractat, panis craſtini vocabulum ex Hebraico illo Euangelio petitum non recepit? Obſtabat fortaſſe, dicet aliquis, Eccleſiæ Catholicæ autoritas, quæ Hebraicum iſtud Nazaræorum Euangelium, ex eo quòd Nazaræi vnà cum Hebionitis Semiiudæis Chriſtum, retentis veteris legis cæremonijs recipiant, in Apocryphorum librorum numerum reiecit. Si ergo Eccleſiæ impediebat aſſenſus, quo minus Hieronymus Hebraicum Græco anteferret, oportet dubiam, ac incertam hac de re eius fuiſſe ſententiam: in quam hæſitationem eum conieciſſe videtur magna ſuperiorum temporum, vetuſtaque opinio de Matthæi Euangelio Hebraicè ſcripto. Et cum Ebionitarum, ſiue Nazaræorum Euangelium Moſaica & lingua, & literis exaratum in eius manus incidiſſet, in coniecturã rapi facilè potuit, vt crederet præter hoc ipſum aliud nullum extitiſſe: nam eo tempore quo librum de Eccleſiaſticis

Idem lib. de ſcript. Eccl. tom. 1. ſub fin.

Idem tom. 3.

Matth. 12.

Idem tom. 9. in princ.

Matth. 6.

ſcripto-

ſcriptoribus, ſiue de viris illuſtribus compoſuit, & literarum, & linguę Syrę ignarus fuiſſe, à Gennadio ex eo deprehenditur, quòd Iacobum Niſibenæ ciuitatis Epiſcopum, Syrum ſcriptorem, in linguam Græcam nondum conuerſum, atq; idcirco ignoratum ab eo, ſilentio prætermiſerit: Ephræmi quoque, & Archelai, Bardeſaniſq; opera Syriaca, non, priuſquàm eſſent Græca facta, potuerit euoluere. Nam etſi ex Euangelio Chriſtum, & Euangeliſtas Syriacas voces vſurpaſſe non ignoraret; tamen cùm eius linguæ notitiam, aut nullam omninò, aut ſanè exiguam tunc haberet, adduci facilè potuit, vt Nazaræorum illud Euangelium, quo Origenem etiam vſum fuiſſe, eiqueSymmachum Hebionitam commentarios adiunxiſſe ſciebat, autore Matthæo proditum eſſe arbitraretur.

Matthæi Euangelium, Pauliſque ad Hebræos epiſtola ſi Hebraicè conſcripta fuiſſent, Eccleſiam tanti depoſiti futuram fuiſſe cuſtodem.

Ex quibus colligi poteſt, Matthæum, & Paulum ad Hebræos Syro ſermone, qui Iudæis vulgari vſu tritus, & familiaris erat, vt ab omnibus intelligeretur, ſcripſiſſe: & in Syrorum Eccleſijs à temporibus Apoſtolorum fuiſſe conuerſatum. Cùm enim ex omni Chriſtianæ religionis memoria (quæ Eccleſiaſticis continetur hiſtorijs) neutrius Euangelij exampla, vel publica, vel grauis alicuius viri priuata fide ſpectata, reperta ſint, neſcio qua ratione Eccleſiæ primitiuæ in rei pretioſiſſimæ theſauro conſeruando negligentia excuſaretur: Siquidem Euangelum Matthæi, & Epiſtola ad Hebræos, quæ noſtro ſeculo Hebraico ſermone conſcripta prodierunt, nonniſi ex Græcorum, & Latinorum codicum imitatione, à poſterioribus ætate Iudæis, aut Chriſtianis peririoribus conuerſa ſunt: idque adeò inconcinnè, vt fucatam vtriuſque ſpeciem lèctor haud obſcurè deprehendere poſsit. Illud namque Sebaſtiani Munſteri Euangelium doctiſsimis viris, atque in linguis exercitatiſſimis, nempè Gerardo Veldouico, Andreæ Maſio, & Ioanni Alberto Vvidmanſtadio, tanquàm ſuſpectæ fidei, non ſatisfacit.

Sacri codices illi à quibus fuerint in Hebræũ ſermonem cõuerſi, de ijſq; quid ſentiendum.

Quando primùm cætera omnis Noui Teſtamenti ſcriptura Græca Syriaca facta fuerit, & quare: per quem nunc typis excuſa: eius fructus & vtilitas.

Reliqui verò Noui Teſtamenti libri, omnes Græco ſermone conſcripti, In Syrorum linguam ab initio rerum Chriſtianarum tranſlati ſunt, & ad hæc vſque tempora magno illarum Eccleſiarum conſenſu retenti; ac nuper opera, ac diligẽtia Ioannis Alberti prædicti, & impenſis, & liberalitate Ferdinandi Romanorum Imperatoris, Viennæ Auſtriacæ In lucem ſunt editi: in quibus phraſis illa Chriſto, Apoſtoliſq; gentiſitia, quæ Græcis, Latiniſque auribus etiamnum peregrina videtur, multam fidelibus hominibus iocunditatem, & lucem ad multorum locorum Catholicos ſenſus enucleandos ſit allatura. Habet autem illa lingua Syriaca permultas voces Hebræas, plures Gręcas, Arabes, & Latinas quaſdam. Vt proinde facilè ſit multorum opiniones refellere, qui propter ignorantiam illius linguæ, quædam in Euangelijs, vel literis Apoſtolicis reprehẽdere conati ſunt. Nam vt interim nihil dicam de vocibus illis Παράκλητος, στοὰ, σπόγγα, εὐαγγέλιον, πεντηκοστὴ, εὐχαριστία, & quod miniſtrare mẽſis, legit miniſtrare: potere, pro pateris Acto. 6. quæ in codice Syriaco inueniũtur interdũ, certè illa lingua vocem Græcam διαθήκης, quæ teſtamentum ſignificat, vt propriam vſurpat: & Chriſtus cùm inquit: *Hic eſt calix Noui Teſtamenti*, voce Græca dicta vſus eſt. Paulus etiam ad Hebræos 9. non malè philoſophatur de teſtamẽto, quod tantùm locum habuit inter mortuos: nam & ipſe Syro ſermone vtens, voce Græca vſus eſt, non autem Hebræa Berith. Præterea Matt. 16. vbi habetur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram*; Syriacè dicitur: *Tu es Cipho; & ſuper hoc Cipho ædificabo Eccleſiam meam*: quaſi apertiùs diceret: Tu es ſaxum, & ſuper hoc ſaxum ædificabo Eccleſiam meam; vt ſic ambiguitas illius pronominis, *hanc*, auferatur. Ad hæc Matt. 27. *Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones*, habent Syriaca: Teren Leſtoie: vbi alludit ad vocem Gręcam λῃστὴς, Id eſt latro. Item 2. Timoth. 4. vbi Paulus ſibi adſerri penulam ſcripſit, interpres Syriacus vertit Beth Etebo, id eſt, Capſam ſcribendi: quemadmodũ Heſychius φαινόλην, id eſt, Scriniolum librorum eſſe interpretatur. Et cùm dicitur apud Euangeliſtã Matthæum: *Quod interpretatur*, ſiue, *Quod interpretatum eſt*, dum voces Hebrææ exponuntur, non habetur interdum in codice Syriaco. Ex quo deducitur, illud fuiſſe Euangelium prototypum.

Ex eo quod Syrum illud idioma plurimas aliarum linguarũ voces vſurpat, quorũ damnentur ſententiæ.

Act. 6.

Θιαθήκη Græcè quid.

Matth. 26. Heb. 9.

Matth. 16.

Quid illud Syriacũ verbum ad literam: Tu es cipho, & ſuper hoc cipho, &c.

Infrà 27.

2. Tim. 4.

Quam Paulus ſibi adferri penulã Timotheo mandet.

Heſychius.

Habes ergo ex his, quę tam latè diſſeruimus, Hebræam linguam in Euangelio dici Syriacam, & in ea primum ſcriptum Matthæi Euãgelium: quod B. Hieronymo fortaſſe non fuit vſquequaque exploratum, ac compertum. Putabat enim in Hebræo antiquo, & Moſaico ſermone Matthęum ſcripſiſſe, vt ſuprà oſtendimus, & illud Euangelium nunc extare apud Eccleſias Syrorum. Lector ſanè multas commoditates, ſi illud conſulat, ad ſenſa Spiritus ſancti intelligenda accipere poteſt. Atque hactenùs de Matthæo ſit dictum.

Vnde Hieronymus Matthæi non Syriacè, ſed Hebraicè ſcriptum putauerit Euangelium.

Sequitur diſputatio de B. Marco, qua ſcripſerit lingua: nam Auguſtinus libr. de conſen. Euangeliſtar. & Hieronymus in Pręfatione Euangeliorum apertè teſtantur Græca illum lingua ſuum edidiſſe Euange-

Græcè Marcum opinantes ſcripſiſſe, qua duplici ratione ducantur.

B. Aug. lib. 1. de conſen. Euang. c. 1. to. 4. B. Hiero. to. 4

lium. Atque id ea ratione confirmari poteſt, quòd in Latina lingua, vt peregrina, non erat admodum ad ſcribendum Marcus inſtructus: Græca verò latiùs patebat, ac communior erat vniuerſis Gentibus, vt conſtat ex epiſtolis Pauli, etiam illa ad Romanos, Græco idiomate ſcriptis. Marcus item Alexandriã gratia Euangelizandi deſtinatus fuit à Petro: quò etiam Euangelicum codicem à ſe ſcriptum detuliſſe, à B. Hieronymo traditur lib. de Viris illuſtribus. Alexandrini autem vſum, & peritiam Græcæ linguæ habebant, non autem Romani ſermonis.

Idem tom. 1.

I. argumentum eorum, Latinè Marcum ſcripſiſſe qui tenent.

Sunt tamẽ quidam, qui aliter ſentire videntur, nempè Marcum Latino ſermone Euangelium ad Italorum commoditatem, & eruditionem ab initio edidiſſe: quod ipſi Syri apertè teſtantur, multi etiam Græci autores ſequuntur. Siquidem tradunt Matthæum, Ἑβραϊστὶ, Marcum verò Ῥωμαϊστὶ, Lucam autem, & Ioannem Ἑλληνιστὶ ſcripſiſſe: quod etiam Cantachuzenus libr. in Iudæos conſtanter affirmat. Gregorius verò Nazianzenus lib. Carminum ſuorum his Græcis vtitur verſibus, myſterium hoc inſinuans:

Cantachuzenus autor.
Greg. Naziãz. ſub fin. Operũ.

Ἤδη ἀρίθμει, καὶ νέα μυστήρια.
Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαύματα Χριστοῦ.
Μάρκος δ᾽ Ἰταλίῃ, Λουκᾶς Ἀχαιάδι.
Πᾶσι δ᾽ Ἰωάννης κήρυξ μέγας οὐρανοφοίτης.

Quæ ſic verti poſſunt:

Iam verò percurre noua myſteria legis.
Matthæus dedit Hebræis miracula Chriſti;
Italiæ Marcus, ſcripſit tibi Achaia Lucas:
Cœlimagus ſparſit cunctis ſua ſcripta Ioannes.

Hactenùs ille. Quemadmodum ergo Matthæus ad Hebræos nonniſi Hebraicè ſcripſit, & Lucas Achaiæ nonniſi Achaicè, ſiue Atticè, ita inſinuare videtur, Marcum ad Italos ſcribendo, nonniſi Italico idiomate Euangelium edidiſſe: quemadmodũ Ioannes cunctis nationibus perſcribens Euangelium, nonniſi vniuerſa, communiq; lingua, quæ apud Græcos κοινὴ dicitur, vſus eſt.

II. argum.

Præter Syros, & Græcos, hoc etiam teſtificantur Latini. Id enim Damaſus in vita Petri, etſi obſcurè, inſinuare videtur, ait enim: *Hic ſcripſit duas epiſtolas, quæ Catholicæ, ac Canonicæ nominantur, & Euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit, & filius à baptiſmo. Poſt omnium quatuor Euãgeliorum fontem, quæ ad interrogationem, & teſtimonium eius (hoc eſt Petri) firmata ſunt, dum alius Græcè, alius Hebraicè, alius Latinè conſonant, omnia eius teſtimonio ſunt firmata.* Sic ille: quæ ſanè verba, vel corrupta, vel intricata, & perobſcura videntur. Meliores codices conſulere non licuit: ſatis verò inſinuant ex Euangeliſtis vnum Hebraicè, alterum Græcè, alium Latinè Euangelium conſonanter tradidiſſe. Id ipſum quoq; Rodulphus Armacanus li. 9. Quæſtionum Armeni. & Iacobus Voragine Archiepiſ. Ianuenſis in ſermone de S. Marco docent: multi etiam tradunt, archetypum illius exemplar in Bibliotheca D. Marci apud Venetos aſſeruari.

1. Pet. 5.
Rodulphus Armaca.
Iaco. à Voragine.

III. argum.

Poſtremò huic rei etiam ratio fauere videtur. Nam cùm ad Italos, & in vrbe Roma ſcripſerit, vt tradit Clemens Stromateus, etſi nonnulli eſſent linguæ Græcæ periti, innumeri tamen, & ferè infiniti illam linguam ignorabant: & ita Græcè ſcriptũ paucis viris doctis vtile fuiſſet, innumeris verò ſimplicibus, & fidelibus vſui eſſe non poſſet: tum etiam tres illæ linguæ in Crucis titulo ſanctificatæ, & conſecratæ ad Crucis myſterium, & Euãgelium Chriſti toto orbe propalandum electæ fuerunt. Cùm ergo Matthæus Hebraicè, Lucas, & Ioãnes Græcè tradiderint Euangelium, par erat, atque conueniens, vt vnus ex illis Romano, ſeu Latino ſermone Euangelicam proderet hiſtoriam.

Clem. Alexã. libr. 6. Diſpoſitio citatus ab Euſeb. lib. 2. Eccleſ. hiſt. cap. 15. 10. 2. Ioan. 19.

IV. argum. quorundam, improbabile tamen, & infirmum.

Addunt quidam & hoc argumentum, quòd Marcus frequenter voces Latinas vſurpat, vt vocem denarij, c. 6. & 12. & 14. vbi ait: *Poterat vnguentum iſtud venundari pluſquã trecentis denarijs*: cap. 6. habetur: *Legio mihi nomẽ eſt*, Λεγεὼν ὄνομά μοι. ca. 5. *Miſit ſpeculatorem*, Græcè σπεκουλάτωρα, cùm legẽdum eſſet cum iota, Spiculatorem, & Græcè σπικουλάτωρα. Cap. 12. vtitur nomine cenſus, & nomine quadrantis: ait enim: *Si licet κῆνσον*, id eſt, *cenſum dare Cæſari*: & infrà de vidua, *Miſit duo minuta* ὅ ἐστιν κοδράντης, ca. 15. trib⁹ verbis Latinis vtitur, nempè flagellãdi, καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, & ter voce Centurionis Latina, quam tamẽ Matthæus vocat ἑκατοντάρχην: & denique nomine prætorij. Verùm hoc argumentum quãti ſit ponderis, alijs cogitandum relinquo.

Marc. 6.
Infrà 6.
Infrà 14.
Suprà 5.
Infrà 6.
Infrà 12.
Ibidem.
Infrà 15.
Ibidem.
Matth. 27.
Mar. 15.

V. argum. & vltimum.

Deniq; cùm lex Moyſis vni Iudæorum populo, quem tantùm obligabat, vna lingua, hoc eſt, Hebraica iure conſcripta fuerit, Euangelicam legem, quæ vniuerſo terrarum orbi erat promulganda, omneſque homines quibus cognita eſſet, obligare debebat, pluribus linguis, nempè Hebræa, Græca, Latinaque tradi, rationi, Diuinæque prouidentiæ fuit conſentaneum. Vt quemadmodum titulus Cruci affixus, quis vt Chriſtos toti mundo breuiter declarat: Ita Euangelia tribus exarata linguis, diuinitatem ac maieſtatem Chriſti, eiusq; in vincendis hoſtibus, & in redimendo mundo fortitudinem, ſingularem ad Patrem obedientiam, immenſámque ad homines charitatem,

Euangelij tribus linguis myſterium.

ritatem,

ritatem, explicarent latiùs, & enarrarent.

Infirmatur hæc illatio: Nullum hodiè extat Euangelij Marco Latinum exemplar, ergo Marcus Latinè non ſcripſit.

Quæ tamen ex his duabus probabilior exiſtat ſententia, lectori iudicandum relinquo. Nec enim ſi nullum hodiè extaret Euangelij ſecundùm Marcum Latinum exemplar, ſequeretur, illum Latinè minimè ſcripſiſſe: quemadmodum ſecundùm eos qui tenent, nullum hodiè extare Matthæi Hebraicum exemplum, non ſequeretur, illum propterea Hebraicè non ſcripſiſſe. Fieri enim potuit, vt edito Latinè Euangelio per B. Marcum, quam primùm fuerit in Græcum ſermonem, per aliquem Apoſtolicum virum conuerſum, atque hoc Græcum exemplum omnibus Gentibus generalius, vtilius, & communius præualuerit.

Similis & de epiſtola ad Romanos argumentatio redditur infirma. Rom. 16.

Idem quoque de epiſtola ad Romanos per Tertiũ amanuenſem Latinè ſcripta cogitari poteſt. Cùm enim illud nomen Tertij, ſiue, vt alij legũt, Teruntij, Latinum ſit, cuius opera, & miniſterio vſus Paulus fuit, nihil mirum eſſe debet, ſi poſtquàm epiſtola illa ex Latino ſermone, in quo primùm ſcripta extitit, in Grecum fuit transfuſa, atque conuerſa, exemplum Græcum, vtpotè generalius, ac pluribus nationibus deſeruiens, robur maius, & autoritatem, quàm Latinum obtinuerit. Hoc autem propterea ſoli Epiſtolæ ad Romanos tribuitur; quia cùm Paulus omnes linguas, & ob id Latinã calleret, atque ea quę Fidei ſunt, dulcius ſapere, ac firmiùs ſuſcipi propria, & materna lingua conſcripta à fidelibus non ignoraret, pręſertim ſimplicibus, & idiotis, debebat germana, & cõſueta illorum lingua ad eos ſcribere. Cumque, vt dictum eſt, vſus fuerit opera Romani ſcriptoris, non videtur à vero alienum, aut indoctè conſideratum, ſi Paulus Romana lingua illam epiſtolam exarauerit. Quæ ratio cùm in alijs Epiſtolis non militet, cùm omnes ad Græcos homines, Græcaq; lingua vtentes datæ ſint, non mirum, ſi de illis tale quid ſimile non cogitetur, aut non tradatur. Hæc autem à me probabiliter dicta ſint, propterea quod hęc & ſimilia Mathematicam demonſtrationem minimè patiantur. Et hactenùs de hac re à nobis ſit diſputatum.

Vnde probabiliter conſtet, illam Epiſtolam Romano, id eſt, Latino fuiſſe ſermone conſcriptam. 1. Cor. 14.

De reliquis Pauli epiſtolis, qua lingua fuerint ſcriptæ, cur nulla penitùs controuerſia.

PROLEGOMENON XXXVI.

Qua ratione Euangeliſtarum inter ſe ordo conſtituatur, ita vt hic ſit primus ille, ſecundus, ille tertius, & ille quartus.

Duplex eſt ordo, dignitatis, & temporis.

DICENDVM de ordine, quem Euangeliſtæ inter ſe tenent. Duplex enim ordo inuenitur, alter quidem dignitatis, qui ex præſtantia, & nobilitate perſonarũ, vel ex argumenti eminentia colligitur: alter verò eſt temporis, & antiquitatis. Si itaque dignitatis ordo ex parte argumẽti conſideretur, profectò pares per omnia inter ſe ſunt omnes Euangeliſtæ, atque æquales; ſiquidem de vno Chriſto, id eſt, vita, doctrina, morte, & reſurrectione eius ſcripſerunt. Quanquàm & in hoc ordine aliquod inter Ioannem, & reliquos Euangeliſtas inueniatur diſcrimen. Tres namque priores Euangelij ſcriptores, in homine, leone, & vitulo animalibus quæ per terram gradiuntur, repræſentati, in his maximè occupati ſunt, quę Chriſtus in carne, per quam inter nos habitauit, operatus eſt, & quæ præcepta mortalis vitæ exercendæ carnem portantibus tradit: vt Auguſtinus libr. de Euangeliſtarum conſenſu tradit. At verò Ioannes in Aquila deſignatus, ſuper nubila infirmitatis humanæ conſcendit, verbaq;, & opera, quibus Chriſtus diuinitatem aſtruxit ſuam, ac comprobauit, magis expreſsit.

Ordine dignitatis omnes quatuor Euangeliſtæ, inter ſe vno modo penitus coæquantur, in duob. diſpares & inæquales ſunt inter ſe.

I. Diſcrimen. Ezech. 1. Apoc. 4. Ioan. 1.

B. Aug. libr. 1. de conſen. Euang. cap. 6. & 4. circa med.

Quod verò attinet ad perſonarum dignitatem, conſtat, Matthæum, & Ioannem, vt Apoſtolos, alios duos, qui erant ex numero diſcipulorum, præcedere debere. Nam vt Apoſtolus ad Corinth. & ad Epheſ. docet, primum obtinent locum Apoſtoli, ſecundum Prophetæ, tertium Euangeliſtæ; qui alij propriè non ſunt, quàm qui ſcripto & non tantùm verbo prodiderunt Euangelium. Euangeliſtæ autem potuerunt duo eſſe ex Apoſtolis, quoniam non ſunt vt duo officia omninò contraria inter ſe oppoſita, vt frigus, & calor: ac quanquàm non ſint contraria, nõ ſe inuicem multum impediunt, quia eſſe Euangeliſtam parùm temporis in ſcribendo occupat. Deus etiã potuit dare, ac facto ipſo dedit munus ſcribendi Apoſtolis. In corpore enim Chriſti myſtico haud eſt neceſſariũ vt vnum membrum officium alterius præſtare non poſſit: nam Paulus miſſus Euangelizare, interdum tamen baptizabat: & gladius Delphicus in vſum pauperum conſtructus, ex vna parte ſecabat, ex alia verò denticulos in modum ſerræ formatos habebat, vt refert Ariſtot. Itaque etſi naturã vnum faciat ad vnum tantùm, ars tamen vnũ ad plura miniſteria facit.

Alterum diſcrimen. 1. Cor. 12. Epheſ. 4.

Quòd duo potuerint ex Apoſtolis Euangelij eſſe ſcriptores, ex duobus oſtẽditur.

1. Cor. 1.

Philoſophus.

Inter hos duos tamen Euangeliſtas, Ioannem Dilectum Chriſti diſcipulum, Matthæum præcedere non eſt dubium, quia ille maiora, ac pretioſiora dona à Domino accepit, vt familiaritatis, ac ſingularis ad eũ amoris ſigna non obſcurè teſtantur. Vnde B. Baſilius in verba Ioannis: *In principio erat*

Ioannes Euangeliſta Matthæo in duobus excellit.

Baſ. hom. 16. int. to. 1. à me.

Hebr. 1.

Verbum, ſcribit: *Omnis quidem Euangeliorum vox reliquis omnibus ſancti Spiritus præceptis eminentior eſſe dignoſcitur: quod in alijs per Prophetas ſeruos, in Euangelijs autem ipſe per ſe Dominus nos eſt allocutus. In ipſius autem Euangelij laudibus, & ſermonis magnitudine, & ſententiarum grauitate, Ioannes filius tonitrui primas obtinet.* Sic ille. Sicut ergo ſacra, & Canonica Scriptura vniuerſa alia, etiam ſapiétiſsimorum hominum ſcripta longè antecellit, & inter ipſas Canonicas Scripturas Nouũ Teſtamentum vetere dignius eſt atque præſtantius: ita inter ipſos Noui Teſtamenti libros Euangelium, & inter Euangelia primatum tenet quod ab Apoſtolo Ioãne fuit conſcriptum.

Marc. 3.

Euangelij Ioannis præſtantia.

Cur temporis potiùs Eccleſia ſeruauerit quàm ordinem dignitatis inter Euãgeliſtas.

Sed hunc ordinem dignitatis neglexiſſe videtur Eccleſia, atque temporis ordinem quem in ſcribendo tenuerunt, prætuliſſe: quippe hic ordo minus expoſitus eſt inuidiæ, & ob eam cauſam in Cocilio Oecumenico quiuis in loco ſuæ dignitati conuenienti ſedere ſolet: prius tamen, aut poſterius, vt tempus, quo ad Epiſcopatũ promotus eſt, vel præceſſit, vel ſubſecutum eſt.

Hieron. to. 9. in princ.

Euangeliſtarum, vt innuit Hieronymus, inter ſe ordo variatus interdum.

Annotauit tamen B. Hieronym. in epiſtola ad Damaſum præfixa quatuor Euangelijs. *Igitur hic præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Euangelia, quorum ordo eſt iſte: Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorum emendata collatione, ſed & veterum.* Hæc ille, in quibus inſinuat, in illo ordine Euangeliſtarum fuiſſe olim aliquam diuerſitatem. Quemadmodum in Prologo in Canonicas epiſtolas idem Hieronym. inſinuauit: *Sicut*, inquit, *Euangeliſtas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini Deo iuuante reddidimus.* Sic Hieron. innuẽs epiſtolarum Catholicarum ordinem olim fuiſſe confuſum. Nam teſtatur Chriſtianus Druthmarus in Proœmio in Matthæum, ſe vidiſſe Euangelium Græcè ſcriptum, quod dicebatur fuiſſe Hilarij, in quo primi erant Matthæus, & Ioannes, & poſt duo alij Euangeliſtę: *Interrogaui*, inquit, *Euphemum Græcum, cur hoc fieret? Dixit mihi, In ſimilitudinem boni agricolæ, qui, quos fortiores habet boues, primò iungit, & non fortem cum debili.* Hæc ille. Verum ſi perpendamus verba Ezechielis cap. 1. inueniemus, primum locum dari Homini, ſecundum Leoni, tertium Boui, ſiue Vitulo, quartum Aquilæ. Deinde perpende Quintilianum, qui lib. 5. ca. 12. præcepit, vt in argumentorum diſpoſitione vtamur Neſtoris conſilio, qui primo, & vltimo loco robuſtos milites collocabat. Eius hæc ſunt verba: *Quæſitum etiam, potentiſſima argumenta primóne ponenda ſint loco, vt occupent animos, an ſummo, vt inde dimittant: an partita primo, ſummoq́; vt Homerica diſpoſitione in medio ſint infirma, an à minimis creſcant. Quæ prout ratio cauſæ cuiuſq; poſtulabit, ordinabuntur; vno (vt ego cenſeo) excepto, ne à potentiſſimis ad leuiſſima decreſcat oratio.* Sic ille. Quanquàm reuera, quo ad certitudinẽ, & autoritatis pondus, nõ ſit minor autoritas Lucæ, vel Marci, vel aliorum.

Idem apud Gloſſam or.

Chriſtianus Druthm.

Ioannis poſt Matth. proximè in Græcu Hilarij Euangelio collocatu, quam reddat rationem Euphemus.

Præfer prius ab Eccleſia Euangeliſtarum inter ſe ordo, quàm Ezechielis viſioni reſpõdeat.

Quint.

Home. Iliad. 4. vbi imbecilliores Neſtor. in medio collocat.

Tertiò aduerte quid ſentiat B. Auguſt. lib. 1. de conſen. Euangeliſtarum, non ſine myſterio Matth. & Ioannem Euangeliſtas primum & vltimum locum tenere, & alios duos Lucam, & Marcum, quaſi filios latere ſuo vtrinq; cõplecti, & claudere. Ita enim habent verba eius ca. 2. eius lib. *Alius*, inquit, *eis fuit ordo cognoſcendi, atque prædicandi, alius autem ſcribendi. Ad cognoſcendum quippe, atque prædicandum, primi vtiq; fuerunt, qui ſecuti Dominum in carne præſentem dicentem audierunt, facientemq́; viderunt, atq; ex eius ore ad Euangelizandum miſſi ſunt. Sed in ſcribendo Euangelio, quod diuinitùs ordinatum eſſe credendum eſt, ex numero eorum, quos ante paſſionem Dominus elegit, primum atque vltimum locum duo tenuerunt. Primum Matthæus, vltimum Ioannes, vt reliqui duo, qui ex illo numero non erant, ſed tamen Chriſtum in illis loquentem ſecuti erãt, tanquàm filij amplectendi, ac per hoc in loco medio conſtituti, vtroque ab eis latere munirentur.* Hactenùs ille.

In eo quod Marcus, & Lucas medium inter Euangeliſtas Apoſtolos locum ſortiti ſunt, quale agnouerit myſterium Auguſtinus. *Aug. c. aut. tom. 4.*

Matt. 4. Infrà 9.

Vnus ergo Euangeliſta altero nõ eſt dignior obiecto: vel argumento: quia eadem Chriſti dicta, & facta pertractant. Deinde non eſt quis præſtantior altero rerum euidentia, & autoritate: nam omnibus parem atque eandem fidem præſtamus, ob Eccleſiam illos ad credendum proponentem: omnimq́; ab Eccleſia pari honore, & autoritate recepti ſunt, quoniam notum erat eos per Spiritum ſanctum ſcripſiſſe, & nõniſi vera: ac certa dixiſſe. Ad hæc, nõ differt vnus ab altero in rerum prędictarum neceſſitate, euentuumq́ue conſecutione, cùm omnes ſacræ Scripturæ libri per Spiritum ſanctum ſint conditi. Poſtremò nec in æſtimatione Eccleſiæ, aut pretio vnus alteri præcellit, quæ omnes pari veneratione recipiendos atque honorandos eſſe conſtituit. Nec obſtat, quoſdã eſſe Apoſtolos, alios verò non eſſe: quia illa dignitas extrinſeca eſt ad tribuendum ampliorem ſcriptis fidem, & autoritatem. Nec impedit quòd illi per ſe viderint, alij verò inſtituti, & edocti ab his qui viderũt, fuerint: quia nos non credimus ob eam ſolùm rationem, quòd Apoſtoli ipſi viderunt, ſed ob illam potiſsimùm cauſam, quòd Eccleſia eorum comprobauerit, & confirmauerit ſcripta. Et hæc de hoc capite dixiſſe ſufficiat.

Euangeliſtæ in quibus per omnia inter ſe pares ſint, & æquales.

Aequales quomodo Matthæo, Ioanni Apoſtolis, reliq. Chriſti geſtarum ſpectatoribus Euangeliſtæ ſint Marcus, & Lucas.

PRO-

PROLEGOMENON XXXVII

Quid Pagani in primis, quid etiam Hæretici, tam antiqui, quàm noui, contra Euangelij veritatem, & dignitatem euomuerint, atque dogmatizauerint.

AGendum hoc loco de his quę contra Euangelij veritatem, ſoliditatem, atque dignitatem, tum à Paganis, tum ab Hęreticis, tam nouellis quâm antiquis obiecta ſunt. In primis igitur ſilentio non premam illa, quæ à Gentilibus in genere, non tam verbis, & factis, quàm etiam ſcriptis, Satana ſtimulante, aduerſus religionem, Fideique noſtræ dogmata, atq; adeò cõtra eius profeſſores pernicioſè, & fraudulenter ſunt oppoſita. Ad illa tamẽ omnia Patres illi veteres, & noſtræ Fidei anteſignani inſignem ac incomparabilem reſpondendo, & obiecta à Paganis refellendo, cõſecuti ſunt laudem.

Chriſtianæ religionis acerrimi propugnatores, ex Græcis.

Iuſtin.to.1. in pr.to.1.& 2.

Ex Græcis quidem Athenagoras duabus orationibus pro Fide doctiſsimè certauit; Iuſtinus martyr oratione ad Gentes exhortatoria, & pluribus Apologijs ad Imperatores Antoninos pro Chriſtianis oblatis, egregiam, atq; ſtrenuam impendit operam. Clemens Alexandrinus tribus de Pædagogo, & octo Stromatum libris mira, & recõdita ſecularium ſcientiarum traditione, atque ſacrarum literarum cognitione ad miraculum vſq; refertis, Chriſtianam religionem ab aduerſariorum telis, atque inſolentibus mẽdacijs oppugnatam, feliciter propugnauit. Athanaſius duobus doctiſſimis, atque eloquentiſſimis voluminibus, altero contra idola, altero de Humanitate Verbi, fidem Chriſti feliciſsimè defendit. Euſeb. autem Cæſarienſ. libris quindecim de pręparatione Euangelica doctiſsimè elaboratis Gentiles confutauit: viginti verò de demonſtratione Euãgelica libris, Iudæorum cæcitatem redarguit: verùm ex his decem deſiderantur. Theodoretus duodecim lib. edidit contra Græcanicas affectiones, planè breues, atq; eruditione multa refertos.

Athanaſ.to.1. initio.

Idem ibidem.

Euſeb. tom.1.

Theod.to.2.

Latini Patres Catholicæ Fidei defenſores.

Ex Latinis verò Tertullianus Apologeticum librum aduerſus Gentes eruditiſſimum, breuiſsimumque ſummo, & acerrimo ingenio ſcriptum edidit. Arnobius ſeptẽ libros pro Religionis noſtræ defenſione aduerſus Gentes eloquẽtiſsimè ſcripſit: quos tanquàm Fidei ſuæ obſides Epiſcopis Africanis, vt Baptiſmi gratiam ab eis promereretur, dicauit. Totidem voluminibus Firmianus, eius fidem & doctrinam, tanquã diſcipulus magiſtrum æmulatus, quæ Diuinarum Inſtitutionum voluit appellari, pro vera Religione certauit. Poſt illos omnes B. Auguſtin. columen Eccleſiæ Catholicæ, & lumen, viginti duobus de ciuitate Dei mira doctrina & eloquentia ſcriptis libris, Religionem Chriſtianam luculenter, & glorioſè tutatus eſt. Poſtremò ſanctus Thomas Aquinas, tametſi non pari eloquentia, pari tamen pietatis zelo atq; doctrina Fidem noſtram aduerſus Philoſophorum quorundam Gentilium & Saracenorum calumnias propugnauit.

Arnobius cur ſeptem libros ſcripſerit aduerſus Gentes.

Aug.tom.6.

D.Tho.to.7.

Impugnatores Fidei Chriſtianæ pertinaciſſimi quinam à quibus confutati.

Orig.tom.2.

Præter hos tamẽ quidã ex Paganis præcipuè contra Euangelium ſcriptitârunt, inter quos vnus fuit Celſus Philoſophus: cuius obiectionibus & argumentis, voluminibus octo contra eum ſcriptis reſpondit Origenes. Fuit & Hierocles Pythagoricus, qui Magum illum inſignem, nempè Apollonium Tyaneum, cum Chriſto componere, imò etiam illum ei æquiparare impudenter contendit. Sed egregiè ab Euſebio Cæſarienſ. confutationibus octo repulſus eſt. Scripſit prętereà contra Chriſtum Porphyrius, capitaliſsimus Chriſti hoſtis: contra quem idem Euſebius Cæſarienſis triginta reſpondit libris, quanquàm B. Hieronymus in libro de ſcriptoribus Eccleſ. viginti tantùm ad ſe perueniſſe teſtatur: qui omnes hodiè deſiderantur. Tandem Iulianus Imperator, & Apoſtata, multa contra Religionem Chriſtianam, & in Chriſtum eius inſtitutorem, & autorẽ euomuit. Contra eum tamen glorioſè pugnârunt. Gregorius Nazianzen. duabus in illum inuectiuis breuiori, ſed grandiloquo ſermone conſcriptus, & Cyrillus Alexandrinæ Eccleſię antiſtes libris decẽ fuſiori oratione ad ſingula Iuliani verba reſpondendo editis. Epiphanius Hæreſi LI. horum & cuiuſdam Philo ſabbatij mentionem facit his verbis: *Vnde etiam aliqui ex Græcis Philoſophis, Porphyrius, inquam, & Celſus: & Philoſabbatius, ex Iudæis oriundus, horrendus, ac fraudulenter ſerpens, ſubuerſionem Euangelicæ tractationis molientes, ſanctos Euangeliſtas accuſant, animales ac carnales exiſtentes, & ſecundùm carnem militantes, & ad complacentiam Dei impotentes, & quæ Spiritus ſunt, non intelligentes.* Hæc ille. Non ignoro, pleroſque fuiſſe alios, qui in Chriſtum, atque eius legem ſtyli aciem diſtrinxerunt ſuam: verùm non putaui operæ pretium eos hic enumerare, cùm conſtet eos omnes eandem ferè cantilenam ceciniſſe, nempè Apoſtolos, quo magiſtrum magnificarent ſuum, diuinitatem, quam ipſe ſibi minimè tribuiſſet, aſſeruiſſe atque prædicaſſe: geſta item illius ad imponendum populo, grandiori oratione exornâſſe: Chri-

Euſeb. tom.1.

Hieron.to.1.

Cyrill. tom.3.

Quale illorũ hominum genus Epiphanio.

1.Cor.2.

Quatuor mẽdaciorum genera Apoſtolis, & Euangeliſtis illi nebulones imponebãt.

ſe: Chriſtum item, ceu aſtutum & verſipellem, ſimplices, & idiotas diſcipulos, quibus facilè eſſet verba dare, elegiſſe. Deniquein conſcribenda hiſtoria Euangelica ſibi inuicem mirificè cõtradixiſſe, pugnantiaq́;, atque omninò contraria aſſeruiſſe. Sed hæc omnia ſuperiori ſermone à nobis ex parte confutata ſunt, inque progreſſu commentariorum noſtrorum refellentut ſuo loco.

Fictitium libellũ, Acta Pilati contra Chriſtum, appellatum, cur mundo olim obtruſerit impius Maximinus. *Euſeb. Cæſarien. tom. 2.*

Præterea quę ſuperiùs dicta ſunt, dicendum de quibuſdam libris ſub nomine Pilati contra Chriſtum ſcriptis, quæ Acta Pilati dicuntur, quæ, vt Euſebius in nnno libro hiſtor. Ecleſiaſticæ narrat, ab hoſtibus Chriſtiani nominis conſicta ſunt, ſtudio, & opera Maximini Imperatoris; qui cùm vellet videri iuſtis de cauſis perſequi Chriſtianos, euulgari iuſsit eiuſmodi Acta, veluti ante Pilatum de Saluatore noſtro habita, in quibus aduerſum Chriſtum omnia blaſphemiarum genera congeſta eſſent: quæ acta per omnes regni ſui prouincias publico edicto mitti præcepit, & per vrbes ſingulas, per vicos, per agros etiam proponi, prçceptoribus inſuper puerorum tradi iuſsit, vt pro his quę ad meditandum, vel ad diſcendum ſolent dictare, hæc traderent pueris memoriæ commẽdanda, atque per totam diem in ſcholis recitanda, ac in triuijs decantanda.

Euſebiana eius libelli idonea confutatio.

Hoc tamen tam impudens figmentum Euſeb. in quinto eius libris capite confutat ex temporum ratione. Etenim quarto conſulatu Tiberij, qui conſulatus ſeptimo anno Imperij eius fuit, piaculi in Seruatoré commiſsi tempus falſa hęc Pilati acta perſcribunt: quo tempore euidenter oſtendit, ne miſſum quidem ad Iudææ procurationem fuiſſe Pilatum, teſtante Ioſepho probatiſsimo hiſtorico, qui apertiſsimè tradit, duodecimo Tiberij Cęſaris anno Iudææ præcurationem ſuſcepiſſe. Quod & cum Lucę Euangelio ſatis conſonat. Sed de his hactenùs.

Ioſe. lib. 18. Antiq. c. 4. Luc. 3.

Mahometanorũ, quod pro Mahometo ſuppoſitum fuerit Euangelio nomen Paracleti, contra figmentum. *Ioan. 15.*

Illud etiam non prætermittam, quòd impuriſſimi omniũ hominum Mahometi ſectatores contra Euãgelij veritatem impudenter effutiuère, nempè quòd cũ Chriſtus dixiſſet: Cùm venerit Mahometus, quem ego mittam vobis à Patre, Euangeliſtæ expunxerint nomen Mahometi, & nomen Paracleti ſubſtituerint, atque adeò in multis alijs locis Euangelium corrupiſſe.

Apoſtolis nullo modo tribui poſſe hanc Euangelij corruptelam.

Sed certè haud eſt veriſimile, aut vlla ratione probabile, Euangeliſtas corrupiſſe Euangelium: qui enim hoc facere potuiſſent, vt contradicerent ignoto, & nondum in rerum natura extanti Alchorano? Iſti etiam nequaquàm potuerunt corrumpere, quoniam ab ipſis manauit, & ipſi anthores fuerunt: alioquin vbi eſt illud Euãgelium, quod Mahometus vocat librum vitæ, ſalutis, directionis?

Qualem librum appellet Euangelium Mahometus.

Neque enim ante hunc librũ Euangelij alius fuit, vt poſſit dici hunc eſſe deprauatum, illum verò alterum fuiſſe librum ſalutis. Si ergo ante Mahometum corruptum eſt Euangelium, cur ad teſtimonium dictorũ ſuorum mittit ipſe ſuos diſcipulos ad Euangelium? Nec certè erat maior ratio, quod nomen Mahometi de Textu reiecerint, quàm vel nomen Iudæ, qui eum prodidit, vel Pontij Pilati, qui eu, vt fauorem populi captaret, contra omne ius, & æquitatem morti crucis addixit, vel denique diaboli, ac Satanæ, qui eius necem ſitiuit, & ardentiſsimo ſtudio machinatus eſt. *Matt. 27.*

Neque verò alios eſſe potuiſſe Euangelij corruptores.

Neque dubium eſt, quin Euangeliſtis fuiſſet contradictum ab initio ab his qui eo tempore viuebant, & res Chriſti geſtas perſpexerant, atque eum audierant. Ab alijs porrò minus potuit Euangelium vitiari: nam cum omnium nationum linguis Euangelium ſcripto eſſet proditum, difficile admodum fuiſſet tot exemplaria ſimul corrumpi potuiſſe. Supereſt igitur, vt Mahometani falſo, & ſtultè hoc dixerint, quẽadmodum pleraq́; alia, quæ nonniſi à ſtultiſſimis, & ratione deſtitutis hominibus, vel legi poſſunt, vel credi. Et hactenùs de Paganis ſit dictum.

Quot modis Hęretici peruertant, atq; corrumpant Euangelium infelices. *1. Ioan. 4.*

Hæretici vero non minùs quàm Pagani deſipere, & inſanire videntur. Nam in primis, vt miſſas faciamus omnes aliorum Hęreticorum peruerſas opiniones, quę Ieſum, atque eius Euangelium ſoluunt. Nam quomodocumque aliquis de Catalogo diuinarum Scripturarum aliquem librum integrum, vel eius partem, vel etiam ſententiam vnam auferre contendat, ſiue de loci alicuius intelligentia iudicium Eccleſiæ ſenſui pertinaciter præferat ſuum, ſiue Sacramentorum numerum truncare, ſeu virtutem Diuinæ gratiæ, quæ per illa ad ſanctificandos homines confertur, imminuere perſiſtat; ſiue denique Apoſtolicis traditionibus aperto marte repugnet, hæreticus eſt, Ieſum ſoluit, & eius Euangelium, dicente Hieronymo, in Epiſtolam ad Galatas: *Grande periculum eſt in Eccleſia loqui, ne fortè interpretatione peruerſa, de Euangelio Chriſti, hominis fiat Euangelium, aut, quod peius eſt, diaboli.* Sic ille.

Euangelium Chriſti quomodo fiat hominis, imò diaboli Euangelium. *S. Hieron. in c. 1 Epiſt ad Gal paulo ante med. to. 9.*

Præcipuæ Euangelij demolitrices, Manichæa, atque Pagiana hæreſes extitere.

Duæ tamen potiſſimùm hæreſes Euangelium, & eius virtutem funditùs euertere videntur. Fuerunt enim olim Manichæi, qui liberum ab homine arbitrium penitùs ſuſtulerunt: quibus magna ex parte recentiores Lutherani conſentire vi-

dentur. Ex alia verò parte Pelagiani diuerſa ratione, at pari ſtudio, & conatu Euangeliũ deſtruunt: atq; in eo ſecuti vidẽtur Phariſæos, & Iudæos, qui, vt Apoſtolus teſtatur ad Romanos: *Ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere; iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Priores ergo illi hęretici Chriſtum ſuis dogmatibus impotentem reddunt ad præſtandam ſalutem: aſſerentes peccata nõ ſuſtuliſſe, nec liberum ad legem Dei complẽdam arbitrium per gratiam ſuam ſanaſſe, ſed adhuc hominẽ in ſua infirmitate permanere. Vnde Lutherus captiuitatem, & morbum peccati libenter fatetur; negat tamen libertatem, quam promittit Euangelium. Non enim hic vir Belial admittit peccatum eſſe extinctum: cõtra verò nos Catholici ad Chriſti virtutem extollendam, veritatemq́ue ab hæreſibus vindicandam, extinctum confitemur id omne, quod criminis, ſeu culpæ rationem habet: ſolùm aliquid concupiſcentiæ relictum, cui tamen dominarj valemus, ſi volumus: & ad humilitatis prouentum, qua maximè diuinam gratiam nobis conciliamus, & ad merita vitæ æternæ comparanda vtiliter, & prudenter fuiſſe relictum, aſſeueramus.

Quorum ſectatores Pelagiani.
Rom. 10.
Manichæorũ vt Lutheranorum etiã eos conſectantiũ de Chriſto blaſphemia, eiuſq; confutatio.

Porrò alij poſterioris ordinis hæretici, ſiue Pelagiani, dum naturam integram, & ſanam, nulloq́; originali peccato vitiatam, ſed per ſe ad perficienda mandata, & ad cõparandam æternam vitam potẽtem & idoneam aſſerunt, Chriſtum nobis eiuſq; Euangelium tollunt. Quorſum enim veniſſet Chriſtus ad ſanos, & Medico non egentes? cùm ipſe Dominus pronuntiauerit: *Non eſt opus valentibus Medicus, ſed male habentibus;* & alio loco de ſe ait: *Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde;* qui ſermo ponit humanam naturam deprauatam, & peccato corruptam, adeò, vt qui hoc negare cõtendat, Chriſtum ipſum fruſtra veniſſe aſſerat. Compertiſsimum etiam, atq; exploratiſsimum habemus, Chriſtum Dominum potentiſsimum fuiſſe Medicum ad ſanandum, & Saluatorem ad ſeruandum: ſiquidem à remiſsione peccatorum præſtanda nomen Ieſu ſacroſanctum, & amabile accepit. Nec ob aliud omnes corporis morbos atque languores clementer ſanabat, ita vt virtus de illo exiret, & ſanaret omnes, dæmonesq́; de corporibus pellebat, quàm vt intelligeremus, eum languores omnes, & infirmitates ſpirituales curare, ac de animabus fortem armatum in pace cuſtodientem atrium ſuum, vel inuitum expellere: ac vt ipſe ſibi teſtimonium perhibuit: *Mihi,* inquit, *indignamini, quia totum hominem ſanũ feci in Sabbato.*

Pelagianorũ error de natura hominis incorrupta, ſanaque, refellitur dupli ci argumẽto.
Marc. 9.
Luc. 4.
Iſai. 61.
Matt. 1.
Luc. 2.
Cur Chriſtus infirmos curaret, ac dæmoniacos.
Infra 16.
Ioan. 7.

Cùm autem omnes hæreſes quæcunque Euangelium ipſum petant; potiſsimùm tamen illæ, quæ Ieſum ipſum tangunt, atque eius perſonæ aduerſantur (nam Ieſus ipſe Euangelium noſtrum eſt) quemadmodum quæ aut diuinitatem illi tollunt, vt Arriana; aut Humanitatis veritatem, vt Manichæa: aut quæ duas ponit in Chriſto perſonas, vt Neſtoriana: aut quæ vnam tantùm naturam ex duabus, Diuina, & Humana, conflatam conſtituit, vt Eutychiana: aut quæ negat in Chriſto animam fuiſſe ratione præditam, vt Apollinaria: aut quæ vnicam tantùm aſſerit fuiſſe in Chriſto voluntatem, ſicut tradiderunt Monothelitę, quorum author extitit Macharius Epiſcopus Hieroſolymitanus: aut quæ negat Chriſtũ crucifixum, ſed Simonem Cyrenæum, qui angariatus ſuſtulit crucem, vt aſſeruerunt Baſiliani, & Marcitæ; aut quæ inficiatur Chriſtum à mortuis ſurrexiſſe, ſed ſurrecturum aliquando, vti ſomniauit Cherintus; aut quæ decẽrnit, Chriſtum in cœlum ſine carne aſcendiſſe, vt Apelles dogmatizauit: iſtæ omnes, atque ſimiles hæreſes, quas longũ eſſet percenſere, vel quæ Chriſti perſonam exterrem faciunt ab Euchariſtiæ Sacramento, quod inuentum Satanæ fuit olim Berengarij, & noſtro ſeculo à Caluiniſtis, atque Hugonotis repetitum, atque confirmatum, propterea magis Euangelio repugnant, quoniam caput ipſum, hoc eſt, Dominum Ieſum ſoluunt, eumq́ue aut hominem purum reddunt, aut purum Deum, aut mendacem, aut infirmum, aut ſtultum: quæ omnia longè ſunt ab eminentiſsima illa, atque ineffabili diuinæ cum humana natura ad verbi hypoſtaſin vnione, & quæ ſumma gaudet potentia, veritate atque gloria.

Hæreſes quæ nam omniũ capitaliſſimę contra Euangelij autorẽ Chriſtum Ieſum olim fuerunt excitatę.
1. Ioan. 4.
Monothelitę à quo fuerunt excitati.
Matth. 27.
Hæreſis Berẽgarij, alioꝛumque eius Caluiniſtarũ de Euchariſtia.

Non eſt operæpretium prolixiori ſermone inſectari ſtultos, & vanos errores, vel Abbatis Ioachim aientis Euangelium non fuiſſe prædicatum ab Apoſtolis ſecundùm ſpiritualem intellectum, ſed ſolùm iuxta literam, vt Guido illi impingit; vel Flagellantium ſe Hæreticorum, qui poſt aduentũ ſuæ ſectæ, Euangelium deſijſſe affirmabãt. Sed huiuſmodi paradoxa ac portenta, & à ratione, & à fide abhorrentes opiniones recitaſſe, ipſas expugnaſſe ſit.

Abbatis Ioachim neſcio cuius, & Flagellantium huius nominis hæreticorum de Euangelio dogmata peruerſa.

Non grauabor tamen errores, quos noſtri temporis hæretici contra Euangelium diſſeminârunt, recenſere; vt intelligas, quàtis fraudibus & technis Satanas per ſua ac commodata organa, Euangelij deſtructionem moliatur. Primus ergo error eſt, deſcripta à quatuor Euangeliſtis, tantùm eſſe pro Euãgelio audienda, reliqua verò in eo

Contra hũc primũ noſtri ſeculi de Euãgelio Hęreticorũ errorẽ: Solum Euangeliũ expreſſum recipiendum eſt, ac retinendum.

Ioan. 16.

non expreſſa reijcienda eſſe. Cùm tamen contra teſtetur Euangelium: *Adhuc,* inquit, *multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Intelligit Chriſtum ſe ad Spiritum ſanctum tranſmittere, cuius magiſterio erudiendi Apoſtoli erant de his quæ à Chriſto nunquam audierant? Ruſus Ioannes Euangeliſta:

Infra 21.

Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. Chriſtus item, vt habetur in Apoſtolorũ Actis,

Act. 1.

De quo regno Dei Chriſtus poſt reſurrectionẽ ſuam Apoſtolis ſit locutus.

per dies quadraginta apparens Apoſtolis, de regno Dei eos inſtituit, hoc eſt, de Eccleſia, & eius capite, de Hierarchia miniſtrorum ad Sacramenta tradenda neceſſaria, de materia & forma quorundam Sacramentorum non ſatis in Euangelio expreſſis, de ceremonijs ac ritibus non ſatis ad diſciplinam ſpectantibus, de vſu Imaginum, de inuocatione Sanctorum, de Reliquijs venerandis, de ieiunio in Quadrageſima, & alijs diebus opportunis celebrando: de his quippe & ſimilib⁹ rationi conſentaneũ eſt Dominum Apoſtolos ſuos inſtruxiſſe, cùm regnum Dei, hoc eſt Eccleſia, ſine iſtis, aut nullo modo, aut vix poſsit conſiſtere. Quamobrem Paulus non temerè iubet, vt traditiones, ſiue verbo, ſiue ſcripto commendatas, fideliter teneamus, & obſeruemus.

2. Theſſ. 2.

Galat. 1.

In hoc Apoſtoli dicto: Si quis vobis Euangelizauerit præter id quod accepiſtis, &c. duo contra Hæreticos obſeruãtur.

Et in Epiſtola ad Galatas non dixit Apoſtolus, vt illi imponunt Hęretici, Si quis nobis Euangelizauerit plura, quàm quæ audiſtis, anathema ſit, ſed inquit: *Si quis vobis Euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit*: quod eſt dicere, contraria, & oppoſita his quæ accepiſtis. Non dixit Apoſtolus, præter id quod ſcripto accepiſtis: quia fortaſsis tunc aut nihil, aut pauca erant ſcripta: ſed quod traditione verbis viuis ab euangelizantibus acceperant Apoſtolis.

In ſecũdum hũc errorem Othonis Brũſelphij planè Satanicum: Euangelium ſcriptũ nihil eſt, niſi illud, quod internè Spiritus ſanctus in cordibus fidelium ſcribit, atque docet.

Secundus error eſt, Euangelium ſcriptum, merum eſſe figmentum, ſomnium, & rem Cabaliſticam prorſus, nihilque ad ſalutem promouendam facere: ſed Euangelium eſſe verbum, quod Spiritus ſanctus in corde fidelium loquitur & ſcribit, illudque tantùm eſſe audiendum. Sic enim Otho Brunſelphius, ex Carthuſianorum familia ad Hæreticos transfuga infelicißimus, & fanaticus ſcripſit: & homines adhortabatur, vt in antris, & ſpeluncis latitantes, vocem Euangelicã à Spiritu ſancto perciperent. Sed ſanè mera inſania, & commẽtum diaboli eſt hoc, ad aperiendã omnibus perniciosis erroribus feneſtram excogitatum: quare illud expugnare ſuperfluũ duximus.

Tertij iſtius erroris confutatio: Euãgelium tanquã perſpicuum, ac dilucidũ, opus nulla habet interpretatione.

Tertius error eſt, Euangelium adeò apertum eſſe & clarum, vt interpretatione non indigeat, cùm per ſe ipſum totum exponi, declararique poßit. Verùm in hoc certè Hæretici egregios ſe produnt artifices: nam dum Eccleſiæ Catholicæ, Patribusque poteſtatem interpretandi Euangelium adimunt, ſibi ipſis illam tribuunt, atque arrogant. Attamen Patres longis ſuis atque doctißimis Commentarijs, quibus Euangelia illuſtrârunt, teſtatum nobis reliquerunt, quàm ſit difficilis interdum, & perobſcura doctrina Euangelica: nam vel Apoſtoli ipſi Chriſtum in carne loquẽtem interdum non intelligebant, vt Euangelium teſtatur: & Hæretici, qui ſuo ſeculo cum Patribus de intellectu Euangelij contentioſißimè certârunt, ſatis indicant, neminem ſuo ſenſui, vel prudentiæ fidere debere: ſed eam in primis à Deo precibus ac ſupplicationibus; deinde & ab Eccleſiæ ſanctę Patribus, illuſtribusque Doctoribus petendam eſſe.

Luc. 18.
Matth. 13.
Infra 15.
Ioan. 16.
Prou. 2.

Duplici ex fonte hauriẽda eſt ſacrarum intelligentia Scripturarum.

Nec veterum Patrum ſcriptis tantùm contenta Eccleſia fuit, ſed omnibus ſeculis ſummos habuit ſanctitate, & doctrina, ac eximios ſcriptores, qui ſuis luculentißimis commentarijs, lucubrationibusque doctrinam expoſuerunt Euangelicam, eamque ab hæreſibus, ſuperſtitionibus, erroribus, & falſis reuelationibus, quibus illam obſcurare contendebãt, feliciter, & glorioſè aſſeruerũt, & vindicârunt.

Sacroſũ enarratores atque interpretes Euangeliorũ antiqui Patres Græci, atque Latini, quot præcipui recenſentur.

Scripſerunt enim in Euangelia, ex Græcis quidem Origenes, Hippolytus Martyr, Theophilus Antiochenus, Theodorus Heracleota, Apollinarius Laodicenus, Didymus Alexandrinus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, Leontius, Euthymius, Nonnus Panopolitanus: ex Latinis verò, Hilarius, Victorinus, Fortunatianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Beda, Remigius, Anſelmus, Haymo, Rupertus Tuitienſis. Qui verò per quadringentos annos antè nos ſcripſerunt, innumerabiles propemodum ſunt & infiniti, & magis omnibus noti, quàm vt hic ſint percenſendi.

Impugnatur quartum dogma Hæreticorũ: Euangelium nuda eſt remißionis peccatorum, vitæque æternæ fidelibus dandæ pollicitatio.

Quartus error eſt, Euangelium puram ac nudam eſſe Dei promißionem de gratuita peccatorum remißione, ac vita æterna donãda omnibus fide illud recipientibus. Sed hęc aſſertio ſi vera eſſet, multos & perniciosos errores, & ab Eccleſia iam damnatos inuolueret, nempe ſolam fidem ſatis eſſe ad iuſtitiam, & ad ſalutem: Opera bona, nec ad veniam delictorum obtinendam, nec ad æternæ vitæ conſecutionem eſſe neceſſaria: In Chriſto renatos ad nullam legem obligari, præterquam ad credendum:

Ex hoc dogmate planè peſtilenti.

Sacra-

quot, & quãta neceſſariò alia conſequantur.

Sacramenta nequaquam ſanctificare hominem, nec renouare: quæ omnia & apertiſsimis Scripturarũ teſtimonijs contradicunt, & nuper in ſancta Synodo Tridentina condemnata, & reprobata ſunt. Nam nec Deus remiſsionem peccati confert non præparato, vel non deteſtanti peccatum, vel Sacramento ſe ſubdere repugnanti, vel votum nouæ vitæ non concipienti. Scriptum eſt enim: *Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & cõuertar ad vos: Pœnitemini, & credite Euangelio: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.* Rurſus vita æterna non ſimpliciter datur, ſed redditur iuxta cuiuſque opera: præmiumq́ue & retributio, & merces, & corona iuſtitiæ, & denarius, & brauium in Scripturis frequenter nominatur: vt intelligamus nonniſi legitimè certando, & in vinea Domini laborando, in viaq́; Dei ambulando, atque benè agendo, ad eam nos poſſe peruenire.

Quẽ Deus dignũ habeat remiſſione peccatorum, tantũmodo.
Zach. 1.
Marc. 1.
Act. 2.
Vitam æternam bonorũ operum tantùm meritis dari, ex quibus eius appellationib⁹ conſtet.
Hierem. 31.
Matth. 5.
Luc. 6.
2. Tim. 4.
Matth. 20.
1. Cor. 9.

Vanum eſt ergo diſcrimen, quod inter Legem & Euangelium aſsignant Hæretici, quòd lex ſit, quæ certa opera, & præceptorum obſeruantiam à nobis exigat; Euangelium verò ſit nuda prorſus gratiæ & gloriæ propter Chriſtum promiſsio, atque ita Euangelium legem eſſe non poſſe. Quæ omnia falſa ſunt, ac contra Scripturas apertè pugnantia. Nam & Prophetæ Nouum Teſtamentum, legem appellant. Iſaias namq; de Chriſto vaticinans, inquit: *Et Legem eius inſulæ expectabunt*: & Hieremias pactum nouum cum domo Iſraël factum, explicãs: *Dabo*, inquit, *legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Apoſtolus quoque apertius diſtinguit inter legem fidei, & legem factorum. Et rurſus inquit: *Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati, & mortis*: Et rurſus ad Corinth. *Iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cùm ipſe non eſſem ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem.* Idem Paulus ad Galatas: *Ego per legem legi mortuus ſum.* Item Iacobus frater Domini, Euangelium vocat, legem perfectæ libertatis. Quibus quidem teſtimonijs in genere ſatis expugnatos puto eſſe errores Hæreticorum noſtri temporis, qui de Euangelio malè ſentire dignoſcuntur.

Non ſolũ legem Moyſi, vt Hæretici mentiuntur, ſed etiam Euangeliũ, legẽ eſſe factorũ.
Iſai. 42.
Hier. 31.
Hebr. 8.
Legem fidei qua ratione Apoſtolus diſtinguat à lege factorum.
Rom. 3.
Infra 8.
1. Cor. 9.
Galat. 2.
Iacob. 1.

PROLEGOMEN. XXXVIII.

In quo de vera Chriſti ætate diſſeritur, ac dies Conceptionis, Natiuitatis, Baptiſmi, Mortis, atque Reſurrectionis eius traduntur: tum quoto præciſè vitæ Chriſti anno ac menſe currente hæc contigerunt.

Externi hiſtorici, qui vitam & geſta illuſtris alicuius, & magni Principis enarranda ſuſcepêre, ſedulò ac diligẽter totum vitæ eius tempus, & qua quidque ætate acciderit, virtutumq́ue progreſſus, quos cum vitæ ediderit incremento, quoad eius fieri poteſt, conantur perſcribere. Id verò accuratiſsimè obſeruatum legimus in ſacris literis, vt de Patriarchis conſtare poteſt ex hiſtoria Geneſis: de Regibus etiam, & Prophetis idem perſtare videntur Regum, & Paralipomenon libri. Porro in nouo Teſtamento de Chriſto Ieſu Domino noſtro, Patriarcha, veroq́; Rege, & Propheta idem ſeriò obſeruant Euangeliſtæ, maximè verò Lucas capite primo, ſecundo, ac tertio. Sed quoniam non ita ſingula perſcripta ſunt, vt in multis minimè ſit coniecturis, & rationibus, atq; Patrum teſtimonijs locus relictus, idcircò peculiari tractatu, maioriq́; diſputationis luce indigere mihi viſa ſunt. Cùm igitur in huiuſce rei tractatione plurima deliteſcant myſteria, plures Scripturarum loci veniant explicandi, nõnulli item nodi, tum ex Scripturis, tum ex Patribus diſſoluendi ſint; copioſa denique eruditionis ſupellex detegatur, exiſtimaui non inutilem, neque iniocundam fore operam noſtram atque ſtudium, quod huic elucidandæ veritati impenderemus. Quo autem clarior ac diſtinctior noſtra procedat oratio, age, per aſſertiones procedamus, quas Scripturis, & Patrum teſtimonijs, & rationibus quatenus opus fuerit, fulciemus.

Quàm vtilis hęc ſit futura tractatio.

Sit igitur aſſertio prima: Chriſtus Dominus cõceptus, ſiue incarnatus fuit 25. die menſis Martij, ſiue, vt alij loqui conſueuerunt, octauo Calend. Aprilis. Hæc in primis vſu & conſuetudine Eccleſiæ, quæ illo die ſolenniter tantum incarnationis myſterium celebrat, confirmantur; deinde & ex Chryſoſtomi & Auguſtini, atque Athanaſij dictis. Ait enim Chryſoſtomus in ſermone primo dẽ Natiuitate Ioãnis Baptiſtę, ſiue ſerm. 1. de Annuntiatione: *Fuit igitur, quando hæc* (ſcilicet: *Ecce concipies, & paries filium, &c.*) *Angelus ad Mariam annuntiauit, octauo Calendas Aprilis, qui & ipſe eſt dies æquinoctialis ad inchoationem lucis, &c.* Conceptus

Chriſtũ Dominũ die 25. Martij fuiſſe conceptum.
Chryſ. tom. 11. circa fin.
Luc. 1.

eſt ergo

eſt ergo Dominus noſter octauo Calendas Aprilis, menſe Martio, qui eſt dies Paſchæ, paſsionis Domini, & conceptionis eius. In qua enim die cóceptus eſt, in eadem & paſſus eſt. Auguſtinus verò lib. 83. Quæſtionum, qu. 56. id ipſum aſſerit, nempe quòd Dominus noſter eadem die qua fuit conceptus, eſt paſſus, videlicet octauo Calendas Aprilis. Idem lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. vlt. Mortuus eſt ergo Chriſtus duobus geminis conſulibus, octauo Calend. Aprilis. Reſurrexit tertia die, ſicut Apoſtoli ſuis etiã ſenſibus probauerunt. Rurſus lib. 4. de Trin. cap. 5. & ſerm. 18. in Natali Domini, libro etiam contra Iudæos, & Arrianos, cap. 5. & Beda lib. de Temporibus, cap. 46. Porrò Athanaſ. lib. Quæſt. ad Antiochum principem, quæſt. 17. *Quare*, inquit, *viceſimo quinto die menſis Martij in vtero Virginis clauſus, habitare cœpit Chriſtus & Deus noſter, veniens in terram?* Reſponſio: *Quia eodem die in mundi principio Deus creauit Adam. Hinc eſt quod in hoc ipſo menſe omnes arbores, & herba, animalia itẽ ad proferendum fructum, & ad liberos procreandos commouentur, tanquam à Deo hoc tempore creata ſunt.* Hæc Athanaſius, ſi tamen opus ſit eius.

B. Aug. to. 4.
Idem to. 5.
Idem to. 3.
Idem to. 10.
Idem to. 6.
Beda to. 2.
Mag. Athan. tom. vlt.
Dominicæ incarnatiõis die 25 Mart. peractæ myſteriũ Athanaſij.

Quæ ratio prædictam veritatẽ confirmet.

Fauet huic quoque ſententiæ ratio ipſa. Nam ſi editus eſt in lucem 25. Decembr. vt Eccleſia tradit, quòd partus nouem menſibus compleatur, ſi à 25. Decembr. retrocedas per nouem menſes, inuenies diem conceptionis in die 25. Martij ſiſtendum.

Quod Chriſtus die Veneris ſit incarnatus.

Secunda aſſertio: Chriſtus Dominus die Veneris, quæ ſexta feria dicitur, conceptus eſt. Quod probatur primò ex vulgari omnium fidelium æſtimatione, communi Eccleſiæ fide, quæ peculiari quadã veneratione ſingulos ſextę feriæ dies, qui in menſem Martium incidunt, colit, ac celebrat. Extãt etiam hodie verſus quidã in honorem eiuſdem ſextæ feriæ hoc ipſum atteſtãtes, quos in hiſtoria Lombardica Petrus Comeſtor producit, qui ſunt:

I. Argum.
Hiſtor. Schol.

Salue feſta dies, qua vulnera noſtra coërces.
Angelus eſt miſſus, eſt paſſus in cruce Chriſtus:
Eſt Adam factus, eſt eodem tempore lapſus.

II. Argum. à Patribus iam dictis.

Deinde idem colligitur ex paullò ante productis Auguſtini, & Chryſoſtomi autoritatibus, qui tradunt, Dominum eodem quo paſſus eſt die fuiſſe conceptũ. Conſtat autem maniſeſtè atque inuictè ex Euangelio, Dominum in die Paraſceues, vt teſtatur Ioannes, hoc eſt, die Veneris, mortem Crucis ſuſtinuiſſe. Ad hæc, vt infra probaturi ſumus, Chriſtus vixit annos triginta tres plenos; ac præterea quantum fluxit à 25. Decemb. ad 25. Martij, in qua obijt: quare neceſſarium eſt, ſi rectè colligas, retrocedendo per circulum literarum Dominicaſium, Dominum die Veneris conceptum fuiſſe. Atq; huic ſententiæ ſubſcribunt hiſtorici omnes, & Scriptores Eccleſiaſtici, atque Chronographi, vt accipitur ex autoritate Bedæ, & Campani, & aliorum.

Ioan 19.
III. Argum.

Chriſtum 8. Calend. Ianuarij videlicet Dñica natũ fuiſſe.
B. Aug. tom 3. Ioan. 19.

Tertia Aſſertio: Chriſtus Dominus natus eſt die 25. Decemb. Hoc ipſum plena fide recipiendum eſt, ob Eccleſiam, illo die peractam Natiuitatem, credentem. Quod confirmatur teſtimonio Auguſtini, qui libro 4. de Trin. ca. 5. ita inquit: *Octauo Calen. Aprilis conceptus creditur, quo & paſſus; ita monumento nouo, quo ſepultus eſt, vbi nullus erat mortuorum poſitus; nec antè, nec poſteà, congruit vterus virginis quo conceptus eſt, vbi nullus ſeminatus eſt mortalium. Natus autem traditur octauo Calend. Ianuar.* Hæc ille: at octauo Calen. Ianuar. dies Dominicus incidit. Subſcribit & huic ſententiæ Caſsiodorus, qui in Pſal. 117. ſuper illud: *Hæc eſt dies quam fecit Dominus*, ſic ait: *Licèt Deus cunctos dies creauerit: ſingulariter tamen diem feciſſe dicitur, qui Chriſti Domini Natiuitate ſacratus eſt.* Hæc ille.

Caſsiodorus.

Quorum eadem aſſertio recentiorum Patrum teſtimonio roboretur.
Duran. lib 6. Diuino Offi. c. 14. ini.

Idem penè vniuerſi tradunt, vt gloſſa ordinaria, & Lyranus in Luc. cap. 2. Albertusq; Magnus ſcribens in Euangelium: *Miſſus eſt Angelus*, Platina quoque in vita Ieſu Chriſti, atque Durandus in rationali Diuinorum Officiorum, dicens: *Eſt aduertendum, quòd Dominus in fine anni naſci voluit, vt oſtenderet ſe in vltima mundi ætate venire, in ſexta feria conceptus, in Dominica natus, in ſexta feria crucifixus fuit, & in Dominica reſurrexit, vt qui hominem in ſexta feria plaſmatũ perdiderat, in ſexta feria liberaret, & qui dixerat in Dominica: Fiat lux, in Dominica veniens, Oriens ex alto nos illuminaret. Et in nocte natus eſt, vt ſe ſub carne latentem venire ſignaret; vel vt ſeſe ad illuminandum noctem noſtram venire mõſtraret: quoniam habitantibus in regione vmbra mortis, lux orta eſt eis.* Hæc ille in Dominica de officio Natalis. & idem tradit libr. 7. cap. 9. de annuntiatione virginis Mariæ. Idem quoque etymologia ipſius diei Dominicæ docet: nam ob id Dominica dicta eſt, quia eo die natus eſt Dominus, ſicut & eadem à mortuis reſurrexit, quod ad corpus attinet, regenitus, immortalitatem ac cæteras animæ dotes indutus, in eadem demum miſſo Spiritu ſancto in Pentecoſte, ſingulari quodã modo Apoſtolos fecit renaſci. Huius autem Dominicæ meminit Ioannes in Apocalypſi, cap. 1. cùm ait: *Fui in Spiritu in Dominica die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ, &c.* Quo ſcilicet doceat nos Dominica die ſpiritalem agere vitam, & audire verbum Dei. Quòd ſi natus Dominus eſt die Dominica, eadem quoque ſua

Gen. 1.
Infra 2.
Infra 3.
Luc. 1.
Iſai. 9.
Idem.

Vnde Dominica dies ſit nominata.

Apoc. 1.
Quid quod ſe fuiſſe in ſpiritu in D… nica die, aſſerit Ioannes.
Matth. 12.
Luc. 2.

circuni

circunciſus, ſed prima Ianuarij, & die Veneris ſequentis à Magis Orientalibus eſt viſitatus, & adoratus, idq́ue ſexta Ianuarij: præſentatus verò in templo die Iouis. Hæc enim omnia poſitam diem Natiuitatis in 25 Decembris, & Dominica die neceſſariè conſequuntur. Ridendus porrò hæreticus quidam Matthæus Beroaldus, qui libro 4. Chronici, cap. 2. & 3. docet, Chriſtum natum menſe Septembri, in ipſo æquinoctio Autumnali; eodem die baptizatum, quo Magis eſt reuelatus, & omnia confundit: & totius anni principium refert ad eũdem Septembris diem. Aſſerit præterea Chriſtum 15. die Decembris conceptum, quia nouem menſibus geſtauit vterum. Et reprehendit Eccleſiam de pudendo errore. Hæc iſte nouus, & egregius ſupputator, ſecutus quoſdam Aegyptios autores. Sed ſũt hęc omnia vana, & falſa, ſed nullo ſolido nixa fundamento.

Beroaldi neſcio cuius hęretici hominis, Chriſtũ in Septembri natũ, in Decemb. nugatũ fuiſſe conceptum, confutantur errores.

Quarta ſit Aſſertio: Chriſtus Dominus incarnatus eſt anno primo poſt biſſextum, qui vel fuit, vel eſſe debuit iuxta ordinem Kalend. Nam ſi Chriſtus, vt aſſeritur, natus eſt die Dominico, neceſſe eſt, vt litera Dominicalis eo anno currens eſſet B, vt patet intuenti Kalendarium. Etenim 25. dies Decemb. ſignata eſt litera B, & 25. dies Martij eiuſdẽ anni, quo iam Chriſtus fuerat cõceptus, notata eſt litera G, vnde cõſtat, quòd erat dies Veneris, ſeu feria ſexta, ſicut dies 25. Decembr. erat Dominica. Idem etiam recta deducitur computatione: nã ſi anno biſſextili currũt duæ literæ D, C, neceſſum eſt, vt anno proximè ſequenti biſſextũ, qui fuit incarnationis, currat Dominicalis litera B, nã poſt quoſlibet viginti octo annos ſemper redit eadem litera Dominicalis, & in eodẽ ſtatu reſpectu biſſexti. Conſtat aũt quòd reuolutis viginti octo annis poſt biſſextum, anno ſequenti inuenitur litera Dominicalis B. Hanc aũt regulam inueniendi biſſextum docuit cyclus Dionyſij Abbatis quem Eccleſiæ Rom. tradidit, & quem omnes ſubducendæ rationis periti ſine cõtrouerſia ſequuntur.

Chriſtũ anno 1. poſt biſſextum fuiſſe conceptum.

I. Argum.

II. Argum.

Dionyſius Abbas rationem inueniẽdi biſſextum primus adinuenit.

Quinta aſſertio: Chriſtus conceptus, & natus eſt anno 42. Imperatoris Auguſti, vt teſtis eſt Euſebius in Chronico, & Clemẽs lib. 1. Stromatum: qui anno 28. eiuſdem tradit Chriſtum natum, quibus ſi addas 24. annos Triumuiratus, efficies 42. & Epiphanius ſub finem tomi primi, libro 1. tradit Dominum natum anno 42. Auguſti. Idem in Alogianos agens, reprehendit Valentinum, ac diſcipulos eius, quòd dicerent Chriſtum natum 40. anno, pro 41. Quia calculo, inquit, ipſius B, relicto, & μ ſolùm reſtante, 40. ſolùm annos fecerunt, cũ eſſet dicendum μ. β. Ad hæc Paulus Oroſius lib. 7. cap. 2. anno illo prope emenſo docet Natiuitatem Domini accidiſſe, vt alios ſilẽtio premam permultos: quanquam Tertullianus ſcripſerit anno 41. vt refert Hieronymus in cap. 9. Danielis, & in præfatione in Chronicon Euſebij, & ante eum Irenæus lib. 3. cap. 25. & recenſitio Conſulum apud Liuium, Chriſtum natum ponit anno 41. Auguſti, & in exceſſu Auguſti Chriſtus agebat 16. annum, ſed non plenum.

Anno Auguſti Imperat. XLII. conceptũ eſſe Chriſtũ, & natum oſtenditur.

D. Epiphan.

Idem in Hæreſi 51.

Paulus Oroſ.

Irenæi opin. & Tertul.

Hieron tom. 5. circa fin.

Sed quoniã de ætate Auguſti multa dubitantur apud magnos, & graues autores; propterea quædã accuratius ſtatuẽda ſunt. Atque illud in primis, vt certum admittendum eſt, Auguſtum natum 9. Calen. Octobris, hoc eſt 23. Septemb. vt teſtis eſt Suetonius in Auguſto. Secundum eſt, Auguſtum vixiſſe annos 76. 5. diebus minus, vt idem Suetonius autor eſt. Tertium ſtatuendum, in Cæſaris morte Auguſtum egiſſe annum 18. & menſes circiter ſex, videlicet, quantum interiacet à 32. Septembris ſui natalis die ad Idus, vel, vt alij volunt, ad Calendas Martias, quo die occiſus eſt Cæſar, vt omnes hiſtorici teſtantur. Eam autem Auguſti in morte Cæſaris ætatem, affirmant Eutropius, T. Liuius (vt conſtat ex L. Flori epitome) Cicero in Philippicis, Plutarchus, Cornelius Tacitus, atq; alij; ex quorum dictis ſiue expreſsè, ſiue tacitè (vt cùm vocant eum puerum, ſiue adoleſcentẽ) idem habetur. Et probatur etiã, quia in exceſſu C. Cęſaris Auguſtus habebat decẽ & octo annos ferè cum dimidio, idq́ue apertè oſtẽditur, quia, vt teſtis eſt Suetonius, natus eſt Auguſtus Conſule Cicerone, die 23. Septemb. à cuius Conſulatu, ſi Conſules enumeres ad mortẽ Cæſaris, tot annos comperies. Deinde Auguſtus primum Conſulatum iniji anno 20. inchoato, vt autor eſt Tranquillus, ſiue 19. iam exacto, vt teſtatur Florus. Conſulatus autem iſte non fuit Iulij Cæſaris nece poſterior niſi vno anno, & aliquot menſibus, quia hic Conſulatus nonniſi intra annum Hircij, & Panſæ iam extinctorũ continetur: ergo habebat Auguſtus in nece Cæſaris ſupra 12. annos, & amplius quinq; menſes, aut ferè ſex.

Quando natus Auguſt.

Sueton. ca. 5.

Quãdo vixerit. Quotennis in obitu Iulij Cæſaris fuerit.

Quando Iulius Cæſar occiſus.

Eutropius.

T. Liuius.

Tul. Philip.

Plutarch. in Auguſto.

Corn. Tacit. in dialog. de Oratorib.

Sueton. ibid.

Idem cap. 20.

Quartum, in ea anni parte, in qua Cæſar interfectus obijt, Auguſtus non potuit dici imperare: nondum enim vllam acceperat à Senatu autoritatem. Erat autem eo tempore M. Antonius Conſul, qui multa aduerſus interfectores Cæſaris attẽtauit, nempe contra Marcum & Decium Brutos, & Caſsium. Surrexit autẽ M. Tullius pro illis contra M. Antonium, & adoleſcentẽ, imò

Ab an. mortis Cæſaris, cui minimè Auguſti imperium inchoauerit.

puerum

puerum laudauit Octauium, excitauitque aduerſus Antonium.

Anno ille ſequenti cum Hircio, & Panſa Conſ. & Brutis, Mutinæ contra M. Antoniũ pugnauit.

Quintum: anno mortem Cęſaris conſequente, ſcilicet, Kalend. Ianuarijs, Hircius, & Panſa Conſules creati ſunt, qui cõtra M. Antonium vnà cum Brutis & Octauio bellum ſuſceperunt, & Mutinæ tandem prælio inito, penè in calce menſis Aprilis profligatus eſt Antonius, qui ad Lepidum confugit, ſeque cum illo coniunxit, atque in eo prælio ambo Conſules deſiderati ſunt.

Eodem vicenarius Auguſtus anno Cõſulatum inaſit.
Plutarchus in eius vita.
Sueton. loco præſcripto.
Sabellicus Aeneid. 7. lib. 1.

Sextum: Eodem anno Octauius motis hoſtiliter armis Romam venit: & cùm nõdum ageret annos viginti, vt teſtantur Plutarchus, & Suetonius, Conſul factus eſt pro anno ineunte ſimul cum Q. Pędio. Sic enim ait Plutarchus: *Nondum viginti annos natus Conſul fit*. Suetnnius verò ait: *Anno vigeſimo per vim Conſulatum extorſit; cùm tamen interim cum M. Antonio tractata eſſet reconciliatio.* Hoc idem tradit M. Antonius Sabellicus, & alij permulti.

Auguſtus quã Triumuir factus.

Septimum: Illo ipſo anno Conſulatus ſui cum M. Antonio, & M. Lepido Triumuiratum inijt, deſtinaruntque ſimul omnes Cæſaris interfectores, eorumque fautores perſequi: qnod & fecerunt intra triennij ſpatium, vt docet Suetonius. Nam contra Brutum factum eſt bellnm Philippenſe, & caput eius Romam allatum. Caſsium qnoque perſecuti ſunt, qui eodem ſe interfecit pugione, quo Cæſarem necârat. Et hic eſt tertius annus à Cæſare exactus, poſt quem verè cœpit Auguſti imperium.

Quãdo Triũuir fuerit: quã Imperator electus, quot annis imperauerit.
Sueton. c. 8.

Octauum: Cum Antonio, & Lepido ferè duodecim annos imperauit Auguſtus: ſolus autem, interfectis Triumuiratus ſui ſocijs, hoc eſt M. Antonio, ac Lepido, monarchiã tenuit annis quadraginta quatuor, vt refert Suetnnius, alijq; complures, quanquam Euſeblus ſcribat, aliquos Auguſto tradidiſſe 46. annos monarchiæ: verùm prior ſentẽtia verior eſt, & fidelioribus cõfirmata teſtibus.

Annorũ Imperij Auguſti dictorũ, Corollarium I.

Ex his igitur qnæ præmiſimus, nonnulla iam capere licet. Primum à morte Cæſaris ad Auguſti exceſſum interceſsiſſe ſupra 58. annos: quod ex ſecundo & tertio præmiſsis liquidum eſſe poteſt. Nam cùm excederet Cęſar, agebat Auguſtus 18. annum, & circiter ſex menſes. Vixit autem annos 76. minus circiter menſe: ergo neceſſe eſt ſuperuixiſſe annos octo & qninquaginta, cum menſibus quinque. Atque ita verum eſt quod tradit Cornelius Tacitus in dialogo de Oratore, nempè Auguſtum regnaſſe quinquaginta octo annos non plenos, qui ſcilicet interceſſere à morte Cæſaris vſque ad obitum Auguſti. Atque hoc liquidum redditur ex eo, quòd ipſe enumerat annos à morte Cæſaris, ita enim illos continuat.

Cornelij Taciti dictum, quòd Auguſtus 8. & 50. annos imperauerit, quomodo verũ.

II. Corollar.

Secundum elicimus, à Conſulatu Hircij & Panſæ (qni fuit poſt decem menſes à nece Cæſaris ſequentibus Kalendis Ianuarijs) quibus ſe adiunxit Auguſtus, ad ipſius Auguſti exceſſum interfluxiſſe annos LVII. & menſes 8. fermè. Et ſumendo exordium Imperij, verum eſt dictum Ioſephi lib. 18. Antiqnitatum, ca. 3. quem ſecutus eſt autor hiſtoriæ Longobardicæ, & Nicolans de Lyra, atq; alij, dicentis, quòd Auguſtus regnauit 57. annis, & ſex menſibus amplius, & diebus duobus: in qno numero 14. ſunt anni, in quibus Antonius eius fuit Imperij ſocius, & particeps. Vixit autem annos 77. Hęc ille ferè, qui annos 14. tribuit Triumuiratui Auguſti, Antonijque, cùm alij non tribuant niſi 12. Sed hoc fecit adſcribendo Auguſto omnes annos, qui fluxerũt à morte Cęſaris, quemadmodum fecit Cornelius Tacitus. Atque hac ratione ſuppntandi verum eſt, quod docet Euſeb. in Chronico, & omnes ferè eius ſectatores, Chriſtum natũ anno Auguſti 42. nondum enim erat ille 42. annus expletus, propter ſex illos dies, qui ſupererant de mẽſe Decembri. Eodem quippe anno ponitur incarnatus, qui inxta hanc regni eius computationem fuit à Kalendis Ianuarij ad alias Kalendas.

Dicentiũ 57 ann. & menſibus 8. Auguſtũ regnaſſe, opinio concluditur.
Euſeb. tom. 1.

III. Corollar.

Tertium accipe, quòd à proprio Conſulatu ipſius Octauij cum Q. Pædio, item à Triumuiratus plena concordia, quæ fuit paulò pòſt eodem anno, vſque ad diem obitus eiuſdem Auguſti fluxerunt anni 56. & ſex, vel ſeptem amplins mẽſes, vt ſcribit Suetonins. Et verum eſt, quòd duodecim ferè annos cum M. Antonio atque Lepido, ſolus autem 44. annls imperauerit. Dicit autem Suetonius, Ferè; ob interruptlonem illius Triumuiratus, in qno bellum Actiacum geſtum eſt, vnde anni 44. computantur à triumpho quem Romæ geſsit.

Sueton. ca. 8.
Ann. ferè 12. Auguſtum ſeniſſe Triumuiratũ, vt dicat Sueton.

Quod ſi ab eo tempore exordiũ Imperij capiatur (nam verius tunc imperauit, quando ſolus fuit Imperator) verum inuenitur quod ſcribit Tertullian. & Irenæus, & alij, Chriſtum natũ 41. anno Auguſti imperij. Verum etiam quod tradit Euſebius, Auguſtum regnaſſe 56. ac paulò plus dimidio anno.

Tertullia. & Irenæi, Chriſtum natum anno 41. Imperij Auguſti opinantium, dictum ſaluatur.

Quartum accipimus; Dominũ In exceſſu Auguſti egiſſe ſextumdecimum ætatis ſuæ annum: expleuerat ſiquidem 15. annos, & 8. menſes ipſius 16. videlicet quantum eſt à 25. Decembris, in qua natus eſt Dominus ad 19. Auguſti, In quo obijt Auguſtus. Ab incarnatione autem numeratur annns currens 17.

Auguſto moriente, Chriſtũ fuiſſe 16. annorũ ferè, colligitur triplici argum.

Beda lib. de ratio. tempor. c. 45. tom. 2. B. Anton. II. Argum.

rens 17. Quod quidem probatur per multos Chronographos: ſic enim docet Beda, & Archiepiſcopus Florentinus. Deinde veriſimile ſit quod narrat Paulus Epiſcopus Foroſemprenienſ. qui producit magnum quendam Aſtrologum; qui diligẽti calculo comperit eclipſim illam magnã, quæ in exceſſu Auguſti fuiſſe prodita eſt, contigiſſe anno ab Incarnatione 17. Præterea hoc facit ipſa annorum Imperij Auguſti computatio. Nam, vt ex Euſe. habemns, viceſimo octauo Monarchiæ eius natus eſt. Certum eſt etiam iuxta eum, quod tenuit Principatum annis 44. vnde Chriſtus Auguſto moriente agebat annos ſexdecim. Enumeratio etiam Conſulum addita in fine T. Liuij idẽ oſtendit: nã ponit in exceſſu Auguſti Chriſtum agere 16. annum, non plenũ intellige, ſed per octo menſes exactos.

Euſebius. III. Argum.

Quo anno inſtituti à Iulio Cæſare Kalendarij Dominus fuerit incarnatus. Ioan. Stophlerinus.

Scxta ſit aſſertio: Anno 45. ab inſtitutione Kalendarij Iuliani conceptus eſt Dominus: quod credibile eſt, atque per omnia vero conſonum. Fecit enim hoc, vt docet Ioannes Stophlerinus, in primo congreſſu luminarium, ſecũdùm medium curſum in prima die Ianuarij horis 18. minutis 44. ſecundis 55. Comperit enim diligentiſsimo calculo primo Ianuar. coniunctionem talẽ cõtigiſſe anno 45. ante incarnationem; tametſi Chriſtus ſecundùm omnes cõceptus eſt anno primo ſequẽti annum biſſextilem, id eſt qui fuit, vel eſſe debuit, ſi error ille ſacerdotum natus non fuiſſet, debuit per 45. annos præcedere Domini incarnationem emendatio Kalendarij, vt multi teſtãtur. Et ad hoc reſpexit Abbas Dionyſius, qui ſecutus eſt ordinẽ Kalendarij, qui ab initio poſitus erat per Cæſarem. Sed imperitia, & negligentia Sacerdotum per 36. annos perturbatũ erat, Suetonio teſte: fuſiùs verò idem docet Macrobius in Saturnalibus. Vnde & illud credibile, quòd primo ſuæ Dictaturę anno inſtituerit Kalẽdarinm, ſicut quibuſdam Aſtrologis placuit: quamquam alij vltimo anno, alij penultimo anno, alij tertio à poſtremo, ſuo de more diſcordãtes, tametſi parum hæc diſcordia faciat ad rei, qua de agitur, notitiam. Ideò probabilius eſt quòd primo anno id fecerit.

A quibus & quantũ illud fuerit Kalendarium confuſum, & conturbatum.

Sueton. in Auguſto, cap 31. Macrob. lib. 1. Saturnalium, c. 4. & 5.

Error ille Kalend. Iuliani vnde deprehendatur.

Quod vt rectiùs percipias, perpende, Iulium Cæſarem, teſtibus Suetonio & Macrobio, per errorem Sacerdotum in computatione anni ſalutis, mendax, ac falſum Kalendarium tradidiſſe, ex eo præſertim, quòd biſſextum tertio quoque anno colligi iuſſerit: quo factum eſt, vt tranſactis 36. annis, biſſextilis annus duodecies tranſiuerit, cùm octies deduerit tantùm: nam iuxta veram anni ſupputationem, quilibet quartus annus incidit in biſſextum; ideò ſtatutũ eſt ab Auguſto in eius Pontificatu, vt currerent duodecim anni ſine interpoſitione biſſexti, ac deinceps quarto anno obſeruaretur biſſextus.

Quomodo illud Auguſtus correxerit, & ordinauerit.

Quo anno Tiberij Chriſtus baptizatus ſit. Luc. 3.

Septima concluſio: Dominus baptizatus eſt anno Tiberij 15. vt eſt inuictum teſtimonium Luc. caput 3. quamquam apud Chryſoſtomum homilia de Natiuitate Ioannis Baptiſtæ, annuntiatio Ioan. tradatur fuiſſe ante primum annum imperij Tiberij Cæſaris, quod manifeſtè eſt falſum: tunc etenim Ioannes cùm baptizauit Chriſtum, haud compleſſet præterquam 16. annum; cùm tamen ſex menſibus excederet Chriſtum, qui tunc erat annorum 30.

Supra 3.

Tricenarium Dñm fuiſſe baptizatum oſtenditur. I Argum. à Patribus. B. Ignat.

Octaua Aſſertio: Chriſtus dum ad baptiſmum acceſsit, ætatem habebat 30. annorum, & amplius 13. dierũm: quod comprobamus primò quidẽ autoritate Patrũ, deinde ex verbis Scripturę. Scribit enim B. Ignatius epiſtol. ad Trallianos circa finem: *Chriſtus triginta annos agens baptizatus eſt à Ioanne in veritate, & non in phantaſmate, & tribus annis prædicauit Euangelium.* Hæc ille. Cuius autoritas omnibus alijs eſt pręferenda, cùm ipſe eo tempore extiterit, quo omnia hæc erant certiſsima; & idem Ioannis diſcipulus, & familiaris beatæ Virginis fuerit.

Ille triginta Chriſti annorũ numerus explicatur.

Intelligo autem Chriſtum egiſſe 30. annos integros, & perfectos, vt docent Patres, Epiphanius, Chryſoſtomus, Hieronymus, & Euſebius, inferius citandi; qui apertè tradunt, Chriſtum poſt triginta annos veniſſe ad baptiſmum: quos & ab Ignatio hoc accepiſſe, & didiciſſe credibile eſt, qui ita Græcè ſcripſit: Καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου ἀληθῶς. Id eſt: *Cùm tres decadas annorum vixiſſet, baptizatus eſt à Ioanne verè.* Siue, vt nouus quidam interpres vertit Vairlenius Siluius: *Et expletis tribus annorum decadibus, verè baptizatus eſt à Ioanne.* Sicut ergo tres annos integros, ac pluſculum aliquid prædicationi impenderat, non mirum, ſi cùm baptizatus fuit, 30. integros annos exegerat, & aliquot dies amplius.

Vairlenius Siluius recens autor.

B. Irenæus.

Deinde accedat Irenæus, qui lib. 2. cap. 39. ait: *Trigintà quidem annorum exiſtens cùm veniret ad baptiſmum, deinde magiſtri ætatem perfectam habens, venit Hieruſalem.* Sed paullò infra ſcribit, quòd nonplenè haberet triginta, propter verba Lucæ dicentis: *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta.* Sed ſaltem ex eius verbis colligimus pluſquam 29. annos, & 13. dies habuiſſe, quia ſcribit parum abſuiſſe à trigeſimo. Quòd ſi nonniſi 13. dies habuiſſet de tricesimo

Luc. 3.

Chryſ. tom. 2. in princ.
Tricenarius cur Dñs baptizatus, teſte Chryſoſt.

anno, multum profectò abfuiſſet à triceſimo. Ad hæc Chryſoſtomus homilia decima ſuper Matthæum, initio: *In cuius*, inquit, *rei gratia poſt triginta annos Ieſus venit ad baptiſma iſtud, cùm legem erat veterem ſoluturus? Propterea vſque in hanc ætatem, quæ omnia poteſt capere peccata, in legis obſeruatione permanſit; ne quis diceret, ideò eum ſoluiſſe legem, quia eam non valuiſſet implere.* Hæc ille. Vides Chriſtum triginta poſt annos veniſſe ad baptiſmum, vtiq; exactos atque completos? nemo quippe propter paucos dies annum dicitur vnum implere. Cui rei ſuffragatur Epiphanius ſcribens in Manichæos:

B. Epiphan. in hæreſi 66. paulò à med.

Chriſti verò, inquit, *aduentus decimoquinto Tiberij Cæſaris anno prædicationem incepit, poſt triceſimum Natiuitatis ipſius annum, quod tempus incurrit in quinquies milleſimum quingenteſimum nonum creationis mundi annum, & triceſimum ætatis ipſius; triceſimũ verò tertium vſque ad crucem. Pondera Chriſtum poſt triceſimum annum baptizatum.* Cui adiungimus Gregorium Cedrenum in compendio hiſtoriarum ſuarum, dicentem: *Anno Tiberij Cæſaris decimoquinto, Indictione prima, ab Ioanne baptizatus eſt in Iordane (Chriſtus) 14. die anni ætatis ſuæ 31. 6. die Ianuarij menſis.* Auguſtinus quoque libro 15. de Trinitate, cap. 26. circa medium:

Mundi ætas triceſimo Chriſti anno fuit annorũ 5509. teſte Epiphanio.
Georg. Cedrẽ.
D. Aug. tom. 3

Abſurdiſſimum eſt, vt credamus, eum, cùm iam triginta eſſet annorũ (eius enim ætatis à Ioanne baptizatus eſt) accepiſſe ſpiritum ſanctum, ſed veniſſe illum ad baptiſma ſicut ſine vllo omnino peccato, ita non ſine Spiritu ſancto. Si enim de famulo eius, & præcurſore ipſo Ioanne ſcriptum eſt: Spiritu ſancto replebitur iam inde ab vtero matris ſuæ, quoniam quamuis ſeminatus à Patre, tamen Spiritum ſanctum in vtero formatus accepit: quid de homine Chriſto intelligendum eſt, vel credendum, cuius carnis ipſa conceptio non carnalis, ſed ſpiritalis fuit.

Luc. 1.

Item Gregorius Nazianzenus, Oratione in ſanctum baptiſmum, de Chriſti ætate in hunc modum loquitur: *Sed Chriſtus*, inquit, *cùm triceſimum ageret annum, baptizatur, & hoc cùm Deus eſſet, & tu me ad baptiſma feſtinare iubes. Cæterùm cùm Deum nominas, quæſtionem diſſoluiſti. Ille etenim purgatio ipſa erat, nec purgatione aliqua indigebat. Verùm tibi purgatur, quemadmodum & propter te carnem induit, cùm carne careret. Nec illi periculum imminebat, ſed baptiſma protelaret: ipſe enim paſſionis, quemadmodum natiuitatis, ſibiipſi conſeruator erat. At tibi non de minimis periculum ſubeundum eſt, ſi abſque baptiſmate deceſſeris, cùm ſolùm corruptioni genitus ſis, & non incorruptibilitatem indueris. Quin & hoc conſidero, quod tempus iſtud baptiſmatis ei neceſſarium erat: at tibi eadem non ſubeſt ratio.* Hæc ille, aſſerens Chriſtum tricenarium acceſſiſſe ad baptiſmum.

Greg. Nazian. Orat. 39.
Exẽplo Chriſti differendũ non eſſe baptiſma, probat Nazian.

Id enim ſignificat verbum Græcum τριακοντούτης, id eſt homo 30. annos habens: quemadmodum τριακονθήμερος, & τριακοντάμηνος, eos ſignificat, qui aut triginta dies nati ſunt, aut triginta menſes, ſicut ἑκατοντούτης, dicitur is, qui centum annos habet, & ſic vocatur Abraham Geneſis 17. cùm dicitur: *Putaſne centenario naſcetur filius?* His accedit Hieronymus in ſermone de Epiphania, vel qui ſaltem illi adſcribitur, his verbis: *Græci ἐπιφάνειαν vocant, & hoc ideò, quia Dominus noſter & Saluator hodie apparuit in tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Maria, triginta iam annorum expleſſet ætatem; tamen ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus eſt, quò ad Ioannem Baptiſtam, vt in Iordane baptizaretur, aduenit, & vox de cœlo Patris intonantis audita eſt.*

Græca hæc quatuor verba quid ſignificent.
τριακοντούτης, τριακονθήμερος, τριακοντάμηνος, Ἑκατοντούτης.
Gen. 17.
S. Hiero. ſer. in prin. to. 4.

Hoc etiam tradunt Chronographi, & in primis Euſebius, qui in eius anno 31. currente baptizatum eum ponit in Chronico ſuo, & libro primo Hiſtoriæ Eccleſiaſticę, cap. 11. *Dominus*, inquit, *& Saluator noſter Ieſus Chriſtus erat triginta annorum, quando ad Ioannem baptizandus aduenit.* Ac Beda manifeſtius libro de Natura rerum, capite 45. & libro de Temporibus, cap. 47. quos alij poſteriores ſequuntur, & beatus Thomas ſuper Ioannis ca. 2. expreſsè ſecundùm mentem Eccleſię tradit Chriſtum baptizatum reuolutis triginta annis ab ea die, qua à Magis adoratus fuit: quam etiam ſententiam Magnus Albertus, tum ſuper caput 2. Ioannis, tum in Lucę tertium caput ſecutus eſt. Bernardus in ſermone primo de Epiphania. Cùm iam Chriſtus triginta annorum tempus exegiſſet in carne, qui ſecundùm diuinitatem idem ipſe eſt, & anni eius non deficiunt, inter populares turbas ad baptiſmum Ioannis aduenit.

Euſeb. tom. 1.
Beda tom. 2.
D. Tho. Lect. 1. inst. tom. 14
Matth. 12.
Albert. Mag.

Deinde probatur ex verbis Lucæ, vbi habetur: *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta.* Ex quibus Nicolaus de Lyra, Iacobus Faber Stapulenſ. & Caietanus colligunt, illud, *quaſi*, ob id dictum, vt innuat, Dominum habuiſſe viginti nouem annos cum tredecim diebus: cui rei ſeruit quod dicitur: *Incipiens quaſi annorum triginta*: nondum ergo illos compleuerat, ſed inceperat tantùm. Sed dicendum eſt, illud, *quaſi*, nequaquam obſtare: tum quia in Græcis quibuſdam codicibus deeſt illa particula, *quaſi*. Et licèt maximè ſit de textu, ſimiles particulæ, vt Ferè, Fermè, Circiter, numeris adiungũtur, vt ſignificetur paulò plus, vel paulò minus, vt non conſtet præciſa ratio numeri poſiti. Cùm autem 29. anni cum 13. diebus longè diſtent à triginta per plures quàm vndecim menſes: & qui

II. Argum. à Lucæ teſtimonio.
Luc. 3.
Nicol. Lyra.
Stapulenſis.
Caietanus.
Particulam, quaſi, (cùm dicitur: Ieſus erat incipiẽs quaſi annorũ 30.) non ad principiũ, ſed ad finẽ triceſimi anni eſſe referendum.

Chriſtũ perfectè tricenarium, & eo amplius ba-

tradunt

ptizatū aſſerentes, quàm probabiliter opinentur.

tradunt illum 30. annos natum, cum diebus 13. acceſsiſſe ad baptiſmum; illi communem rationem loquendi magis ſequuntur: nam numerus tricenarius haud eſt pręciſus, ſed exceditur 13. diebus, & dictio *quaſi*, rectè adiuncta eſt ad ſignificandum illum paruum exceſſum. Idem eſt enim quaſi, vel ferè, vel circiter, vt docet M Varro. Et probatur ex Scripturis. Nam quod dicitur Ioan. 6. *Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia:* Lucas cap. 9. eandem narrans hiſtoriam, dicit, *ferè quinque millia:* & in vtroque Euangeliſta, tam Luca, quàm Ioanne, Gręcè dicitur ὡσεὶ. Sicut etiã Luc. 1. narratur de virgine Maria, quòd manſerit apud Eliſabetham quaſi menſibus trib⁹. Proinde hæc particula ſiue referatur ad 30. annos, ſiue ad verbum, Incipiens, vt alij volunt, idem ſemper eſt ſenſus, quòd inciperet triceſimum annũ complere per paucos dies, vel, quaſi inciperet triginta eſſe annorum, quòd illos per paucorum dierum excederet ſpatium. Quare nequeunt illa verba ſignificare, quod eſſet in principio triceſimi anni, non in fine eius, vt quidam interpretãtur: ac falſum quod tradit Onuphrius, *quaſi*, accipi pro, Tanquam, nõ pro, Circiter, vel Ferè, cùm nullam dicti ſui adferat probationẽ. Ex veriſimilibus multo loqui viſus eſt Epiphanius, qui in Hæreſin 11. Allogianorum ſcribens, ait, Chriſtum decimo mẽſe trigeſimi anni veniſſe ad Iordanẽ, vt baptizaretur à Ioãne, vt rectè propter illum defectum duorum menſium dici queat, Chriſtum quaſi triginta annos natum à Ioanne baptizatum. At quoniã multa alia à communi ſenſu, & Scripturis aliena tradere videatur eo loco Epiphan. videtur hac in parte meritò deſerendus. Cui ſimilia ferè docuit Heſychius, lib. 7. in Leuitic. *Vide*, inquit, *quemadmodum nec Legiſlator ignorauit temperamentum, quod Chriſtus in noſtra vita, & conuerſatione fecit, nec Euangeliſta numerum habentem temperamentum ignorauit. Propter quod eum non plenorum triginta annorum veniſſe ait ad baptiſmum: ait enim, Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta.* Sic ille. Pręterea dici nequit triginta annorum Ieſus, qui ſolis tredecim diebus annum cœpit triceſimum, quod ex eo probatur: quoniam Lucas ait, quòd erat incipiẽs quaſi triginta annorum. Græcè enim legitur: ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, pro eo quod eſt, ἀρχόμενος εἶναι, quaſi triginta annorum incipiens eſſe: ad hoc autẽ, vt quis proprie dicatur annorum triginta, opus eſt, vt habeat 29. annos ad minus cum dimidio triceſimi: nam ſi ſolùm habet exordium trigeſimi, cùm eius maior pars deficiat, non poteſt verè dici habere triceſimum, cùm aduerbium hoc, Quaſi, denotet exceſſum, vel defectum in parua quantitate, & non in maiori quàm ſit medietas.

M. Varro.

Has particulas, quaſi, ferè, circiter, minimè differre in Scripturis oſtenditur.

Ioan. 6.

Luc. 9.

Supra 1.

Onufrij, quaſi, pro tãquã, particulã explicãtis, ſenſus improbatur.

Epiphanij alter intellect⁹, illo tamen minus improbabilis excinditur.

Heſy. in c. 27. Leu. antene.

II. Ratio pro ſenſu prædictæ particulæ, Quaſi.

III Ratio Concilijs pro eodem.

Ad hæc idem confirmatur in Concilio Neocæſarienſi, capite 11. vbi dicitur: Preſbyter ante triceſimum ætatis ſuæ annum nullatenus ordinetur, licèt valdè ſit dignus, ſed hoc tempus obſeruet. Nam Dominus noſter triceſimo ætatis ſuę anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere. Quod intelligendum eſt de triceſimo completo. Ita enim declarat canon editus, à Fabiano Papa, & habetur diſtinct. 78. cap. ſi quis: *Si quis*, inquit, *triceſimum ætatis ſuæ annum non impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit dignus.* Concilium præterea Lateranenſe cap. 3. haberurque de electio. & electi poteſtate, ca. cùm in cunctis, vbi ſic ſtatuitur: *Cùm in cunctis ſacris ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſterijs, ſint ætatis maturitas, grauitas morum & literarum ſcientia inquirenda; multo fortius in Epiſcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam aliorum poſitus, in ſe ipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari. Ea propter ne quod de quibuſdam pro neceſsitate temporis factum eſt, trahatur à poſteris in exemplum, præſenti decreto ſtatuimus, vt nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam triceſimum annũ ætatis exegerit.* Hæc ibi.

Fabia. Papa.

Conc. Later.

Quęnã in ſacris ordinib⁹, ac præſertim ab Epiſcopo requirantur. 1. Tom. 3.

III. Argum. à rationibus.

Tertiò, rationibus hæc aſſertio confirmatur. Prima, quòd ſi, vt probatum eſt, Chriſtus in exceſſu Auguſti compleuerat annos quindecim, & octo menſes, dein baptizatus eſt anno 15. Tiberij, vt Lucas ait, cuius decimiquinti anni quinque menſes iam exegerat, manifeſtè ſequitur triceſimũ annum compleſſe, atque in aliqua parua quantitate exceſsiſſe. Si obijcias; Enumeratio per Olympiades huic computationi non fauet: Euſebius enim in Chronico, Chriſti natiuitatem collocat in anno tertio 194. Olympiadis; baptiſmum verò eius collocat in anno quarto 201. Olympiadis. Etenim ſi rectè ratiocineris, ſeptem Olympiades cum dimidia, quæ ab ortu Chriſti, vſque ad baptiſma fluxerunt, conficiunt annos vndetriginta: dicendum eſt, non rectè collocatum fuiſſe tempus baptiſmi in ducenteſima prima Olympiade anno quarto, ſed fuiſſe collocandum in 202. anno primo, hoc eſt, ætatis ſuæ 31. inchoante. Nam cùm ipſe Euſebius tribuat prædicationi Chriſti non totos quatuor annos vt habes lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 12. & lib. 8. de demonſtr. Euangel. Chriſti prædicationi tribuat annos 3. & menſes ſex, ſicut etiam facit Theodoretus in cap. 9. Daniel. profectò verum non eſſet, quòd in primo teſti-

Euſeb. tom 1.

Tempus baptiſmi Chriſti nõ in an. Olymp. ann. primum ab Euſebio fuiſſe reponendũ.

Idem tom. 1.

B. Theodor. tom 1.

IV Argum. à figuris Ve-

teris Teſtamenti. *Gen.41.* *2.Reg.5.* *Ezech 1.* *Num.4.* *Orig.hom.28. in Luc.à med. tom.2.* *Greg.Nazian. loco præſcripto.* *Greg.Rom.hom.2.in Ezechiel.& alibi tom.2.*

teſtimonio hiſt.Eccleſ.ait, eum 30.annorũ fuiſſe cùm venit ad baptiſmum, ſed 29.tantùm. Quare quod in Chronico dixit, videtur emendaſſe in alijs dictis locis.

Amplius faciũt pro hoc numero figuræ, quæ à Doctoribus producuntur ex Veteri Inſtrumento. Nam Ioſeph typus Chriſti, dominium ſuper Aegyptũ triginta annos natus accepit, ſicut Dauid ſuper filios Iſraël 2.Reg.5. Ezechiel quoque 30.annorum exiſtens inchoauit prophetiam ſuam. Ezec.1. Ad hæc Sacerdotes ad miniſterium tabernaculi nonniſi poſt 30. annos admittebantur: atque hanc ætatem ad Pontificatum, & prædicationem, tanquam maturam, & perfectam, animaduerterunt Doctores, Origenes in primis, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, atque Gregorius Papa Rom. ſuper Ezechielem.

Impugnatur hoc dictum: Chriſtum ſatis fuit annũ incepiſſe triceſimum.

Neque dici poteſt, ſatis eſſe attigiſſe trigeſimum: quia eſt cõtra mentem Doctorũ, ac contra perfectionem iſtius numeri, atq; adeò contra ipſos Canones Neocæſarienſis Concilij, atque Lateranenſis ſub Innocẽtio III. ſuperius allatos. Quinetiam ad Baptiſmi Sacramẽtum facit tricenarius numerus: ſiquidem in eo declaratur perfectio fidei ſanctæ Trinitatis: quod non eſſet, ſi numerus annorum non eſſet expletus, nam 29. cum 13. diebus minimè haberi debent pro 30. præſertim cùm in Chriſto omnia perfecta oporteat concurrere: quod autem ſignificabatur per annos 30. hoc idem per 13. dies alio modo non exprimitur; nimirùm perfecta legis decalogi in fide ſanctæ Trinitatis obſeruatio. Quæ myſteria nobis perirent, ſi Chriſtus poneretur baptizatus 29. annorum, & aliquot dierum. Et hæc ſint ſatis pro hac aſſertione.

Idem oſtenditur à tricenarij numeri Sacramento.

Exo.20.et ſe. Triũ & decẽ dierum vitæ Chriſti ſupra anno eiuſdẽ 30. myſteriũ.

Nona aſſertio: Chriſtus mortuus eſt anno 18. imperij Tiberij Cæſaris: quod etſi certum ſit; Dominus ſiquidem poſt baptiſmum vixit tot annos, & penè tres menſes; tamen id communi conſenſu hiſtoriographi omnes, atque Chronographi tradunt: vt Euſebius in Chronico, Epiphanius lib.2 de Menſuris, & ponderibus, Eutropius & Beda de ratione temporum. Niſi quod Oroſius lib.7. c.4. ſcribit an. 17. Tiberij fortaſſis errore Scribarum, pro 18. ac Tertull. in lib. contra Iudæos aſſerit Chriſtum anno 15. Tiberij duobus geminis Conſulibus ante diem ſeptimum Calendarum Aprilium à Iudæis cruci ſuffixum. Idem autem Tertullianũ docuit Iulius Africanus, quem ſecutus eſt Lactant. lib.4. diuinar. Inſtitutio. cap.14. ac Paulus Oroſius lib.7. cap.2. Præterea Clem. Alexand. lib. Stromat. tricenarium Dominum ducit ad baptiſmum, & ex

Anno 18. Imperij Tiberij Cæſar. Chriſtum fuiſſe crucifixum.

Non 18. ſed 15. Tiber. Cæſar. an. Chriſtũ mortuũ qui ſentiunt.

15. annis Auguſti, ac totidem Tiberij, vitæ Chriſti curſum abſoluit. Sed hæc longè ſunt tum à veritate Scripturæ Euangelicæ, quæ aliquid paullò plus triennio impendit Chriſti prædicationi: tum ab omnibus hiſtoricis, ac Chronographis, qui apertè tradunt Chriſtum ſub 18. Tiberij annum exceſſiſſe, & in illo anno annotat Euſebius in Chronico incidiſſe quartum 202. Olympiadis annum, in quo Phlegon celebris Olympiadum ſcriptor, inſignem illã, ac memorandam, quæ in paſsione Domini accidit, eclipſin reponit.

Improbatur dupliciter hæc opinio.

Euſebius.

Error igitur eſt intolerabilis, aſſerere, Chriſtum mortuum fuiſſe ann. 15. Tiberij: ſicut & illud, quòd mortuus eſt ſub Geminis Conſulibus, quod docuit Tertullianus lib. aduerſ. Iudæos, cap. de paſsione Chriſti & vaſtatione Hieruſalẽ, in fine, his verbis: *Quæ paſsio* (ſcilicet Chriſti) *huius exterminij intra tempora LXX. Hebdomadarum perfecta eſt ſub Tiberio Cæſare, Coſſ. Rubellio Gemino, & Ruſio Gemino, menſe Martio, temporibus Paſchæ, die 8. Calendar. Aprilis, die prima Azymorum, quo agnum vt occiderent ad veſperam, à Moyſe fuerat præceptum.* Hæc ille: cuius ſententiam ſecutus eſt Lactantius lib.4. cap.10. & Auguſtinus, qui lib.15. de ciuit. Dei; cap. vltim. idem tradit his verbis: *Mortuus eſt ergo Chriſtus duobus, C. Geminis Conſulibus, octauo Calen. Aprilis. Reſurrexit tertia die, ſicut Apoſtoli ſuis etiam ſenſibus probauerunt.* Eundem errorem tribuit Ludoicus Viues in prædicta verba Auguſtini, Oroſio, & Eutropio; qui tamen aſſerit anno 15. Tiberij Conſules extitiſſe duos illos Geminos, Rubelliũ & Rufinum: 16. verò Tiberij Trionem, & Regulum: 17. Cn. Domitium, & Camillum Scribonianum: 18. Sergium Galbam, qui poſt imperauit, & L. Syllam.

Tertullian.

Exod.12.

B. Aug.10.

Luc.vlt.et ſe. Sub quibus Conſulibus Dominus mortuus fuerit, prima opinio.

Alij verò ſecuti Cornelium Tacitũ, lib. 5. anno 15. aſsignant Conſules Rubellium, & Rufium, cognomento Geminos; anno 16. Sergium Galbam, & L. Syllam; anno 17. Paulum Fabium, ac L. Vitellium; anno 18. C. Ceſtium, & M. Seruilium. Onufrius verò anno 18. Tiberij vult, Galbam, & Syllã fuiſſe Conſules, atq; in eo Conſulatu Chriſtum obijſſe.

Altera ex Cornelio Tacito.

Onuphrius.

Durum autem videtur, quod Epiphanius in Hæreſim LI. Alogianorum ſcribit: *Nam poſt illum,* inquit, *Conſulatum, qui triceſimo ipſius anno fuiſſe indicatus eſt, alius Cõſulatus fuit duorum Geminorum appellatus. Deinde alius Rufij, & Rubellionis: & ſic in medio Conſulatu eo, qui poſt Rubellionis Conſulatũ ſucceſſit, Vinnicij; & Longini Caſsij appellatus, patitur Saluator in die ante decimumtertium Calendar. Aprilis, hoc eſt 19. Martij.* Namque his

Geminos Cõſules ſic appellatos, à Rufio & Rubellio, vt vult Epiphanius, nequaquã fuiſſe diuerſos.

verbis

verbis Epiphanius Geminorum Conſulatum diſtinguit à Conſulatu Rubellionis, & Rufij, cùm tamen ſit vnus & idem. Nam Gemlnl ab alijs vocantur Rubellius, & Fuſius, ſiue, vt alij volunt, Rufius. Dicere etiam quòd Chriſtus ſit paſſus 19. Martij, nouum eſt, & ſingulare, atque huius tantùm autoris, ſicut pleraque alia, quæ eo loco docet. Hæc autem pro concluſione hac dixiſſe ſit ſatis.

Qua die Martij Chriſti paſſionem idem falſo collocet Epiphanius.

Chriſtū die Veneris mortuum fuiſſe.

I. Argum. ab Euangelio.

Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Sit decima concluſio: Chriſtus mortuus eſt die veneris, ſiue feria ſexta, quod ex Euangelio conſtat, vbi dicltur, quòd erat Paraſcebe, quod eſt ante Sabbatum, Marc. 15. & Lucæ 23. *Dies erat Paraſcenes, & Sabbatum illuceſcebat.* ac rurſus Ioannes: *Iudæi ergo (quoniam Paraſceue erat) vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati.)* Idem Patres tradunt, vt Ignatius epiſtol. 5. ad Trallianos: *Die ergo Paraſceues tertia hora accepit ſententiam à Pilato, permittente Patre, ſexta verò crucifixus eſt, nona autem emiſit ſpiritum. Ante verò Solis occaſum de Cruce depoſitus eſt, & ſepultus in monumento nouo, Sabbato verò manſit ſub terra in ſepulchro, quo poſuit eum Ioſeph ab Arimathia Dominica autem die reſurrexit à mortuis, ſecundùm quod dictum eſt ab eo: Sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus,* & quæ ſequuntur. Idem ſentit Dionyſius Aeeopagita epiſtola 11. ad Apollophanem, Vbi ait: *Tu quidem penè mihi coæuus, & ego quinque & viginti ferè annorum tempus euoluens, vnà morantes conſtiteramus, cum feria quadam ſexta, & hora etiam penè ſextà, Sol horribilibus ſubitò eſt obſitus tenebris, Luna ipſum intercurrente.* Irenæus libro 5. *Si quis,* inquit, *velit diligenter diſcere, qua die ex ſeptem mortuum eſt Adam, inueniet ex Domini diſpoſitiaue. Recapitulans enim vniuerſum hominem in ſe ab initio vſque ad finem, recapitulatus eſt & mortem eius. Manifeſtum eſt itaque, quoniam in illa die mortem ſuſtinuit Dominus, obediens Deo. In qua autem mortuus eſt, in ipſa & manducauit. Dixit enim Deus: In qua die manducabitis ex eo, morte moriemini. Hunc itaque diem recapitulans in ſemetipſum Dominus, venit ad paſſionem pridie ante Sabbatum, quæ eſt ſexta conditionis dies, in qua homo plaſmatus eſt, ſecundam plaſmationem eam quæ eſt à morte, per ſuam paſſionem donans.* Hoc idem tradunt reliqui omnes Patres, qui aſſerunt Cheiſtum eadem die incarnatum, qua mortuum.

II. Argum. à traditione Patrum.

Ioan. 19.
Matth. 12.
Ioan. 2.

Diony. Areop.

Dionyſ. 25. annorū tempore paſſionis Chriſti.

Irenæ. c. 23.

Chriſtus cur die Veneris mortuus ſecundùm Irenæum.

Philip. 2.
Gen. 3.
Suprà 2.

III. Argum. ab Eccleſiæ cultu.

Poſtremò, firmiſsima ac robuſtiſsima Eccleſiæ illum diem peculiari veneratione in memoriam Paſsionis Domini, colentis conſuetudo idipſum indicat, vt nonniſi temerarium ſit (vt modeſtè loquar) quòd quidam Aſtronomi recentiores auſi ſunt diſputationem in contrarium proponere, & illud, quod toti Eccleſiæ repugnat, defendere. Hac autem veritate præmiſſa vt certa & conſtāti apud omnes, ſequitur Dominum 27. Martij à morte excitatum in Dominica die, ſiue, vt loquitur Euangelium, prima Sabbati, vel vna Sabbatorum: nam idem eſt ſenſus harum duarum vocū, quas Euangeliſtæ vſurpant. Sequitur ſecundum, Dominum quinta die menſis Maij, feria 5. ſiue die Iouis cœlos conſcendiſſe: rurſus 15. eiuſdem menſis Maij die Dominica miſiſſe Spiritum ſanctum in Apoſtolos, quo eos confirmaret, & munitos atque confirmatos in vniuerſum orbem diſpergeret ad prædicandum Euangelium.

Qua die Martij Dominus reſurrexerit.

Matth. 26.
Marc. vlt.
Ioan. 20.

Quando cœlū aſcēderit, indeq́; miſerit Spiritum ſanctum.

Chriſtū annos natū triginta tres, & tres menſes Crucis patibulum aſcendiſſe.

Vndeclma ac poſtrema aſſertio ſit: Chriſtus mortuus eſt anno 33. à Natiuitate ſua expleto cum tribus menſibus, quod multipliciter probatur. Primò ab enumeratione Olympiadum: nam, vt Euſebius eſt teſtis in Chronico, & Martyrologium tradit, Chriſtus natus eſt Olympiade 194. anno eius tertio: porrò mortuus anno 4. 202. Olympiadis, quo anno ille maximus defectus Solis conſpectus eſt. Cùm autem Olympias quatuor annis conſtet, octo Olympiades cum dimidia conficiunt 34. annos, non tamen plenos: nam detrahendi ſunt menſes, quos iam exegerat in illa Olympiade, in qua natus eſt; & illi qui ſupererant ei, in qua mortuus eſt. Etenim Olympiades ſumunt initium à Solſtitio Aeſtiuo.

I. Argum. ab Olympiad.

Olympias quot annos contineat.

II. Argum.

Secundò probatur ex eo, quòd, vt ſuperiùs confirmauimus, Chriſtus in exceſſu Auguſti agebat annum x v i. nam expleuerat annos x v. cum octo menſibus: quibus ſi addantur anni Tiberij decem & octo, licèt nō pleni, ſequitur Dominum anno 34. currente mortuum eſſe.

III. Argum.

Tertiò confirmatur: quia ſi vera eſt illa ſentētia, quam ſuperiùs comprobatam ee liquimus, quòd Chriſtus eadē prorſus die & conceptus, & mortuus eſt, nempe Calen. April. quem diem oportuit eſſe ſextam feriam, exploratiſsimum eſt, quòd anno 33. ætatis ſuæ currente nondum expleto, nequaquam fuit ſexta, ſed quinta feria, vt etiam qui oppoſitam tuentur ſententiam, aſſerunt: ſequenti autem anno x x x i v. incidit ſexta feria in octauam Calendarum Aprilium. Igitur anno triceſimo quarto, & non anno triceſimo tertio currēte, mortuus eſt.

IV. Argum.

Quartò idem conijcitur ab ętate baptiſmi, & prædicationis. Si enim baptizatus eſt anno x x x i. vertente, vt ex Euſebio probatum reliquimus, & ei tres annos prędicatio-

B. Ignatius epiſt. 1. Euſeb. tom. 1. dicationis tribuimus, vt docet B. Ignatius epiſtola ad Trallianos, imò, vt Euſebius tradit libro 8. de demonſtrat. Euangelica, tres annos, ac menſes ſex prædicationi impendimus, facilè ſupputanti conſtare poteſt, Dominum ad annũ trigeſimumquartum per tres menſes perueniſſe. Quibus addimus teſtimonium Origenis ex homiliis in diuerſos locos ſcripturę, quod ſic habet: (Origen.) *Abrahæ patri credentium, tribus horis temporis, licèt non per ſeipſam ineffabilem Deitatis ſubſtãtiam, ſed potius per Angelicam ſpeciem à meridie viſus eſt: nobis triginta tribus annis in terra apparuit, & cum hominibus cõuerſari dignatus eſt.* (Rom. 4. Baruch 3.) Hæc ille. Omiſit minorem numerũ trium menſium more hiſtoricorum, & ipſarum Scripturarum. Hinc Hieronymus in Ezechielis ca. 42. *Dominus triginta annorum venit ad Baptiſmum, & hic ipſe Propheta in principio voluminis annum poſuit triceſimum, qui tricenteſimus & triceſimus numerus additis tribus, & parte tertia completur.* Hæc ille.

V. Argum. à Pontificibus.

Quintò, inuictum teſtimonium producitur ab authoritate Pontificum. Nam ita Beda libro de Temporum ratione ſcribit: (Beda cap. 45. ante medium, tom. 2.) *Habet, ni fallor, Eccleſiæ fides, Dominum in carne paulò plus quàm XXXIII. annis vſq; ad ſua tempora paſsionis vixiſſe, quia videlicet XXX. annorum fuerit baptizatus, ſicut Euangeliſta Lucas teſtatur, & tres ſemis annos poſt baptiſmum prædicauerit.* Et addit: *Sancta ſiquidem Romana, & Apoſtolica Eccleſia hanc ſe fidem tenere, & ipſis teſtatur indiculis, quæ ſuis in cereis annuatim ſcribere ſolet, vbi tempus Dominicæ Paſſionis in memoriam populis reuocans, numerum annorum triginta ſemper, & tribus annis minorem, quàm ab eius incarnatione Dionyſius ponat, annotat: hos cereos eius fratres ſe Romæ vidiſſe in Eccleſia ſanctæ Mariæ teſtatur.* Erat enim ſignatus numerus currens ab Incarnatione 701. ſed à Paſsione 668. Ex quo ſanè accipitur, quod ab Incarnatione exacti erant anni 34. à Natiuitate verò 33. & amplius ſex menſes. Et hoc eſt grauiſsimum teſtimonium, licèt in quibuſdam codicibus Bedæ pro anno illo 668. mendosè legatur 669. verùm hic error ſemetipſum prodit: nam ipſe Beda declarat Dominum vixiſſe ſupra 33. annos.

VI. Argum.

Sextò, eandem ſententiam aſtruit Vrbanus Papa, qui in honorem huius numeri, & horum annorum trigintariſi Iubileum conceſsit de triginta tribus annis in triginta tres, vt liquet ex eius Bulla. Cuius cauſam adferens, ait: *Nos conſiderantes, quòd numero huiuſmodi 33. qui fuerunt tempus vitæ noſtri Saluatoris, quibus conuerſatus in mundo miro clauſit ordine ſui moras incolatus, plurima etiam alia, & grandia diuinarum Scripturarum myſteria adaptari poſſunt: & vt magis Saluatoris, & eorum, quæ pro ſalute humani generis geſſit, & verbis docuit, & exemplis, ſit memoria, de fratrum noſtrorum conſilio, & ſupradictis, & alijs iuſtis cauſis ad 33. reducimus Iubileum.* Hæc ille. Cui rei fauet communis hominum æſtimatio, qui iuxta huius numeri rationem ad honorem vitæ Chriſti preces Deo offerunt.

VII. Argum.

Septimò probatur à myſterio, quod ex eo numero annorum reſultat. Significatur enim fides Trinitatis ſanctiſsimæ, atque lex Euangelicæ veritatis. Etenim in triginta annis habes ter decem: porrò in numero decem, conſeruatio mandatorum ſignificatur: ter ductus ſacratiſsimum Trinitatis myſterium repræſentat: tum tres pariter perfecti mẽſes ſuperſunt ad eiuſdem rei confirmationem. (Cõfirmatur.) Ad hæc ſi XXXIII. annis, & tribus menſibus addas nouem menſes, quibus ab Incarnatione in vtero delituit, reſultant XXXIV. anni pleni, ac perfecti, atque præciſi, quo in calculo tam perfecto Trinitas per numerum XXX, & ſtabilitas legis, quam ipſe tradidit, in numero quaternario repræſentantur: quæ myſteria ſecus ſtatuendo intereunt nobis.

VIII. Arg. à B. Brigittæ diuina reuelatione.

Octauò, non deſunt reuelationes, quibus ſtabiliatur hæc veritas. Teſtatur ſiquidem B. Brigitta ſerm. 1. Angelico, B. Virginem XXXIII. annos afflictam vitam traduxiſſe in benedicti filij ſui commiſeratione: nam totidem annos paſſus eſt ipſe, & conuerſatus in terris. Sunt etiam multi hiſtorici, ac Chronographi, qui idem apertis verbis docent. Nicephorus Calliſtus libro 1. capite vltim. (Niceph. Call.) *Complectitur autem*, inquit, *primus hic hiſtoriarum liber annos triginta tres: initio ſumpto à quadrageſimo ſecundo Auguſti Cæſaris iam ſeneſcentis Imperij anno, quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum carne, ex ſancta proceſsit Virgine: fine autem in decimum octauum Tiberij Cæſaris imperantis annum deſinente.* Platina in vita Ieſu Chriſti, ſub finem: (Platina initio operis de vitis Pontificum.) *Interficitur & Chriſtus verus Dei filius, veritatis, iuſtitiæ, pietatis, religionis aſſertor, anno decimo octauo Tiberij Cæſaris, ætatis verò ſuæ anno trigeſimo tertio: & eo magis, quòd ei vita propagata eſt ab octauo Calendas Ianuarij, vſque ad octauum Calendas Aprilis, quo die conceptus in Virginis vtero eſt de Spiritu ſancto.* Antonius Sabellicus Aeneade ſeptima libri primi: (Ant. Sabell. ante libri dimidium.) *Et Italia in hunc ſe modum habuit, cùm Chriſtus Dei filius triginta iam annos natus, ſuam cœpit gloriam gentibus prædicatione, & miraculis pandere. Tum toto triennio, quo per has ille in terris verſatus eſt, excuſſa ſunt malorum dæmonum inſidiæ.* Hanc ſententiam magno

conſen-

Poſteriores Patres ſententiæ eiuſdem aſſertores enumerantur.

conſenſu ſequuntur quamplurimi autores magnl, vt Nlcetas Græcæ ſcriptor hlſtoriæ, Albertus Magnus in Commentario Epiſtolæ Dionyſij ad Polycarpum, Gerlandus Lotharingius accuratiſsimus ſupputator, Ioannes à Monte Regio, Bernardus Mutinenſis, Campanus Nouarienſis, & Lucas Gauricus: qui omnes ſentiunt Chriſtum mortuum anno tricesimo quarto ætatis ſuæ per tres menſes exacto, & aliter dici nō poteſt, ſi Phlegontis Eclipſin ſuſcipere voluerimus: cuius autoritas cùm Euangelijs ſit conſona, videtur omnibus alijs præferenda.

Chriſtū qui tradant annos triginta vixiſſe tantummodò.

Iam verò Catholica veritate propoſita, ac conſtituta, aliorum ſunt proponendę, ac excutiendæ ſententiæ. Ac prima quidem eſt Iulij Africanl, Tertullianique libro contra Iudæos, atque eorum, qui vitam Chriſti X X X. annis abſoluunt. Ita etiam Clemens llbr. 1. Stromatum Chriſto prædicationis annum vnum tribuit ex ſententia Iſaiæ dicentis: *Ad annum acceptabilem prædicandum Dominus miſit me.* Ita vt ex X V. annis Auguſti, & totidem Tiberij, periodum abſoluat vitæ eius.

Iſai. 68.
Luc. 4.

Hæc opinio confutatur.

Verùm hæc manifeſtè ſunt contra Euangelium, in quo ſaltem tria Paſchata In Chriſti prædicatione conſtat effluxiſſe. Sunt etiam contra ſupputationem Olympiadum, ac contra Euſebium Cęſarienſem, demùm contra omnes, qui llli tribuunt tres annos prædicationis, imò contra ipſum Ioſephum, qui libro decimo octauo Antiquitat. capite quarto, egregium de Chriſto profert teſtimonium, & eius mortem ſub finem Imperij Tiberij collocat.

Apollinarij Laodiceni, vnius & triginta annorum Chriſtū fuiſſe, impugnatur ſententia.
Hier. tom. 5. circa.

Secundo loco Apollinarius Laodicenus apud D. Hieronymum in nonum caput Danielis ſcribentem, vnum & triginta annos Chriſti vitę aſſignat, aſſerens illum initio triceſimi annl initiatum Baptiſmo, & per triceſimum, ac triceſimum primum, hoc eſt, per duos annos, qui triplici paſchate Ioannis Euangeliſtæ, implentur, docuit. Sed hæc oplnio eiſdem ferè rationibus euincitur falſa, atque ſuperior: præterquàm non tantùm tria, ſed etiam quatuor paſchata neceſſariò ex Euangelio colliguntur, vt ſequenti Prolegomeno oſtendemus, & apertè B. Ignatius tres annos prędicaſſe Dominum tradit. Et ita planè corruit, quod Rogerius Bachon, & Ioannes à Muris auſi ſunt definite, Chriſtum videlicet mortuū anno triceſimo ſecundo currente, id eſt exactis triglnta vno annis, & mēſibus tribus: & fuiſſe crucifixum tertia die Apr1lis. Itaq; ſcripſerunt ad Pontificem Clementem V. vt ſic ad literam dicerent: *Fuerunt dies vitæ Chriſti ab eius natiuitate X X X I. anni ſolares, & dies centum.* At hæc manifeſtè etiam falſa ſunt, & à traditione Eccleſiaſtica aliena, quæ in x x v. Martij Chriſtum mortuum docet.

D. Ignat ep. 5.
Rogerij Bachonis, & Ioannis à Muris hac de re temeraria definitio.

Dominam ferè quinquagenariū fuiſſe, Irenæ vnde nititur comprobare.

Tertio loco repudianda eſt ſententia Irenæi lib. 2, aduerſus Hæreſes cap. 40. Impugnans enim Valentinianos, qui dicebant Chriſtum vno anno tantùm prædicaſſe, ac duodecimo menſe paſſum, probat Chriſtum vixiſſe ſupra quadraginta, nec multū abſuiſſe à quinquageſimo. Quod probat ex teſtimonio omnium Aſiæ ſeniorum, qui tam à Ioanne Euangeliſta, quàm reliquis Apoſtolis id audierunt. Deinde ex Iudæorum In Chriſtum contentione dicentium: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* & ſubdit: *Ei autem qui ſit XXX. annorum, diceretur vtique. Quadraginta annorum nondum es. Quia volebant eum mendacem oſtendere, non vtique in multum extenderent annos vltra ætatem, quam eum habere conſpiciebant, ſed proxima ætatis dicebant, ſiue reſcientes ex conſcriptione cenſus, ſiue conijcientes ſecundùm ætatem quam videbant habere eum ſuper quadraginta, ſed vt non qui eſſet triginta annorum. Irrationabile eſt enim omninò viginti annos mentiri eos, volentes eum iuniorem oſtendere temporibus Abrahæ. Quod autem videbant, hoc & loquebantur, qui autem videbatur, non erat putatiuus, ſed veritas. Non ergo multum aberat à quinquaginta annis, & ideo dicebant ei, Quinquaginta annorum nondum es, & Abraham vidiſti?* Hæc ille. Sed hæc noua ſunt, & incerta, & infirmls ratlonibus nixa, & idcirco meritò deſerenda. Nam ſecundùm hanc ſententiam mors Chriſti incidiſſet in Imperium Claudij, vel Neronis, contra omnē hiſtoricorum fidem.

Ioan. 8.

Huius opinionis incommoda.

In eos, qui quadraginta ſex annis Chriſtum vixiſſe contendunt.

Proxima eſt huic ſententiæ, quam confutat Auguſtinus lib. 2. de Doctr. Chriſtiana ca. 28. his verbis. *Quicquid igitur de ordine temporum tranſactorum indicat ea quæ appellatur hiſtoria, plurimum nos adiuuat ad ſanctos libros intelligēdos, etiamſi præter Eccleſiam puerili eruditione diſcatur. Nam & per Olympiadas, & per Conſulum nomina multa ſæpè quæruntur à nobis, & ignorantia Conſulatus, quo natus eſt Dominus, & quo paſſus eſt, nonnullos coegit errare, vt putarent quadraginta ſex annorum ætate paſſum eſſe Dominum, quia per tot annos ædificatum eſſe templum, dictum eſt à Iudæis, quod imaginem Dominici corporis habebat. Et annorum quidem ferè triginta baptizatum eſſe, retinemus authoritate Euangelica. Sed poſteà quot annos in hac vita egerit, quanquàm textu ipſo actionum eius animaduerti poſſit, tamen ne aliunde caligo dubita-*

B. Aug. 10. 3. ſubinit.
Vtilis, Auguſtino teſte, hiſtorię temporum cognitio ad intelligentiam Scripturarū.

Ioan. 2.
Illius opinionis fundamentum.
Luc. 3.

tionis oriatur, de hiſtoria Gentium collata cum Euangelio, liquidiùs, certiuſq́; colligitur. Tunc enim videbitur non fruſtrà dictum eſſe, quòd quadraginta ſex annis templum ædificatum ſit, vt cùm referri iſte numerus ad ætatem Domini non potuerit, ad ſecretiorem inſtructionem humani corporis referatur, quo indui propter nos dedignatus eſt vnicus Dei Filius, per quem facta ſunt omnia. Hæc ille. Quomodo autem conueniat ædificationi corporis Chriſti ille numerus, lege librum quartum de Trinitate cap. 5. & lib. Octoginta trium quæſtionum quæſt. 56. & Dialogum ad Oroſium q. 26.

Ioan. 2.

Habes etiam ex hoc loco quoſdam ſenſiſſe, Chriſtum mortuum anno 46. Habes conſultum eſſe ab Auguſtino pro inuenienda veritate temporum, vt cōſulamus enumerationem per Olympiades, & per Conſulatus, quorum ignoratione multi ſunt lapſi.

Idem Aug. ibidem.
Idem tom. 4.

Quarto loco Epiphanius in Hæreſim LI. Alogianorum ſcribit, Chriſtum vixiſſe XXXII. annos, & 74. dies, natum autem 5. die menſis Ianuarij, pertranſiſſe verò viginti nouem integros Conſulatus, quos ibi enumerat: decimo autem menſe Conſulatus triceſimi veniſſe ad Iordanem vt baptizaretur à Ioanne. Quod Lucas enarrat, cùm ait, quod *erat incipiens quaſi annorum triginta*: at anno triceſimo primo prædicare cœpiſſe, iuxta illud Iſaiæ: *Annuntiare annum Domino acceptum.* Et acceptus vocatur annus, qui à nemine ei contradixit, ſed libenter eum audiebant: atque hoc eodem anno Hieroſolem poſt baptiſmum, & ieiunium quadraginta dierum, & lotionem diſcipulorum aduenit: ac vndecima die menſis primi huius anni primum ſignum edidit in Cana Galilææ, cùm aquam conuertit in vinum. Annus verò triceſimus ſecundus, & præterea ſeptuaginta quatuor dies qui reliqui ſunt, peracti ſunt cum contradictione multorum. Vnde annus contradictionis eſt dictus, vt qui præceſſerat, acceptus. Paſſus eſt autem mortem crucis in anno vitæ ſuæ XXXIII. die autem decimotertio Calendarum Aprilis, id eſt, XX. die Martij: Paſcha verò celebrauit duos dies priuſquàm Iudæi: nam Iudæi in eius celebratione valdè decipiebantur. Errandi verò occaſionem acceperant, eo quod ignari eſſent artis intercalandi: quem errorem correxit Chriſtus Patris ſapiētia. Hæc ille in ſenſu.

Ætas Chriſti ſecundùm Epiphanium annorum 32 fuit, & dierū 74.

Luc. 3.
Iſa. 61.
Luc. 4.

Chriſtus annuntiauerit, quē annum Domino acceptum, ſecundùm eundem.

Ioan. 2.

Eiuſdem annus contradictionis, quis ille.

1. Cor. 1.

Sed & hæc ſententia multa dubia continet. Primum, quia ponit Chriſtum natum quinta die Ianuarij, contra omnem Eccleſiæ ſenſum. Deinde, quia tribuit illi duos annos tantū prædicationis, ob tria paſchata, quæ reperiuntur apud Ioannem, cùm alij tres annos integros, vel tres & ſemis, vel quatuor annos attribuant, ac plura quā tria paſchata contendant ex Euangelio deducere. Item nouum eſt, quòd viginti nouem annos, & menſes decem Chriſto ad baptiſmum accedenti tribuit, cùm omnes Patres vno ore doceāt baptizatum eo die, quo & à Magis viſitatus eſt, ſiue fuerit factum reuolutis viginti nouem annis, vt aliqui tradunt, ſiue triginta à Chriſti Epiphania, vt nos ſuperiùs aſtruximus. Præterea inſolens eſt, dicere Chriſtum mortuū fuiſſe 13. Calend. Aprilis, cùm omnes aſſerant 8. Calend. Aprilis Crucis mortem obijſſe. Poſtremò ridiculum eſt aſſerere, Chriſtum per biduum comediſſe agnum, anticipaſſeque paſcha Iudæorum, cùm oppoſitum poſsit euinci ex Euangelio, nempè per vnum tantùm anticipaſſe diem, ſeu potiùs in ipſo verò die à lege præſcripto immolaſſe paſcha, Iudæos verò in alterum diem ex traditione Paſchatis feſtū reiecisse: quoniam feria quinta comedit paſcha, & die ſequenti Veneris fuit cruci ſuffixus, quo die agnum immolârunt Iudæi. Non ergo ſine ratione hæc opinio à nobis deſeritur.

Hæc ſententia quinque continet abſurda. Primum & ſecundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Exod. 12.

Similia iſtis ſunt, quæ libr. 1. hæreſi 20. Iudaiſmi idem tradit Epiphanius, *Triceſimo tertio, inquit, anno Herodis, quadrageſimo verò ſecundo Auguſti Cæſaris naſcitur Saluator noſter in Bethleem Iudææ. Decimo octauo autem anno Herodis appellati Agrippæ, incepit Ieſus prædicare, & tunc baptiſma à Ioanne accipit, & prædicat annum acceptabilem, ita vt nemo ipſi contradiceret, neque Iudæi, neque Græci, neque Samaritæ, neq; quiſquam alius. Deinde contradictionem ſuſtinens, prædicauit annum ſecundum, & facti ſunt anni decem & nouem eidem Herodi, Saluatori verò triceſimus ſecundus. Vigeſimo verò anno Herodis Tetrarchæ appellati, ſit ſalutaris paſsio.* Hæc ille. Vbi tantùm annotandum, hæc eadem eſſe cum ſuperioribus: & quod dicit, Herodis Agrippæ, legendum puto, Herodis Antipæ: nam ita dictus eſt is, qui Dominum in paſsione illuſit.

Epiphan.

Quis ille fuerit, Domino qui illuſit, Herodes.

Luc. 23.

Poſtremo loco ſunt multi præclari autores, qui Chriſtum XXXIII. ætatis ſuæ anno currente Cruci ſuffixum ſcribunt: vt Victor Lemouicenſis Epiſcopus. Petrus Comeſtor in hiſtoria Lombardica, Marianus Scotus, Nicolaus de Lyra, Paulus Burgenſis, Ioannes Lucidus, ac Epiſcopus Abulenſis peculiari volumine hac de re edito. Verùm inter tractatus Ioannis à Turrecremata nondum in lucem editos, ſed tantùm manuſcriptos, vnum inueni, qui inſcribitur, In quinque concluſiones E-

Dicētes Dominum triceſimo tertio ætatis ſuæ anno currente fuiſſe crucifixum, [illegible] autores.

Epiſcopi Abulenſis inter alias duæ quædam aſſertiones damnatæ.

piſcopi Abulenſis de mandato Papæ à tribus Cardinalibus examinatas. Prima inter eas damnata, hæc erat: Dominum Ieſum paſſum anno trigeſimo tertio ætatis ſuæ currente. Secunda: Chriſtum nequaquàm vigeſima quinta Martij, ſed tertia Aprilis mortuum: quem ſecutus eſt Ioannes Lucidus, à quo non longè diſtat quod Theophilus Cæſarienſis, vicinus Apoſtolico ſeculo in epiſtola Synodica aduerſus Quartadecimanos, quam vnà cum cæteris Epiſcopis Palæſtinæ dictauit, in hunc modum ſcripſit: *Paſſus eſt*, inquit, *Dominus 11. Kalend. Aprilis, qua nocte à Iudæis eſt traditus: & 8. Kalendas Aprilis reſurrexit. Id eſt 22. Martij eſt paſſus, & 25. reſurrexit.* Conſtitutumque eſt, vt ait Beda, in illa (Epiſcoporum) Synodo, vt ab vndecimo Calendas Aprilis vſque in octauum Kalend. Maias Paſcha debeat obſeruari. Nicæras Græcus autor, & Eccleſia Græca, 10. kalend. Aprilis Chriſtum paſſum affirmat circa plenilunium (id eſt, vigeſimo tertio die Martij, atque octauo Calendas eiuſdem ſurrexiſſe. Ioannes Lucidus Gallus cùm vidiſſet Lunam decimamquintam non poſſe incidere in annum CHRISTI XXXIII. in menſe Martio, eum tradit cruci affixum anno XXXIIII. currente, die 3. Aprilis, & 5. ſurrexiſſe. Eadem ratione ductus Paulus Foroſempronienſis, & ipſe variauit, qui quidem 3. Calend. Aprilis Chriſtum aſſerit paſſum (id eſt, XXX. Martij) & Calendis Aprilis reſurrexiſſe. Lactantius verò, & qui tabulam Cycli magni annorum DXXXII. Dionyſij exigui Abbatis Romani, itemque Iulij Cæſaris Cyclum ſequuntur, eum vigeſimoſexto Martij, in quam incidit dies Veneris, tradunt mortuum, & vigeſimo octauo, à mortuis excitatum. Epiphanius autem in hæreſin L. Teſſaredecaticarum, id eſt, Quartadecimanorum, initio ita loquitur: *Et ſanè*, inquit, *ex actis Pilati iactant, ſe veritatem comperiſſe, in quibus habetur Saluatorem die ante octauum Calendarum Aprilium paſſum eſſe.* Et paulò pòſt: *Adhuc autem inuenimus Acta Pilati, in quibus indicat, ante decimum quintum Calend. Aprilis paſsionem Chriſti factam eſſe. Reuera autem, velut ex multa certitudine cognouimus, die ante decimam tertiam Calend. April. Saluatorem noſtrum paſſum eſſe accepimus. Quidam die ante decimam Calend. Aprilis aſſerunt.* Hæc ille, tot producens hominum opiniones. At Tertullianus lib. aduerſus Iudæos, Martyrologium Hieronymi, B. Auguſtinus libro decimo octauo, de ciuitate Dei, cap. 54. & libro 4. de Trinit. cap. 5. Cyrillus quoque Alexandrinus in Epiſtola ad Synodum Carthagineñ. & ante eos Clemens Alexandrinus libro 1. Stromat. Beda quoque, Albertuſque Magnus, atque alij innumeri tradunt 25. martij interijſſe, ac 26. reſurrexiſſe. Audi verba Cyrilli in prædicta Epiſtola: *Chriſtus Angelo nunciante fuit conceptus in vtero Mariæ, & mortuus in cruce: dum feria ſexta mortuus eſt Adam in anima per peccatum in paradiſo, eadem die Chriſtus mortuus eſt in cruce.* Sic ille. Cuius verba explicat Chryſoſtomus ſerm. de natiuitate Ioannis Baptiſtæ: *Quo die conceptus eſt Dominus, eodem die & paſſus. Conceptus eſt enim menſe Martio, octauo Calend. Aprilium.* Adde ſententiam Teſſaredecaticarum, qui ex actis Pilati probabant Chriſtum paſſum octauo, Calendas, ſiue quod idem eſt, ante octauum Calend. Aprilis, vt paulò antè ex Epiphanio produxi. Calliſtus Papa in libro de miraculis Iacobi Apoſtoli: *Primus*, inquit, *Iacobus inter Apoſtolos martyrium compleuit: qui ipſa die, & hora qua Dominus, decollatus eſt*, id eſt, octauo Calendas Aprilis.

Beda de temporum ratione c. 45. in fin. tom. 2.

Lactan. li. 4. cap. 14.

Epiphan.

Gen. 3.

B. Chryſ. to. 2. fine verſus.

Iacobus Zebedæi eodem die mortuus quo Dominus fuiſſe perhibetur. *Act. 12.*

In tanta igitur ſententiarum varietate neceſſum eſt vt anno quarto CCII. Olympiadis, & XXXIIII. anno ætatis ſuæ currente Chriſtus paſſus ſit die Veneris XXV. primi menſis: quod ex Tabulis Ioannis Lucidi, ac calculis Pauli Foroſempronienſis intelligi poteſt. Et quoniam, vt Onuphrius obſeruauit ex Magni Dionyſij Tabula, nunquàm ab anno primi Chriſti vſque ad quadrageſimum inueniri poteſt Luna decimaquinta in menſe Martio octauo, Calend. Aprilis in diem Veneris incidere: ideo huius rei obſcuritas occaſionem dedit multis errandi, vt Paulo Foroſempronienſi, qui Chriſtum anno XXXVI. vitæ ſuæ XXX. die Martij ſcripſit extinctum, & Ioanni Lucido, qui XXXIII. anno, die III. Aprilis Dominum defunctum tradit.

Paulo Foroſempronienſi, ac Ioanni Lucido circa menſem, & diem mortis Chriſti quæ fuerit erroris occaſio.

Cùm igitur in omnibus Chriſti annis ſit hæc dubitatio Lunæ: tutius videtur cum Phlegonte, Romana Eccleſia, atque doctiſsimis Patribus ſentire, Chriſtum mortuum anno XXXIV. ætatis ſuæ per tres menſes elapſo. Contradictio autem, quod Luna XV. illo anno XXIII. die Martij in feriam tertiam, & non feriam ſextam inciderit, tolli poteſt ex antiquis Hebræorum traditionibus, apud quos menſis initium haud erat ſtatim ab ipſo nouilunio, verùm ab ipſis Lunæ corniculari apparitione: idcircò in eorum ſcriptis legimus, veteres Iudæos conſueuiſſe homines tempore nouilunij mittere ſuper altiſsimos mon-

Vltima opinio, Chriſto triginta tres annos cum tribus menſibus attribuens, cur cæteris omnibus præferenda.

Rationis quæ obijciebatur Chriſto patiente die 23. Martij, Lunã 15 in feriam 3 non 6 incidiſſe, ſolutio.

tes, quo

tes, quo eis nouæ Lunæ aſpectum ſignificarent, vt menſium initia auſpicari poſſent.

Iudæi vnde ſumerẽt menſis initium.

Eo ergo anno ex Aſtronomicis obſeruationibus nouilunium primi mẽſis fuit circa Solis occubitum nona die Martij, quare 15. Luna fuit, 23. eiuſdem Martij. Prima autem Lunæ apparitio fuit circiter per duos, vel tres dies, vno diei quadrante deducto, ita vt ex maiorum traditione Iudæi menſem inchoauerint vndecima, vel duodecima die menſis Martij: quare decimaquinta dies menſis extitit 25. vel 26. Martij, quo die Luna quidem 18. erat inchoata veſpere præcedenti, iſque dies fuit feria ſexta diei Veneris. Et ſic omnia cõſonant. Vel dicendum eſt, quod, vt Albertus Magnus ſuper Epiſtolam Dionyſij ad Polycarpum oſtendit, ann. 34. vitæ Chriſti labente in 25. Martij, incidit quinta decima Luna, & dies Veneris: propterea qui aliter per nouas tabulas computant, valdè falluntur, quia non ſunt ipſorum tabulæ in omnibus certæ, & veræ. Nam Ptolomæus correxit ſuperiores aliorum tabulas; Alphagranus illas Ptolomæi: Alphõſus Rex Caſtellæ, eas quas Alphagranus condiderat. Neque facilè eſt ab Eccleſiæ ſenſu recedendum ob vnius, vel alterius computationem. Et hæc quidem de hac aſſertione, & toto Prolegomeno: in quo ſi veritatem ipſam minus aſſecuti ſumus, ob rei qua de agitur, probabilitatem, at ſaltem ſolidiora alijs, ac verò propiora cogitandi, & meditandi occaſionem, anſamque præbuimus.

Altera ſolut. ex Alberto Magno deſumpta.

Chriſti annorum per tabulas Mathematicorum, enumeratio quàm fallax.

PROLEGOMENON XXXIX.

In quo tempus prædicationis, & doctrinæ à Domino impenſum explicatur: & Paſchata, quæ tempore prædicationis ſuæ fluxerunt, diligenter enumerantur.

Huius tractationis duplex ſuſcipiẽdæ ratio.

QVanquàm ex his quæ ſuperiori Prolegomeno diſputauimus, aliquo modo conſtare poſſit, quantum temporis prędicatio Domini obtinuerit: duplici tamen ratione illud in peculiarem hanc tractationem declarandum ſeruauimus. Altera eſt, vt apertiùs, & diſtinctiùs hanc rem, quæ ſuis nõ caret difficultatibus, explicaremus; altera, vt de ratione Paſchatum, ac numero, ad quem ea, quæ tot libris de hiſtoria Euangelica interpretamur, referri volumus, & qua de cauſa hoc illud præcedat, vel hoc illud ſubſequatur, frequenter aperimus, ratione quadam generali à nobis priùs expediatur: & quiſque ordinem quem in exponendo ſeruamus, faciliùs intelligere queat.

Vt igitur in præcedentis Prolegomeni aſſertionibus, maximè ſeptimæ, ac poſt remæ, variæ fuerunt ſententiæ, & opiniones Patrum, ita & in tempore prædicationis nõ eſt vna tantum ſententia. Nam qui credunt Chriſtum quinto decimo Tiberij anno ſub geminis Conſulibus extinctum, vt Tertullianus, & Clemens Alexandr. faciunt, haud poſſunt illi tribuere niſi vnum tantùm annum prædicationis: quòd quàm ſit ab Euangelica veritate alienum, non eſt opus multis oſtendere.

Chriſtũ vno tantùm anno prædicaſſe dicentium confutatur opinio.

Tertull. *Clem. Alex.*

Deinde qui tradunt illum anno 31. vitæ ſuæ defectum, duos annos duntaxat prędicationi eius adſcribunt, vt Apollinaris Laodicenus, & Epiphanius, qui duos annos Chriſto attribuunt prædicationis, alterum acceptabilem, alterum contradictionis, vt ſuperiùs ex duobus locis Epiphanij protulimus. Huic ſubſcribit quoque ſententiæ Origenes lib. 4. Periarchon cap. 1. dicens de Chriſto: *Iudicium autẽ effuſæ gratiæ in labijs, hoc eſt quod breui tempore tranſacto, anno autem, & aliquot menſibus docuit: vniuerſus tamẽ orbis doctrina, & fide pietatis eius impletus eſt.*

II. opinio, improbabilis tamen, quod duobus tantùm annis docuerit Chriſtus.

Epiphan. in hæreſ. 50. & 51.

Orig. tom. 1. circa finem.

Adferebat etiã Apollinaris peculiarem rationem ex numero trium Paſchatum, quæ in Euangelio Ioannis reperiuntur: tria etiam Paſchata confitetur Epiphanius ſcribens in Alogianos, imò etiam Irenæus lib. 3. cap. 39. contra Valentinianos. At tria illa Paſchata, vt docet Apollinaris prædictus, duos tantùm annos conficiunt: quia à primo Paſchate cœpit prędicatio, & in vltimo paſchate vita functus eſt.

B. Irenæus.

Nec deſunt qui tribuãt Chriſto quadraginta, vel quadraginta ſex annos, vt illi, quos arguit Auguſtinus li. 2. de Doct. Chriſtiana cap. 28. Ad quorum vtiq; ſententiam conſequitur, Dominum ad decem, vel ad ſexdecim annos prædicaſſe: quæ ſua ipſorum narratione, & improbabilitate pro confutatis habenda ſunt.

In tertiam illorũ, qui 10. vel 16. annos Chriſtum docuiſſe docẽt.

Rurſus alij binos annos tribuunt, cum menſibus tribus, nixi eidem rationi de numero Paſchatum, & adiungentes aliquot dies, qui à baptiſmo eius, & ieiunio in deſerto, vocatione Apoſtolorum, atque ſigno in Cana Galilęæ, ac mãſione in ciuitate Capharnaum per aliquot dies cum matre, & fratribus eius, & diſcipulis effluxerunt: qui dies conficiunt tres menſes: negant præterea vllum aliud potuiſſe eſſe Paſcha, vel ante primum Ioan. 2. vel inter primum & ſecundum Ioan. 6. vel inter ſecundum & tertium, de quo Ioan. 13.

Quartæ opinionis annos Chriſto duos prædicationis cum tribus menſib. tribuẽtis rationes proſequuntur.

Ioan. 2. *Infrà 6.* *Infrà 13.*

Sed hæc opinio tametſi rationib. quibuſ-

Impugnatur hæc quoque ſententia grauiſſimis Patrum teſtimonijs.

dam in ſpeciem probabilibus fulciatur, ac quorundam Doctorum teſtimonio, qui volunt Chriſtum defunctum anno 33. ſuæ vitæ currente, & per tres menſes exacto: nō eſt tamen vſquequaque vera, neque ſolida. Namque repugnat antiquitati: & traditioni Patrum, qui docēt, Chriſtum vel tres annos plenos, vel tres & ſemis, vel quatuor

B. Ignatius.

euangelizaſſe. Et in primis id docet Ignatius epiſt. 5. ad Trallianos, dicens: *Triginta annos agens baptizatus eſt à Ioanne in veritate, & non in phantaſmate, & tribus annis prædicauit Euangelium, & fecit ſigna, & prodigia coram falſis Iudæis, & à Pilato præſide iudex iudicatus eſt.* Hæc Ille: cuius vnius autoritas meritò omnibus eſt anteferēda, quoniam eo tempore vixit, quo hæc erant exploratiſsima, & compertiſsima: neque propriè quis dicitur prædicare tres annos, qui tantùm duos annos, & tres menſes tertij anni prædicauit: ſaltem prædicaſſet ſupra ſex menſes, vt aliqua ratione dictum defendi poſſet: niſi quis velit dictis Ignatij adhibere figuram

Vbi locum non habeat figura Synecdoches.

Synecdoches: at illa eſſet importuna in hiſtoria narrāda: & præter eius mentem: neque eſt ad illam accurrendum, niſi vbi cogimur ab abſurdo, aut impoſsibili, quòd ſublata Synecdoche ſequeretur.

Euſeb. tom. 1.

Accedat Euſebius Cæſarien. lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. 11. *Conſonanter autem in his cum hiſtorice* (ſcilicet Euangeliſta) *concordat, quintodecimo, dicens, anno Tiberij Cæſaris, in quo quartus erat Pilati procurationis annus, & cæt. Dominum & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum fuiſſe annorum triginta, quando ad Ioannem baptizandus aduenit. Tunc etenim ini-*

Luc. 3.

tium Euangelicæ prædicationis inſtituit. Et cap. ſequenti: *Refert autem eum diuina Scriptura omne doctrinæ ſuæ tempus exegiſſe ſub Pontificibus Anna, & Caipha: quo ſcilicet Anna pontificatus tempore incipiente docere cœperit, & vſque ad initium Caiphæ protenderit. In quibus ſpatijs vix toti quatuor concluduntur anni.* Sic ille.

V. ſententia Euſebij ac Theodoreti, Chriſtū tres annos & ſex menſes prædicaſſe, minimè improbabilis, & inepta.

Verùm hanc ſententiam ipſemet lib. 8. de Demonſtr. Euāgelica corrigit, tribuens Chriſti prædicationi annos tres, ac menſes ſex. Idem in chronico ſex illos menſes non addit.

Idem.
Idem tom. 2.
B. Theodor. 10. 1. circa fin.

Tertius accedat teſtis Theodoretus, qui in cap. 9. Danielis ſcribens: *Quod ſi quis etiam* (inquit) *tempus percipere cupiat, ex Euangelio, Ioannis cognoſcetur. Cùm enim annos circiter tres, cum dimidio prædicaſſet Dominus, ſanctosque ſuos diſcipulos doctrina, & miraculis confirmaſſet; tunc paſſus eſt, ac poſt crucem & mortem & reſurrectionem, & ad cœlos aſcenſum, & ſanctiſsimi Spiritus aduentum; reliquum hebdomadis tempus ſancti Apoſtoli Hieroſolymis prædicantes, & miracula edentes, multis hominum millibus ad Euangelicam doctrinam ductis, Noui Teſtamenti munus impertiti, vt ſanctiſsimi quoque baptiſmatis gratiam conſequerentur, autores*

Expenditur dictū Theodoreti.

fuere. Sic ille. Ex cuius verbis colligo, ſenſiſſe Theodoretum, ex Ioannis Euangelio elici, Ieſum prædicationi impendiſſe ferè tres annos cum dimidio: ergo neceſſum eſt eum plura quàm tria Paſchata (quę tantùm duos annos conficiunt) cognouiſſe ex Ioannis Euangelio deduci. Et confirmatur

Dan. 9.

ex capite 9. Danielis, vbi dicitur: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna; & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium.* Vbi vides dimidium hebdomadæ

Act. 1.
Infrà 2.

tribui confirmationi teſtamenti: hebdomadis autem quælibet medietas tres annos continet cum dimidio. Neq; mireris: nam ſi confirmationem extendas ad quadraginta illos dies poſt reſurrectionem, vel ad aduentum Spiritus ſancti, in quo maximè eruditi, & confirmati ſunt credentes: ſi rectè ſubducas rationem à die Baptiſmi vſque ad diem Pentecoſtes, inuenies propè

Idem ſpatiū annorū prædicationis Chriſti agnouiſſe Talmud.

tres annos, & ſemis. Et confirmatur iterum: Etenim vt legitur in Talmud, in libro Midras Tehillim, id eſt, expoſitione Pſalmorum, vt tradit Rabbi Ionatham, tribus annis cum dimidio ſtetit præſentia in monte Olíueti, dans vocem, & dicens:

Iſa. 55.

Quærite Dominum, dum inueniri poteſt. Au-

Autor operis imperfect. in Matth. hom. 49. ſub init. to. 2. operum D. Chryſoſt.

tor etiam operis imperfecti in Matthæum ait: *Chriſtus tribus annis, & ſex menſibus docuit.*

VI. & poſtrema opinio Chriſto tres annos & tres menſes prædicationis aſſignans, cæteris probabilior.

Sunt qui & hanc ſentētiam Euſebij magis adhuc moderentur, tribuētes doctrinæ Chriſti tempus annorū trium, & illud ampliùs quod excurrit à 6. Ianuarij, in qua baptizatus fuit, ad primum illud Paſcha, de quo Ioan. 2. quod ferè tribus menſibus abſoluitur: atque hæc magis videtur ſcopum attingere, & rei ipſius veritati, atque teſtimonijs Patrum conſonare. Nam propterea Patres tribuere videntur Chriſto, aut quatuor annos, aut tres & ſemis, nempè propter illum exceſſum trium menſium, de quo paulò antè dixi. Quod hac ſolidiſsima ratione comprobatur. Nam vltra illa tria Paſchata recenſita ab Euangeliſta Ioanne cap. 2. 6. 12. 13. atque 18. quæ conficiunt duos annos, neceſſariò aliud quartum Paſcha adiungendum ex Euangelio eſſe cenſemus, vt tres anni integri efficiantur: quibus ſi adijcias tēpus à baptiſmo ad 15. Martij, in qua Dominus obijt, ferè alij tres inueniuntur menſes, vt ita dictus à nobis numerus tanquàm certus, & conſtans prædicationi Chriſti adſcribatur. Quale autem ſit iſtud Paſcha quartum, & quomodo ab alijs

tribus diſtinctum, id iam ſeriò, & luculenter diſſerendum eſt.

Caiet.

Porrò hoc Paſcha aut diſtinguẽdum eſt ante primũ Paſcha ſcriptum Ioan. 2. vt quidam exiſtimant, & Caietanus opinatur; aut inter primum ſcriptũ Ioan. 2. & allud ſcriptum Ioan. 6. collocandum; aut tertio inter deſcriptum Ioan. 6. & illud cap. 13. & 19. Nam nemo ſanæ mentis dixerit, poſt paſcha narratum Ioan. 13. & 19. in quo Dominus obijt, Chriſtũ poſteà prædicaſſe. Quòd verò non poſsit collocari inter duo iſta Paſchata Ioan. 6. & illud Paſcha, in quo mortuus eſt, & quod deſcribitur ab omnibus Euangeliſtis, ex eo euidenter colligitur, quòd Ioannes expreſſam mentionem facit temporis intermedij. Nam cap. 7. narrat Chriſtum aſcẽdiſſe ad feſtum Scenopegiæ, quòd poſt ſex menſes à feſtò Paſchatis per octo dies in menſe 7. hoc eſt Septembri celebratur, in cuius feſti medio aſcẽdit Ieſus in templum: Capite verò 10. narrat Chriſtum aſcendiſſe ad feſtum Encæniorum, quod celebrabatur 25. menſis Nouembris, vt 1. Mach. 4. traditur. Ab illo verò die, & colloquio habito cum Iudæis, abijt Dominus in eum locum, in quo Ioannes olim baptizabat, vbi manſit ad aliquot dies, donec vocatus redijt in Bethaniam, vt ſuſcitaret Lazarũ Ioan. 11. quo ſuſcitato, concilioque Pontificum, ac Phariſæorum de eo necando celebrato, Ieſus iterum ſe ſubduxit in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem. Cùm verò proximum eſſet Paſcha Iudæorum, venit per ſex dies ante Paſcha Bethaniam, & facta eſt illi cœna magna: & die ſequenti ingreſſus cum ſolenni pompa in Hieruſalem: ac poſt ſex alios dies in feſto Paſchatis cruci eſt ſuffixus. Itaq; nullus eſt locus, vt quouis modo fingi poſsit aliud Paſcha inter illud Ioannis 6. & illud narratum à quatuor omnibus Euãgeliſtis, in quo Chriſtus eſt mortuus.

Quartũ Paſcha prædicationis Chriſti inter illud Ioan. 6 & illud mortis eius nõ poſſe reponi.

Ioan. 10.

Ioan. 10.

1. Mach. 4.

Infrà 11.

Infrà 12.

Rurſus dici nequit, Paſcha aliquod extitiſſe prædicationis Chriſti ante illud Ioan. 2. enarratum: etenim poſt baptiſmum, & ieiunium quadraginta dierum, altera die à præcedenti, in qua miſerant Iudæi legationem honorificam ad Ioannem, vt interrogarent eum quis eſſet, demonſtrauit illum Andreæ, & alteri diſcipulo, & ab Andrea adductus eſt Simon ad Ieſum: & poſt alterum diem inuenit Ieſus Philippum, & Nathanaelem. Et ſequitur ſtatim 2. cap. Ioannis, in quo exorditur Euangeliſta: Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: vbi tertia dies dicitur à ſequela Andreæ, & alterius diſcipuli, & adductionis Simonis ad Ieſum: cuius craſtinum, ſiue ſecundum diem in vocatione Philippi, & Nathanaelis enumerat. Exponit Lyranus: Tertia die à vocatione Philippi, & Nathanaelis, qui primo anno, & poſt oſtenſionem Ieſu factam à Ioanne, fuére vocati à Domino, & tertia die ſequenti factum eſt miraculum vini in Cana Galilææ, poſt quod recenſet Euangeliſta Dominum deſcendiſſe in Capharnaum cum matre, fratribus, & diſcipulis, & non multis diebus ibi manſiſſe: & cõfeſtim ſubditur: quòd prope erat Paſcha Iudæorum. Cùm igitur ſignum vini factum, proximum fuerit oſtenſioni Ieſu à Ioanne factæ, atq; Domini baptiſmo, & ad illud Paſcha, ad quod venit Dominus, ſolùm interceſſerunt pauci dies, quibus manſit in Capharnaum: profectò in tam breui dierum curriculo, quod vix poteſt conficere ſpatium trimeſtre, non poteſt fingi aliud interceſſiſſe paſcha: & nonniſi durè, ac violenter cogitari poteſt intercurriſſe aliud paſcha, ſiue à baptiſmo vſque ad miraculum nuptiarum, ſiue ab hoc ſigno ad illud primum Paſcha.

Primum paſcha Chriſti prædicationis illud Ioã 2. fuiſſe, nec aliud illo anterius ſtatuendum.

Matth. 4.

Ioan. 1.

Lyranus.

Ioan. 2.

Quòd autem vini conuerſio nõ ſit facta poſt annum à baptiſmo, nobis oſtendendũ eſt, etiamſi aliter tradere videatur Epiphanius in hæreſin Alogianorum ſcribens: cuius ſententiam ſequuntur Durandus in Rationali diuinorum officiorum, atque Hugo Cardinalis & Caietanus, nixi illi voci Eccleſiæ:

Tribus miraculis ornatum diem ſanctum colimus.
Hodiè Stella Magos duxit ad præſepium:
Hodiè vinum ex aqua factum eſt ad nuptias:
Hodie in Iordane Chriſtus baptizari voluit,
Vt ſaluaret nos. Alleluia.

Vt propterea exponant, *Tertio die nuptiæ factæ ſunt*, propter tertium miraculum in illa eadem die celebratum, nempè adorationis Magorum, baptiſmi, ac conuerſionis aquæ in vinum.

Signum conuerſionis aquæ in vinũ vno anno à Chriſti baptiſmo cõtigiſſe, vnde probent aduerſarij.

Epiphan. in hæreſi 51.

Durandus.

Hugo Card.

Caiet.

In hymno Epiphaniæ Domini.

Sed vt hæc expoſitio inconcinna eſt & violenta, & contra ſuauem orationem textus, quę ait: *Altera die, & poſt craſtinum*, & poſteà adiungit de tertia die: ita id quod probant, verum non eſt, neque ſolidum. Nam etſi baptiſmi dies incidere potuerit in diem quo Chriſtus oſtenſus fuit olim Magis, reuolutis triginta annis: tamen verum non eſt, ſignum ad nuptias factum, poſt annum à baptiſmo contigiſſe, verùm poſt paucos à baptiſmo & tentatione deſerti dies: vt Euangeliſta ipſemet non obſcurè indicat, dies quaſi enumerans paucos.

I. ratio in contrarium.

Ad hæc, ſi fuiſſet miraculum hoc, anno ſequenti à baptiſmo editum, aut non diceretur, quòd fuit initium ſignorum quæ Ie-

II. ratio ab abſurdo [illegible].

ſus fecit, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius, cùm per annum præcedentem alia potuerit edere miracula, quibus gloriam diſcipulis oſtenderet ſuam: vel opus eſt dicere, illum à ſignis, & prædicatione abſtinuiſſe, quod eſt abſurdum, ac incredibile, ſi verũ eſt quod aſſerit Hugo, conuerſionem vini fuiſſe factam ſecundo anno, & iterum anno reuoluto deſcendiſſe Capharnaum, & poſteà deſcendiſſe Hieroſolymam in die Paſchatis, eieciſſeque ementes & vendẽtes de templo: quod quàm ſit paradoxum, nemo non videt. Nam præterquàm quòd Euangeliſtæ ſilentio texiſſent duos annos conuerſationis Chriſti, de quibus nullum verbum extaret, illud planè conſequeretur ex illa opinione, Chriſtum ſupra quatuor annos à baptiſmo ſuo exactos vixiſſe, quòd nemo vnquàm dixit: nam pręter illos duos annos ante manſionem in Capharnaum, referuntur tria paſchata à Ioanne, quæ continent alios duos annos, atq; ita Dominus per aliquot menſes ſupra quatuor annos vitam ſuam produxiſſet.

De tempore mutationis aquæ in vinum importunè admodum quid ſenſerit Cardinalis Hugo.

III ratio.

Tertiò vrget, quòd primo anno ante paſcha fuit facta aquæ conuerſio in vinum: quia anno ſequenti proximum paſcha, de quo Ioannes cap. 2. loquitur, enarratur ſecundus Domini aduentus in Galilæam capite 4. & conuerſis iam Samaritanis traditur, quòd poſt duos dies exijt in Galilęam, & iterum venit Ieſus in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Ex quo manifeſtum eſt, ſignum illud fuiſſe editum à Domino in primo eius aduentu, de quo ait Ioannes c. 1. quòd venit in Galilæam, poſt ieiunium ſuum, & oſtenſionem factam à Ioanne Baptiſta: quandoquidem de ſecundo eius aduentu ex Iudæa in Galilæam fit mentio in initio, & in fine capitis quarti Ioannis. Ex quo elicitur, conuerſionem aquę in vinum factam ante paſcha eiuſdem anni.

Quando ſignum illud aquæ in vinum mutationis acciderit.

Ioan. 1.

Neque colitur ab Eccleſia in die Baptiſmi, & Epiphaniæ, eo quòd altero anno reuoluto à baptiſmo acciderit; ſed quia in illo die fuit declarata eius diuinitas per Stellam Magis in Natiuitate per Spiritum ſanctum, & per Patrem in Baptiſmo, & per miraculum primum Diſcipulis in Cana Galilææ.

Ad illud: Signum aquæ in vinum conuerſæ in die Baptiſmi, & Epiphaniæ ab Eccleſia celebratur.

Matt. 2.

Ideò, quod ait Eccleſia: *Tribus miraculis ornatum ſanctum diem colimus*, haud aſſerit, neque aſſerere intendit, illa tria ſigna eodem die fuiſſe peracta, ſed ab Eccleſia illo die celebrari. Vt rectè proinde vtatur illo verbo Ornandi. Nam vt lapis pretioſus, ornat annulum aureum; ita oſtẽſio Diuinitatis Magis exhibita, & in baptiſmo teſtimonio Patris aſſerta, magnificat atq; exornat ſignum quo Chriſtus Diſcipulis ſuam prodidit gloriam atque virtutem.

Huius verſiculi Eccleſiaſtici: Tribus miraculis ornatum ſanctum diem colimus, vera intelligentia traditur.

Infrà 3.

Neque nouum eſt, aut inſolitum, quę diuerſis temporibus geſta ſunt, Eccleſiam in vnum diem ad celebrandũ colligere. Conſtat ſiquidem ex Actis Apoſtolicis, Iacobum filium Zebedæi poſt dies Azymorum ab Herode interſectum; & tamen Eccleſia celebrat eius mortem 25. Iulij. Cùm etiam inſtitutio cœnæ Dominicæ feria V. ante mortem celebrata ſit à Domino; Eccleſia iuſtis de cauſis illum diem reijcit in proximum diem Iouis poſt feſtum Trinitatis. Atque eo die ſine mendacio dicuntur fieri, quæ tamẽ pridie quàm pateretur, ſunt inſtituta. Vnde Eccleſia canit:

Act. 12.

Matt. 26.

Laudis thema ſpecialis,
Panis viuus & vitalis
Hodiè proponitur.

Multis alijs exemplis res poſſet illuſtrari, ſi opus eſſet: ſed hæc pauca ſufficiant.

Cùm igitur illud quartum Paſcha in omnibus illis locis non poſsit aſſignari, videndum eſt, an vllus locus illi eſſe poſsit inter primum Paſcha ſcriptum Ioannis 2. & ſecundum relatum ab eodem c. 6. Et quidem nõ deſunt qui dicant, inter illa duo paſchata aliud interceſſiſſe.

An præter illa duo Paſchata cap. 2. & 6. à Ioanne deſcripta, aliud mediũ interceſſerit, necne.

Sed hi in duplici ſunt differentia. Alij enim, vt Gerardus Mercator, nõ indiligens noſtri ſeculi Chronographus, in ſua illa noua temporum hiſtoria integrum vnum vitæ Domini noſtri Ieſu Chriſti annum addiderunt ſupra tres, & aliquot paucos menſes, quos prædicationi impendiſſe ab omnibus ferè traditur: ea ratione ducti, quòd viderint 14. Lunam non alio anno, quàm illo, quo ſignauit Chriſti crucem in die Veneris accidere potuiſſe, & in quarto CCII. Olympiadis anno. Ita vt ſupra quadriennium, & menſes aliquot à baptiſmo Chriſti vſque ad eius mortem effluxiſſe ſuſpicetur.

I. opinio, & quib. rationibus innitatur.

I. ratio ab obſeruatione Lunæ.

Addit præterea, Bedam ſuæ ſententiæ fauere, qui libro de natura rerum opere maiore, narrat ex Dionyſio Exiguo. DCCI. anno, indictione 14. Romæ in Natali Domini ita cereis B. Mariæ annua conſuetudine inſcriptum fuiſſe: *A paſſione Domini anni ſunt* DCLXVIII. idque à ſuis Monachis Romæ exiſtentibus obſeruatum: qui numerus ab indictionis dictę loco in anteriora emenſus, exactè in annum Paſsioni à ſe aſſignatum incidit.

II. ab authoritate.

Beda li. de natura rerum, c. 46. tom. 2.

Adiungit etiam hæc Euangelicæ veritati conſonare: quia cùm Ioannis 4. dixiſſet Dominus Apoſtolis: *Adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit, & poſteà rogaſſent Samaritani, vt cum ipſis maneret; manſit cum illis duos dies. Poſt duos autem dies exijt inde, & venit in*

III ratio, ab Euangelio.

Ioan. 4.

Ibidem.

Galilæam: exceperuntq́, eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die Feſto Et ipſi enim venerant ad Diem feſtum. Et hoc loco conſtituit ſecundùm Paſcha Gerardus.

Contra primam illius ſententiæ rationem. Sed certè hæc incerta ſunt, & meo iudicio ex incertis coniecturis collecta. Nam quod primo loco aſſerit, Lunam decimamquartam in diem Veneris incidere non potuiſſe niſi addito vno anno ſupra eos, qui communiter illi dantur, incertum eſt: ſicut etiam dubium eſt, an ipſe meliores Aſtronomicas tabulas ſit ſecutus, quàm Albertus, & alij: & plures eorum, qui de re propoſita diſſeruerunt, ab aliis poſterioribus dicuntur decepti per falſas tabulas: & ita nobis non eſt propter incerta Lunę curricula, quæ variè à diuerſis conſtituuntur, à tradita nobis per Patres veritate declinandum.

Contra ſecundam ex Beda. Deinde quod adfert ex Beda, illi ſuffragari non poteſt: quia in eodem loco teſtatur, Dominum paulò vltra tres annos prædicaſſe: quomodo autem hoc dixiſſet: ſi nouiſſet ſupra quatuor annos prædicaſſe? Quomodo præterea ex illo numero annorum, quem Beda tribuit Chriſto, nimirùm DCC. I. à natiuitate, & DC. LVIII. à die paſſionis vſque ad ſua tempora potuit Gerardus colligere perueniſſe ad 35. vitæ ſuæ annũ, cùm anni intermedij inter illos duos aſsignatos ſint triginta tres?

Falſum eſſe iſdem quod aſſerũt, Chriſtum pluſquàm annos quatuor prædicaſſe. Nouum pręterea & inauditum eſt in Eccleſia, Dominũ ſupra quatuor annos prædicationem produxiſſe; & ſi triginta annos integros iam natus ſuſcepit baptiſmum, vt habet probabilior ſententia, iam Dominus vitam protraxiſſet in 35. annum, quod improbabile eſt, & minimè firmis rationibus nixum. Sicut etiam illud nouum, & contra Patrum veterum traditionem, quòd Dominus mortem oblerit ſecunda die April.

Tertię rationis cõfutatio. Poſtremò nouum, & planè incognitum, quòd Paſcha ſecundum conſtituat Euangeliſta in verbis illis Ioan. 4. quibus aſſerit, *Ioan. 6.* Dominum redijſſe in Cana Galilææ, vbi *Suprà 4.* honorificè exceptus ſit à Galilæis propter ea quæ viderant ſigna edita in Die feſto in Hieruſalem, eo addito, quòd dixerit Chriſtus: Adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit. Ná quid ex his ſolidi elicere valeat, nõ video, niſi fortè vt certum ponat, Chriſtum ſignum in nuptijs poſt annum à baptiſmo edidiſſe, *Suprà 2.* quod prius probandum ſibi erat: quia eiuſmodi ſignum nonniſi poſt pauciſsimos dies à baptiſmo ſuo perfecit, etiam ante primum paſcha. Vel niſi perſuadere velit, poſt primum paſcha iterum reuerſum ad aliud paſcha in Hieruſalem, quod ſuppreſſit Scriptura, & intelligi voluit per reditum ſuum in Cana Galilææ: quaſi verò hoc conuenire aptiſsime non poſsit ad reditum Domini è Iudæa poſt primum paſcha, & moram, quam in baptizando, & faciendo diſcipulos plures, quàm Ioannes traxit: & tandem redijt in Galilæam, accepto nuntio, quòd Ioannes eſſet in vinculis, & pertranſijt per Samariam, & manſit in Sichar per biduum: & iterum tunc venit in Cana Galilææ, vbi exceptus eſt ab illis cum honore, propter ſigna quæ in Paſchate ediderat: & tunc rogatus curauit filium Reguli, deſcendens in Capharnaum: & poſteà iterum aſcendit ad ſecundum Paſcha in Hieruſalem. *Ibidem.* *Ibidem.* *Matt. 11.* *Ioan. 4.*

Illud: Adhuc quatuor mẽſes ſunt, & meſſis venit, quando protulerit Chriſtus. Quæ verò Dominus dixit de quatuor menſibus ante meſſem; rectè interpretati ſumus fuiſſe dicta in Nouembri, vel Decemb. à quo ad meſſem poſt ſecundum paſcha futurum, effluit illud temporis interuallum. Et nihil facit hic ad ſtabiliendam ſuam potiùs, quàm noſtram ſententiam.

Altera opinio longè probabilior: In eam ſeptẽ quæ ſunt argumenta ab aduerſarijs proponũtur. Alij porrò meliùs meo iudicio ſentientes, conſtituunt aliud paſcha inter primum Ioan. 2. & alterum Ioan. 6. nempè illud, de quo Ioá. 5. Poſthæc erat Dies feſtus Iudęorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam: vbi & ſanauit paralyticum.

Ioan. 3. I. Argum. Sed hęc ſententia à quibuſdam reijcitur: quandoquidem ille dies erat quinquageſimus à die Paſchatis, ſeu Pentecoſtes, vt docent Chryſoſt. & Cyrillus cum alijs nonnullis, tum Græcis, tum Latinis autoribus.

II. Deinde, quia omnia illa paſchata proprio vocabulo B. Ioannes appellat; cũ hoc in communi tantùm Diem feſtum Iudæorum appellet.

III. Tertiò, quia dies Paſchatis haud erat vnicus dies feſtiuus tãtùm, ſed ſeptem Azymorum, quorum primus, & vltimus erant feſtiui, & omni religione venerabiles: & ideo quòd Ioánes Paſcha vocat, alij tres Euangeliſtæ dies Azymorũ appellant: cùm autem hic tantùm dicat, Diem feſtum, indicat vnius diei tantùm ſolennitatem. *Exod. 12.*

IV. Quartò, cap. 6. proximè ſequenti, in eius exordio aſſerit Ioannes, quòd erat proximum Paſcha dies feſtus Iudæorum: eſſent enim alioqui proximæ narrationes iſtæ duorum paſchatum, quod videtur abſurdum.

V. Quintò, quia cùm feſtum Scenopegiæ, de quo Ioannes loquitur in princip. 7. ca. celebraretur 15. die menſis Septembris, ſequeretur, B. Ioannem nõ retuliſſe niſi duo cap. 5. & 6. omnium actorum, & dictorum à Chriſto Domino ſpacio decem & nouem menſium, qui fuiſſent inter tale Paſcha,

& ſeſtum Scenopegiæ : quod videtur abſurdum.

VI. Sextò, ſequeretur, Ioaonem Baptiſtam poſt Domini baptiſmum vixiſſe duos annos, & ferè tres menſes : fuiſſeque in carcere per duos ferè annos, quod nemo vnquã dixit.

Si inter duo Paſchata Ioannis 2. & 6. aliud intercederet, nempè illud Ioã. 5 ſecundùm iſtos, Præcurſorem Chriſto baptizato duos annos, & tres menſes ſuperuixiſſe neceſſario conſequi videtur.

Porrò quòd hoc ſequatur, ſic oſtenditur. Nam cùm decollatus fuerit paulò antè illud paſcha Ioan. 6. falsò ponerentur illa duo paſchata Ioan. 2. & 5. nam Marcus & Matthęus expreſsiùs aſſerunt ſignum quinque panum, & duorũ piſcium factum immediatè poſt mortem Ioannis, eamque ſibi à Diſcipulis nũtiatam. Ex quo facilè infertur tempus adæquatum, quo B. Ioannes vixit à Chriſti baptiſmo, fuiſſe â ſexta die Ianuarij, in qua baptizatus eſt Dominus, vſque ad diem miraculi ſaturatæ turbæ quinque panibus, ac duobus piſcibus, quod proximum fuit ſecundo paſchati Chriſti, quod fuit vnius anni, & ferè trium mẽſium: quibus ſi adiungas alterum annum ſignificatum per Paſcha Ioan. 5. conficies duos annos, & ferè tres menſes.

Marc. 6. Matt. 14. Quamdiu Præcurſor Chriſto baptizato fuerit ſuperſtes.

VII. argum. *Exod. 23. & 34. & 2. Paralip. 8.*

Poſtremò adijcitur aliud argumentum: quòd cùm Dominus in Lege præceperit, vt ter in anno omnis maſculus appareret ante Dominum: cùm ſcribatur de aduentu Domioi ad feſtum Paſchatis, & ad feſtum Scenopegiæ; par atque æquum erat, vt de aſcenſu eius io templum in dic Pentecoſtes fieret mentio.

Quod feſtus ille dies, quo de Ioan. 5. fit mentio, fuerit dies Paſchæ, multis oſtenditur. Prima ratio.

Hæc ſunt argumenta, quæ fiunt ab his qui negant Diem feſtum Iudæorum Ioan. 5. fuiſſe feſtum Paſchæ.

His tamen nó obſtantibus, putamus facilè oſtendi poſſe multis argumentis, illum diem feſtiuum Paſchatis extitiſſe, ac probabilioribus multo quàm fuerint ſuperiora. Nam cùm ex triennio prædicationi Chriſti aſſignato vltra tres menſes cogamur ad ſtatuenda quatuor Paſchata, ne tot Doctorum ſententias illudamus, neceſſariò aliquis locus dandus eſt, io quo Paſcha illud quartum ſtatuatur.

II. ratio. *Luc. 3.*

Deinde cùm baptiſmus Chriſti ſub Anna Pontifice acciderit, vt D. Lucas ca. 3. docet; mortem verò eius ſub Caipha Euangelium tradat contigiſſe (nam prophetauit cũ eſſet Pontifex anni illius) at ab Anna ad Caipham quatuor circiter annos interfluxiſſe, docet Ioſephus lib. 8. Antiquit. cap. 4. quæ & ab Euſebio li. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 12. citantur his verbis: *Valerius Gratus, Anna Sacerdotio deturbato, Iſmaelem Pontificem deſignauit filium Iabi: Sed & hunc non multò poſt abijciens, Eleazarum Annæ Pontificis filium pontificatui ſubrogauit. Poſt annum verò etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Camithi filio Pontificatus tradidit miniſteriũ. Quo non ampliùs etiam ipſe quàm vnius anni ſpatio perfunctus, Ioſephum, cui & Caiphas nomen fuit, accepit ſucceſſorem.* Ex quibus verbis rectè Euſebius ferè quatuor annos colligit; ſingulis illorum annum tribuendo?

Ioan. 11. Ioſephus. Euſeb. tom. 1.

Quas lib. 8. Antiquit. c. 4. annales Pontificum mutationes Ioſephus cõmemorat, Pontio Pilato, non Valerio Grato eſſe tribuendas.

Illud verò videtur in Ioſepho corrigendum, quòd hæc facta eſſe perhibeat à Valerio Grato; cùm potiùs Pilato eſſent adſcribenda : qui Iudæam procurabat, vt docet Lucas. Conſtat autem, Pilatum per decem annos adminiſtraſſe Iudæam, & duodecimo anno Tiberij, vt Euſebius docet in hiſtoria Eccleſiaſtica, vel decimotertio, vt in Chronico ſuo, miſſum in Iudæam : quare anno 15. Tiberij non ampliùs Valerius Gratus, ſed Pilatus Iudææ præerat, illique; & non Valerio ſunt tribuendæ Pontificatus tranſlationes.

Luc. 3. Euſeb. lib. 2. hiſtor. Eccleſ. c. 11. in princ. Idem tom. 2.

Tertia ratio ab Olympiadis.

Ad idem Paſcha ſtatuendum, cogit enumeratio Olympiadum, quæ, vt præcedenti articulo diſſeruimus, conficiuot aliquot mẽſes ſuper triginta tres annos: porrò tres anni cum aliquot menſibus haud queunt per tria paſchata expleri, quæ duos tantùm annos efficiunt.

Cùm igitur his rationibus ad nouum Paſcha ſtatuẽdum cogamur, nullus profectò locus Euãgelij ad id ſtabiliendum, anſam probabiliorem porrigit, quã ille Dies feſtus Ioannis 5. qui videtur cum Sabbato ſecundo primo, de quo Lucæ 6. concurrere.

Quòd autem ille Dies feſtus Ioannis 5. non expreſſus fuerit dies Paſchatis, teſtaotur primo loco Patres nonnulli. Nam Rupertus Tuitienſis in hunc modum ſcribit: *Hic Euangeliſta Paſchale feſtum non apertè exprimit, dum dicit indefinitè : Erat Dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam : ſed ex ſuperioribus feſtum Paſchale fuiſſe colligitur. Nam aliam ob cauſam ſuperiùs, vbi mulieri Samaritana eſt locutus, dixit diſcipulis ſuis: Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Cõſtat verò, quia vbi non plus quàm quatuor menſes ante meſſem interſunt, Paſchalis feſtiuitas non pluſquàm duobus menſibus longè abeſt, quo vtique ſpatio temporis alia feſtiuitas nulla occurrit, qua ſecundùm præceptum legis omne maſculum deberet apparere ante conſpectum Domini. Igitur & hoc paſchale feſtum eſt, quo noſtrorum, vt prædictum eſt, & poſterius liquebit, Sacramentorum principium repetitur.* Hæc ille. Sed aote Rupertum Irenęus antiquiſsimus ſcriptor libr. 2. aduerſus hæreſes capite 29. initio idem ſenſit : *Poſthac*, inquit, *iterum ſecunda vice aſcendit in diem feſtum Paſcha in Hieruſalem quando paralyti-*

Rupert. Tuitienſis. *Ioan. 4.* *Exod. 23. & 34.* *B. Irenæus Martyr.* *Ioan. 5.*

cum, qui iuxta Natatoriam iacebat XXXVIII. annos, curauit, iubens vt ſurgeret, & auferret grabatum ſuum. Ita Irenæus, cuius ſententiam, vt rationi conſentaneam, ſequuntur permulti, vt Abulenſis vir doctiſsimus, in ſuo Defenſorio, & Paulus Epiſcopus Foroſempronienſis in Paulina ſua, atque Ioannes Ferus in cap. 5. Ioannis, ac D. Petrus Iroruzquus, Dominicanę familię, qui in libro quem inſcripſit: De ſerie hiſtoriæ totius ſacri Euangelij, hoc ipſum mordicus tenet. Vnde cùm libros Euangelicæ concordiæ ad quatuor Paſchata referat, initiũ ſecundi libri ab hoc ſeſto Iudæorum, in quo languidum ad piſcinam ſanauit Dominus, ſumit: ac inter alios noſtri ſeculi ſcriptores Cornelius Ianſenius, vir profectò mirificè eruditus, & in concordia Euangelica concinnanda diligèntiſsimus: hi omnes vno conſenſu tradunt, hoc feſtum fuiſſe diem Paſchæ: quæ quidem opinio rationibus valdè probabilibus non deſtituitur.

Recentiores ad eiuſdem confirmationem ſententiæ proferuntur autores.

Eadem ſententia rationibus adhuc alijs ſatis idoneis confirmatur.

Matt. 26. Luc. 2. Ioan. 12.

Prima eſt: quia Dies feſtus ſimpliciter, & per antonomaſiam debet accipi pro pręcipuo, & principali feſto Iudæorum, quale erat Paſcha, & ita frequenter accipitur in Scripturis, vt cùm dicitur Matth. 26. *Non in Die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.* Et Luc. 2. *Aſcendentibus illis Hieroſolymam ſecundùm conſuetudinem Diei feſti*, id eſt, Paſchatis: & Ioan. 12. *In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad Diem feſtum, &c.* Et ca. 13. *Quidam putabant quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad Diem feſtum*: quibus in locis per excellentiam Diei feſti intelligimus feſtum Paſchæ. Imò idem Ioannes paulò anteà: *Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cũ omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in Die feſto. Et ipſi enim venerant ad Diem feſtum.* Vbi vides in Ioanne bis dici ſimpliciter Diem feſtum pro die Paſchæ.

Infrà 13.

Suprà 4.

II. ratio.

Ioan. 7. Infrà 10. Suprà 7. Infrà 9.

Secunda ratio: quia ſimpliciora, & communiora feſta ſolet Ioãnes nominibus proprijs appellare, vt cap. 7. *Erat*, inquit, *in proximo Dies feſtus Iudæorum Scenopegia:* ac rurſus cap. 10. *Facta ſunt Encænia in Hieroſolymis.* Sabbatum etiam ſuo nomine vocat, veluti cap. 7. *Si circumciſionem accipit homo in Sabbato.* Et cap. 9. *Erat Sabbatum, quando lutum fecit Ieſus.* Si igitur fuiſſet dies Pentecoſtes, ſuo nomine illum vocaſſet, vt fecit de alijs: cùm autem abſolutè dicat Feſtum, pro præcipuo eſt interpretandum.

III. ratio.

Ioan. 2. Infrà 3.

Tertia ratio, hunc Diem feſtum non potuiſſe eſſe Pentecoſten, illud maximè confirmat quod Io. 3. poſt eiectionem vendentiũ de tẽplo in primo paſchate, & diſputationem longam cum Nicodemo, atq; quæſtionem diſcipulorum Ioannis cum Iudæis de purificatione, quoniam plures veniebant ad Chriſtum, & baptizabantur ab eo, ſubditur ibidem: *Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem:* Et ſtatim additur hiſtòria Samaritanæ, item prædicatio Domini in profectione illa in Galilæam apud Samaritanos, & ſanatio filij Reguli. Hæc autem omnia Chriſti geſta arguunt maiorem moram, quàm quæ eſt intra Paſcha, & Pentecoſten. Tot enim profectiones à Iudæa in Galilæam, & à Galilæa in Iudæam, tot habitæ diſputationes, & mora interpoſita in baptizando, & manſione apud Samaritanos, plures oſtendunt fluxiſſe dies quàm quinquaginta.

Ibidem. Infrà 4. Ibidem. Ibidem.

IV. ratio.

Quarta ratio: Cùm Ioannes Baptiſta per annum credatur integrum prædicaſſe, & baptizaſſe, antequàm mitteretur in carcerem: ſi hoc feſtum erat Pentecoſtes, qui conſecutus eſt diem paſchatis Ioannis 2. ſequeretur Ioannem vix duos, aut tres menſes in prædicationis, & baptiſmi curriculo abſoluiſſe. Quod probatur ex eo, quia in diſputatione immediatè ſubſequente hoc ſignum paralytici, de eo loquitur Dominus quaſi iam capto, aut de medio ſublato. Ait enim: *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati, &c. Ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius*: Quæ omnia inſinuant, illum è medio ſublatum in carcere, & ampliùs non lucere. Omnes tamen communi conſenſu affirmant, Ioannem per annum integrum publicam Domini prædicationem, & apertam ſignorũ editionem præcurriſſe: publicam dico, quia priuatim Dominus illo tempore & diſcipulos collegit, & prædicauit, & aliquas virtutes fecit.

Ioan. 5.

V. ratio. Luc. 2.

Quinta, quoniam ſemper ſolitus eſt Dominus, cùm aſcendit in templum die feſto Paſchæ, diſputare cum Iudæis. Nam cùm duodecimum annum agens aſcẽdit in templum, magnum ſapientiæ ſuæ ſpecimen diſputando præbuit, ita vt ſtuperent omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſponſis eius. Deinde in paſchate primo, quo eiecit de templo vendentes, & ementes, diſputauit de Sacramẽto regenerationis cũ Nicodemo: illo verò paſchate, quod habetur Ioan. 6. poſt editum ſignum multiplicationis quinque panum, diſputationem longam texuit cum Capharnaitis de pane Euchariſtiæ, cùm dixit: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis; & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Poſtremò verò paſchate, in quo Chriſtus cruci ſuffixus eſt, multæ, & graues diſputationes ha-

Ibidem. Ioan. 2. Infrà 3. et ſeq. Infrà 6. Ibidem.

bitæ

vitæ ſunt à Chriſto cum Iudæis, Phariſæis, ad Iudæis, & Herodianis,

Probatica piſcina quæ duo Sacramenta ſignat.

Cùm igitur, ſanato lãguido ad piſcinam, quæ nobis pulchrè repræſentat vel Baptiſmum, vel Pœnitentiam, in quibus homo Sacramentis tã quàm piſcinis ſanatur à quacunque peccati infirmitate detineatur, grauiſsimam de Diuinitate ſua cum Iudęis habuerit diſceptationem, apertè videtur indicare, ſeſtiuum illum diem Paſcha fuiſſe, in quo Dominus ſemper ſolitus erat diſceptare cum Iudæis. Ita vt videantur hæc quatuor prædicationis Chriſti paſchata, quæ triennium ſupra paucos menſes vitæ Chriſti continent, admirabili rationi fuiſſe concinnata, & digeſta ab Euangeliſtis: vt in primo, de regenerationis Sacramento, in ſecundo, de curatione infirmi ad piſcinam, quæ pulchrè Sacramentum Pœnitentiæ repræſentat; in tertio, de Sacramento Euchariſtiæ diſſeruerit; in vltimo verò paſchate de morte ſua, quæ vim, & efficaciam omnibus Sacramentis contulit, diſputauit.

VI. ratio. Ioan. 4.

Sexta: Cùm præceſſerit apud Ioannem: *Adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit*, opus eſt illa dicta eſſe in Nouembri, vel Decembri: quòd ſi feſtus hic dies Iudæorum, Pentecoſtes ſolennitas fuit, manifeſtè ſequitur, Chriſtum non veniſſe ad diem Paſchæ illos dies Nouembris, ſiue Decembris conſequentem: quod abſurdum videtur. Nã quod ad Paſcha, de quo Ioan. 6. fit mentio, Chriſtus non venerit, cauſa iuſta ſuberat; eo quòd Phariſæi iam conſpirauerant in necem eius: nec rediјt ad Paſcha Hieroſolymis celebrandũ, niſi cùm capi ad mortem voluit: quod factum eſt in poſtremo Paſchate, de quo Ioan. 13. Ad illud verò paſcha, quòd diximus illos quatuor menſes Nouembris vel Decemb. conſecutum, non videtur vlla legitima cauſa non veniendi adfuiſſe, cùm nondum necem eius deſignaſſent; ſed ad curationẽ paralytici ad probaticam grauiter offenſi ſunt Iudæi, exindeq; eius necem meditati. Siquidem enarratio miraculo ſubiungit Ioannes:

Ioan. 5.

Propterea ergo magis quærebãt eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat Sabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Et infrà cap. 7. *Quid me quæritis interficere? Vnum opus feci, & omnes miramini.* Et rurſus: *Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbato?* Vocans Sabbatum, diem Paſchæ more Hebræorum, ſiue propriè diem ipſum Sabbati. Ex quibus conſtat, curationem paralytici ad piſcinam, meditati homicidij cauſam extitiſſe. Si autem Dominus per quatuor mẽſes ante paſcha illa verba protulit, neceſſe eſt confiteri, Dominũ, antequàm iret in Samariam, poſt eiectionem ementium & vendentium, manſiſſe in Iudæa, atq; adfuiſſe feſto Pentecoſtes, Expiationis, & Tabernaculorum: atq; hos totos octo menſes Chriſtus baptizabat, & diſcipulos congregabat, vt nullum feſtum ſuperſit, de quo Ioannes dicere potuerit; *Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum*, niſi ſecundum Paſcha.

Infrà 7. Ibidem.

VII. ratio.

Septima ac poſtrema ratio. Miraculum ſiquidem edi ſolitum in illo die à Probaticam Piſcinam, eleganter refertur ad diem feſtum Paſchę, in quo Chriſtus inſtar piſcinæ cuiuſdam in cruce ſanguinem ſuum fudit in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ, ad detergenda omnium ſeculorum crimina: quæ res non ita quadrat feſto Pentecoſtes. Ad hæc, in curatione à peccato, nos magis celebramus diem Paſchæ, quã diem Pentecoſtes, in quo data fuit lex. Hunc etiam feſtiuum diem ex alio Euangelij loco probamus, nempè ex Matth. c. 12. Vbi accuſantur diſcipuli à Phariſęis, quòd vellerent ſpicas in Sabbatis; & à Luca c. 6. dicitur Sabbatum ſecundo primum: nam vt interpretatur Epiphanius in Alogianos, & Euthymius in cap. Lucæ 6, atque alij pleriq; non contemnendi autores, illud Sabbatum Δευτερόπρωτον, ſiue feſtum Sabbatorũ in plurali, vt Matthæus, & Marcus docent, non poteſt eſſe niſi dies paſchatis cum ſeptem diebus Azymorum, vt nos longiori diſputatione comprobatum relinquimus li. 8. Diſputationum, tractatu 14. ad quem mittendum cenſemus lectorem, ne ea, quæ ibi dicta ſunt, repetantur. Quòd ſi dies fuit ſecundus Paſchatis, ſiue potiùs ſeptimus dies, vt ſit quaſi ſecundum à primo, quòd eadem religione primus atque ſeptimus eſſent venerabiles; profectò diſtinctus fuit ab illo Ioan. 2. & ab eo Ioan. 6. & neceſſariò cõcurrit cum hoc die feſto Iudæorum Ioannis 5. quo languidum ſanauit ad piſcinam. Cuius rei argumentum valdè probabile exiſtit, quòd, vt ibi accuſati ſunt Diſcipuli de violato Sabbato quòd vellerent ſpicas, ita hic Ioan. 5. accuſatur Dominus de polluto Sabbato, veriſimilitudo accuſationem eodem tendens arguat eundẽ fuiſſe diem feſtum.

Zach. 13.

Propriũ diei Paſchatis myſterium. Exod. 19.

Matt. 12.

Luc. 6. B. Epiphan. in hæreſ. 51. Euthym.

Quod nam Sabbatum ſecundo primum apud Lucam.

Exod. 12.

Solutio primi argumenti de ſeptem antedictis.

Iam verò argumenta ſuperiùs propoſita aduerſus ſententiam noſtram diluenda ſunt breuiter. Ad primum igitur, Patribus illis Græcis opponimus alios, tũ antiquos, tum recentiores, qui cum ratione ex literæ contextu educta aliter opinati ſunt.

Secundi ſolutio.

Ad ſecundum: quòd Ioannes alia omnia Paſchata proprio nomine nũcupauerit, hoc autem nonniſi generali vocabulo, veritatẽ

Paſchæ non tollit: quia ſi propterea quòd expreſſa voce non nominauit feſtum Paſchatis, negandum eſt prædictum diem feſtum fuiſſe paſcha; profectò nullus certus ac peculiaris dies feſtiuus erit, cùm nullus talis deſignetur illa voce generali. Vt ergo cùm Philoſophum abſolutè dicimus, aut Poetam, per excellentiam intelligimus aut Ariſtotelem, aut Homerum; aut cùm Vrbem, Romam: ita hic per diem feſtum ſimpliciter intelligimus diem Paſchæ, quo nullus erat præſtantior inter Iudæos.

Solutur tertium argum.

Ad tertium reſpondemus eſſe friuolum argumentum, ex eo quòd Ioannes feſtum diem appellat, nequaquàm eſſe intelligendum de Paſchate, quòd ſeptem diebus Azymorum conſtabat. Sic enim ſæpè eſſet Ioannes huius erroris arguendus, qui ſæpè diem Paſchatis vocat Diem feſtum in ſingulari, tum ca. 6. tum 11. 12. ac 13. quòd ſemper in ſingulari nomine Diei feſti Iudęorũ exprimitur. Et Luc. 2. *Secundùm conſuetudinem diei feſti:* & tantum paſcha vltimum, in quo Chriſtus cruci ſuffixus fuit, à reliquis Euangeliſtis dicitur Dies Azymorum, & Paſcha hoc Ioan. 5. de quo eſt ſermo, ſi concurrit cũ illo Feſto ſecundo primo, & Sabbatorum, vt vocant Matthæus, & Marcus, vti probauimus, habemus nõ ſolum Diem feſtum in ſingulari, ſed dies Sabbatorum in plurali.

Quid dies Azymorum apud Euangeliſtas ſignificent.

Quarti argumẽti ſolutio

Ad quartum reſpondetur, quòd etſi demus, hunc diem feſtum Ioan. 5. fuiſſe Paſcha, non propterea ſequitur fuiſſe proximas narrationes duorum paſchatum, ſiquidem Ioannes quæ vidit ab alijs ſcripta Euangeliſtis, non repetiuit, & multa alia acciderunt, quæ ab eo ſilentio ſuppreſſa ſunt, inter vtrumq; Paſcha. Nã præter diſceptationem illam cum Iudæis Io. 5. deſcriptam, interceſsit diſputatio de confricatis ſpicis, & altera de ſanata manu arida in Sabbato: præceſsit electio diſcipulorum in Apoſtolos, & ſermo Domini in Monte habitus: ſigna quoq; leproſi curati, ſeruiq; Centurionis ſanati, & adoleſcentis filij viduę ſuſcitati, legatio diſcipulorum Ioannis de carcere ad Chriſtum, mulieris hiſtoria peccatricis, miſsio diſcipulorum ad prædicandũ, multæ præterea parabolę à Chriſto propoſitę, & deniq; decollatio Ioannis Bapt. quę omnia contigerunt ante miraculum quinque panum, & duorum piſcium, quo tempore incidit feſtum illud Paſchæ, de quo Ioan. 6. quę omnia ſi enumeres, magnã ſiluam myſteriorum Chriſti, ſignorũ, & prædicationũ inuenies inter vtrumq; Paſcha cõtigiſſe.

Matt. 12.
Ibidem.

Ante multiplicationem quinq; panũ, & duorum piſcium in deſerto, quæ Chriſtus fecerit.

Ioan. 6.

Quintum diſſoluit argum.

Ad quintum pariter eſt reſpondendum: nam idem abſurdum proponit. Sed quemadmodum à feſto Paſchæ, de quo Ioan. 6. vſque ad feſtum Scenopegiæ, de quo principio 7. cap. ſex menſium hiſtoria continetur; Ioannes tamen nihil narrat eorum quę acciderunt: quia altero die poſt ſaturatam turbam quinque panibus, ac duobus piſcibus, diſſeruit cum Capharnaitis ante Paſcha illud Ioan. 6.

Neq; tamen idcirco reprehẽdimus Ioannem, quaſi illis ſex menſibus nihil geſſerit Chriſtus; ſed docemus, ea cõſulto omiſiſſe, quę nimirũ ab alijs erant idoneè enarrata. Idem prorſus aſſerendum de tempore intermedio inter Paſchata illa Ioan. 5. & 6.

Aliorum dicta Euangeliſtarum ferè prætermittit Ioannes ſtudio breuitatis.

Nec obſtat, Ioannem apertè teſtari, fuiſſe diem Sabbati, quo ille languidus ſanatus eſt ad piſcinam. Inquit enim: *Erat autẽ Sabbatum in die illo.* Verùm quis neſciat, Sabbatum præter communem illam diei ſeptimæ ſignificationem, etiam omnia ſolennia Iudæorum feſta deſignare? Et cùm Dominus inquit: *Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter Sabbatum. Itaque dominus eſt Filius hominis, etiam Sabbati:* quæ de omni feſto ſunt accipienda: & iterum, *Orate vt non fiat fuga veſtra hyeme, vel Sabbato:* nõ tam ad diem ſeptimum, quàm ad omnem ſolennem, & feſtiuum diem denotandum, dixit Dominus. Quòd ſi propriè contendas eſſe accipiendum, cadet profectò ſententia aliorum, cõtendentium de die feſtiuo Pentecoſtes eſſe deſumendum, quàm qui pro Paſcha poſitum tuentur; & ita neutrum ſignificaretur.

Sabbatum, duo apud Hebræos ſignificat.

Marc. 2.

Matt. 24.

Ad ſextum dicẽdum eſt, nullum eſſe inconueniens, quòd tanto tempore vitam produxerit Ioannes Baptiſta: qui cùm annum ferè integrum prædicando, baptizandoq; impendiſſet, captus fuit ab Herode, & in carcerem coniectus: vbi ſpatio vnius anni, aut paulò ampliùs vitam traduxit: tunc etiam diſcipulos habebat, quos poſteà ad Chriſtum miſit, vt interrogarent eum: *Tu es qui venturus es?* Cùm autem in die natali Herodis decollatus fuiſſet, ſepulturę traditum eſt corpus eius per diſcipulos: qui venientes ad Ieſum, renuntiârunt ei mortem magiſtri ſui. Quo audito, Ieſus ſeceſſit inde in nauiculam in locũ deſerti, vbi ſub veſperam ſignum edidit ſaturationis turbæ: ſicut audita eius coniectione in carcerem, ſeceſſit è Iudæa in Galilæam, & cœpit publicè prædicare, vt dicitur Marc. 1. quia anteà ſecretè, priuatimque docebat. Et ita mira ſapienta Dominus doctrinam ſuam diſpenſabat. Nã ex quo baptizatus fuit, dum vixit Ioannes, qui docebat, & euãgelizabat de Chriſto, ipſe in publico, ne videretur concurrere cum eo, ac certare de palma, nequa-

Solutio ſe[...] argumenti.

Matt. 11.

Inſrà 14.

Ibidem.

Marc. 1.

Quare Ch[...]ſtus Ioanne publicè docente, priuatim ipſe doceret tantũmodò.

nequaquam ſibi prædicandū cenſuit: cæterùm vbi ille coniectus in carcerem eſt, tunc Dominus publicum docendi munus aſſumpſit; vt ex tribus annis, quos doctrinę impēderit, vnū prædicationi, ac inſtitutioni priuatæ tribuerit, reliquos duos publicè, aperteq;. Vt ita Ioānes, qui per ſex menſes Chriſti natiuitatē præcurrit, per duodecim, aut paulò plus mortem eius præuenerit.

Luc. 1.

Septimi argumenti ſolutio.

Ioan. 8.

Ad vltimum: haud eſt neceſſariū, quòd Euangeliſtæ exprimant, ad omnia feſta in templum Dominū aſcendiſſe, qui etiā aiebat Iudæis: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* ſatis oſtendebat ſe omnia inſtituta Moſaica ad vnguem ſeruaſſe. Ac vt ad dies feſtos lege Moyſi nequaquā præſcriptos Chriſtus aſcendebat, vt cùm aſcendit in die Encęniorum Hieroſolymam, vt ex vno colligas, reliquos dies ſacros non præceptos illū minimè neglexiſſe: ita ex eo quòd obſeruabat paſchata, & ad feſtū Scenopegiæ aſcēdebat, eliciamus, quòd etiam feſtum Pentecoſtes nō negligeret: quia erat vnū ex præſcriptis à Deo, qui dixit: *Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo.*

Infra 10.

Exod. 23.

Epilogus prædictorum omnium.

Habes igitur omniū primo loco præpoſitorū argumentorum ſolutiones: habes totum tempus impenſum à Chriſto doctrinæ ac prędicationi, exceſsiſſe tres annos, & paulò plures menſes: habes quatuor interfluxiſſe paſchata à die baptiſmi, vſq; ad obitū Chriſti. Quæ propterea à nobis tam diligenter, & exactè ſint excuſſa ac enarrata, vt ordo, quem in vita Chriſti deſcribenda ſeruamus, conſpicuus, exploratusq; ſit omnibus. Nam ſiue in hiſtoria texēda vitę Chriſti, ſiue in miraculis interpretandis, ſiue in enucleandis parabolis, ſiue denīq; in diſputationibus Dominī cum Iudæis habitis explicandis, hanc perpetuam ordinis rationē tenemus, vt primò procedant quę ante primum paſcha, de quo Ioan. 2. peregit Dominus: deinde ordine præſcribantur, quæ à primo paſchate vſque ad ſecundum, cuius Ioan. c. 5. meminit, acciderunt: tertio loco quæ à ſecūdo paſchate vſq; ad tertiū, Ioan. 6. deſcriptum, à Domino ſiue dicta, ſiue facta ſunt: poſtremò myſteria vniuerſa comprehendimus, quæ à tertio paſchate ad poſtremum, in quo mortē ſubijt, continētur. Et ita ad hæc quatuor paſchata vniuerſam hiſtoriæ Euangelicæ rōnem diſtribuimus, & diſtributam per ſingulos libros ſeruare contendimus. Ita vt in miraculis, aut parabolis, aut diſputationibus, aut hiſtorijs ordinem alicuius certi, & peculiaris Euāgeliſtæ non ſeruemus (nec enim id fieri poterat, nec decebat) ſaltem hāc generalem rationē paſchatum, ſingulorumq;, quæ in quolibet contigerūt, nobis accuratè, ac, vt dici ſolet, ad amuſsim cuſtodiendam, & ſequendam tanquā certam regulam proponamus: quā propterea hoc loco, velut in limine eorum quæ tradenda ſunt, tibi prudens lector, indicandam, & proponendā duximus, ne fortè admiratione captus, noua tibi, aut abſurda videantur, quę apud alios, vt non neceſſaria, prætermiſſa ſunt autores; nobis verò vt cōducibilia, & propoſito ſcopo neceſſaria minimè fuerunt ſilentio prætereunda.

Tam copioſa de tempore prædicationis Chriſti doctrina iā tradita quantum poſterioribus Euāgelicæ enarrationis libris lumen ſuppeditabit.

Autoris in hiſtoria Euāgelica explicanda methodus.

Quod verò quidam eo progreſsi ſunt, vt polliceantur ſe vniuerſas, & ſingulas quaſque Chriſti actiones quoto die, vel menſe anni contigerint, explicare: Id mihi longè videtur incredibile. Nā quod de certis quibuſdam id præſtari actionibus poſsit, vbi lumen aliquod porrigunt Euangeliſtæ, difficile non videtur: at in vniuerſis, ac ſingulis, vbi nulla lux ſuffragatur Euāgelica, vel traditio Eccleſiaſtica, profectò diuinantis eſt potius, quàm ſcientis: & magis promptū eſt hoc promittere, quàm præſtare. Ac de his hactenus.

Omnium & ſingularum Chriſti actionū præciſum notare tēpus volētium, audax, & temerarium conſilium videri.

PROLEGOMENON XL.

In quo Romanorum Imperatorum, & Præſidum ab eis in Syriam atque Iudæam miſſorum, qui cum vita Chriſti, aut Apoſtolorum concurrunt, hiſtoria, & geſta explicantur; Regum quoq. Iudææ, & Tetrarcharum acta conſcribuntur.

QVoniam hiſtoria Euangelica per quatuor Euangeliſtas conſcripta, & liber Apoſtolicorum actuum multas inuoluunt hiſtorias, tum Regum Iudææ, tum Imperatorum Romanorum, & Præſidum ab eis in Iudæam deſtinatorum, ne quiſquam externæ, atque profanæ ignarus hiſtoræ implicetur, & à lectione, guſtuque Euangelij deterreatur, non inutile fore exiſtimaui, ſi quædam, quæ ad Euangelium illuſtrādum ſpectant, ex Ioſepho, & Egeſippo, Euſebioque Cæſarienſi, tum ex alijs probatis autoribus, tam externis, quàm domeſticis, in præſentem locum adduxero. Quippe ita docent magna Eccleſiæ lumina, Epiphanius & Auguſtinus: alter ſcribens in Hæreſim Alogianorū, alter de doctrina Chriſtiana, lib. 2. cap. 28. nimirùm vt Olympiadas, ac Conſulum Romanorum tempora non ignoremus: eo quòd nulla ſit certior via ab innumeris difficultatibus emergēdi, obſcuraſque temporum controuerſias, & ambages explicandi, quā iſta. Hinc graues, ac probati hiſtorici in re quapiā teſtificāda

De hoc argumento cauſa diſſerendi.

Epiphan. in hæreſi 51.
Aug. tom. 3. ſub init.

Olympiadū tempus, & Conſulum Rom. noſſe, quàm vtile ſecundùm Patres.

ſemper addere conſueuerunt: Olympiade tali; & Coſſ. talibus. Primo igitur loco proponendum eſt, natalem Domini noſtri Ieſu Chriſti diem incidiſſe in 42. annum Auguſti, & ab illo tempore vſq; ad 4. annum Neronis, quo Paulus vinctus Romam fuit deportatus, vniuerſam ac integram Euangeliorum, & Actuum Apoſtolorum hiſtoriam comprehendi: ideò de Imperatoribus qui interceſſerunt, & de illis qui ſucceſſerunt vſq; ad ſecundum annum Veſpaſiani, quo Hieroſolyma funditus fuit euerſa, aliquid eſt dicendum. Deinde de Procuratoribus Iudeæ ad illam prouinciam gubernãdam emiſsis. Tertio locò de Herode rege Iudææ, ac filijs eius, qui poſſederunt Tetrarchias, eorumq; ſucceſsiones.

Series huius tractationis, & ordo.

Act. vlt.

Fluxerunt autem à 42. Auguſti ad quartum Neronis annũ, anni circiter ſexaginta, paulò plus, vel minus: nam, vt ſuperiùs cõprobatum reliquimus, Octauius imperauit duodecim ferè annis cum M. Lepido primum, deinde cum M. Antonio, ſolus quadraginta quatuor, vt docet Suetonius Tranquillus, & Tertullian. lib. aduerſus Iudęos, ac Euſebius in Chronico, Clemens quoque lib. 1. Strom. atq; Eutropius lib. 6.

Quot annis imperauit Auguſtus.

Suet. Tranq. in Aug. c. 8.

Quod verò Cornel. Tacitus in Dialogo de oratore tribuat illi octo & quinquaginta, hoc eſt, qui computauit eius Imperium ab obitu Iulij Cæſaris, & Ioſeph. lib. 19. antiquit. c. 4. eidẽ tribuit annos 57. menſes 6. dies 2. Ex quibus cum Antonio imperauit 45. nec eſt in ea narratione vlla inter hiſtoricos diſcordia, ſiquidem quo anno C. Cæſar occiſus eſt, conſtat Auguſtum ab ſtudijs reuocatum, Apolloniæ ducem copiarum fuiſſe, quas ſuis impẽdijs contra Antonium comparauerat, vt teſtis eſt Cicero in quarta Philippica. Sequenti verò anno Conſules extiterunt Hircius, & Panſa. Poſtea admotis hoſtiliter armis ad vrbem, ſe Conſulem ſuffecit cum Q. Pædio. Itaq; Ioſephus tribuit Auguſto cum M. Antonio ann. 14. & ſic erunt anni 58. ſi ſex menſes, & paucos dies numeres pro vno anno. Suetonius verò, & Euſebius in Chronico, atque illos ſecuti, prætereunt hos duos annos: quia nondum ſummam Reipublicæ obtinebat, niſi poſt initũ Triumuiratum in fine anni, quo Conſulatum geſsit cum Q. Pædio.

Corn. Tacit. ac Ioſepho Iudęo plures annos imperij Auguſto tribuẽdi quæ fuerint cauſæ.

M. Tullius. *Conſulatus Auguſti primus.*

Sueton. contra, & Euſeb. Auguſto cur tribuant annos imperij pauciores.

Tiberius Cæſar, ſub quo Dominus cruci ſuffixus fuit, imperauit an. 23. vt tradũt Suetonius, Cornel. Tacitus, Euſebius in Chronico, & Oroſius: quanquam Ioſeph. lib. 18. c. 14. illi aſsignet viginti duos annos, menſes ſex, dies tres. Tertullianus verò annos 22. menſes 7. dies 20.

Imperij Tiberij Cæſaris anni quot.

Tertul. li. aduer. Iudaeos, c. de paſs. Chriſti, & vaſtatione Hieruſalem, ſub fin.

Verùm hi inter ſe haud diſcrepant: nam quicquid excedit dimidium anni, hiſtorici pro vno anno ſolent percenſere: quẽadmodum quod deficit à 6. menſibus negligũt.

Tertius Imperator fuit C. Caligula, qui iuxta Suetonij ſententiá, imperauit annos tres, menſes 10. dies octo, quos dies omittit Euſebius in Chronico. Tertullianus verò præter annos tres, tribuit menſes octo, dies tredecim: quod non diſcrepat ab eo, quod Clemens lib. 1. Strom. & Sex. Aurelius tradunt, nempe imperaſſe quatuor annos, &, vt Tacitus ait, propè quatuor, vt Oroſius verò, quatuor non plenos.

Quãdiu Imperiũ tenuit Caligula.

Tertul. ibid. *Corn Tacit. in Dialog. de orat. ante me.* *Oroſ. lib. 7. c. 5. in capit.*

Sequẽs Imperator fuit Claudius Cæſar: qui vt teſtantur Suetonius, Tacitus, Sex. Aurelius, Clemens lib. 1. Strom. Oroſius, atque Eutropius, imperauit annis quatuordecim, ſiue, quod idem eſt, apud Ioſephum & Euſebium in Chronico, tredecim annos, menſes ferè nouem.

Claud. quot annos regnauerit. *Oroſ. lib. 7. c. 6. in princ.* *Ioſeph. lib. 11. de bel. Iud. c. 11. in fin.*

Nero verò, qui ſexto loco imperauit, per 14. annos Imperium tenuit: vti Suetonius, Cornel. Tacitus, Clemens & Eutropius tribuunt: at ſecundùm Oroſium 14. non exactos plenos. Si igitur ſummam colligas annorum, quibus iſti imperitarunt, & in quibus totum corpus Euangelicæ Apoſtolicęque hiſtorię atq; Canonicæ conſcriptæ cõprehenditur, inuenies ſummam annorum 60. ferè. Sunt enim ex his 15. tribuendi Auguſto, Tiberio 23. Caligulæ 4. Claudio 14. Neroni 4. anno quippe ſecundo imperij eius venit Romã Paulus, teſtibus Hieronymo, & Euſebio, & ibi manſit per biennium agẽs cauſam ſuam. In hoc autem eius in vrbem ingreſſu, terminatur Actuũ Apoſtol. hiſtoria. Sed liberatus Paulus de ore leonis, vt ipſe ait, per decennium adhuc produxit prædicationem: & iterum accuſatus apud Neronem 14. anno imperij eius martyriũ ſuſtinuit cum B. Petro Apoſtolo.

Nero quãto tempore fuerit Imper. *Idem Oroſ. c. init.*

Paulus quando Romam venerit. *Hiero. in Catalog. ſcriptor. Eccl. com. 1.* *Euſeb. li. 2. eccleſ. hiſt. c. 22.* *Act. vl. & ſe. 2. Tim. 4.*

Illud annotandum, quod Ioſeph. lib. 18. antiq. c. 3. initio tradit, Cyrinũ deſcriptionem feciſſe anno 37. poſtquam Antonius Actiaco bello fuerat à Cæſare ſuperatus, ab alijs minimè recipi: ſed Euſebius, & reliqui Chronographi ſcripſerunt, Chriſtum natũ anno 28. poſt Actiacam victoriam. Nam fuit hæc victoria, Olympiade 187. in cuius anno tertio, Euſebius in chronico affirmat illam victoriam contigiſſe: à qua, ſi diligenter ſuppntes, ad 194. Olympiadem, in cuius anno tertio natus eſt Dominus, inuenies 28. annos prædictos.

Tempus deſcriptionis vniuerſi orbis ſub Auguſto malè Ioſeph. aſſignaſſe.

Quando natus Chriſtus.

Quanta pax fuerit tempore Auguſti, docet Paulus Oroſius lib. 7. c. 2. & 3. vbi ex verbis Cornel. Taciti loquens, ait: *Sene Auguſto Ianus patefactus, dũ apud extremos terrarũ terminos noua gentes ſepè ex vſu, & aliquãdo cum*

Pax quanta ſub Auguſto.

damno

Idem Dominus quando fuerit circumciſus.

lamne quærunt ur, vſq; ad Veſpaſiam durauit imperium. Hactenus ille. Præterea ſi ſub Auguſto natus eſt Chriſtus, In fine eius anni Iuliani, quo Imperat. Cęſar Auguſt. XIII. & M. Plautius Syluanus Conſules fuerunt, ſiue, vt alij diligentiùs computant, Coſſ. Coſſo Lentulo, & L. Piſone, anno vrbis conditæ 752. 3. Olympiadis 194. ita ſequentibus Calendis Ianuarij circumciſus fuit, quibus Lentulus Iſauricus, & Piſo augur Conſules deſignati ſunt: ſicque ab horum Conſulatu annus primus à partu Virginis notatur: nam annorum Incarnationis ſeriem, veluti incertam, & inconſtantem, multi non probant. Quòd verò mortuus fuerit ſub 18. annũ Tiberij 4. anno Olympiadis 202. Coſſ. C. Ceſtio, & M. Seruilio, omnes, vt ſuperius oſtendimus, hiſtorici probant: quod etiam per Cornel. Tacitum confirmatur, qui lib. 15. ſcribit: *Autor Chriſtiani nominis Chriſtus, qui Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat*. Hęc ille. Tiberius tamen, vbi per literas Pilati reſciuit Chriſti nomen, & opera, atq; mortem, de eo inter Deos reponendo ad ſenatum cum prærogatiua vocis ſuæ retulit. Verùm Senatus, ac præſertim Seianus præfectus Prętorij obſtinatiſsimè reluctatus eſt, vt Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccl. c. 2. ex Tertull. producit. Quare indignatus Tiberius, mortem accuſatoribus Chriſtianorũ minitatus eſt.

Luc. 2.

Mortuus quando.

Cor. aliquãto poſt dimid.

Tiberij Cæſaris in Chriſtum & Chriſtianos propenſio.

Euſeb. tom. 2.

C. Caligulæ ingenium, & mores perditiſſimi.
Eiuſdẽ odiũ, & crudelitas in Iudæos.

Succeſsit Tiberio Caligula, homo omnium hominũ deprauatiſsimus, omninoq; neſandis flagitijs obrutus, qui ſolitus erat dicere: *Vtinam populus Romanus vnã ceruicem haberet*: hic ingentes clades Iudæis per diuerſa loca intulit, ac imaginem ſuam in Synagogis collocauit: item quinquaginta millia Iudæorum Alexandriæ interſecit. Quare Alexandrini legatum ad eum miſerũt Philoné Iudæorum diſertiſsimũ, quem Caius maleuolè excepit, in eumq; indignat⁹ fuit. Miſit etiam Petronium cum ingẽti exercitu in Iudæam, quo imaginem ſuã in ſancto reponeret templo: verùm morte præuentus, nihil potuit efficere.

Claudij Cæſaris in eoſdẽ charitas, & beneuolẽtia.
Ioſeph. lib. 19. antiq. cap. 4. in fine.
Suet. in Clau. cap. 25.

Secutus eſt hunc Claudius Cęſar, mitiori ingenio, propenſiorîq; in Iudæos, vt tradit Ioſephus: qui edicto vetuit, ne amplius Iudæi vexarẽtur. Huius tempore Chriſtiani, Chriſto Impulſore tumultuantes, ait Suetonius, ab vrbe pulſi ſunt.

Neronis mores, & mira eius in Chriſtianos ſæuitia.

Secutus eſt poſtremò Nero, cuius Imperij initijs ſi extrema reſpondiſſent, feliciſsimũ extitiſſet imperium. Sed homo corruptiſsimis moribus, ac perditiſsimis, ſæuire cœpit in oẽs, tum conſanguineos, & Senatores, tum in ipſam vrbẽ Romam, quam igni ſuccendi iuſsit, cauſa tanti incendij Chriſtianis imputata. Quamobrẽ lignis pręaltis alligatos, & igni, quo cruciarentur, ſuperpoſitos, eos cum voluptate ſpectabat, atq; illud ſpectaculũ cœnis ſuis, vt ſuauem muſicam adhibebat, vt autor eſt Cornel. Tacitus.

Nero quos habuerit Imperij ſucceſſores.

Quòd ſi vltra progrediamur per Imperatores, defuncto Nerone, qui quatuordecim imperauit annis, vt docent Suetonius, Tacitus, Clemens, & Euſebius: licet hic & Beda ſuperaddant octo ferè menſes, & domo Cęſarũ deficiente, tres ſtatim de Imperio certârunt: primus, Sergius Galba, qui ſeptem menſes imperauit, vt tradunt Suet. Oroſius & Euſebius, Sex. Aurelius addit inſuper ſeptem dies, qui apud Tacitũ, & Clementem computantur pro vno anno.

Sergio ſucceſsit Otho Siluius, qui quidẽ diebus 95. ſecundùm Suetonium, & Eutropium imperauit: Ioſephus de bello Iudaic. libro 5. cap. 8. tres menſes tantùm tribuit. Othoni ſucceſsit A. Vitellius, qui octo mẽſes imperauit ſecundùm Suetonium, & Oroſium, Sed his adiungit Tertullianus dies 28. Tandem Vitelllo excluſo, Veſpaſianus ſucceſsit: qui cùm Iudæos bello opprimere cœpiſſet, ab exercitu, cùm eſſet Alexandriæ, Imperator Romanus eſt ſalutatus, ac declaratus: cuius anno ſecundo Titus filius eius ciuitatem Hieroſolymam funditus euertit, atque deleuit. Et de Imperatoribus hæc pauca ſufficiant.

Veſpaſianus vbi, à quibus Imperator creatus, eius filius Titus Hieroſolymorum euerſor.

Iam de Præſidibus, ſiue Procuratoribus Iudęæ dicendum: nã vtraq; voce appellantur, & in ſacris, & in profanis autoribus, illi videlicet, qui nomine Imperatoris prouinciam adminiſtrabãt, ius reddebant, maleficos iuſtis plectebãt ſupplicijs, prouentusq; regios colligebant, pacemque cõmunem à ſeditioſis ac turbulentis, domeſticis, atque externis, bellumq; inſerentibus tuebantur, ac in ſacris literis tales Pręſides ſiue Procuratores vna voce Græca exprimuntur, nẽpe Ἡγεμόνων, & ita dicitur Pręſes Syriæ Cyrinus Luc. 2. & Act. 23. *Claudius Lyſias optimo præſidi Felici ſalutẽ*: & quod eſt apud Luc. c. 3. *Procurante Pontio Pilato Iudæam*, Græcè dicitur Ἡγεμονεύοντος. Moris aũt erat Romanis, vt regna, quæ adijciebant ſuæ ditioni, ſi nõ adminiſtrarẽt per Reges datos, ſibiq; conſœderatos atq; ſubiectos, aut per Procõſules, aut per Præſides ea procurarent. Hinc factũ eſt, vt cùm Archelaus filius Herodis ob malè adminiſtratũ regnum Iudęæ, poſt decennium ab Auguſto Imp. vocatus fuiſſet, & Viennam, Allobrogum vrbem, deportatus, Iudæa in prouinciam fuerit redacta, & miſſo præſide Syriæ Cyrino, cum pręfecto turmę equitum Coponio, primus

Pręſides prouinciarum, & Procuratores idem ſũt: eorum officium.

Quo vno ſcriptura eos græco exprimat vocabulo.
Luc. 2.
Act. 23.
Luc. 3.
Romani quãdo Præſides deſtinarent.

Quando primũ Iudæa in prouinciam fuerit redacta: primi ei⁹ præſidis Coponij geſta.

omnium Coponius tertius Iudææ adminiſtrationem habuerit. Quo tempore ſurrexit quidam Iudas Gaulonites, qui adiuncto ſibi Phariſeo Sadduco, ad defectionẽ populum ſolicitabat, cẽſum nihil aliud, quàm manifeſtam ſeruitutis profeſsionem dictitans, & vniuerſam gentem ad tuendam libertatem adhortans, & ſic multos ad ſeditionem excitauit: ſed tandem compreſsi ambo fuerunt, & inde mãſit communis illa quæſtio: *Si licet cenſum dare Cæſari, an non?* vt docet Ioſephus lib. 18. Antiquit. cap. 1. & princeps Quirinus de Pontifice Hebræorũ ſummouendo, & alio ſubſtituendo autor extitit. Vt enim eodem lib. cap. 3. tradit Ioſephus, Loazarum Pontificem Boethi filiũ, cuius autoritate populus Iudæorum ad ſubeundum iugum deſcriptionis, & cenſus ſoluendi Romanis inductus fuerat, ob ſeditionem populi in eum commotam depoſuit, & Ananum Sethi filium conſtituit.

Matth. 22. *Ioſeph. Iud.* Primus Sacerdotij Iudæorum tranſlator Quirinus Syriæ Præſes fuit.

Hieroſolyma non tantùm Reges, ſed & Præſides Romanorũ habuit ac tutores.

Aduertendũ, etſi reges imperarent Hieroſolymę, vt Herodes Magnus, mitti tamẽ ſolitos ab Imperatoribus Romanis gubernatores & cuſtodes. Inter quos primus fuit Coponius, vt teſtatur Ioſephus lib. 12. antiquit. cap. 1. venitq́; cum Cyrino, quẽ Syriæ præſidem miſit Auguſtus, ad omnium hominum, & fortunarum ſuarum cenſum deſcribendum. Additque Ioſephus, Iudæam tũc fuiſſe adminiſtrationi Syrię coniunctã, ita vt præter proprium Præſidem, ſubeſſet ipſa cum ſuo Præſide Præſidi Syriæ. Quod etiam ex eiuſdem libri ca. 6. colligitur, vbi Vitellius Præſes Syriæ delatum apud ſe Pilatum prouincia diſcedere iuſsit, & Romã contendere ad Tiberij iudicium. Et lib. 20. cap. 5. Numidius Quadratus Præſes Syriæ Cumanum procuratorem Iudæorũ in Italiam iuſsit proficiſci ad Imperatorem Claudium Cæſarem, vt apud eum obiecta crimina purgaret.

Iudææ Præſidem, Syriæ Præſidi vnde conſtet fuiſſe ſubiectum.

Coponius autem, ſi cum Cyrino venit ad Iudęam adminiſtrandam, planum eſt ſimul Herodem regem extitiſſe. Nam Dominus natus eſt in diebus Herodis regis. Verùm poſtea relegato Archelao, vt docet Ioſeph. lib. 18. cap. vlt. Archelai regio tributaria facta eſt, & coniuncta Syriæ, vt iam non regem, vt antea, ſed procuratorẽ proprium haberet Hieroſolyma. Ideò Lucæ cap. 3. nullum ponit Regem, ſed procuratorem Pilatum, alios Tetrarchas nominat, quia retinebant nomina, quæ Teſtamento Herodis eis conſtituta fuerant.

Ex quo tempore cœpit Hieroſolyma non amplius per Reges, ſed per Præſides gubernari.

Matth. 2.

Luc. 3.

Coponius autem poſt tres annos adminiſtrationis, ſucceſſorem accepit M. Ambiuium: illi autem poſt biennium ſucceſsit Annius Ruſus; quo Pręſide, vt inquit Ioſephus, Cæſar fato functus eſt, cùm regnaſſet annos quinquaginta ſeptem, ſex mẽſes amplius, & dies duos. In quorum numero continentur quatuordecim anñi, quib⁹ M. Antonius Imperij eius fuit ſocius & particeps. Vixit autẽ annos ſeptuaginta ſeptem. Cui ſucceſsit in Imperio Tiberius, à quo Quintus Iudæorũ Præſes miſſus eſt Valer. Grat⁹ in M. Annij Ruffi locũ, & vocatur V. Præſes Iudæorum à Ioſepho c. 3. eiuſdem 18. li. quia primũ computat Quirinum, cui poſt per aliquot annos adminiſtratam Syriam, quę complectitur Iudęam, peculiares deinceps tantùm Iudæorum Præſides miſsi sũt, & diſtincti ab illis Syriæ. Quod etiam comprobat, quòd Vitellius Syriæ Præſes apud ſe accuſatum Pilatum ad Imper. deſtinauit, quo obiecta ſibi crimina à Iudæis dilueret.

Enumerãtur oẽs Iudææ Præſides, ſiue procuratores

Valerius Gratus cui quintus Iudæorũ Præſes Ioſepho.

Hac igitur ratione quintus efficitur Valerius Gratus Pręſes Iudææ: cui etſi Ioſeph. tribuat annales illas Pontificum Iudæorũ tranſlationes, reuera tamẽ tribuendæ ſunt Pilato, vt ſuperiùs annotauimus.

Valerius iſte, vndecim annis exactis, ſucceſſorem accepit Pontium Pilatum.

Duodecimo anño Tiberij, vt docet Euſebius lib. 1. hiſt. Eccleſ. vel, vt alij volunt, anno 14. in Pilatum prima fuit exorta ſeditio, quòd ſigna cum effigie Cæſaris militaria in vrbem intulit: ſed obſtinatè renitentibus primoribus Iudæorum, Pilatus ſententiam mutauit.

In Pilatũ Valerij ſucceſſorem quæ prima fuerit orta ſeditio: quomodo cõpreſſa cum reliquis.

Altera in eum ſeditio orta eſt propter aquæductum, quẽ ex ſacro ærario conſtruere aggreſſus eſt, inducturus aquas Hieroſolymam à ducenteſimo ſtadio: ob quam cauſam multis millibus Iudæorũ vociferantibus, putabant ſe præſidẽ à propoſito deterrere poſſe. Sed ille ſigno dato militibus ſuis armatis, qui in habitu populari incedebant, fuſtibus iuſsit multitudinem cædi, vt & vociferantes, & quietos paſsim ac ſine diſcrimine cæderẽt. Collocat hoc loco Ioſephus teſtimonium egregium de Ieſu viro ſapiẽte, & à Pilato in crucem acto.

II. Seditio.

Tertius tumultus excitatus in Pilatum fuit: nam impoſtor quidam Samaritanus, & omnia comminiſcens ad plebis gratiam demerendam, iuſsit vt cõuenirent in montem Samariæ Garizim, apud eam gentem ſanctiſsimam: aſſeuerans ſe illic oſtenſurũ ſacra vaſa refoſſa, quę ibi Moyſes depoſuerat. Illi creduli, ſumptis armis Tirathabam vicum inſederunt, expectantes cæteros eò confluentes, vt magno agmine montem aſcenderent. Sed Pilatus prior cliuũ montis occupat equitib. ſuis, & peditibus: qui prælio cõgreſsi cum Samaritis apud vicum collectis; alios fuderunt, alios in fugam cõpulerunt,

III. Seditio.

lerunt, multos viros abduxerunt, quorum potentiores Pilatus morte multauit. Tum primates adeunt Vitellium virum conſularem, in Parthos à Romanis miſſum, & Syriæ præſidem, Pilatumq; cædis accuſant, negantes defectionem fuiſſe à Romanis illum concurſum, ſed refugium contra Pilati violentiam. At Vitellius, Marcello amico ad procurationem Iudææ miſſo, Pilatum iuſſit Romã proficiſci, & ad crimina à Iudæi obiecta apud Cæſarem reſpondere. Ille autem decem annis exactis in ſua prouincia, cùm neceſſe haberet parere Vitellio, ad vrbem iter ſuſcepit: quo priuſquam perueniret, vita exceſsit Tiberius. Hic idem Vitellius, depoſito Caipha à Pontificatu, Ionatham ei Annæ Pontificis filium ſubſtituit. A Caio verò Caligula, qui Tiberio ſucceſſit, magnis cladibus cruciatus eſt Pilatus, vt propria ſe manu tranſuerberans, nefariam vitam abieciſſe feratur, vt tradit Euſebius libro 2. hiſtor. Eccleſiaſticæ, cap. 7. Atque eo tempore Vitellius à Ionatha in fratrem eius Theophilum Pontificatum tranſtulit, vt capite 7. lib. 18. antiquitatum aſſerit Ioſephus. Vbi Marcellus per vnum annum adminiſtrauit Iudæam, & Caius in eius locum ſubſtituit Marcellum Præſidẽ Iudæa vt Ioſephus ait lib. 18. cap. 8. in fine. Petronium verò Præſidem Syriæ, in locum Vitellij deſtinauit. Cuius loco paulò poſt à Claudio miſſus eſt Marſus Præſes Syriæ, vt libro 19. antiquitatum, cap. 6. ſcribit Ioſephus, ac nõ multo poſt in locum Marſi miſit Caſsium Longinum, ſicut rogatus fuerat à Rege Agrippa ante mortem eius, vti traditur lib. 20. antiq. cap. 1.

Pontius Pilatus Iudæam quandiu adminiſtrauit: eius ſucceſſor quis.

Mors Pilati infeliciſſima.

Euſeb. tom. 2.

Ioſephus.

Claudius ergo, qui ſucceſsit Caligulæ, primum miſit Cuſpidium Fadum, qui præfuit Iudææ annos tres: cuius tempore ſurrexit quidam nomine Theudas, præſtigiator. Hic perſuaſit magnæ vulgi multitudini, vt aſſumptis ſecum facultatibus ſuis, ſe ſequerentur ſe ad Iordanem fluuium: pollicebatur enim ſe verbo fluuium ſciſſurum & facilem tranſitũ præbiturum. Sed Fadus ex improuiſo eos turmis equitum adortus, multos interemit, multos etiã viuos cepit & inter eos etiam ipſum Theudam, cuius caput Hieroſolymam abſciſſum miſit, vt habes lib. 20. antiquit. cap. 2. Sed quia hæc narratio videtur pugnare cum verbis Luc. Acto. 5. ideò de hoc alibi diſſerendum nobis erit. Fadus etiam Ptolemæum quẽdam principem latronum capitis damnauit: qui plurima damna intulerat Idumæis, & Arabibus: deditq́ue operam, vt tota Iudæa purgaretur à latrocinijs.

Cuſpidij Fadi Iudææ Præſidis res geſtæ.

Act. 5.
Lib. 12. & vltim explanat. Euangelica. ...

Cuſpidio Fado datus eſt ſucceſſor Tiberius Alexander, cuius tempore magna illa fames accidit, quæ Iudæam tenuit, quando Helena Adiabenorum Regina frumentum ingenti ſumptu in Aegypto comparatum, in egenos diſtribuit, & filios Iudæ Galilæi, qui ſub deſcriptione Cyrini Iudæos ad defectionem à Romanis ſolicitabant, Iacobũ & Simonem crucis ſupplicio Alexander affecit; vt autor eſt Ioſephus lib. 20. antiquit. cap. 3. & lib. 2. de Bel. Iud. c. 11.

Tiberij Alexandri Procuratoris geſta.

Ioſephus.

Hic Tiberius Alexander poſt tres annos ſucceſſorem accepit Cumanum: cuius tempore multi Iudæi deſiderati ſunt. Nã cùm inſtante Paſchatæ innumeræ vndique concurrerent turbæ ad ſolẽnitatem, Cumanus veritus, ne tumultus aliquis, aut ſeditio exoriretur, iuſſerat cohortem vnam armatã ſtare ſupra porticum templi: nam ita alij Præſides factitare ſoliti erant. Cùm igitur miles vnus genitalia nudata populo oſtendiſſet, Iudæi eam contumeliam non tam in ſe, quàm in Deum quem honorabant, factã interpretantes, audacius in ipſum Cumanum iactabant conuitia. Quare Cumanus indignatus iuſsit exercitum cum armis venire in Antoniam, caſtellum templo imminens. Multitudo aũt viſo aduentu militum territa, cœpit magno impetu fugere. Et cũ eſſent anguſti viarum exitus, rati hoſtem à tergo inſequi, comprimebant ſe inter fugiendum, & conculcabant: ita vt extincti ſint illo tumultu ad viginti millia. Cumq́ue miles quidam Moſaicos libros in quodam vico inuentos coram populo laceraſſet, & multis debacchatus eſſet in legem, & in gentem totam conuitijs, Iudæi magno concurſu Cumanum petunt, vt non tam ſuam quã numinis vlciſcerentur iniuriam. Qui veritus defectionem populi, de amicorum conſilio militem illum legis laceratorem ſecuri percuſsit: capite quarto 21. libri Antiquitatum.

Cumani eius ſucceſſoris acta.

Iudæorum in Cumanũ ſeditionis occaſio.

Quot ſub ipſo Iudæorũ millia miſerè perierunt.

Poſtea inter Samaritas & Iudæos orta ſeditio eſt. Nam cùm mos eſſet Galilæis ad dies feſtos Hieroſolymã petere, ad Samariã orta pugna inter viatores & vicanos, multi Galilæorum deſiderati ſunt. Ob quam cauſam Galilæi primates Iudæorum ad arma concitauerunt, hortantes vt ſe in libertatem aſſererent, adſcito in auxilium Eleazaro Dinæi filio, publico latrone. Sed Cumanus, collecto exercitu, contra Iudæos proficiſcitur: quorum multos peremit, multos captos abduxit. Primò Samaritæ Humidium Quadratum Syriæ Præſidem, tunc Tyri degentem conueniunt, & Iudæos accuſant, quòd vicos eorum diripuerint, & in poteſtatẽ Romanorum inſurrexerint. Fuerunt & Iudæorum primores Samaritanos

Seditionem quãdam ille Samaritas inter & Iudæos ortam vti ſedauerit.

accu-

ıccuſantes, ſed maximè in cumanum cauſam ſeditionis reijcientes, quòd eorum mu neribus corruptus, crimina eorum diſſimu lauerit. Venit poſteà Quadratus in Iudęam, & re exactiùs cognita, nonnullos ex Iudæis crucis ſupplicio affecit, quos Cumanus viuos ceperat: deinde primarios Samaritanorum, ac Iudæorum, atque Cumanum Procuratorem, & Tribuuum Celerem iuſsit ire in Italiam ad Imperatorẽ, vt cauſa eorũ ab eo diſcuteretur. Qui vbi nouiſſet Samaritas cauſam tumultus extitiſſet, eos ſupplicio affecit, Cumanum exilio multauit; Celerem verò Tribunum iuſsit perduci Hieroſolymam, & inſpectante toto populo raptari per vias, teſte eodem Ioſepho libro 20. antiquit. cap. 5.

Cumanus priuatur officio, & quare.

Ioſephus.

Claudius Felix Cumano ſuccedens, quas res geſſerit.

Cumano poſt biennium expletũ in prouincia, datus eſt ſucceſſor Claudius Felix: cùm eſſet Iudęæ Procurator, viſa Druſilla, fœminarum omnium pulcherrima, amore eius captus, eam, licèt Iudæam, per Simonem quendam amicum ad matrimonium ſolicitauit: quæ Gentilis viri coniugium non detrectauit. Porrò Felix, cùm prouincia Iudææ latronibus, præſtigiatoribus, ac ſeductoribus plena eſſet, eos comprehenſos ſupplicijs afficiebat, & inter alios Eleazarum illum inſignem latronem, Dinæi filium.

Tempore Felicis multi ſicarij orti ſunt, qui per ſingula feſta ad templum veniebãt, & quos volebant, confodiebant, etiam in ipſo templo. Apparuit etiam pſeudopropheta quidam Aegyptius, perſuadens Iudæis, vt ad ſe venirent in montem Olıueti, ex quo promittebat imperio ſuo muros Hieruſalem ruituros, vt per eorum ruinas aditus in ciuitatem pateret. Sed Felix ſtipatus multis equitibus, ac peditibus erumpẽs, inuaſit turbam ſeductã ab Aegyptio, quadringentis occiſis, & ducentis viuis captis. Sed Aegyptius euaſit. Lib. 8. antiquit. ca. 6. Etſi autem Lucas Act. 21. referat, hunc Aegyptium concitaſſe tumultum, & eduxiſſe in deſertum quatuor millia virorum ficariorum; non tamen repugnat his quæ Ioſephus tradit de triginta millibus: quoniã inter triginta millia hominum erant quatuor mille ſicarij.

De Ægyptio quodam Iudæorũ ſeductore Ioſephi dictum cum illo Lucę cõciliatur.

Act. 21.

Portij Feſti Iudęæ Procuratoris geſta.

Poſtquam per triennium Felix adminiſtrauit; Portius Feſtus anno primo Neronis Præſes in locum Felicis conſtitutus eſt: qui per tres annos alios præfuit, & inuenit Iudæam à latronibus vicos paſsim populantibus afflictam: quorum ferociſsimi appellati ſunt ſicarij. Feſtus autem equeſtres, pedeſtresque copias contra quendam impoſtorem magnũ miſit, qui homines poſt ſe trahebat in ſolitudinem, deceptos vanis promiſsionib⁹, quaſi eius ope euaſuri eſſent ab omnibus malis. Sed oppreſſus eſt cum ſuis, atque vniuerſi extincti.

Quos habuerit ſucceſſores, & quales.

Poſt triennium verò, vbi Nero audiuit mortem Feſti Portij, ſucceſſorem Iudææ Præſidem miſit Albinum: qui magnis calamitatibus Iudæos attriuit: qui quinq; annis adminiſtrauit. Albini ſucceſſor miſſus eſt Ceſtius Florus, cuius improbitate coacti ſunt Iudæi arma ſumere contra Romanos, adeò, vt irritatus Imperator, euocatum ex Britannia Veſpaſianum miſerit cum Tito eius filio legato anno Neronis 13. qui excidium extremum & vrbi, & templo, atque toti genti Iudaicę poſtea intulerunt. Et hactenus de Procuratoribus Iudææ, ſiue Præſidibus, ſit dictum: admonentes, in Euangelicis literis tantùm fieri mentionem Cyrini, Pilati, Felicis, & Druſillę eius vxoris Iudææ, & Feſti Portij; quæ omnia ex Ioſephi libris magna ex parte decerpſimus.

Excidij Hieroſolymitani cauſæ.

Luc. 2.
Infra 3. & d.
Act. 23. &
alıás.
Infra 24.
Ibid. & inf.
25. & 26.

Iam tertio loco de Regibus Iudææ, qui eodem tempore per illos ſexaginta annos regnârunt, dicendum eſt. Poſtquam populus Iſraëliticus à Babylonica ciuitate in Iudæam redijſſet, illius Rempublicam nõniſi optimates ex tribu Iuda originẽ ducentes, perpetuò adminiſtrârunt, ad id vſq; tempus, quo Machabæi, ſiue Aſſamonæi, ex Sacerdotali familia, politicum regimen obtinuerunt, anno circiter 344. à populi reditu, nomẽ & titulum regium ferè abolitum ſibi aſciuerunt. At Pompeius Magnus, ſubacta tota Syria, eaque vna cum Iudæa in populi Romani ditionem redacta, cùm Hyrcanum & Ariſtobûlum fratres, & Alexandri, & Alexandræ Regum filios de Regno & Pontificatu armis inter ſe contendentes cerneret; Hyrcanum pontificem declarauit.

Reges olim Iudæorum cur mutati.

Iudęi e Babylone in patriam reuerſi à quibus regerentur.

Iudęa primũ ſub C. Pompeio Romanis paruit.

Antipatri, homini alioqui Idumæo, obſcuriſque orto maioribus, perſpecta illius fide, & probitate, procurationem Iudææ commiſit. Hunc Antipatrum Alexander & vxor ducem totius Idumææ conſtituerant: hic impulit Hyrcanum & Aretam contra Ariſtobûlumı itaq; magnæ fratrum diſſenſiones ortæ, donec Pompeius audito Mitridatis, quem vicerat, per venenum interitu, inſolentem Ariſtobûlum, & pactis minimè ſtantem, in carcerem retruſit: atq; ita Hieroſolymam oppugnauit, vt muros diſiecerit, vrbemq; ceperit, Conſſ. C. Ant. & M. Tull. Cicerone. Olympiade 179. Romam reuerſus, Ariſtobûlum in triumphũ adduxit: Sacerdotium donauit Hyrcano: quę omnia tradit Ioſephus lib. 14. antiquit. cap. 5. 6. 7.

Antipater Herodis [illegible] cidæ parens vnde oriundus, cur Iudææ procurator conſtitutus.

C. Pompeius [illegible] cũ, & quidẽ Hieroſolymi [illegible] cantã ipſe primus ceperit vrbem.

Idem

Euſeb. lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 6.
Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei, ca. 45. in fine, tom. 5.
Locus Ioſephi conciliatur.

Idem Pompeius Palæſtinæ Procuratorẽ Antipatrum conſtituit, vt Euſebius tradit, & Auguſtinus, & Ioſephus aliquo modo docet: licèt cap. 13. Pytholaum quendam ſeditioſum, Ariſtobuli ſucceſſorem, à Caſsio poſt occiſum C. Cæſarem ſublatum fuiſſe narret, Antipatro Inuitante. Sed ijs verbis Ioſephus ab alijs nequaquam diſſentit: quia Antipater potuit eſſe adminiſtrator legitimus ex autoritate Pompeij; Pytholaus verò ſeditioſus affectator alienæ dignitatis: quare ſublatus fuit à Caſsio, agente Antipatro, quem Iudææ tutorem appellat Strabo Cappadox apud Ioſephum cap. 16. Hic Antipater, qui priùs Antipas dictus eſt, ſicut & pater eius, Aſcalonitæ cuiuſdam filius, ac miniſtri ſymulacri Apollinis erat, vt Epiphanius docet in Herodianos ſcribens, &. vt Euſebius ex Africano tradit lib. 1. Hiſto. Eccleſ. cap. 4. hic Antipater ab Idumæis latronibus captus admodum puer, permanſit cum prædonibus, eò quòd pater eius rei familiaris inopia filium redimere non valeret. Verùm puer latronum vita ac moribus inſtitutus fuit: poſtea Hyrcano Hebræorum Pontifici familiaris factus eſt. Deinde cum magna interceſsiſſet amicitia Iulio Cæſari cum Antipatro: ac deinde vbi rerum potitus eſt Cęſar, illi confirmauit, ac cõprobauit Procurationem Iudææ. Verùm cùm Antipater Hyrcanum ſegnem ac ſtupidum eſſe animaduerteret, ac liberos ſuos exornare in animo haberet, (habebat autẽ quatuor, Phaſęlum, Herodem, Ioſephum, Pheroram, & Salomen eorum ſororem ex matre Cypron illuſtri loco inter Arabas natam, vt ſcribit Ioſephus lib. 14. Antiquitat. cap. 12.) Pherorœ quidem Agrippa Herodi amicitia coniunctiſsimus, Tetrarchiam à Cæſare impetrauit, vt libro 15. Antiquitat. capite 13. Ioſephus eſt autor. Phaſælum verò natu maximum, Hieroſolymis, & circumuicinę regioni ducem conſtituit ad iuuandum Hyrcanum, quem mitem, & ſegnem nouerat: Herodi verò ſecundo filio quindecim annos nato Galilæam curandã tradidit ob egregiam indolem. Progreſſu verò temporis, ac Iulio Cæſare interfecto, Octauioque cum M. Antonio bello ciuili in Brutum & Caſsium impedito, Antigonus Ariſtobuli filius, & frater Alexandri Iudæ regnum, ac ſi paternum eſſet, auxilio Parthorum Regis recuperauit: vt latè docet lib. 14. Antiquitatum Ioſephus; Hyrcano patruo ſuo, ne poſthac aptus eſſet ad gerendum pontificatum, auriculis amputatis. Veniens igitur Hieroſolymam, Herodem inde fugauit, cuius frater Phaſęlus à Parthis captus, paulò ante ſibi mortem conſciuerat, patre eorum Antipatro multo ante per inſidias à Malicho veneno ſublato: quem Malichum Herodes poſtea iuſſu Caſsij dolo interfecit, vt capite 19. eiuſdem libri tradit Ioſephus. Herodes igitur cùm Romam aduenifſet, expoſita Senatui per M. Antonium Indignitate, & atrocitate Antigoni, illiuſque fœdere cum Parthorum Rege populi Romani hoſte, Iudęorum Rex, Antigono hoſte iudicato, ab Senatu declaratus eſt: atque Romanorum ope Iudææ regnum contra Antigonum obtinuit: quo M. Antonij iuſſu apud Antiochiam ſecuri percuſſo, vniuerſos ex Aſſamonæorum familia, aut de tribu Iuda ortos, quos animo præſagiebat aliquando de regno ſecum poſſe contendere, è medio ſuſtulit. Et vt magis Iudæorum animos ſibi deuinciret, illorum religionem eſt amplexatus, templumque excellentius multo quàm antè illis conſtruxit: atque Hieroſolymis muita, ac præclara ædificia condidit, affinitatemque ac neceſſitudinem cum illis iunxit. Cumque vi, ac tyrannicè 37. annis regnaſſet: Iudæi vltro communi omnium voluntate atq; conſenſu, anno 32. quo Ieſus Chriſtus natus eſt in Bethlehem Iudææ, ius regni & ſibi, & ſuis conceſſerunt. Atque ita iuxta Iacob vaticinium, ablatum eſt ſceptrum de tribu Iuda.

Antipatri, parentes, & ſtudia.
Epiphan. in Hæreſi 20.
Euſeb. tom. 1.
Antipater ille quos filios genuerit: quo modo illos euexerit.
Ioſephus.
Idem.
Idem.
Idem.
Idem.
Herodes infanticida quomodo ad Iudææ regnũ euectus.
Aſſamonæorũ familiam, Regiã, & Sacerdotalem cur ille extinxerit.
Eiuſdem in Iudæos beneficia: quãdiu regnauerit: in illo prophetia quę fuerit impleta.
Matth. 2.
Luc. 2.
Gen. 49.

Herodes ergo annis 37. regnauit, adiectis annis ſex, quibus vna Iudæorum conſenſione regnum tenuit. Hic eſt Ille Herodes impius, & crudelis, qui audita Chriſti nati opinione, immanem illam infantum lanienam In Bethlehem, & in finibus eius patrauit. Cæterùm Ariſtobulus Romã bis in vincula miſſus eſt: ſemel quidem à Pompeio cum duobus filijs, & totidem filiabus, vt habes lib. 14. Antiquitat. cap. 8. deinde à Gabinio Imperatore, cap. 11. eiuſdem libri, quippe fugiens euaſerat, & redierat in Iudæam. Hyrcanum verò Herodes occidi mandauit, vt eſt in lib. 15. Antiq. cap. 9. cùm Sacerdotium geſſiſſet ſub matre Alexandra annis nouem, poſt matris obitum quadraginta: vſque dum à Parthis captus principatum reliquit: lib. 15. Antiquit. cap. 7. In quo annorum numero non includit Ioſephus tres annos, & ſex menſes, quibus ſponte ceſsit Ariſtobulo, nec annos captiuitatis, ac reditus, & ſucceſsit ei in Sacerdotio Ieſus Boethi filius; ſed eo depoſito, pontificatum Herodes tranſtulit in Simonem, cuius filiam adamabat, vt coniugio Regis digna fieret: lib. 15. Antiquita. cap. 12. Ariſtobulum verò, quem à vinculis ſolutum Cæſar in Syriam mittere decreuerat cum duabus legionibus, veneno ſuſtulerunt Pom-peiani,

Herodis crudelitas.
Matth. 2.
Ariſtobuli, & Hyrcani de regno, & Põtificatu olim inter ſe contẽdentium infelix exitus.
Ioſephus.
Idem.
Hyrcani in Pontificatu ſucceſſores qui.
Idem.

peiani, & Cæſariani eum funerârunt: cuius filium Alexandrum, quòd aliquando contra Romanos rebellaſſet, ſecuri percuti mãdauit Scipio in Antiochia, Pompeij iuſſu, vt narrat Ioſephus lib. 14. ca. 13. vbi ſubditur, Ariſtobulum reliquiſſe Antigonum filium, & vxorem cum filiabus, inter quas erat Alexandra: quas miſſo filio Philippio ne Ptolemæus Mennæus Aſcalonem ad ſe duci iuſsit. Sed ille amore captus Alexandræ, duxit eam in vxorem: ſed eo prius occiſo, Ptolemæus duxit Alexandram, & germanorum eius curam habere non deſtitit.

Idem Ioſeph.

Herodis infanticidæ liberi recenſentur.

Ioſeph. lib. 14 Antiq. cap. 2. Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ.

Iam de filijs Herodis dicendum eſt. Herodes, vt teſtantur Ioſephus, & Euſebius, inter alios multos, pręcipuè ſex filios genuit, nimirùm Ariſtobulum, Alexandrum ex Mariamne, Antipatrum ex Salome, & Archelaum Antipam, cognomẽto Herodem. & Philippum. Nam Herodes plures vxores habuit, & primò accepit Mariamnem, quã ſummo & ardenti amore dilexit, filiam Alexandræ vxoris Hyrcani, & ſororem Ariſtobuli adoleſcentis: quem pulcherrimum iuuenem in decimo octauo anno conſiſtentem Herodes primò creauit Pontificem, deinde natantem dolo ſuffocari in aquis, quaſi iuuenes cum eo luderent, mandauit, vt ait Ioſephus lib. 15. Antiquitat. ca. 3. Ex Mariamne igitur ſuſtulit duos filios, Ariſtobulum, & Alexandrum, quos Romę liberalibus diſciplinis inſtituendos Cæſari dedit: poſtea verò in Iudæam reuocatus vxoribus locauit. Nã Ariſtobulo Salomes filiam Bernicen, Alexandro Glaphyram filiam Archelai Regis Cappadocum cõiunxit, teſte Ioſepho lib. 16. Antiquitat. cap. 1. & 2. Sed in primis aduerſus Alexandrum, & Ariſtobulum contra patrẽ conſpirantes, & regnum affectantes, graues exercuit inimicitias, & Romam eorum accuſandorum gratia ad Cæſarem venit. Sed tandem cum filijs innocentibus repertis recõciliatus eſt. Sed paulò poſt cùm in Iudæam rediſſent, & iterum contra patrem conſpiraſſe dicerentur, iudicandi facultate ad ſe per Cæſarem ex vrbe delata, morti eos Beryti adiudicauit: vt autor eſt Ioſephus lib. 16. cap. vltimo. Reliquit autem Alexander à Glaphyra duos mares: Ariſtobulus verò è Bernice Salomes filia, tres, & duas fœminas. Surrexit porrò quidam pſeudalexander, Aléxandri illius, quem Herodes occidit, effigiem, & vultum referens vehementer, ita vt omnes, eo conſpecto, eum omninò putarent: qui in Sidone à quodam Romani ciuis liberto educatus & inſtructus, fingebat ſe ereptum cum fratre Ariſtobulo à nece, ſuppoſitis necis ipſius vicarijs, quanquam manus haberet duratas opere, & gratia illa corporis carebat, quæ ſolet benè natis, & educatis contingere. Cùm ergo Romam veniſſet, & ſe iactaret Alexandrum, & regnum peteret; Cæſar ſeducto adoleſcente, impunitateq; promiſſa, callidè ab eo veritatem extorſit, & mendacium compoſitum aperuit: ob quam cauſam Cæſar illum in remigum ordinem allegit, vt promiſſa ſeruaret: doctorem verò eius ſupplicio affecit: libro 17. Antiquitat. cap. 14. Idem denique Ioſephus lib. 17. cap. 1. progeniem totam Herodis detegens, ait: *Rex autem eodem tempore nouem vxores habebat. Vna erat Antipatri mater, altera Summi Pontificis filia, ex qua puer natus eſt, patrem nomine referens. Erant inter has & fratris filia, & conſobrina, ſed ſteriles: præterea Samaritis vna, & ex ea liberi Antipas, & Archelaus, & Olympias filia, quam poſtea duxit Regis fratruelis Ioſephus. Archelaus autem, & Antipas Romæ apud priuatum quendam amicum educabantur. Ex Cleopatra etiam Hieroſolymitana Herodem genuit, & Philippum, qui & ipſe Romæ educabatur: ex Pallade autem Phaſelum: ex Phadra item, & Elpide filias habuit Roxanam, & Salomen. Maiores autem natu filias, Alexandri ex eadem matre ſorores, quarum cõiugium Pheroras contempſerat. Alteram Antipatro ſororis ſuæ filio collocauit, alteram Phaſelo fratris ſui filio.* Hactenus ille.

Eiuſdem impietas, & nequitia.

Ioſephus.

Vt filios collocauerit.

Ioſephus.

Ex illis quos ſibi infenſos de medio ſuſtulerit.

Idem.

Suppoſititij cuiuſdã Alexandri filij Herodis hiſtoria.

Idem.

Herodis progenies ex Ioſepho.

Contra Antipatrum autem tertium filium, & hæredem regni deſignatum, odium prope irreconciliabile geſsit, eumque in vincula à ſe coniectum, quòd de patris morte, quam audierat inſtantem, exultare intellexiſſet, quinto die ante obitum ſuum necari iuſsit. Præter hos filios tres, fertur etiam paruulum quendam filium ſuum in Bethlehem natum, cum cæteris infantibus occidi mandaſſe (propter rumorem ſparſum de Chriſto nato) cuius rei teſtis perhibetur Philo in Breuiario temporum, & Auguſtus, qui, referẽte Macrobio in Saturnalibus, dixiſſe fertur: *Melius eſt Herodis porcum eſſe, quàm filium.* Sublatis igitur his quatuor, ſuperſtites manſêre, & hæredes tres alij prędicti, inter quos Archelao tanquam primogenito, teſtamento regnum relictum eſt: ea tamen lege, vt nonniſi de manu Auguſti Cæſaris coronam aſſumeret. Antipam verò, quem prioribus tabulis regni hæredem declarauerat, Galilææ ſimul ac Perææ Tetrarcham conſtituit: porrò Archelao fratri Trachoniticam, Gaulonitică, Batanæam, & Paneada regiones, Tetrarchiæ nomine aſsignauit.

Antipatrum Herodes tertiũ filium occidi mandauerit.

Idem infantulum filium vnà cũ cæteris innocentibus ſuſtulit: vnde illud Auguſti in eum dictum.

Matth. 2. Macrob. li. 2. Saturnal. c. 4. non procul à princ.

Alij tres eiuſdem Herodis filij recenſentur: eorundẽ hæreditas.

Poſt mortẽ verò patris diſſenſiones graues inter fratres ortæ ſunt: propterea que

Qualis inter ipſos de hæreditate fu-

[...]git orta con[...]tentio.

omnes Romam venire coacti ſunt, & ante Auguſtum cauſſam agere. Nam Antipas ex prioris teſtamenti tabulis, quas ſanè mentis conſcripſerat Herodes, ſibi regnum deberi poſtulabat: contra Archelaus ex poſterioribus tabulis, quibus delebantur priores, ad ſe regnum ſpectare contendebat: cuius partibus fauebat Philippus. Verùm Auguſtus, auditis diligenter vtrinq; cauſſis, Archelaum quidem Ethnarcham conſtituit, cui ex quatuor partibus duas præcipuas regni adſcripſit; cùm pollicitatione inſuper tribuendi ei regium titulum, ſi rectè ſe gereret: Antipæ verò, & Philippo relictas in teſtamento regni partes Tetrarchię nomine confirmauit, autore Ioſepho libro 17. cap. 13.

Eorundē pacificatio per Auguſtum.

Ex his Archelaum ſemel & ſecundò ob tyrānidem accuſatum, poſt nouem annos regni, vt Euſebius, & Auguſtinus teſtatur, vel poſt decem annos ſecundum Ioſephū, Auguſtus Romam accerſiuit: & crimine comperto, regno, & omnibus bonis ſpoliatum, Viennamq; Allobrogum vrbem, relegatum miſit: cap. 15. eiuſdem libri. ¶ Scribit Beda in Lucam cap. 3. quod ad minuendam Iudaici regni potētiam, inſolentiamque domandam, quatuor fratres Archelai ab Auguſto pro eo ſunt Tetrarchæ creati: Herodes Antipater, Lyſias, Philippus: quorum Philippus, & Herodes, qui Antipas priùs nuncupabatur, etiam viuente Archelao, Tetrarchæ fuerant ordinati. Hæc Beda. Verum in primis nō videtur ſolidū, quòd Herodem Antipam ab Antipatro diſtinguat. Ait enim Ioſephus libr. 17. cap. 13. *Salomes filius Antipater, dum contra Archelaum coram Auguſto diceret, adiecit, primum Herodis patris conſilium fuiſſe, regnum Antipatro conferre, pro quo ipſe Antipater Salomem orabat.* Et infrà, cap. 17. *Auguſtus dimidiam Iudæam bifariam diſtribuit alteris Herodis filijs, Philippo videlicet, & Antipæ, qui contra fratrem Archelaum de vniuerſo regno certauerat.* Vides vt quem cap. 10. ac 13. Antipatrum vocauerat, cap. 17. appellet Antipam: quemadmodum lib. 14. cap. 2. Herodis patrem vtroque hoc nomine vſum fuiſſe dixerat. Et certè ſi Antipas alius eſſet ab Antipatro, Herodes in ſuo teſtimonio, quod refertur lib. 17. c. 10. ſolum Antipam præteriturus non erat. Ad hæc Beda tam in illo loco, quàm in libro de ſex ætatibus mūdi, Herodis filios ſub Auguſto Tetrarchas inſtitutos ſublato Archelao ſignificat: quod non ſatis veritati conſonare videtur. Nam cùm Tetrachia ſit vna quatuor partium; ſim iam probatum ſit præter Archelaum non fuiſſe quatuor fratres, vt Beda credebat: fit, vt non ab Auguſto fuerint Tetrarchæ creati, ob quadripartitam diuiſionem regni. Imò ipſe Ioſephus refert, Antipatrum, & Philippum Tetrarchas denunciatos: Tetrarchia igitur ortum nō habuit à quadripartita Auguſti diuiſione, ſed à teſtamento Herodis, qui vniuerſam ſuā ditionem ſecuit in quatuor partes: ex quibus vnam legauit Antipatro, aliam Philippo, aliam ſorori Salomæ, aliam Archelao, quā nomine regni inſigniri voluit. Primis duabus Tetrarchiæ, tertiæ nomen non dedit, fortaſſis quia fœminæ ceſſerat.

Ioſephus.

Archelaus filius Herodis cur, & quādo in exilium à Cæſare miſſus.

Euſe. in Chronico Olymp. 198. tom. 2. Auguſt.

Fratres Archelai pro eo fuerint Tetrarchæ creati, teſte Beda.

Beda tom. 1.

Antipam alium non eſſe ab Antipatro, vt Beda ſenſit.

Idem tom. 2. de ſex. ætat. mundi. num. 3952.

Iudææ Tetrarchias ab Herode, non ab Auguſto iuxta Bedā, inſtitutas fuiſſe.

Addit prætereà ibidem Beda, Lyſiam filium fuiſſe Herodis: eodē, & in Lucam ca. 3. vocat Lyſaniam, cui obtigit Abylenę regio. Certè hanc regionem Lyſaniæ obtigiſſe, Lucas teſtatur: at illū filiū fuiſſe Herodis, nec ex Ioſepho, nec aliunde conſtat: neque veriſimile eſt prætermiſſurum fuiſſe in teſtamento eū Herodem, ſi filius eius eſſet, cum alij oēs eius in hæreditatis partem vocati fuerint. Quis autem ſit hic Lyſanias, nos capite tertio Lucæ aperiemus: hæc ſatis ſit in Bedæ verba annotaſſe.

Lyſiam, ſeu Lyſaniam, vt idē Beda docuit, Herodis filiū non fuiſſe.

Lib. 3. enarratio. Euangelicarum.

Porrò Agrippa filius Ariſtobuli ab Herode interfecti, Romā nauigauit: vbi à Tyberio in vincula eſt coniectus; ſed à Caligula ſucceſſore mox eſt ſolutꝰ: Tetrarchiamque, quæ Philippi fuerat, & alterā Lyſaniæ qui paulò antè fuerant mortui, accepit à Caligula, lib. 18. Antiquit. cap. 8.

Agrippæ Ariſtobuli filio Tetrarchiæ quæ fuerint attributæ.

Cæterùm Herodias ſoror Agrippæ, & vxor Herodis Tetrarchę Galilęę, & Peræę, tantam potentiam fratri inuidens, etiam ſupra illam mariti ſui, valde cruciabatur, & vrebatur: vnde virum ſolicitauit, vt Romā profectus, illas duas Tetrarchias ſibi impetraret: quod & efficere tentauit, & vnà cum Herodiade Puteolos, vbi Caius agebat, venit. Sed Agrippa negotij non ignarus; Fortunatum cum literis, & muneribus ampliſſimis ad Imperatorē miſit. In literis verò accuſabat Herodem, quod cū Seiano prius conſpiraſſet in Tyberium, & nunc iterum Artabano Partho faueret contra Caij nouum Imperium: cuius rei argumentum eſſet apertum, quòd in armamentarijs tantum armorum haberet, quantum inſtruēdis virorum ſeptuaginta millibus ſufficeret. Quo interrogante an vera eſſent quæ de apparatu armorum nuntiarentur, & ille non poſſet negare; ſatis probatam exiſtimans defectionem, ademptam illi Tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit; pecuniam quoque eius donans Agrippæ indici. Herodem verò perpetuò damnauit exilio apud Lugdunum vrbem Galliarum: libro eodem cap. 14. Antiquitatum. Quanquam

Herodiadis ſororis cum Herode Tetrarcha coniuge ſuo in illum conſpiratio.

Vtriuſque infelix exitus.

Ioſephus.

Quis ille Herodes Tetrarcha ex Euangelio. *Matth.* 14.

idem Ioſephus lib. 2. de Bello Iudaico, c. 8. in fine teſtetur, b's illum relegatum in Hiſpaniam cum vxore Herodiade, vbi erant multi Iudęi diſperſi, ſicut Romæ, & in omnibus prouincijs. Hic eſt finis illius, qui ſuaſu vxoris Ioannē Baptiſtam interfecit,

Luc. 23.

& Dominum in paſsione veſte alba illuſit cum exercitu ſuo. Ioſephus his verbis denotat vindictam Dei: *Atque hæc*, inquit, *vindicta, quam Deus intulit tum Herodiadi fratris ſucceſſus inuidè ferenti, tum Herodi ad obſequendum vaniloquentia vxoris nimis facili.* Hæc ille priori loco.

Agrippæ illi Herodi Claudius Cæſar quomodo regnū, & ditionem amplificauerit. Iudæorum reges poſt Herodē primum vocabantur Herodes.

Claudius verò, Caligulę ſucceſſor, Agrippam in regno per Caium conceſſo confirmauit, addita inſuper Iudæa, & Samaria, quòd olim ad eius aui Herodis regnū pertinuiſſent, has velut familiæ deditas reſtituit; Abylam autē, & finitimam eius ditionem in Libano, quę Lyſaniæ fuerat, adiunxit de ſuo, Ioſepho teſte lib. 19. Antiquitat. cap. 13. Huius Agrippæ ſub Herodis nomine (id enim nomen omnibus Herodis primi ſucceſſoribus fuit commune, vt Cęſaris Imperatoribus Romanis) Lucas Act. 12. meminit: hic enim Iacobum fratrem Ioannis gladio interemit, Petrumque coniecit in vincula: ac paulò pòſt, cum ſeſe valde inſolentibus iactaret verbis in concione, atque afferret, ab Angelo Domini percuſſus eſt, & eroſus à vermibus expirauit: vt etiam præter Lucam Ioſephus docet his verbis:

Actor. 12. *Ibidem. Ibidem.*

Idem lib. 19. Antiq. c. vlt. circa mediū, ſeu 8. ſub initium. Herodis Agrippę faſtus & ſuperbia.

Iam tertium Iudææ totius regni annum exegerat, cùm peruenit in vrbem Cæſaream, quæ prius Stratonis turris dicta eſt, vbi ſolemnes ludos celebrauit pro ſalute Cæſaris, ad quam feſtiuitatem magna multitudo nobilium ac procerum conuenerat ex tota Prouincia. Eius celebritatis die ſecunda proceſſit manè in theatrum amictus veſte tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radijs exorientis Solis percuſſa, & diuinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum horrore incutiebat ſpectantibus, moxquè adulatores pernicioſi alius aliunde acclamantes Deum conſalutabant, rogantes, vt faueret propitius: hactenus enim, vt hominem reueritos, nunc agnoſcere, & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius. Hanc impiam adulationem ille nec caſtigauit, nec repulit: pauloquè poſt ſuſpiciens, vidit ſupra caput ſuum bubonem funi extento inſidentem: moxquè vt ſenſit hunc eſſe calamitatis nuntium, qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordijs indoluit. Secuta ſunt ventris tormina, ſtatim à principio vehementia. Conuerſis igitur in amicos oculis, En, inquit, ego ille veſtra appellatione Deus, vitam relinquere iubeor, fatali neceſſitate coarguente veſtrum mendacium: & quem immortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior. Sed ferenda eſt voluntas cœleſtis numinis, neque enim malè viximus, imò tanta felicitate, vt omnes me beatum prædicent. Hæc locutus, creſcente dolore diſcruciabatur. Propere igitur relato in regiam, rumor ſparſus eſt breui eſſe moriturum: quamobrem confeſtim totus populus vnàcum vxoribus atque liberis ſaccum indutus, more patrio ſupplicabat Deo pro ſalute Regis, omnia miſcens lamentis, & eiulatibus. Rex autem in celſiore decumbens cubiculo, & in faciem ſtratos humi proſpiciens, non temperabat ſibi à lachrymis. Cruciatu deinde per continuos quinq; dies nihil ſe remittente confectus, vitam finijt, annum natus quartum ſupra quinquageſimum, poſtquam regnaſſet per ſeptennium, quatuor enim annos ſub Caio Cæſare obtinuit regnū, primum in Philippi Tetrarchia per triennium, cui quarto demum anno acceſſit & Herodis Tetrarchia, tribus deinde annis ſub Claudio Cæſare præter iam dictam ditionem in Iudæa quoque regnauit, & Samaria, ſimulq; Cæſarea. Hucuſq; Ioſephus.

Exitus eiuſdem infœliciſſimus ex Ioſepho.

Quot annis ille regnauerit.

Reliquit ſuperſtites quatuor liberos, filium quidem vnum Agrippam, & filias tres, Bernicen, Druſillam, ac Mariamnem. Filius eo quod decem & ſeptem tantùm eſſet annorum, cum præ imbecilla ætate regnum adminiſtrare non poſſet, Cæſar miſit Præſides Cuſpium Fadum primò, qui curatoris nomine, Imperatoris, & Romanorum auſpiciis illud gubernaret: deinde Tiberium Alexandrum; poſtremò Cumanum, quo tempore Claudius Imperator Agrippam iuniorem duabus illis Tetrarchiis, quas aliquando Philippus, & Lyſias ei⁹ propatrui obtinuerant, donauit. Secuti ſunt illos Felix, & Portius Feſtus, ſub quo, & Agrippa Rege Paulus prius cauſſam dixit, & Romam vinctus eſt miſſus: de quo Agrippa habes Actor. 25. & 26. Hic poſteà confœderatus cum Romanis, venit Tyrum cum Veſpaſiano, & cum Romanis & Tito adſtitit Hieroſolymæ euerſioni, vt teſtis eſt Euſebius libr. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 10. vbi etiam teſtimonium Ioſephi producit, ſe in omnibus veritatem conſcripſiſſe: adeo, vt Titus Imperator eius libris manu propria ſubſcriberet: *Illos ab omnibus eſſe legendos:* & Agrippa Rex, qui omnibus interfuit, ſexaginta quatuor epiſtolis conteſtatus eſt, quàm verè, & ſincerè Ioſephus hiſtoriam ſuam conſcripſerit. Memorandum verò, ac etiam ſtupendum, Antipatri progeniem tot dignitatis, & potentiæ gradibus in ſublime euectam, vniuerſam intra ſpatium annorum centum, paucis exceptis, ſuiſſe ſublatam, vt notat Ioſephus libro 18. Antiquit. cap. 7. Verum eſt illud Claudiani.

Quos habuerit filios Herodes Agrippa.

Pro eodem functo qui Præſides ad regnum Iudææ adminiſtrandum à Cæſare miſſi.

Euſeb. tom. 1. Hiſtoriæ Ioſephi fides quanta.

Antipatri tota Regalis progenies quam breui tempore penè extincta.

Tollun-

Claudian.

Tolluntur in altum
Vt lapſu grauiore ruant,
Et illud Lucani:

Lucan. lib. 1.

O faciles dare ſumma Deos, eademq́; tueri
Difficiles.

Sed de his hæc dicta ſufficiant.

PROLEGOMENON XLI.

In quo Syria, & in ea præcipuè Terra Promiſsionis, quæ olim Terra Chanaam, & Palæſtina, & Iudæa appellata eſt, deſcribitur.

Cur hæc deſcriptionis ſuſcepta prouincia.

QVoniam ſuperiori capite multa, quæ ad Iudæorum Reges, Romanosq́ue Imperatores, & eorum Præſides ad procurandam Iudæam deſtinatos pertinebant, produximus, vt temporum ratio illuſtrior eſſet, & apertior: iam quædam ad Geographiam ſpectantia, id eſt, ad deſcriptionem Syriæ, & Palæſtinæ, ſiue terræ Iudæorum, & ciuitatis ipſius Hieroſolymę, quo lucem aliquam Euangelicis ſcriptis ingeramus, ſeriò à nobis nonnulla tractanda ſunt; ne pars hæc, quæ ad locorum naturam intelligendam quamplurimum ſubſeruit, & vtilitatem Euangelia lectitantibus adſerre poſſet, in hoc noſtro opere meritò deſiderari queat. Nam, vt pulchrè quodam loco dixit Hieronymus: *Quomodo Græcorum hiſtorias melius intelligunt, qui Athenas viderint, & tertium Virgilij librum, qui à Troade per Leucatem, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad oſtia Tiberis nauigauerint: ita Sanctam Scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus ſit, & antiquarum vrbium memorias, locorumq́; vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit.* Hæc ille. Certè Euſebius Cæſarienſis, qui à beato Pamphilo martyre cognomentum eſt ſortitus (vt teſtis eſt idem Hieronymus) poſt decem hiſtor. Eccleſiaſt. libros, poſt temporum Canones, poſt diuerſarum vocabula nationum, quæ quomodo apud Hebræos olim dicta ſint, & nunc dicantur, expoſuit, topographiam Iudææ, & deſtinatas vrbium ſortes, Ipſius quoque Hieruſalem, templique in ea, cum breuiſsima expoſitione picturam edidit: quæ ſi in hodiernum diem extaret, profectò noſtro labore minimè opus fuiſſet. Sed quoniam illa monimenta interciderunt, etiamſi multa Hieronymus in illo libr. tradat: quod ex lectione tum exteroorũ, tum domeſticorũ autorũ ad huius rei notitiam colligere potuimus, in medium proferemus, ſi quo modo rem hanc illuſtrare ad propoſiti ſcopi rationem valeamus. Neque in deſcriptione hac putamus eſſe operæpretium, Ptolemęi, & aliorũ Coſmographorum ſubtile illud metiendi ſequi artificiũ, quo cuiuſlibet loci longitudinẽ, & latitudinem iuxta cœli ſitum, id eſt poli Arctici, & Aequatoris expendunt: qua certiori metiendi ratione diſtantias locorũ melius nouerunt, quã ſi per leucas, vel milliaria, vel ſtadia terreſtri itinere confecta mẽſurarent: quoniam illa mẽſurandi ratio multis eſſet ignota, ac proinde parum grata, minimeq́ue plauſibilis. In tres ergo articulos partiemur hanc tractationem. Nã primò dicemus de Syria in genere, & quotuplex ſit. Deinde de Syria Palæſtinæ, quæ totã terram Promiſsionis cõplectitur. Tertiò de ciuitate ipſa Hieroſolymæ. Circa primum non eſt ignorandũ, nobiliſsimam, & vaſtiſsimã eſſe in Oriẽte Syrię prouinciam, & multas nationes, & gẽtes cõplecti. Eſt enim in Sacris literis non vna, ſed multiplex Syria. Eſt enim Syria Meſopotamiæ, Syria Soba, Syria Damaſci, Syria Phœniciæ, Syria Maacha, Decapolitana, Cœleſyria, & Syria Palæſtinæ. Iuxta Ethnicos verò eſt Syria Comagena, Apamea, Cœloſyria, Phœnicia, Seleucis, Leucoſyria, & Palęſtina, & Parapotamia, imò etiam ſecundùm Plinium, Meſopotamia, & Babylonia. Hæc autem digna ſunt diligenti excuſsione, quo Scripturæ pleniùs, & luculentiùs intelligantur. Epiſcop. Abulenſis, vir certè doctiſsimus, & ſacris in literis inſigniter inſtructus, ſecutus Brocardum ad explicandos diuerſos Scripturarum locos, tam in Veteri Teſtamento, quàm in Nouo, non ſemel Syriam in decem partes diſtribuit, quaſi particulares Syrias: in qua diuiſione comprehendit omnes prouincias, quæ quoquo modo aut in Sacris literis, aut in profanis autoribus Syrię nomine veniunt, vt ita Scripturam interpretaretur & locos diſsidentes conciliaret. Sed nos eiuſmodi diſtributionem nunc non ſectabimur, ſed aliam, quæ noſtro iudicio & Sacris literis, & vetuſtis Geographiæ ſcriptoribus magis eſt conſentanea. Nam ille recentiores ſequitur, qui interdum in ſitu locorum, & ciuitatum appellatione, à veteribus, qui oculis ſuis illas conſpexerunt, & cũ gloria de illis ſcripſerunt, aut variare, aut diſsidere videtur.

Hieron. in præfat. in lib. Paralip. ad Domnionem & Rogatia. tom. 3. circa princ.

Euſeb. Cæſar. teſte Hieron. vnde ſit cognominatus.

Hieron. in Proœmio lib. de locis Hebraicis, tomo eodem circa finem.

Qualis ferè Coſmographorum partiendi methodus.

Duplex Syriæ diuerſio, ſiue deſcriptio.

Prima Scripturarum, & Ethnicorũ.

Altera Brocardi & Abulenſis Epiſcopi.

Vtra huic loco videatur accommodatior.

Primùm igitur ſolet latè Syria accipi, tùm apud Pomponium, tùm apud Plinium, & Strabonem, & alios nobiles autores, ita vt nomen Syriæ ipſam Babylonem, & Meſopotamiam complectatur: fortaſsis quòd omnes illæ Prouinciæ vna, & eadem lingua vterentur, nimirùm Syriaca, ſiue Chaldaica. Audi verba Plinij: *Iuxta Syria*

I. Syria Babylonis, & Meſopotamiæ dicta.

Pompe. lib. 1. c. 11.

Plin. ſuperiori loco.

Strabo li. 16.

littus occupat, quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus. Namque Palæſtina vocabatur, qua contingit Arabas, & Iudæa, & Cœle, dein Phœnice, & qua recedit intus, Damaſcena, ac magis etiamnum Meridiana, Babylonia Et eadem Meſopotamia inter Euphratem, & Tigrin quoque tranſit Taurum, Sophene, citra verò etiam Comagene. Et vltra Armeniam, Adiabene Aſſyria antè dicta: & vbi Ciliciam attingit, Antiochia. Longitudo eius inter Ciliciam & Arabiam 470. mill. p. eſt latitudo à Cilicia Pieria, ad oppidum in Euphrate, Zeugma 175. mill. p. Sic ille.

Multiplex Syriæ appellatio. Gen. 10.

Et quoniam Syria hoc modo accepta multas prouincias complectitur; hinc apud Hebræos Syria, quæ Arã vocatur à filio Sem, diuerſis vocabulis diſtinguitur. Nuncupatur enim alia Aram Padan, ſiue Aram Naharaim, alia, Aram Zoba, vel Zobal, & alia, Aram Damaſci. Ab iſta etiam voce Aram dicti ſunt Aramei, ſiue Armeni, de quibus Strabo: Ipſi Syri, quos Syros nos ipſi vocamus, Armenios, & Arameos vocant. Idem rurſus: *Syrorum*, inquit, *nomen tendere videtur à Babylonia vſque ad Iſſicum ſinum, & ab hoc olim vſque ad Euxinum. Quare vtrique Cappadoces, tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum iacent, ad hoc vſque tempus Leucoſyri appellantur, ac ſi ſint aliqui Syri nigri, hi autem extra Taurum ſunt.* Sic ille.

Aramæi, Armenive vnde dicti.
Strabo lib. 1. Geogra. poſt dimidium.
Idem lib. 16. initio.

Leucoſyri quinam ſint.

Sunt autem Leucoſyri, albi Syri: nõ quòd aliqui Syri ſunt nigri, ſed quod illi, qui ſunt verſus Meridiem, ſint magis ambuſta facie: illi autem qui ſunt ad Septentrionem, quæ rigida eſt regio, candidiores ſunt alijs. Ita igitur accipiendo Syriam, ab Oriente terminum haberet Tigrin fluuium, ad Meridiem, Aegyptum, & ſinum Arabicum, ſiue Erythræum; ad Occaſum, Oceanum noſtrum Mediterraneum, quæcunque extenditur à finibus Aegypti ad Iſſicum ſinum prope Ciliciam, à Septentrione verò comprehenderet totam Cappadociam, etiam ſupra montem Amanum, & Taurum vſque ad pontum Euxinum.

Herod. lib. 7.
Iuſtinus lib. 5.
Ammianus Marcel. li. 23. poſt med.

Herodotus eoſdem populos, Syros, & Aſſyrios eſſe dicit: ſed à Græcis Syros, à barbaris Aſſyrios vocari: ſicut Iuſtino hiſtorico, eadem eſt Syria, & Aſſyria. Ammianus quoque Marcellinus: *Citra amnes*, inquit, *propinqua eſt nobilis Aſſyria, celebritate, & magnitudine, & multiformi feracitate ditiſſima: per populos, pagosq́; amplos diffuſa quondam, & copioſa, ad vnum conceſſit vocabulum, & nunc omnis appellatur Syria.*

Dio Caſſ. in vita Traiani.

Dio Caſſius Attyriam Barbaris dictam, S. litera in Tau mutata, quam Aſſyriam nos vocamus, indicare videtur. Quin & Cicero Sardanapalum, Regem Syriæ vocat, cùm reuera fuerit Rex Aſſyriæ. Sed etſi hæc vera ſint, cùm olim à principio res eſſent, ac proinde etiam voces magis confuſæ: at progreſſu temporis magis ſunt diſtincta, & in Sacris literis Aſſyria peculiaris eſt, & apud Ptolemæum, & bonos autores.

Aſſyriæ vnde nomen ſit inditum. Gen. 10.

Sic dicta, ab Aſſur filio Sem, de quo liber Geneſis tradit: De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis (ſcilicet Niniue) & Chale. 70. Interpretes verbum, Plateas verterunt, tanquam proprium eſſet nomen, τὴν Ῥοωβὼθ πόλιν, & hanc lectionem ſequitur Paraphraſtes Chaldæus; & videtur fauere, quod in tanta breuitate Moyſes nõ tam ad plateas vnius vrbis, quàm ad inſignes ciuitates reſpexerit. Et ſi quæras, an quiſquam Geographus meminerit Rooboth; dico quòd fortè corrupta voce nominatur Oroba, cuius meminit in Aſſyria Ptolemæus: licèt aliter diſſerat, ac definiat beatus Hieronymus in Quæſtionibus Hebraicis, vbi noſtram lectionem, id eſt ſuam tuetur.

Ptolem. lib. 6. cap. 1.

Aſſur quis ille.
Hiero. tom. 3. à med.
Gen. 10.

Hic Aſſur fuit ſecundus filius Sem, vt notauit Hieronymus in Quæſtionibus in Geneſin. Et ibidem dicitur: *Et quia imitatus eſt Nemrod in affectando principatu, & tyrannide: propterea Moſes narrat, quòd ipſe egreſſus eſt de eadem terra Sennaar, in qua regnum ſibi conſtituit Nemrod.*

Altera Syriæ deſcriptio ſecundùm Strabonem, & alios ſupra citatos.
Strabo ſupra citatus.
Hieron. eod. tomo.

Huius ergo Aſſyriç Niniue eſt Metropolis, & ab Occaſu quidem Meſopotamia, ſiue Tigri fluuio, ab Ortu Media, à Meridie Suſiana, à Septentrione, parte minoris Armeniæ iuxta Niphatem montem terminatur. At Strabo loco ſuperiori, quem ſecutus eſt Hieronymus in libro de locis Hebraicis, & omnes ferè Geographi, arctioribus terminis Syriam circumſcribit: nimirùm à flumine Euphrate, ſiue Arabibus Scenitis, qui cis Flumen habitant (& Parapotamia vocatur) vſque ad mare noſtrum, tanquam ab Ortu ad Occaſum, & à finibus Aegypti, id eſt, Sirbonitide palude, & flumine Aegypti, hoc eſt Rhinocorura, & Idumæa, & Arabia deſerta, & Petræa, vſque ad Iſſeos montes, ſiue Amanum, & Taurum: vltra quos ſunt Cappadoces, tanquam ab Auſtro ad Septentrionem. Quæ diſtinctio Syriæ à priori nõ differt, niſi in hoc, quòd excludit Meſopotamiam, & Chaldęam, & Cappadociam, & Arabiam deſertam, atq; Petræam. Atq; hoc ſecundo modo accipiendo Syriam, deſcribendum eſt latus Occidentale, ſiue maritimum, quod à Cilicia oritur, & tenditur in Rhinocoruram, ſiue Cades-barne, ſiue mare Aegyptium: dein nomina locorum antiqua, & noua interdum apponenda.

Ptolem. lib. 5. c. 15. Tab. 4. Aſiæ.

Eſt enim, vt tradit Ptolem. poſt Iſſum, & Ciliciç portas Alexandria, penes Iſſum Myriãdrus, quia ibi Xerxes per myriades, id eſt, dena millia exercitũ in Græcos numerauit:

Rhoſus

Rhoſus, & Scopulus Rhoſicus, Seleucia Pieria (Solda vulgò) Orontis flu. oſtia (Tiphô prius) Tarfaro hodie, vbi portus S. Simeonis, Fontes fluuij, Poſsidium (Paulo vulgo) Heraclea, Leodicia (Rhamata Hebræis) Liche barbaris. Gabala, Gebol Hebræis, hodie aũt, Volaterrano teſte, Gibel dicitur, Paltos, Balaneæ (Valat, Benna) Deinde in Phœnicia Eleutheri flu. oſtia, Valania flu. hodie Simyra, quæ Straboni Taximira. Orthoſia, quæ prius Antardũ, hodie Tortoſa, Tripolia, Tripol in Syria, Traboli barbaris. Theuproſopon, vel Dei facies promontoriũ. Botrys, vel Botrus: Byblus Saietem hodie, ait Benedictus Aretio. Berytus, Felix Iulia Plinio, hodie noſtris mercatoribus Barut, barbaris etiam Beyrut, emporium celebre; ſicut olim Tyrus, & Sidon: & eſt portus Damaſci Mediterraneæ vrbis. Leontis flu. oſtia. Sidon Thebarum Bæotiarũ parens. Tyrus quæ Hebræis Sor, Sur vulgò, ab Alexandro deſtructa, & poſt ſeptuaginta annos reſtaurata: Chriſtiana, poſteà à Turcis deleta, vt ſolũ ſuperſit arx in portu. Ecdippa, Album promont. Ptolemais (Acon hodie) Ace Plinio. Sycaminon, Carmelus mons, quod Caſtellum peregrinorum dicitur. Dora (Doron Plinio) Dor Hebræis; quæ Machabæorum ſeculo ita potens fuit, vt ab Antiocho centum viginti millibus peditũ, & octo millib. equitum fuerit obſeſſa. Chorſæi flu. oſtia. Cęſarea Stratonis, quæ etiam Flauia appellatur, & Cæſarea Palæſtinæ, Apollonia Ioppe, quæ Iapha, portus peregrinorum, Iannetorum, vel Ianuis portus. Azotus, Aſcalon, quæ Aſcalona, vulgò Anthedon, quæ Gat Hebræis, poſt Agrippea, Hebelis hodie. Gazæonus portus, quæ nunc Maionia hic, vicina in Mediterraneis, Hebron dicta Mãbre, quam Abraham, Iſaac, & Iacob incoluerũt, quæ alio nomine eſt appellata Cariath Arbe: data eſt ipſi Ioſue, vt Scriptura tradit. In ea eſt iniunctus Dauid in Regem. Demùm finitur in Rhincorura latus Occidentale, de alijs lateribus plura deinceps.

Volaterr. lib. 11. Geogra. de Syria, ſub finem. *Strabo eod. lib. iam dicto ante medium.* *Bened. Aretinus.* *Plin. lib. 5. c. 20.* *Idem ibidem, c. 19.* *Idem Plin. c. 27. eiuſdem lib.* *Gen. 13. & 23. & infrà 35.* *Infrà 49.* *Ioſu. 14.* *2. Reg. 2.*

Atque hæc quidem in genere dicta ſint nobis de Syria, Iam eius partes enumerandæ ſunt, atque prouinciæ, & maximè quæ in Scripturis celebrantur. Nam conſtat, ſiue priori, ſiue poſteriori modo accipias Syriam, multas ſuo ambitu complecti prouincias: non ſecùs atque Italia comprehendit multas peculiares partes, vt Pedemontanam regionem, Longobardiam, Hetruriam, Campaniam, Calabriam, ac Apuliam. Primum igitur iuxta Scripturam ſacram, Meſopotamiæ Syria dicitur, ſiue, vt loquitur ipſa Scriptura, Aram Padan, & Aram Naharaim, id eſt, Syria fluuiorũ duorum, quia eſt Dualis numeri: de qua liber Geneſeos, & Pſaltes interdum loquuntur. Porrò Padan vocata eſt, ſiue quòd nomen eſſet ciuitatis illius, quam inhabitauit Thare cum Nachor, & Abram, quæ & Haran, & Padan diceretur; ſiue quòd regionis illius Meſopotamiæ eſſet nomen, in qua eſt ſita Harã. Ciuitas autem Nachor non eſt alia diſtincta ab Haran, vt quidam exiſtimant, quia nullibi in Scripturis, vel alijs ſcriptoribus fit mentio vrbis ſic dictæ: ſed ſicut Capharnaum dicitur apud Matthæũ ciuitas Chriſti, eo quòd illam inhabitaret; ita Haran dicitur ciuitas Nachor, quòd ibi ſedem ſuam ad habitandum fixiſſet. Hanc Græci regionem vno verbo Meſopotamiam vocant, quã Latini Medamnem, ſiue Interamniã, hoc eſt, quę in medio duorũ fluminum ſita eſt, ſiue inter duos amnes, Tigrim, & Euphratem. Ita enim Seuerus Imperator corã Senatu, vt teſtis eſt Lãpridius, verbũ Meſopotamiæ reddidit, dicens: *Terras interamnanas, Meſopotamiæ ſcilicet, neglectas ab impura illa bellua (ſcilicet Heliogabalo) recepimus.* Sic ille. A Septentrione quidem Tauro monte, in quo fluuiorum duorum ſunt fontes, & poſt longa terrarum ſpatia fluẽtes iunguntur in Babylonia, & in mare Perſicũ emittunt poſteà. Venit etiam interdum nomine Meſopotamiæ Aſſyria, & Chaldæa, ob amnes, quibus itidem terræ alluuntur. Vnde Plinius ſcribit: *Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa, præter Babylona, & Ninum.* Quo loco has vrbes in Meſopotamia recenſet, quarum tamen illa cis confluentem Euphratis, hæc trans Tigrin in parte Aſſyrię polita eſt. Vnde & à B. Stephano ea pars Chaldææ, in qua Vr oppidum ſitum eſt, Meſopotamia dici potuit, cùm ait de Abraham: *Cùm eſſet in Meſopotamia, priuſquã moraretur in Charam, & dixit ad illum: Exi de terra tua,* & quæ ſequuntur. Hæc prouincia dura eſt iter agentibus hyeme, propter luti profunditatem, æſtate, propter aquarum defectum: alioqui omnium fructuum ferax: nam ſicut Aegyptus Nilo, ita illa ab Euphrate irrigari creditur à quibuſdam. Latitudo Meſopotamiæ, vt autor eſt Strabo inter duo flumina eſt ſpatiũ 2400. ſtadiorum, hoc eſt 300. mill. paſſuum. Hæc prouincia modò nuncupari ſolet Alapia. Sũt in illa magnæ ac præclarę ciuitates multæ: in primis Haram, vt vocatur in Geneſi, quæ & alio nomine Charrę, nobiles ꝓpter M. Craſsi, qui gurges fuit auaritiæ, nõ vulgarem cædem, de qua Lucanus dixit:

Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Charras.

Et poſt eum Antonius dictus Caracalla, inter

Quotuplex Syria. Simile. I. Syria Meſopotamiæ, ſiue Aran Padan. *Gen. 24. 25. & 28. et aliàs.* *Pſal. 59. in titulo.* Syria Padan cur ſic dicta. *Matth. 4.* Meſopotamia Græcis quid ſignificet. *Lamprid. in vita Alexandri Seueri ſub finem.* Aſſyria, & Chaldæa interdum pro Meſopotamia accipi conſueuit. *Plin. lib. 6. c. 26.* *Act. 7.* *Gen. 12.* Meſopotamia. *Strabo li. 16.* Huius Prouinciæ magnitudo qualis: quomodo nũc dicatur eiuſdem inſigniora oppida. *Gen. 11.* Locus, M. Craſſi cædis quinam. *Luc. lib. 1.*

[Gen. 11.]
la, inter Edeſſam, & Charrã cæſus eſt. Fuit hæc ciuitas Abrahami hoſpitio, & Thare parentis morte multo nobilior: nobile totius Meſopotamiæ emporiũ. Hæc dicitur
[Tob. 11.]
Charrã In libro Tobiæ, Iudith, & in Actis. Haud procul à Charra eſt Niſibis; clariſsima quondã vrbs, quę & Antiochia dicta, & Mygdonia cognominata à quibuſdã, ab interfluo amne Mygdone, vel à Macedonibus Mygdoniã incolentibus: quæ ſub principatu Coſtantini Iacobũ Epiſcopum, virum ſanctiſsimũ habuit, qui Nicęnæ Synodo interfuit. Eſt præterea Edeſſa ciuitas,
[Strabo ibid.]
quæ Bãbyca, & ſacra vrbs eſt Straboni: ha-
[S. Ephrẽ diaconus vnde.]
buit S. Ephremũ Diaconũ, qui Syra lingua
[Hiero. to. 2. circa fin.]
multa pręclarè ſcripſit. Eius meminit Hieronymus in Catalogo Eccleſiaſt. Scripto-
[Idem tom. 2.]
rum; qui & volumen eius de Spiritu ſancto
[Idem tom. 3. à medio.]
in Græcam linguã tranſlatum ſe legiſſe ait. Idem lib. de Quæſtio. Hebra. ita habet: *Re-*
[Plin. lib. 5. c. 24.]
gni Nemrod initium fuit Babylon, & Arach, vel Erech, nunc Edeſſa (quæ ſecundùm Plinium vocata eſt Antiochia) & Achad, quæ nunc Niſibis, & Chalanne, quæ mutato nomine à Seleuco vocata eſt Seleucia, & nunc dicitur Κτησιφῶν, *de qua*
[Amos 6.]
Amos: Tranſite, inquit, in Chalanne, & videte. Et
[Beda.]
vt teſtis eſt Beda, Seleucus Seleuciam, Apamiam, Laodiceam, & Edeſſam, atque Antiochiam, de patris, matris, vxoris, & ſuo nomine vocauit. Eſt
[Tob. 1. 3. 4. 5. 6. & 9.]
& Rages de qua Tobię liber ſæpè meminit, quæ eſt vltra Euphratem per 40. milliaria verſus Aquilonem inter montes Cauca-
[Strabo lib. 11. aliquanto poſt medium.]
ſum, & Taurum: de qua Strabo. Quãquàm Brocardus ex verbis Hieronymi de tradi-
[Brocardus.]
tionib. Hebr. tradat eandem eſſe Edeſſam,
[Hieron. to. 3.]
& Rages, & nunc Raſe vocatur. In hac Meſopotamia plures eſſe prouincias, & diuerſas, nemo qui Geographos legerit, ignorare poterit. Inter quas nominata eſt in ſacris
[Prouincias quas in ſe cõtineat Meſopotamia.]
literis Aram Zoba, ſiue Syria Soba, quã alíqui corruptè legunt Sobal, & 70. vocant Σωβά; & diſtinguitur ab Hoba, quæ eſt ad
[Gen. 14.]
læuam Damaſci; ad quam vſque Abraham cũ ſuis vernaculis perſecutus eſt quatuor Reges Babylonis, vt habes in Geneſi. Nam hæc dicitur [illegible] LXX. Χωβάλ, altera verò [illegible] quæ in primo elemento diſtin-
[Syriam Soba eſſe in Meſopotamia oſtẽditur.]
guitur à priori. Quod autem Syria Soba ſita ſit in Meſopotamia, oſtenditur. Primò, quia inſcriptio Pſalmi 59. habet, *In finem pro iis, qui immutabuntur in tituli inſcriptione, ipſi Dauid in doctrinam, quum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Soba.* Vbi vides poni cum Meſopotamia, & ab ea diſtingui, quia erat inter montes. Probatur
[Iudith 3.]
quoque ex verbis Iudith: *Tunc miſerunt legatos ſuos vniuerſarum vrbium, ac prouinciarum Reges & Principes, Syriæ ſcilicet, & Meſopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Lybiæ, atque Ciliciæ.* Vbi & Meſopotamia diſtinguitur ob eandem cauſam, cui tamen coniuncta erat. Adde, quod in libris Regum, ac Pa-
[2. Paral. 8.]
ralipomenon narratur bellum geſtum in-
[1. Paral. 18. & 19.]
ter Dauidem, & Adarezer Regem Soba, quando profectus eſt, vt dominaretur ſuper fluuium Euphratem. Ex eo enim, quòd eò profectus eſt, vt dominaretur ſuper Euphratem & variis bellis eum profligauit: & vt dicitur libr. 2. Regum, *Sy-*
[Cap. 10.]
ri qui erant trans Flumen, ſeruierunt Dauidi, facti eius tributarii: dicitur illos Meſopotamiam incoluiſſe, vt exercitus inde eductus ab Adarezer, quo iuuaret Ammonitas ſub Principe militiæ ſuæ vocato Sobach, ad pugnandum contra Dauid miſſo.
[Cap. 19.]
Oſtendit & idẽ libr. 1. Paralipomenon. Adde quòd pugna inita fuit iuxta Euphratem, vt docet Ioſephus lib. 7. Antiqu. Quanquã
[Ioſeph. c. 5. fine.]
autem Scriptura dicat Adarezer Regẽ fuiſſe regionis Hemath, quando Dauid perrexit, vt dilataret Imperium ſuum vſque ad
[Paral. 18.]
flumen Euphratem, vt videri poſsit in Emath, nõ in Meſopotamia ſitum regnum: dicendum eſt tamen, vt Pagninus, &
[Pagninus.]
Caietanus annotârunt, in Hebræa litera
[Caietanus.]
non haberi regionis Emath, ſed, in Chamath, vel, ad Chamath, & Septuaginta, ἐν Ἐμάθ; & eſt nomen loci, vbi commiſſum eſt prælium. Nam etſi Emath eſſet peculiaris ciuitas non longè à Damaſco: erat tamen etiam regionis nomen, & extendebatur ferè ad Euphratẽ. Quod oſten-
[2. Paral. 8.]
ditur ex duobus: Primò ex illo loco Paralipomenon: *Abiit quoque* (ſcilicet Salomon) *in Emath Soba (id eſt, eam partem Emath citra Euphratem, in qua dominabatur Rex Soba) & obtinuit eam. Et ædificauit Palmiram in deſerto, & alias ciuitates muntiſsimas ædificauit in Emath.* Præterea, volens Syrus Damaſci Adarezer amico ſuo opitulari, exercitum miſit, & in ſeruitutem incidit, & Thou Rex Emath miſit munera, & filium ſuum, vt congratularetur Dauidi de victoria Re-
[Cap. 8.]
gis Soba, cuius erat hoſtis, vt habes in libro Regum 2. Ex quibus elicimus, Regem Soba propinquum illis Regibus regnum habuiſſe trans Euphratem. Adde his quòd Ioſephus hunc Adarezer Regem Soba, vo-
[Ioſeph. lib. 7. c. 5. 6. & 7. Antiquit.]
cat Regem Sophenorum, & ita Syria Soba, Syria Sophena eſt. At Plinius ſuprà allega-
[Plin. lib. 5. cap. 12.]
tus Sophenem ponit in Meſopotamia, ea parte, quæ tranſit montem Taurum. Idem conſtituit Sophenem in extremis finibus Meſopotamię ſuper iugis Ceraunijs, & Pto-
[Ptolem. lib. 5. cap. 13.]
lemæus Tabula tertia Aſiæ, ſiue in maiori Armenia, & ad læuam Euphratis penes ipſum fluuii diuertigium. Falſum eſt igitur, Soba ſignificare Arabiam ſupra mare

mor-

ca.18 & 10. *cap.19.*

mortuum ſitam; cùm ibi tantum habitent Moabitæ, & Ammonitæ, & Idumæi. Meminit quoque lib.2. Regum, ac primus Paralipomenon Syriæ Rohob, & Iſtob, & Siriæ Maacha: de quibus non ſatis inter Scripturarum interpretes, vel Geographos conſtat, vbinam ſint. Sed veriſimile eſt fuiſſe Prouincias trans flumen Euphratis ſitas. Cui rei argumento eſt quòd Adarezer Rex dicitur filius Rohob, vt habes in lib. Regum ſecundo; & Syriorum exercitus educti trans Flumen, ad pugnam dicuntur ibidem ſub Magiſtro militum Sobach veniſſe. Ideò vanum eſt cruciari, quæ ſint illæ Syriæ. Ioſephus vocat illos Reges, Meſopotamitas, & regem Maacha, vocat regem Michæ regionis. Etſi dici poſsit, Syriam Maacha eſſe Geſſuri, & Machati, quas filij Iſraël non deſtruxerunt, ſed Chananæi habitauerunt in medio filiorum Iſraël, vt in libro Ioſue traditur: cuius Rex fuit Tholmai, auus maternus Abſalon, ad quem confugit recedens à patre Dauide, vt habes in lib.2. Regum; niſi quòd ſocer non conſpiraſſet in generum. Syria verò Iſtob, poteſt eſſe terra Iob prope Moab; ad quá eiectus Iephte à ſuis, confugit, vt tradit liber Iudicum. De Syria quoque Rohob dici poſſet, quòd eſſet vltra Libanum, eo quòd in lib. Num. de exploratorib᷒ ſcribitur: Cumque aſcendiſſent, explorauerunt Terram à deſerto Sin, vſq; Rohob intrantib᷒ Emath. Ceſsit tamen Rohob illa tribui Aſſer, vt habes in Ioſue, & ab illis data eſt Leuitis.

Cap. 8. *Cap. 10.* *Ioſeph. lib. 7. Antiq. cap. 7. in fin.*

Ioſue 13. c.13.

Syria Iſtob, quænam illa.
Iudic. 2.
Syria Rohob qualis fuerit.
Num. 13.

Ioſue 19.

II. Syria Cappadociæ.
Vnde ſic appellata.
Euſdem deſcriptio.
Strabo. lib. 2. non procul à princip. & alibi.
Euſeb. in Chron. tom. 2.
Hieronym. in Math. c.16. iuxta tom. 9.
Cæſarea Cappadociæ quomodo aliàs dicta, & à quo cognominata.
Baſilius ille magnus vbi tenuerit Epiſcopatum.
Apollonij Tyanei inſignis magi patria.

Secunda Syria, eſt Cappadociæ, ab amne homonymo ſic dicta, quam Hebrȩi vocant Caphthorim, & Chaldæus Paraphraſtes ſemper Cappadociam vertit: hanc quidam exiſtimant vocari Aram Soba in Scripturis: an ſatis probabiliter iudicet prudens lector. Hæc ab Ortu, Armenia minori: ab Occaſu, Paphlagonia, & Galatia concluſa: à Septentrione, & ponto Euxino in Iſsicum vſque ſinum ferè extenditur, parte tantùm exigua Ciliciæ ab illo ſeparata: vnde tanquam magnæ peninſulæ cuiuſdã Iſthmus, duobus coarctatur maribus, longitudine 3000. ſtadiorũ, vt Strabo tradit: huius metropolis eſt Mazaca, quæ poſteà à Tiberio dicta eſt Cȩſarea Cappadociæ, vt tradit Euſebius: vt Hieronymus verò, ab Octauiano Auguſto. Iulianus odio vrbis, quòd Chriſtiana eſſet, Cæſareæ vocem obliterare, & reducere vſum veteris contendebat. Fuit huius vrbis Baſilius Epiſcopus ſanctiſsimus, ac doctiſsimus. Eſt & in ea Tyana, ex quo Appollonius ille magus Tyaneus, & Cappadox: de quo Philoſtratus octo libros innumeris mendacijs conſcriptos reliquit.

B. Chryſoſt. & Paulus Byzantij Epiſcopus vbi exulauerint.

Eſt & Cucuſum, oppidum Chryſoſtomi exilio celebre: in quo etiam Paulus Byzantius Epiſcopus eadem de cauſa exulauit. Quin & Nazianzum, cuius ciuis, & Præſul fuit Gregorius Nazianzenus, vir doctiſsimus, atque eloquentiſsimus, ac Hieronymi præceptor. Eſt quoque Neocæſarea haud longè à Cumanis, & Sebaſte, quam quidam Ponto tribuunt: cuius Epiſcopus fuit Gregor. Neocæſar. Origenis per quinquennium auditor, & ob ſignorũ operationem dictus θαυματουργὸς.

Hieronym. lib. 2. de Script. Eccl. tom. 2. circa fin.

Denique eſt Niſſa, cuius Gregorius frater Baſilij, Epiſcopus Niſſenus eſt dictus.

III. Syria, Comagena.

Tertia Syria, eſt, Comagena: quæ parua eſt regio, fœcunda tamen, & vrbem habet natura munitam, quæ Samoſata dicitur, & quæ regionis eſt caput: vnde mordaciſsimus ille, & ἄθεος Lucianus, & impurus ille Paulus Samoſatenus Antiochiæ Epiſcopus, qui Chriſtum purum hominem eſſe nugabatur. Atque eo loco erat Euphratis pons, & ex alia pontis parte ſita erat Seleucia Meſopotamiæ Caſtellum, & Comagenæ adiectum, à Pompeio. Non longè à Comagena eſt Germanicia, clara ciuitas, à Germanicianis, id eſt, his qui antè in Germania militauerant, nominata.

Lucianus hominum mordaciſſimus quo loco natus.

Germaniciani qui olim dicti.

IV. Syria, Apamea & eiuſdẽ varia nomina.
Cur dicta Tetrapolis.
Strabo lib.16. ante med.

Quarta Syria dicitur Apamea, ſeu Syria Antiochiæ, ſiue Cœle, ſiue Seleucis, quæ teſte Strabone, vocatur Tetrapolis, eo quod quatuor inſignes ciuitates, & maximas præter alias multas haberet, nimirum Antiochiam apud Daphnen, vnde & Epidaphne vocatur, & Seleuciam in Pieria, & Apameam, & Laodiceam, quæ propter concordiam ſorores dicebantur. Eas Seleucus Nicanor condidit, vel conditas exornauit, ac nouis vocib᷒ denominauit. Hæc Syria alio nomine dicitur Cœle, ſiue Cœloſyra, quod eſt dicere, Curua, vel Caua, ſeu Depreſſa, eo quòd montes in campis deſinentes deprimerentur in planities: de qua frequens mentio in libris Machabæorum. Et eius principatus coniũctus erat cum Phœnicia: nam 2. Machab. fit mentio ducis Cœloſyriæ, & Phœniciæ. Hieronymus Antiochiam ponit in Syria Cœle. Plinius: *Cœle, habet Apamiam, Marſia amne diuiſam à Nazerinorum Tetrarchia Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magog. Chalcidem cognominatam ad Belum, vnde regio Chalcidine fertiliſsima Syriæ: & vnde Cyrreſtica, Cyrrum.* Infra numerat Hemiſenos, Hilatas, Ituræorum gentem, & alias regionis ciuitates. Ptolemæus enumerans ciuitates Curuæ Syriæ, aliter ſentit. Nam ponit Heliopolim, Abylam cognomine Lyſanij, Damaſum, Hippum, Capitollas, Ga-

Eadem cur Cœle, ſeu Cœloſyria nominata.
1. Mach. 10. 2. Mach. 3. & 4. & 8.
Hieronym. in Ezech. c.47. poſt dimid. tom.5. à med.
Plin. lib.5. cap.23.

Idem ibidem.
Ptolem. lib. 15. c.16.

daram,

daram, Scythopolim, Geralam, Pellam, Dium, Philadelphiam, Canatam, & alias: & in Caſsiotide Syriæ ponit Antiochiam.

Strab. lib. 16. ante med.

Strabo verò latius, ac ſtrictiùs hanc vocem vſurpari docet his verbis: Tota itaque regio vltra Seleucidem in Ægyptum, & Arabiam recedens, Cœloſyria appellatur: ſed propriè qua Libano terminatur, & Antilibano. Sic ille ferè. Eſt autem Libanus Auſtralis reſpiciens Palæſtinam, Antilibanus Septentrionalis reſpiciens Syriam, non oppoſito modo, vt Poſtellus, ſecutus neſcio quos auctores, ſcripſit: docens, Iordanem non ex Libano, ſed ex Antilibano oriri.

Poſtellus noſtri ſeculi geographus.
Plin. c. 20. initio.

Vnde Plinius lib. 5. loquens de Sidone, ſubdit: *A tergo eius mons Libanus orſus, centum quinquaginta ſtad. Symiram vſq; porrigitur, qua Cœloſyria cognominatur, Huic par, interiacente valle, mons aduerſus Antilibanus oſteditur, quondam muro coniunctus.* Ita Plinius. Cui adiungitur Hieronymus lib. de locis Hebr. in verbo Antilibanus. *Ea,* inquit, *quæ ſunt ſupra Libanum ad Orientalem plagam reſpicientia, Antilibanus appellantur, circa regionẽ Damaſci, quæ cecidit in ſorte tribus Manaſſe.*

Tetrapoleos ciuitates enumerãtur.

Idem oſtendit fluuius Chryſoroas, qui inter hos duos montes labitur, & tendit ad Orientem in Euphratem: hoc autem non poſſet facere ex altero latere propter montes Trachones, qui Orientem verſus opponuntur, vt non poſsint in Euphratem emittere. Iam dicamus de illis quatuor ciuitatibus.

Prima Antiochia, a quo cognominata.
Eiuſdem varia nomina.

Prima, eſt Antiochia, ab Antiocho Seleuci Nicanoris patre cognominata, munitaque eſt ab eo: quæ quondam alio nomine dicta eſt Epidaphne, à Daphne vicino ſuburbano, quod locum habebat amœniſsimum octoginta ſtadiorum, & fanum Apollinis cum Dianæ delubro, nuncupata.

Hier. lib de locis Heb. 10. 3. à med.
Num. 34.
Volater. lib 9 init.

Hebraicè verò Reblatha, ſiue Rebla, ſecundùm Hieronymum, dicta eſt: de qua: *Reblatha contra Daphnen*; vel, vt Hebræa litera habet, contra fontem. Hæc poſteà, teſte Volaterrano, à Iuſtiniano Imperatore vocata eſt Theopolis.

Orontes fluuius vbi naſcatur.
Plin. lib 5. cap. 22.
Strab. lib. 6. ante med.

Hanc ciuitatem interſecat Orontes fluuius, quem inter Libanum, & Antilibanum oriri in Cœle, & Plinius, & Strabo tradunt. Diſtat à mari per CXX. ſtadia, hoc eſt, duodecim, vel paulò plura milliaria: in quam aduerſo amne propter fluxum maris intratur. Hæc vrbs celeberrima fuit Pauli, & Barnabæ prædicatione, & quòd ibi primùm dicti ſint Chriſtiani:

Actor 11.
Lucæ Euãgeliſtæ patria.

& prima inter Syriacas ciuitates poſt Damaſcum, quę Chriſtianam religionem amplexa ſit. Huius ciuitatis fuit Lucas, Medicus, & Euangeliſta, ciuis, diſcipulus, & comes Pauli, & Theophilus ille princeps Antiochiæ, ad quem vtrumque volumen dicatum eſt, & Euangelij, & Apoſtolicorum Actuum.

II. Seleucia.
2. Cor. 8.
Luc. 1.
Actor. 1.
Infra 13.

Haud longè ab hac ciuitate ſita eſt Seleucia in prominenti litore, quæ Pieria aliquando dicta eſt, à monte in quo eſt ſita: ex qua in Cyprum commodiſsimus eſt ac breuis traiectus, de quo Lucas: Et ipſi quidem miſsi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Aliæ verò duæ ciuitates ſunt Apamea, & Laodicea, conditæ ab eodem Seleuco: qui à patre, Antiochiam vocauit, à matre, Laodiceam, ab vxore, Apameam, à ſe autẽ Seleuciam.

Vrbes à Seleuco Nicanore cõditæ vel inſtauratæ.

Ne quiſquam verò miretur de pluribus eiuſdem nominis vrbibus per illas prouincias Syriæ, & Aſiæ minoris, & Meſopotamiæ diſperſis, intelligat Seleucum Antiochi, & Laodices filium, primum poſt Alexandrum Regem Syriæ Nicanorem appellatum, multas vrbes cõdidiſſe, aut inſtauraſſe, quia multis annis regnauit.

Raph. Vola.

Et vt teſtis eſt Raphaël Volaterranus, ſexdecim Antiochias condidit, vel olim conditas, & à ſe inſtauratas ita denominauit in memoriam patris, in honorem verò matris quinque Laodiceas: at ſuo nomine nouem Seleucias, quatuor verò ſuis vxoribus dicauit, nimirum tres Apameas, Stratoniceam vnã ab Apamea, & Stratonice vxoribus. Sub Antiocheno Patriarcha viginti prouinciæ olim ſitæ erant, quatuordecim Metropolitani, quinquaginta tres Epiſcopi, & in vrbe eius CCCLXVI. templa fuêre.

Antiochenæ vrbis prouinciæ quot.

Sed prætereà vrbes ſub duobus Primatibus, quos Catholicos vocabant, habebat: quorum alter Ironopolitanus, id eſt, Baldacenſis, quæ ciuitas quondam Babylon dicta eſt, alter verò Aucenſis, qui Perſidis Primas appellabatur, vt idem Raphaël prodidit.

Idem eodem loco.
Daphne quid.

Vltra Antiochiam eſt Daphne ad quinque miliaria, lucus ingens, & opacus, fontanis aquis irriguus: in cuius medio eſt fanum, & aſylum Apollinis, ac Dianæ delubrum, in quo Antiochenſes feſta celebrare conſueuerant.

Plin. lib. 5. cap 19.
III. Apamea.

Tertia Tetrapoleos ciuitas, eſt Apamea, quæ, vt Plinius ait, Marſya flumine irrigatur: vocataque Cherſonneſus ob aquarum circumfuſionem, & Pella ab Alexandro Magno cognominata ex patris nomine, quod huc milites Macedonum conuenirent, & equi alerentur.

IV. Laodicea.
Philo.
Volat. lib. 11. Geograph.
Pãphili martyris patria.
Caſij montis altitudo qualis.

Quarta ciuitas Tetrapoleos, eſt Laodicea, quæ prius Leuca ab Hebręis, poſteà vocata eſt Ramatha, vt Philo teſtatur, teſte Volaterrano. Huius vrbis ciuis extitit Pamphilus Martyr, cuius vitã conſcripſit Euſebius Cæſar. Poſt Laodiceam Caſius mons occurrit, adeò celſus, vt quarta vigilia no

ctis excipiat ſplendorem Solis. Vnde Iulianus Antiochiæ hyemans eum aſcendit, quo Solem ſecūdis gallicinijs per tenebras Orientem contueretur. Aſcenderat ante eum & Hadrianus. Ambitus ad cacumen 19. mill. paſſ. eſt, teſte Plinio. Et cùm Parthi aliquādo ex improuiſo ſuperueniſſent vrbi, & oppidani in theatro ſpectarent ludos, non præceps altitudo theatri impediuit hiſtrionem, quo minus proſpectaret hoſtem tenentem iuga montis, & exclamauit, aut ego inſomnium video, aut magnum imminens periculum. Neque omni anni parte Solem reddit hic mons, ſed æſtiuis ſolſtitialibus noctibus, quo tempore prope per duas horas æquales mons excipit ſplendorem manifeſtioris auroręç. Poſt Caſium eſt mons Anticaſius, quaſi & ipſe ſitus ſuper mare. Eſt autem diſtinctus hic mons Caſius Syriæ à Caſio mōte ſupra Peluſium ſecundum Aegypti, & Sarbonitidem paludem, qui ex arenis interdum excreſcit.

Plin. lib. 5. c. 22.

V. Syria Phœniciæ, à quo ſic dicta.

Quinta Syria, dicitur Syria Phœniciæ, à Phœnice Agenoris filio, qui Tyrum inſtaurauit, quæ eſt Metropolis, in qua & Sidon, & Sareptha continentur, & Berythus, & Tripolis, & Byblus. Iuxta Cœloſyriam Tyrus tractu quidem Auguſta, ſed varijs artibus, nouarumq; rerum inuentione ampliſsima. Eſt enim ſolers hominum genus, & ad belli, paciſq; munia eximiū, vt Mela inquit: cuius vetuſtatem antiqui hiſtorici, & Poetæ coarguunt. Scribit Ioſephus, per CCXL. annos ante templum Hieroſolymitanum cōditam: vnde eius meminit Ioſue in lib. ſuo: *Reuertiturq́, inquit, in Homa vſque ad ciuitatem munitiſsimam Tyrum, &c.* huius Rex Hiram cedros Salomoni cæſos pro templo ædificādo ſubmiſit. Erat olim DCC. paſſ. interuallo remota à littore, & planè inſula, in quam ponte patebat ingreſſus, antequàm Alexander aggere immiſſo eam continenti annecteret. Erat olim clariſsimum Aſiæ emporium, vt oſtēdit Ezechiel Propheta, qui eius prædicit, ac deplorat vaſtationem ſub Alexandro futuram. Nunc omnis ratio mercimoniorum tranſlata eſt Berythum, quæ modò vocatur Baruth, haud procul ab Lycij amnis oſtijs, & non procul à Tyro & Sidone. Fuitq; olim Tyrus clariſsima Romanorū colonia, parensque vrbium, vt teſtis eſt Plinius: nam ex ea prodierunt Leptis, Vtica, Carthago, & Gaddes. Inter Libanum & Tyrum eſt anguſtus tractus, latitudinis ſex millium paſſuum: & ibi ſunt portæ Syriæ diſtinctæ ab illis, quibus à Cilicia eſt ingreſſus per montes in Syriam non longè ab Alexandria, & Myriandro. Fines huius Syriæ non omnes conſcribunt æqualiter. Strabò ab Orthoſia, & amne Eleuthero, qui hodiè dicitur Vallonias. ad Peluſium illam extendit. Ptolemęus in Chorſei fluuij oſtio finit. Hieronymus in Iſaiam: *Carmelus, ait, eſt in confinio Palæſtinæ, atque Phœniciæ, Ptolemaidi imminens.* Sic ille. Et Tacitus inter Syriam & Iudæam Carmelum poſuit: & hoc, quia Phœniciam annumerauit ipſi Syriæ. In hac ergo eſt Ptolemais, ciuitas maritima ad Belum fluulum poſt Carmelum montem, quem à Meridie habet. Erat olim colonia Claudij Cæſaris: diſtat à Tyro ſecundùm Antoninum, per milliaria Italica XXXII. in finibus tribus Aſer. Hæc nunc dicitur Accon, Hieronymo, veteri nomine vocatur Accho: rurſus ait, olim vocatam Coth. Plinio vocatur Ace, à medela, quam Herculi dederat vulnerato ab Hydra, ex ſimilis ſpeciei herba in ea vrbe inuenta, vt teſtis eſt Stephanus. Poſteà à Ptolemæo quodam vocata eſt Ptolemais. Eſt fabricata in modum peltę, cuius duo latera ambiuntur mari: ſimilis Cherſonneſo. Tripolis dicta eſt à trium vrbium obtentu, ſcilicet Tyriorum, Aradiorum, & Sidoniorum. Et Pomponius trinum locum ſingulis ſtadiis interiacentibus Tripolim fuiſſe tradat. Sed Plinij ſententiæ magis videtur ſtandum, qui hoc ipſo loco Dioſpolim cenſet eſſe ſitam: totuſq; ille tractus conchylio, & purpura tingendis velleribus laudatiſsima celebris eſt. Et quia trans Libanum in littore Sidon iacet, & quicquid Phœnicia Syria circumfundit eo terrarum cōfinio, factum eſt, vt qui iuxta habitant, voce compoſita Syrophœnices dicerētur, perinde vt in alijs locis contingit; vt Celtiberi in Hiſpania, in Aſia Gallogręci. In Africa Libyęthiopes. Ex his erat illa Chananæa Syrophœniſſa, vt Marcus tradit Euangeliſta. Byblus in eadē ora nunc dicitur Gibeleth, Hebraicè Hēbal nominata eſt. Hic, teſte Strabone, erat Cinyræ regia; quem Pompeius capite percuſsit. Sic dicta, quòd in ea libri regionis eius incorrupti ſeruarentur, vt tradit Euſtachius. Huius ciuitatis fit mentio in tertio libro Regum, & apud Ezechielem: *Senes, inquit, Giblij & prudentes, &c.*

Huius Syriæ vrbes.

Tyrus quib⁹ olim rebus illuſtris.

Mela lib. 1. c. 12. in princ.

Ioſeph. lib. 8. Antiq. c. 3. in princ.

Ioſu. 19.

3. Reg. 5.

Ezech. 26.

Plin. lib. 5. c. 19.

De huius Syriæ magnitudine variè quid ſentiant Geographi.

Strab. lib. 16. ante diem.

Ptolem. lib. 5. c. 6.

Hieron. in c. 29. Iſai. procul à med. tom. 5. inst.

Tacit. lib. 18. à med.

Ptolemais.

Antonin. in Itinerar.

B. Hier. in lib. de locis Heb. lit. A. poſt med. & alibi, tom. 3. à med. Idem in Epitaphio Paulæ ſub initio, to. 2 circa med.

Plin. lib. 5. c. 19.

Steph. lib. de vrbib.

Tripolis vnde nomen habeat.

Pomp. lib. 1. c. 12.

Plin. lib. 5. c. 20.

Syrophœnices cur ita dicantur.

Marc. 7.

Byblus.

Strabo li. 16. aliquanto ante dimid.

Cur ſic dicta.

Euſtach. Epiſcopus.

Cap 5.

Ezech. 22.

Sequitur ſexta Syria Damaſci, quia ſcilicet Damaſcus in ea ſita eſt, de qua Iſaias: *Caput Syriæ Damaſcus*, & rurſus, *Eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & terminos eius in tumultum vertet. Syriam ab Oriente, & Philiſthijm ab Occidente.* Dicebatur eo tempore Damaſcus caput Syriæ; ſed tempore Græcorum, & Romanorum Antiochia caput facta eſt: de qua frequens mentio in libris Regum, & Paralipomenon, quoties

VI. Syria Damaſci.

Iſa. 7.

Infrà 9.

2. Reg. 3. ac 1. & 2.

Paralip. per multa Capita.

Eadē interdum cur di-

ſimpli-

ſimpliciter dicitur Syria. Et quia mons Libani in ea includitur, dicitur à quibuſdam Syria Libani, quæ deſcendit à monte Libano ad Iaboc torrētem: data dimidiæ tribui Manaſſe, ſed ex CLX. ciuitatibus, vt habet Ioſephus, non obtinuit niſi LX. tantùm.

Hemath quid, vnde denominētur, & quomodo nunc dicatur.

Ioſe. lib. 5. c. 3. Antiq. ſub init.

Hæc Syria Damaſci nō longè diſtat ab Hemath: quæ quid ſit, vnde dicta, & quomodo nunc vocetur, explicatur. Inter duodecim filios Chanaan, vt in Geneſi dicitur, poſtremus fuit Chamathi, ſiue Hamathæus, vt habet noſtra editio, qui nomen dedit huic ciuitati in Syria Damaſcena: vnde iungitur cum Damaſco in Scripturis ſæpè. Et vltimus fratrum in Terra illa Promiſſionis locum vltra Libanum accepit. De hac autē ſcribit Hieronymus in Quæſt. in Geneſim: *Amath vſque ad noſtrum tempus, tam à Syris quàm ab Hebrais, ita vt apud veteres dicta fuerat, appellatur. Hanc Macedones, qui poſt Alexandrum in Oriente regnauerunt, Epiphaniam nuncupauerunt: nonnulli Antiochiam ita appellatam putant; alij, licèt non verè, tamen opinionem ſuam veriſimili vocabulo cōſolantes, Emath primam ab Antiochia manſionem Edeſſam (nobilem Syria Cœles ciuitatem) pergentibus appellari putant, & eandem eſſe, quia apud veteres dicta ſit Emath.* Idem lib. de locis Heb. *Emath, in Iſaia Damaſci ciuitas, quam oppugnauit rex Aſſyriorum. Meminit huius Zacharias, & Ezechiel. In Amos quoque Emath Rabba ſcribitur, quod nobiſcum ſonat, Emath magna: diximus de hac & ſuprà, quòd nobis videretur hanc eſſe Epiphaniam iuxta Edeſſam: quæ vſque hodiè Syro ſermone ſic dicitur.* Idem in Ezechielem: *A quo,* inquit, *veniens in Emath, qua nunc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudeliſſimo, qui Ἐπιφανὴς eſt cognomento dictus.* Sic ille. Hinc Aquila, teſte Procopio, vbi habemus in Hebræo Emath, vertit Epiphaniam. Et in lib. Numerorum ponitur vt terminus Aquilonaris Terræ Promiſſæ: diſtinctus à Reblata contra Daphnin, id eſt, Antiochia Epidaphne, vt aliqui interpretantur: quāquàm Ribla, vel Reblatha alij non Antiochiam, ſed aliam ciuitatem eſſe velint, & Hebraicè non habetur, contra Daphnin, ſed, contra fontē, id eſt, nō longè à fontibus Iordanis. Huius ciuitatis rex Thou tempore Dauid, congratulatū de victoria in Adarezer Regem Soba hoſtem ſuum, miſit cum muneribus filiū ſuum: vt 2. Reg. habetur. Et ideò diſtinctū Regem habebat à Damaſco, qui amicus erat Regi Soba. Nomē etiā Emath, ab illa ciuitate regionem illam totam etiā verſus Euphratem denominabat: vnde Introitus in Emath, de quo in lib. Iudicum, & Regum fit mentio, eſt in medio monte Libano. Et vt ait lib. 2. Paralip. *Salomon abijt in Emath Soba, & obtinuit eam. Et ædificauit Palmyrā in deſerto.* Quicquid enim eſt poſt Libanum montem, etiam verſus Euphratem, dicebatur Emath; vnde pertranſeuntes Libanum, vel Phœniciam, dicūtur intrare in Emath.

Gen. 10.

4. Reg. 14.
Iſai. 10. & 36.
Hierem. 10.
Hier. tom. 3. à med.

Idem eodem.
Iſai. 10. & 11.
Zacha. 9.
Ezech. 47.
Amos 6.
Idē in Ezech. c. 4. non procul à fin. tom. 3. à med.

Procop. in Geneſis c. 11.
Num. 34.
Ibidem.

Cap. 8.
Emath, vrbis & regionis nomen eſt.
Iudic. 3.

4. Reg. 14.
2. Paral. 8.

Marc. 7.

Decapolis cur ita nominetur.

In hac includitur Decapolitana regio, quæ & Ituræa, & Trachonitis, & planities Libani. Huius meminit Marcus: hic dicta, quòd præter alias, decem cōtineat præcipuas vrbes, quæ iuxta Plinium, ſunt, Damaſcus, Philadelphia, Raphana, Scythopolis, Gaddara, Hippon Dion, Pella, Galaſa, Gamala, & Canatha. Has ſeptem Tetrarchiæ regnorū inſtar cingunt, Trachonitis, Paneas, Abyla, Arca, Ampeloeſſa, Gabe, & Ituræa. Sed non omnes eaſdē Decapolis ciuitates obſeruant, nec in ſitu conueniunt. Sunt qui cis Iordanē in latere Orientali finiri aiunt Decapolim: & huius ſententiæ eſt Brocardus in Deſcriptione Terræ Sanctæ, & ſequitur Iacobum de Vitriaco Patriarcham, & Sedis Romanæ Legatum. Hieronymus verò trās Iordanem illā ponit circa Hippum, & Pellen, & Gaddarā, alijs veriſimilius videtur, per partes vtraſq; tum cis, tū tras Iordanē extēdi. Nam Matthæus inter cis Iordanē connumerat prouincias, cū ait, *Et ſecuta ſunt eum turba multa de Galilaa, & Decapoli, & de Hieroſolyma, & de Iudaa, & de trans Iordanem.* Idem etiam probari poteſt ex eo quòd Ieſus venit ex finibus Tyri per Sidonē ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos, vt narrat Marcus. Quòd verò etiam ſit vltrà Iordanē, & Damaſcus ipſa oſtendit, atque aliæ ciuitates enumeratæ à Plinio, & Scythopolis maxima Decapolitanæ regionis ciuitas, teſte Egeſippo, Pella, & Philadelphia, & reliquæ, quæ in Arabiam recedunt. Idem etiam oſtenditur ex Euangelio: nam ille dæmonum legione liberatus, de quo Marcus, & iuſſus redire in domum ſuā ad ſuos, Diuinum beneficium prædicauit in Decapoli, hoc eſt in terra in qua morabatur. Hanc autem appellat Geraſam Lucas, quæ ſita erat trans Iordanem, ad quam Chriſtus nauigauerat. Has decem ciuitates ita enumerat Brocardus: *Tyberias, Sepheth, Cades, Nepthalin, Aſor, Caſarea Philippi, Capharnaum, Bethſaida, Chorozaim, & Betſan. qua & Scithopolis dicta eſt.*

Plin. lib. 5. c. 18.

Huius prouinciæ ſitus varius aſſignatur à Patribus.

Brocard in Deſcript. Terra Sancta.
Iacob. de Vitriac.
Hier. lib. de locis Heb. to. 3 à med.
Matt. 4.

Marc. 6.

Plin. loco praſcripto.
Egeſip. lib. de excidio vrbis.
Marc. 5.

Luc. 8.

Brocardus.

Decapoleos vrbium ſingularum deſcriptio.

Damaſcus.

Iam de ſingulis illarum à Plinio nominatis aliquid dicendū eſt. Damaſcus, nobiliſsima vrbs, in ſorte Nephthalin à Ioſepho poſita, diſtat itinere duodecim dierum ab Hieroſolyma: habet fluuiū: quē Stephanus vocat Βαρδίνην, Hieronymus Pharphar, quē Naaman Syrus potiorem fecit aquis Iordanis, iuſſus à Propheta ad Iordanis fluenta abire, & ibi lauari, vt lepra purgaretur. Io-

Ioſeph. lib. 5. c. Antiq.
Stephan. lib. de vrb.
Hieron. de locis Heb. tom. 3. a med.

ſephus

4. Reg. 5.
Damaſcus vnde ſic vocetur.
Ioſeph. lib. 1. c. 14.
Hierony. in quæſt. in Geneſim, eodem
Gen. 15.
Steph. ibid.
Iuſt. hiſt. lib. 30.
Tertul. lib. 3. aduerſus Marcionem circa dium.
Iob. 1.
Iobis patria quæ fuerit.
Act. 9.
Abel vbi occiſus.
Gen. 4.
Adam vnde formatus.
Suprà 2.
Infrà 3.
Quomodo verũ ſit iuxta Prophetam, Idumęos habitare in terra Hus.

ſephus nomen Damaſci inditum putat ab Hur quodam filio Aram filij Sem. Sed Hieronymus dictũ docet ab Eliezer filiũ procuratoris, qui Damaſcus vocabatur. Stephanus autem lib. de vrbi. à filio Mercurij homonymo, qui ex Arcadia colonos huc traduxerat. Iuſtinꝰ hiſtoricus à Damaſco Rege. Tertull. in Marcionem, Damaſcũ, ciuitaté Syrophœnicis ſcribit, quæ quõdã Arabiæ deputabatur. Eſt aũt inter Libanum, & Antilibanũ ſita: in hac olim exercuit poteſtatem Hur filius Arã: deinde illam vrbem vocauerunt Terrã Hus, quæ fuit patria Iobis, Dei ſerui potẽtiſsimi. Alij tradũt, Aſtaroth patriã fuiſſe Iobis, à ciuitate Damaſci xxv. mill. paſſuum in regione Hus diſtantem. Vnde LXX. interpretes in lib. Iob, vbi habetur, *In terra Hus*, ipſi verıunt regionem Auſitidem, quaſi Huſitidem, procul ab vrbe ad primum lapidẽ locus oſtenditur, vbi Saulus conſternatus minas ſpirare deſijt, & ex perſecutore propugnator Chriſtianę fidei eſt redditus. Oſtẽdunt quoque Damaſceni locum, in quo Abel occiſus eſt à Cain ex quo coniectura ſit, Adamum de paradiſo pulſum illas partes cum filijs ſuis inhabitaſſe. Nam ex campi Damaſceni terra, ſiue puluiſculo Adam conditus creditur.

Hierony. in Thren. c. 4. prope fin. tom. 5. à med.
Gen. 36.
Philadelphia.
Hier. in Am. Cap. 1.
Suprà 10.
Eius vocabulum vnde ductum.
Scythopolis.

Quod verò in Threnis à Hieremia dicitur: *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus*: difficultatem habet, quomodo Idumęi, qui habitant latus Meridianum extremum Terræ Promiſſæ, dicantur habitare in vltimo lateris Aquilonaris, id eſt, terra Hus. Reſpondet Hieronymus, Eſau, qui & Edom eſt vocatus, fratrem Iacob plures filios habuiſſe, & ex Olibama genuiſſe Iebus, & Ihelon, & Core; qui quidẽ Core fuit inſtaurator Damaſci, & Trachonitidis regionis. Poteſt quoque breuiùs & fortaſſe veriùs dici, Idumæos non tantùm habitaſſe montẽ Sehir Auſtralem Terrę promiſſæ, ſed etiã totum ferè latus Terræ Sanctæ Orientale, quod poſt Moabitas, & Ammonitas habitatũ fuit à filijs Edom in montibus vſq; ad terrã Damaſci. Philadelphia, vt tradit Hieronymus, trans Iordanem eſt, prius Amana vocata, & in ſacris literis nuncupata Rabba, ſiue, vt Græci legunt, Rabbath, quæ Metropolis eſt Ammonitarum, quàm obſedit Ioab atque cepit, vt habetur in 2. libr. Reg. propter iniuriam illatam legatis Dauidis, quibus mediam barbam totonderunt, & veſtes dimidiârunt: in cuius obſidione Vrias Hethæus Bethſabeæ maritus perijt, vt ibidem dicitur. Hæc ciuitas à Ptolemæo Philadelpho, Philadelphię cognomen accepit. Scythopolis, prius Nyſa dicebatur à Baccho in honorem ſuæ nutricis ibi defunctæ condita, eoque Scythis deductis, vt autor eſt Plinius, & ante omnia alia nomina dicta eſt Bethſan, & hanc Ioſe. li. de Bel. Iud. ponit non longè à Tyberiade cis Iordanem, & vocat maximam ciuitatem. Raphana, inter Orontem & Eleuterum fluuios ſita eſt. Gaddara, quæ & Seleucia, & Antiochia vocata eſt apud Plinium, vt alibi oſtendimus, diſtincta eſt à Geraſa, vel Gergaſa, etiamſi alij aliter ſentiant. Ioſephus ſcribit, hoc oppidum à Iudæis dirutum, Pompeium reſtituiſſe, Demetrij Gadderẽſis liberti ſui gratia. Gamala, vrbs Cœloſyriæ ſecundùm Strabonem, & Ptolemæum, vt refert Volaterranus: quam Ioſephus egregiè deſcribit, aſpero, & munitiſsimo ſitu eſſe poſitam: *Iugum*, inquit, *aſperum ex alto monte deductum, mediam ceruicem erigit: & vbi ſupereminet, in longitudinem tenditur: tantum contra decliue, quantum à tergo, vt cameli ſimilitudinem præferat: vnde nomen etiam duxit, niſi quod expreſſam vocabuli ſignificationem indigenæ ſeruare non poſſunt*. Sic ille. Diſtat à Chorozaim ſex milli. p. Dium verò Curuæ Syriæ Alexandri Magni opus fuit: quæ parum ſalubres aquas habebat. Hippus Palæſtinæ Ptolemæo, Hippodion Plinio, Hippon à Ioſepho appellata, id eſt, ciuitas equitum, qui huc ab Herode Rege miſſi ſunt. Pella, ab Alexandro dicta, quæ Prius Bruthis & Ematha, quam prius diximus vocari Apameam, licèt Hieronymus in Ezechielem, Stephanam aſſerat vocatam Apameam. Galaſa, quam inter ciuitates Decapolis ponit Plinius, putant quidam eſſe Geſaram. Canatha verò, ciuitas eſt in tribu Manaſſe, quæ alio nomine dicitur Nobe in libro Numerorum. Supra Curuam Syriam, ac Damaſcum eſt Chalcis, & Abyla, quę & Liſanium Ptolemæo dicitur, vnde & Abylatæ dicti, & Abylene Tetrarchia, quàm Ptolemæum Mineum tenuiſſe, dum viueret Auguſtus, deinde Liſanię filio relictam, certum eſt. Vnde Liſanias dicitur Abilene Tetrarcha. Sunt & aliæ præclaræ ciuitates verſus Euphratem: vt Emiſsia ciuitas, à qua Emiſſeni, ſeu Emeſſeni: cuius Epiſcopus fuit Euſebius ille Emiſſenus, qui libros aduerſus Iudæos & Gentes egregios ſcripſit, quos & laudat Hieronymus. Eſt præterea Aeliopolis, & Beræa, & maximè Mediterranea Hierapolis, quæ alio nomine Bambyce vocatur. Ab Ortu, & Septentrione celeberrimum eſt oppidum Zeugma, cum ponte memorabili, & tranſitu in Meſopotamiam trito: diſtat à ſinu Iſsico per CCCC. ſtadia, vt Strabo tradit. Sed inter alias eiuſmodi præcipua eſt Palmyra in ſolitudinibus, quæ Hebraicè dicitur Ra-

Idem lib. 3. de Bel. Iud. c. 16. init.
Raphana.
Gaddara.
Plin. lib. 5. c. 18.
Ioſeph. lib. 2. de bel. Iud. c. 5. in fin.
Gamala.
Volater. lib. 11. Geogr.
Cœloſyria, inn.
Strabo.
Ptolemæus.
Ioſeph. lib. 4. de bell. Iud. c. 1. init.
Dium.
Hippus.
Ptolem. lib. 5. c. 16.
Plin. eod. lib. c. 18.
Ioſeph. libr. 1. de bel. Iud. c. 5. in fin.
Pella.
Hier. in Ezechie. c. 47. poſt dim. tom. 5 à med.
Gelaſa.
Plin ibid.
Canatha.
Num. 32.
Chalcis.
Abyla, ſeu Liſanium.
Ptolem. lib. 5. c. 15.
Luc. 3.
Emiſſa.
Hier. in catal. Script. Eccleſ. tom. 1. à med.
Aeliopolis.
Beræa
Zeugma.
Strab. lib. 16. non procul à princ.
Palmyra.

Ezech.8.

mor apud Ezechielem, vel Thamar, Græcè Θαμμαρ quę ab Hadriano Principe vocata eſt Hadrianopolis: ſitu diuitis ſoli, & aquarum amœnitate ſpectabilis, licèt vaſto vndique arenarum ambitu includatur: quã ædificauit Salomon, vt habes in libris Regum, ac Paralipomenon: *Aedificauit*, inquit, *Palmyram in deſerto, & alias ciuitates munitiſſimas ædificauit in Emath. Extruxitq; Beth-horon ſuperiorem, & Beth horon inferiorem*, diſtat 27. milli. paſſ. à Damaſco, & à Babylone ſex dierum itinere remota. Ad Euphratem verò qui habitant, Parapotamiam incolere dicuntur, & ſunt vt plurimum Arabes Scenitæ. Palmyra verò media eſt inter duo Imperia Romanorum, & Parthorum, & prima in diſcordia: cuius ſemper vtrinque cura, vt eam poſsideat, vt docet Plin. diſtat ab Euphrate itinere vnius diei: in ea vrbe imperauit Zenobia ſub Galieno, & tanti animi extitit, vt deficere ab Imperio Romano auſa ſit: quam Aurelianus tamen vicit, & triumphauit. Hæc ſolitudo Palmyrena eſt in eo loco, qua Euphrates ad Orientẽ conuertitur, & pertingit vſque ad Petram Vrbem, & Arabiam Felicem. Vltra Palmyrã in ſolitudinibus Arabiæ ſunt Bathanæi populi, teſte Ptolemæo.

3. Reg. 9. 2. Paral. 8.

Arabes Scenitæ ferè, quinam illi.

Plin. lib. 5. c. 22.

Ptolem. lib. 5. c. 15. in fin.

DESCRIPTIO SYRIAE Palæſtinæ.

SEptima atque poſtrema eſt Syria Palæſtinæ, quæ & Iudæa dicitur, & à quibuſdam Cœleſyria; ſed vt puto, non ſatis accuratè, cùm illa ſita ſit prope Damaſcũ, & illius ſit pars. Et quia in hac magis propriè ſita erat Terra Promiſsionis, propterea in illa deſcribenda cogimur eſſe paulo diligentiores. Circa hanc igitur primò expediemus voces, quibus eſt denominata: ſecundò de terminis eius, & an tota in poſſeſsionem ceſſerit Iſraelitarum: tertiò, de magnitudine eius, & amplitudine: quartò de qualitate & bonitate: quintò, de multiplici diuiſione illius: ſextò, de circumiacẽtibus regionibus, & populis, quibus eſt cincta Terra Promiſſa, diſſeremus. Vt primum præſtemus, quatuor pręſertim verbis denominari ſolet, nimirũ, Terra Chaam, & Terra Promiſsionis, Iudæa, & Palæſtina. Terra quidem Chanaam, à primis habitatoribus, ſeu cultoribus, qui fuerunt filij vndecim ex vno Patre Chanaã filio Cham vltimo progenito: pater ergo cum filijs totam illam regionem habitârunt, quam poſteà filij Iſrael occupauerunt, & a parente omnium, dicta eſt Terra Chanaam, qui etiam excellentiorem eius partem occupauit prope Pentapolim, & Hieroſolymam, vt à nobiliori etiam parte nomen acciperet. Secundò, dicta eſt Terra Promiſsionis, quia ex mera Dei liberalitate, populo ex Abraham deſcendenti, promiſſa longè antè à Deo, tũ Abrahæ, tum Iſaac, & Iacob, tum denique Moſi, & per illum toti populo in captiuitate Aegyptiaca ſeruienti. Non fuit autem exhibita ſine duplici ſpecie iuſtitiæ: altera quidem; quia illa Terra paſſa inuaſionem fuerat à filijs Chanaam per violentiam, & occupata ab eis, & erepta à filijs Sem, quibus iure debebatur: vt etiam Nemrod filius Cham occupauit Babyloniam ab eiſdem. Quod indicat Clemens Romanus his verbis: *Tertiadecima generatione cùm ex tribus filijs Noë vnus qui erat medius, patri feciſſet iniuriam, poſteritati ſuæ ex maledicto conditionem ſeruitutis induxit: cum interim ſenior frater habitationis ſortem eam, quæ eſt in medio terræ, ſuſcepit, in qua eſt regio Iudæa. Iunior verò Orientis plagam ſortitus eſt, ipſe autem Occidentis accepit.* Et infrà: *Nonadecima generatione poſteri illius, qui poſt diluuium maledictus eſt, proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus ſorte ſuſceperant, eos, qui medium terræ fuerant ſortiti locum, in terras Orientis expellunt, & vſque ad Perſidem fugant, ipſiq; in expulſorum locis iniqua ſorte ſuccedunt.* Et infrà de Abraham verba faciens, ait: *Ab initio tamen cæteris tamen errantibus, ipſe cùm arte eſſet Aſtrologus, ex ratione, & ordine ſtellarum agnoſcere potuit conditorem, eiuſq; prouidentia intellexit cuncta moderari. Vnde & Angelus aſſiſtens ei per viſionem, plenius eum de his, quæ ſentire cœpit, edocuit, ſed & quid generi eius, & poſteritati deberetur, oſtendit; & non tam eis danda hæc loca, quàm reddẽda, promiſit.* Hactenùs ille. Fuit & altera ſpecies iuſtitiæ: quòd & Chananæorum, & Amorrhæorum iniquitates complerẽ inde expelli eos poſtularẽt; & benefacta, & religio Patriarcharũ Abraham, Iſaac, & Iacob, digna eſſent illarum ſedium remuneratione: cui addita eſt virtus, ac bellica fortitudo, quibus iuſto bello eos illinc expulerunt. Quemadmodum nobis quidem promittitur cœleſtis regni corona, & merces: ſed non obtingit niſi nobis laborantibus, & in iuſtitia ad finem vſq; vitæ perſeuerantibus. Tertiò, dicta eſt Iudæa à Iuda, id eſt, tribu Regia, & principali inter alias omnes duodecim: vt inde vocati ſint Iudæi. Tribus etiam Iudæ optimam terræ illius partem acceperat; & vicina erat templo, & ciuitati Hieroſolymæ, quæ Regia erat ciuitas, & ſancta. Poſtremò, etiam dicta eſt Palæſtina, magis ab Ethnicis, & externis ſcriptoribus, vt Pomponio, Plinio,

Syriam Palæſtinæ à Cœleſyria vnde conſtet eſſe diſtinctam.

Huius Syriæ appellationes quatuor.

Terra Chanaam vnde denominata.

Gen. 10.

Terra Promiſsionis cur dicta.

Infrà 12. & aliàs.

Infrà 26.

Infrà 31. & aliàs

Iudæi Terrã promiſſam obtinuerunt duplici nomine.

Gen. 10.

Clem. Rom. lib. 1 recog. circa princ.

Suprà 9.

Idem ibidem.

Idem ibidem.

Abrahã [illegible] logus fu[illegible] perhibet[illegible]

Gen. 15.

Gen. 15.

Promiſſum regni cœleſtis [illegible] qui tantum arripiunt.

Cur appellata Iudæa.

Infrà 47.

Cur item Palæſtina, & à quibus.

Pomponius

Prole-

bro 2. n. init. Ptolem. lib. 5. c. 16. Herodo.

Ptolemæo, & Herodoto, atque alijs, à ciuitatibus illis præcipuis Philiſthinorum, quæ mare iſtud illuſtrabant: quæ quidem ciuitates eum terra Iudæorum confundebantur, & cum illa erant commixtæ.

Qui fuerint termini Terræ Promiſſæ.

Ad ſecundum: Termini terræ promiſſæ habentur Num. 34. & Ezech. 47. Sed præcipuè expediemus literam libri Numerorum, vbi à Meridie conſtituit ſolitudinem Sin, quæ eſt iuxta Edom per Cades-barne vſque ad torrentem Aegypti, qui eſt non Nilus, ſed Rhinocorura. Vbi nota, quòd deſcribitur terminus Auſtralis, nó quidem linea recta, ſed vt locorum exigit ſitus: ideò in litera dicitur: *Circuibũt Auſtralem plagam, &c. & peruenient ad Meridiem vſque ad Cades-barne.* Et apud Ezechielem ita habetur: *A Thamar* (id eſt Palmyra) *vſq; ad aquas contradictionis Cades: & torrens vſque ad mare magnum.* A mari enim magno Occidentali, vbi flumen Rhinocorura intrabat, & tranſibat per Idumæam, & deſertum Sin, vſque ad mare mortuum pertinebat. In libro verò Numerorum, primo loco ponitur deſertũ Sin, quæ eſt media pars termini Auſtralis inter Cades-barne, & Idumæam, & Aſcenſum Scorpionis, qui ponitur inter terminos Auſtralis partis, & Hebricè dicitur Acharabim; quod vel proprium nomen eſt loci, vt quidam volunt, vel ſcorpiones, ſpinasve ſignificat, eo quòd, vt habetur in Deuteronomio, ambulare fecit per deſertũ magnum, & terribile, in quo erat ſerpens flatu adurens, vel, vt Hebræa habent, Vehacharab, id eſt, ſcorpio, ac dipſas. Munſterus tribus terminis concludi hũc terminum Auſtralem tradit, nimirum Aegypto, quæ eſt iuxta latus Occidentale Edom, ea, quæ eſt, ad latus Meridiei, & terra Moabitarũ verſus Oriẽtem. Nam Iudæi ex Aegypto egredientes, uon rectà profecti ſunt in Terram promiſſam, ſed maguam partem Meridionalis lateris; & ferè totum latus Orientale peragrârunt ante Terrę ingreſſum. Plaga verò Occidentalis Terrę promiſſæ à mari magno incipiet, & ipſo fine concludetur. Et additur apud Ezechielem: *Et plaga maris mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath,* id eſt, Syriam, ſiue vt Geneſ. 10. ponuntur termini populorum Chananæorum à Sidoue ad Geraram. Et Zachar. 9. *Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon. Porrò ad Septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vſque ad montem altiſſimum. A quo venient Emath vſque ad terminos Sedada. Ibuntq; confinia vſque ad Ebrona, & villam Enan.* Loco montis altiſſimi, Hebræa veritas habet, montem môtis, vel montem Hor; quem Hieronymus explicat de mente Hebræorum, eſſe Amanum montem prope Ciliciam. Hieronymus ab Oleaſtro intelligit montem Hor, in quo mortuus eſt Aaron: quod falſum eſt, cùm ille ad Meridiem Terræ Sanctæ ſitus ſit, & non longè diſtet à mari Salſiſſimo, de quo in lib. Numerorum fit mentio, quòd ſitus ſit in finibus terræ Edom. Alij verò interpretantur de Libano monte: quod videtur magis literæ cõſentaneum, & veritati. Veritati quidem, quia nũquàm Dominus Syriam promiſit Iudæis; at ſi Amanus mons eſſet terminus Aquilonaris, omnis Syria extra Euphratem ſpectaſſet ad filiorum Iſrael ditionem, quòd nullus vnquàm dixit: Literæ verò, quia ſubdit: *A quo venient in Emath vſque ad terminos Sedada.* Et in libro Ioſue: *Libani quoque Regio,* inquit, *contra Orientem, à Baalgad ſub montem Hermon, donec ingrediaris Emath.* at Emath, Epiphania eſt, vt diximus, poſt Libanum montem non longè à Damaſco. Ab Oriente verò conſtituit terminos à môte Libano, vel de villa Enan vſque Sephama (quæ Apamia dicitur teſte Hieronymo) & de Sephama in Reblaha contra fontem Daphnin, quam quidam putant Antiochiam Epidaphnen dictam: quod durum videtur. Quia Antiochia Epidaphnes nullum terminum pręſtat Terræ promiſſæ, cùm longè ab ea diſtet, & potiùs ſit ad Septentrionem, verſus Occidentalem partem, quàm Orientalẽ terminum. Et ideo alij probabilius docent, ſuiſſe aliam ciuitatem ſic vocatam: & Hebraicè dicitur: Ab Oriente Haim, vel coutra fontem: eo quòd fortè reſpiceret fontes Iordanis, ponendo more Hebræo fontem, pro fontes. Et conſonat his quæ ſubdit: *Inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth. Et tendent vſque ad Iordanem, & ad vltimum ſalſiſſimo claudentur mari.* Eugubinus putat eſſe lacum celebrem in Euangelio, Geneſareth dictum, licèt à Munſtero carpatur: ſed immeritò ſanè. Hic terminus ita deſcribitur ab Ezechiele: *Porrò plaga Occidentalis de medio Auran, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terra Iſrael, Iordanis diſterminans ad mare Orientale, id eſt, mare mortuum.* In qua diſtributione videtur cõcedere aliquid ſupra Iordanem, & mare Cenereth, quod libro Numerorum non eſt pollicitus. Nam ibi erât tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe: nam Dominus plura dare quàm promiſerit, conſueuit. In Geneſi tamẽ productiores terminos Abrahæ promiſit, nempè *à fluuio Aegypti ad fluuium magnum Euphratem. Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoq;, & Amorrhæos, & Chananæos, &*

Num. 34. — Ezech. 47. — Num. 34.

Acharabim Hebraicè quid. — Deut. 8.

Munſterus recens noſtri ſeculi ſcriptor.

Ezech. 47. — Gen. 10. — Zach. 9. — Num. 34.

Quem Scriptura dicat montem altiſſimum.

Hieron. in ca. Ezech. 47. à med. tom. 5. — Hierony. ab Oleaſtro. — Num. 20. infrà 34. ac ſæpè aliàs.

Ioſu. 10. — Num. 34. — B. Hieron. in dicto loco.

Antiochia Epidaphnes vbi ſita.

Numerus ſingularis pro plurali, & è contrario, ſæpè in Hebræo ponitur.

Auguſt. Eugubinus. — Munſterus. — Ezech. 47.

Quid proprium Diuinæ munificentiæ. — *Gen. 15.*

Gergeſaeos, & Iebuſaeos. Et in Deuteronomio: *Omnis* inquit, *locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit: à deſerto, & à Libano, & à flumine magno Euphrate vſq; ad mare Occidentale erunt termini veſtri.* Item in Exodo: *Ponam terminos tuos à mari Rubro vſque ad mare Palæſtinorum, & à deſerto vſque ad fluuium:* ſcilicet Euphratem. Vides quatuor terminos longiores illis libri Numerorum. Atq; hoc impletum eſt, cùm Dauid ſubegit Palæſtinos, Idumęos, Moabitas, & Ammonitas; Syriam Damaſci, & Syriam Soba vltra Euphratem. Vnde rectè dicitur in 2. libro Regum: *Et percuſſit Dauid Adarezer filium Rohob Regem Soba, quando profectus eſt vt dominaretur ſuper flumen Euphratem.* Hoc vltimum iuxta Hebręum dicitur: Quando profectus eſt ad faciendum reſtituere terminum ſuũ ſuper flumine Euphrate: vbi vocat terminum ſuum, ſcilicet à Deo promiſſum.

Deut. 1. 8. & 11.
Exod. 23. & 30.
Dei promiſſiones de danda Iudæis terra quando fuerint adimpletæ.
Cap. 8.
Quare Iudęi totam ſibi Terram Promiſſam initio non occupauerint.

Etſi verò terra tota intra hos terminos concluſa, ſpectaret ad filiorũ Iſrael ditionem; nunquàm tamẽ in integrum poſſederunt. Cum quia non erant tot numero populi, qui terras illas implere poſſent. Vnde Dominus dixit: *Non eÿciam eos à facie tua anno vno; ne terra in ſolitudinem redigatur, & creſcant contra te beſtiæ. Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas terrã.* Tum quia voluit illos continuis bellis atterere in eorum bonum. Vnde in lib. Iudicum dicitur: *Hæ ſunt gentes quas Dominus dereliquit; vt erudiret in eis Iſraelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: Et poſt ea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi: Quinq; Satrapas Philiſthinorum, omnemq; Chananæum, & Sidonium, atque Heuæum qui habitabat in monte Libano, de monte Baalhermon vſque ad introitum Emath, &c.* Itaque filij Iſrael habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuęi, &. Iebuſæi. Adhæc in Deuteronomio habetur, filios Iſrael in regnis Sem Regis Amorrhęorũ, & Og Regis Baſan non deſtruxiſſe, Geſſuri, & Machati, ſed permanſiſſe in præſentẽ diem. Vnde & Geſſura tempore Dauidis habebat Regẽ Tholomai, cuius filiã Maacha duxit Dauid in vxorẽ, & ad eum Abſolon, quando interfecit fratrẽ Amnon, cõfugit, & per triennium hæſit, quaſi cũ auo materno, vt habet Ioſephus: quia erat filius Dauid ex Maacha filia Tholomai, vt habes in lib. Regum 2.

Exod. 23.
Iudic. 3.
Deut. 30.
2. Reg. 3.
Infrà 13.
Ibidem.
Ioſeph. lib. 7. Antiquit. c. 8. in princip.
Suprà 3.

Quòd ſi (vt tertium expediamus) conſideremus diuitias bonitatis Diuinæ, ac liberalitatis, & Terræ promiſſæ paruitatẽ; mirabitur fortaſſe quiſpiam de Diuinæ ſapientiæ conſilio. Nam reuera exigua terræ portio erat, vt dicit Hieron. ad Dardanum: *Vtique à Dan vſque ad Berſabee, quæ vix 160. milliũ paſſ. in longum ſpatio tenditur. Neq; enim Dauid, & Salomon potentiſſimos Reges, exceptis his, quos poſt victoriam in amicitiam receperunt, plus tenuiſſe Scriptura teſtatur. Et hoc dico, vt taceã quinq; Palæſtinæ ciuitates Gazam, Aſcalonem, Geth, Accaron, & Azotum, Idumæos quoque à Meridiana plaga vix 75. millibus, ab Hieroſolyma ſeparatos, Arabes, & Agarenos, quos nũc Saracenos vocant, in vicinia vrbis Hieruſalẽ. Pudet dicere latitudinem Terræ repromiſſionis, ne Ethnicis occaſionem blaſphemandi dediſſe videamur. Ab Ioppe vſq; ad viculum noſtrũ Bethlehem, 46. millia ſunt: cui ſuccedit vaſtiſſima ſolitudo plena ferocium barbarorũ, de quibus dicitur: Cõtra faciem omniũ fratrum tuorũ habitabis, & quorũ facit Poeta eloquentiſſimus mentionem:*

Quo ſit Diuino conſilio factum, vt tã parua, & exigua Iudææ portio qualis eſt Palæſtinę.
Iudæis obiecta.
Hieron. epiſt. 129. à med. ad ante dimid.
Saraceni quinam.
Gen. 16.

Lateq; vagantes
Barcæi;

Virgil. 4. Aeneid.

ab Barce oppido, quod in ſolitudine ſitũ eſt: quos nunc corrupto ſermone Afri Baricianos vocant. Et ſubdit: *Hæc eſt, Iudæe, tuarum longitudo, & latitudo terrarũ; in his gloriaris; ſuper his te per diuerſas prouincias ignorantibus iactitas. Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute noui.* Hęc ille. Brocardus tamen, qui totam illam Sanctam Terram proprijs oculis luſtrauit, ſcribit eius latitudinem, videlicet à mari Magno ad Iordanem, id eſt, ab Occidente ad Orientem, nõ excedere 26. leucas; eius verò longitudinem, quæ ſumitur ab Aquilone ad Auſtrum, videlicet à Dan, quæ nunc dicitur Velenas, & olim Cæſarea Philippi, vſque Berſabeæ, dicta nunc Giblin, vix continere 120. leucas: vel à Sirbonitide palude vltra Rhinocoruram, ad mare mortuum, centum milliaria: & paulò anguſtior eſt latitudo Septentrionalis à Sidone ad Damaſcum per Libanum. Longitudo Orientalis, à monte Galaad Petram deſerti apud Moab. Quod ſi conſulas Ptolemæum, & iuxta Geographos metiaris longitudinem, & latitudinem, longitudinem habet 64. in principio, 65. in medio, 67. in fine: latitudinem verò ab Ioppe ad montes Arabiæ imminentes Iordani, 32. in principio, 31. in medio, 30. in fine. Si igitur contempleris terram quàm breuiſsimis terminis circumſcriptam à Deo eſſe promiſſam, & armis ſuis, ac bello partem; adde, illam quidem non plenè poſſeſſam à Iudæis, ſed nõnullis ciuitatibus pręcipuis fuiſſe ſpoliatos, vt paulò antè diximus: & nec illam quidem diu poſſadiſſe, ſed plerumque ab ea abductos in captiuitatẽ, & per Salmanaſſar Regem Aſſyriorum, & per Nabuchodonoſor Regem Babylonis, & per Antiochum Epiphanem in diuerſas terras diſperſos: ita vt tempore Chriſti Iudæi ex omni natio-

Contra Iudæos.
Iuuenal.
Brocardus quales deſcribat terminos Palæſtinæ.
Ptolem. lib. 5. c. 16.
Eiuſdẽ Terræ magnitudo ſecũdũ Ptolemæum, & alios.

ne, &

ne,& mundi regionibus, in quas erant diſſipati, confluerent Hieroſolymã: facilè intelliges, Dei conſilium fuiſſe, vt Iudęi terrę illius inuitamento allicerentur ad ſeruandã legem, ſub cuius obſeruatæ conditione oẽs promiſsiones intelligẽdæ erant; & propter peccata ſua meritò ſpoliatos fuiſſe. Qua de re audi eundem Hieron. in eodem loco dicentem: *Quòd ſi obieceris, terram repromiſsionis dici, quæ in Numerorum volumine continetur: à Meridie Maris Salinarũ per Sina & Cades barne vſque ad torrentem, qui iuxta Rhinocuram mari magno influit: & ab Occidente ipſum mare Palæſtinæ, Phœnicis, Syriæ Cœles, Ciliciaq́; pertenditur: ab Aquilone Taurum montem, & Zephyrium vſque Emath, quæ appellatur Epiphania Syriæ: ad Orientem verò per Antiochiam, & lacum Ceneſereth, qui nunc Tyberias appellatur, & Iordanem, qui mari influit Salinarum, quod nunc mortuũ dicitur, trans Iordanem autẽ duarum ſemis tribuum poſſeſsio eſt, Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe: & ego confitebor hæc tibi repromiſſa, non tradita, ſi obſeruaſſes mandata Dei, & in præceptis illius ambulaſſes: ſi non pro omnipotente Deo coluiſſes Beelphegor, & Baal, Beelzebub, & Chamos: quos quia prætuliſti Deo, omnia, quæ tibi repromiſſa fuerãt, perdidiſti. Et mihi in Euangelio promittuntur regna cœlorum, quæ mihi Inſtrumentum Vetus omninò non nominat: ſed ſi non fecero quæ præcepta ſunt, nequaquàm erit culpa in promittente, ſed in me, qui promiſſum accipere non merui.* Hæc ille.

Hieron. antè productus.
Num. 34. & ſeq.
Repromiſſã Iudæi cur nõ acceperint terram, teſte Hieronymo.
Baruch. 3.
Num. 25. & alibi.
3. Reg. 18.
4. Reg. 1.
Num. 21. & alibi.
Qua lege nobis promittantur regna cœlorum.

Voluit etiã Deus in illa Terra promiſſa ad aliam potiorem, & excellentiorẽ terram euehere; vt contemptis corporeis, & ſenſibilibus, ad ſpiritualia, & cœleſtia expetenda animos erigeret. Vnde Abraham nec paſſum quidẽ pedis poſſedit in ea, teſtimonio Stephani: *& fide demoratus eſt in Terra repromiſsionis in caſulis habitans cum Iſaac, & Iacob, & cohæredibus repromiſsionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex, & conditor Deus. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſsionibus: ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram.* Hæc Paulus, docens, patres in illa Terra Chriſtum agnouiſſe, æternamq́ue patriam expectaſſe; ac proinde frequenter illius promiſſę Terrę poſſeſsione ſpoliabantur. Nec, vt arbitror, ob aliã magis cauſam Deus etiam Chriſtianos illa terreſtri Hieruſalem ſpoliauit, quàm vt intelligant non in terra, ſed in cœlis; non oculis, ſed fide, bona nobis promiſſa quærenda eſſe, & vt Apoſt. dixit: *Quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt, ſapite, nõ quæ ſuper terram.* Hinc Patres, vt idem Apoſtolus docet, iuxta fidem defuncti ſunt, nõ acceptis repromiſsionibus, ſed à longe eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitẽtes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram. Expectabant enim (vt paulò antè dixerat) fundamenta habẽtem Ciuitatem; cuius artifex, & conditor Deus. Voluit denique Deus Iudęos per vniuerſum orbem diſpergi; vt, quoniam illis facta erat Meſsię repromiſsio, pollicitationis huius notitia & odor ad Gentiles perueniret; & faciliùs Apoſtolos annuntiantes eius aduẽtum, & mortem pro mundi ſalute perpeſſam, ſuſciperent, & amplecterentur.

Act. 9.
Heb. 1.
Qua Dei voluntate factũ ſit, Hieruſalẽ vt in manus Barbarorum veniret.
Coloſſ. 3.

Accedamus ad quartum, vbi de bonitate, & excellentia illius Terræ agendum eſt. Nam etſi illa terra quantitate parua exiſteret, erat tamen multis, & illis quidem præſtantibus qualitatibus prædita. Nam in primis & cœli temperie, & ſoli vbertate, & aeris ſalubritate, & frugum omnis generis, & pecorum, & armentorum copia; & abundantia erat cumulata: nec tantùm earũ rerum, quæ ad vitam hominum tuendã ſunt neceſſaria, ſed etiã eorum, quę ſolent hominibus eſſe in delicijs, eſt feraciſsima. Hinc per Moſen dicitur terra lacte, & melle manans: cuius quidem terræ laudes cõcinens, dixit: *Conſtituit eum ſuper excelſam Terram; vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumq́; de ſaxo duriſsimo: Butyrum de armento, & lac de ouibus, cũ adipe agnorũ, & arietum filiorum Baſan, & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ biberẽt meraciſsimum.* Habebat duo nucum genera, & amygdalas; & quæ Græcis & Latinis piſtacia dicuntur, ab Hebræis verò בטנים, de quibus Geneſis facit mentionem. Deinde nemo facilè aut mente capere, aut verbis explicare valeat, quantam hominum multitudinem aleret, quãtam vrbium etiam munitarũ frequentiam, quanta regna illa exigua Terrę porticuncula cõtineret. Nã præter 31. Reges, quos Ioſue decollauit vno die, erant Reges Sidonij, Tyrij, & Palæſtini ad mare habitantes. Illa etiam regio pluribus, atque illis altiſſimis, & cultis montibus conſtabat: vltra quadruplum maiorem ſui vſum præſtabat, quàm ſuperius cœlum, aut inferior terra ſpatia definiebat. Conſtat enim, montes altos quaternis ſuperficiebus quadruplum ferè ſubiectę areæ magnitudinẽ continere, & natiuũ Solis calorem intra viſcera ſua, & anfractus ad multiplicia rerũ genera proferẽda pro hominis commoditate ſeruare ſolere. Ex quibus, præter metalla, vineas, & animantia, multi ſcaturire ſolẽt fontes, qui terrã reddũt fertiliorem. Solent aũt qui magnis à Deo acceptis terræ beneficijs abutuntur, grauiter delinquere: & ideo à

Quanta Palæſtinæ ſoli fœcunditas, cœliq́; temperies.
Deut. 32. & ſæpè alibi.
Gen. 43.
Ioſu. 12. & ſeq.
Eiuſdẽ Terræ montes quã feraces.

Domino increpantur. Nam poſt primo loco producta verba Moyſi ſubditur: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorē ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Et in Geneſi dicitur: *Eleuatis itaque Loth oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur, antequā ſubuerteret Dominus Sodomā, & Gomorrham, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Aegyptus venientibus in Segor.* Et infrà: *Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Illud quoq; teſtatur bonitatem, & excellentiam terræ illius, quod eius opulentia & feracitas inuitabat Reges, non tantùm vicinos, ſed etiā longè habitantes, ad eam deprędandam, & capiendam, vt Aegyptios, Aſſyrios, Babylonios. Erat etiā prȩclara balſamo, quòd Iudæa ſola prȩſtantiſsimū proferebat, vt docet Plini⁹; & aquis calidis, & ſalubribus in pluribus locis ad corporum valetudinem reſtaurandam, & ſanitatem reparandam abundabat. Habebant & in ea Diuinæ iuſtitiæ peccatorū vltricis exemplū manifeſtum, in quatuor illis ſceleratis ciuitatibus à Deo ſempiterna ignominiæ nota percuſsis; & habitatores cōmoneſaciens, vt à tam horrendo ſcelere, & flagitio ſibi cauerent.

Deut. 32.
Gen. 13.
Iudæa cur tot, tantiſq; Barbarorum pateret incurſibus.
Eadem ſola balſami præſtātiſſimi ferax eſſe perhibetur.
Plin. lib. 12. cap. 25. & li 16. cap. 31.
Gen. 19.

Situs quoq; eius Terræ non videtur ſua laude carere. Erat enim in quarto climate mundi, & in medio terrȩ tūc habitabilis; vt rectè dixerit Propheta: *Deus aūt noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutē in medio terræ.* Vt inde facilè diffundi poſſet in oēs alias orbis partes, ſiue Africæ, ſiue Aſiæ, ſiue Europȩ, populi Dei legē ſuā profitentis cognitio, & bonus odor. Erat deniq; mari cincta, lacubus, amnibus, fontibus, portubus, ad nauigationis, & mercimoniorū commoditatē, & diuitias. Acceſsit illi poſteà maior gloriæ cumulus ex populi Iſraelitici in eā ingreſſu, atque ex templo, & puro cultu Dei, & Prophetarum, & iuſtorum, & ſapientiū hominum multitudine, quibus maximè eſt illuſtrata: ſed nulla maior eius nobilitas, & gloria, quàm ꝙ Filius Dei corporatus illā ſuis calcauit pedibus, & præſentia, & prædicatione, & morte pro vniuerſorū hominum ſalute decorauit, atq; illuſtrauit. Hæc omnia etſi ꝑ ſe ſingula magna ſint, & illuſtria, quāto magis vniuerſa ſimul poſita eam vehementer commendare, atq; exornare debent? Circa quintum conſidera, quintupliciter illam nos poſſe partiri terrā: aut dum fuit ſub ditione Chananæorū, aut dum fuit poſſeſſio filiorum Iſrael per tribus diſtributa, aut dum fuit ſub Regibus Iudȩorum, aut dum ſub Græcorum, vel Romanorum dominio fuit; ſiue Iudæis ſub illis viuentibus, ſiue inde expulſis, & in vniuerſum ferè orbem diſperſis.

Situs Palæſtinæ qualis.
Pſal. 73.
Iudæa vnde maximè nobilitata, atq; illuſtrata.
Quadruplex diuiſio Palæſtinæ.

Quando ergo primùm fuit ſub Chananæis, qui videntur eius primi fuiſſe habitatores, ædificatores, & cultores, vel, vt diximus, inuaſores, & occupatores terræ ſpectātis ad filios Sem diuiditur in duodecim gentes, de quibus habes verba in lib. Geneſ. *Chanaan aūt genuit Sidonem primogenitū ſuū, Hethæū, & Iebuſæū, & Amorrhæum, & Gergeſæum, & Heuæū, & Aracæū, Sinæum, & Aradiū, Samaræū, & Hamathæū: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum: factiq; ſunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vſq; ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamā, & Seboim vſq; Laſa.* Hæc ibi. Gerara, ciuitas proxima Palæſtinæ, quæ Regē ſuū habebat, de quo in Geneſi fit mētio. Nota ergo numerato parēte eorū, duodecim fuiſſe, qui totā terrā, & paulò plus occupauerūt. Primus Sidō primogenitus occupauit maritimam oram ab Aquilone ad dexteram, vſque ad Palæſtinam, & erat fluuio ex Libani montis fontibus educto proxima: ab eius poſteris Aſor, ſiue à noſtris Tyrus condita: in maris exigua inſula, vrbis & ædificiorū capaci, exiguo interuallo à cōtinente diuiſa. Dextera, lȩuaq; portubus inſtructa: nomen habet ab anguſtia, ſiue fortitudine loci: vnde & per Iſaiā dicitur fortitudo maris. Interiora regionis loca, & oppida antiqua fuēre, Helim ad radices Libani, Beth, Enath, Cedes, & Orez; & Regio omnis ab elegātia, dicitur φοινιξ, Latinis Punicia, vel Phœnicia: hoc enim incolarū ſignat כנען. Huic proximus verſus Ortum conſēdit Heth, à quo tota Regio, & gens deſcendit: nā quodlibet horum nomē ſignificat, primò filium aliquem Chanaan, deinde gentem ex eo proſeminatam; tertiò loca, vel terras quas inhabitabant; vſque ad montē Gelboe. In hoc tractu prȩcipuus eſt mons Thabor, ab vmbilici forma, quā referre videtur, dictus: vrbes antiquæ, Chylet, Cophec, & Rimmō, & præcipua, ac Regia Achſaph. Tertius ad dexterā Iebus proceſsit, & genti Iebuſæorū nomen reliquit: maxima vrbs apud illos, ac Regia eſt Iebus, à conditore filio Chanaan in mōtibus conſtructa. Eadem dicta Salem, quā poſteriora tempora ob editionem ſitum Hieruſalaim vocauerunt; quòd altera eiuſdem nominis apud Chananæos eſſet Salem. Ad hanc regionem pertinet Maſpha mons cum vrbe, & turri eiuſdem nominis ab ſpecula habiti, cuius vſum locus ille præbebat. Et monte Almon fluuius influit in Iordanē non longè ab oſtio, quo mare Salis aperitur. Ab Occaſu campus magnus monti immioet

Prima diuiſio.
Gen. 10.
Filij Chanaā, Chananæorum vnde genus propagatum eſt, qui fuerunt.
Horum ciuitates, & oppida.
Gerara.
Gen. 20.
Vnde denominata.
Iſai. 23.
Phœnicia cur ſic appellata.
Heth, Hethæi.
Thabor cur ita dictus.
Iebus, Iebuſæi.
Horum metropolis eiuſdem nominis Iebus.
Eadem dicta Salem, cur deinde Hieruſalaim nominata.

qui

qui dicitur Hebræis Elon Moreh, à noſtris Conuallis illuſtris dicta: inter montem dictum, & Amorrhæorũ montem altiſsimũ, Garizim vocatũ poſita, in quo Garizim e-

Gen. 28.

rat vrbs Luza, olim à nucũ copia dicta: cui cui poſtea Iacob nomen indidit Bethel. Ad Auſtrum verò habet alios montes, Eglon, & Kiriath, Arbagh, quæ Hebron appellata, regiæ vrbes.

Emor, vnde Amorrhæi.

Emor quartus, vnde Amorrhęi, qui mediterranea loca magis poſsident vltra Iordanem, & Iebuſæos ad Occaſum habebat.

Gergeſæus.

Quintus Gergeſęus, qui loca ſupra Hethæos, citra ſupraq; Iordanem aſſedit, ea parte, qua aquę Maron, & lacus Cenereth eſt. Iſti inſignem Regiam vrbẽ habuêre, & illis vicini Aracæi Haſſor maximã, aliàs Heſiam dictã, & Samanam, & Cartha, & Accadim, & Iebnad, & Eſeb.

Heuæus.

Sextus Heuæus, inter Amorrhæum, & Palęſtinam habitauit, hoc eſt, inter montem Sanir, & Palæſtinę Gazæ regnum: vrbes eius primæ fuerũt Maceda, Hadullam, Gader, Taphuah, & Hered vicinæ Philiſthæorum vrbibus, Geth, & Gaza. Ex Heuæis deductæ coloniæ ſecundùm Iordanem conſederunt: qua Iaboc fluuius ab Ortu exciditur, & vrbem inſignẽ, à fauſtitatis nomine, quod in ea colebatur, dictam Babalgad: Iidem quoque Azoer gentium poſſidebãt.

Arac, vnde Aracæi.

Arac ſeptimus, vnde Aracæi eius poſteri locum acceperunt iuxta radices montis Libani, qua parte mons reſpicit dexteram: condideruntque ciuitatem Arcada. Sinæus verò octauus, vlterior Hethęo verſus Ortum profectus eſt ad Iordanem, & ibi colonias conſtituit: nam inter duos ab Oriente, & Occaſu montes, & fluminis ex Tabor decurrentis aquas, vſque ad Conuallem illuſtrem ſiti ſunt: Thaſam cũ Amorrhæis ferè communẽ habitârunt, ſed præcipuè Bethoron à nimio æſtu appellatam tenuêre.

Arad.

Arad nonus, vltra Heuæum & Amorrhęum, regionem vicinam ſolitudini Cades-barne coluit: vnde Rex Arad egreſſus eſt, vt impediret filios Iſrael venientes, & deletus fuit cum toto exercitu, & populis, & vrbib᷒, & vocatus ille locus Horma: vt habes in libro Numerorum.

Num. 21.

Iſti habuerunt Aradam, & Debir, & cui ex ſiluarum denſitate nomen eſt Kiriath-Iegharim. Scio quoſdam interpretatos eſſe Arad, qui Aridium inſulam condiderunt, anguſto freto à Phœniciæ littore ſeparatã: quod mihi non fit veriſimile, & prior ſententia pręſtat.

Samaræus, vel Semaræus. Samaria à quo nomen acceperit.

Decimus Samaræus, vel Semaręus, nõ eſt Samariæ conditor, quę longo pòſt tẽpore denominata eſt à Somri Rege Samariæ; ſed hic montes Sanir conſcendit inter vtrumque Gergeſæum, Sinæum, & Hethęos montes Semaraim, & populum Semaręum denominauit. Vrbes ſuêre Nahalõ, Dothaim, Daboreth, Salem, & Iaſic.

Hieron. de tradit. ſeu quæſt. Hebr. tom. 3. à med.

Hieronymus tradit Samarçum eſſe, qui Edeſſam nobilem Cœleſyrię ciuitatem condidit: quod durũ videtur.

Hamath.

Vndecimus Hamath, ea loca coluit, quæ ſunt diuiſo Libano monte proxima Syrię Damaſci, & extendit ditionem ſuam vſque ad aquas Maron, iuxta primos Iordanis meatus, cuius finibus continetur Reblatha, & totus tractus vſque ad Cedes.

Chanaan, vnde Chananæi.

Poſtremus fuit Chanaan, pater eorum omnium, qui diuiſæ à ſe toti regioni commune nomen illi indidit Chanaan; mutuæ cognationis, & auxilij præſtandi gratia; ideò lingua vna, & communi omnes vtebantur. Ipſe verò peculiarem locum incoluit, inter Amorrhæos, & Palæſtinos longis vallibus, & montibus incluſum. Chananæi, montes ab Oriente habebant Bethel, ab Occaſu Saronam, inſignem vtrumque: & hi plures habebant vrbes, Mageddo, Salem alteram ab illa Iebuſæorum, Gazer, Sichem, Alphecã, Bethel cum Amorrhæis cõmunem. Præter has duodecim gentes Dominus in Geneſi

Gen. 15.

promiſit etiã Cinæos, & Cenezeos, Cedmonæos, & Pherezæos.

Pherezæus quid ſonet.

Pherezeus, qui & Perizi, interpretatur ruralis, ſiue in villis abſq; muro cinctis inhabitans: ex Amorrhęis ortus erat, & horum poſteri tenebant Samariam, & Gabaon, de qua liber Ioſue meminit: & ad Auſtralem partẽ maris Salſiſsimi habitabãt, vt in Geneſi dicitur.

Ioſue 10. & ſeq.
Gen. 13.

Vrbem Regiam Geth tenuerunt, & Beth-gabara ædificârunt; quorum ditio ſecundũ mare per Aphecam vſq; ad Hierico producta eſt.

Hierico qualis ciuitas, cur dicta ciuitas palmarum, & Hierico.

Fuit autem Hierico Regia vrbs, ſitu & opibus diues, palmetis frequẽs: vnde & palmarũ ciuitas eſt dicta; & quia balſami nobiliſsimæ arboris copia vna ſola abũdat, ex eius odoris vi atq; præſtantia nomẽ eſt Hierico ſortita: nam Aegyptium balſamũ longè minus eſt generoſum.

Deut. 34. & alijs locis.

Cinæi qui fuerint.

Cinæi ſunt, qui venientem populum Dei ex Aegypto humanitus exceperunt: de quo in lib. Numer. mentio fit.

Num. 24.

Et cùm admixti eſſent terris Amalac, dixit ad illos Saul, qui proficiſcebatur illò ad vlciſcendam antiquam iniuriam illatam:

1. Reg. 14.

Abite, recedite, atq; diſcedite ab Amalec; ne fortè inuol uam te cum eo: tu enim feciſti miſericordiam cũ omnibus filijs Iſrael, cùm aſcenderẽt de Aegypto. Et receſsit Cynæus de medio Amalec.

Cedmonæi quinam illi.

Cedmonęi videntur eſſe vltra Iordanem, habitantes ciuitatem Cedimoth, quæ ceſsit Rubenitis: de qua apud librum Ioſue fit mentio.

Ioſu. 13.

Et hactenus de prima diuiſione.

II. Diuiſio.

Ad ſecundam veniendum eſt, quãdo illa terra cœpit habitari à filijs Iſrael. Pro cuius clariori intelligentia perpende ſententiam

Moyſi, quam morti proximus in Cantico ſuo cecinit, quo tãti beneficij memores Hebræos efficeret: *Memento*, inquit, *dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi.* (Quaſi diceret Moyſes; Res hæc viua traditione mortuorum accipiẽda eſt atq; ſeruãda: nulla enim tẽpora ſuis doctoribus, & monumentis caruerunt.) Quando diuidebat Altiſsimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, cõſtituit terminos populorum iuxta numerũ filiorum Iſraël. Sic enim legendum vult eſſe Hieron. etſi vertant Interpretes 70. iuxta numerum Angelorum Dei, κατ᾽ ἀριθμὸν Ἀγγέλων Θεοῦ. Et deſignatur ſingulare Dei beneficiũ collatum filijs Iſraël, quòd cũ Deus ab initio poſt diluuium, tẽpore quo conſtruebatur turris Babel, ſingulis nationibus diſtribueret ſuas regiones, quas inhabitarẽt & colerent: filijs tñ Iſraël, tanquã electo populo, & filio ſuo primogenito, non terrã aliquam malignã, aut inſalubrem, & incultã, ſed terram optimã, ædificatam, munitam, & cultam ſeruauit; & iuxta regiones duodecim populorum Chananæorũ præparauit terrã duodecim filijs Iſraël, id eſt Iacob poſsidendã, tenẽdamq;, ita vt iam iure electionis, & prædeſtinationis terra illa ſpectârit ad populum, & iuſto bello illã cõparauerit. Qua de re etiã in Pſal. 104. ait Regius Propheta: *Et eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia. Et dedit illis regiones Gentium, & labores populorũ poſſederunt; vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant.* Quòd ſi obijcias, tredecim fuiſſe filios Iſrael, quia pro Ioſeph duos eius nepotes, Ephraim & Manaſſe, inter aliorum ſortes pater ipſe vocauit atque adoptauit: Reſpondetur, ex illis adimendam eſſe ſortẽ Leui, qui peculiarẽ aliquam partẽ non accepit; ſed diuiſa terra in duodecim portiones, quælibet tribus aliquot Leuitis miniſtris Dei ciuitates colendas tradidit. Ex his habes, ſingularem Deum omnium hominum, ſed præſertim electorum habere prouidentiam: deinde diſtinctionem illam terrarum, ac earum in ſingulas nationes diuiſiones, fuiſſe iuris Diuini, quamuis diuiſio ſpecialis, iuris eſt Gentiũ, & Humani. Nã vnus inuadere ſolet alterius regionẽ & illam occupare: & Deus propter hominũ merita, vel demerita, dat, vel aufert imperia, & regna, vt dicitur apud Danielẽ, & in Eccleſiaſtico: *Regnum à gente in gentem trãſfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuerſos dolos.* Ideò inter prouinciam & prouinciã poſuit linguarũ diſtinctionẽ, maria, vel flumina, & mõtes eas ab ſe inuicẽ diſtinguentes. Prima ergo diuiſio Terræ promiſſæ ſub filijs Iſraël, eſt in duodecim tribus: quod & factum eſt, vt docet liber Ioſue. In cuius diſtributione illud minimè eſt obſeruatum, vt portiones æquales eſſent, & tantũ vni, quantũ alteri tribui daretur: ſed illud, vt tribui quę plures habebat familias, maior pars, & ei q̃ pauciores, minor cedebat: quia Terrã illã non habebãt iure hæreditario à Iacob ſuo parẽte, ſed tantũ Dei dono; qui & cõditiones quas voluit, appoſuit, & pro beneplacito ſuo illam diſtribuit. Deinde aduerte, quòd etſi ſorte dicatur facta diſtributio, ſecundùm id: *Et ſorte diuiſit eis terrã in funiculo diſtributionis.* Et iterum: *Funes mihi ceciderunt in præclaris; etenim hæreditas mea præclara eſt mihi:* portio tamen duarum tribuum cũ dimidia, vltra Iordanem, nequaquam ſortibus eſt diſtributa, ſed pro ducis Moſis voluntate. Ditionem vltra Iordanem occupabat Sehon Amorrhæus genere, & ſub Rege Ammon victo: is enim ex familia Rephaim, montana loca iuxta Iordanem, qua Hermon tenditur, tenebat, & vrbes eius regias Aſtaroth, & Edrai in illo mõtium tractu. Vnde productis finibus ab Aroër vrbe ſecundùm Arnõ fluminis ripã ſita, multas, & magnas vrbes obtinuit, & conſtituit ſibi poſtea regiã, Heſebon. Huic proximus erat Og, cui omnis terra Baſan, vt Regi parebat: fertiliſsima vtraq; regio, & paſcẽdis armentis, & alẽdis pecoribus opportuna. Hi duo Reges ab Iſraëlitis, quorũ iter impedire, magnis in expeditionẽ productis copijs tentauerant, victi, & occiſi, regno, & opibus ſpoliati ſunt: illorum verò regionem propter paſcuorum commoditatem, tribus Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe exoptauerunt, atque obtinuerunt, vt tradit liber Numerorum: & inter illos Moyſes partitus eſt. Nam Ruben totum regnum Seon, Gad verò, & Manaſſes parti eius, id eſt, id quod amplius erat Seon Regis vſque ad Baſan, ad habitandum eſt conceſſum. Igitur tribui Ruben ceſsit prima vrbs Aroër ſortis ſuę terminus, à Meridie ad Arnon fluuij ripam ſita, ab Aquilone verò extremam habuit Heſebon, ab Occaſu Hermon montes, ab Ortu Edom regiones, & Arabum ſolitudines. Erat autem fertiliſsima vallis inter Iordanem, & Heſebon. Vrbes, præter duas dictas, habuerunt Iahaſſa, Medaba, Miſſor, & Bagbal, Mehe-ghon non procul à torrente, qui ex Edom montibus erumpens, in mare Salis defluit: præterea Kiriathaim, Mephath, Beth, Ieſimoth, Cedimoth, Iethſon, Laſſa, ſita in campo, Boſor, Sarath, Aſar, Sebanæa, & Phaſga, Bethphegor, Aſſedoth, & ciuitates inter torrentem & mõtes Edom: quæ qui-

dem

Marginal notes (left): *Deut. 32.* — *Hieronym.* — *Gen. 11.* — *Exod. 4.* — *Pſalm. 104.* — *Gen. 48.* — *Rom. 11.* Cum omniũ hominũ, tũ verò electorum peculiarẽ gerit prouidentiam Deus. — *Dan. 4.* *Eccleſiaſt. 10.* Regnorum tranſlationes vnde.

Marginal notes (right): *Ioſu. 14. & 15.* — Terra quatenus ſorte dicatur eſſe diuiſa. — *Pſalm. 77.* *Pſalm. 15.* — *Deut. 3.* — *Num. 32.*

lem vrbes partim inſtauratæ, partim conditæ fuêre, vel alijs nominibus nuncupatæ. Tribus Gad communes cum Ruben terminos à Meridie habuit; ab Occaſu montis Hermon partem, qua Iordanis defluit, vſq; ad mare Cenereth; ab Aquilone dimidiam tribus Manaſſes, ab Ortu verò eos montes, quibus Edom, & Arnõ regiones ab Arabũ vaſto tractu dirimuntur. Eius præcipuè vrbes fuerunt Debir, Aroër, altera ab illa Rubenitarũ, & illi appoſita Rabba, Iazer, Maghanaim, Heſebon, & Miſpha, Ramoth, & Aram, & Soccoth. In media regione, & vallibus Saphon, Phanuel Betharũ, & in montano loco Ramoth, Betharã, & Bethmeuzah. Extruxerunt verò ipſi ex iſtis, & alijs Dibba, Ataroth, Aroër, & Roth, & Sophẽ, & Iazer, & Iibga, & Bethmeura, & Betharã. Filijs Machir, ſiue mediæ tribui Manaſſe, cætera omnia loca adſcripta intra Baſſã, & Aram Damaſci. Eſtq; vt quidam volũt, in Trachonitide, & Ituręa, initio à Nahanaim ſumpto: quibus poſtremæ vrbes fuêre Ephron, Laſſan, & Aſtaroth, Iabes Galaad, Edreghi, & Bozra, Baalgad, & Hermonẽ: vnus ex filijs Manaſſe Iair, victã à ſe bello partẽ regionis, Baſſam, 70. oppidis captis, atq; inſtauratis frequentẽ reliquit, quam de ſuo nomine Hauoth Iair vocat. Alius ex Manaſſe liberis Noba vocatus, expugnauit vrbem Canatha: & nomen ſuum illi indidit, vt Nobe diceretur: vt docet liber Num.

Num. 32.
Terræ citra Iordanem in alias tribus diſtributio.
Sors tribus Iuda.

Iam terra citra Iordanem diſtribuenda in alias tribus, quæ omnes mare Occidentale attigerunt in ſorte ſua: præter tribum Beniamin, quæ extenditur à Hiericho proxima Iordani ad vſq; Hieruſalem. Et prima quidem tribus, incipiendo à Meridie, eſt tribus Iuda: diuidentibus Ioſue Principe, & Eleazaro Sacerdote, ſors educta eſt, habens ab Ortu mare Salis, ab ipſo ſcilicet oſtio Iordanis in illum influentis, ad extremum vſque finem; & olim regionem illam à Moab & Edom dirimebat. Producebatur & vltra mare terminus Orientalis ad viciniam vſque montis Hor ſolitudinem, non longè ab Arad vrbe: inde Meridiem verſus, atque ab Ortu ad Occaſum procurrens, omnibus illis montibus, quos voce generica Hor dictos plura nomina diſtinguebant, vt Cades-barne, & montis, & vrbis in eo ſitæ nomen, & Maon mons, Pharan, atque Synai: tandem decurſu fluuij Aegypti, ſiue Sihor, qui in mare decurrit Occidentale ab Occaſu, mari magno diſterminatur, vltra portũ Ioppes, ex ciuitate prope illum conſtructa nominatum. Ad Aquilonem tractus à mari illo magno ad oſtium Iordanis, ſed obliquo, & tortuoſo fine circũſcriptus, continet terram ampliſsimam, & fertiliſsimam, & multis in locis naturę opera munitam: quam olim Chananæi, Pherezæi, & Iebuſæi tenuerunt: habet permultas ciuitates inclytas, ac nominatas, quas inter ad Orientem Bethagia, Apheca, & Engaddi, quę alio nomine Aſaſon-thamar, à palmarum copia, & præſtantia; copher, & balſami fertilis: quæ, ciuitas Solis dicta eſt, & Acrabin à montium nomine dicta. A Meridie verò habuit Vrbes, inter quas Berſabea, Gerara, Siceleg cum alijs numero 27. de quibus Ioſue liber meminit. Ab Occaſu ſecundùm Maris rubri latus habuit poſtremas Palæſtinorum vrbes, quas aliquando expugnauêre & amiſêre, quę ſunt Geth, Gaza, Aſcalon, Acrib, Azotus, Iebneel, Ieſan, & poſt longum tempus cõdita Ioppe. Ab Aquilone habet Iebneel inter mare, & montes Bagalæ, qui alio nomine Iaphra mõtes vocati ſunt: Tamna ante mõtes Iarim, Bethſemenes à Solis vi, Cheſlon, & Bagala, aliàs ob ſyluarum magnitudinem, dictam Kiriathiarim, Zachariæ filij Ioiadæ patriam, & iuxta Gigath, ſiue Gadgad mõtem, de quo in libro Numer. & Deuterono. fit mentio, in qua arca fœderis aliquando fuit. Qua verò terminus ad montem Ephron flectitur, Sonam, & ibi lacus Niphathoa, & Engannim, vrbs hortis amœnis illuſtris, & Kinath Sepher, alio nomine Dabir appellata, poſtquã ab Othmele capta fuit. Iebus, quæ & Hieruſalem, in mõtibus ſita, Bethlehem, Bethania. Denique, ne longior ſim enumerando, lege ca. 15. Ioſue, & intelliges, 93. ciuitates, præter earum villas, quæ ſexto, aut decuplo plures fuerunt, tribui Iuda obtigiſſe. In hac tribu fuit Medemna, eademque Mennonis proxima Hazzab, & Bethdagon non procul à Iamnia, & Gabad; adeò vicina Ceilæ, vt Habacuc vatis ſepulchrum quælibet ſibi vendicet. Hallul, villa Hebron proxima, & Eſchol vallis cũ torrente, Theora oppidum, & ſaltus Vaſti inter Hieruſalẽ, & Engaddi, Arith in Daroma, locus Dauid præſidio inſignis, & in agro Hieruſalem, Betſam, ſiue Aſam vicum. Puteus, ſiue Fons videntis me, inter Cades, & Arath, Bare, ſiue Bera, vel Berœa inter Aſcalon, & Azotum, & Hieruſalem. Bethſemes, ſiue ciuitas Solis, prope quam caſtrorum Philiſthim locus dictus Aphec, Bethhorõ, quę poſteà Bethſura, Hieroſolymorum præſidium, ad vallem Rephaim, inter Hieruſalẽ, & Hiericho. Bethagan, qua fugã in deſertum Sedechias petebat, vt Hieronymus tradit. Aſſeboth, vel Aſdoth, locus in regione Enachim: quorum reliquiæ in Gad, & Asboth mãsêre. Ad fines Auſtrales

Ioſu. 15.

Zacharias, Ioiadæ, ſeu Barachiæ filius, vnde oriundus.
2. Paral. 24.
Num 33.
Deut. 10.
1. Reg. 7.

1. Reg. 24.
Gen. 24. & alibi.
Beth-ſemes, id eſt, ciuitas Solis.

1. Mach. 4. & ſæpè deinceps.
4 Reg. 25. & alibi.
Hieron. libro de locis Hebr. lit. B. tom. 3.

Petra,

1.Reg.25.

Petra, vrbs antiqua, alia ab Arabum Petra in Aegypti confinio. Pharan deſertum in ambitu Maon, & Carmel montium: de quo monte erat Nabal Carmelita. Sunt & alia ibi parua loca vt Betſaliſa in Tamnitica regione, Bozor torrens. Ad Auſtrum, Siceleg.

Num.32. *1.Reg.22.*

Poſt Kiriathiarim ſunt caſtra Dan, quorum nomen Bethmaacha, Nobe, vrbs ſacerdotibus adſcripta, inter Ramath Beniamin, & Ioppen, quæ Saulis crudelitatem teſtata eſt: diſtincta ab alia Nobe in tribu Manaſſe vltra Iordané, quæ Canatha olim dicebatur, vt habes in Numerorum libro: altera etiam eſt in Beniamin, vt infra dicetur.

Gen.19.

Circa mare ſalis Sohar, ſiue Sehor, vel Segor ciuitas parua, in quam ſe recepit Lot, & euaſit incendium Sodomæ. Et hæc de ſorte Iuda.

Tribus Simeon, & Leui ſors.

Simeoni, & Leui nullam hereditatem aſſignauit parens Iacob; ſed *Diuidam*, inquit, *eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël*. Nam Leuitæ per omnes tribus ſunt ſparſi, & Simeon non habuit propriam ſortem, ſed in Iudæ ſorte data eſt illi māſio. Præterquam quòd, vt Hebræi referunt, omnes ferè pædagogi, & ſcriptores diſperſi per Terram ſanctam, ex illa erant tribu. Igitur à tribu Iuda, cui latiſsima ſors obtigerat, in partem hæreditatis admiſſa eſt Simeonis tribus. A Meridie Occaſum verſus habuit Berſabea, & Seba, qui per Molada in Aſſer Sual aſcendebat ad Haſſem, & Bethul, & Eltholad, & deſcendebat ab Aquilone per Siceleg, &

Ioſu.19.

Bethmarch-Tebor, & alias ciuitates ad Auſtrum. Interiores vrbes fuerũt Bala, Harama, Betharama, Ain, & Rhenno, & Athaz, & Am. Et vt dicitur in Ioſue, fuerunt 17. ciuitates, cũ vicis, oppidis, & pagis ſuis in ſorte tribus Iudæ: & ita ab Auſtro ſors tribus Simeon cingebat Iudæ tribum.

Tribus filiorum Beniamin ſors. *Ioſu.1.*

Tertia tribus Beniamin terminos habuit à Meridie, quos Iuda ab Aquilone vſque ad Tamma, quę ad montē Saronæ ſita erat: & protendebatur à Iordane in mare Occidentale rectà, niſi quantum in mõtibus Bethel & Ephraim nõnihil deflectebatur. Occidentalem fluminis ripam vſq; ad oſtiũ in mare Salis Orientale claudebat latus, & trãſibat termin⁹ per mõtes Saronæ, Acaroth, Ador & Bethel, & vallē Bethauen, & Anathoth, & Maſpha, & Ebal vrbes in terminis. Ad Auſtrũ, Betharaba, cõuallis Enon pars Hieruſalē, & Enſemes, & Eleph, & Henrogel, & vallis Hinõ, & Nobe, & Beeroth. Ab Aquilone verſus Ortũ, Baamoth, Ierephel, Recim, Amoſa, Bethauen, Bethel, Anaroth natale ſolũ Hieremiæ.

Patria Hieremiæ. *Hierem.1.*

Maſpha, vel Miſpa, iuxta torrentem Carith. Interiores vrbes ab Ortu, Iericho, Betagla, & Hai Chaſis nõ longè à conualle Henon, Gabgath, Samaraim, Kiriath-ſela, Almon, Gabaa Saulis, id eſt, Collis Saulis, iuxta quem rupes, in qua delituit Dauid, antequàm poſtremò à Ionatha digrederetur.

Duplex Gabaa. *1.Reg.26.*

Fuit & altera Gabaa Beniamin, toti tribui funeſta, ob violatam Leuitæ vxorē. Fuēre & aliæ mediterraneæ ciuitates, vt, Auin, Ceila, Aphera, Ophra, & Gabaon in monte Silo, Caphra, ſiue Cephyra, & in monte Ephraim Rama, quæ Saulis ciuitas dicta eſt, & Maſphath, Samuelis domicilio celebris.

Iudic.26. per totum caput. *Suprà 19.* *1.Reg 27.* *Suprà 7.*

In hac tribu ſunt duæ illæ præruptæ rupes, Boſes, & Sene; quas Ionathas cum armigero ſuo aſcendens, hoſtes partim cecidit, partim fugauit. Eſt & Rimon Petra inter Hieruſalem, & Hiericho, Baalthamar: quo loco Iſraelitę ad vlciſcendam iniuriam Leuitæ conſpirantes conuenerunt.

Infrà 14. *Ibidem.* *Iudic.20.*

Sors hæc, cęteris ferè omnibus fuit anguſtior, & breuior propter vbertatem & bonitatem, vt docet Ioſephus. Ad Iebuſæos ſpectabat illa pars, quæ Hieroſolymam reſpicit. Denique Ioſue tribuit illi 26. ciuitates, præter villas, & pagos eius.

Omnium anguſtiſsima hæc ſors fuit propter agri bonitatē, teſte Ioſepho. *Ioſeph lib 5. Antiq.c.3.* *Iub mutuum.* *Ioſu 18.*

Dan tribus ſors. *Ioſu.19.*

Sequitur Dan, quæ Iudæ confinis habitabat: ab Ortu, Occaſu, & Auſtro terminos cum illa cõmunes habens; ab Aquilone verò partim, hoc eſt, Ortum verſus cũ Beniamin cũ Ephraim limites ſuos iungebat: habuit vrbē ab Ortu Sora, ſiue Saraa: ad Aquilonem eſt Hool, & Girſemes: ad Auſtrum, Selabim, & Aialon, & Ietha.

Ibidem.

Interiores vrbes fuerunt Elon, Themma, & Acron, quæ Hebraicè dicitur Accaron apud Ioſue, & Græcè Ἀκκαρών. Elteche, & Gebethon, & Balaad, & Lud, & Bane, & Barac, & Galhimon, & Giarchon, ſiue Ghericon ſitam ad lacum, & Arecon tractu ad mare: cuius vicinia factum eſt, vt ſtudio nauigationis illa tribus teneretur. Fuit præterea Iabnia ciuitas, quæ ab ipſa Iebnael, vel non procul ab ea, & Sarea vrbs, & Gederoth, ſiue Gedrus quæ poſtmodũ dicta eſt Cedrus, & Secrona, & Modin oppidũ, Aſmonęorũ, qui Machabęi dicti ſunt, patria: quorum ſepulchra ſeptē pyramidibus illuſtrãtur, & eodē loco viſuntur.

Machabæorũ patria atq; ſepultura. *1.Mach.2. & 9. & 13.*

Poſtea hęc tribus nõ contēta ſuis terminis, procurrit ad Libani vicina loca: & inter Aſſer, & Nephthalim ſortes eã inuaſit partē, quę Lais, ſiue Leſem ditionem definiebat, & à Chananęis diu occupatã expugnauit, & ibi populi ſui coloniam cõſtituit; quæ mutato nomine, Dan, vel Leſem-dan dicta eſt. Et terminos cõſtituit ab agro Emath vrbis magnæ ad oſtia Libani vſq; ad Sidoniorũ terminos. Quo loco commemorãtur fuiſſe aliæ vrbes, Semana, Cades, Accadim, Helim, & Orez; ipſa verò ad Iordanis fluuij caput, vel ortum ſita fuit.

Eadem ſors quomodo aucta, & amplificata eiuſdem appellatio.

Altera

Dimidiæ tribus Manaſſes ſortitio. *Ioſu. 17. & ſeq.*

Altera dimidia tribus Manaſſes accepit ſortem ſuam in illo terræ tractu, qui eſt à Iordane ad mare Occidentale: ad læuam enim eius eſt tribus Aſſer, ad dexteram pars Ephraim, ab Ortu Iſſachar, ad Occaſum ipſum mare. Vrbes antiquæ Beth-ſan, quæ Scythopolis, poſtea Machmathath, & Machmas, Endor, Ieblaghan, Mageddo, Nopheth, & Tanach. Getrimon, Dor, ſiue Dora maritima. Iuxta eſt turris Siratonis, & poſtea Cæſarea Palæſtinæ vocata. Et Seor, & Seor-banatha. Poſteriorum verò temporum nomina ſunt Dothaim, Galgal, & Bethulia in monte, patria inſignis pudicitię fœminę Iudith: vbi fons eſt pręclarus. Sunt etiam Helma, Helmon, & Eſcorelon in cāpo Mageddo, Abelmehula, ſita in Aulone monte, vbi Heliſæus Propheta natus eſt, & Hebath, & Bethſecha, & fontes torrentis Carith, latibulum aliquando Heliæ, Lebana, & Luza, altera ab illa Bethel Armathaim, ſiue Ramatha, Samuelis patria, quā Syri Arimathiam dixerunt, & Capharſalama, Machabæorum tempore nota, quam poſtea Antipatridam vocârunt, Thebe etiam oppidum non procul à monte Silo, & Phaſælum in Aulone, & Iordanus vicus non procul à Hierico, & Amathus vicus, ab aquis calidis dictus. Sed hæc nomina, & oppida poſtea acceſſerunt, cùm Terra promiſſa diſtributa eſt in Iudæam, Samariam, & Galilæam.

Nobilis fœminæ Iudithæ natale ſolum quod. *Iudith. 8. & infra.*

Quo loco natus Heliſæus Propheta. *3. Reg. 18.* *Supra 17.* Patria Samuelis. *1. Reg. 1.* *1. Machab. 7.*

Ephraim tribus ſors.

Sequitur ſors filiorum Ioſeph, ſeu tribus Ephraim: quæ maior, & amplior fuit illa Manaſſe. Termini ergo Meridionales Ephraim à Iordane ad mare, ſunt ijdem qui Beniamin: Aquilonares, à fonte vnico, quo Ierichontis agri fertiliſsimi irrigantur per extrema montis Hebal: tranſitq; per montem Canehadema, & per ramenta montis Silo per terminum Bethhorron inferioris, & agrum Gazer, quæ Chananæorum vrbs fuit: ab illis minimè tūc expugnata, ſed poſtea expugnata eſt à Rege Aegypti, & inde expulſus Chananæus; & data eſt à Pharaone in dotem filiæ ſuæ, quā locauit Salomoni, & ab eo fuit reędificata: vt habes lib. Regum 3. Vrbes in ea præcipuæ Tanach, Silo, Lanoah, Ephraim, Baal, Aſſor, Bethauen, Bethhoron inferior. In Auſtrali, & Orientali parte Entaphua, Bethhoron ſuperior, quæ conualli illuſtri imminebat. Interiores vrbes erant Iebſan, & illa Hieroſolymitani Regni ęmula Samaria Silo, Tabernaculi ſacri olim locus Sichem, hoſpitio Abrahę nobilis; ſed clade illata per duodecim filios Iacob illi vrbi, facta eſt illuſtrior, & duodecim filiorum dictorū ſepulchro vicino nobilis: cui Selmon mons imminebat. Et Salem ab illa Hieruſalē clara nomine, & Rege Melchiſedech, & Sacerdote, & vt in Geneſi dicitur: *Egreſſus eſt Rex Sodomorū in occurſum eius* (Abrahæ ſcilicet) *poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodor-lahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ eſt vallis Regis*, de qua ſtatim ſequitur: *At verò Melchiſedech Rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altiſsimi.)* Si igitur hæc ciuitas Regis eſt, & vallis Regis, ſiue, vt Septuaginta tranſtulerunt, campus, quem hodie Aulonem Palæſtini vocant: manifeſtū eſt hominem eſſe, qui in terrena, & valle, & vrbe regnauerit. Ita Hieron. in epiſt. ad Euagriū. Vbi habes quid ſit Aulon, & cū ſit vox Gręca, ſignat vallem, vel conuallem, vel campū floridum, & amœnum. Regio montoſa, ſed feraciſsima eſt, & fertiliſsima. Aliter tñ ſentire videtur Hieron. in lib. de locis Hebraicis, dicens: *Aulon, non Græcum, vt quidam putant, ſed Hebræum vocabulum eſt: appellatur autem vallis grandis atque campeſtris in immenſam longitudinem ſe extendens: quæ circumdatur ex vtraque parte montibus, ſibi inuicem ſuccedentibus, & cohærentibus: qui incipientes à Libano, & vltra, vſq; ad deſertum Pharan perueniunt. Suntq; in ipſa Aulone, id eſt, valle campeſtri, vrbes nobiles, Scythopolis, Tyberias, & ſtagnum quę prope eam: ſed & Hierico, mare mortuum, et regiones in circuitu: per quas medius Iordanis fluit, oriens de fontibus Paneadis, & in mare mortuum introiens.* Hęc ille. De hac ſorte Ephraim habes integrum caput Ioſuè 16.

3. Reg. 9.

Iud. 18. & alibi. *Gen. 12.* *Infra 34.* *Act. 7.* *Hebr. 7.*

Gen 14. Regia Melchiſedechi Sacerdotis magni.

Hieron. epiſt. 126. in fin. tomo 3 ſub fin. Aulon quid ſit. *Idem tom. eodem circa finem.*

Huius ſortem cōſecuta eſt ſors Iſſachar, inter Ephraim à Meridie, & Zabulon ab Aquilone, Gad ab Ortu, & Iordane ad lacum Genezareth, & Manaſſe ab Occaſu. Protenditur hæc ſors in longum, vſq; Carmelum excluſiuè; & in latum, ad montem Ithabirium, vel Thabor. In illa vrbes commemorantur Enharada, Rethpaſſes, Engamum, Haëmes, Rabboth, Ramoth, Ahes, Ceſion, & Ephraim. Aroër Gentium, & Subam non longè à montibus Gelboa; Salim iuxta torrentem Choſaloth, Dabereth, & duo oppida ex vicina in Zabulon tribu, vrbe olim extructa. Beth-ſemes, Harapharaim, Anacharath, Chiſion, Zunam, Seheſima. Montes præcipui Gelboa, Thabor, & Ramoth cum prædicta vrbe. Præter hæc poſtea acceſſerunt Enabris vicus, Naim oppidum, & Bethſaida parua vrbs, cum eiuſdem nominis ſaltu vaſto. Iotapata nō procul à Cinereth lacu: ad hæc Cinereth ciuitas iuxta lacum, & Dalmanutha inter Lacum, & Thabor. Ea verò alluitur Ciſon, Siſaræ cladis monimētum perpetuum: mirum fluuij ingenium. Nam ab Ortu ex mōtibus Garizim, Samariæ, & Gelboe, vnde conci-

Sors Iſſachar tribus. *Ioſu. 19.*

Mons Ithabirius idem qui & Thabor.

Iudic. 4. & ſeq. Ciſon fluminis curſus qualis.

concipitur, in Occaſum tendit: & poſt longum decurſum diuiſis aquis, alterum cornu eius recta in mare Occidentale tendit; alterum ad Ortum ſe reflectens, Cinereth lacum ingreditur. Apud hunc fluuium Helias Sacerdotes Baal interfecit. Terra fertilis & pinguis, ſed tributis ſubiecta, iuxta id: *Iſſachar factus eſt tributis ſeruiens.*

3. Reg. 18.

Gen. 49.

Ibidem.

Zabulon tribus ſors.

Zabulon, quem in littore maris habitaturum prædixit Iacob pater, vtriuſque maris littus obtinuit. A Meridie habet cõmunes terminos cum Manaſſe, & Iſſachar, & præcipuam ibi Sarith. Primæ huius regionis vrbes, Careth, & Nahabol, & Simeron, & Iedala, & Bethlehem altera ab illa Iudææ. Montes præcipui ſunt, Carmel ad Occaſum, & Thabor in medio, & quæ partes Hermon minoris citra lacum ſunt. Poſt quam deſcriptionem ſuit & Batbicina, oppidum in monte Carmelo ſitum, quod ab ipſo monte nomen poſtea accepit, & dicitur Carmelus; & Caphernaum vrbs Genezareth, & ſons iuxta Caphernaum, agros irrigans, & fœcundans. Gitron, quæ antiquos habitatores diu retinoit. Malon Gentium, olim Regia. Geor, à ruina, & Saymoth caſtella, & oppida. Cana minor, quæ Galilææ Cana dicitur, humilis, quam Chriſtus illuſtrauit miraculo; ad differentiam Cana maioris in tribu Aſſer. Hæc tribus peperit Ahialom iudicem, vt habes in libro Iudicum. Et ab Occaſu Aquilonem verſus tangebat Sidonis regnum, vt in Geneſi dicitur.

Ioan. 2.

Indic. 12.

Gen. 49.

Ioſu. 19.

Sors tribus Nephtali.

Ioſu. 19.

Sequitur ſors Nephtali: cuius terminus ab Aquilone eſt Alibath, ſiue Haleph, in angulo ſita, qua ſe tres tribus, Nephthali, Aſſer, & Dan contingunt, & per Nehelon, & Adami, & Saananim ad Iebnael, & Amonider diſpertiuntur; & inde ad locum ſub lacu Iordanis primo dicto Meron ſeſe porrigunt. Ab Auſtro terminus cum Zabulon communis deducitur iuxta Azanor, Thabor vſq; ad Hucboth, & peruenit ad Aſſer. Cõfinia iuxta Chul; deinde terminus in arcus formam declinabat ab occaſu ad Elaph vſque; & habebat ab dexterá conterminos Zabulon agros, ad ſiniſtram Dan, ad Occaſum vero Aſſer, ab ortu autẽ Iordanis partem cum lacu minori. Ita vt Iordanis decurſu eſſet coniuncta hæc tribus, ipſaq; fluminis initio, Iuda verò fine cæteras omnes tribus ab Ortu cohiberent. Quod Ioſue ſignauit, dicens: *Et pertranſit in Zabulon contra Meridiem, & in Aſſur contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum Solis.* Ciuitates huius tribus munitiſsimæ, Haſſ, Dimſer, Emath, id eſt, ciuitas magna, & caput regionis, Rachath, Chenereth, quæ magno lacui nomen dedit, vel ab ipſo accepit; Edema, Arama, Aſſor & Cedes, & Edrai. Et Enaſſor, & Iabin, olim vrbs Regia & Ieron, & Magdael, Hirem, & Bethannat, & Beth-ſamos, & Cartham, balneis ſalubribus inſignis. Acceſſerunt illis poſtcà Sedad, Sephron, Charoſeth, ciuitas Siſaræ, Bethmaacha, Sebath filij Bochri in Dauidem rebellis terminus; Abelmaacha in lato campo ſita, paciſque cultrix vrbs, Beth, Achad, Gabe, Hippeon, dicta, poſt multa tempora dicta Legio, Velene, Ampeloſa, Gabacha, Galgal, Nephthalim vrbes, Nahaſſon, & Acrabim, in qua diu permanſêre Amorrhæi; Sephoris ciuitas, quæ etiam Harabith, & poſteà Αυβοκρατόειδη dicta eſt, Vbam, ſiue Sephama, & Tariath, & Theſſalus vicus. Et inter montes præcipuus eſt Ithabyrius, ſeu Thabor, alius ab illo Iſſachar, qui mons Sanctus à B Petro eſt appellatus, & Aſamon mons dictus Aſadron. Eſt etiam ibi introitus Emath, qua libanus à Damaſco in Emath portas aperit: quam Hieronymus vult eſſe Epiphaniam, alij Ituræam, vt ſupra diximus. Et de hac tribu hactenus.

Vrbes eiuſdẽ munitiſſimę.

Eadem oppidis quibus adaucta.

2. Reg. 20.

2. Pet. 1.

Hie. lib. de loc. Heb. lit. E. prope fin. & alibi tom. 3. circa fin.

Sors tribus Aſer.

Vltima tribus Aſer ſpatioſam terrã obtinuit: finitimamq; habuit, ab ortu Nephtalim, ab occaſu Tyri & Sidonis Regnum, à Meridie Zabulon, ab Aquilone verò Dan, vrbesque in Helchat. Iuxta Dan, & Chali inferiorem, & Bethren, & ad mare Acſaph, Elmelech, & Amaad, & Meſai Rhama in ramento Carmeli montis, & ipſum Carmelum, qua parte Seorbonah ſita fuit. Deinde Ghoſa, & Acrib vltima ſub Achior, quæ ad Zabulon ſpectabat. Ad Orientem conuerſo termino, qui Zabulon Aquilonaris erat, ſitæ ſunt Acſaph, & Beth-dagon, & tractus Zabulon, qui Iiphtahel vallis dictus eſt relicta, ad Auſtrom Bethemes, & per Nechiel, & Chabul, & Abram. Illuſtriores huius tribus vrber ſuêre, Rohob, & Aman, & Canah maior appellata: è cuius finibus poſtremis egreſſa eſt fidelis illa Chananæa (vt quidã volunt) quæ Chriſtum deprecata eſt pro filię ſuę à dęmonio vexante liberatione. Quod mihi non fit veriſimile: quia Canah per Coph ſcribitur קנה Chananæa autem ſcribitur per Caph כנעבית & Græcè Χαναναία. Poſt primã illã deſcriptionem legimus Giſcalam municipiũ Galilęæ, vnde erat oriundus Paulus, & Mõs fortis, & Thoron caſtella, & Sarephta Sidoniæ, & Haſor, & Ludim, & Rhegiũ, & Sepheth caſtella, ſed poſtremũ inexpugnabile, & Hecco, & Lais, ſiue Leſẽ, vel Dan, à filijs Dan poſſeſſa eſt, quanquam ad Aſer pertineret. Valles præcipoas haboit, Sennim,

Ioſu. 19.

Matt. 15.

Eadem tribui poſt alias priores quæ ciuitates acceſſerunt. Pauli Apoſtoli patria ſecundum aliquos.

Ioſu. 19.

num, & Crocodilon oppidum, & aliud Bubulcorum dictum: vtrumq; in agro Ptolemaidos, cui quondam nomen Acron, ſiue Acri fuit. Regio ferax, pręter maritima cõmercia. Lege Ioſue c. 19. Atq; ita Ioſue terram à ſex filijs Chanaan denominatam, diuiſit in octo tribus cum dimidia habitandam. Nam Moyſes iam ante duabus cum dimidia tribubus proſpexerat, diuidendo vltra Iordanem terram Sehon, & Og, regum Amorrhæorum. Sidoniorum autem, ac Tyriorum agri, ſicut Arucæorum, Emathæorum, & Arathæorum, qui ſunt in radice montis Libani ex parte Septentrionis, nihil ad hanc pertinent diſtributionem, vt teſtis eſt Ioſephus.

[...] 32. & [...] Ioſeph. lib. 5. Antiq. cap. 3. paulò à med.

Tribus connumerat Iacob hoc ordine: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Zabulon, Iſſachar, Dan, Gad, Aſer, Nephthali, Ioſeph, Ben-iamin, & illo ordine acceperunt benedictiones. In partitione per Ioſue facta prima ſors ad partem Auſtralem terræ fuit ſors Iuda: ſecunda ad partẽ Aquilonarem, fuit filiorum Ephraim, cui coniuncta fuit dimidia tribus Manaſſe: nã altera dimidia tribus Iam acceperat partem cum Ruben, & Gad. Terra verò intermedia, quę eſt inter partem Auſtralem tribus Iudæ, & Aquilonarem Ioſeph diuiſa eſt ſuadente, & pręcipiente Ioſue, in ſeptem partes, pro numero ſeptem tribuum: quarum primam partem acçeperunt filij Beniamin, ſecundam filij Simeon, tertiam filij Zabulon, quartam filij Iſſachar, quintam filij Aſer, ſextam Nephthali, poſtremam filij Dan: vt habes Ioſue 19. Sed in diuiſione nos alium ordinem ſeruauimus; nam duæ cum dimidia Manaſſes, quia primò acceperunt partes vltra Iordanem, primæ fuerunt: deinde inter alias prima Iuda, ſecunda Simeon, Ben-iamin, Dan, Manaſſes, altera dimidia pars Ioſeph, Iſſachar, Zabulon, Nephthali, Aſer: quia ſeriem terrarum ſeriem, quomodò ſitæ ſunt, ſecuti ſumus. Porrò hæc terræ portio iuxta ſpiritum & anagogiam inuenitur impleta in patria, in qua hic ordo ſeruatus mirabiliter à Deo obſeruatur, vt tradit Origenes in Ioſue: quemadmodum expulſio ſeptem gentium, repræſentat nobis expulſionem ſeptem vitiorum capitalium, vel ſeptem malignorum ſpirituum de certo quodam vitio tentantium.

Gen. 49. Quonam ordine tribus ſub Ioſue terræ portionẽ ſuam ſortitæ fuerint. Ioſ. 15. & ſeq. Infr. 16. & ſe. Infr. 17. & ſe. Num. 32. Ioſu. 18. Ibidem. Infr. 19. Ibidem 40. Nota eodem ordine cus ſint hoc loco tribuum ſortes enumeratæ. Huius terræ ſpiritualis intelligentia qualis ſecundum Origenem. Orig. hom. 15. in lib. Ioſu. in ſu tom. 1. pag. 10 renouatis. Deut. 7.

Quòd verò tribui Leui nulla terrę portio ſit aſsignata, ex eo eſt, quia Deus portio illorum, & partem propriam non habebant: ſed poſtea aſsignatæ ſunt ei nonnullæ ciuitates in qualibet tribu, vbi habitarent, nimirùm numero 48. vt habes apud Ioſue: ſicut etiam ciuitates conſtituerunt refugij, ad quas tutò poſſet is, qui caſu alterum occidiſſet, confugere: nempe Cades in Galilęa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Hebron in monte Iuda, & vltra Iordanem apud duas tribus, & dimidiam Manaſſes; Boſos in tribu Ruben in campo Miſor, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan, quæ ad dimidiam tribum ſpectabat. Et hæc ſatis de ſecunda diuiſione.

Tribui Leui cur nulla terræ portio ſit attributa. Num. 35. Ioſu. 21. per totum cap. Infra 20. Num 32. Deut. 19. Ioſu. 17.

Quod attinet ad tertiam diuiſionẽ, perpende tempore Regum, hoc eſt, poſt Salomonem, diuiſam fuiſſe terram Promiſſam in duo regna, vt tradit tertius liber Regũ: alterum, dictum Iudæ, vel Hieruſalem, vel Beniamin, vel domus Danid, in quo remãſit verus cultus, & templũ, & fides cum duabus tribubus, nimirùm Iuda, & Beniamin, & aliqua parte Leuitarum, & Sacerdotum, qui miniſtrabant templo: alterum verò regnum Iſraël, ſiue Iacob, ſiue Ioſeph, ſiue Samariæ, ſiue Ephraim, ſiue Bethel, vel Bethauen, quod decem tribus ſub ſe habuit, & vitulos aureos in Dan, & Ber-ſabee coluit: vt auerterent homines à templo Hieroſolymorum, poſtea conſtructum fuit in monte Garizim à Sanaballath templũ nouum: vnde quæſtio illa orta de loco adorationis, & à Samaritana ipſi Chriſto propoſita, vt habes apud Ioan. & odium Samaritanorum, & Iudæorum perpetuum.

III. Diuiſio. Cap. 12. Regnũ Iuda verũ Dei cultũ, & nomen tenuit & cõſeruauit. Cur templũ in mõte Garizim Samaritæ condiderunt. 3. Reg. 12. Ioan. 4.

Pręter hanc diuiſionẽ ſub regibus Iſraël, ſub Græcorum, & Macedonum imperio diuiſa eſt in tres præcipuas prouincias, Iudã ſcilicet, Samariam, & Galilæam. In qua diuiſione Iudas accipitur pro parte regni Iudæ: Samaria verò, & Galilæa continent alias decem tribus. Sed Samariæ regio extenditur ad Scythopolim, & mare Galilææ, Galilæa verò, reliquum eſt terræ à Iudæis poſſeſſæ. Quæ ab Occaſu Ptolemaide ciuitate, & Carmelo monte diſterminatur: ab Oriente Hippene, & Gaddara ſuis finibus ſecant: à Meridie Scythopolis, & Samaria. Septentrionalia eius à dextro latere claudit Tyrus, ſicut Egeſippus docet, & Ioſephus lib. de bello Iudaico. De his tribus prouincijs, & ciuitatibus præcipuis in illis incluſis aliquid eſt dicendum. Et primùm de Iuda obſeruandum, quòd etſi Ptolemæus, Strabo, atq; Tacitus totum illum tractum, quẽ omnes tribus filiorum Iſraël incoluerunt, Iudæam vocent: qui tamen exactiùs, & veriùs partiti ſunt illas prouincias, partem Palæſtinæ Iudæam faciunt. Cui ab Occaſu, & Meridie eſt Idumæa, à Septentrione Samaria, & Galilæa; ab Ortu Iordane, & mari Orientali, ab Occaſu mari Occidentali Palæſtinæ partes coniunguntur. Vt igitur de

IV. alia diuiſio. Egeſip. lib. 3. ca. 6. de exc. Hieruſalem. Ioſep. lib 3. de bell. Iud. c. 2. in princ. Ptol. li. 5. c. 16 Strab. lib. 16. ante med. Tacit. lib. 21. init.

qualibet aliquid dicamus, in primis ſalſum eſt, quod Tacitus Iudæos ab Ida Cretenſi monte aucto in nomen barbarum cognomento Iudæos dictos fabulatur, cùm Iudas filius Iacob & tribui ſuæ primum, & propter Reges ibi regnantes ſuper vniuerſos filios Iſrael proceſſu temporis toti Hebræorum genti nomen indiderit, & vox illa laudatorem, vel confitentem ſignificat: ad quod alludens Iacob, dixit: *Iuda, te laudabunt fratres tui*. Sed hoc & multa alia mendacia Tacitus continet, quæ apertè militant in Scripturam ſacram: Ad hæc Plinius etſi Idumæam cum Palæſtina confundat. quoniam paſsim ea loca tam Philiſtæi, quã Idumæi tenebant: tamen hanc quoque à Iudæa, & Samaria, & Galilæa ſeparat. Vnde Palæſtinæ nomine quaſi generali Idumæam, Samariam, Iudæam, & Galilæam complectitur. Sic enim Euangelium videtur illa diſtinguere, quod ait, Ioſephum, audientem, Archelaum regnare in Iudæa, oraculo admonitum ſeceſſiſſe in partes Galilææ, & habitaſſe in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: rurſus, Aſcendiſſe Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem. Apud Ioannem quoque dicitur: *Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilaam. Oportebat autem eum tranſire per mediam Samariam.* Vbi vides, inter duas illas prouincias Samariã eſſe mediam, & ab illis diſtinctam. Et omnium apertiſsimè Lucas in Actis habet: Eccleſia quidem per totam Iudæam, & Galilæam habebat pacem, &c. Quod verò Idumæa diſtincta ſit à Iudæa, Marcus oſtendit: *Et multa*, inquit, *turba à Galilaa, & Iudaa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis, & ab Idumaa, & trans Iordanem*. Transiordanis autem regio, ab Hermolao eadem dicta eſt, quam Plinius, & Ioſephus frequenter Percœam vocãt: ab aduerbio *πέραν*, quod eſt vltra. Quemadmodum terra, quæ trans Euphratem eſt, Straboni dicitur Percœa, ſicut Tranſtigritani, qui trans Tigrin fluuiũ ſunt, & Transdanubiani, qui vltra Danubium. Et ita Plinius vocat citeriorem Iudæam, & vlteriorem, velut amne diuiſam. Extrema igitur Iudææ ad Occidentem, & proxima Caſio monti Idumæi tenebant, origine Nabathæi ex filijs Eſau, quod Scriptura in Arabia fuiſſe, & ad Rubrum mare attigiſſe, teſtis eſt: Strabo verò Iudæis fuiſſe coniunctos, & eiſdem legibus communicaſſe ſcribit. Hæc Hebræis Edom dicitur, à Græcis, nonnihil deflexa voce, vt teſtatur Ioſephus, & Hieronymus, Idumæa: quæ ea parte, qua mari Iudæa appropinquat, eximiè fertilis eſt, in Arabiam finibus ſterileſcit, & præſertim in montibus, quos Scriptura Seir vocat, aſpera eſt, abundatque palmetis. Vnde Poëta:

Primus Idumaas referam tibi Mantua palmas.

Et alter:

Gazaq́, & arbuſtis palmarum diues Idume.

Vrbes huius prouinciæ nonnullæ ſunt. Ex Mediterraneis præcipua eſt Marſia, deinde Rhinocorula maritima, & Raphia, paulò remotior à littore: rurſum ad mare vergens Gaza, & vicina ei Anthedon, poſt Agrippias ab Herode vocitata: ad hæc Aſcalon, & Azotus, Philippi Diaconi prædicatione claræ, & aliæ iuxta poſitæ, quæ nũc Idumæis, nunc Iudæis tribuuntur: nam nomenclatura illarũ variat, quòd tunc ſuccedentes domini priores expulerint, vt modò ad hos, modò ad illos pertinerent. Ex Aſcalone fuit Antipater, pater Magni Herodis, quem conſtat Idumæum fuiſſe. Gazam verò, dictum vult Mela, à diuitijs: nam ſic vocant Perſæ ærarium, quòd Cambyſes Perſa Aegyptum armis petens, huc belli opes, & pecunias intulerit. Sed reuera Hebræis non à Gaza voce Perſica, ſed ab Hazza, quæ ſignificat fortitudinem, deducitur: & à Zacharia Gaza dicitur per antiphraſim debilitanda. Hanc ciuitatem Alexander, ſecundùm Prophetarum verba, poſt bimeſtrem obſidionem occupauit, in ſempiternum vertens tumulum. Ob id deſertam Lucas vocat: nam per illam iter erat proficiſcentibus in Aegyptum. Noua deinceps in Gazæ portu, quæ & Maionia dicta eſt, tempore Conſtantini Imperatoris ædificata: in cuius honorem appellata eſt Conſtantia: viginti propè ſtadijs à veteri diſtans, vt Sozomenus tradit. Poſtea verò ſub Iuliano nomen priſtinum recepit, & Gaza maritima dicta eſt. Hæc ad Iudam pertinuit cum alijs, quæ quinq; Satrapas habebant. Et Septuaginta Interpretes, Philiſtæos ſemper interpretantur per vocem ἀλλοφύλυς, ſiue alienigenas, nomen cõmune loco proprij ponentes, iuxta illud: *Mihi alienigena ſubditi ſunt*: &, *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic*. Deſertum ſancti Hilarionis ſex millibus paſſuum diſtat à Gaza, à patria verò Tabatha quinque. Sed vt ad Iudæam reuertamur, multas illa habet ciuitates, ac præclaras, vt Hebron, quæ olim Cariath-Arbè, eo quòd quatuor virorum, Adam, Abrahæ, & Iacob vicus eſſet, in quo illos ſepultos Hebræi affirmant. alij verò dicunt fuiſſe ciuitatem cuiuſdam proprio nomine dicti Arbæ, qui magnus vir fuit inter Enachim, atque ibi ſepultus: vt habes iuxta Hebræam literam in libro Ioſue.

Corn. Taciti falſa Iudæorũ denominatio reijcitur.
Iuda quid ſibi velit.
Gen. 49.
Plin. li. 5. c. 13
Idumæam à Iudæa Samariæ vnde conſtet eſſe diſcretam.
Matth. 2.
Luc. 2.
Ioan. 4.
Act. 9.
Marc. 3.
Transiordanis regio quæ nam illa.
Hermolaus.
Plin. li. 5. c. 14 & alias.
Ioſep. lib. 3. c. circa med. & alibi.
Strabo lib. 16. ante med.
Plin. ibid.
Idumææ terræ deſcriptio.
3. Reg. 9.
Strab. lib. 14. paulò ante med.
Ioſeph. lib. 2. antiq. c. 1. paulò à med.
Hier. in Eze. c. 25. à tom. 5. circa fin.
Virg. Georg. 3. initio.
Lucan. lib. 3.
Act. 8.
Herodes primus vnde oriundus.
Gaza vnde, ſecundũ aliquos nominetur.
Pom. li. 1. c. 11.
Hazza quid ſonet Hebraicè.
Zach. 9.
Hæc in Actis cur dicta ſit deſerta.
Act. 8.
Sozom. lib. 6. hiſt. trip. c. 4.
Pſalm. 59.
Pſal. 86.
B. Hilarionis patria: eiuſdẽ deſertum.
Iudææ ciuitates.
Gen. 13. & 23.
Infr. 35. & 37
Hebron Cariath-Arbè, cur olim dicta.
Ioſu. 20.
Iudic. 10.

Hæc

Hæc ciuitas per ſeptennium ante Tanim Aegypti condita fuit, vt dicitur in libro Numerorum. In hac regnauit Dauid ſeptem annis. Hodie nil habet præter ruinam, antiquæ ciuitatis monumenta. Sed poſt breue ſpatium eſt ſita Hebron noua, extructa in loco, vbi erat olim ſpelunca duplex: à qua non longè eſt campus Damaſcenus, in quo conditus fuiſſe creditur Adam, argillam habet rubeam, quæ camelis ad omnia loca importatur. Aumathçæ, & Lidda, quæ poſtea Dioſpolis dicta, in qua Petrus Aeneam paralyſi laborantem ſanauit; & Sarona, ſiue, vt alij legunt, Aſaron, campeſtris regio à Cæſarea Palæſtinæ vſque ad oppidum Ioppe. Deinde Emaus, clara ſuſcitati Domini apparitione, quæ poſtea Nicopolis à Romanis eſt dicta. Sed clara inter aliàs Cæſarea Palæſtinæ, quæ olim Turris Stratonis vocata eſt, poſtea ab Herode decennio immodicis ſumptibus reſtaurata, & ob honorem Auguſti Cæſaris, Cæſarea dicta eſt. Cui & templum erexit, & ludos quinquennales, ſiue Olympicos dicauit. Celebrata fuit Cornelij Centurionis conuerſione, & domo Philippi Euangeliſtæ, vbi Paulum excepit Hieroſolymam venientem. Subuerſa poſtea Hieroſolyma, caput Iudææ ad illa tranſijt. Tacitus, qui poſt excidium Hieroſolymitanum ſcripſit, Cæſaream caput Iudææ facit, & Hieronymus in Epiſtola quadam ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, indicat, ſua ætate Cæſaream Hieroſolymæ Metropolim fuiſſe: & in vita Paulæ tradit ſua ætate cellas quaſdam eo loco monſtrari ſolitas, in quibus Philippi, filiæ virgines manſitabant, de quibus in Actibus mentio fit. Huius Cæſareæ Epiſcopus, Euſebius fuit Pamphili, ſub Conſtantino Imperatore, qui tanta Pamphilum amicitia coluit, vt ab eo cognomen ſit mutuatus. Dum autem Maximinus in noſtros inſaniret, Pamphilus in eadem vrbe martyrio coronatus eſt. Euſebius, etſi diligentiſſimus extiterit, ac doctiſſimus, eius tamen fides inter Arrianos periclitata eſt, nominiſque ſui maculam non euaſit: & Hieronymus Arrianæ factionis ſigniferum vocat. Eſt quoq; Bethlehem ciuitas, Dauidis patria celebris, ſed memoria nati Chriſti in ea nobiliſſima, & ſacratiſſima: abeſt à Hieruſalem ſexto milliario in partem Meridiei. Ioſephus, neſcio quos autores ſecutus, hanc ciuitatem Bethlehem, & Hebron, à Roboam Salomonis filio conditas exiſtimat: quod minimè defendi poteſt, niſi interpretemur ab illo fuiſſe inſtauratas. Præterea ſunt oppida ab Herode condita, vt Alexādrium, munitum oppidum, in memoriam Alexandri filij, & Herodium, à quo regio Iudææ nomen traxit, vt ſcribit Plinius. Fontes quoque aquarum ſalubrium, quorum alter frigidus, alter calidus, non procul remotis ſcaturiginibus medico balnearum vſu: quorum meminit Ioſephus. Condidit Antipatridam vrbem, ſiue potiùs reſtaurauit, quæ prius Caphar ſalama, fertili loco, & amne præterfluo celebris eſt, ad quam Paulus Lyſiæ tribuni iuſſu iumēto impoſitus, à militibus ex Hieroſolymis deductus eſt. Eſt & Cypri ciuitas, ab Herode in Iudæa in Cypridis matris honorem extructa. Eſt & Rhama Iudææ vetuſtum oppidum, de quo Matthæus ex Hieremia: *Vox in Rhama audita eſt, & cæt.* Eſt & nobilis Hierico, diſtans ab Aelia 34. millibus paſſuum, à Iordane ſeptem: diues balſami vinetis, ſed ditior, ac beatior Chriſti prædicatione, & Zachæi conuerſione. Vrbs in plano ſita eſt, terminus communis Tribuum Beniamin & Ephraim ſita in Aulone, id eſt planitie, longa ſtadijs ſeptuaginta lato 20. ager circundatus mœnibus in theatri formam vergentibus in Iordanem, quaſi in conuallem. Ad latus montem habet supernè ſterilem, in cuius decliuio balſamus ſeritur, humilis arbuſcula, nec viti abſimilis: quæ æſtate aliquoties inciſa, gratiſſimi odoris lachrymam fundit: quam Opobalſamum dicunt, id eſt ſuccum balſami. Surculi item, & ſarmenta de ea reſecantur, quæ & ipſa magno in pretio habentur. In ſola autem Iudææ Hierichunte liquor ille manat, vt teſtatur Plinius, & Iuſtinus hiſtoricus. Sed tempore Herodis magni, vt ferunt, Cleopatra regina Aegypti, in odium ipſius Herodis, annuente Antonio, tranſtulit illos hortos balſami in Babylonem Aegypti (ſiue Memphim, quæ duæ ſunt ciuitates in vnam coniunctæ, & vocatur Magnus Cairo.) Quod mihi verum non videtur, cùm Plinius longè poſterior aſſerat, ſuo tempore balſamū Iudææ eſſe præſtantiſſimum. Etſi Dioſcorides, & in Aegypto naſci balſamum, & in Cœloſyria, quæ inter Libanum, & Antilibanum iacet, teſtatur.

Strabò præterea in Arabia Sabæorum, tractu maritimo, & Hermolaus prouenire exiſtimant. Quod confirmatur autoritate Ioſephi, qui ait: reginam Saba attuliſſe ad Salomonem plātam Balſami. Fons Hierichontis miris laudibus ab accolis celebratur, vt Ioſephus ſcribit: quem antea Heliſæus ab ſterilitate, & inſalubritate purgauerat, vt docet quartus liber Regum. Diſtat à Hiericho Galgala verſus Occidētem

Ioſu.14. Num.13. 3.Reg.2. Gen.23. Supra 1. & 2. Act.9. Luc vlt. Cæſarea à ... denominata: qui o... dicta. Act.11. & ſeq. Supra 9. Infra 21. Corn. lib.18. Annal. à med. Hier. epiſt.61 circa fin 10.2. à med. Act.21. Idem ep.27. non procul à princ. eod. to. Euſ. Cæſ. Epiſc. ... Pamphili marty. cogno... Idē lib. de loc. Hebr. ... procul à me... Idem Hie. ad Pammach & Marcel. in Apol. adu. Ruff. ... tom 2. ... Reg.16. ... Ioſe lib.18. antiq. c.10 ... Oppida in Iudæa ab Herode condita quænam.

Plin l.5.c.14. Ioſep. lib.1. de bel. Iud. c.16. paulò à med. & lib.16. antiq. c.9. ſeu 5. ... Act.23. Matth.2. Hierem.31. Hiericho vrbis ſitus qualis. Luc.19. Ibidem. Balſam⁹ qualis arbor. Opobalſamum quid. Plin. li.21. c. 33. & lib.16. cap 33. Iuſtin. li.46. ſub init. Pli. l.12. c.25 Dioſc. lib.1. Strab. lib.16. ante med. Hermolaus. Ioſ lib.8 ant. c.10. in fi ſeu cap.2. procul à med. Idem lib.5. de bel. Iud. c. 4. circa med.

4.Reg.2. Ioſu.5. per leucā, in quo Ioſue circuncidit ex præcepto Domini totū populum, & ibi primū trāſito Iordane caſtrametati sūt filij Iſraël, vt habes in libro Ioſue. *Galgala quid ſignificet.* Interpretatur autē Galgala, teſte Hieronymo, reuelatio, volutabra, rota, aut circulus: cui pars carnis abſciſſa nō eſt abſimilis. *Hiero. in c.9. Oſe. circa ſin. to.6. ſub init. & alibi.* Ioſephus verò libertatem ait ſignificare: quia tum curis ſollitudinis, & Aegyptiorum liberati, de frugibus terrę Promiſſę edere cœperunt; ob id quaſi liberi de requie paſcha celebrârunt. *Ioſeph. lib.5. Antiq. cap.1. paulò remotius à princ. Exod.12.* Et in eo loco rurſus Saul Iudæorum Rex eſt inunctus à Samuele cum ritibus & ſacrificijs ante Deum, id eſt Domini arcam, vt habes primo libro Regum. *1.Reg.10.* Dicitur Hebraicè Gilgad, & Golgad, & Gablath, & à Galgala diſtat mons Quarantenæ dictus, vbi Chriſtus ieiunauit 40. diebus, & totidem noctibus: *Matth. 4.* à quo non longè diſtat fons ille Heliſæi iuxta Galgala. *4.Reg.2.* Ad Auſtrum eſt vallis Achlor ad miliare: vbi Achan lapidibus eſt obrutus pro expiādo forto anathematis, vt liber tradit Ioſue. *Ioſu.7.* Supra Galgala ad Occidentem tribus leucis eſt Hai, quam Ioſue expugnauit, *Infrà 8.* & altera ab illa leuca ad Aquilonem eſt Bethel, quæ prius Liora: de qua in Geneſi fit mentio: *Gen.35.* quæ minimè eſt Salem, quam poſsidebat Melchiſedech. *Suprà 14. Hebr.7.*

A Hiericho ad Hieruſalem ad ſiniſtram montis prædicti Quarantenæ, eſt caſtrum Adommin, vbi, qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, incidit latrones: *Luc.10. & ſe.* de quo habetur apud Ioſue, *Ioſu.15.* & ab effuſione ſanguinis, quæ ibi fieri ſolita erat frequenter, nomēn accepit. Haud inde procul eſt Bahurim, patria Semei, filij Iemini de Bahurim: *2.Reg.19.* præterea ibidem ad iactum arcus, Bethania caſtellum. *Ioſep. li.5. de bell. c.3. init.* Prope Aſphaltitem eſt oppidum Maſſada, excelſo loco, & aſpero ſitu, & Ionathæ Pontificis quondam opus, quod Herodes natura loci adductus munitiſsimum reddidit, quo in illud ſe tuto præſidio poſſet recipere. *Idem lib.7. de bell. Iud. c.28. paulò à princ.* Eſt autem, vt deſcribit Ioſephus, ſaxum ſtadiorum ambitu ſexaginta, vndique abruptis, & altis vallibus cinctum quod duobus locis in difficilem explicatur aſcenſum. Iter vnum facilius aditu eſt ad Occidentem, in cuius anguſtia turris poſita eſt, vt neq; tranſiri, neq; facilè capi poſſit: alterum eſt ab Aſphaltite lacu ad Orientem, & vocatur coluber, ab anguſtia, & crebris, ac tortuoſis flexibus capta ſimilitudine, & altitudo rupium vtrinque dehiſcit, vt terrere quemuis audaciſsimum poſsit, quia certa eſt pernicies, ſi labaris. Et vbi per ſtadia triginta aſcéderis, id eſt, quatuor millia paſſuum, habet in ſummo planitiem quaquauerſum patentem: per cuius gyrum murum erexit Herodes ſpatio ſtadiorum ſeptem, è candido lapide factum, & altitudine duodecim cubitorū, latum verò octo cum viginti ſeptē turribus: & intra regiam conſtruxerat muro craſſo, & firmiſsimo. Hæc ferè Ioſephus. Eſt & Engaddi ciuitas, & montes ei imminentes ſic vocati. Hæc olim Aſſaſom thamar, id eſt ciuitas palmarum eſt dicta, *Aſſaſom thamar quid. 2.Paral.20.* vt habes in 2. Paralipom. volumine: à quibuſdam Gaddi, ſita poſt ciuitatem Salis, diſtans à Hieroſolyma per 300. ſtadia: in cuius agro palma præcipua, & olim fuit hortus balſami. Ab his non procul eſt Segor, quæ olim Bala dicebatur, & Hebraice Sohar, id eſt parua: *Sohar Hebræis quid.* in quam Loth ab incendio Sodomorum ſe recepit.

Trans Iordanem autem inter celebriora ſunt, *Gen.19.* Machęrus caſtellum, & oppidum Herodis in confinio Petræi Regis ſuper mari Aſphaltite, ſecunda quondam arx, vt ait Plinius, Iudææ à Hieruſalem, *Pli. li.5. c.16.* vbi Ioannem Baptiſtam ab Herode decollatum fuiſſe creditur: *Matth.14.* caſtellum ipſum ſitum in colle ſaxoſo, ſurgente in proceram altitudinem, quæ nec viſu quidem conſpici, nedum adiri poteſt: ſolùm ab Oriente habet acceſſum 30. paſſuum. Hoc ab Herode Tetrarcha Galilææ conditum fuit. Babras, dicta eſt vallis Septentrionalis Machęruntis, & ex ipſo fons calidus medicæ ſalubritatis Calliroë, aquarum gloriam ipſo nomine præſeferēs. *Calliroë fons quid per ſe ſerat.* Nam ſpelunca eſt in valle illa non altè profunda ſub rupe, ſuper qua duæ velut mammæ paululum inter ſe extuberant, *Eiuſdem deſcriptio.* altera frigidiſsimum fontem, altera calidiſsimum fundens, qui in riuum vnum confluentes, lauacrum conficiunt multis morbis ſalutare: in quo ſe fonte Herodes Rex æger diu lauit, ſed nullo fructu cùm fatalis eſſet morbus. Eſt & oppidum ipſi Callirrhoe coniūctum, quod Laſa dicitur, vel potiùs ipſa Laſa eſt Callirrhoë, vt ait Hieronymus. *Hier. li. quæſt. in Gen. tom 3. à med.* Ponunt & nōnulli Bethaboram Iudææ tribus trans Iordanem, Ioānis Baptiſmo celebrē: *Ioan. 1.* quo loco ob veteris Baptiſmi memoriam multos fratres ætate ſua baptizatos fuiſſe Hieronymus tradit. *Idem li. de locis Hebr. nod.* Pręter has ciuitates nobiliſsima & præſtantiſsima eſt Hieroſolyma, de qua paulò poſt dicetur.

Iam dicendum de altera parte terrę Promiſſæ, hoc eſt de Samaria, *Samarię deſcriptio.* quę itinere vnius diei ab alia diſtat: ſuitque clariſsima ciuitas tempore Regum, cincta duplici muro, octoginta ſtadiorum ambitum complexa, vt author eſt Ioſephus. Quæ primùm ab Amri Iſraëlis Rege in monte condita, *Ioſeph. lib.13. antiq. c.17.* quam à Semer domino montis, eiuſq; agri duobus argēti talentis emptum, *A quo primū denominata.* vrbi extruendę deſtinauit: códitamq; Somer, vel Simeró, vel Samariā à domini nomine dixit, vt tradit

tertius

3. Reg. 16. Iſai. 7.

Vnde pateat ante Iſraëliti- ci populi captiuitatem dictam fuiſſe Samariam.

tertius liber Regum. Eam præterea Iſaias, qui ſub Achaz prophetauit, Samariam vocat: *Caput*, inquit, *Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romelia*. Vt propterea conſtet, eos in errore verſari, qui eam poſt tranſlatum Iſraëlem hoc Samariæ nomē primum accepiſſe ab Aſſyriorum præſidijs putārūt.

Euſeb. lib. 7. demonſt. Euangel. demon. 2. circ. ſi. 10. 1.

Nam Euſebius milites miſſos ad inhabitandam, & cuſtodiendam illam terram ob id Samaritas cuſtodes dictos putat, atque inde nominat totam Samariam, cùm tamē longè antè diceretur Samaria. Qui ergo habitabant Samariam, non erant Samaritani, ſed Iſraëlitæ, licèt poſteà temporis progreſſu ſint per Salmanaſſar tranſlati in Aſſyriam, & inde miſſi Gentiles dicti Samaritæ, infideles, qui deos gentium ſimul cum Deo Iſraël colebant, vt dicitur in quarto Regum volumine.

Cap. 17. Euſe. in chro. inter med. & init. tom. 2. Eadem Sebaſte cur vocatur.

Hanc vrbem (quæ olim, teſte Euſebio, Ectenias dicta eſt) ab Hyrcano inteſtinis Iudæorum bellis attritam, Herodes Rex in gratiam Auguſti reſtauratam, Sebaſten, hoc eſt Auguſtam nominauit. Erat in ea proſpectus ex arce vſque ad portum Ioppenſem, & Arabiam Petræam. Habet agrum circumcirca fontibus irriguum, & omnia ad humanum victum pertinentia proferentem.

Ad quam tribum pertinuerit hæc Vrbs.

Hæc erat ciuitas tribus Ephraim, & Metropolis decem tribuum, & Regni Iſraelis, & ita Samaria fuit nomen montis, & domini vendentis ipſum Regi Amri, & ciuitatis in eo extructæ, & regni, & regionis omnis illius.

Ioſu. 11. Act. 8. Ibidem.

Apud Ioſue fit mentio regis Simeron, antequam terra ceſſiſſet filijs Iſrael. Hęc verbum Domini recepit Philippi prædicatione à principio, mox Petri, & Ioannis inuocatione Spiritum ſanctum. Tempore verò Hieronymi nihil niſi ruinas habebat: ita

Mich. 5.

vt, iuxta Michææ vaticinium, præter nomen, & olitorum opera nihil oſtendat.

Heliſęi & Abdiæ Prophetarū, ſanctiq; Diūi præcurſoris ſacra monumenta continet.

Clara eſt tamen reliquijs ſancti Ioannis Baptiſtæ, Heliſæi, & Abdiæ prophetarum, quorum hic oſſa condita iacent. Proxima ciuitas iſti eſt Sichima, vel Sichem, vel Sichar, quæ poſtea Neapolis eſt dicta. Fontem illum habet iuxta, Chriſto cum Samaritana colloquente memorabilem: ſed & oppidum eius hoſpitio clariſſimum factū eſt.

Ioā. 4. & ſeq. Iuſtini martyris, & philoſophi quæ patria.

Ex Neapoli fuit Iuſtinus, qui ex philoſopho Chriſtianus factus, & tandem martyrio coronatus eſt.

E quibus locis Simon, & Menander Magicę profeſſione nobiles extiterint. Iom. 3.

Eſt & vicus ignobilis Samariæ Gittę, qui patria fuit Simonis Magi. Item alius vicus Caparathæa dictus, qui Menādrum genuit Simonis diſcipulum, & ipſum magica vanitate celebrem. Contra Samariam, Meridiem verſus, duo oppida Ioannis Baptiſtæ munere pręclara: quorum alterum Salim Iordanis ripæ impoſitum, alterum Aenon ad eundem amnem ſitum: quo loco plurimi ſunt à Ioanne Baptizati, vt Ioannes Euangeliſta teſtatur.

Iudææ, vel Galilęæ fines quā Samariæ longè maiores exiſtunt.

Non eſt tamen Samaria cum Iudęæ, vel Galilææ magnitudine conferenda: habet ab Occaſu mare noſtrum, & littus, cui Cęſarea vrbs impoſita eſt. Ad Boream, & latus Orientalis Galilęa excipitur, proximè lacum Tyberiadis, & Iordanem etiam tranſgreſſa, ad Arabica vſque deſerta immittit.

Ioſep. lib. 3. de bell. Iud. c. 2.

Ioſephus docet à vico Ginea incipere eam, & vſq; in Acrabatenā deſinere Toporchiam. Durauit regnum Samariæ 250. annis, videlicet à Roboam filio Salomonis, vſque ad Salmanaſſarem Regem Aſſyriorum, à quo

4. Reg. 18. & ſeq. & alijs in locis. Samaritæ qualem Dei cultum profiterentur.

Iſrael captus, & in Perſas, ac Medos abductus eſt, ſubſtitutis in eius locum ad cuſtodiam militibus, & habitatoribus ex Aſſyria miſſis. Qui etſi Moyſi legem receperint, ſeruiebant tamen dijs ſuis iuxta ritum Gentium: vnde Iudæis inuiſi erant, & vt hęretici ab eis habebantur.

Eorundē mores & ſtudia.

Horum ingenium erat, vt teſtatur Ioſephus, vt quoties Iudæi aduerſis rebus affligarentur, Iudæos ſe eſſe pernegarent: contra proſperis in rebus Iudaiſmum maximè profiterentur.

Idē li. 12. c. 7. Antiq. circa med. & eiuſdem ſubſequēti loco prope fin. Condendi in Samaria templi cauſa: à quo illud cōditum, & quando. Deut. 7. & alibi.

Cœperūt autem in mōte Garizim templum nouum conſtruere, quo Dario iam ab Alexandro deuicto, Syria Macedonum armis petita eſt. Tum Sanaballat antea Darij per Syriam præfectus, mutatis rebus, magno numero militum ad Alexandrum defecit: filiamq; Iſaacham nomine Manaſſæ Iaddi Hieroſolymorum Pontificis fratri, quo cùm illi familiaritas interceſſerat, matrimonio elocauit. Quod vbi cognouit Iaddus, fratrem ſuum contra legem alieno ſe matrimonio profanaſſe, accuſatum vrbe ſummouit. Sanaballat Iaddi faſtidium indignè ferens, ſimulque generi fortunis, & honori conſulere volens, fauore Alexandri impetrato, templum ingens ſuper montem Garizim proximum Samariæ condidit; generumq; ei præfecit, teſte Ioſepho.

Idem lib. antiq. 11. c. 8.

Galilææ regio deſcribitur. Hieron. to. 3. circa fin.

Ex his tertia pars erat Galilæa: quam cū Samaria olim ad Syriam Phœnicis ſpectaſſe, admonuit Hieronymus in libro de locis Hebraic. in Acta Apoſtolorum, ſicut Iudæam ad Palæſtinam. Fuit autem fertiliſſima regio inter medios montes, quibus ſitu pulcherrimo decoratur.

Iordanis origo.

Findit eam ferè mediam Iordanis, clarus amnis, & Libani radicibus delapſis: à Septentrione, & medio æſtu liquatis niuibus montium torrentibus impinguatur: hæc authore Io-

Ioſeph. lib. 3. de bell. Iudai. c. 2. in princ.

ſepho, ab Occaſu, clauditur Phœnicia, & finibus Ptolemaidis, & monte Carmelo: ab Ortu, terminatur in Hippene, & Gadaris, & Gaulonitis; à Meridie, Samaria, & Arabia areno-

arenoſa, per lineam ductam à Ptolemaide in Scythopolim: à Septentrione, Libano monte, & Tyriorum finibus.

Galilæa duplex.
Idem ibidem.

Dupliciter autem diuiditur Galilæa: altera enim eſt cis Iordanem, altera vltra Iordanem: & de hac poſtrema loquitur Ioſephus lib. 3. de Bel. Iud. docens, eius longitudinem eſſe, à Machærunte ad Pellam, Septentrionem verſus; latitudinem verò à Philadelphia ad Iordanem. Et Pella quidem habet pro Occidua parte Iordanem, pro Meridiana Moabitidem regionem, ab Oriente verò Arabiam, & Philadelphiam, & Geraſis clauditur.

Altera diuiſio Galilææ ſecundum veteres.
Matt. 4.
Iſa. 9.
Ibidem.

Deinde apud veteres diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem: ſuperior, à Iordanis fontibus, qui fluunt à Libano, in Geneſariticum lacum deſcēdit, terram Zabulon, & Nephthalim complectens, vt Euãgeliſta ex Iſaiæ libro comprobat. Per hanc via publica ab Aſſyrijs in Tyrum ad mare Mediterraneum ducit, via maris dicta. Et quoniam hæc extrema eſt Palęſtinæ, & Syris ipſis cõtermina, cognominatur Galilæa gentium;

Galilæa gentiũ cur dicta.
Ibidem.

& quòd portio eius non modica donationis iure gentibus ceſſerit. Dederat enim Salomon Hiram regi Tyriorum eius loci vrbes viginti, quòd regijs operis, & lignis cedrinis in conficiendis tẽpli, & vrbis ædificijs adiuuiſſet, quas vbi vidiſſet, terrã Chabul, hoc eſt arenoſam, infertilẽ, ac luto tenacem appellauit; aut, vt alij legunt, Chabalon, quòd Syrorum lingua diſplicere ſignificat, vt interpretatur Ioſephus: diſplicuerãt enim; & ob id ea illi remiſit, eodẽ Ioſepho teſte: vnde lib. 2. Paral. dicitur: *Ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Iſrael.* Nam ſignificatur illis verbis, Salomonem redditas ſibi ciuitates ab Hiram accepiſſe, vel quia non licebat regi Hebræo reddere poſſeſsionẽ alicuius tribus anguſtiorem, quoniam eius termini iure diuino definiti erant, vt quidã dicunt, vel, vt hinc perpẽdamus, ciuitates illas meritò regi diſplicuiſſe, quod eſſent malè ædificatæ, vt oportuerit Salomonem ædificijs ſplendidioribus illas ornare: quas, vt exponit Caietanus, benè ædificatas, & inhabitatas à filijs Iſrael tradidit Hiram. Quod durius videtur: quia non tantùm terminos alicuius tribus anguſtiores facere, ſed etiam ipſos filios Iſrael regi alienigenæ ſubijcere ei non licebat. Sed quia liber Paralipomenon non meminit terræ Chabul; coniectãt alij non fuiſſe illa viginti oppida, de quibus liber Regum, ſed alia diuerſa. Attamẽ prior ſenſus videtur probabilior, quòd oppida illa Salomon receperit ab Hiram, & illa inſtaurauerit, & habitatoribus filiorum Iſrael repleuerit, & aliud quippiã regi Tyriorum rependerit, quanquam id non ſit ſcriptum.

Terra Chabul, ſeu Chabalon Syriacè quid ſonet

Ioſeph. lib. 8. antiqui. c. 5.
Idem ibid. c. 8

Hirã rex Tyri tradita ſibi viginti oppida cur Salomoni reddiderit.

Caietan.

3. Reg. 9.

In hac Galilęa ſuperiori non longè à Samachonitide (quę dicuntur Aquæ merom) ſita eſt Aſor regia Regis Iabin, quem expugnauit Ioſue cũ alijs multis regibus, de qua liber Ioſue: *Reuerſusq; ſtatim cæpit Aſor, & Regem eius percuſsit gladio.* Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Sita erat hæc vrbs in tribu Aſer, diſtans à Cæſarea Philippi per ſex leucas. Alia verò erat inferior Galilæa, quę lacum Tyberiadis ambit vſque in finem regionis Meridianum, & montẽ Carmelum quondam: & hæc in tribu Zabulon poſita eſt, ſicut ſuperior in tribu Nephthalim. Hanc aũt inferiorem trans Iordanem, pleriſq; in locis montana exaſperant, inter quæ etiã deſertis ſqualet, ea pręcipuè parte, qua mõtes Trachones dicti, id eſt aſperi, tenduntur: inter quos Gaulon ciuitas celebris quondam in tribu Manaſſe, vſque ad montem, & ciuitatem Galaad: præterea regio Bathanæa ſupra montes Trachones, qui pars ſunt Libani diffundentis ſe, ac flectentis ad Orientem ad latus Auſtrale, vbi Trachonitis, quæ & Ituræa, veluti proxima, dicta, teſte Hieronymo, à Ietur filio Iſmaëlis: à quibus locis, Tetrarchijs Gaulonitidi, Trachonitidique, & Bathaneæ nomina data. Erat & finitima Galilæa gentium, quæ Gentẽ bellicoſam in montibus haud longè à Damaſco alebat: à qua non longè aberat Chalcis, & Abyla, quibus Lyſanias pręfuit, filius nõ Herodis, vt Euſebius ait, ſed Ptolemęi Minæi, Chalcidis iuxta Libanum montem tyranni, vnde & alio nomine Abyla Lyſanium dictum eſt apud Ptolemęum. Et quidem Libani, & antelibani frequenter fecimus mentionem, & ab eo oriri Iordanem diximus, & ad ditionẽ filiorum Iſraël ſpectaſſe: vnde in libro Paralip. dicitur: *Omnia quæcunque voluit, fecit rex Salomon, atq; diſpoſuit, ædificauit in Hieruſalem, & in Libano, & in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ.*

Ioſu. 11.

Ituræa à quo denominata.
Hieron. lib. de locis Heb. lit. T. in princ.
Gen. 25.
1. Paral. 1.
Luc. 3.
Euſe. li. 1. hiſt. Eccle. c. 10. & ſin. 10. 1.
Quis ille Lyſanias, cuius meminit Euangel. Luc.
Ptolem. lib. 5 c. 15.
2. Paral. 8.

Ex his habemus, Libanũ montẽ ſub Poteſtate Salomonis fuiſſe. Nam etſi eſſet ſub poteſtate regis Hiram domini Tyri, & Sidonis, tamen Tyrus & Sidon ad terrã Promiſsionis ſpectabant, & ad tribum Aſer, vt habes ex libro Ioſue. Ex permiſsione ergo Dauidis, & Salomonis regnabat ibi Hiram, & habitabant ibi Chananæi pendentes ſibi tributa vſque ad Chriſtum: & ideò mittebant ad Hiram Regem pro lignis Libani, quia mons ille ad eos proximè pertinebat, ſicut etiam terra Philiſthijm intra terram Promiſſam continebatur, ſed habitata fuit

Vnde videri poſſit, Libanũ montem cum Tyro, & Sidone ad regnum Iſrael pertinuiſſe.
Ioſu. 19.

2. Reg. 8.
Paral. 18.

à Phi-

à Philiſthæis tributarijs. Dicitur autem Libanus, mons altiſſimus in libro Numerorum, ſiue, vt Hebraicè habetur. Hor hor, id eſt, Mons montis: Hinc crebræ locorum Scripturæ appellationes, ſi quid ſuperbum deſignare voluerint, cedrorum Libani faciant mentionem. Et quia niuibus ſemper conſpicuus, etiam medijs æſtatis ardoribus: vt tradit Tacitus; ideo Libanus dictus eſt, id eſt, albus, ſiue candidus. Ptolemæus verò, ac Hieronymus, putant dictum Libanum à thure candido, quod ibi colligitur: vnde & thus, Lebanon Hebraicè dicitur, & Græcis λίβανος, & Libanus arbor eſt, quæ thus ipſum producit, vnde in Eccleſiaſtico legitur: *Quaſi libanus non inciſus, vaporaus habitationem meam.* Luna quoq; à Candore ſuo dicta eſt Hebraicè Lebana. Protenditur autem mõs Libani, vt Strabo docet, ad montes Trachones, ſeu Trachonitas vltra Damaſcum, quaſi ab Occaſu in Orientem. Quod ſpatium Plinius, 150. tantùm ſtadiorum facit, ſortaſſis quod Libani nomen eo vſque retinebat. Nam iuga ſua latiùs diffundit, & alios colles ſibi iungit etiam fertiles: ex quibus ſunt Baalgad, qui eſt ſupra Panium in principio Libani montis, Hermon, & Trachones montes, & Galaad, & reliqui. Id quod Hieremias teſtatur, cùm ait: *Galaad, tu mihi caput Libani.*

Num. 34. — Superbos & elatos Scripturę quibus comparent. — Libanus mõs cur ſic dictus — Tacit. lib. 2. circa princ. — Alia eiuſdem etymologia. — Ptolem. lib. 5. c. 15. — Eccle. 24. — Hieronym. in Oſee c. 14. circa med. in fin. lib. 3. tom. 6. circa initium. — Fines Libani montis quales. — Strabo lib. 15. ante medium — Plin. lib. 15. c. 20. in princ. — Hiere. 22.

Hic rurſus mons diuiditur in Libanum, & Antilibanum: ille editiſſimus, cedriſq;, & abietibus inſignis; Antilibanus minor, ſed fertilior: inter quos ſita eſt Cœloſyria, vel terra Hemath, vt ſuprà oſtẽdimus. Libanus mons deſinit ad promontoriũ, quod dicitur Facies Dei, ſiue Theoproſopon, procul à Tripoli ſex millibus paſſuum. Antilibanus deſinit apud Sidonem procul ab vrbe duobus millibus paſſuum; cuius montis vinum eſt laudatiſſimum, & continuatur Libano per tractum littorum. Ab hoc ergo monte Libano prope Panium labitur fluuius Iordanis ex duobus ſontibus, nimirum Ior, & Dan, vno tantùm milliari inter ſe diſtantibus: Ior quidem ab Oriente; Dan verò ab Occidente. Aſſerunt tamen permulti, primam eum originem hic non habere, ſed ex Phiala ſonte ampliſſimo, & per 15. millia paſſuum diſtãte Orientem verſus: quod etiam ex paleis in illum miſſis, & à Ior & Dan receptis comprobare nituntur. Audi verba Ioſephi libr. 3. de Bello Iudaico: *Caterùm Iordanis fons Panium eſſe videtur* (Plinius ipſum ſontem fluminis Paneada vocat, Ioſephus verò montem, ex quo labitur, Panium nominat,) *ſed reuera huc terra conditus fertur ex ea, qua vocatur Phiale. Hac autem eſt qua in Trachonitidem aſcenditur ad 120. ſtadium à Caſarea, ad dexteram non longè à via. Et propriè quidem ex rotunditate Phiala dicitur lacus, rota ſpeciem pra ſe ferens, ſemper autem inter eius labra cohibetur vnda, nunquàm deficiens, vel exuberans. Cumq; interim hoc eſſe Iordanis principium neſciretur, à Tetrarchia quondam Trachonitidis Philippo deprehenſum eſt. Is namque miſſis in Phialem paleis, inuenit eas apud Panium redditas, vnde anteà fluuius naſci credebatur.* Hæc ille. Dicitur autem Phiala hodiè à Saracenis Me dan, id eſt, Aquæ Dan: quod idem videtur eſſe Magedan, vt quidam volunt. Vbi autem illi duo ſontes coeunt, ex nomine Ior & Dan fit Iordanis. Et in eo ciuitas Cæſarea Philippi diſtans ab antro per quatuor milliaria euntibus Tyrum. Hæc primùm dicta eſt Leſem, & cùm eam cepiſſent filij Dan, dicta eſt Leſem-Dan ex nomine patris ſui. Traditur item vocata Lais, ſiue Lachis: de qua in libro Iudicum fit mentio. Sed certè non parua differentia eſt inter hanc, & illam: non ſolùm enim Leſem, & Lais, ſunt voces diuerſæ, ſed etiam earum actiones. Quia Lais dicitur combuſta à filijs Dan, & impoſitum ei nomen Leſem-Dan. Dicta eſt tamen hęc ciuitas Gręcis Paneas, à Paneade fonte, vel antro, & Dioſpolis à vicino templo aureo Iouis in monte Hermon, demùm à Philippo Ituræ Tetrarcha Cæſarea Philippi nominata eſt, diſtans per 20. millia paſſuũ à Tyro: cuius ciuis fuit illa mulier, quam à profluuio ſanguinis Dominus ſanauit; quæ poſteà ſtatuam Chriſto Cæſareæ in memoriam erexit: quam ſe vidiſſe, Euſebius in Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Poſteà verò Agrippa Iunior eam reparans, & exornans, in gratiam Neronis, Neroniam appellauit. Hodiè autem vocatur hęc ciuitas Velena.

Libani montis, & Antilibani diſtinctio. — Theoproſopon quid. — Iordanis fontes quinam. — Ioſeph. c. 18. — Plin. li. 5. c. 15. — Phiala lacus ſuum nomẽ vnde ſortitus. — Medam Saracenis quid. — Iordanis vnde dictus. — Cæſareæ Philippi antiqua vocabula. — Ioſu. 19. — Iudic. 18. — A quo Cæſarea Philippi denominata. — Matt. 9. — Euſeb. lib. 8. Eccle. hiſto. c. 14. inte. to. 1.

Curſus autem Iordanis ſic ſe habet: Poſt Cæſaream Philippi in progreſſu fluminis per 100. ſtadia ab Occidente eſt Sephama, deinde coniunctio cum Semechonitide lacu, quæ potiùs eſt palus, quàm lacus, quòd æſtiuis caloribus exiccetur, vbi torrentes niuales ceſſauerint: hæc palus ab incolis Hebraicè dicitur מימרום, id eſt, Memerom, nimirum Ioſu. 2. vbi Iabin Regem Aſor potentiſſimum cum alijs montanorum locorum Regibus fudit, atque proſtrauit, & prædam ingentem retulit. Et interpretatur Me merom, Aquæ altæ, vel ſupremæ. Recipit quoque eodem loco ab Orientis parte ſontis nominati aquam, quem poſteriora tempora Daphnin vocârunt: non illum Antiochiæ in Syria,

Iordanis curſus qualis. — Semechonitis palus quid. — Ioſu. 11. — Ibidem & ſequent. — Merom quid ſignificet. — Daphnes, nimirum, fontes duo.

ſed alterum, de quo in libro Numerorum: *De Sephama*, inquit, *deſcendent termini in Reblata contra fontem Daphnim*, vel, contra fontem, ſimpliciter, vt habet Hebræa litera.

Ioſeph. lib. 18. Antiq. c. 12. Tacit. lib. 21. haud procul à princ.

In Orientali parte ipſius eſt Seleucia, cuius mentionem facit Ioſephus, & in eruptione paludis Thala vicus ab Occidente. Nam vt ait Tacitus, *Libanus amnem Iordanem alit, funditq́. Nec Iordanis pelago accipitur; ſed vnum atque alterum lacum integer perfluit; tertio retinetur.* Hæc ille, ſignificans Iordanem tres efficere paludes: Primam, Semechonitidem; ſecundam, Genneſaritidem; tertiam, Aſphaltitem. Vbi ergo Iordanis per 120. ſtadia à priori lacu fluxerit, ſtagnum, ſiue lacum Genneſar, vel Genneſareth, ſiue mare Galilææ, vel Tyberiadis efficit: hic lacus dicitur Hebraicè à Moyſe, Chinereth in Numeris, à forma fortaſſis citharæ, quam refert vox illa Chinereth, ſeu Cenereth; ab Onkelo autem paraphraſte Chaldæo dicitur ibidem יםגינוסר, id eſt, mare Ghinnoſar, & hanc vocem Chaldæam magis quàm Hebræam ſecuti ſunt Euangeliſtæ Marcus, & Lucas, vocantes Geneſareth. Habet autem hic lacus in longitudine 100. ſtadia, in latitudine 40. vt teſtatur Ioſephus lib. 3. de Bel. Iud. Nihil circa illum ſterile cernitur, aut effœtum: habet enim vites, palmas, nuces, oleas; & aquę eius non tantùm potu ſuaues, ſed etiam æſtate tepentes; ac gelidæ: piſcium verò & copia, & ſapore abundat ſuper alios: cuius rei gratia tot erant in illo ſtagno piſcatores. Audi verba Ioſephi eodem loco: *Non ſolùm nutrit præter opinionem poma varia, ſed etiam ſeruat, egregia quidem, & quodammodò regnantia. Vuas ſanè, & caricas ſine intermiſſione decem menſibus ſuggerit; cæteros verò fructus anni ſpatio ſeneſcentes. Nam præter aeris lenitatem, & fonte quoque irrigatur vberrimo, qui Capharnaum ab indigenis appellatur. Eum nonnulli venam eſſe Nili fluminis opinãtur, quòd ſimiles Coracino Alexandrino generat piſces.*

Num. 34. Lacus Chinereth cur ita dictus. *Onkelus Chaldæus paraphraſtes. Marc. 6. Luc. 5.* Eiuſdẽ mira fertilitas. *Ioſeph. c. 18.*

Sic ille. Ad latus Occidentale habet primus hic lacus Genneſar ciuitatem Capharnaum Metropolim Galilææ, prope ingreſſum Iordanis in lacum, celebrem ciuitatem frequenti Chriſti hoſpitio, & miraculo nobilitatam. Deinde Bethſaida oppidum, in cuius ſede Iulias eſt ędificata à Philippo filio Herodis ob Iuliam Auguſti filiam: fuitq́ue inſignis aquæductu, cuius reliquiæ hodiè cernuntur. Plinius tamen ab Orientali laci parte ponit Iuliada, & Hippo, à Meridie Tarichæa, & ab Occidente Tyberiadem aquis calidis ſalubrem. Sed neſcio quo conſilio ductus fecerit, cum Iulias, vt Bethſaida, ſit ab Occidente, imò ſit eius pars. Hæc eſt Bethſaida, quæ Petrum, Andream, & Philippum Apoſtolos Domini genuit. Exinde ſequitur poſt duas à Bethſaida leucas, à Bethulia tres, Magdalum, patria illius peccatricis, de quo apud Ioſue fit mentio: diſtinctum à Magdalo in Aegypto, de quo in Exodo, & in Hieremia dicitur: *Verbum quod factum eſt ad Hieremiam, & ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Aegypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis*, &c. Deinde Ciſonis torrentis oſtia, poſteà Tyberias, quæ olim Cinereth dicta eſt; quam olim Herodes Tetrarcha, paternum morem ſecutus, in Tyberij memoriam Tyberiadem vocauit, & nomen toti lacui dedit. Ab hac inter Occidentem, & Aquilonem ſuper leucam eſt Bethulia, vbi Iudith occidit Holofernem. Poſtrema eſt Tarichæa ciuitas, à qua & lacus aliquando Tarichæus dictus eſt: vbi multa hominum millia interempta, & lacu ſubmerſa, obſidentibus illam patre & filio Veſpaſianis, Ioſephus teſtatur. Illis duabus ciuitatibus mons imminet à Meridiana plaga tam propinquus mœnibus, vt ſit pro aggere, vnde tela conijci contra hoſtes poſſint, & Iotapata non procul à Tarichæa Tiberiadis ad Sephorim, ciuitas munitiſſima, tota præceps, immenſis vndique rupibus cincta, & à Boreali tantùm parte cliuum admittit. Hanc olim tempore Romanorum inuadentium Galilæam Ioſephus ipſe ſcriptor Antiquitatum, & Bel. Iudaici, aliquot menſibus contra Romanum exercitum defendit: ſed tandem capta fuit, & ipſe in vincula coniectus. Hanc putat Brocardus eſſe ciuitatem olim dictam Nephthalim, quæ diſtabat à Naaſſon duabus leucis ad Orientem, & à Dothaim, quæ eſt ad Aquilonem, tribus: de quibus liber Tobiæ meminit. Dothaim verò, oppidum ſitum ſub monte Bethuliæ per leucam, & per leucas à Naaſſon oppidum paſcuis apertum: illic Ioſeph venditus à fratribus, & in ciſternam proiectus, vt ſcribitur in libro Geneſis. Erant & aliæ ciuitates non procul à littore; vt Magdalum inter lacum, & mõtem Thabor, vel qui aliàs Itabirius dicitur, transformationa Chriſti illuſtris. Iuxta Magdalum Dalmanutha, de quo apud Marcum: prætereà ciuitas Naim, diſtans à Nazareth per duas leucas, in cuius portis viduæ filium Chriſtus ſuſcitauit. Iterum minor Cana, oppidum diſtans à mari Occidentali, ſiue à Ptolemaide, quinque leucis, primo Domini miraculo memoratum, in tribu Zabulon, de quo Ioannes meminit, & diſtinctum à Cana maiori, altero oppido tribus Aſſer: de qua liber Ioſue. Fuit

Circũiacentes hunc lacum ciuitates. *Matth. 4. & ſæpè alibi. Plin. li. 5. c. 15.*

Ioan. 1. Luc. 7. Peccatrics Euangelicæ patria. *Ioſu. 10. Exod. 14. Hier. 44. Iudith 13. Ioſeph. li. 3. de bel. Iud. c. 19. Brocard. in deſcrip. Terræ Sanctæ. Tob. 1. Gen. 37. Matth. 17. Marc. 8. Luc. 8. Ioan. 2. & 4. Ioſu. 14.*

etiam

Luc.1. & 4.
Chriſtus vnde Nazarenus appellatus.
Matt.2.
Hieron. de locis Hebrai. lit. N. in fin.
10.3. circa fin.
Pſal.41.
1.Reg.28.
Suprà 25.
Pſal.82.

etiam oppidum Nazareth Chriſti incarnatione & educatione illuſtriſsimum in monte ſitum, non longè à monte Thabor, ſed per duas leucas, à Hieruſalem trium dierum itinere diſtans: à qua Dominus vocatus eſt Nazarenus. Hodie viculus eſt in Galilæa, ait Hieronymus, dictus Nazara. Eſt & Endor villa in terra eleuata inter Thabor, & Hermon, & dicitur Hermonium, de quo Dauid: *Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, à monte modico.* In ea dormiebat mulier illa Pythoniſſa, quæ excitauit Samuelem ad petitionem Saulis, qui ſepultus fuerat in Ramathaim Sophim, non longè ab Endor: & de Endor dicitur: *Diſperierunt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terræ.*

Ciſonis torrentis vnus fons duplicē habens decurſum.

Torrens Ciſon etſi duplicem habeat decurſum, vnus tamen eſt fons, & aliqua eius pars influit in mare Galilææ ad Orientem, altera ad Occidentale mare per duo milliaria ab vrbe Caipha, & ſex à Ptolomaide. Et ratio eſt: quia mons Thabor, & Hermon cùm non multum diſtent inter ſe, habent interim editum tumorem terræ, quo iunguntur inuicem. Et ille videtur Hermonium, in quo villa Endor condita eſt, & obſtat quo minus aquæ pluuiales vtriuſque montis ad plagam vnam deſcendant, ſed pars in Orientem, pars in Occidentem tendant. Et in ea parte quæ tendit in Galilæam, commiſit pugnam Baraac contra Siſaram Cineum, vt habet liber Iudicum: in altera, quæ tendit in mare magnum, in qua Helias Sacerdotes Baal interfecit, ex locis propinquis Samariæ, & campo Eſdrelon, & monti Ephraim, & Cain. Nemo verò miretur de monte Hermon prope Iordanem, non procul à monte Gelboe, de quo Propheta Dauid: *Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico*: quia hic mons paruus eſt, alius verò Hermon grandis, & altus, & pars Libani ſupra Trachonitidem regionem, quem Sidonij Sarion, Amorrhæi Sanir vocant, vt ſæpè Scriptura tradit: qui aliàs dicitur Sion cum Schin, ſicut etiam mons Senir eſt mons Idumæi in ſolitudine Pharan, vel maris Rubri, inter Aſphaltiten, & Aegyptum: ſic dictus ab Eſau montis accola, eo quòd eſſet hirſutus, vt Scriptura tradit, proximus Cadesbarne, & monti Sina. Eſt & alius mons Seir in monte Galaad, vbi habitauit Eſau, poſtquàm accepit vxores de filiabus Heuæi Chananæi, & ſicut olim accepit filiam Nabaioth, & ideo habitauit in confinio ſoceri: ita poſteà habitauit ad Iordanem, imò in Galaad, & Hermon in tribu Gad, de quo in Geneſi habetur, quòd ipſe occurrit fratri Iacob reuertenti de Meſopotamia. Tertius mons Seir legitur in tribu Iuda, de quo in Ioſue dicitur: *Gaza cum vicis, & villulis ſuis vſque ad Torrentem Aegypti*, & cæt. Et in monte Sair, qui & Samir appellatur. Ad hæc Giſcalis Galilææ municipium indomitum, vt docet Ioſephus, non Iudææ oppidum, vt tradit Hieronymus: quo à Romanis capto, parentes Pauli Tharſum migraſſe ſcribit Hieronymus: & Paulum natum fuiſſe Giſcalis teſtatur, neſcio quos autores ſecutus; cùm tamen ipſe Paulus non ſemel admoneat, ſe non Giſcali, ſed Tharſi natū.

Mons Hermonium quinam ille.
Iudic.4.
3.Reg.18.
Pſal.41.
Quis ſit mōs Hermon.
Deut.3.
Ioſu.13.
Pſal.88.
1.Paral.5.
Iſai.21.
Gen.26.
Suprà 28.
Infrà 33.
Ioſu.15.
Ioſeph. lib.4. de bel. Iud. c. 4. initio.
Hiero. in Catalo. ſcripto. Eccleſ. tom.1
Idem in epiſt ad Philem. tom.9.
Paulus Tharſi natus, non Giſcali fuit, vt quidam opinantur.
Act.22.
Act.9.
Ioſeph. li.2. de bel. Iud. c.22. ſub initium.
Hiero. li. de locis Hebraic. R. in princ. to 3. circa finem.

Sunt & aliæ ciuitates in Galilæa Occidentali cis Iordanem, vt Zabulon, nomen non tantùm tribus, ſed etiam oppidi municiſsimi: cuius mentionem facit Ioſephus. Eſt & Sion inter Galilææ loca, & Sephoris minimè obſcura ciuitas, aliàs dicta Diocæſarea, diſtans à Thabor per decem mille paſſus contra Occaſum; vt autor eſt Hieronymus: quam Herodes Antipas muro valido circumdedit, & Autocratoridem vocauit, teſte Ioſepho. Credita eſt Ioachimi patris Virginis Mariæ patria: ſed melius ab alijs creditur fuiſſe Bethleemitanus. Illa, Sephoris; hæc, dicta eſt Diocæſarea. Trans Iordanem verò, & ab Orientali parte ſita eſt Corozaim ſuper coniunctione Iordanis cum lacu Gennezareth, diſtans à Capharnaum per quatuor milliaria. Eſt & ager Gennezareth primæ laudis, qui lacui nomen dedit, aliquot ſtadijs iuxta ripam panſis, eximia fertilitate. Cuius oppida ſunt, Gamala, quæ diſtat à Corozaim tribus leucis, & dicebatur olim Cedar: de qua apud Iſaiam, & Ezechielem ſermo eſt, aſpero & munito montis Sanir, vel Seir ſitu. Per vrbem Cedar patet via per littus maris Galilææ ad Occidentem, vt habes apud Tobiam: & Iſaias vocat eam viam maris trans Iordanem, ac Matthæus. Eſt etiam Gadara, à qua Gadareni dicti: nec lōgè diſtans Gergaſa, quæ & Geraſa dicta: vnde & Geraſeni à Matthæo nominantur, qui ait de Chriſto: *Et cùm veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum.* Iuxta Gadaram, tradūt Zieglerus, & Beza, locum eſſe aquarum noxiarum, vt potum in eo pecus, & vngues, & pilos, & cornua amittat: in quem dicunt porcos illos, in quos legio dæmoniorum ingreſſa eſt, fuiſſe præcipitatos, in quem lacum, tanquàm vſibus humanis inutilem, permiſit porcos præcipitari. Quod ſi (inquiunt) Plinius, & Ioſephus, Ptolemæus, & Hieronymus huius lacus non meminerunt, id factum eſt, quòd vicinia imminentis peſtis, ex te-

Ioſeph. li.18. Antiq. ca.3. initio.
Vnde oriundus Ioachim diuæ Virginis parens.
Iſai.21.
Ezech.27.
Tob.1.
Iſai.9.
Matt.4.
Infrà 8.
Zieglerus.
Beza.
Matt.8.
In quem lacum prædicti autores aſſerant iuſſu Chriſti porcos fuiſſe demerſos.

tro odo-

tro odore cor cadauerum tabeſcentium, & horrore lacus, in quem tot dæmonum millia erant relegata, tanquàm in carcerem, lacum impleuerint aggeſta terra, & aſpectui humano ſubtraxerint.

Eundem oſtẽditur eſſe fictitium.

Sed hæ cùm ſint meræ coniecturæ humanæ, & nullum certum teſtem huius lacus de medio ſublati adferant, & quia, vt egreſſus eſt de naui: ſtatim occurrit homo legionem dæmonum habens, & in mare dicuntur à Matthæo, & Marco præcipitati porci, & à Luca, in ſtagnum Geneſareth: & cùm non dicatur Christus vicinus ciuitati Gadaræ, vbi erat ille lacus, ſed prope Geraſa, colligimus, non in lacum illum fictum, ſed in mare Genezareth porcos fuiſſe demerſos. Neque propterea, vt ipſe fingit, mare Geneſareth inutile eſt redditum Iudæis ad potandum propter porcos, cùm ille lacus ſua magnitudine, & fluxu, ab omni contagione illum liberum redderet, & immunẽ.

Ibidem.
Marc 5.
Luc. 8.

Amathus fõs vnde denominetur.

Eſt in eodem tractu Amathus, fons aquarum ſalubritate celeberrimus: cui ab aquis nomen eſt inditum, vt tradit Ioſephus. Remotiores à lacu ſunt multæ ciuitates, vt Pellaiam in deſerta Arabiæ inclinans, & clariſsima vrbium Philadelphia, & Scythopolis, à Scythis Syriam aliquando ingreſsis; quam Cœloſyriam vocat Ioſephus, & oppidum Abyla, Heliſæi Prophetæ patria, & Thesba, vnde conſtat dictũ Heliam Theſbitem. In eruptione Iordanis à Geneſareth, ciuitas vltra Iordanem poſita eſt Ephrom, nõ ad Orientales partes, quaſi contra Scythopolim: quæ ciuitas ſpectat ad tribum Iuda: de qua in 2. lib. Paralipomenon, & lib. Machabæorum primo, & in quam ſe Dominus ad mortem damnatus in cõcilio Iudæorum recepit: fortaſsis nominata ab Ephron Hethæo, à quo Abraham emit ſpeluncam duplicem, vt eſt in Geneſi. Sequitur prætereà Iabboch torrentis coniunctio cum Iordane, & ab Occidẽte Iordanis oppidum Aenon iuxta Salim, octauo lapide à Scythopoli, vbi Ioãnes baptizabat: deinde Sucoth, vel Socoth, ſuper eadẽ fluminum coniunctione ex parte Orientis, & interpretatur Tabernacula, qui Iacob Patriarcha rediens ex Meſopotamia, caſtra ibi poſuit, ſiue tabernacula tetẽdit, & nomen loci appellauit Socoth: qui quidem locus poſteà dictus eſt Phanuel ab euentu, quia luctatus Iacob cum Angelo: dixit, *Vidi Dominum facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea.*

Ioſeph lib. de bell. Iud. 1. 21. circa med & lib. 17. Antiq c. 8 circa fin ſene. g. mit.
Idem lib. 13. Antiq c. 21. circa med.
3 Reg. 17.
Cap. 13.
Cap 5. & 2. Mach. 12.
Ioan. 11.
Gen. 23. & ſeq.
Ioan 3.
Sucoth vel Socoth quid ſonet.
Gen. 33.
Suprà 32.

Salem quæ ciuitas.

Proximo loco eſt ciuitas Salem, vrbs Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaam; vbi regia oſtenditur Melchiſedech, ex ruinis, vt inquit Hieronymus, veteris operis magnificentiam teſtata: de qua liber Geneſis loquitur. Et videtur quibuſdam eſſe dicta quoque Sichem. Et alia eſt Salem à Hieruſalem Iordanis igitur egreſſus lacum Geneſareth, poſt eruptionem tranſit per mediam Aulonem, & ingreditur Mare Salis: in medio mari perdit aquas laudatas. Vbi enim nunc eſt Aſphaltites lacus, fuit priori ætate Vallis Salinarum miræ fertilitatis, & amœnitatis, quam Iordanis mediam rigabat, vt Callis Siluestris, dicta ab interprete, noſtro Hebraicè Hemech-allidim, id eſt, vallis camporum, quòd ibi eſſent campi multi, & amœni: poſteà à ſalſedine dicta eſt vallis Salis, vel ſalinarum. Alij verbum Siddim, interpretantur, calcem, vel bitumen. Vnde ante enatum lacum, Iordanis vel excurrebat ad mare oppoſitum in Meridiem, id eſt, Elanitem ſinum Maris Rubri: cui lacus ex reliquo littore maris Rubri propius accedit, quaſi ad ſchoenos 30. vel citra conſiſtens; vel abſumebatur cuniculis ſecretis: quod & alijs accidit fluminibus, vt Euphrati in Syria, & Nigriti in Africa. Excurriſſe autem aliquando ad oſtia vſque maris, nullo indicio hiſtoriæ, & locorum oſtendi poteſt: neque filij Iſrael alio loco, quàm contra Galgala, & Hierichuntem Iordanem tranſijſſe feruntur: pertranſiſſent autem Iordanem via à Cades-barne ad Moab. Quare ſequitur, quòd cuniculis ſecretis condatur Iordanis, & in mare tendat. Quod verò auctu fluminum Iordanis, & Arnonis (qui in eum etiam influit ex parte Moab) accreſcant ripæ Aſphaltitis, id eſt, quòd hiatus ſint anguſtiores aggeſtione aquarum, & ita ripæ videntur tantiſper pleniores. In illo lacu ſubmerſæ iacent quatuor illæ damnatæ ciuitates Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim; ſola Bala, quæ à paruitate dicta eſt Segor, ad preces Loth ſeruata eſt. Non ſatis autem conſtat quæ gentes colerent quatuor illas ciuitates. Non enim erãt Chananæi, quia terminus terræ Chanaam ab illis diſtinguitur. Nam in Geneſis cap. 19. legitur: *Factiq; ſunt termini Chanaam venientibus à Sidone Gerarum, vſque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim vſque Laſa.* Et conſequenter nec erant Amorrhæi, nec Pherezæi, qui ex Amorrhæis orti creduntur. Etiam Pherezæi, quam Amorrhæi ex Chanaan patre geniti erant. Rurſus non erant Idumæi, vel Moabitæ, & Ammonitæ, vel Madianitæ, vel Iſmaelitæ: quia omnes orti ſunt ex Abraham, vel Loth nepote, poſt lacum effectum. Ergo dicendum eſt, fuiſſe vel Philiſthæos, qui propè habitabant filios Meſraim filij Cham, vt ait Gene-

Hieron epiſt. 126 per tot. tom 3. circa princ.
Infrà 33.

Hemech-allidim quid.

Siddim quid ſecundùm quoſdam.

Euphratis, & Nigritis natura fluminum.

Ioſue 3.
Infrà 5. & 6. & ſeq.
Gen. 19.

Bala ſancti viri Loth fugium, cur dicta Segor.

Idem.

Infames quatuor ciuitates, nempe Sodomam, Gomorrham, Adamam, Seboim quis olim habitarent.

Suprà 10.

Pherezæi à quibus deſcenderint.

Ibidem.

Eaſ ſiue gentes vrbium illarum incolas cur Scripturæ non nominet.

tis: vel

Gen 3. Pentapolitanæ regionis amœnitas qualis fuerit olim.

ſis, vel alij fuerunt eiuſdem Cham filij, qui habitabant terram optimam, & AEgypto proximam. Et Scriptura eam gentem ob flagitij magnitudinem, ad infamiam eius declinandam, exprimendam non cenſuit.

De præſtantia verò Terræ illius eadem tradit: *Eleuatis Loth oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequàm ſubuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham ſicut paradiſus Domini, & ſicut Aegyptus venientibus in Segor.* Deſcribitur irrigatio à tempore, ante ſcilicet ſubuerſionem Sodomę; à ſitu, veniendo in Segor, à Sodoma; quę erat ciuitas Loth; à ſimilitudine paradiſi terreſtris, quam deſcripſerat ſupra fluuio irrigari, & terræ Aegypti quam viderant filij Iſrael irrigari à Nilo, quia in illa nunquàm pluit.

Gen 13. Ieſa. 13.

Aegyptus Nilo tantum irrigatur, non cœlitùs.

Celacu Aſphaltite memorabilia.

Poſt Sodomam euerſam vicina oppida mutata ſunt in tantam ſterilitatem, vt per octo millia paſſuum prope ripam ſentiatur afflatus bituminis; cùm tamen antiquitùs eſſet cultiſsima, & ob felicitatem paradiſo Dei conferretur, cuius ſpecies manſit apud Hiericuntem, & Engaddi, vbi ſunt palmeta, & balſami horti. Aquam habet hic lacus ita craſſam, vt vẽto non impellatur, vel piſces gignat, vel volucres patiatur. Imò, vt teſtis eſt Hieronymus, Iordane aucto imbribus, piſces illuc influentes, ab illoq; rapti, ſtatim moriuntur, & pinguibus aquis ſupernatant, & teſte Ariſtotele, proiectus homo, vel iumentum ligatum, in lacu non ſubmergitur: veſtimenta ibi non lauantur, ſed inquinantur. Ioſeph. libro quinto, de Bello Iudaico aſſerit, Veſpaſianum proiecìſſe homines ligatos manibus poſt terga reuinctis neſcientes natare, & nullum ſubmerſum, ſed tanquàm vi ſpiritus rurſum repulſos deſuper fluitaſſe. Tacitus de hoc lacu ita ſcribit: *Lacus, inquit, immenſo ambitu ſpecie maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer, neque vento impellitur, neque piſces, aut ſuetas aquis volucres patitur: incertum vnde. Superiacta vt ſolido feruntur periti, imperitiq; nãdi, perinde attolluntur. Certo anni tempore bitumen egerit, cuius legendi vſum, vt ceteras artes, experientia docuit. Alter ſuapte natura liquor, & ſparſo aceto cõcretus, innatat. Hunc manu captum, quibus ea cura, in ſumma nauis trahunt. Inde nullo iuuante influit, oneratq; donec abſcindas, nec abſcindere ære ferroue poſſis. Fugit cruorem, veſtemq; infectam ſanguine, quo fœminæ per menſes exoluuntur. Sic veteres auctores. Sed ignari locorum tradunt, vndantes bitumine moles pelli, manuq; trahi ad littus: mox vbi vapore terræ, vi Solis inaruerint, ſecuribus, cuneiſq;, vt trabes, aut ſaxa diſcindi. Haud procul inde campi, quos ferunt olim vberes, magniſque vrbibus habitatos, fulminum iactu arſiſſe, & manere veſtigia, terramq; ſpecie torridam, vim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata ſiue herba tenus, aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem adoleuère, atra & inania velut in cinerem vaneſcunt.* Hæc ille. Strabo verò ita habet: *Quòd autem regio ignea ſit, per multa alia ſigna afferunt. Nam & petras aſperas exuſtas circa Moaſada oſtendunt, & multis in locis prærupta, & terram cinerulentam, & picis guttas ex petris diſtillantes, & flumina fœtido odore efferuentia, & habitationes paſſim euerſas, vt ijs fidem adhibeant, quæ ab indigenis prædicantur, quod in hoc loco 13. vrbes olim habitabantur, quarum metropolis Sodoma adhuc 40. ſtadiorum ambitum ſeruet. Et quod ex terræ motibus, & ignis afflatu, & aquis calidis, & bituminoſis, & ſulphureis lacus eruperit, & quòd petra ignifera facta ſint, & vrbium alia abſorpta, alia ab ijs, qui eaq; fugere potuerunt, derelicta.* Hactenus Strabo.

Ioſeph. lib. 14 Antiq. c. 7. in initio, et alibi.

Hieron. in traditionib. in Geneſ. tom. 3.

Ariſt. lib. 2. meteoro.

Ioſeph. c. 5. initio.

Tacit. li. 21. prope initium.

Omnes artes experientia docuit.

Strabo lib. 16. poſt medium.

Pentapoleos olim regio amœniſſima qualis tandẽ reddita fuerit vltione diuina.

Gen. 13. Infra 19.

Varijs autem nominibus appellatur ille lacus, Mare mortuum, quia aquæ abſorbentur, & non fluunt; Mare Orientale, quia Hieroſolymis eſt Orientale: Mare Salis, vel Salſiſsimum, ob ſterilitatem: & lacus Aſphaltites, ob bitumen quod generat, quod Græcè dicitur ἄσφαλτον, Mare deſerti, vel ſolitudinis, quæ Hebraicè dicitur Iamaraba, quia deſerta eſt omni bono illa regio.

Variæ huius lacus appellationes, ac rationes earum.

Gen. 14. Num 34. Ibidem. Deut. 3. & alibi. Infrà 4. & alibi.

Ἄσφαλτον Græcè quid.

Quinta, ac poſtrema diuiſio, quam ab initio propoſuimus, eſt, partiri terrã Promiſsionis more Romano, relicto fortaſſe à Græcis, qui dominati ſunt per Toparchias. Eſt autem Toparchia, territorium habens gubernatorem ius adminiſtrãtem, qui & Toparcha dicitur, id eſt, loci præfectus. Erant autem in Iudæa cis Iordanem, teſte Plinio, decem Toparchiæ: ita enim ait: *Reliqua Iudæa diuiditur in Toparchias decẽ, quo dicemus ordine: Hierichuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam; Emmaum, Lyddam, Ioppicam, Acrabathenam, Tophaniticam, Thamniticam, Betholenen, Tephenen, Orinen, in qua fuère Hieroſolyma longè clariſsima vrbium Orientis.* In Syria vero ponit Plinius decem & ſeptem Toparchias in regna deſcriptas barbaris nominibus. Ex quo intelligimus, Syriæ adminiſtrationem initio Græcis quadripartitam fuiſſe, atque ita Tetrarchias ipſas ſuis limitibus determinatas; & Præſides earum Tetrarchas appellatos. Poſteà verò illis ampliùs diuiſis, & aucto portionum numero, vetus interim, & primò datum nomen retinuiſſe. Ioſephus autem vndecim nominat Toparchias Iudææ, ita dicens: *In vndecim autem ſortes diuiſa eſt; quarum prima eſt tanquàm Regia Hieroſolyma, præ ceteris inter omnes accolas eminens, velut*

V. diuiſio. Toparchia quid.

Plin. li. 5. c. 14 Idumeæ Toparchiæ decẽ ex Plinio.

Idem ca. 23. eiuſdem libri.

Eiuſdem Toparchię quot ſecundùm Ioſeph.

Ioſeph. li. 3. de bell. Iud. c. 2.

caput

caput in corpore: alijs verò poſt hanc Toparchia ſunt diſtributa. Gophna eſt, ſecunda, & poſt eam Acrabata. Ad hoc Thamna, & Lydda, itemq́; Emmaus, & Pella, & Idumaa, & Engadda & Herodium, & Ierichus: deinde Iannia, & Ioppe finitimis praſunt. Et prater has Gamalitica, & Gaulonitis, & Batanaa, & Trachonitis, qua etiam regni Agrippa partes ſunt. Sic ille.

Palæſtinæ montes.
Pſal. 88.

Montes autem terram Promiſſam occupantes, præcipui ſunt, Hermon ab Oriente, & Thabor ad Occidentem: iuxta illud: *Tabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt.* Suntq́ue maximi, & editiſsimi: quorum alij vel brachia, vel partes, vel ramenta ſunt. Nam Hebal, Bethiron, & Miſphat, vel Maſphat ad Hermon; Gelboe, Garizim, Sarona, & proximus mari Carmelus, ad Thabor referuntur. In illis inhabitabant leones, vrſi, lupi, cerui, vt feræ animantes luſtra ſua habent. Habet tamen à Septentrione Libanum miræ longitudinis, ex quo Trachones, & Galaad, & Abarim: quod & ipſum in principio, & fine Hermon vocatur. Nam incipit

Ioſu. 11. & 13.

prope Tyrum à Baalgad ſub Hermon & Abarim, vel Iebarim prope Aſphaltitem terminatur in mõte Nebo, cuius faſtigium eſt Phaſga, vnde Moyſes ſpectauit terram

Deut. 32.
Suprà 8.
Num. 34.

Promiſſam. Inter Aſphaltitem, & Aegyptum eſt Aſcenſus Scorpionum, ſiue locus dictus Acharabim, propter ſpinas, vel animalia infeſta, vt diximus, & eſt pars mon-

Gen. 32.

tis Seir, quem habitauit Eſau, ſiue Edum, qui longè protenditur verſus Orientem, vt eius videri pars poſsit, Nebo dictus. Nec ab eo longè diſtat mons Sinai, cuius ſummitas dicitur Horeb, & hodie ab incolis vocatur Tur. Diſtat autẽ Sina ab Arabico ſinu per 60. millia paſſ. quod ſpatium emenſi ſunt Hebræi, ſeptem caſtris nouem millia paſſ. quotidiè perficiendo. Et quod ait Apoſto-

Galat. 4.
Quomodo intelligendũ dictum Apoſtoli, Arabiam confinem eſſe Hieruſalem.

lus: *Sina mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei qua nunc eſt Hieruſalem*: Intelligendum eſt, Arabiam confinem eſſe Iudææ, & per illã ſiue per ramenta montium eius Hieroſolymę. vel quod idem eſt, mons Sina per Arabiam, cuius eſt pars, confinis eſt Iudææ. & per eam Hieroſolymæ. Sunt etiam montanæ Iudææ, quæ deſcendunt à ſitu Hieruſalem ad Seir, & montana Ephraim inter Hiericuntem, & Hieruſalem: & ab his contra Septentrionem aſcenditur per tractum maris vſque ad vrbem Gazara. Eſt quoque Aulon Saue, Vallis Regis, & illuſtris dicta. cuius longitudo inter Genneſar, & Aſphaltiten 230. ſtad. Latitudo verò inter Atrabitenam Toparchiam, & Trachones mõtes ſtad. 56. Per medium eius fluit Iordanis fluuius. Atque hæc ſatis de montibus.

Circumiacentes regiones.

Sexto loco dicendum de circumiacentibus regionibus, quæ Terram Sanctam aut contingunt, aut ab ea non longè ſunt diſsitæ. Nam & inde certior, atque compertior terræ alicuius cognitio haberi ſolet, ſi extrema, quæ illã circumſtant, non ignorentur. Quod ad Scripturarum luculentiorem ſpectat noticiam, quæ etiam illa neceſſario, ac nominatim recenſent. Sunt ergo ad Aquilonem Terræ Sanctæ Tyrus, & Sidon, Syria, & Syria Cœle, & Damaſcus: de quibus ſuperiùs ſatis eſt dictum: ab Oriente verò habet Arabiam, Idumæam, Cinæum, Amalec, & Moab, & Ammon. A Meridie verò habet Madianitas, Arabiã Petræam, Idumæam, Aegyptum, & Philiſthæos. Ac de Philiſthęis quidem nihil eſt opus adferre ampliùs præter illa, quæ produximus; nec de Aegypto, quę lõgè eſt à Terra Cha-

Gen. 8 & ſeq.
Infrà 25.

naan, & illam minimè attingit. Dicendum ergo, præter Saram, Abraham duas habuiſſe vxores: Agar Aegyptiam, de qua, viuente Sara, ſuſcepit Iſmael, & Ceturam, quæ poſt mortem Sarę ſucceſsit in curam familiarem. Harum filios à promiſſa ſibi terra

Ibidem.

Chananæorum excepit, & ad Orientalem plagam paſtionibus opportunam occupandam, muneribus ad vitę vſum, & ad pecuariam rem comparandam abunde diſtributis, deſtinauit, vt habes in lib. Geneſ. Maior ætate Iſmael, minor tamen ordine ob legitimarũ nuptiarum ius Ceturæ filijs adſcriptum: propter quam cauſam prænarratur eius ſucceſsio per Ceturam: in duodecim velut tribus creuit, progenitis duodecim

Ibidem.
Filij Iſmaelis vnde Iſmaelitæ nuncupantur.

principibus, Nabaioth, Cedar, & Adbeel, & Mabſam, Maſma quoque, & Duma, & Maſſa, Hadad, & Thema, Ietur, Naphis, & Cedma, qui paternum nomen Iſmaelitarũ retinuēre, aliquando ex Nabaioth aliquando ex ſecundo filio Cedar cognominati. Ex Nabaioth Nabathęa: Arabia duplex, altera prope Cheſebon, altera prope Felicem Arabiam. Et cœpit eorum habitatio à de-

Arabia duplex.
Ibidem.

ſerto Pharam, vbi Iſmael Aegptiam vxorem matrem horum duxit, & inde propagatus nonnunquàm pulſis alijs, nonnunquã ab ipſis pulſus; interdum inducijs factis inter Ceturæ filios, ſicut Deus oraculo prædixerat, de quo Geneſ. tradit. *Duodecim duces generabit, & faciam illum creſcere in gentem magnam.* Et: *Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula.* Horum prima habitatio ab ortu Meridiem verſus in Heluiſa, Lepta ad Occaſum in Suz tendit vrbem veterem, atque Miſraim terminis finitimam non longè à Cades monte, & ſolitudine; ab Aquilone ad Aſurim vſque producta. Inter quos nõ

Gen. 17.
Suprà 16.
Infrà 25.

procul

Buzitæ popu li quinam, eorumque ſtudia.

procul à Dadan Ceturæ filio Thema, diuturniores, & magis notas ſedes habuit, & proximas vrbi Buz, vnde Buzitæ dicti, qui poſt Quieſsitæ ab alijs appellati: abundant pellibus ad omnem vſum, & tentoria habent, pecorum, & armentorum, & camelorum ditiſsimi: quidam mercaturam exercent, & Galaaditidi ſunt viciniores: qui reſinam, ſtactem, & aromata in Aegyptum vendenda camelis important.

Abrahæ ex Cetura liberi. Gen. 25.

Filij verò Abrahæ ex Cetura fuerunt, Zamram, Iecſan, Madan, & Madian, Ieſboc & Sue: hi deſerta loca inter Ammonitas, & Moabitas, & Chaldæos, illaque paſtionibus occupârunt ſuis Ortum verſus: vnde Orientales, & Orientis filij dicti ſunt, ab Aarm Naharim ad Perſicum vſque ſinum; & mare Suph.

Filij Orientis qui dicti.

Sed Madian ea, quæ Auſtrum tendunt, tenuit vſque ad Goreb montem: atque occupatos agros inter ſex filiosfamiliâs partitus eſt, Epha, Nenoch, Epher, Henoch, Abida, Eldaa: huic proxima Aquilonem verſus loca tenuit Iecſan cum Saba: ex quo fortaſſis Sabæa thurifera Arabiæ Felicis, & Dadã, duabus filiorum familijs: quarum altera tribus liberis proſeminata ſobole, lata per loca eſt extẽſa; inde Aſſurim pater, vt diximus Aſſur, qui occupata per Nemrod prouincia, in Euphratis amnis agris magnas vrbes, & Aſſyriorum regnum condidit.

Sabæa prouincia vnde cognominata.

Gen. 10.

Regno Aſſyriorum quis nomen dedit.

Secundus filius Dadan, Latus, à quo Latuſſim nomẽ, & locum tenent Aſſyrijs proximum, occupauit, deinde Laum, vnde Launuca: qui præcipuè ſunt Arabes incertas ſedes paſcuorum gratia tenentes, vbi ſicut Heuila iſta, de qua hic fit mentio, eſt diſtincta ab altera in India poſita, ita etiam iſti Aſſyrij filij Cham; alij ab illis filijs Sem, qui imperium in Aſſyria ſibi vſurpârũt, & Niniuen ædificârunt, Rohobath ciuitatem iuxta 70. interpretes, de quo lib. Geneſeos: habent hi dromedarios, camelos, vtuntur arcu, ſagittis: de quibus Hiere. Iſai. Ezech. faciunt mentionem.

Heuilæ duæ memorantur. Aſſyriorum ſtudia. *Ibidem.* *Hier. 39. & 48.* *Iſai. 22. & ſeq.* *Ezech. 27. & 23.*

Ex Loth fugiente Sodomorum incendium, & duabus filijs orti ſunt duo populi vocati Moab, & Ammõ, qui viuente Abraham ſedes ad Orientem occupârunt.

Gen. 19. Moabitæ, & Ammonitæ vnde deſcenderunt.

Nam Moab ab Ortu, diſtinguitur magnis, & perpetuis montibus Horræi, ab Occaſu ingenti lacu, quod mare Salis dicitur, & Iordane: à dextera verò illuſtri flumine Arnon: qui Amorrhæos à regione diuidis: ab Aquilone, aut funiculo à Iaboc fluuio ad montes Phaſga. In his ſunt flumina, Iazer torrens, nimirum ex montibus Phaſga deductus, & Dibon, & Arnon totius regionis terminus, ab extremis montibus Horræorum; ex rupe ſui nominis defluens in lacum Sodomæ. Cui imminent multi montes, ab Ortu Phagor, ab Aquilone Luith, ab Occaſu Abarim, qui idem Nebo, montes, & Hermon, & Sauir ſecundùm Iordanis decurſum: ſed in his præcipuus Abarim, propter regionis Chananææ ſubiacentis proſpectum, & Moſis ibidem vita functi memoriam.

Deut. vlt.

Eſt & alia vallis in Moab in capite Phaſga montis, qui deſertum ſpectat, Vaimoth dicta; clara Iſraelitarum olim manſione, & victoria de Amorrhæis parta, tranſitum in terram promiſſam prohibentibus.

Num. 21.

In eo ſunt vrbes Arnon, ſecundum nomen ſui fluminis ſita, Moab lateritio opere conſtructa, & diſtantior à flumine Gallim, & Regia Gigantum ſedes. Olim enim robuſti homines de ſtirpe Enacim, Dibon, Nabe, Nophe, Medaua, & Nabo, Aroer, Araroth, & Roht, Sophã, Iaghazer, & Iebgahaah, Bethnemra, & Betharam, & Geminchoron ſuperior in monte, inferior in valle, & ſimul iunctæ dictæ Horonarra, non procul à montibus Luith, Heſebon, Elghale, Kiriathaim, Badgad, Meghon, & Sabana, Diblathoim, Bethgamul, Beth maior, & extrema Boſſor, vel Boſra, & Nimri iuxta fluenta, & Sittem oppidum, æternum inceſtus vindicati monumentum à Phinee: de quo Numer. 25. De his terris habes lib. Numer. 21. 24. 32. 33. Deuteron. 2. 9. 32. 34. Iſai. 12. 15. Hierem. 48.

Num. 25.

Moabitæ, viri fortes, qui gigantes Deo iudice & vindice expulerunt, & interfecerunt: circuncisi omnes ex imitatione filiorum Abrahæ, ſed non Deum Abraham, at Chamos adorabant.

Moabitæ, viri fortes, & bellicoſi. *Deut. 2.*

Atque hæc olim Moabitæ loca incolebant. Sed ab Amorrhæis Iordanem prætergreſſis ſub Sehon Rege oppugnati, & victi, magna & fertili vrbium parte cedere coacti ſunt, inter quos fuit Heſebon, cum omni perpetua Occidentali plaga vſque ad Arnon, qui Rex Sehon pugnans cum Iſraelitis, & infeſto exercitu occurrens, & vita, & regno priuatus eſt.

Suprà 12.

Minor natu Ammon conſedit prope fratrem ſuum Moab, & occupauit à montibus Luith vſque ad montes Baſan: ab Ortu montes perpetuos Acrabim dictos, contra terram Enum: ab Occaſu Amorrhæum. Ager ipſe vallis inter montes ſitæ fertiliſsimus fuit, olim cultus à ferocibus, & proceræ ſtaturæ hominibus, quos Ammonitæ vocabant Zomzomim: ſed intrantibus Ammonitis, illa natio omninò diſperijt. Fluuium habent inſignem Iaboc, qui ab Ortu ex montium influxu ortus, cõmunem cum Moabitis terminum Aroer vrbem, præterfluens, in Iordanem influit. Inſignes habuit vrbes nonnullas, ſed præcipuè Rabbat, à populi. & loci magnitudi-

Ammõ, vnde Ammonitæ.

Deut. 3.

ue dicta: in qua ferreus lectus Og Regis Baſan oſtendebatur, vt habes in lib. Deuteronomij. Fuit & Heſebon in monte ſita in confinio Moab, & Hai, & Memnith, inter quas & Aroer viginti vrbes fuêre, quarum nomina ad nos non peruenêre, præter vnam Abel, vinearum copia præclaram, de qua lib. Iudicum meminit. Hi, ſicut Moabitæ; circuncidebantur, ſed Deum verum non colebant, verùm idolum Melchon, de quo Sophonias, cuius coronam præripuit Dauid.

Iudic. 11. Ijdem quem Deum colerent. *Sophon. 1.* *1. Paral. 20.*

Seir gigantes quæ loca olim inhabitauerint.

Ex genere gigantum antiquo Seir nonnulli montes ſuperiores Moabitis, Nabathæis verò inferiores, atque Moabitis finitimos campos tenuêre: quorum prima ſedes in monte Hor, non longè à mari Salis diſtāti, qui ab Occaſu Cades deſpicit, à dextera Arabiam, & maris Suphlitus: hinc Soboles per continuatos montes ad Ortum, & ad Aquilonem procurrentes propagata eſt, regione certis nominibus ex filiorum monimento, appellatas in heptarchias diuiſas cum poſteritate ſua habitârunt. Prima heptarchia Lotham in duas familias diuiſa Hori, qui montem ipſum poſſeſsionis initium coluit, & Heman. qui proxima loca tenuit. Secunda, Sobal in regiones quinque diuiſa, Aluan, Manabath; Ghebal, Saphonam: quorum nomina regiones acceperunt. Tertia, Sebeon, quæ in duabus partibus ceſsit: altera Aia filio, altera eius fratri Ana, qui primus equis cum aſinis quos paſcebat commixtis, mulorum genus & vſum hominibus oſtendit: hic duplicē prolem habuit; Diſon filium, & Oolibamam filiam. Quartam obtinuit Ana, alter ab illorum mulorum inuentore, cuius nulli commemorantur liberi. Quintam habuit Diſon, quam filijs quatuor impertitus eſt, Andam, Eſeban, Iethron, & Charam. Sextam habuit Eſur, filijsque Balaar, & Zauan, & Acan conceſsit. Septimam, & vltimam Nabathæis, & Ammonitis finitimam tenuit Diſon: cuius partibus nomina à filijs indidit Hus, vnde Iob fuit, & Acan. Verùm Eſau filius Iſaac, & frater Iacob, qui propter familiarū, & rei pecuariæ frequentiam, paſtionumque, vtriuſque anguſtum locum, ab Iacob fratris conſuetudine diſceſsit, Seir montes paulatim bello occupando, tandem omnes, ex diuino iudicio expulſis & deletis Horræis, obtinuit: de quo in Deuteronomio ſic habetur: *In Sebir autem prius habitauerunt Horrim: quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau, ſicut fecit Iſrael in terra poſſeſsionis ſuæ, quam dedit illi Dominus.* Et idem paulò antè narrat feciſſe Moabitas: expulſis enim populis validis, &

Deut. 1. *Gen. 36.*

Eorum heptarchiæ ſeptē numerantur.

Mulorum generis primus autor, & inuentor quis.

Iob 1. *Gen. 35.*

Eſau à fratre ſuo Iacob quęnam fuerint cauſæ diuortij.

Deut. 20.

robuſtis, de genere Enachim, tantum Pentapolim ob flagitij magnitudinem & horrorem nulli dedit poſsidēdam, aut expugnandam, ſed ipſe de cœlo euertit, & inhabitabilem reddidit. Hoc eſt ergo quod Geneſ. 36. narrat Moyſes, cùm recenſet Horræorum principatum, qui ceſsit poſteà in poſteros Eſau, ſicut & Heuęorum terras in Haſerim vſque ad Hazam tranſtulit in ditionem Cappadocum; qui ſunt Philiſtini (qui Capthnrim filij erant Chaſluim, vt in Geneſi dicitur) & illa loca habitauerunt. Eſau igitur ita ditionem Seir occupauit, vt toti genti, ac terræ nomen à fratre ſuo ſibi inditum Edom, in perpetuæ cum fratre ſimultatis ſignum, impoſuerit: atque Tetrarchias initio conſtituit, ditionemque omnem tribus vxorum liberis attribuit. Primas ſedes occupauit Eliphaz ex Ada Hethæa matre natus, cum filijs quinque Theman, Omar: Sapho, Gathar, & Chenez, atq; ex Tiuena concubina Amalec, & Core.

Deut. 2.

Qui ſint Cappadoces.

Gen. 10.

Eſau cur dictus Edom.

Ab eodem Tetrarchiæ primum inſtitutæ quænam.

I. Tetrarchia.

Secundam Tetrarchiam obtinuit Raphziel, ſuſceptis, Nabath, & Zara, & Saura, & Necza, quatuor liberis. Tertiam acceperunt filij tres ex Oolibama Anæ Chananęi filia, Sabeoniſque nepte: videlicet Iehus Ielhon, & Coreh. Singulæ quoque Tetrarchiæ in tot myriadas, ſiue ducatus diuiſæ ſunt, quot filiorum, & nepotum nomina fuerunt. Fuit enim diſtributio illo more gentis in myriadas facta, ita vt ſingulis filijs, vel nepotibus præfectura cum nomine myriadis, hoc eſt, aluph, quod millenariū, vel milliare verti poteſt, conceſſa ſit; ita vt dicatur aluph Themā, aluph Omac, aluph Sepho, aluph Gathan, aluph Amalech, aluph Coreh. Et in ſecunda Tetrarchia, aluph Nabath, aluph Zara, aluph Zama, aluph Meza. Ex Baſeruath progeniti, tertiam obtinuêre. Oolibama filij, aluph Iehus, aluph Ielhon, & aluph Coreh. Et ita terra Edom gubernabatur, quam primum occupata eſt ab Eſau. Deinde regione in regni formam redacta, myriadum facta eſt mutatio minori numero, & nominibus variatis; vt eſſent aluph Chamna, aluph Alaia aluph Ietheh, aluph Oolibama, aluph Elah, aluph Phiuen: & antiqua nomina retenta, aluph Chenez, aluph Themam; & nona addita nomina, aluph Maphſar, aluph Magoul, & aluph Turam: qui omnes vni Regi, qui cæteris imperabat, delecto parebant. Erant autem termini ijdem, qui olim Setur, perpetuis Horræi montibus, tractu ex Themam finitimo Cades in Aquilonem procurrente ad Ortū, atq; ad Occaſum cōtra Luith montem deflectentem, valles inſignes habuerunt: dicta eſt ab amplitudine.

Secunda.

Tertia.

Aluph quid.

Regio-

Regioni in montibus fontes, in campeſtribus putei aquam ſuppeditabant. Antiquæ eius vrbes, Denaba, Boſra, Hauith, Maſrecha, Phaur: omnes Regum patriæ, & Dedã, gens belli ſtudijs, & prudentiȩ, ac ſapientiæ iactatrix, vt ait propheta Baruch. Atque hæc dicta ſint ad ingerendam lucem verbis cap. 36. Geneſeos.

Baruch 3.

Hæc de circumiacentibus regionibus ſatis.

PROLEGOMENON XLII.

Deſcriptio ciuitatis Hieroſolymæ, ac Templi.

POſtremus tandem labor noſter abſoluendus, & ciuitatis Hieroſolymæ deſcriptio breuiter proponenda, quatenus ex ſacris literis, & Patrum veterum monumentis lumen tantæ rei adhiberi per nos poſſit. Si enim topographia exornari ſolẽt ciuitates magnæ, & illuſtres, in quibus aliquid præclarum in bello, aut pace geſtum eſt, quo magis quȩ hominum rumore ſparguntur, aut libris ſcribuntur, percipi, & intelligi valeant (quã rationem ſecutus Deus, deſcripſit nobis paradiſum terreſtrem, & regionem illam amœniſsimam, quæ ſingulari miraculo in lacum Aſphaltitem eſt ab ipſo commutata in perpetuum horrendi illius peccati, ac contremiſcendi monimentum) quanto eſt rationi magis conſentaneum, vt illam planè compertam, & exploratam habeamus vrbem, quam æterni Dei Filius noſtræ mortalitatis veſte indutus, & verus Meſſias, mũdiq; Redemptor, doctrina ſua, & admirandis ſignis, deniq; morte ſuâ, & à mortuis reſurrectione, in cœlumque aſcenſione, & miſsione Spiritus ſancti in Apoſtolos illuſtrauit, & glorificauit? In qua primùm cœpit ſponſa Chriſti Eccleſia coaleſcere, vt de Sion exiret lex, & Verbum Domini de Hieruſalem? Hanc Tacitus vocat famoſam vrbem, & Plinius longè clariſsimam Palæſtinæ vrbem. Ita celebrârũt illam homines externi religionis noſtræ prorſus expertes, & Agatharchides, quem lib. 1. in Apionem ſub finem producit Ioſephus: *Qui vocantur*, inquit, *Iudæi, habitant omnium munitiſsimam ciuitatem, quam vocare Hieroſolymam prouinciales ſolent.* Huius ergo plenior, & planior cognitio non poteſt non ſummam lectori parere, tum animi iocunditatem, & commoditates ad ſacra volumina, & Euangelica præſertim monimenta maiori lumine contuenda, & diſcernenda. Et vt ordinem ſeruent quæ dicturi ſumus, & maiori cum delectatione legantur, dicemus, Primò de nominibus huius ciuitatis, & à quibus, & quando ſint impoſita; Deinde de ſitu eius, & loco, qui maximè topographiam illuſtrare ſolet; Tertiò de ædificijs, ac fabricis eius principalibus, & in Scripturis denominatis; Quartò de muris, turribus ac portis huius vrbis octo, vel nouem; Quintò de locis vrbi proximis, extra illam tamen; Sextò, cur permiſerit Deus tantam euerti ciuitatem; & in manibus Gentilium permanere, nec pro ſua erga nos charitate concedat à fidelibus recuperari, qui toties pro ea comparanda ingentes exercitus in Syriam duxârunt; Septimò, quàm ſanctum, & gratum ſit Deo votum peregrinationis ad inuiſenda illa loca ſacroſancta, & quàm eſſet olim frequens, & vſitatum.

Gen. 13. & ſeq.

Infrà 19. Hieroſolymitanæ vrbis encomiũ.

Act. 1.

Infrà 2. *Iſai. 2.* *Tacit. lib. 21. init.* *Plin. lib. 5. c. 14.* *Eutro. li. 7.*

Ioſe. ex Agatharcide.

Quantum & vtilitatis, & voluptatis allatura ſit huiuſmodi deſcriptio.

Ratio dicendorũ, & ordo.

Quod igitur ad nomina eius attinet, varijs fuit hæc ciuitas vocibus celebrata. Primùm enim ante ingreſſum populi Dei in terram illam tempore Abrahȩ dicta eſt Salem, vt ex Geneſis 14. colligitur: cui præerat Melchiſedec. Et huius ſententiæ eſt Ioſephus lib. de Bell. Iud. *Primus*, ait, *conditor Hieroſolyma fuerat Chananæorum Dynaſta, qui patria lingua Iuſtus appellatus eſt Rex. Erat quippe talis. Ideoq; Sacerdotium Deo primus exhibuit: & fano primum ædificato, Hieroſolymam ciuitatem vocauit, cùm antè Solyma vocaretur.* Et alibi: *Hieroſolyma*, inquit, *tempore Abrahami generis noſtri autoris, Solyma vocabatur. Nec deſunt qui affirment etiam apud Homerum Solymorum nomine hanc vrbem intelligendam templum enim iuxta Hebræorum linguam nominatum eſt hac voce, ſecuritatem ſignificante.* Hunc ſecutus Egeſippus ſic habet: *Dicuntur Hieroſolyma, quæ primò Solyma dicebantur. Sed cùm Rex Chananæus cognomento Iuſtus, qui fuit conditor Hieroſolymorum, templum addidiſſet, inde Hieroſolyma nuncupauit.* Hanc tamen ſententiam reprehendit Hieronymus Epiſtola ad Euagrium, vt falſam, dicens: *Conſiderandum quoque eſt, quod Abraha à cæde hoſtium reuertens, quos perſecutus eſt vſque Dan, quæ hodie Paneas appellatur, non de via Hieruſalem, ſed de oppido metropoleos Sichem, in itinere fuerit: de quo in Euangelio quoque legimus: Erat autem Ioannes baptizans in Aenon, iuxta Salim, quia aquæ erant multæ ibi. Nec refert, vtrùm Salem, an Salim nominetur, cum vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuerſis ſonis, atque accentibus proferantur. Hæc ab eruditiſsimis gentis illius didicimus.* Et in li. de loc. Hebraic. *Salem, ciuitas Sichimorum, quæ eſt Sichem, &c. Ioſephus verò Salem eſſe affirmat, in qua regnauit Melchiſedec, quæ poſteà dicta eſt Solyma, &*

Hieruſalem quot olim ſit nominibus appellata.

I. appellatio.

Gen. 14. *Ioſe. lib. 7. de Bel. Iud. c. 18. in princ.*

Eius primus conditor Melchiſedec teſte Ioſepho. *Gen. 14.* *Heb. 7.* *Idem lib. 7. Antiq. c. 3. circa med.* *Homerus.* *Egeſip. lib. 7. c. 3. de exc. Hieruſalem.*

Salem non eſſe Hieruſalem, contra Ioſephum oſtendit Hieronymus. *Hiero. Epiſt. 126. circa fin.* *Gen. 14.* *Ioan. 3.*

Hebræi Sermonis proprietas. *Idem lib. de loc. Heb. lit. S ſub init. & lit. 3 ſub fin.*

ad extremum Hieroſolyma nomen accepit. Hæc Hieronymus, qui etſi negare videatur, Salem Melchiſedechi non eſſe Hieroſolymã, non negat tamen Hieroſolymam dictam eſſe Salem. Nam Pſal. ſeptuageſimo quinto, dicitur: *Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* vbi Hebræa veritas, vt notat Hieronymus habet: *Et factus eſt in Salem tabernaculum eius:* & Paraphraſtes Chaldæus pro Salem poſuit Hieruſalem. Et id ipſum oſtẽdit quod ſubdit: *Et habitatio eius in Sion:* vbi idem locus diuerſis nominibus, & Salem, & Sion, more Hebræorum deſignatur. Et fortaſsis Melchiſedec, ſi Sem fuit Noe filius; vtriuſque fuit conditor: vt in Salem Sichimorum haberet regiam, & in Salem Iebuſæorum haberet Sacerdotalem ciuitatem.

Pſal. 75. Idem in Pſal. 75. tom. 8.

Vnam & eandem rem varijs vocibus Hebræi ſolẽt exprimere.

Gen. 9. & 10.

II. appellatio.

Deinde poſt ingreſſum Ioſue cum populo Dei, qui non potuit expugnare omnes barbaros in terris ſuæ ditioni ſubiecti habitantes, poſt annos 515. illa ciuitas tenebatur à Iebuſæis conſtructoribus: ob eam cauſam dicta erat Iebus, de qua Ioſu. 18. & Iudic. 9. quoniam Ioſu. 18. dicebatur Iebuſi in Hebræo metonymiam à conditore ſiue habitatore.

Ioſu 18. Iudic. 9.

III. appellatio.

Tertio loco, expulſis inde Iebuſæis, & capta arce à Dauide, à ſe ciuitatem denominauit, vt ait Ioſephus. *Nam tempore,* inquit, *Abrahami, generis noſtri autoris, Solyma vocabatur: nec deſunt qui affirment etiam apud Homerum Solymorum nomine hanc vrbem intelligendam: templum enim iuxta Hebræorum linguam nominatum eſt hac voce, ſecuritatem ſignificante.* Sic Ioſephus. Quibus verbis non tantùm peccat, dicendo ciuitatem à Dauide denominatam, cùm conſtet ex Scripturis, non vrbem totam, ſed arcem Sion, & Mello à ſe expugnatam, vocatam ciuitatem Dauid, 2. Reg. 5. ſed etiam in eo, quod ait, tempore Abrahami dictam Solymam, vt ſuprà diximus. Et vocis Hieroſolymæ etymologiam non rectè videtur accepiſſe, vt poſteà dicemus. Non eſt ergo verum, tunc cœptam vocari Hieroſolymam, ſed tantùm, quod Iebuſæorum expulſo populo, ciuitatem ſuæ genti colendam dedit, ac deinceps ea caput, facies, ac mater vrbium totius regionis eſt facta, vt idem Ioſephus teſtatur. Quod verò Homerum tradit eius feciſſe mentionem, idem prorſus docet Cornelius Tacitus. Sed quod dicitur, poſtremò vocatam eſſe Hieroſolymam, dubium habet: quia vt dicitur Ioſu. 10. ante ingreſſum populi Dei in Terram, ciuitas illa dicta eſt Hieruſalem, & Rex Adoniſedech, Rex Hieruſalem. Et c. 12. Rex Hieruſalem vnus: & Ioſu. 18. Iebus, quæ eſt Hieruſalem. Et Iudic. 19. Iebus, quæ altero nomine vocatur Hieruſalem. Item Ioſu. 15. & Iudic. 1. dicitur: *Iebuſæus, qui habitat in Hieruſalem.* Etſi verum ſit, quod à tempore captæ arcis ciuitatis, & expulſionis Iebuſæorum cœperit perpetuò nominari Hieruſalem. Quartò à Gentibus, & ſcriptoribus Eccleſiaſticis cœpit vocari Hieroſolyma: vt in libris Machabæorum, & in Euangelio. Poſtremò Aelia appellata eſt (vt teſtis eſt Volaterranus) ab Aelio Hadriano Imperatore, qui partem eius extruxit, & montem Caluariæ, & Sepulchrum, loca prius extra mœnia poſita, muro cinxit.

Ioſe. li. 7. c. 3. Antiq.

Abraham Iudæorum generis autor.

Quænam fuerit ciuitas, ſic ab ipſo denominata, contra Ioſephum.

2. Reg. 5.

Idem li. 7. de Bel. Iud. c. 18. Corn. Tacit. l. 21. prope init.

Vnde conſtet ante Iſraelis in Terram Promiſſam introitum iã dictam fuiſſe Hieruſalem.

Ioſu. 10.

Infrà 12. Ioſu. à 18. et 15. Iudic. 9. Ioſu. 16. Iudic. 1.

IV. appellatio.

Vola. lib. 11. Geogra. in Deſcr. Celeſyriæ, & Palaſtina à medio.

Quæ ſit autem vera vocis etymologia, dicẽdum eſt à quibuſdam fuiſſe hac in parte aberratum, Euſebius ex quodam vetuſto ſcriptore Eupolemo regiam Salomonem ædificaſſe, quæ Hieron Salomonis, id eſt, Aedes, vel templum Salomonis diceretur: vnde corrupto vocabulo Hieruſalem, & Græcè Hieroſolyma appellatã. Verùm hoc meritò reprehenditur à B. Hieronymo, qui Epiſt. ad Euagrium ſcribens ait: *Salem autem, non vt Ioſephus, & noſtri omnes arbitrantur, eſſe Hieruſalem nomen ex Græco, Hebraicoq́; compoſitum, quod abſurdum eſſe peregrinæ linguæ mixtura demõſtrat: ſed oppidum iuxta Scythopolim, quod vſque hodie appellatur Salem, & oſtenditur ibi palatium Melchiſedec, ex magnitudine ruinarum veteris operis oſtendens magnificentiam: de quo in poſteriore quoq; parte Geneſeos ſcriptum eſt: Venit Iacob in Socoth, id eſt, in Tabernacula, & fecit ſibi ibi domos, atque tentoria, & tranſiuit in Salem ciuitatem regionis Sichem, quæ eſt in terra Chanaã.* Sic ille.

Etymologia vocis Hieruſalem.

Prima minus idonea.

Euſeb. li. 9 de Præp. Euang. c. 4. circa fin. tom. 1. Hiero. Epiſt. 125. à med. tom. 4.

Salem quid teſte Hieronymo.

Gen. 3.

Altera etymologia, omninò ridicula.

Similem aliam peregrinam etymologiam proponit Ioſephus, & reprehendit libro 1. in Apionem Grammaticum: vbi in fine producit ex Lyſimacho veteri autore teſtimonium, quo Hebræi de Aegypto expulſi tempore Boucheris ob ſcabiem, & lepram: & duce Moyſe péruieniſſe in terram Iudeę per deſerta: vbi malè tractatis hominibus, & templis expilatis, atque incenſis, vrbem condiderant, quam ex re ipſa Ἱερόσυλα nominârunt: & aliquãto pòſt, vitandi probri gratia mutaſſe nomen, & vrbẽ Hieroſolyma, & ſeipſos Hieroſolymos vocaſſe. Et ſubdit Ioſephus: Sed hic generoſus vir præ impotentia detractionis non intellexit, Hieroſolyma non idem voce Iudaica, quod Græca ſignificare. Sic ille deridet etymologiam autoris illius. Igitur illis excluſis, vt minus proprijs etymologijs, dicendum eſt, Hebraicam vocem eſſe ירושלים Hieruſalaim in numero duali: &

Ioſe. circa fin. operis.

Tertia vera, ac legitima.

Chal-

Hieruſalem quid ſonet.

Chaldæi dicunt, Hieruſalem, quos perpetuò imitantes Septuaginta dixerunt Ἱερουσαλήμ, Latini verò vertentes η in E. longum, dixére Hieruſalem. Interpretatur autem Hieruſalem, Salem alta; ad differentiam alterius Salem, quę eſt in Sichimis, quę in plano; & humili loco, non longè à flumine eſt ſita: hæc autem ſita erat in montibus ſanctis, & editis.

Nominibus proprijs Iod literam præponere Hebræi cur ſoleant.

Eadem litera quid denotet.

Vbi notandum eſt, Hebræos nomina multa componere conſueuiſſe, & plerunque initium ſumere à litera Iod, quæ eſt futuri temporis ſignum, & litera diuina, vt perennitatem, atq; diuinitatem quandam indicent: ſicut apud Græcos, & Latinos tempus præſens perpetuitatem ſignat: quia vt tradunt Dialectici, verba in diſciplinis abſoluuntur à tempore. Hinc tot nomina à litera Iod initium ſumunt: vt Iſaac, Iſmael, Iacob, Iſrael, Ioſeph, Iudæa, Ieruſalem. Ideo oblata Iod litera addititia, supereſt ruſalem: quod eſt, alta Salem.

Eadem ciuitas duali numero Hieruſalaim cur dicta.

Dicitur autem in duali Hieruſalem, quòd illa eſſet typus duplicis Hieruſalem, id eſt, Eccleſiæ Chriſti militātis, & triumphātis, vel quòd reuera eſſet conſtructa duplici imminente colle, ita vt gemina videretur.

Corne. Tacit. lib. 24. aliquanto ante dimidium.

Qualis eius ſitus ſecundū Cornelium.

Audi verba Cornelij Taciti: *Vrbem arduam ſitu, opera, moleſq; firmauerant, quis vel plana ſatis munirentur. Nam duos colles immenſum editos claudebant muri per artem obliqui, aut introrſus ſinuati, vt latera oppugnantium ad ictus pateſcerent. Extrema rupis abrupta, & turres vbi mons iuuiſſet, in ſexaginta pedes, inter deuexa in centenos, vicinoſq; attollebantur, mira ſpecie, ac procul intuentibus pares, alia intus mœnia regiæ circumiecta. Conſpicuoq; faſtigio turris, Antonia in honorē M. Antonij ab Herode appellata. Templum in modum arcis, proprijq; muri, labore, & opere ante alios. Ipſa porticus, qua templum ambiebatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cauati ſub terra montes, & piſcina, ciſternæq; ſeruandis imbribus.* Hæc ille. Quæ nō ſolùm recitaui ob geminos illos colles, ſed vt oſtenderem illius teſtimonio vrbis munitionem, & robur. Hinc factum, vt diuiſa ſit ciuitas in partem ſuperiorem, quæ erat in monte Sion, & quæ erat in monte Moriah, in cuius latere erat templum; & partem inferiorem, vt ita bina ſiue gemina videri queat.

Alia eiuſdē vrbis etymologia.

Gen. 22.

Ibidem.

Gal. 4.

Si autem Hieruſalem deſcendat à verbo ראה quod eſt, videre; comprobari poſſit ex eo, quòd cùm Abraham in monte Moriah, qui tertius Hieroſolymæ collis erat, filiū ſuū ex Domini præcepto offerre vellet, & Dominus ei tunc illic apparuiſſet, vocauit locum יהוה יראה Iehoua iiree, hoc eſt Dominus videbit, vel videtur, quia paſſinum eſt: indicans videlicet ſeipſum viſurum Dominum, tempore ſcilicet plenitudinis ibi in carne appariturum, & homines docturum, ſuaque ipſius oblatione Patri eos reconciliaturum.

Rom 5.

2. Cor. 5. & alibi.

Ex qua Abrahæ nuncupationem poſteà dici cœpit: *In monte hoc Dominus apparebit*: quia ob apparitionem in ea maior fuit gloria domus iſtius, quàm prioris: vt dicitur Agg. 2. & Baruch. 4. iuxta Hebræā literam: *Animaquior eſto Hieruſalem, is enim, à quo es nominata, te conſolabitur.* Et cap. 5. Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te, qui ſub cœlo eſt. Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum. Et Pſalm. 83. *Videbitur Deus deorum in Sion.* Et Simeon viſo Chriſto in templo, dixit: *Nunc dimittes ſeruum tuum, Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.*

Agg. 2.

Baruch 4.

Infrà 5.

Pſal. 83.

Luc. 2.

Hieruſalem, viſio pacis geminæ interpretatur.

Interpretati ergo poteſt, vt à multis fit, viſio pacis geminæ. Nam cùm in illa ciuitate eſſet templum à Deo inhabitatum, in illo homines pacem cum Deo conciliabant, & ibi per fidem agnito Chriſto, qui eſt pax noſtra, habita eſt pax præſens conſcientiæ, & ſpes illius regni cœleſtis, quæ pax viſo in gloria Domino, habebitur, de qua dicitur: *Qui poſuit fines tuos pacem.*

Ephef. 2.

Pſal. 147.

Eandem Scriptura quibus etiā illuſtret nominibus.

Dicitur etiam Hieruſalem alijs multis nominibus, vt ciuitas ſancti, vel ſancta, vt Iſai. 52. Matth. 4. & 27. Nehem. 2. Dan. 9. & alibi: quia à Deo electa, vt in ea coleretur ſanctus Deus natura, & ſanctificans ſuos cultores per gratiam. Ciuitas Dei, iuxta id, *Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei*: &, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Ciuitas Domini virtutum, & ciuitas Regis magni, ob templum, in quo Deus verus colebatur. Ad hæc ciuitas munita; *Quis deducet me*, inquit Dauid, *in ciuitatem munitam?* propter robur eius, & montes, quibus erat cincta. Dicitur & in Threnis à Hieremia vrbs perfecti decoris, & vniuerſæ gaudium terræ: quia vt ſcribit Ioſippus, horti, & pomaria præſertim à Septentrione per 13. milliaria, ſicut ipſum Domini paradiſum circundederunt. Filia Sion, eo quòd protegeretur ab arce, ab hominibus, & templo, à Deo, & alijs plerïſq; nominibus metaphoricis.

Iſai. 52.

Mat. 4.

Infrà 27.

2. Eſd. 12.

Dan. 9. & 3.

Pſal. 86.

Pſal. 45.

Pſal. 47.

Mat. 5.

Pſal. 107.

Thren. 2.

Ioſipp. anti. quis autor.

Iſai. 26. & alibi ſæpius.

Situs Hieroſolymæ qualis.

Quod ad ſecundum attinet, dicendum eſt de ſitu. Erat enim in primis illo ciuitas, ſi conferatur ad vniuerſam terram, in quarto climate, & vt ait Propheta, in medio habitatæ terræ quaſi in vmbilico. Ita enim dicitur per Ezechielem: *In medio Gentium poſui eam*: & Pſaltes: *Deus noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Sic enim interpretatur Hieronymus. Vt Hieroſolyma Orientalem habeat Aſiam; Occidentalem

Ezech. 5.

Pſal. 73.

Hier. in c. 5. Ezech. 10. 5. à med.

lem Europam, à Meridie & Auſtro Aegyptum, Aethiopiam & Africam omnem, à Septentrione Syriam, Scythiam, Meſopotamiam, Cappadociam, Armeniam, & cæteras Ponti nationes. Eſt ergo Hieruſalem media inter Indiam & Hiſpaniam, & inter Aethiopiam & Scythiam. Hilarius quoque inquit: *In medio orbis terræ loco Dominus ſalutem nobis operans paſſus eſt.*

Hila. in Pſal. 134. aliquanto à med.

Quàm aptè in medio terræ loco eadē vrbs conſtituta fuerit.

Mar. vlt.

Et quadrat illi medium; vt inde olim vera Dei viuentis notitia in alias gentes propagaretur, & ſalus ibi peracta, & Euangelica doctrina in vniuerſum diffunderetur terrarum orbem, iuxta illud: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Rectè etiam ibi ſperatur iudicium vniuerſale futurum, vbi Dominus iniuſtè iudicatus eſt. Erat præterea ſita illa vrbs in tribu Beniamin dilecti à ſuo parente Iacob præ cæteris, vt dicitur Ioſu. 18. prope finem, ſicut illi, qui eam ciuitatem colebant, vel frequentabant, propter templum, reliquis omnibus nationibus à Deo erant prædilecti, & beneficijs magis cumulati, atque exornati. Quidam tamen dicunt, templum cecidiſſe in ſortem Beniamin, eo quòd ille ex omnibus Patriarchis natus eſſet in Terra Promiſsionis. Habebat etiam Hieruſalem montes vndique, quibus cingebatur: *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui*: & alibi, *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, vt eſſet munitiſsima, & ſignificaret Dei erga illam charitatem, & cuſtodiam, & typus Eccleſiæ Chriſti militantis, de qua: *Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita*: & vt rectè adumbraret illam, quæ in cœlis eſt, triumphantem Eccleſiam, de qua Apoſtolus, *Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt mater noſtra.* Habet enim Hieroſolyma præter iam dictos montes: contra Orientem montem Oliuarum, ex quo Dominus aſcendit, & ſymbolum pedum ſuorum impreſſum reliquit. Ad Auſtrum habet montem offenſionis dictum, vbi Salomon fanum Chamos conſtruxit Idolo Moab. Ab Occidente eſt ager Fullonis, qui terminatur in montem Geon, qui ciuitati imminet: qui ſenſim decreſcit ad portam Iudiciariam. In latere Aquilonari eſt mons præaltus inter Auſtrum & Ortum, humilior monte Oliuarum interueniente valle diſcretus: in quo tempore Machabæorum conſtructum eſt caſtellum. Eccleſia autem tot môtes ſanctos habet, quot viros ſanctitate vitæ, & doctrina præſtantes, atque miraculis inſignes, qui eam veluti tuentur. Hinc intelligimus, quòd venientes Hieroſolymam, dicuntur aſcendere: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam. Quis aſcendet in montem Domini?* redeuntes deſcendere, iuxta id: *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico.* Quæ omnia certam veritatem ad literam habent ob arduum montis ſitum. Adde, Hieroſolymam non procul fuiſſe à maris portu, vt ex ea vicinia abundè illi omnia neceſſaria ſuppeterent. Nec tamen ipſa erat portus, ne, vt fieri ſolet, vitijs venientium, & peregrinantium inficeretur. Quod Euſebius Cæſarienſis ait Platonem ex Moſe accepiſſe. Ita enim ille lib. 12. de Præparation. Euangel. habet. *Priſci Iudæi Metropolim ſuam Diuino conſilio longè à mari in montibus condiderunt.* Plato quoque quam in legibus condit vrbem, in ſimili Hieroſolymorum loco eam conſtituit, vt videatur ad vrbem Hebræorum reſpiciens verba compoſuiſſe. Fermè namque, inquit, ô amice, per decem millia paſſuum à mari aberit hęc ciuitas, portumque habebit quàm optimum, & agros, regionemque fœcundiſsimam: cauebitur autem ne alia ciuitas propè nimium ſit. Maritimam enim condere non debemus, ne alienis moribus varijs, vilibusque faciliùs corrumpatur. Cùm autem per decem millia paſſuum diſtet à mari, portuoſaque optimè ſit, nec vtilitate, iocunditateque maris omninò priuatur, nec ita facilè moribus alienis repleta nequitiam fouebit. Proximè etiam antè oſtendit, Platonem reſpicientem ad ciuitatem Hieroſolymá, quæ duodecim tribubus, ad eam propter cultum, & principes in ea regnantes confluentibus conſtabat, vniuerſam regionem in duodecim tribus deſcripſiſſe. Vult enim Plato, vt in duodecim, quá æqualiter fieri poteſt, vniuerſa regio partes partiatur, & ſorte vna tribus vnam partem poſsideat, & duces ſingularum tribuum eligantur. Et hactenùs de ſecundo.

Sita fuit in tribu Beniamin.

Ad eandem tribum eius templum à quibuſdam creditur pertinuiſſe.

Gen 34.

Montes Hieruſalem circunſtantes.

Pſal. 134.

Pſal. 36.

Môtoſa Hieruſalem quid myſticè.

Matt. 5.

Gal. 4.

Luc. vlt.

3. Reg. 11.

Qui ſint Eccleſiæ môtes.

Matt. 20.

Pſal. 24.

Euſeb. lib. 12. de Præpar. Euang. c. 27. tom. 1.

Plato Dial. 4. de legib. initio.

Ciuitatis ſuæ ſitum ab vrbe Hebræorum Hieroſolyma Plato mutuatus eſt vt inquit Euſebius.

Maritima regio malos mores habet teſte Platone.

Idem Euſeb. ibid. c. 26.

Plat. lib. 5. de legib. circa fi.

Idem in XII. tribus ciuitatem Iudæorum imitatione diuiſit.

Tertio loco dicendum de ædificijs, vel fabricis principalibus, etiamſi de ea re fuſo ſermone loquatur Ioſephus libr. 7. de Bell. Iudaic. Erant ergo in ciuitate illa tres editiſsimi montes: in quibus non ſimul fuit fabricatum, ſed paulatim. Primus ergo collis ad Meridiem, Ortum verſus, ex quo planities fontis Siloe ſpectari poteſt, vt Scriptura tradit: alter verò interiori parte môtis ad Occaſum vergens, quatuor ferè ſtadijs à primo diſsitus, propriè Sion dictus: qui ferè in 15. ſtadia protenditur, & aliàs Forum ſuperiùs dictus, antiqua Iebuſæorum arce inſtructus. Inter vtrumq; tertius eminet magis quàm primus ad Aquilonem, & quam ſecūdus ad Ortum: quem Dauid, Iebuſæos primū volens expugnare, prius occupauit,

Inſigniora vrbis Hieruſalem ædificia quæ olim exterunt.

Ioſe. c. 5. & alijs in locis.

2. Reg. 5.

Ibidem.

Ibidem.

.upauit, & perpetua ſibi in ea cõſtructa domo muniuit, qui domus Dauid vocatus eſt, & domus cedrina appellatur: atq; ex illo Iebuſæorũ expugnauit arcem, & totũ Mello cepit conſtructoq́ue per montis extrema muro muniuit. Eſt autẽ mons ex illa parte, quæ Auſtrum & Occaſum reſpicit, præruptus, & inacceſsibilis: ab illa verò Iebuſæorũ arce dicta Sion, reliqua montis pars quæ

Ibidem.

ad Aquilonem per octo ſtadia protẽditur, tempore Dauid à Iudęis ædificata, dicta eſt ciuitas Dauid. Ab illa eadem Iebuſæorum arce colles, quos Mello appellauimus, à monticulo domus Dauid, parua, & anguſta valle dirimuntur: quæ & humorem ex vtraque parte profluentem, & pluuiarum

Cedron ioq-tens vnde nomen habeat.

aquas excipiens, torrẽtis Cedron nominati initium facit, cui à profunditate, & obſcuritate nomen eſt inditum, non à cedris, quæ ibi nequaquam aluntur, vel creſcunt,

Broſum. *Tuchman.*

vt quidam ex noſtris putârunt. Fit autẽ ferè ſemicirculus ab extremo montis Mello poſiti ad Meridiem, & reſpicientis ad Ortum, & per Occaſum porrigitur per Sion montem ad Aquilonẽ obliquo muro.

Deſcriptio montis Sion.

Porrò mons Sion vndique eſt præruptus, & inacceſſus, & portam habet ex vno latere, quę vocatur prior porta, Zachar. 14. & Ezech. 40. porta populi.

Zachar. 14. *Ezech.* 40.

Et aſcendebatur in monte Sion per gradus 780. pedum, vt quidam volunt, hoc eſt, 390. paſſuum, nec aliunde ad illum patebat ingreſſus. Hęc porta poſita erat in valle Tyropæorum contra obſcuram, & tenebroſam Cedronis vallem, & apud Nehemiam dicitur de gradibus iſtis:

Nehem. 12.

In porta fontis (id eſt Siloa) *& contra eos aſcenderunt in gradibus ciuitatis in aſcenſu muri ſuper domum Dauid.*

Mõs Moriah dictus, qui nã ille ſit. *Gen.* 22.

Eſt prętetea alius mons depreſsior aliquanto adiacens Sioni, obliquè in arcus formam per Aquilonem excurrens, cui nomen olim Moriah fuit, quo iuſſus eſt Abraham immolare filium ſuum: vbi illuſtrem ſuam fidem, & obedientiam oſtendit.

2.*Reg.* 24.

In quo monte Areuna Iebuſæi area fuit, quam numerata pecunia Dauid ab illo ad templum ædificandũ redemit: quæ montis pars ferè media erat, Auſtrumq́ue ſpectabat: quæ muro olim ſepta, mons domus appellabatur: atque à monte totus deſcenſus ad Aquilonem vſq; in vallem non nimis amplam. Et quod reliquũ eſt ad Ortum, magna olim frequentia fuit habitatũ, muroq; fuit à Salomone vndiq; vallatum. A populo indies creſcente, & religionis ergo in eam vrbem cõueniente, magnũ aliud ſpatium tertij montis occupatum eſt: quod ſuburbium dicebatur, ab Occaſu incipiens ab illo, vbi ab Aquilone ciuitas Dauid deſinebat. Nomen mõti Acra ſuperior, ab illo altero, vbi Moriah eſſe diximus, Acra inferiori appellato: decliui vtrinque deſcenſu, & valle anguſta in ſemicirculi formam obliqua diremptus: atque ita tribus extra abruptis montibus cõtinuato muro munitis Hieruſalẽ conſtabat tribus magnis partibus interius diſtincta pręter montem Moriah, nẽpe ciuitate Dauid, & Acra inferiori, quæ

Bezetha Hebræis quid.

Bezetha Hebraicè, id eſt, noua ciuitas dicitur, atq; Acra ſuperiori, cui ſuburbium nomen fuit. Murus verò exterior ita continuatus fuit, vt ex promontorio Mello incipiens ab Auſtro totum montẽ Sion ad Occaſum percurreret, angulumq́ue efficeret magnum, qua iam Aquilonem proſpicit: deinde coniuncto Acræ ſuperioris colle ad Ortum, in alium acutũ angulum deſineret, vnde Ortũ ferè per ſtadia ſex proſpectans, molliter ac ſuauiter in Meridiem deſcẽderet, qua Moriah mons lato ſinu reducitur, quaq́ue contra extremitatem Mello producitur.

Circuitus vrbis Hieruſalem.

Et licet ambitus ciuitatis nõ excederet quinq; millia paſſuum, tamen propter montium & vallium varium ſitũ, plurimorum ędificiorum capaciſsima fuit. Interius verò triplici muro circũdata erat, eo videlicet qui Sionem, ſiue ciuitatem Dauid à

2.*Reg.* 5. Triplici muro cõſtabat.

Moriah, & Bezetha, & Acra ſuperiori diuidit, & eo qui ſuperiorem ab inferiori Acra diuidebat: præter externum, & vltimum murum, qui totam ciuitatem muniebat.

Eiuſdẽ valles.

Intercedebant etiam valles, altera longa, & profunda, quæ à ciuitate Dauid incipiebat, & inter vtranque Acram permeabat; altera breuior, ac minus profunda, ab Occaſu per Meridiem exitum ad Ortum aperiebat inter Mello & Moriah.

Ioſep. li. 6. *de bell. Iud. c.* 6.

Audi iam verba Ioſephi: Ciuitas, inquit, *trina muro circundata erat, niſi qua vallibus inuijs cingebatur. Ex ea namq; parte vnius muri habebat ambitũ. Et ipſa quidem ſuper duos colles erat condita, contrarijs frontibus ſemet inſpicientes, interueniente valle, diſcretos, in quam domus creberrima deſinebant: colliũ verò alter, quo ſuperior ciuitas ſedet, multo eſt excelſior, & in prolixitate directior; adeò, vt quoniam tutus erat, caſtellum à Dauid quondam*

Ibidem. 2.*Reg.* 12. 3.*Reg.* 6. *& ſeq.*

Rege vocaretur (*is pater Salomonis fuerat, qui primus templum ædificauerat*) *à nobis autem Forum ſuperius. Alter autem, qui appellatur Acra, inferiorem ſuſtinet ciuitatem, & vndique decliuis eſt. Contra hunc autem tertius collis erat natura humilior quàm Acra, & alia lata valle ante diuiſus, verùm poſtea qua tempeſtate Aſſamonai regnabant, & vallem aggeribus repleuerunt, vt templo coniungerent ciuitatem, & Acra altitudinem caſam humiliorem fecerunt, vt ex ea quoque fanũ ſupereminens cerneretur. Vallis autem qua Tyropæorum appellatur, qua diximus ſuperioris ciuitatis collem dirimi ab inferiori, vſque ad*

Siloam pertinet: ita enim fontem, qui dulcis eſt, ac plurimum, vocabamus. Foris autē ciuitatis duo colles profundis collibus cingebantur, & vtrinſq; obſtantibus rupibus, nulla ex parte aditi poterant. Trium verò murorum vetuſtiſſimus quidem, propter valles, imminentémque his deſuper collem, quo erat conditus facilè capi non poterat. Ad hoc autem, quod loco præſtabat, etiam firmiſſimè ſtructus erat: Dauid & Salemonis, aliorúmque interea Regum largiſſimis impenſis operi inſumptis. Hæc autem porte incipiens à turri, cui nomen eſt Hippico, & ad eam quæ dicitur Xyſtus, pertinens; deinde curiæ coniunctus, in Occiduam templi porticū deſinebat, parte autem altera ad Occidentem ex eo loco ductus, per eum, qui vocatur Bethſo deſcendens in Eſſenorum portam; deinde ſuprà fōtem Siloam in Meridiem flexus, atque inde rurſus in Orientem verſus quà ſtagnum Salomonis eſt, & vſq; ad locum pertinens, quem Ophlan vocant, cum Orientali porticu templi cōiungitur. Secundus autem murus à porta quidem habebat initium, quam Genath appellabant: hac autem fuerat muri prioris. Septentrionalem verò tantummodò tractum ambiens, vſque ad Antoniam aſcendebat. Tertio muro turris Hippicas principium dabat: vſque ad Borea tractum pertinens, deinde ad Pſephinam turrim veniens, contra monimentum Helenæ, quæ Adiabenorum Regina fuerat, Izatæ Regis mater, & per ſpeluncas Regias in longum ductus, à turri quidem in angulo poſita flectebatur contra Fullonis quod dicitur monumentum. Cum vetere autē ambitu iunctus, in Cedron vallem, quæ ſic dicitur, deſinebatur. Hoc muro eam partem ciuitatis, quam ipſe addiderat, Agrippa cinxerat, cùm eſſet omnis antea nuda. Exuberans enim multitudine, paulatim extra mœnia ſerpebat: templóq; Septentrionali regione collis proximus ciuitati adiuncta, non paululum proceſſerat. Quin & quartus collis incolebatur, cui nomen eſt Bizetha, ſitus quidem ex aduerſo Antoniæ, foſſis autem altiſſimis ſeparatus. Sic ille. Erat ergo ciuitas intra mœnia quatuor collibus prǽaltis, Sione, Acra, Moriah, Bezetha, & duabus intra montes illos vallibus, Tyropœorum ſcilicet, ac Cedrone, condita.

Hieroſolymitani templi deſcriptio.

Intra ciuitatem erat præcipuum ædificium Templi, toto orbe celeberrimum, & ab vniuerſis Iudæis, & Gentibus frequentatum. De quo Tacitus: *Magna pars Iudææ vicis diſpergitur: habent & oppida. Hieroſolyma genti caput: illic immenſæ opulentiæ templum, & primis munimentis vrbs deinde, templum intimis clauſum ad fores, tantùm Iudæo aditus, limine præter Sacerdotes arcebantur.* Et de Deo, quē colerent, paulò ante ſcribit: *Aegyptij pleraque animalia, effigieſq; compoſitas venerantur. Iudæi mente ſola, vnumque numen intelligunt. Profanos, qui Deum imagines mortalibus materys in ſpecies hominum effingant. Summum illud & æternum, neque mutabile, neq; interiturum. Igitur nulla ſimulacra vrbibus ſuis, nedū templis ſunt. Non Regibus hæc adulatio, nō Cæſaribus honor.*

Corn. Tacit. lib. 21. inter med. & prin.

Vnum tantū Deum Iudæi agnoſcunt: & colunt.

Hæc ille. Porrò etſi aliæ vrbes inclytæ habeantur, ob templorum multitudinem: vnde Poëta Romam tercētum maxima tēpla habuiſſe, illo verſu cecinit:

Virg. li. Aen. 8. in fine.

Maxima tercentum tota delubra per Vrbem
Lætitia, ludiſq; viæ, plauſuq; fremebant.

Hieroſolyma tamen vno tantùm Templo gaudebat; & illo ob ſui magnificentiam & ſplendorem omnibus mundi templis ampliori, & opulētiori ad vnitatem veri Dei, cui poſitum erat, indicandam; & ad eandem ſacrorum, & doctrinę rationem tuendum, & Eccleſiæ Dei, quæ vna eſt ex multis conſtans gentibus, & populis, Chriſti corpus, & ſponſa, vnitatem inſinuandam: ita cautum erat, & imperatum Iudæo Deuter. 12. & canitur Pſalm. 77. Plura verò templa in alijs vrbibus, multorum deorum vanitatem, & mutabilitatem, adde & contrarietatem, demonſtrabant. Et in hoc Roma omnium vaniſſima, quæ omnium deorum quotquot celebrarentur, memoriam in templo Pantheon dicto colebat. Sed, vt reuertamur ad templum, cùm tota arca in domo Obededom Gethæi collocata, proſpera omnia illi reddidiſſet, illam Dauid tranſtulit in ciuitatem Dei, vbi illi tetendit tabernaculum: & volens templum illi condere, admonitus eſt à Nathan Propheta, illud extruendum, non à ſe, ſed à filio ſuo. Quare quod potuit expenſas auri, argenti, æris, ferri, plumbi, ex prædis, quas in bello ceperat, & ex muneribus, & oblationibus totius populi, præparauit: quemadmodum tabernaculum ex oblatis auro, argento, & veſte pretioſa ab Hebræis, qui illa mutuò acceperant ab Aegyptijs, cōſtruxit: vt oſtendat, ad templa, quę ad omnium hominum vſum: & Dei gloriam exædificantur, conſtruenda, oēs debere partem ſumptuum contribuere. Nec tantum præparauit expenſas, ſed & dedit Dauid deſcriptionem porticus, & templi, & cellariorum Salomoni filio ſuo, vt habes libro Paralipom. primo, vt Septuaginta verterunt, *παραδείγμα τοῦ ναοῦ*. Tertiò reliquit ſignatū locum in area Areuna Iebuſæi, poſita in monte Moriah: cuius partem, in qua erexerat altare, & ad placandum Dominum obtulerat holocauſtum, redemerat quinquaginta ſiclis argenti, vt habetur 2. Regum vltim. Deinde verò totam arcam ad templum erigendum ſexcentis argenti ſiclis comparauit, pretio ab omnibus tribubus ſoluto, vt docet Rabbin. Kimhi in idem caput. Erat autē mons

Hieroſolymis tantū omnium templorum mundi magnificentiſſimum.

Cur vnum tantummodò.

Deut. 12. & 2. ibi.

Pſal. 77. et ſe.

Roma deorū olim omniū cultu, & veneratione vaniſſima.

2. Reg. 6.

Ibidem.

Infra 7.

1. Paral. vlt. & ſeq.

Exod. 30.

Documentum.

Cap. 28.

2. Reg. 24.

Rab. Kimhi.

Moriah

Qualis eſſet mons Moriah.

Moriah petroſus, & arduus, magnam tamē habens in vertice planitiem, & ſenſim verſus Ortum decliuis; ab alijs verò tribus partibus omninò præceps, vt tradit Ioſephus. Præterea Dauid, omnibus hoſtibus domitis, pacificum, & quietum regnum Salomoni reliquit, quo commodiùs poſſet ædificare. Vt ita templum non minus ad Dauidem, quàm ad Salomonem ſpectauerit. Ille ſiquidem materiam, formam, locum, & quietum fabricandi tempus Salomoni reliquit: qui iuſſa paterna executus eſt. Ad templi verò conſtructionem accepit Salomon 153. millia, & 600. viros, à Rege Aegypti, & Tyri, ad fabricandum templum ſibi deſtinatum: ex quibus 80. millia lapides cædebant, & 70. millia onera portabant, & tria millia, & 600. præfecti operum. Miſſus eſt à Rege Tyri faber in auro, & argento, & omni opere metallico inſignis, dictus Hirā ex patre Tyrio, & matre de filiabus Dan, vt 2. Paralip. 2. dicitur: mittebat & 30. millia filiorum Iſrael in Libanum, qui cæderent ligna, decem millia ſingulo menſe, vt vno ex tribus menſibus laborarēt, duobus quieſcerent.

Ioſe. lib. 6. de bel. Iud. cap. 8. ant.

3. Reg. 6. & ſeq.

Numerū artificum domus Domini

2. Paral. 2.
3. Reg. 5.

Templi partium proportio.

Erat autem domus Domini longitudo 60. cubitorum, latitudo 20. altitudo 30. Et ita duplex erat longitudo ad altitudinem, ſub tripla ad latitudinem. Superior contignatio, quę tectum toti domui faciebat, cedrinis tabulis conſtabat. Sed veſtibulum in turris formam fabricatum, centum & viginti cubitis altum erat, duplum ſcilicet ad altitudinem ædis totius. In altitudine inter quindecimum, & viceſimum cubitū feneſtræ aperiebantur ex vtroque latere Aquilonis, & Meridiei, introrſum anguſtiores, extra verò latiores. Et ex interiori parte, muri omnes veſtiebātur aſſeribus cedrinis, ſiue larignis, quod genus eſt cedri ad vigeſimum vſque altitudinis cubitum: quibus aſſeribus alij impoſiti ſecundùm latitudinē contigui, primam contignationem efficiebant ſpatio intercepto viginti cubitorum in latum, & in altum: per decem autē alios cubitos altitudinis nudꝰ paries remanebat. Aedis pauimentum buxea materia conſtratum erat, quam interpres noſter vertit abiegnam. Eſt autem buxus, præter coloris elegantiam, ſolidiſsimus, & oſsium firmitatis æmulus, & poliendi nitorem admittit. Verùm aſſeres qua parte cōtignationi priori coniungebantur, coronæ ornamento finiebantur, ſculpturis diſtincti inſtar pomorum, quæ, amoris poma, à peritis rei herbariæ dicuntur, & ab Arabibus beringenetum. Erant & figuræ florum nondum explicatorum, ſed erumpentiū, faſcia pro-

3. Reg. 5. & 6
Quale lignū ſit buxus.

currente in fundæ modum contexta. Intra ædem ab Occaſu ſpatio viginti cubitorum intercepto, paries erat cedrinus interiectu à pauimento ad priorem contignationem, atque quadratus omninò locus relictus eſt viginti cubitis latus, totidem altus, & longus: cuius nomen Hebræum eſt Debir, Latinè adytum, penetrale, oraculum, vel ſancta ſanctorum, & à Paulo, ſecundū tabernaculum. At verò omnia ligna cedrina, & paries interiectus, & pauimentum ædis, tam internæ, quàm externæ, aureis laminis fuit obductum; & in ipſis inciſæ erant figuræ palmarum, & Cherubim: & denique nihil erat in templo, quod non auro tegeretur. Et in Debir erat porta quatuor cubitis lata, alia octo. Nam duplex eſſe ſolet portarum altitudo ad longitudinem in rectè inſtituta arte ædificandi. Quod textus noſter habet: *Poſteſq́; angulorum quinq;*: Hebraicè eſt, *Poſteſq́; & quintam*: quia quintupla erat latitudo portæ ad totum murum latum, qui viginti cubitis conſtabat. Ita etiam in prioris ædis parte, dicta Sanctum, vel Templū, & Hebraicè Heichal, fecit oſtium è regione oſtij interioris duobus poſtibus & ſuperliminari, quinq; cubitis lata, & decem longa: & vt habet noſter textus, poſtes quandrangulatos, & Hebraicè poſtes ligni olei ex quarta, quia occupabant quartam partem ligni totius latitudinis muri, quæ erat viginti cubitorum. A Meridie ad Aquilonem, primam portam duæ valuæ claudebant, ex buxo, laqueis binis fundæ inſtar implexis ornatæ, ijſdemque rotundis. In laqueis erant inſculptæ palmæ Cherubim, & florum ferè apertorum dictorū. In muro inter vtrumque locum interiecto, quo diuidebatur Debir ab Heichal, erāt catenæ aureæ affixæ, quibus velum penderet, & ſanctūm à Sanctorum ſancto diſtingueret: in oraculo verò Arca cum duobus Cherubinis, & propitiatorio. Et hæc erat interior templi ſtructura.

Debir Hebræis quid.
Hebr. 9.
Exod. 26. & ſæpè alias.

3 Reg. 6. et 7
Supra 6. & alibi.

Ibidem. & infra 7.

Exterius verò tria totius templi latera, Aquilonare, Meridionale, & Occidentale, triplici cōtignatione muniebantur: poſitis enim in terræ plano per cubitos quinque diſtāte à muro templi arrectis trabibus, decimum quintum cubitorum altitudinis ad primos quinq; cubitos cum trabibus tranſuerſis, & alijs tabulis cedrinis fulcra facientibus, fiebat primum tabulatum latitudinis quinq; ad alia quinque altitudinis ſex cubitorum: propterea quòd trabes primæ trāſuerſæ erant ſex cubitorum, & vno cubito incumbebant muro; ſecundæ verò trabes tranſuerſæ erant ſeptem cubitorum, & vno muro innixæ remanebant ſex: in tertio

Externa templi contignatio triplex, quæ nā illa.

verò

verò tabulato alto quindecim cubitorum, trabes tranſuerſæ erant octo cubitorum: quarum vna templo incumbebat, & manebat ſeptem cubitorum ſpatium, & tectum illi poſtremo tabulato imponebatur. Et ita muniebantur illa tria templi latera, & feneſtris lucem templo ingerentibus locus erat. Et hæc veluti deambulatoria conſtructa erant: quorum porta in infimo tabulato ad Meridionale latus, in quo cochlea, vt ad ſecundum & tertium aſcenderetur. Ante portam templi erat atrium interius, ſiue ſacerdotale, quòd ſolis eſſet peruium ſacerdotibus: & ſignat atrium, ſiue Hebraicè viam, aream, quæ aperto cœlo muris eſt cóncluſa. Et habebat hæc area centum & quinquaginta cubitos latitudinis ab Occaſu, & totidem longitudinis ab Ortu Occaſum verſus: ſed longitudo qua Ortum reſpiciebat, maior erat illa, quæ ab Occaſu, quàm latiùs & apertiùs ſpatium atriorum omnium: ita vt tota ſabrica leonis formã referret; qui pectore, quàm tergo eſt latior: ideò à Propheta dicitur Ariel, hoc eſt Leo Dei, vel Leo fortis. Per tredecim ergo cubitos erat latius atrium ab Oriente, quàm ab Occidente. Huius atrij muri tribus lapidum ordinibus marmoreorum: & ſerra diſſectorum exterius conſtabat: quos trabium cedrinarum ordo vnus additus interius veſtiebat. In hoc atrio erant multa cœnacula, & cubicula, tum ad theſauros, vaſa, & ſupellectilẽ ſeruandã, tùm ad Leuitarum, & Sacerdotũ miniſtrantium, & cantorum cuſtodiam, & habitationem. Et licèt horum cœnaculorum, vel cubiculorũ in Salomonis hiſtoria nulla fiat mentio: tamen in deſcriptione, quã dedit Dauid filio ſuo Salomoni, aperta fit mentio cellariorum, cœnaculorũ, & cubiculorum in adytis, & exedrarum per circuitum. Et dicitur interius domus Domini atrium; 3. Regum 7. & 2. Paralipom. 24. Hieremiæ verò 36. dicitur atrium Sacerdotum. Erant in hoc atrio interiori quatuor portæ ad quatuor plagas mundi reſpicientes: ſed præcipua erat Orientalis, quam maximè exornauit Ioathan, cui nouæ portæ nomen fuit, 4. Regum 15. Hieremiæ 26. 31. & 36. Erat & alia porta ad Meridiẽ, quæ porta Piſcium dicitur. Erat & porta Aquarum, & in ea erãt duo putei magni ad aquæ aliunde aduectæ conſeruationem in miniſterio. Erat & puteus pertuſo canali per montem vſque ad torrentem, in quem ſanguis, & aqua infuſa ad torrentem poſt quatuor ſtadia aduerſus Occidentem diſfluebat; vt Ariſtæas ſe vidiſſe teſtatur. Fuit & aliud atrium Iſraëlis nomine deſignatum, in quod populus conueniebat religionis, & cultus cauſa; & dicebatur atrium exterius; quod 3. Reg. 4. atrium maius dicitur; Ioannes autem 10. & Acto. 3. & 5. porticus Salomonis, à principali eiꝰ parte denominatur. Quare capaciſsimum erat conuentus ter in anno frequentiſsimi. In quo verſus Meridiem erat ſubſellium Iſraëlis Regis præparatũ cum ſede ad ſedendum cómoda: nulli enim alteri licebat in téplo ſedere, præterquam Regi, & Pontifici; in quo rex deſpiciebat populum, & interdum, cùm opus eſſet, alloquebatur. In hoc atrio ad ſiniſtram erat quædam porta dicta, porta Beniamin, de qua Hieremiæ 20. & altera e regione: hoc atrium poſteà exedris (id eſt, ſcamnis commodis ad ſedendum) ad Meridiem, & Septentrionem, & porticibus ædificatis ornatum fuit; & in eo porticus conſtructa à Salomone pro ſe, ac Regibus, vt habes 3. Regum 7. Huius atrij murus tribus lapidum ordinibus, & vno cedrinarum conſtabat, vt alter. In hoc Iſraëlis atrio erat pars quædam diſtincta, in qua fœminæ orabant: viri tamen ſacerdotum atrio propinquiores erant, fœminæ remotiores. Sed aucto hominum numero, & ordine turbari cœpto, opus fuit interſtitio murorum non nimis alto, vt alter ſexus ab altero ſeiunctus commodè conſiſtere poſſet: & ita ex vno atrio duo facta ſunt. Et hoc fortaſsis inſinuat Scriptura, cùm ait: *Cumq; ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iuda, & Hieruſalem, in domo Domini ante atrium nouum.* Habebat autem hoc atrium ad Meridiem & Aquilonem ſuas porticus, & exedras, quo commodius poſſent in illo manere. Et in atrio ipſo ad portam geminæ erant arcæ conſtitutę operculis perforatis, in quas votiua pecunia à ſingulis pro beneplacito conijciebatur ad templi ſarta tecta curanda: de quo habes in Euangelio, viduam duo æra minuta mittentẽ in Gazaphylacium cæteris copioſius offerentibus à Domino fuiſſe prælatam. Et Kimhi in Ezechielem teſtatur, ab atrio fœminarum ad illud Iſraëlis, ſeptem gradibus aſcendi ſolitum fuiſſe. Erat præterea aliud atrium dictum חיל, id eſt, profanum, in quod exteri, id eſt, Pagani conuenire poſſent ad orandum, & Iſraëlitæ, qui nondum purificati erant; & dicebatur immundorum: quod ſimiliter ſuas exedras, & porticus habebat, quo vel imber, vel æſtus nimius vitari poſſent.

Extremus omnium cæteros ambitu ſuo concludens, fuit murus dictus [illegible], à quo totum ſpatium vſque ad atria contentum mons domus dicebatur: cui muro ab interiori parte ſcamna vndique adhærebant, quibus populus ſedere poſſet, imbrice ſu

Margin notes (left): *3 Reg. 6. Ezech. 4.* — Atrium interius templi. *Exod. 26. & 36. Hebr. 9.* — Idem atrium Sacerdotale cur dictum — *2. Paral. 4.* — Ariel quid ſit. *Iſai. 29. & alibi.* — Qualis templi figura. — *1. Paral. 28.* — *3 Reg. 6. & 7. 2. Paral. 24. Hierem. 36.* — Huius atrij portæ quatuor. *4. Reg. 15. Hiere. 26. 31. & 36.* — *Ariſtæas.* — Atrium exterius quodnã fuerit.

Margin notes (right): *3 Reg. 7. & alibi ſæpius. Ioan. 10. Act. 3. Infra 5.* — Sedere tantũ quibus Hieroſolymis in templo liceret. — *Hierem. 20.* Exedra quid. — *3. Reg. 7.* — *Ibidem.* — *2. Paral. 20.* — In hoc atrio erat Gazophylacium. — *Luc. 21.* — *Rabb. Kimhi in cap. Ezech.* — Atrium immundorum quodnam eſſet. — Mõs domus qui diceretur.

periu

…erius ad arcendam pluuiam, & ſolis ardorem conſtructo. Ad Orientalem huius partem duo iudicum collegia fuère vtrinq; ædificata; atq; hic murus montis in ſecundo templo quinque portas habuiſſe ſcribitur, ex quibus vna populis proximè plantaris ornata erat, vt Kimhi in eundem Prophetam tradit. Erat in templi atrio puteus operculo mobili tectus, in quem miniſtrantes aquam, & ſanguinem effundebant, quæ per ſubductum canalem ad torrentem Cedron vſque defluebant: in ſingulisque porticum angulis ſublimes erigebantur turres, vbi Sacerdos aſtans, à Meridie, quando dies Sabbati inciperet, tuba indicabat; & veſperi quando deſinebat, nunc ferias populo, nūc vt opus faciat, denuntiabat. Templi exedrę non tantùm Sacerdotibus, ſed etiam Scribis patebāt legis interpretibus ad vſum docendi, vt Hieremiæ 36. Erat & ſuggeſtum inter Iſraëlis, & Sacerdotum atrium, in quo Leuitæ muſicis Inſtrumentis ſolennium, & quotidianorum ſacrificiorum tempore canerent.

Idem ibidem.

Vbinam Sacerdos, & quando initium Sabbati, & finem populo denūtiaret.

Hierem. 36.

Circa Septentrionalem veſtibuli Sacerdotum tractum erant fabricata cœnacula, vbi Sacerdotes interius ingreſſuri, lineas, ſiue byſſinas ſacras veſtes induebāt, vt miniſtrarent; & exituri profanas reſumerent. Quindecim verò gradus, quos quidem in templo ponunt, ad quos Pſalmi canerentur ab Iſraëlitis, ad ſacerdotum atriū ſpectare videntur, vt idē auctor tradit. Propter hæc tot, & tam frequentia atria ſcripſit Dio: *Iudæi,* inquit, *Deo templum ſumma molis, pulcherrimumq́; extruxerunt: hoc dempto, quod apertū, & nullo culmine tectum fuit.* Sic ille: quia videlicet ipſe nō penetrauerat interiora eius, id eſt ſanctum, & ſancta Sanctorum, quæ tacta erant. In adyto erat Propitiatorium cum Cherubinis, & ſub Propitiatorio arca antiqua cum virga, vrna Mannæ, tabulis Teſtamenti: in ſancto, vel templo, candelabrum cum quindecim lucernis ſemper lucentibus: ad Aquilonem Meridiem verſus menſa, altare thymiamatis: in medio, id eſt in atrio, altare holocauſtorum, & vas illud ingens vocatum mare æreum, & mare fuſile, ſuſtentatum bobus duodecim; & decem baſes æreæ ſuper quaternis rotis, duo millia battorum capientes, cum decem lutris vel luteribus: quodlibet lutrum capiebat quadraginta battos aquę. Ante veſtibulum templi duæ columnæ æreæ Salomonis iuſſu, miro artificio per Hirā conſtructę: quarum altera quæ à dextris, dicebatur Iachin, altera verò à ſiniſtra, Boaz. Porta veſtibuli ad Oriētem verſa erat, & ducebat in altum ſeptuaginta cubitorum, & 25. in latum, ſi-

Qua parte templi cœnacula eſſent diſpoſita, atque conſtructa, & quib' deſeruirent.

1. Paral. 3. & alijs.

Idem ibidem.

Dio Caſſ. lib. 37.

3. Reg. 6.

Vbi eſſet propitiatorium, & quæ in eo, & in ſancto, cōtinerētur.

Exod. 26.

Num. 17.

Exod. 26. & alibi.

Infrà 30.

Suprà 27.

2. Paral. 24.

3. Reg. 7. & alibi.

ue vallis: & per eam domus Domini, & omnia quæ in atrio fierent, cerni perſpicuè poterant; & eo populus hoſtias, & ſacrificia ſua adducturus erat. Templum Domini dicitur mons domus, & Moriah, & Libanus, ob candorem lapidum externum; vel quia cedrinis lignis ex Libano adductis conueſtiebatur: de quo Zacharias: *Aperi,* inquit, *Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuos:* tabernaculum teſtimonij, eo quòd teſtaretur Deum ibidem habitare. Dicebatur & domus Iacob, & domus ſcelerum; ad diſtinctionem tabernaculi mobilis, & templum Salomonis, & alijs modis. In templo priori non legimus niſi vnum velum diſtinguens templum ab oraculo, quod καταπέτασμα dicebatur. In ſecundo templo ſunt qui dicant fuiſſe aliud velum inter atriū, & ſancta. In ſecundo templo à Zorobabel conſtructo, omnes partes templi quæ in priori, ſed minore ſitu, opere, & ſumptu quā antiquius; quod ab Herode rege decimooctauo anno ſui Regni per octo annos denuò conſtructum fuit: & additis portis, & vndique porticibus ex candido lapide ornatum, & auctum: tanta magnitudine lapidum, & ædificiorum ſtructura, vt ab ipſis ſcriptoribus Hebræis affirmetur maius & præſtantius illo Salomonis. De quo Domino dixerunt diſcipuli: *Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructura. Et reſpondens Ieſus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes?* In hoc templo ſecundo ſacerdotium perpetuum non erat, ſed à Romanis deferebatur. Deſideratæ ſunt in ſecundo templo, vt tradunt Hebræi, duæ arcæ, altera legis à Moſe conſtructa, altera ſacrorum munimentorum, Vrim, & Thummim, ignis ſupernus, maieſtas, & Spiritus ſanctus, prophetię. Cōſtructum eſt templum Salomonis ſeptē annis, & durauit decem ſupra 400. Inſtauratum eſt templum per 46. teſte Ioanne: durauit 410. & eodem menſis die, quo euerſum eſt à Romanis, fuerat olim deſtructum à Chaldæis, vt annotauit Ioſephus.

Templū Domini quibus alijs nominibus diceretur.

Zach. 11.

Exod. 26. ac ſæpè deinceps & alibi.

1. Eſdr. 6.

Templum Zorobabel ab illo Salomonis quàm diuerſum.

A quo reædificatū, & priſtinæ reſtitutum dignitati & magnificentiæ, teſte Ioſepho.

Ioſeph. lib. 15. antiq. c. 14.

Marc. 13.

Templū Salomonis quā diu ſteterit.

3. Reg. 6.

Ioan. 2.

Quo inſtauratum tempore, quo diuturum.

4. Reg. vlt.

Ioſep li. 7. de bell. Iud. cap. 10. in fin.

Conſtruxit pręterea Salomon palatium ſibi (poſt domum Deo ædificatam) quod magnificentiſſimum fuit, quia 13. annis abſolutum in eodem monte Moriah, ex quo ad templum ſcala artificioſè cōſtructa deſcendebatur, lapide, & lignis eleganter fabrefacta. Duplex erat regia in ipſo palatio, nempe ipſius, & Reginę filiæ Pharaonis à ſe ductæ. Et illa aula tres partes habebat principales: porticum iudicij cum ſolio regio, atrium regium, quod dicitur magnum, & rotūdum, & ædes ipſas, quas pro miniſtrorum, & miniſteriorū ratione capaciſſimas fecit, vtpotè quibus Regina Saba cum aulæ

Domus Salomonis deſcribitur.

3. Reg. 7. et ſe.

Ibidem.

Suprà 6.

Infrà 7.

Ibidem.

Ibidem.

Infr. 10. et ſe.

Suprà 10.

ſuæ Principibus excipi potuit. Extra verò vrbē in regio nemore, vnde Libanus mons proſpici poterat, & frigens, ac ſalubris aura in æſtate captari, palatium condidit, de ambulationi magis, & proſpectui, quàm habitationi opportunum: centum cubitis longum ab Ortu ad Occaſum, quinquaginta latum ab Aquilone ad Auſtrum, & altitudinis triginta, cum duplici porticu, altera poſt alteram, & duplici columnarum ordine, & ſimplici ſaltus contignatione ex ea parte, qua portæ erant ad intrandum: & dicitur domus Saltus Libani. Herodes quoq; magnus binas ædes Regias conſtruxit, quas Cæſaream, & Agrippiū, in æternam ſuorū promotorum memoriam denominauit, vt auctor eſt Ioſephus.

Suprà 7. Ibidem. Regiæ duæ ab Herode cōſtructæ, ac denominatæ. *Ioſeph. li. 14. antiq c. 26 et lib. 1. de bello Iud. c. 16. init.*

Magnitudo domus Domini. *3 Reg. 6. Ibidem. Ibidem. 2. Reg. 5. Infr. 6. & ſe. Matth. 26. & ſeq.*

Erat autem domus Domini in longitudine 60. cubitorum ab Occaſu ad Ortum, 20. in latitudine à Meridie ad Septentrionem, 30. in altitudine, & primò ex lapidib[us] dolatis & perfectis, atque pretioſis ædificata, ita vt malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſint audita in templi conſtructione.

Fuit pręter templum, Iebuſæorum arx, ad quam iam dirutam arca Domini per Dauidem eſt aſportata, & ibi fuit, quoad Salomon templum conſtruxit, & dedicauit; cuius veſtigia nunc extant, & ibi creditur Dominus paſcha cœnaſſe cum diſcipulis, & deſcendiſſe Spiritus ſanctus in diſcipulos. Ibi quoque ſepulchrum Dauid, & regum Iuda monumenta viſuntur: de quibus 3. Reg. 2. *Dormiuit igitur Dauid cum Patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid.* Et Nehem. 3. dicitur Dauidis ſepulchrum. Morem autem ſepeliendi Reges, accipe ex 2. Paralipomen. lib. cap. 16.

3. Reg. 2. 2. Eſdr. 3.

Turris Dauid vbi eſſet ſita. *Cant. 4.*

Fuit præterea domus Dauid inter dictū collem, & montem Moriah, quæ turris Dauid nomine appellata eſt, de qua filius eius Salomon: *Turris,* inquit, *Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis.*

Secundùm ambitum montis Templi erat inſignis quoque domus Salomonis ad montis prærupta, quę ſubiectam vallem ad Auſtrum deſpiciebant. Et in eodem montis ambitu erant duæ piſcinæ, non longè à ſeipſis diſsitæ: altera ad Ortum maior, quæ inferior piſcina dicta eſt, ab Ezechia fabricata eſt; altera verò ſecundùm murum exteriorem ad portam Gregis dictam, quinque porticibus extructam, quæ Betheſda: ad quā Chriſtus ſanauit paralyticum. Fuit & tertia Piſcina, quam Nehemias factam appellat in ciuitate Dauid, inter Occaſum & Aquilonem: quam hiſtorici altam pedibus quadraginta, latam verò 250. deſiniebant. Et hactenus de antiquis fabricis.

Iſai. 22. 4. Reg. 18. 2. Eſdr. 3. & aliàs. Ioan. 5. Nehem. 3.

Noua vrbis Hieruſalem ædificia.

Poſteriora verò ſunt & recentiora, Monabazi Regis Adiabenæ palatiū in Bezetha conſtructum iuxta murum montis domus Domini ad Ortum. Eſt etiam Antiochi caſtrum iuxta eundem murum, in colle eminenti ſitum ad Aquilonem: iuxta quem arcus duplex erat, Gręcè Λιθόστρωτος, Hebraicè autē Gabbatha dictus, vnde præſides ad populum verba facerent: huic loco contiguum erat amphitheatrum, & Xyſtus à gentibus conſtructa: & in proximo colle non longè à muro montis domus ad Occaſum, Aſſamonæorum, vel Machabæorū Regia, in qua Rex Agrippa palatium conſtruxit inſigne iuxta portam Eſſenorum: cui non longè adiacebat domus Ananiæ pontificis, quam Annas Caiphæ ſocer olim tenebat, vt tradit Ioſephus. In ciuitatis Dauid Aquilonari extrema parte verſus Ortum, erat Herodis Regis palatium magnificentiſſimum, & inferius verſus Occaſum turris octangula dicta Pſephina: ex qua Arabiam vſque proſpectus longè patebat, vt Ioſephus eſt auctor. Ad Orientem verò in ſuperiori Acra, ſiue in ſuburbio, caſtrum Aſſyriorū dictum, cuius ruinæ adhuc permanent: primum Titi expugnantis vrbem præſidium, vt idem Ioſephus auctor eſt.

Ioan. 19. 1. Machab. 2. Ioſep. lib. 20. antiq c. 14. in prin ſen ca. 7. ante med. Idem li. 2. de bell. Iud. c. 17. circa med. Ioan. 18. Idē li. 6. c. 6. ſub init. Idē c. 8. einſd. lib. iuxta init.

Qualis Dominici forma ſepulchri.

Eſt & intra mœnia ciuitatis computandum nunc ſepulchrum Domini, ſeu templum, quod illud comprehendit, quod in ſpeciem eſt rotundum, in cuius medio eſt Dominicum ſepulchrū ſub dio conſiſtens, & nullo tecto coopertum. Porrò in medio eſt apertura, ſeu foſſa quædam foris, marmore tecta, intus adhuc nuda. Oſtium habet ab Oriente paruum, & cùm ingreſſus fueris ſpeluncam, ſepulchrum iacet ad dexteram, id eſt, parietem Septentrionalem ex marmore confectum, longitudinis octo pedum: quem lampades accenſæ reddunt illuſtrem. Eſt & ante illam ſpeluncam ſepulchri Dominici alia crypta eius magnitudinis, & figuræ, ſolo pariete intermedio à priori ſeparata: & in hanc primùm deſcendebatur, & per intermedij parietis oſtium ingreſſus patet in ſpeluncam Dominici ſepulchri: quod oſtium clauſum erat, quando mulieres mane venientes ad vngendum corpus Domini, dicebant: *Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?* Circumcirca ſunt edita loca, & oratoria, in quibus Chriſtiani nominis profeſſores orare conſueuerunt, & in quibus laudes, & pſalmi, & hymni pro more cuiuſque decantantur à Græcis, Latinis, Aethiopibus, Syris, Georgianis, & alijs. Mons verò Caluariæ diſtat à loco ſepulchri centum & octo pedibus, eſtq;

Marc. 16.

alcen-

aſcenſus à ſuperficie pauimenti Eccleſiæ ad locum vbi crux rupi infixa fuit: in qua rupe extat ſciſſura viginti & octo pedum, à terræ motu Domini in cruce pendẽtis effecta. Non longè à Caluariæ per pedes decem oſtenditur pars columnæ, in qua Chriſtus fuit flagellatus, illuc ex domo Pilati tranſlata: prope quem locum deſcenditur per quadraginta & ſeptem gradus ad locum, vbi Helena inuenit defoſſam crucem Domini.

Matth.27. *Ioan.19.*

Quinam muri Hieruſalẽ.

Quarto loco agendum de muris, turribus, ac de portis ciuitatis: nam ex harum rerũ numero, & fortitudine ſolent magnæ ac munitæ vrbes apud hiſtoricos celebrari, atque commendari: hinc quædam muro, & antemurali cinguntur, aliæ duplici, vel triplici muro: hinc etiam Thebæ Aegyptiæ, quæ maxima fuit ciuitas, & 140. ſtadiorum ambitu vallabatur, vt tradit Herodotus, centum portas habebat: vnde dicta fuit Hecatompylæ. Alia Thebæ fuit in Bœotia, quã Amphion fertur muris exornaſſe: hanc Heptapylon vocat Apuleius, eo quòd ſeptem portis conſtaret. Muris ergo Hieruſalem non erat ſimplex, ſed pro incremento ædificationum, & populi numero, vt docet Ioſephus: in cuius extremis mœnibus triginta erant turres; ambitus autem eius triginta ſtadiorum, vel etiam plurium. Nam lib.1. in Apionem producit Ioſephus Hecatæum antiquum hiſtor. dicens: *Idem vir & magnitudinem prouinciæ, quam incolimus, pulchritudinemq́ narrauit. Penè decies trecenta millia, inquit, iugera terrarum optimarum vberrima prouincia poßidere noſcuntur. Iudæa namq́ huius eſt amplitudinis.* Et infra loquens de Hieruſalẽ ciuitate, ſubdit Hecatæus: *Sunt autem Iudæorum, & alia quidem multa munitiones per prouinciam, atq́ vici, vna verò ciuitas munitißima, habens præcipuè circuitum quinquaginta ſtadiorum, in qua commemorãtur hominum circa centum & quinquaginta millia, nomine Hierosolyma.* Hæc ex Hecatæo; vt videas ambitum vrbis, & capacitatem hominum. Ariſtæas Abderita in libello ad Philocratem fratrẽ de ſeptuaginta interpretibus ſic habet: *Ciuitatis verò amplitudo eſt mediocritate quadam temperata: quæ, quantum colligere potuimus, in circuitu quadraginta ſtadia habet. Turres quidẽ ſubtus videntur eſſe perniæ, ſupra verò vſitatos habent anfractus, & ſunt ad formã theatralem diſpoſitæ. Nam quia ciuitas in monte eſt ſita, ſunt reflexæ, & in ſe inuicem pronæ.* Sic ille.

Herod. Halicarn. — Apuleius. — Eiuſdem turres. — *Ioſeph. lib.8. de bell. Iud. c.6. ante domid.* — *Idem.* — Hecatæus vetus hiſtoriar. ſcriptor. — Iudææ amplitudo. — *Idem.* — Hieruſalem quot hominum millia aleret. — Ariſtæas.

Iam verò nouem legimus fuiſſe huius vrbis portas præcipuas, etſi alij 12. enumerent, vt ſuperiùs dixi, de quibus reſtauratis Nehem.3. ſcribitur.

Portæ Hieruſalem.

Prima erat, porta gregis dicta, quæ templo proxima erat, poſita inter Ortum, & Meridiem, quæ & à Septuaginta dicitur Προβατικὴ πύλη; quòd per eam greges in tẽplo immolandi introducerentur; iuxta quã erat probatica piſcina in Euangelio Ioannis Græcè ſic ab ouibus vocata; & quia reſpiciebat Auſtrum, & Cedron torrentem.

Prima porta. — *2. Eſdr.3 & alibi.* — *Ioan.5.*

Secunda, porta vallis, ſic dicta, quia per eam ibatur in vallem patentem Ioſaphat: de qua bis habes mentionem factam Nehemiæ 2. & 3. hæc poſtea progreſſu temporis vocata eſt aurea, quòd per eam pateret aditus in templum. Et, vt in fine capitis 3. ait Nehemias, in porta gregis ædificauerunt artifices, & negotiatores.

Secunda. — *2. Eſdr.2. & 3. & alibi.*

Tertia porta dicta eſt fontis, in ea parte vrbis, qua Moriah mõtis murus cum Mello coniungebatur: ſic dicta, quòd non longè à fonte Siloë diſtaret. Et cap.2. Nehemias ita videtur vocare. Ad fontem Siloë turris quædam erat in muro edito poſita, vt quidam putant, quæ ſcaturigini fontis vicẽ caſtelli, & propugnaculi præbebat: quæ cadens oppreſſit decem & octo viros, vt habetur Luc.13.

Tertia. — *2. Eſdr.2. & 12.* — *Luc.13.*

Quarta ad Occaſum in latere mõtis Sion fuit Dauid porta: vnde & piſcium dicta eſt à Nehemia, quòd per eam piſces importarẽtur ex mari, & portu Ioppe: ad cuius portæ dexteram Iudas ſe in ſycomoro ſuſpendiſſe traditur.

Quarta. — *Nehem.3.* — *Matth.27.*

Quinta porta, fuit Vetus; ſic dicta, quòd non, vt cæteræ, à Chaldæis eſſet deſtructa: quę poſterioribus ſeculis dicta eſt porta Iudicij, quòd proxima eſſet Caluariæ loco, vbi vltimo ſupplicio damnati afficiebantur, per quam Dominus baiulans ſibi crucem eſt egreſſus: à quo loco Caluariæ non longè diſtat hortus, in quo ſepultus eſt Dominus. Olim moris erat in portis iudicia celebrari.

Quinta. — *2. Eſdr 3. & alijs in locis.* — *4. Reg. vlt. & ſeq.* — *2. Eſdr.2.* — *Ioan.19.* — Vbi olim iudicia celebrari ſolita.

Sexta porta contra Aquilonem, dicitur Equorũ à Nehemia: quã portam Ephraim legimus 4. Reg.14. vocatam, & de qua Nehemiæ 3.8. & 12. fit mentio: & porta hodie appellatur S. Stephani. quòd eiectus per illam portam extra ciuitatem, lapidatus ſit.

Sexta. — *4. Reg.14.* — *Nehem.3.8. & 12.* — *Act.7.*

Septima porta, in ipſo montis angulo acuto inter Aquilonem, & Orientem, porta Anguli vocata, quæ alio nomine dicta eſt porta Ben-iamin: cuius mentionem non fecit Nehemias, quòd fortaſſis ſuo tempore concluſa eſſet, eo quòd haberet difficilẽ aſcenſum.

Septima. — *4. Reg. 14.*

Octaua porta, Aquarum dicta, interiacentis vallis exitum excipiebat, qua torrẽs in valle conceptus ad Ortum effluens educebatur: de qua Nehemias cap.3. Nathinæi autem habitabant in Ophel, vſque contra

Octaua. — *2. Eſdr.3.*

Infra 12.

portam aquarum, ad Orientem, & turrim quæ prominebat. Et cap. 12. vſque ad portã aquarum ad Orientem.

Nona porta. *Supra* 2. & 3. & 12.

Poſtrema fuit porta Ruderum, ſiue ſterquilinij, poſita in angulo Orientis, & Meridiei, per quam fimus, & rudera in torrentem reijcienda, vel in hortorum, qui iuxta torrentem conſiti erant, vſus efferebantur.

Hæ portæ quib⁹ Iudææ partibus reſponderent.

Ex his portis patebat aditus quaqua verſum in omnes terræ ſanctæ partes. Nam ex Gregis, & Vallis, & Fontis portis in omnẽ regionem Auſtralem, vſque ad deſertum Sinai, ex porta Piſcium in Emmauntem, Ioppen, & in omnem Palæſtinam, vſque ad mare; ex porta Veteri ad Tyrum, & Sidonem, & Cæſaream Palæſtinæ; ex porta verò Aquilonari dicta Equorum, ad Dan, Emath, & Damaſcum; ex porta Ben-iamin in Hierico, in ſiluam Beniamiticæ tribus: vnde lignorum ingens copia aſportabatur in vrbem: ex aquarum, & ſterquilinij portis in Oliuarum montem vrbi proximum, vſque in Iordanem, & mare Salis, & in omnes Orientis tractus. Iſtæ portæ dicuntur in lib. Tobię ex Saphiro, & Smaragdo ædificari, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius, & ex lapide cãdido omnes plateas eius ſterni: quia Propheta reſpiciebat ad veram Hieruſalem Eccleſiæ militãtis, quæ ſponſa eſt Chriſti, ornata omni lapide pretioſo; vel ad futuram, quam in cœleſtibus expectamus, de qua Ioan. in Apocalypſi abunde philoſophatur, quod ſublatus in ſpiritu eam viderit habentem portas duodecim, tres ab Oriente, totidem ab Occaſu, & alias ſex ab Auſtro, & Aquilone. Quo ſignificatur, duodecim Apoſtolos eſſe portas cœli: ſicut Hæretici, & falſi Doctores ſunt portæ inferi apud Matthęum: prętera facilem, ac patentem eſſe acceſſum ab omni parte mũdi, & natione ad ingreſſum militantis Chriſti Eccleſiæ, per quam poſtea eſt acceſſus ad triumphantem. Et hactenus de portis.

Tobias ciuitatis Hieruſalem portas cum diceret ex lapidibus pretioſis ædificãdas, quo tenderet. *Tob.* 13.

Apoc. 21. Cœli quænã portæ; quæ inferi.

Matth. 16.

Loca Hieruſalem adiacentia.

Quintò, loca extra ciuitatem poſita, aut non multum ab ea diſsita, ſunt breuiter expedienda. Ad Orientem proximus erat mons Oliuarum, ab eius arboris copia ſic dictus, & tantùm intercedente profunda valle torrentis Cedron, ab vrbe diſtinctus: in cuius deſcenſu erat viculus Sacerdotum dictus Bethphage, ſupra montem verò Bethania. Incipiebat autem torrens Cedron à Mello montis extremo à Meridie in Ortum excurrens, molliter deflexus, ad Aquilonem vergens. In torrentem autem incidebant aquæ, intra vrbem tamen manantes tum defluebant. Suppeditabant etiam contiuuum fluxum fons Gihon, qui ad Occaſum nõ longè à porta Piſcium erumpit, atque perpetuo riuo per vallem ſui nominis deducto, piſcinam ſuperiorem dictam implet, indeq; in natatoria Siloa influit: vnde egreſſæ aquæ, & cum alijs riuulis cõmixtæ torrẽtem efficiunt. Natatoriæ nomen fonticulus proximus efficit: quæ non tantùm ex his aquis, ſed etiam occulto canali olim ex Salomõis hortis fluxiſſe cõmemoratur. Sunt enim non longè à Mello extra vrbem monticuli, in quibus Salomonis horti fuerunt: extat ibidem Rogel, quo irrigari poterant; & hortis vicina petra Zoheleth, de qua 3. Reg. fit mentio: Adoniæ regnũ citra patris voluntatem ambiẽtis teſtis. Et valles quæ erant inter hos montes, nõ ita magnæ, ab Auſtro in Ortum protectæ. Erat vallis Ben-ennon, vel filiorum Hennon, ſiue Geenna Saturni, quondam nefarijs ſacris infamis locus; qui Thopheth vocatur à Hieremia: & poſtea equorum, mulorum, & aliorum animantium immundis cadaueribus proijciendis damnatus. Illis in collibus non longè ab hortis Regibus, & fonte Rogel, viſitur ſepulchrũ Iſaiæ: & in valle ampliori, quæ ad Auſtrũ porrigitur, Ioſaphat monumentum erat, à quo toti valli nomen eſt inditum, de quo Ioel. 3. in cuius non ima profunditate, ſed in pede montis Olиueti, ſitũ eſt ſepulchrum B. virginis, & in editiori parte quàm ſit ipſa vallis, quæ ante euerſionem ciuitatis extra terram emittebat: nũc eſt ſub terra vna cum Eccleſia, eo quòd Romani ciuitatem oppugnantes, eam oliuarum arboribus inciſis, & aggeribus oppleuerunt, teſte Ioſepho. Et Hadrianus iuſſit ruinas atriorum templi erui, & proijci in torrentem Cedron, & complanari montem Moriah, & ſale aſpergi ciuitatem. Non longè à ſepulchro B. Deiparæ eſt Eccleſia in horto Gethſemani, in quo Dominus iturus ad mortem Patrem eſt deprecatus. Vltra vallem, ad plagam Auſtralem eſt ager Akeldema, emptus 30. argẽteis, quibus Dominus vẽditus eſt, dedicatus in peregrinorũ ſepulchrum. Bethſur, vel Bethſura, oppidum ſua natura munitũ, in anguſtijs montium ſitum, per quinque ſtadia diſtans à Hieruſalem, pertinens ad tribum Iuda, Ioſue 15. & 1. Machab. 14. & 2. Machabæor. 11. de quo Ioſephus lib. 13. antiquit. *Bethſuram*, inquit, *oppugnabat* (Ionathas) *locum totius Iudææ munitiſſimum.* Eſt & vallis gigantũ prope vrbem, incipiens viginti duorum ſtadiorum ſpatio, vſque ad Bethlehem: ſic dicta ab antiquis habitatoribus Raphaim: de qua Ioſue 15. & ibi vt limes Iudæ tribus effertur: meminit & Ioſephus libro ſeptimo antiquitatum:

Cedron torrentis initiũ quod.

Fons Siloe vnde natatoriæ nomen habeat. *Ioan.* 9.

4. *Reg.* 17.

3. *Reg.* 1. *Ibidem.*

Geenna Saturni quænã illa. 2 *Paral.* 33. 2 *Eſdr.* 11 & alibi ſæpiſſimè *Hierem* 7. & alibi.

Vbi ſepulchrum Iſaiæ poſitum ſit. *Ioel.* 3.

Beatiſs. Virginis monumentum in valle Ioſaphat.

Ioſeph. lib. 6. *de bell. Iud. c.* 4. *in fin.* Hieruſalem ſub Hadriano, ſale conſperſa. *Luc.* 22. *Matth.* 27. *Supra* 16. Bethſura locus totius Iudææ munitiſſimus, teſte Ioſepho. *Ioſeph. c.* 9. *circa med.*

Vallis Gigantũ cur dicta.

Ioſ. 15. & 18. *Idem c.* 4. *init.* & 7.

tiquitatum:

tiquitatum : in quos bis caſtrametati ſunt
1. Reg. 5. Philiſthęi, quos profligauit Dauid. Eſt quo
que mons Gihon altus, & rectus, in proli-
xitatem totum Occidentale latus ambiens,
in via tamen ad vrbem diſcretus valle eiuſ-
dem nominis, & fonte, in quo vnctus eſt
3. Reg. 1. Salomon in Regem, 3. Regum 1. & de illo
2. Paral. 32. fit mentio 2. Paralipomenon 32. Ex quo a-
4. Reg. 20. qua influebat in piſcinam ſuperiorem in ci
uitate Dauid: cuius rei gratia celebratur E-
Eccleſ. 48. zechias 4. Regum 20. & Eccleſiaſtici 48. A
Vnde dictus ager Fullonis, Gihon. quo loco non longè aberat ager Fullonis,
de quo Iſai. 7. ſic denominatus, quod fullo-
nes ſuos pannos ex vicino Gihonis flumine
lotos, ibi ſiccare, & extandere conſueuiſ-
ſent. Multa ſunt alia loca, quæ conſulto, ne
longiores ſimus, prætermittimus.

Hieruſalem à Deo cur funditus euerti permiſ-ſa. Ad ſextum dicendum eſt, Deum iuſtis
de cauſis permiſiſſe ciuitatem illam perire.
Tum quod ita exigerent ingentia Iudæorũ
flagitia, & præcipuè ſcelus illud horrẽdum
Ratio prima. abnegati à ſe, & in crucem acti filij Dei ip-
ſis olim promiſſi, & tanto ſignorum ſplen-
dore, totque Prophetarum vaticinijs, &
vitæ integritate ſe Meſsiam eſſe, & per Io-
annem, & per ſeipſum, & per Apoſtolos
comprobantis. Si enim terræ Sodomorum
Matth. 11. Luc. 10. remiſsiùs erit in die Iudicij, quàm verbum
Dei per Apoſtolos prædicatum reſpuenti-
bus: quid erat aliud expectandum de ingra
Luc. 19. tiſsima Hieroſolymorum ciuitate, quam
Dominus paulò ante mortẽ ſuis eſt lachry-
mis proſecutus, quàm vt in æternum per-
ueniret interitum? Hanc cauſam interi-
tus non ignorarunt Patres, inter quos Ege-
Egeſip. lib. 5. de excid. c. 2. ſippus: *Erat*, inquit, *ſermo vetus, & frequens,*
tunc perituram vrbem Hieroſolymam, & ſancta
eius exurenda, cùm ſeditio belli legem inceſſeret,
& domeſtica manus templum Dei cõſummarent.
Chriſtus Meſſias tẽplum Dei verum. *Sed nec hoc quidem intellexerunt: quoties enim*
exciſa domus Dei? quoties ſeditio? quoties bel-
lum? Et nunquam illa vrbs perijt, niſi quando
verum templum Dei domeſticis manibus cruci-
fixerunt. Et quod illud templum? Audiant: Sol-
Ioan. 2. *uite templum hoc, & in triduo readificabo illud.*
Hieron. in ca. Matt. 23. to. 9 Et Hieronymus in Matthæum: *Deſertam*
Matth. 21. *Iudæorum domum, id eſt templum illud, quod*
fulgebat auguſtius, oculis comprobamus: quia
habitatorem Criſtum perdidit, hæreditatem
præripere geſtiens, occidit hæredem. Lactan-
Lact. cap. 18. in fin. tius libro quarto, de vera ſapientia duos
producit ſcripturæ locos, qui noſtris in co-
dicibus iam ad verbum non ita habentur:
priorem ex 3. Regum 9. quem ita allegat:
3. Reg. 9. Vbi prædicta Hieroſolymorum euerſio, atque captiuitas. I. Locus. *Sed & Salomon*, inquit, *filius eius, qui Hieroſo-*
lymam condidit, eam ipſam perituram eſſe in vl-
tionem ſanctæ Crucis prophetauit. Quòd ſi auer-
timini à me, dicit Dominus, & non cuſtodieritis
veritatem meam; reijciam Iſraël à terra, quam
dedi illis; & domum hanc, quam ædificaui illis
in nomine meo, proijciam illam omnibus, &
erit Iſraël in perditionem, & in opprobrium
populo, & domus hæc erit deſerta: & omnis
qui tranſibit per illam, & admirabitur, & dicet,
Propter quam rem fecit Dominus terræ huic, &
domui hæc mala? & dicent, Quia reliquerunt
Dominum Deum ſuum, & perſecuti ſunt Regem
ſuum dilectiſsimum Deo, & cruciauerunt illum
in humilitate magna: propter hoc importauit
illis Deus mala hæc.

Poſteriorem verò locum ex Eſdræ lib. Alter locus.
primo, cap. 6. his verbis citat: *Fore autem,*
vt Iudæi manus inferrent Deo ſuo, eumq́; inter-
ficerent, teſtimonia Prophetarum hæc anteceſſe-
runt: apud Eſdram ita ſcriptum eſt: Et dixit
Eſdras ad populum: Hoc paſcha Saluator noſter
eſt, & refugium noſtrum, cogitate, & aſcendat
in cor veſtrum, quoniam habemus humiliare eum
in ligno: & poſt hæc ſperabimus in eum, ne deſe-
ratur hic locus in æternum tempus, dixit Domi-
nus Deus virtutum. Si non credideritis ei, neque
exaudieritis annuntiationem eius, eritis deriſio
in Gentibus. Vnde apparet, Iudæos nullam aliam
ſpem habere (verba ſunt Lactantij) *niſi ſe ab-*
luerint à ſanguine, ac ſperauerint in eum ipſum,
quem negauerunt. Sic ille. Hunc autem lo-
cum Eſdræ teſtatur Iuſtinus in Dialogo Iuſtinus martyr tom. 2.
contra Tryphonem à Iudæis fuiſſe abra-
ſum ex lectione Græca iuxta ſeptuaginta
interpretes: neq; Tryphon negare factum
poterat.

Deinde id factum eſt, vt vis legis Mo- II. Ratio.
ſaicæ abrogaretur penitus, & extinguere-
tur. Cùm enim cultus ſacrificiorum, &
religionis doctrina, & ritus in illa vrbe ſita
eſſent, & extra eam ſacrificare non liceret;
ablata ciuitate illa, emortuam omninò il-
lam deſignauit: quemadmodum egregiè
Chryſoſtomus philoſophatur, exemplo Chryſ. orat. 2. aduerſ. Iud. tom. 3. procul à med.
de infirmo frigidam ſitiente, quæ niſi con-
cedatur, ſit ſeipſum præcipitem daturus.
Concedit quidem prudens Medicus; ſed Quemadmodum cum Iudæis, teſte Chryſoſtomo, Deus egiſſe videatur.
allata ex domo ſua phiala. In hac, inquit,
tantùm potabis: quam poſtea, innuens mi-
niſtris, iubet vt in terram decidere permit-
tant, & frangant, vt à frigida abſtineat in
futurum. Ita à Deo ſapientiſsimo Medico
factum cum Iudæo; cui ad tempus data lex
Moyſi, & ſacrificiorum religio, quæ ſuo
tempore, ne noceret, ablata fuit, ne tem-
plum illud corporeum gloriam Euangelij
vel impediret, vel obſcuraret.

Prędictum prętereà fuerat hoc à Danie- III. Locus. Dan. 9.
le: *Et ciuitatem, ait, & ſanctuarium diſsipabit*
populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas,
& poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Adde IV. Locus.
quod Chriſtus diſertis verbis prænũtiauit, Luc. 21.
cùm dixit: *Et Hieruſalem calcabitur à Genti-*

bus, donec impleantur tempora nationum. Quæ ex iuſto Dei iudicio interminatas luit pœnas.

Aug. tom. 8.

Auguſtinus in Pſalmum 64. *Vmbra* inquit, *terreni templi tranſiuit, nos Dominum qui eius eſt veritas, teneamus.*

Hieron. lib. 5. comment. in Hierem. inc. 16 ante med. tom. 5. 3. Reg. 3. 2. Paral. 3. Gen. 22. Gal. 3.

Hieronymus item in Hieremiam: *Sicut extructo,* ait, *templo in area Ornæ, & in monte Moria, hoc eſt viſionis; in quo Abraham filium ſuum Iſaac obtuliſſe narratur, ceſſauit religio Silo, nec poſtea ibi ſunt celebrata ſacrificia: ſic extructa Eccleſia, & ſpiritualibus in ea victimis immolatis, ceſſauerunt legis ceremoniæ; & data eſt vrbs Iudæorum in maledictionem cunctis gentibus terræ, de qua nos Dominus liberauit.*

Beda in Marc. c. 12. tom. 5.

Et Beda: *Diuinitus procuratum eſt, vt patefacta per orbem fidei Euangelica gratia, templum ipſum quondam auguſtum cum ſuis ceremonijs tolleretur; ne quis fortè adhuc paruulus, ac lactans in fide, ſi videret illa permanere, quæ à Prophetis ſanctis facta, quæ à*

Hebr. 9.

Domino ſunt inſtituta, admirando ſanctum ſeculare, paullatim à ſinceritate fidei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ad carnalem laberetur Iudaiſmum.

Infrà 19.

Prouidens ergo Deus infirmitati noſtræ, & Eccleſiam ſuam multiplicari deſiderans, omnia illa ſubuerti fecit, ac penitus auferri, quatenus vmbra, & typo ceſſante, veriorem ipſa iam veritas per orbem declarata palmam teneret. Sic Beda. Audi poſtremò verba Irenæi libro aduerſus Valentinum, cauſam excidij Vrbis enarrantis:

B. Irenæ li. 4. c. 7. per tot. Pſalm. 47. Matth. 5.

Adhuc & de Hieruſalem, & de Domino audent dicere, quoniam ſi eſſet magni Regis ciuitas, non derelinqueretur. Simile autem eſt dicere, ſi quis diceret, quoniam ſi eſſet ſtipula conditio Dei, nunquam à frumento derelinqueretur: & ſarmenta vineæ ſi à Deo facta ſunt, nunquam à botris deſtituta abſcinderentur.

Quàm elegãti, atque idoneo Hieroſolymitanę ſubuerſionis neceſſitatem exemplo oſtẽdat Irenæus. Rom. 5.

Quemadmodum autem hæc non propter ſe principaliter facta ſunt, ſed propter creſcentem in eis fructum, quo maturo facto, & ablato, derelinquuntur, & è medio auferuntur, quæ iam non ſunt vtilia ad fructificationem: ſic & Hieroſolyma, quæ iugum in ſe ſeruitutis portauerat, in quo domitus eſt homo, qui antea non ſubijciebatur Deo, cùm mors regnabat, & domitus habilis factus eſt ad libertatem, adueniente fructu libertatis, & aucto, demeſſo, & in horreum apportatis ab ea his qui fructificare poſſunt, & in omni mundo diſſeminatis, quemadmodum Iſaias ait:

Iſai. 27.

Filij Iacob germinabunt, & florebit Iſraël, & fructu ventris eius implebitur vniuerſa terra. In vniuerſa enim terra fructu diſſeminato, meritò derelicta eſt, & de medio ablata, quæ aliquando quidem fructificauerat benè: ex ipſa enim ſecundùm carnem Chriſtus fructificatus eſt, & Apoſtoli; nunc autem iam vtilis non eſt ad fructificationem: quæcunque enim temporale initium habent, neceſſe eſt ea & finem temporalem habere.

Iſraëlis germen, Chriſtus, & Apoſtoli.

Hactenus bonus ille, & antiquus Pater. Hinc factum eſt, vt quoties Chriſtiani zelo gloriæ Chriſti permoti, ad illam ciuitatem recuperandam exercitus validiſsimos inſtruxerint, aut labor nequaquam, aut ſanè ad breue tempus ſucceſſerit.

Variæ Hieruſalem captiuitates enarrantur poſt Chriſtum. I. captiuitas.

Nam poſtquã à Tito capta eſt ciuitas anno ab incarnatione Chriſti 42. multis hominũ myriadibus eorum interfectis, tum captiuatis; & rurſus anno 136. Aelius Hadrianus venit Alexandriam, & Hieroſolymam reſtaurauit, & Aeliæ nomen Hieroſolymæ indidit. II.

Tempore Henrici Imperatoris IV. capta fuit à Saracenis, & Sultanis, & ſacra omnia profanata; niſi quòd ſepulchrũ Domini quęſtus tantùm gratia intemeratum eſt relictum. III.

Quando primum, & per quos Chriſtianos duces ac Principes recupata.

Paulò pòſt anno 1092. deſignata eſt militia centũ millium virorũ ex Gallis, Hiſpanis, Anglis, Scotis, Flandris: qui communi expeditione, ducibus Gottiſredo, Baldeuino, & Lotharingijs alijs principibus, per Germaniam, Galliam, primò Nicæam, deinde Antiochiam ferè inexpugnabilem nouem menſibus occupârunt, & tandem recuperârunt Hieruſalẽ anno 1099. & tenuerũt terram ſanctam tantùm per 88. annos ſub eiſdem ducibus Gottiſredo, Baldeuino: donec veniens rex Perſarum Saladinus, illam cepit, & facta eſt ſubiecta Saracenis, præter Tyrum. IV.

Quibus auditis à noſtris, iterum cum exercitu venit Fridericus primus cum Principibus Hũgariæ & Bulgariæ. Et multis ciuitatibus recuperatis In Lycaonia, venit in Armeniam: vbi cùm lauandi gratia in fluuium deſcẽdiſſet, abſorptus & extinctus eſt magno cum exercitus dolore. Tamen recuperata eſt Cyprus Inſula, Acon, Ioppe, & Hieruſalem: cuius factus eſt dominus Marchio de monte Ferrato.

Quando iterum Chriſtianis reſtituta.

Sed iterum anno 1217. capta eſt à Saracenis, & anno 1229. reſtituta Chriſtianis ſub certis pactis. Poſt hæc circa annum Domini 1248. iterum expugnatur, trucidatis multis Chriſtianorum millibus, & Damiata, quæ erat in poteſtate Chriſtianorum, ablata.

Poſtrema captiuitas.

Demum anno Domini 1290. tota ferè terra ſancta amiſſa eſt: & noſtro æuo, anno videlicet Chriſti 1517. expulſis, ac deletis Sultani exercitib⁹ à Turcis occupata.

Cur Deus ſanctam ciuitatem ab exteris nationibus & barbaris voluerit occupari. I. Ratio.

Quod diuino conſilio factum eſſe nemo dubitauerit: nã id adſcribi poteſt, vel noſtris peccatis, quibus grauius Deus offenditur à nobis, quã à Saracenis, & Gentilibus, qui Chriſtum ignorant; & ideò non patitur, vt in illis locis pijs eum offendamus: II. vel noſtræ ignauiæ, & ſocordię, qui priuatis odijs & factionibus inter nos litigamus, belligeramus, nec Chriſti gloriam, & fidei propugnationem, vt par erat, ſitimus, ac eſurimus; III. vel volũtati Dei, qui voluit omnibus hiſce terrenis cõſolationibus priuare, quas capta-

bainus ex terra ſancta in noſtra ditione poſita; vt aſueſcamus, Hieruſalem illam cœleſtem agnoſcere veram matrem noſtram, & terram viuentium, in qua portionem noſtram repoſitam expectemus: & omnes promiſsiones factas ſpirituales exiſtere, nō carnales, & terrenas.

Gal. 4.

Pſalm. 141.

Vera Hieruſalem Eccleſia Chriſti eſt & triumphās & militans.

Nam illa terra ſymbolum erat, & nomen ſpiritualis, vel cœleſtis terræ, quam qui tenebat, parum poſsidebat: qui verò rem ſignatam habet, etiam ſine ſigno diues eſt & beatus: atque interim ſciremus, Eccleſiam Catholicam militantem eſſe veram per Fidem & Charitatem Hieroſolymam, in qua ſola vera eſt remiſſio peccati, & redemptio, & ſalus, & ſacrificandi acceptabiles Deo hoſtias virtus.

Quarta.

Adhæc, magis oſtenditur Chriſti potentia, qui nouit, & poteſt ex templo in manibus inimicorum poſito honorem, & cultum ſibi debitum, & gloriam ſuam elicere: vt ita impleatur illud: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Denique eo videtur tendere, vt ita emineret illorum fides, & religio, qui illa loca ſancta inuiſerent, etiam in manibus hoſtium noſtrorum poſita.

Pſalm. 109.

Quinta. Hieroſolymitanę peregrinationis cōmoda percenſentur.

I. cōmodum.

Atque vt hac ratione ad poſtremum tranſeat oratio noſtra, peregrinatio ad ſancta Hieroſolymæ loca inuiſenda, & colenda, ſiue ſine voto nuncupato fiat, ſiue ex voto, quod ſanctius, & laudabilius exiſtit, magnum apud Deum habet meritum, magnasq́ue ipſis peregrinantibus adfert vtilitates. In primisq́ue, quia per illum imitamur ſanctos, qui olim certis, ſtatisq́ue diebus ter in anno in Hieruſalem aſcendebāt: imò ipſum ſanctū Sanctorum Dominum, qui frequenter legitur aſcendiſſe è Galilæa in Iudæam ad templum: nec tantùm Iudæos, qui lege arctabantur, ſed etiam Gentiles, pro quorum precibus exaudiendis precatus fuerat Salomon in dedicatione templi: & Ioannes: *Erant*, inquit, *quidam Gentiles ex his qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto, & promeruerunt videre Ieſum*: inter quos fuit Eunuchus Aethiops reginæ Candacis, vt dicitur in Actis, & gratiam Euangelicam inuenit.

Luc. 2.
Ioan. 5. & 7. & alibi.
Exod. 23. & 34. & alibi.
3. Reg. 8.
Ioan. 12.
Act. 8.

Philo libro de legatione ad Caium recenſet, Agrippam, maternum auum C. Caligulæ, templum inuiſiſſe, & honoraſſe: & Auguſtum Cæſarem per literas iuſsiſſe vndecunque illuc mitti primitias, inſtituto etiam ibi quotidiano ſacrificio: & Tiberium per 23. annos, quibus imperauit, antiquiſsimam templi religionem incolumem, immotamq́ue modis omnibus ſeruaſſe. Quæ ſanè portendebant, illa loca præſentia Chriſti illuſtrata & ſanctificata, maiori religione aliquando frequentanda, & colenda, tam à Iudæis, quàm Gentibus Chriſti fidem agnoſcentibus.

Philo li. r. de lega. ad Caiū, part. 2.

Auguſti Cæſaris in templum Hieroſolymitanū pietas, & munificentia.

Eundem locū Tiberius Cæſar quàm ſanctè coluerit & religioſè.

De ſanctiſsima Deipara teſtatur quodā loco Hieronymus: *Quamuis in ſpiritu eſſet, tamen cùm in carne viuebat, carneis mouebatur ſenſibus, & ideò locorum ſanctorum Hieruſalem delectabatur viſitationibus.* De ſanctis illis & religioſis fœminis in Euangelio legimus, quàm ſolicitè ſepulchrum Domini viſitauerint.

B. Hieron.
Marci 16.

Plenæ ſunt epiſtolæ Hieronymi, alios ad inuiſenda loca illa ſuo exemplo excitantis: nam ipſe primus illa loca luſtrauit, & coluit, perſuaſit Heliodoro, & Paulæ, & Euſtochio: & in præfatione in Ezechielem teſtatur, ſe frequenter diſtrahi ab ſtudijs ſuis propter venientes ad venerandum illa loca, vt inſeruiret illorum fidei, ac deuotioni.

Idem epiſt. 1. to. 1. in princ.
Idem ep. 27. eod. tom.
Idem tom. 5.

Alterū commodum.

Alter fructus eſt confeſsio fidei, ac proteſtatio operibus ipſis viuis: *Qui me confeſſus fuerit*, inquit, *coram hominibus*, (id eſt incredulis, & infidelibus, qui homines dicuntur, non viri) *& verba mea in generatione iſta adultera, & peccatrice: & filius hominis confitebitur eum, cùm venerit in gloria Patris ſui, cum Angelis ſanctis.*

Suprà 8.
Qui homines ſint habēdi, nō viri, more Scripturæ.

Hinc Hieronymus epiſtola ad Deſiderium, aſſerit, partem fidei eſſe, adorare vbi ſteterunt pedes eius. Ipſa ſiquidem tam longa peregrinatione proteſtamur fidem noſtram, qua credimus, filium Dei illis in locis pro noſtra redemptione cruci ſuffixum fuiſſe, ſepultum, atq; ſuſcitatum.

Hieron. epiſt. 144. paulò à med. tom. 3.
Pars fidei eſt adorare, vbi ſteterunt Domini pedes, ait B. Hiero.

III. Cōmod.

Tertiò, vt impleamus Scripturas, dicentes: *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius*; Et per Iſaiam dicitur: *Et erit ſepulchrum eius glorioſum*: nam & mons Caluariæ, & ſepulchrum tanta religione & veneratione culta, glorioſa illa efficiunt, & dedecora ab illis auferunt: & quo minor eſt commoditas eundi, & redeundi, & maiores labores, & grauiora pericula in eiuſmodi peregrinatione, eo honor, & cultus maior Deo redditur.

Pſalm. 131.
Iſai. 11.

IV. Cōmod.

Quartò, per illam grati animi noſtri ſignificationem Chriſto reddimus. Nam cùm ille noſtri gratia de cœlo in terram peregrinationem tam moleſtam, & acerbam inſtituerit, & in Hieroſolymis nos quæſierit: par erat, vt nos illi mutuam vicem redderemus, vt ſi non datur ipſum, qui in cœlum ſe ſubduxit, ſenſibili ſpecie inuiſere, ſaltem in ſpiritu illum in eiuſmodi locis viſitare non pigeat, in quibus noſtram ſalutem dignatus fuit operari.

Pſalm. 73.

V. Cōmod.

Quintò, vtilis eſt illa peregrinatio ad multarum rerum experientiam capiendam. Nam multorum laborum & tribulationum experientia vexati, magis purgamur, & carnem maceramus: qua indigent imperfecti propter ſe ipſos, perfecti verò propter bonum aliorum, qui inde ædificantur. Vnde Paulus ait: *Caſtigo corpus meum,*

1. Cor. 9.

1.Tim.5.

& in ſeruitutem redigo : & ad Timotheum ſcribit, vt vtatur modico vino propter ſtomachum, & frequentes infirmitates ſuas.

1.Petr.2. Hebr.11.

Quinetiam ſcientiam ſalutis comparamus, agnoſcentes nos aduenas eſſe & peregrinos in hoc ſeculo. Diſcimus quoque peregrinantes commiſereri, & hominum multorum, & prouinciarum cognitionem habere. Et deniq; mirificè ſeruit ad pleniorem Scripturarum, & pręſertim Euangeliorum Intelligentiam, conſpectis ipſis locis, & nota eorum diſtantia: ad meditandum quoque, & contemplandum geſta Domini opem adferunt quæ vidimus: certius enim menti imprimuntur. Segnius enim nos mouent audita, quàm oculis ſubiecta fidelibus.

Horatius in Arte.

VI. Cõmod.

Sextò, conducit ad gratiam Dei copioſius ſibi deriuandam. Dominus enim pro ſua bonitate magis influit in vno loco, quã in altero diuina chariſmata, etiam æquali animi diſpoſitione: vt conſtat olim de templo Dei, pro quo rogauit Salomon, vt ibi exaudirentur precantes: & in piſcina Probatica, vbi vnus infirmus ſanus reddebatur. Hinc Iacob permotus experientia huius diuinæ bonitatis, dona ſua hac ratione vberius communicantis, dixit: *Verè Dominus eſt in loco iſto: non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* Vnde & ſigna multa impetrata ſunt propter eiuſmodi viſitatione ad templa ſanctorum Martyrum. Quòd ſi Iudæi zelo ſuæ terrenæ Hieroſolymæ funditus euerſæ & collapſæ, eò adhuc peregrinari non ceſſant: quanto eſt æquitati, & fidei noſtræ congruentius, vt nos propter ſacroſancta paſsionis, mortis, & ſepultura Domini noſtri Ieſu Chriſti veſtigia, quæ æternum & immortalem ſpirant fructum, eò proficiſci, illasq́ue Reliquias, quæ æternam item, & immortalẽ Chriſti memoriã ſeruant, & tanti amoris aduerſus nos exiſtunt monumenta, quàm maxima reuerentia, & veneratione amplecti, atque exoſculari.

Vnde cõſtet Deum vno loco quàm in alio magis exaudire precantes.

3.Reg.8. Ioan.5. Gen.28.

VII. ac poſtremum cõmodum.

Poſtremò peregrinationes locorũ ſanctorum inter opera perfectionis meritò cõputantur, & loco ſatisfactionis à Sacerdotibus olim imponebantur: habentq́; fructũ indulgentiæ plenariæ, quam religiosè accedentes aſſequuntur. Imò votum ad illa loca viſitanda emiſſum, quaſi res grauis, & magni momẽti, reſeruatum eſt ſummi cognitioni Põtificis, ſicut votum caſtitatis, & religionis, & non facilè in illo diſpenſatur, niſi graues, & vrgentes accedant cauſę. Imò nec patet aditus ad illam peregrinationem, niſi accedat poteſtas Romani Pręſulis. Quare meritò pro ſuſpectis ſunt habendi, qui contemptim de illa, vel ſentiunt, vel ſcribunt, vel corporalem exercitationem vocant, & ad modicum vtilem, cùm ſit cum ipſa pietate maximè cõiuncta; vel qui alios dehortantur à voti eiuſmodi nũcupatione, vel poſt nuncupatum ab impletione, quia ſcriptum eſt: *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſsio. Sed quodcunque voueris redde. Multoq́; melius eſt, non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.*

Quid de iis ſentiendum.

qui tam ſanctũ, ac pium peregrinandi propoſitum diſſuadere conantur.

1.Tim.4. Eccleſ.5.

Nec obſtant exempla malè peregrinantium, & quęſtum ex pietate facientium, vel otium ſectantium: quia hęc hominum ſunt vitia, non ipſius peregrinationis, quam conſtat permultos reuerenter, & religiosè exoluiſſe. Certè in lectione veterum Patrum, & præſertim hiſtoricorum, nihil occurret crebrius, quàm Principum & Pręlatorum, & ſanctorum virorum frequentes ad Hieroſolymam profectiones. Et hactenus de Hieroſolyma nobis ſit dictum, atque adeò de Syria in genere, & Palæſtina in ſpecie, ad Chriſti, qui in illa peregrinatus eſt, honorem, laudem, & ſempiternam gloriam.

Vitia & abuſus peregrinationis vnde.

1.Tim.6.

PROLEGOMEN. XLIII.

In quo ſeptuaginta hebdomadæ annorum à Daniele Propheta prædicta, in quarto poſt Chriſti mortem anno verè, & præcisè adimpletæ oſtenduntur.

QVONIAM Euãgeliſtarum libri nihil aliud magis docent, nihil ita vrgent, quàm Chriſtum, ſiue Meſsiam in Lege, & prophetis promiſſum, tandem aliquando veniſſe, & omnia, quę de ipſo ſcripta erant, ampliſsimè impleuiſſe, Deumq́; veracem fidem ſuam liberaſſe, atq; huic vni veritati tanquam certæ baſi, ac ſolido fundamento totius Euangelicæ hiſtoriæ ſeriẽ ſubnixam eſſe exploratũ ſit, non inutilem operã fore, & ad ſtudia lectorum iuuanda maximè facere, atque illuſtriorem Scripturarum intellectum ſpectare arbitratus ſum, ſi peculiari, & ſuſiori ſermone præſenti loco de hebdomadis à Daniele prædictis, & à Domino IESV Chriſto impletis diſſeruero. Nam etſi multa alia Prophetica teſtimonia certiſsimè Chriſti aduentum iam exhibitũ tradentia exiſtant: tamen ſicut nullum aut fortius, aut euidentius, aut quod magis Iudæorũ perfidiam iugulet, inueniri poteſt: ita nullũ eſt aut magis variè, & aduersè à Patribus tractatũ, aut denſioribus tenebris inuolutũ: dum non ſatis cõſtat vnde ſit initiũ ſumen-

Quæ in re potiſsimùm Euangelica claboret hiſtoria.

Luc. vlt. Rom 3.

Dan.9.

Quàm obſcura, & difficilis hebdomadarum tractatio.

ſumendum Hebdomadarum: rurſus vbi aru m conſtituendus finis, in quo ſint terminandæ, nam quiſq; pro ſuo captu, & ingenio diuerſum initium, ac diſtinctum finem ab alijs accipit, vt proinde mirum nõ ſit, ſi res hæc alioqui per ſeipſam difficilis & implicita, tot ſententiarũ, & opinionum varietate agitata, reddita ſit obſcuriſsima, & inacceſsibilis.

B. Hier. in c. Dan. 9. to. 5.

Certè Hieronym. in Dan. alienarum ſententiarum enarratione contentus fuit, ſuam verò non explicuit.

Idem ibidem. Orig. lib. 10. Strom.

Idem Origenem producit ex libr. Strom. dicentem: *Studioſius requirenda ſunt tempora à primo anno Darij filij Aſſueri vſq; ad aduentũ Chriſti, quot anni ſint, & quæ in illo geſta dicantur: & videndum eſt an ea poſsimus aduentui Domini coaptare.* Hucuſque Origenes, nihil aliud addens de ratione numerandi dictas hebdomadas.

B. Aug. li. 18. de ciuit. Dei, c. 26. tom. 5.

Beatus verò Auguſtinus in lib. de ciuitat. Dei, tempus hoc à Daniele definitum, tanquàm ab alijs ſactitatum, non eſt auſus maiori examinatione diſcutere, vt agnoſcas, Origenem, Hieronymum, & Auguſtinum ab hac quæſtionis diſcuſsione, vt re difficili, & per obſcura abſtinuiſſe.

Cur ſuſcepta ab Origene, Hieronymo, & Auguſtino modicè prætermiſſa, de ſeptuaginta hebdomadibus differendi prouincia.

Quorum exemplo promptum nobis & expeditum, atque adeò verecundum ſilentio, nidum hunc præterire, & aliorum patrum ſententijs acquieſcere, niſi ardor ſacra ſtudia iuuandi, & deſiderium difficillimis, ac tenebricoſis locis lucem ingerẽdi ad aliud præſtandum impuliſſet. Sed vt nos lucem & ordinem huic articulo tractando adferre valeamus, in primis producemus verba ipſius Danielis, & quædam quæ velut præludia præmittit, explanabimus, deinde dubia, quæ circa verba illa emergũt, explicare enitemur:

In hac tractatione quis ordo tenendus ſit.

tertio loco ſententias Patrum, qui enucleandis Hebdomadis operam dederunt, ac rationem impletionis illarum protulerunt; bona fide & recitabimus, & excutiemus: poſtremò, quę cæteris ſentẽtia præferenda veniat, & quæ magis ad veritatem elucidãdam accedat, breuibus aperiemus.

Obſcuritatis in Prophetis quæ cauſa exſtiterit.

Quod autem Prophetæ obſcuritatem tantoperè in ſuis vaticinijs fundendis affectauerint, diuino id conſilio fuiſſe factum nemo negauerit, qui non ignorauerit Prophetas per Spiritum ſanctum fuiſſe locutos, aut potiùs Spiritum ſanctum per Prophetas: atque de ea re nos alibi fuſiùs dicemus.

2. Pet. 1.

Dan. 9. & ſeq.

Prīmùm igitur verba Danielis ſic ſe habẽt: *Cumq; adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael, & proſternerẽ preces meas in conſpectu Dei mei pro monte ſancto Dei mei; adhuc me loquente in oratione mea, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitq;: Daniel, nunc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo, ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu autem animaduerte ſermonem, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum. Scito ergo, & animaduerte: Ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt, & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem, & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.*

Supra 8.

Matt. 24.

Dan. 12.

Daniel magno in pretio habitus à Iudæis ſimul atque Chaldæis.

Hactenùs Daniel, qui quidem in captiuitate poſitus, & Prophetico ſpiritu illuſtratus, & magno in pretio non tantùm apud Iudæos, ſed etiam apud Principes Babylonis habitus, multa & varia ſudit futurorum ſeculorum vaticinia, vt propterea à Græcis πολυίςωρ ſit dictus, tametſi volumẽ eius capitum paucitate reliquis tribus maiorum Prophetarum libris breuius exiſtat.

Dan. 2. & ſeq.

Hic igitur cùm à principio ſtatuam illam Nabuchodonoſoris explicaſſet, & futurorum Regum ſucceſsiones prædixiſſet, tandem regnum Chriſti imminere declarauit, iam diuino ſpiritu incenſus, vt incertum tempus aduentus Meſsiæ præcognoſceret,

Quàm enixè liberationem populi ſui Daniel à Deo efflagitaret.

ieiunio, ſacco, & cinere afflictus, ſe ad Dominum deprecandum conuertit, non tam ſolicitus de corporea Iudæorum captiuitate ſoluenda, ex qua redituri erant, & reædificaturi templum, & ciuitatem Hieroſolymæ, quàm de redemptione à peccatis, & à vera dæmonum captiuitate, quæ per verũ Dei filiũ & Meſsiam adducenda erat.

Dan. 8.

Tandem precatione effuſa, apparuit illi Gabriel Archangelus, quem viderat à principio, cito volans ad eum, qui etiam miſſus fuit à Deo ad Virginem de Chriſti aduentu prænuntiaturus,

Luc. 1.

Danieli cur Angelus apparuerit tempore ſacrificij veſpertini.

& tangens eum tempore ſacrificij veſpertini, quo tempore ille feruẽtiùs orabat, & virtute ſacrificij veſpertini à Chriſto in cruce offerendi, quo vno & peccatorum expiatio, & ſpiritualis à dæmone redemptio effecta eſt, exaudiri pro-

Deſiderium piurum cur ſei ſimile videatur.

meruit. Cui dixit: *Ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorũ es.* Deſiderium, eſt veluti flos ad fructum, & conceptio ad partum. Neque fruſtratur Dominus deſideria ſeruorum ſuorum quę ipſe immittit, vt per ea digni exauditione reddãtur, iuxta illud: *Deſiderium pauperum exandiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Porrò, vt tradit Salomon, *Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt*: cæterùm omne bonum nulla pura creatura eſt, ſed tantùm Deus, qui vniuerſa bona ſumma ſua ſimplicitate, & immenſitate complectitur. Eſt autem Dei Filius per Incarnationem ad nos miſſus, omne bonum, & in ſe, & in nobis: quia ab eo omne bonum, Naturæ, Gratiæ, & gloriæ nobis deriuamus. Ille erat deſiderium iuſtorum, &, vt Scriptura ait, *Deſiderium collium æternorum*, &, *Deſideratus cunctis gentibus*, &, *Expectatio Gentium.* Quod & Dominus expreſsit: *Multi*, inquit, *Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.* Cùm igitur Daniel totus eſſet in deſiderando Chriſti aduentu, & redemptione per eum exhibenda, meritò vir deſideriorum dicitur, & hoc præclaro titulo exornatur bis ab Angelo poſt hæc verba, vt inde colligas quantis deſiderijs, & quàm ſanctis exundaret animus Prophetę. Quanquàm quidam putent eſſe Hebraiſmum, quo vir deſideriorum dicitur ille, qui gratus eſt & dilectus: ſicut Salomon per Prophetam Natham vocatus eſt Iedidiah (id eſt, amabilis Domino) eo quòd diligeret eum Dominus.

Pſal. 9. Prou. 11. — Solus Deus eſt omne bonum. — *Exod. 33.* — *Gen. 49. Agg. 2. Gen. 49.* — *Matt. 13. Luc. 10.* — Daniel vir deſideriorum cur dictus. — *Dan. 10.* — Salomon per Prophetam cur dictus Iedidiah. *2. Reg. 12.*

Et ſubdit: *Tu autem animaduerte ſermonem, & intellige viſionem.* His verbis Danielem excitat ad eorum quæ dicturus eſt attentum auditum, & nos tum illo, quoniam res alta erat, & obſcurluſculè prædicta: vt propterea dixerit Dominus apud Matthęũ de particula huius viſionis loquens, nempè de abominatione deſolationis ſtante in loco ſancto: *Qui legit, intelligat*: id eſt, non ſomniculosè, aut oſcitanter legat, ſed intento animo, quo dignus fiat intelligentia.

Matt. 24.

Subdit: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam.* Admonuit Hieronymus, rectè dixiſſe, *Super populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam*: *Quia*, inquit, *Propheta dixerat: Eduxiſti populum tuum, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem tuam, & ſuper populum tuum.* propterea ex perſona Dei loquitur Gabriel: *Nequaquàm populus Dei eſt, ſed populus tuus: nec vrbs ſancta Dei, ſed ſancta, vt dicis, tibi. Simile quid & in Exodo legimus, quãdo Deus loquitur ad Moyſen: Deſcende, peccauit enim populus tuus: hoc eſt, non populus meus, quia me deſeruit.* Similia prorſus annotauit hoc loco Theodoretus Græcus.

Hieron. vbi ſuprà. — Iudæos Gabriel Angelus, populum Danielis cur vocet, nõ populum. — *Exod. 32.* — *Theod. in Daniel Orat. 9. tom. 1*

Iam hoc loco exurgũt dubitationes nõnullæ. Prima, quid nomine hebdomadæ intelligendum veniat. Secunda, cur computandi rationem per hebdomadas ſecutus ſit Spiritus ſanctus: Tertia, ſi ſunt hebdomades annorum, quæritur an Solarium, an Lunarium: Quarta vtrùm ſint iſtæ hebdomadæ continuatim accipiendæ, an interpolatim: quia primò numerantur ſeptem, deinde ſexaginta duæ, & vltima in duas diſtribuitur medietates. Quinta eſt, vnde ſint incipiendæ iſtæ hebdomadæ, & vbi terminandæ: Denique cùm plures tradantur implendi has LXX. Hebdomades rationes, & à veteribus, & recẽtioribus autoribus, quæ ſit illa quæ cæteris ſit præferẽda, vtpotè Scripturis ipſis, ac rationi magis conſentanea, atque illi applicatus textus exponendus eſt. Ad primam igitur dubitationem reſpõdemus, vocem Græcam hebdomadæ, id eſt, ſeptenarij, quæ Hebraicè dicitur Schibuag, dupliciter accipi in ſacris literis. Primò, vt ſignificet ſeptem dierum ſpatium: ita dixit Laban de Iacob: *Imple hebdomadam dierum huius copulæ*: & de die Pentecoſtes ſæpè dicitur, *Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primis fugã meſſis tuæ triticeæ.* Erant enim ſeptẽ hebdomades dierum à Paſcha, quibus expletis proxima dies erat Pentecoſtes. Et Daniel, *In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus.* Deinde accipitur pro ſpatio ſeptem annorum: vnde in Leuitico dicitur, *Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta nouem.* Et infrà: *Quia iubileus eſt, & quinquageſimus annus.*

Circa Danielis hebdomadas ſex difficultates euacuandæ. — Hebdomada Hebraicè Schibuag, quid, & quotuplex in ſacris literis. — *Gen. 29.* — *Exod. 34. & ſæpè aliàs.* — *Dan. 10.* — *Ibidem.* — *Leuit. 25.*

Iam quæritur de qua hebdomadæ ſignificatione hic agatur à Daniele. Et in primis certum eſt, non intelligi de hebdomadis dierum, quandoquidem anno cum dimidio circiter impletæ fuiſſent: quòd prorſus vanum eſſet, & falſum. Cùm igitur hebdomas ſeptenarium numerum ſignificet, vt ex vocis proprietate, atq; ex Scripturis conſtat, nec poſsit de dierum; ergo de annorum ſeptennario intelligendum eſt. Cui fauere videtur, quod à principio capitis Daniel meminit ſeptuaginta annorum deſolationis, quos prædixerat Hieremias Propheta, qui decem hebdomadas annorum conficiebant; ſicut Septuaginta hebdomadæ conficiunt CCCCXC. Proinde commentitium eſt ac fabuloſum, quòd Iudæi quidam hunc textum de hebdomadibus

De qua hebdomada loco Danielis ſit ſermo. — *Hierem. 25. Infrà 29.*

Iubileo-

Iudæorum quorundam falſus ac commentitius huius loci Danielis intellectus concluditur.

iubileorū, quorum quiſque continet quinquaginta annos, vel ſeculorum, quorum quodlibet centum complectitur, intelligi volunt. Has enim Iubileorum, vel ſeculorum hebdomadas ignorat prorſus Scriptura, & excogitatæ ſunt tantùm ad veritatem de aduentu Meſsiæ occultandam. Illud deinde illas falſitatis conuincit, quòd, quæ prædixit Daniel poſt illas proximè euentura de diſperſione Iudæorum, diſsipatione ſanctuarij, & ciuitatis, & negatione Chriſti, iam impleta ſunt magno Iudæorum

Dan. 9.

malo. Quòd ſi de hebdomadibus ſeculorum, iubileorumve eſſent intelligendæ, numerus annorum eſſet, aut ſeptem millium, aut quingentorum & trium millium, & ita necdum eſſent impletæ hebdomadæ, ſed adhuc Iudæi eſſent diſpergendi, ac templum, ac ciuitas diſsipanda: quod eſſe nequit. Ideo vniuerſi Patres Catholici vno conſenſu tradunt, hebdomadas fuiſſe an-

Chryſ. orat. 2. aduer. Iud. ſub fi. tom. 3. circa fin.

norum ſimplicium. Inter quos Chryſoſtomus agens in Iudæos, ſic loquit: *Hic mihi diligenter auſcultate, nam hic eſt totius quæſtionis cardo: Hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ conficiunt annos quadringentos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierum, aut menſium, ſex annorum.* Sic ille. Adde etiam iſtis Patribus Iudæos ipſos,

Seder bolam Hebræorum Calendarium. Rab. Salomon in c. 9. Dan. Rab. Moyſes Gerun. ibid.

Seder-bolam, quod eſt Calendarium Hebræorum, Rabbi Salomonem, & Rabbi Moyſen Gerundenſem in commētarijs in hunc locum, qui idem, quod nos, docent: imò vnus illorum dixit, Omnes terminos de aduentu Meſsiæ aſsignatos iam præterijſſe; remiſsionemque in ſola pœnitentia conſiſtere. Cuius autoritate fretus alter Rabbinus, exclamauit; *Væ animalibus Meſsiæ terminos computantibus.* Hęc ad primam ſufficiant dubitationem: veniamus ad ſecundam.

Quāmobrē Spiritus ſanctus loquendi per hebdomadas rationem aſſumpſerit.

Cur autem Spiritus ſanctus rationē loquendi per hebdomadas, & ſepties decem ad prędicendum futura elegerit, nemo mirabitur, ſi in memoriam reducat, ſeptenarium numerum celebrem eſſe in ſacris literis. Nam ſeptimus dies ſacer erat, & quieti dicatus: In ſeptimo menſe erant dies propitiationis, & Tabernaculorum: Sicut poſt

Exod. 20. Deut. 5. Ezech. 20. Leuit. 23.

ſeptem hebdomadas dierum erat ſacra dies Pentecoſtes: Septimo anno quieſcebat ter-

Numerus ſeptenarius in Scripturis quā celebris.

ra ex præcepto Domini, & terræ naſcentia ſpontè venientia cedebant in vſum pauperum, & peregrinorum: Poſt ſeptem hebdomadas annorum erat ſolēne feſtum iubilei, in quo ſerui libertate donabantur, & venditæ poſſeſsiones redibant ad proprios dominos: Præcipit Dominus Petro non tantùm ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties

Infrà 25. Ibidem. Ibidem. Matt. 18. Luc. 17. Suprà 3.

parcere. Et ſeptuaginta ſeptem generationes ſunt ab Adam ad Chriſtum vſque, apud Lucam. Cùm igitur hic numerus tot

Septenarij numeri per Chriſtū completa myſteria.

Sacramentis ſit refertus, mirum eſſe non debet, ſi eo vſus ſit Spiritus ſanctus, qui ſeptiformis eſt in donis ſuis, loquens de aduentu Meſsiæ, in quo eſt vera quies, & Sabbatiſmus populo Dei, ſolida peccati redemptio, captiuitatiſque diabolicæ liberatio: in eo perfecta ratio condonandi iniurias, per eum denique plena Dei cognitio, charitas, & Spiritus ſancti in credentes effuſio. Hinc Theodoretus ſcribit: *Et quia ſeptuagenario annorum numero captiuitatem eorum definiuit; ſepties in ſe hoc tempore multiplicato, Reipublicæ ſecundùm legem adminiſtrationem definit.* Sic ille. Ad hæc, cùm denarius perfectionem includat, cùm ſit limes numerorum, illa ſepties decem, aut decies ſeptem numerandi ratio manifeſtè numerum omnimodæ perfectioni congruentem complectitur: & nonniſi Chriſto quadrare poteſt, qui legem perfectè impleuit, & non tantùm pro ſe ſolo, ſed & pro omnibus ſibi per fidem coniunctis, vt membris capiti. Et vt Daniel perfectam liberationem à captiuitate Babylonica poſt ſeptuaginta annos completos, id eſt, ſepties decem, ſeu decies ſeptem, agnouit: ita liberationem à peccati ſeruitute, & Satanæ tyrannide, nonniſi poſt ſeptuaginta hebdomadas, vel ſepties decem, vel decies ſeptem hebdomadis annorum præſtandam Diuino Spiritu intellexit.

Heb. 4. Theod. in c. 9. Danielis io. 1.

Denarius numerus cur perfectus.

Soli Chriſto conuenire numerum ſeptuagenarium vnde conſtet.

Ad tertiam dicendum: Africanus, antiquus temporum ſcriptor, & à Hieronymo ſuper Danielem citatus, quoniam textus habet, Abbreuiatæ ſunt, & Græcè eſt *συνετμήθησαν*, & Hebręi non Solari, ſed Lunari anno vtuntur, qui eſt altero ſex horis, & vndecim diebus breuior; non de Solaribus, ſed de Lunaribus intellexit: & ita 490. anni Lunares non efficiunt Solares, niſi quadringenti ſeptuaginta quinque. Atque hanc ſententiam ſecutus eſt Theodoretus in Danielem, & Rupertus Tuitien. Beda libr. de Temporum ratione, & Albertus Magnus: qui omnes ab egreſſu ſermonis ad 70. hebdomadas implendas computant illum annorum numerum, id eſt 475. non 490. Verùm hoc quoniam durum videtur; propterea meritò ab alijs deſeritur. Nam etſi Hebræi Lunares haberent annos, ſoliti tamen erant per emboliſmos tales annos Solaribus æquare: nam Græci, & Hebræi (vt ipſe idem Africanus teſtatur) per octo annos emboliſmū, ſiue adiectionem trium menſium faciebant. Deinde ſi iuxta Lunæ curſum in Scripturis anni ſunt

An hæ hebdomades, ſi annorū ſint ſolarium, an lunarium, exiſtant.

Iul. Africanum antiquum Chronolog. B. Hier. io. 5.

Anni Solaris à Luna diſcrimen.

B. Theo. vbi ſup. Rup. r. Tuitien. lib. 1. in Daniel. c. 15. Beda lib. de Tempo. ratio. c. 7. tom. 2. Alb. Magn.

Hæc opinio confutatur.

Iul. Africa. li. 5. de tempo.

inter-

Quid illud, 70. hebdomades abbreuiatæ ſunt, &c.

interpretandi, nihil nobis in illis certum aut ſolidum remaneret. Quod verò dicitur, *Abbreuiatæ ſunt*, Hebræa lectio habet, deciſæ, ſiue definitæ, & determinatæ: quòd videlicet nec plus, nec minus eſſent, ſed præciſæ. Theodoretus verò ponit, conciſæ ſunt, hoc eſt probatæ ſunt, & decretæ ſunt, ita enim quidam interpretes ediderunt. Vel certè, vt alij intelligunt, acceleratæ: quòd videlicet tempus humanæ redemptionis precibus Prophetarum, & iuſtorum meritò, redatur acceleratum, iuxta illud: *Propter miſeriam, & inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.*

Theod. præd. eo loco.

Pſal. 11.

Vtrum hebdomadæ continuæ inter ſe ſint, an interruptæ.

Ad quartam reſpondemus, Certum eſſe, has hebdomadas non eſſe interpolatim exponendas, ſed continuas eſſe, & ſibi inuicem connexas, ita vt nullum temporis ſpatium ſit inter eas ponendum. Nam alioqui ſi quicquam interponas, primò non eſſent ſeptuaginta hebdomadæ deciſæ, ac definitæ, ſed multu plures. Deinde incertum reliquiſſet Angelus Danielem, neque præmiſiſſet: Scito ergo, & animaduerte, quia nullo modo ſcire, vel animaduertere poſſet, quod nullo pacto vel tradiderat vel explicarat. Quare Iudæos aliter interpretantes, aut ſomniantes non audimus: quia eorum ſtudium non eſt explicare, & dilucidare aduentum Meſsiæ, ſed inuoluere illum, atque obſcurare, ne agnoſcatur. Ideo Apollinaris Laodicenus reprehendit apud Hieronymum eos, qui hebdomadas has in tempora diuerſa diſtrahebant. Et ſic feciſſe videtur Hippolytus, qui vltimam hebdomadam diuulſam ab alijs, tempore Heliæ & Antichriſti implendam dicebat; cùm reliquas hebdomadas tempore apparitionis impletas docuiſſent. Quare autem Spiritus ſanctus in tres partes diſtribuerit illas hebdomadas, inferius ſuo loco explicabitur.

Apollinaris Laodice. apud Hiero. in c. 9. Daniel. to. 5. Hippol. mart.

Circa hebdomadarum initium quæ certa ſint & explorata.

Ad quintam dubitationem, quo apertiùs ſatisfaciamus, dicendum eſt, quædam eſſe explorata, & certa, quædam verò dubia, & in controuerſiam vocata. Certa igitur ſunt duo: alterum, Initium enumerandi hebdomadas ſumendum eſſe ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem, ſiue, vt Hebræa vox habet, *ad reuertendum faciendum, & ædificandam Hieruſalem.* Hoc enim aperte Daniel principium perſcribit, 70. habent: Ab exitu ſermonis quo reſpondetur, vt reædificetur Hieruſalem: quod etiam ſuum egregium ſenſum habet, vt infrà explicabitur. Vocat autem exitum ſermonis, præceptum principis, aut facultatem, qua Iudæis permiſit redire in Hieruſalem ad eam reædificādam, & muris cingendam, domibusque neceſſarijs, vt inhabitetur, inſtaurandam. Ita loqui aliàs ſæpè conſueuit Scriptura, vt cùm ait: *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Et, *Egrediatur edictum à facie tua.* Alterum certum eſt, hebdomadas 69. propè terminandas in Chriſto duce; extremam verò hebdomadam impendendam in confirmatione pacti, ſcilicet noui, & in medio huius hebdomadę occidendū Chriſtum, atque illa hebdomada expleta, prædicitur vanitas, abominatio deſolationis in templo, & deſolatio perpetua. Hæc ſunt conſpicua, & illuſtria ex ipſo textu.

Dan. 9. Exitus ſermonis quid.

Scripturæ ſimilis modus loquendi mos. Luc. 2. Heſther 1. Dan. 9. Ibidem. Matt. 24.

Quæ dubia, & incerta de hebdomadarum initio. 1. Opinio. Lyrani & ſimilium. Hiere. 29.

Verùm dubia ſunt non parui momenti. Primum, quando exijt ille ſermo de reſtauranda Hieruſalem: quoniam multi multa dicunt. Et quidam cenſent, vt Lyranus in Danielem tradit, illarum initium ſumendum à quinto anno Sedeciæ: quia vt Hieremias dixit: *Quum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos; & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum.* Hoc autem prædixit, vt patet ex capite præcedenti, in anno quarto Sedeciæ Regis, menſe quinto, quo tempore Hieremias reprehendit Ananiam falſum prophetam, aſſerétem Iechoniam, & cum eo Iudęos adductos in Babylonem, debere reuerti poſt duos annos in Hieruſalem, & iugum Babylonis confringendum. Contra quos poſteà Hieremias ſcripſit epiſtolam ad eos qui tranſmigrarant, vt nō confiderent in verbis mendacij falſorum prophetarum. Et inter alia continentur illa citata verba cap. 29. ſuæ prophetiæ.

Suprà 28.

Suprà 29.

Alij verò ex Hebræis, vt Rab. Salomon exiſtimant, initium 70. hebdomadarum à deſtructione templi facta ſub Nabuchodonoſor, eſſe ſumendum; eas verò completas fore in deſtructione ſecūda templi per Titum, & Veſpaſianum. Quidam verò iumendum putant exordium à primo anno Cyri Imperatoris Perſarum, quando primò exijt verbum ad reuertēdum in Hieruſalem; ſub Principibus Zorobabel, & Ieſu filio Ioſedech vt habes apud Eſdrā. Rurſus alij inchoant eas à ſecundo anno Darij Hyſtaſpis filij, quo renouata eſt facultas proſequendi ædificationem. Alij ruſus à ſeptimo anno Artaxerxis, quo miſſus eſt Eſdras ſacerdos ad docendum populum, templumque exornandum, ſumptusque faciendos in quamcunq; rem voluiſſet, vt docet Eſdras. Poſtremò alij à vigeſimo anno Artaxerxis ſumendum eſſe volunt, quo profectus eſt Nehemias, qui muris vrbis excitandis & inſtaurandis mul-

II Opinio, Rabbi Salomonis. 4. Reg. vlt.

III. Opinio.

1. Eſd. 1. & 3.

IV. Opinio. Ibid. 6 & ſeq. Quinta.

Eſdr. 7. & 8.

VI. opinio & poſtrema.

2. *Eſd.* 2. *Eccl.* 49.

multum operæ impendit; vt tradit ſecundus liber Eſdræ. Adhæc inter hos poſtremos non eſt vnus atq; idem conſenſus, ſed in tres turmas diuiduntur: quia aliqui intelligunt per Artaxerxem, Darium Hyſtaſpis; alij Xerxem illũ magnum bellatorem, Græcorumque hiſtorijs celebrem; alij verò Artaxerxem, illius Xerxis filium. Alterum dubium eſt, & controuerſum, vbi ſint terminandæ iſtæ 70. hebdomadę: alij enim in morte Alexandri Regis, & Pontificis, qui mortuus eſt relicta Alexandra vxore, & filijs Ariſtobulo, & Hyrcano: alij verò eas finiri volunt in morte Hyrcani, prædicti Alexandri & Alexandræ filij, & ab Herode interfecti: & vtriuſque ſententiæ autor eſt Euſebius. Alij verò in Natiuitate Chriſti, vt Hippolytus martyr; alij in baptiſmo, vt Africanus: alij in morte: alij poſt triennium cum dimidio à morte eius: alij Neronis tempore; rurſus alij in vltima vaſtatione Hieroſolymæ per Titum, & Veſpaſianum, vt Tertullianus, & Chryſoſtomus, & Rabbinus Salomon paulò antè citatus, ſentiunt; alij ſub Traiano, alij ſub Seuero principe, alij in Aduentu Chriſti ad iudicium finiendas, atque terminandas eſſe voluerunt.

De hebdomadarum termino 2. ſententiæ.

Euſeb. 1. *Demonſtra. Euang.* 1. *Hippo. mar.*

Tertul. lib. in Iudæos. Chryſoſt. Oratio. 2. *aduerſus Iudæos, to.* 3. *ſub finem.*

His propoſitis, producemus in medium nonnullas veterum Patrum, & recentiorũ huius loci, & nodi ſententias, & interpretationes, vt ex eis probabiliorẽ ſeligere poſſimus, non quidem animo cuiquam obtrectandi, aut repugnandi; nam id longè abeſſe debet à Catholico, & Eccleſiaſtico Scriptore! vnde vel ipſe Hieronymus Danielis locum explicans, prudenter nos ſuis verbis admonuit: *Scio*, inquit, *de hac quæſtione ab eruditiſsimis viris variè diſputatum, & vnumquemque pro captu ingenij ſui dixiſſe quod ſenſerat. Quia igitur periculoſum eſt de magiſtrorum Eccleſiæ iudicare ſentẽtijs, & alterum præferre alteri: dicã quid vnuſquiſq; ſenſerit, lectoris arbitrio derelinquens, cuius expoſitionem ſequi debeat.* Hæc ille. Sed hac ſua ſententia Hieronymus non euaſit liuidos inuidorũ dentes, quòd nimius fuerit in recenſendis Iudæorum, & Hæreticorum opinionibus; & quòd autores à veritate fidei recedentes, magiſtros appellauerit. Quibus ipſe in hũc modum ſatisfacit in præfatione 10. libri Commentariorum in Iſaiam: *In explanatione*, inquit, *duodecim Prophetarum longior quibuſdam viſus ſum, quam oportuit; & ob hanc cauſam in Commentariolis breuitati ſtudui, præter vltimam, & penultimam viſionem, in quibus me neceſſe fuit, ob obſcuritatis magnitudinem, ſermonem tendere, præcipueq; in expoſitione ſeptem & ſexaginta duarum, & vnius hebdomadarum, in quibus diſſerendis quid Africanus temporum ſcriptor, quid Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, Clemens quoque Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter, & Apollinarius Laodicenus, Hippolytusque, & Hebræi, & Tertullianus ſenſerint, breuiter comprehendi; Lectoris arbitrio derelinquens, quid de pluribus eligeret. Itaque quod nos verecundia fecimus iudicandi, & eorum honore qui lecturi erant; quibuſdam fortè non placuit, qui non antiquorum opiniones, ſed noſtram ſententiam ſcire deſiderant. Quibus facilis reſponſio eſt: noluiſſe me ſic vnum recipere, vt viderer alios condemnare. Et certè ſi illi, & tam eruditi viri faſtidioſis lectoribus diſplicent; quid de me facturi erant, qui pro tenuitate ingenioli inuidorum morſibus pateo? Sin autem ſupradictos viros, magiſtros Eccleſiæ nominaui, illud intelligant, me non omnium probare fidem, qui certè inter ſe contrarij ſunt; ſed ad diſtinctionem Ioſephi, Porphyrijq; dixiſſe, qui de hac quæſtione plurima diſputarunt.* Ita Hieronymus. Vide quàm legitimè ſe ab obiectis expurget; quàm ſobriè ac modeſtè de Patrum ſententijs iudicet, & iudicandum à nobis doceat eſſe, tametſi nullum ſit Fidei periculum, hoc, vel illo modo ſentias in hoc nodo explicando; cùm nihil euidenter ex ipſis Scripturis, neque ex Eccleſiæ definitione aliud colligi poſſit, quàm hebdomadas illas iam diu eſſe impletas. Illo igitur in loco Hieronymus quorundam veterum Patrum, & Hebræorum ſententias proponit: quarum in ſingulis nos non tam verba, quàm ſenſum, breuitatis gratia, & quid in vnaquaque inſit ſcrupuli, explicabimus.

Quid abeſſe debeat ab Eccleſiaſtico ſcriptore.

Hiero. tom. 5. *circa fin. in Dan. c.* 5.

De magiſtrorum Eccleſiæ iudicare ſententijs periculoſum, ait D. Hieron.

Idem to. eod.

Cur longior Hieron. fuerit in recenſendis de 70. Daniel. hebdom. autorũ ſententijs ipſo teſte.

Origen. li. 10. *Strom.*

Euſeb. li. 8. *de Demonſt. Euang demonſt.* 11. *tom.* 1.

Clem Alex. lib Strom. 1. *procul à medio. Apollina. Laodice.*

Hippol. martyr.

Tertul. li. aduerſ. Iudæos, c. 4 *ſeu de paſſione Chriſti, & vaſtatio. Hieruſ. ſub operis init.*

Hieronymi modeſtia.

Prædictos autores Hieronymus cur magiſtros Eccleſiæ nominauerit.

Africanus igitur ita cẽſet, annum 20. Artaxerxis Regis incidiſſe in 115. annum regni Perſarum, & quartum Olympiad. 83. quo Nehemias pincerna dimiſſus fuit, vt veniret ad extruendam Hieruſalem, & muris circundandam, quæ vſque ad illud tempus vicinarum gentium patebat incurſibus: vt docet 2. c. 2. lib. Eſd. Et quoniam anni Perſarum recenſentur 230. Macedonum verò 300. & ab horum regnum ad annum 15. Tiberij, quo paſſus eſt, inquit, Chriſtus 60. anni interfluxerunt, qui ſimul faciunt annos 590. fit igitur, vt Chriſti cædes inciderit in ſecundum annum Olympia. 202. qui à 20. Artaxerxis diſtat annis 475. Solaribus, qui efficiunt Lunares 490. ac proinde totum tempus 70. hebdomadarum. Hæc eſt ſententia Africani, quam primo loco profert Hieronymus; neque vt in alijs fecit, quicquam audet reprehendere.

Vnde initiũ ſumendum ſit 70. hebdomadarum ſecundùm Africanum.

Iul. Africa. in 5. *tempor. volumine.*

Sed hæc ratio computandi ſuis non caret ſcrupulis. Primò, quia annos vult eſſe Lunares, non Solares: contra id, quod

Hæc ratio ſupputandi quas pariat difficultates.

ſuperiùs definiuimus; quia ex 490. annis tantùm vult eſſe 475. Deinde videtur terminare hebdomadas 70. in Chriſti morte; cùm tamen nonniſi 69. & dimidia in Chriſti nece eſſent impletæ. Nam Angelus dixit, in dimidio poſtremę hebdomadæ, hoc eſt Septuageſimæ, occidendum Chriſtum.

Dan. 9.

Tertiò videtur deficere in eo, quòd Chriſti vitam ann. 15. Tiberij, hoc eſt primo Olympiad. 202. concludat: cùm tamen Chriſtus 18. Tiberij, & quarto anno 202. Olympiadis, ſecundùm omnes Hiſtoricos atque Chronographos ſit extinctus. Sunt igitur in hac computatione Africani à 20. Artaxerxis ad 15. Tiberij, hoc eſt Chriſti obitū, multo pauciores anni quàm 475.

Altera numerandi ratio ſecundùm Euſebium.

Euſeb. Cæſa. Demonſt. 2.

Dan. 9.

Secundo loco producitur à Hieronymo Euſebius Cæſarien. qui lib. 8. Demonſtrationis Euangelicæ ita ferè ſcribit: *Non fruſtrà*, inquit, *Daniel ſeptuaginta hebdomadas, tuas populo Iudæorum, & vrbi ſanctæ præfiniebat, in tres partes diſtribuit, hoc eſt ſeptem & ſexaginta duas, & vnam, eamq́; in duas dimidias. Nam à Cyro, ſub cuius imperio ſermo prodijt inſtaurandæ vrbis, ad Chriſtum ducem, hoc eſt, ad tempus, quo legitima Pontificum, ſummorumq́; Sacerdotum, qui Chriſti ab vnctione dicuntur, ſucceſſio perdurauit, fluxerunt 69. hebdomades, quæ conficiunt annos 483. Quoniam ſeptem ab exitu ſermonis ad templi perfectionem, ſexaginta verò duæ à templo ad vltimum Pontificem legitimè ſuccedentem, ſeptem, inquam, hebdomades fuerunt, hoc eſt anni 49. à Cyri primo anno quo laxata eſt captiuitas Hebræorum, & poteſtas facta minas reficiendi; vſque ad nonum annum Darij Hiſtaſpis, quo (ex Ioſepho) περίβολοι templi, & quædam alia quæ remanſerant, abſoluta ſunt, quamuis templum ipſum ſexto eiuſdem anno finem acceperit. Qui tres anni additi 46. annis faciunt annos 49. id eſt, ſeptem hebdomadas annorum. Ab anno verò Darij nono (ſic enim legendum eſt, etſi quidam codices habeāt, ſeptimo) qui fuerunt legitimi Pontifices, 62. hebdomadas impleuerunt, nimirum Ieſus filius Ioſedech, Ioachim filius Ieſu, Eliaſub Ioiada, Ionathan, ſiue, vt alij dicunt, Ioannes, Iaddus, cuius ætate Alexander Alexandriam condidit, & mortuus eſt 113. Olympiade, videlicet anno 236. Regni Perſarum, quod cœperat primo anno Olymp. 55. Iaddo ſucceſſit Onias, quo tempore Seleucus ſubiugata Babylone diadema totius Syriæ, & Aſiæ capiti ſuo impoſuit anno 12. à morte Alexandri: in quod tempus anni à Cyri imperio 248. computantur: ex qua ætate liber Machabæorum primus regnum Græcorum enumerat. Oniæ ſucceſſerunt Eleazarus, alter Onias, Simon, & alius Onias, quo tempore Antiochus Epiphanes dijs Gentium Iudæos immolare cogebat, Iudas Machabæus, Ionathas, & Simon, in cuius morte 277. regni Syriæ impletus eſt annus, & à Cyro 425. poſt quem tenuit Pontificatum Ioannes Hyrcanus annis 29. Ariſtobulus vno, Alexander 27. ad quod tempus à Cyro lapſi ſunt anni 483. hoc eſt hebdomades 7. & 62. quæ explent ſimul 69. Ex quo deinceps nulla legitima ſucceſſio Pontificum. Nam Alexandra pontificatum Hyrcano vni ex filijs, alteri Ariſtobulo regnum per decem annos tradidit: pugnantibus verò inter ſe fratribus, ſuperuenit Cn. Pompeius, & Pontificatum quidem confirmauit Hyrcano, Ariſtobulum verò vinctum Romam adduxit. Poſt illum verò Herodes Antipatri filius, alienigena, regno potitus, Hyrcano de medio ſublato, Pontificatum nequaquàm iuxta legem Dei tradebat liberis parentum Pontificum hæreditario iure, ſed alienis; & nec ipſis multo tempore, niſi ob gratiam, & pretium diſtribuebat.*

1. Eſdr. 1. & ſeq.

Ioſeph. li. 11. Antiq. ca. 4. prope finem.

Ibidem.

Ab anno Darij nono Iudæorum legitimi Pontifices qui fuerint ſecundū Euſeb.

Mach. c. 1.

1. Mach. 2.

Quando legitima Hebræorū pontificum cæpit eſſe ſucceſſio.

Hæc eſt prior illa Euſebij explanatio; qui illa nō contentus addit & ſecundam. *A ſexto Darij anno, quo templi opera conſummata ſunt, ad Chriſtum ducem, vltimum videlicet Pontificem legitimæ ſucceſſionis Hircanum ab Herode interfectum, ſunt hebdomadæ 69. hoc eſt anni 483. Aedificatio enim completa ex anno ſexto Darij qui fuit primus, Olymp. 69. Herodis verò cœpit imperium in Iudæos anno 3. Olym. 186. qui fuit Auguſti Imperatoris decimus: quas Olympiadas à 6. anno Darij, id eſt, à templo ædificato, ad 10. Auguſti, quo legitimo Pontifice ſublato, tranſlatum eſt regnum ad alienigenā Herodem, ſi in annos diſpertias, fient 483. hoc eſt, hebdomadæ 69. Ciuitatem & quoque ipſum Sanctuarium per idem fermè tempus ſub duce Pompeio, Romanus vaſtauit exercitus ſiue ipſe Herodes, qui per Romanos indebitum ſibi inuaſit imperium. Chriſtus verò Dominus ſub Herode, & Auguſto natus, confirmauit pactum dimidia hebdomada, hoc eſt annis tribus, & menſibus ſex, quibus iuxta Ioannis Euangelium prædicauit: poſt quod tempus occiſo Chriſto defecit hoſtia, & ſacrificium: quicquid enim deinceps factum in templo eſt, non fuit ſacrificium Dei, ſed cultus diaboli; cunctis in commune clamantibus: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: &, Non habemus Regem, niſi Cæſarem.*

Altera eiuſdem Euſeb. hebdomadarum interpretatio.

Euſeb.

1. Eſd. 6.

Dan. 9.

Quo tempore Herodes regnum in Iudæos obtinuerit.

Dan. 9.

Luc. 2.

Matt. 27.

Ioan. 19.

In hac duplici Euſebij expoſitione aliquid meritò à viris doctis video deſiderari poſſe. Primùm, quòd nomine Chriſti apud Danielem in vtraque enarratione, nō Dei Filium mundi Saluatorem Hebræis patribus à Deo promiſſum, ſed ſacerdotū principem intelligit: quod non ſolùm à Sanctorum Patrum expoſitione, ſed etiam à verbis Danielis videtur alienum, vbi ait ſeptuaginta hebdomadas completas, donec conſummetur præuaricatio, & finē accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & vngatur Sanctus Sanctorum. Quibus verbis indicat, quis ille ſit vngendus, nempè

Huius vtriuſque explicationis Euſebij enumerantis incommoda.

Dan. 9.

Ibidem. Sanctus Sanctorum, & expiator peccati, & adductor iuſtitiæ. Deinde, quis ille eſt, qui confirmabit pactum multis hebdomada vna, vt in dimidio hebdomadis deficiat hoſtia? Nam neque Alexander in prima expoſitione, neque Hyrcanus, quem poſterior cenſet, pactum vllum multis confirmârunt: nec poſt eorum cædem, aut obitũ defecerunt hoſtiæ in templo, ſed verè Deo gratæ extiterunt pluſquàm quinquaginta annis poſt Hyrcani cædem. Hic ergo fuit Chriſtus Dominus, qui ad confirmandum pactum nouum, & patrum promiſsiones, tribus annis & dimidio docuit, hoc eſt, media hebdomada, quæ exacta, defecit hoſtia ex ouibus & vitulis, ſubeunte meliore victima Chriſto, qui vt lux eſt ſplendida veterum ſacrificiorum vmbras aboleuit. Denique hanc hoſtiæ defectionem, & abominationem deſolationis in templo, non poſt Alexandri, aut Hyrcani, ſed poſt Chriſti obitum euenturam fuiſſe, Chriſtus ipſe in Euangelio teſtatur: *Cùm ergo*, inquit, *videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat)* Si hæc ſub Alexandri, vel Hyrcani mortem euenerunt; cur euentura dicuntur à Chriſto, qui multis pòſt annis extitit: totusq́ue textus Euangelicus conſumitur in futuris malis præcauendis, non præteritis commemorandis. Quòd ſi hæc à Daniele prædicũtur vt futura poſt Chriſti cædem, cur Chriſtum interpretatur Alexandrum, aut Hyrcanum, quorum mortem hæc conſecuta non ſunt? Et hæc in vtramque dicta ſint expoſitionem.

Ibid. & 12. Matt. 24.

In primam expoſitionē Euſebij quæ obijci poſſint. Iam in qualibet illarum nonnulla peculiaria ſuppetunt argumenta. In priorem quidem primò obijci poteſt, non rectè dici, Pontificum legitimam ſucceſsionem in Alexandri morte deſijſſe, cùm Hyrcanus legitimus paterni ſacerdotij extiterit hæres: neque minor filius, quia cum fratre ſuo natu maiore de regno contendebat; propterea minùs erat legitimus hæres, præſertim cùm Pontificatus dignitas non tantùm naturali iure Hyrcano obtigerit, ſed ei confirmata fuerit primum à Cn. Pompeio, deinde à C. Cæſare, & in ea permanſerit per annos 49. vt refert Ioſephus. Ad hæc Daniel à templi, vrbisq́ue reædificatione ſeptem hebdomadas enumerat, & inde ad Chriſti necem 62. *Et poſt hebdomades*, inquit, *ſexaginta duas occidetur Chriſtus*: vbi Daniel, non alium, ſed eundem Chriſtum dicit occidendum, de quo dixit hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duas vſque ad Chriſtum futuras duceri. Quare ſi in morte Alexandri, qui Chriſti nomine intelligitur, cōplentur ſexaginta duæ hebdomadæ, debuit ipſe occidi: quod tamen nullus tradidit. Vanè igitur cædes Chriſti refertur ad Hyrcanum, & hebdomades ſexaginta duæ referuntur ad Alexandrum: nec veriſimile eſt, Prophetam vocem Chriſti tam æquiuocè vſurpâſſe. Præterea ſubdit: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium.* Sed certe in morte Chriſti Domini, & non in morte Alexandri, vel Hyrcani defecit hoſtia; & defecit in dimidio poſtremæ hebdomadæ. Nam cùm in genere primò dixiſſet, ſeptuaginta hebdomadas eſſe à Deo definitas, ſeptem ex illis tribuit reædificãdæ vrbi, ſexaginta duas dederat vſque ad Chriſtum necandum: vna reliqua erat, de qua, prænunciata Chriſti morte, ſubiungit: *Confirmabit autem pactum multis hebdomadis vna; & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia*: qua diceret, non ſtatim poſt ſexaginta duas hebdomadas Chriſtum necandum, ſed ſuperſtitem futurum dimidio hebdomadis ad pactũ confirmandum, & tunc futuram eius cædem, ac deſuturam hoſtiam.

Josephus. *Dan. 9.* *Ibidem.* *Ibidem.*

Poſterior impugnatur enumeratio. Ad hæc in poſteriore interpretatione Euſebius ſi in Hyrcani interitu terminat hebdomadas ſeptem & ſexaginta duas; illud dimidium hebdomadis pacto confirmando impendendum prorſus euaneſcit: nam hoc vel fuit expletum ante cædem, & tunc ſequetur, non rectè ab eo enumerari hebdomadas 69. à 6. anno Darij, ſed oportebat numerare ſexaginta nouem cum dimidia, hoc eſt, non annos 483. ſed annos 480. ferè ſeptem; vel illud dimidium hebdomadis poſt mortem Hyrcani peractum fuit. At quomodo mortuus pactum confirmauit, præſertim cùm nullus hæres ſuperſtes ei extiterit, qui pro eo pactum confirmaret? Addit deinde Daniel, ceſſaturam hoſtiam poſt pactũ confirmatum, & Chriſti cædem: at poſt Hyrcanum vera fuerunt ſacrificia permultis annis. Tertiò, non rectè enumerat Iudæorum Pontifices; nam multos prætermittit. Vt enim conſtat ex Ioſepho, inter Oniam primum, & Eleazarum, erat interponendus Simon cognomento Iuſtus; inter Eleazarum, & alterum Oniam, Manaſſes; inter Oniam tertium, & Iudam Machabæum, Iaſon, Menelaus, Alcimus, qui Ioachim, de quo tradit liber primus Machabæorum. Hæc, & his ſimilia inconuenientia dictas duas expoſitiones Euſebij ſequuntur.

Dan. 9. *Ioſeph. li. 12. Antiq. c. 2. ante dimid. & c. 3 in fin. & 4. in fine.* *Cap. 6.*

III. Euſeb. expoſitio min⁹ probabilis. Hieron. vbi Tertiam aliam eius interpretandi rationem Hieronymus ibidem declarat eſſe abſurdam; ait enim: *Plerique vnam hebdomadam*

Euſe. vbi ſup.

dam annorum in ſeptuaginta annos extendunt, per ſingulos hebdomadæ annos decennio ſupputato. Et volunt à paſſione Domini vſque ad Neronis imperium annos eſſe 35. quando contra Iudæos Romana primùm arma commota ſunt: & hanc eſſe dimidiam hebdomadam annorum ſeptuaginta. Poſteà verò à Veſpaſiano, & Tito, & deinceps quando Hieroſolyma, templumq́; ſuccenſum eſt, vſque ad Traianum alios eſſe annos triginta quinque, & hanc eſſe hebdomadam, de qua Angelus loquitur Danieli:

Dan. 9.

Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna. In totum enim orbem per Apoſtolos Euangelium prædicatum eſt. qui vſque ad illud tempus perſeuerauerunt; tradentibus Eccleſiaſticis Ioannem Euangeliſtam vſque ad tempora vixiſſe Traiani. (Sed hæc impugnans Hieronymus ſubdit;) *Sed neſcio quomodo ſuperiores hebdomadæ, ſeptem & ſexaginta duas per ſeptenos annos, & hanc vnam per denos, id eſt, ſeptuaginta annis poſſimus accipere.* Hæc ille.

De eiſdem hebdomadibus quid ſenſerit Hippolytus Martyr.

Hieron. vbi ſup.

Tertio loco Hieronymus proponit Hippolyti Martyris de eiſdem hebdomadibus ſententiam, dicens: *Septem hebdomadas ante reditum populi ſupputat, & ſexagintas duas poſt reditum, vſque ad Natiuitatem Chriſti: quarum tempora omninò non congruunt. Nouiſſimam quoque hebdomadam ponit in conſummatione mundi, quam diuidit in Heliæ tempora, & Antichriſti, vt tribus & ſemis annis vltima hebdomada Dei notitia confirmetur. De qua dictum eſt:*

Dan. 9.

Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & tribus alijs annis ſub Antichriſto deficiet hoſtia, & ſacrificium. Aduueniente autem Chriſto, & iniquum ſpiritu oris ſui interficiente, vſque ad conſummationem, & finem perſeueret deſolatio.

2. Theſſ. 2.

Huic ſententiæ qui inſint ſcrupuli.

Hæc quoque ſententia ſcrupulis non caret, & tempora illi non congruunt, vt docet Hieronymus. Nam primò non ſatis rectè ſeptem hebdomadæ, hoc eſt, quadraginta nouem anni ante reditum è captiuitate numerantur. Nam hoc tempus ante reditum, tripliciter poteſt intelligi: vel à Hieroſolymæ excidio ante primum annum Cyri, quo in patriam Hebræi redierunt, at illi anni non fuerunt quadraginta nouem, ſed 70. iuxta Hieremiæ vaticinium, qui illud de populi liberatione ſub Cyro definiunt: quanquàm ſecundùm aliorum ſententiam, qui Hieremiæ prædictionem ad ſecũdum Darij annum non improbabiliter prorogant, 30. tantùm anni effluerint: vel ſecundò ſeptem hebdomadas intelligit à tempore quo Daniel hoc vaticinium effudit: quod eſſe non poſſet, cùm ab eo annus tantùm Aſtyagis vltimus interceſſerit, vſque ad Cyri initium: vel vult illas computare à Danielis oraculo, ſed vſque ad ſecundum Darij annum: ſed hoc tempus vix quadraginta habet annos, nimirum triginta Cyri, Cambyſis ſeptem, duos Darij Hyſtaſpis; vnum Darij filij Aſſueri.

1. Eſd. 2. & ſeq.

Hiere. 29.

Hiero. ibid.

Deinde rectè quidem Hieronymus confũtãdo hanc ſententiam, Perſarum, & Macedonum tempora parum fauere tradit Hippolyto. A Cyro enim ad Chriſtùm, annos ponit non 483. cum Hippolyto, qui 69. hebdomadas explet, ſed 560. nempè 230. Perſarum, 300. Macedonum imperantium Ægyptijs, 30. poſt Macedonum principatum, ad naſcentem Dominum: quanquàm aliqui hos numeros in aliqua parua quantitate immutent, vel addanr. Tertiò poſt 62. hebdomadas ponit Hyppolytus Chriſti natiuitatem; & tamen mortem ponere debuerat, iuxta Danielem dicentem: *Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus.*

Dan. 9.

Quartò, nouiſsimam hebdomadam in Heliam, & Antichriſtum partitur Hippolytus, non abſurdè; ſed Danielis verbis minus videtur congruere. Nam ex ſeptuaginta hebdomadis ſimul pronuntiatis, ſexaginta nouem in Chriſto Domino conſummari vult, vnam verò in mundi reijcit interitum. Quod ſanè durum videtur, vt quas Propheta hebdomadas coniunxit, & vna voce protulit, tanto temporum interuallo velit diſtrahi ac diuelli: vt apud Hieronymum annotauit Apollinaris Laodicenus:

Qua ratione præſentem quæſtionem abſoluat Laodicenus Apollinaris.

Hieron. præd. loco.

Iam quarto loco expendenda eſt huius Apollinaris Laodiceni opinio, de quo ait Hieronymus: *Omni præteritorum temporum ſe liberans quæſtione, vota extendit in futurum, & periculosè de incertis profert ſententiam. Quæ ſi fortè hi, qui poſt nos victuri ſunt, ſtatuto tempore completa non viderint, aliam ſolutionem quærere compellentur, & magiſtrum erroris arguere. Ille ergo ſic interpretatur: Ab exitu verbi, hoc eſt, à Chriſti ortu ex B. Maria, vſque ad 49. annum, id eſt, finem ſeptem hebdomadarum, & Iſraelis expectatam pœnitentiam,*

Luc. 3.

trigeſimum videlicet Chriſti vſque ad ſuum baptiſmum; duo eiuſdem prædicantis Euangelium, vt ex tribus Ioannis Paſchatum feſtis, colligitur, ſex ex reliquo Tiberij imperio, quatuor Caligula, poſt quem Claudius octauo ſui imperij anno arma ſumpſit in Iudæos in ſuo errore perſiſtens. Ab octauo ergo Claudij anno poſt ſexaginta duas hebdomadas, hoc eſt, 434. annos euolutos, mittetur Helias, qui reſtituet corda patrum ad filios: per tres annos & ſemis, hoc eſt, dimidio hebdomadis, inſtaurata Hieruſalem confirmabit pactum: poſt cuius eadem deficiet hoſtia imperante Antichriſto, deficiet, inquã, totidem annis, vſq; ad mundi conſummationem.

Infrà 2.

Infrà 4.

Ioan. 2.

Infrà 6.

Infrà 13.

Malac. vlt. & Luc. 1.

Sic

Huius opinionis incommoda.

sic illi exponebat. Sed cùm ipſe rerum, & temporum euentus, indicet falſam iſtam expoſitionem, & nullum videamus Heliam poſt mille quingentos, & eo ampliùs à Chriſto annos: ſequitur etiam, ea, quæ præmittit, non ſatis eſſe ſolida, & firma: nec ſatis Scripturis ipſis, aut Doctoribus eſt conſonum, Chriſtum vixiſſe tantùm triginta duos annos, aut Tiberium poſt eius obitum fuiſſe per ſex annos ſuperſtitem. Minus illud verum eſſe videtur, anno octauo Claudij arma correpta in Iudæos, ſed duodecimo Neronis, vt Ioſephus teſtatur. Nam etſi Iudæos propter Chriſtum in vrbe tumultuantes, ex vrbe expulerit Claudius, vt tradit Suetonius; nulla tamen contra eos arma ſumpſit: & eiectio illa ab vrbe per Claudium indicta, nono eius imperij anno accidit, vt ex Ioſepho teſtatur Oroſius in Hormeſta mundi. Etſi autem Caligula ſummè fuerit Iudæis inſenſus, eoſque maximo odio, & armis proſecutus fuerit: Claudius tamen, autore Ioſepho, eos ipſe fouit, & honeſtiſsimo, & benigniſsimo decreto omnibus ciuitatum, coloniarum, municipiorum iudicibus, ac Regibus commendauit. Hieronymus in Catalogo ſcriptor. Eccleſiaſticor. tradit, Iudam quendam Syrum in ſuis Commentarijs ſimilia atque Apollinarem in ſuis hebdomadibus ſenſiſſe. Sic enim de eo ſcribit: *Iudas de ſeptuaginta apud Danielem hebdomadibus pleniſſimè diſputauit, & chronographiam ſuperiorum temporum vſque ad decimum Seueri perduxit annum: in qua erroris arguitur, quòd aduentum Antichriſti circa ſua tempora futurum eſſe dixerit: ſed hoc ideo, quia magnitudo perſecutionum præſentem mundi minabatur occaſum.* Hæc Hieronymus. Paſſus eſt ille Iudas errorem, quem longè anteà fideles Pauli tempore paſsi ſunt; quos in poſteriori ad Theſſalonicen. Apoſtolus admonens, ait: *Rogamus vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum; vt non citò moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, &c. quaſi inſtet dies Domini.* Simile quid Lactantius aſſeruit, definiens orbis exitum futurum ab ætate ſua vſq; ad 200. annorum ſpatium.

Ioſeph. li. 5. de bell. Iud. c. 18. Sueton. in Claud. c. 25. Oroſ. lib. 7. c. 4. Ioſeph. Idem libr. 19. Antiq. c. 5.

Hieron. to. 1. ſub finem.

Iudę Syri cuiuſdam 70. hebdo. ratiocinatio.

Ea tanquàm falſa reijcit.

Cap. 2.

Lactan. lib. 7. diuina inſtitu. c. 14.

Quintò excutienda eſt ſententia Clementis Alexandrini, qui perpendens annorum numerum à Cyro Rege Perſarum vſque ad Veſpaſianum & Titum, ſeptuaginta annorum hebdomadas dicit eſſe completas, id eſt, annos 490. additis in ipſo numero duobus millibus 300. diebus, de quibus meminit ſuperiùs Daniel; cùm tamen, vt ait Daniel, iuxta diligentiſsimam ſupputationem, à primo anno Cyri Regis Perſarum atque Medorum, in quo imperauit, & Darius cum eo, vſq; ad Veſpaſianum & euerſionem templi, anni quadringenti triginta ſupputentur.

Eaſdem vt ſupputet Alexandr. Clem. *Lib. 1. Strom.*

... ſui Dan. ... repugnans hæc ratio non reci...

Sexto loco diſputat Hieronymus de ſententia Tertulliani, qui libro aduerſus Iudæos in hunc modum de hebdomadibus diſſeruit. *Prophetia viſa eſt anno primo Darij, qui regnauit annis decem & nouem, Artaxerxes quadraginta, Ochus, qui & Cyrus, viginti quatuor, Argus vno anno, Darius, qui & Melas, viginti duobus, Alexander Macedo, duodecim; poſt eum in Alexandria Ægypti, Soter triginta quinque, Philadelphus triginta octo, Euergetes 25. Philopater 17. Epiphanes 24. Euergetes alius 29. Soter 38. Ptolemæus 37. Cleopatra 20. cum menſibus quinque; conregnauit autem Auguſto annis 13. Poſt Cleopatram Auguſtus annis 43. nam omnes anni Auguſti fuerunt 56. cuius anno 40. naſcitur Dominus, moritur 15. poſt Auguſtum anno: paſſus eſt enim anno 15. Tiberij, vita autem ſua quaſi trigeſimo. Atque hi quidem omnes anni cùm ſint 437. menſes ſex, explent hebdomadas 62 & dimidiam: aliæ verò ſeptem & dimidia abſoluuntur in hunc modum: Tiberius annis 22. menſibus ſeptem, 28. diebus imperauit: cuius 15. Chriſti cædes accidit. Cæſar Caligula annos 3. menſes 7 dies 13. Nero annos 9. menſes 9. dies 13 Galba menſes 7. dies viginti octo. Veſpaſianus, cuius anni 11. fuerunt, anno primo Imperij ſui debellauit Iudæos. Et fiunt hi omnes anni numero 52. cum dimidio. Atque ita Iudæi in expugnatione ſua, impleuerunt 70. hebdomades à Daniele prædictas.* Hæc eſt ſumma ſententiæ Tertulliani: in qua mirum eſt quantum hic bonus pater non ſolùm à reliquis hiſtoriographis, ſed etiam à diuinarum autoritate literarum receſſerit.

Vt ſoluat hanc controuerſiam Tertullianus.

Dan. 9.

Huiuſmodi numerandi cenſuræ quinque.

Nam primò Daniel prophetauit anno primo Darij Regis, nõ Perſarum, ſed Medorum: vt dicitur in principio capitis Danielis 9. qui à Græcis dicitur Aſtyages, de quo in fine capit. 13. dicitur: *Et Rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes Regnum eius:* ab eo quippe victo Cyrus nepos ad Perſas traduxit imperium, vt teſtes probati tradunt, Iulius Africanus apud Hieronymum in hoc caput Danielis; Euſebius libr. octauo, de demonſtratione Euangelica. Ioſephus in Antiquitatum libris; Clemens Alexandrinus, Cyrillus contra Iulianum Apoſtatam. Imò, vt refert Hieronymus, hæc fuit Porphyrij cauillatio contra nos, putabat enim, prophetiam Danielis in Darij Hyſtaſpis imperium incidiſſe. Sed falluntur & Porphyrius, & Tertullianus: nam ipſe Daniel initio noni capitis, in quo hebdomadas proponit, ſic præfatur: *In anno primo Darij filij*

1 Cenſura. Quo tempore prophetauerit Daniel.

Iul. Africa. apud Hiero. in c. 9. Dan. Euſe. demonſtrat. 2. to. 1. Clem. Alex. lib. 1. Strom. à medio. Ioſeph. li. 10. Antiq. c. 13. Cyril. li. 1. contra Iulia. Apoſt. to. 3. ini. Hiero. vbi ſup.

Porphyrij cõtra Chriſtianos cauillatio.

Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum: Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi, & cæt. Non ergo erat Darius Hiſtaſpis, ſed Darius Medus filius Aſſueri, quæ à Græcis dicitur Aſtyages.

II. Cenſura. *I. Eſd. 1. & 2. & ſeq. Hero. Halicar. Iuſt in hiſt. li. 1. circa fin. Euſeb. in Chron. to. 2. Oroſ. lib. 2. c. 8. initio.*

Secundò, quinque tantùm Reges Perſarum enumerat Tertullianus: ſed vbi Cyrus ille, qui prius laxauit Hebræorum captiuitatem? vbi Cambyſes, qui domuit Aegyptum, vt docent Herodotus, & Iuſtinus hiſtorici, & ex noſtris Euſebius, & Oroſius?

Dices: Iſti Darium Hydaſpem anteceſſerunt. Sit ita: ſed vbi filius eius Xerxes, terror ille Aſiæ, & Græciæ? vbi plures alij, qui ab omnibus conſtituuntur Perſarum Reges?

III. Cenſura. *African. vbi ſup. lib. 5. de tempo. Luc. 3. & 4. Prolego. 32.*

Tertiò, Chriſtum dicit mortuum trigeſimo vitæ anno, quod etiam dixit Africanus. Sed illud certè verum eſſe nequit, quem trigeſimo anno baptizatum, per tres adhuc anoos, & nonnullos menſes vixiſſe, ſuperiùs demonſtrauimus.

IV. Cenſura.

Quartò in Regibus Aegypti recenſendis mancus eſt. Nam Alexandrum, & Dionyſium Ptolemæos omittit, alios perturbatè collocat, ac nominat. Et ſi vera eſſet ratio temporum ab ipſo præſcripta. Aegyptiorum Regum anni forent 276. menſes 5. cùm oporteret eſſe 292.

Quo tempore obierit Alex. Macedo.

Quod ex eo probatur, quòd Alexander mortuus eſt anno primo Olym. 114. & ſtatim poſt illius mortem Ptolemæus Soter Aegypti inchoauit regnum, quod terminauit ſuo interitu Cleopatra: hæc autem poſt pugnam Actiacam cũ Antonio deceſsit anno primo Olympiad. 187. Ex quo ſequitur, Aegyptiorum Reges impleuiſſe tempus ſeptuageſimo tertio Olympiadum, hoc eſt, anno 292. à qua ſumma Tertullianus recedit; ſicut Clemens

Clem. Alex. loco dicto. Ægyptij vnde oriundi.

Alexandrum Macedonum, hoc eſt, Aegyptiorum Regum, qui à Macedonia genus duxerunt, tempora in 312. annos, dies 18. prorogat. Sed hoc fecit, quod præter omnium fidem, 18. annos tribuit Alexandro; cùm tantùm 12. regnauerit.

V. Cenſura. *Sex. Aur. Victor. Ioſeph. li. 18. Antiq. c. 4. Sex. Aur. Victor. Clem. Alex. ibid. Sex. Aur. vbi ſuprà. Clem. ibid. Beda lib. de ſex ætat. mundi, an 3993. tom. 2.*

Quintò, neque ex Romanorum Imperatorum annis ſatis exactè reliquas ſeptem annorum hebdomadas, & dimidiam conficit. Nam Auguſto aliquid ampliùs tribuunt; aliqui duos annos, vt Sex. Aurelius Victor in epitome; alij annum cum medio, vt Ioſephus; etſi Tacitus, & Suetonius tribuant 60. Tiberio verò tribuunt Suetonius, & Tacitus 23. annos, Sext. Aurelius 24. quidam apud Clementem 26. & menſes ferè ſeptem. Caligulæ Sext. Aurel. & Clemens aſsignant quatuor annos, & Tacitus prope quatuor annos, Eutropius & Ceda quatuor annos, & menſes 10. dies octo: Claudij verò Cæ-

Euſeb. tom. 2.

ſaris Tertullianus non meminit; cùm tamen quatuordecim annos imperauerit, teſtibus Suetonio, & Tacito, & ex noſtris Clemente, & Oroſio; Ioſephus verò 13. annos, menſes 8. dies 20. Euſebius 13. annos, menſes 9. Neroni verò Suetonius, & Tacitus tribuunt 14. annos: addunt Euſebius, & Beda menſes ſeptem, dies 28. In Sergio Galba, & Othone Siluio, & A. Vitellio quidam aliquid addunt ſupra id quod Tertullianus, vel minuunt. Veſpaſiano Clemens tribuit annos 11. menſes 11. dies 22. Ex quibus patet quãtum differat Tertullianus ab alijs. Nam primo Veſpaſiani anno dixit captam Hieroſolymam, quam Ioſephus, & bello, & excidio præſens, expugnatam tradit anno ſecũdo, ſicut & Euſebius in Chronico, & Beda lib. de Natu. rerum.

Hieruſalem quando à Romanis obſeſſa. *Ioſeph. c. 13. cap. 24. Idem c. 2. & 3. Idem c. 14.*

Nam vt ſummam rei breuiter intelligas, bello Iudaico datum eſt exordium anno 12. regni Neronis, menſe Maio, vt tradit lib. 2. Ioſephi de bello Iud. quo anno obſeſſa eſt Hieroſolyma à Ceſtio. Sed cùm res minus feliciter gereretur; mittit Nero Veſpaſianum contra Iudæos: qui vſus opera filij Titi, tanquàm legati, multis cladibus Iudæos afflixit, vt docet lib. 3. de bell. Iud. Sed cùm ipſe Veſpaſianus Alexandriæ agens, per ſuos duces, Mutianum, & Antonium occidiſſet Vitellios, qui inuaſerant Romanam Rempublicam, & Imperium, creatus ſtatim eſt Imperator, & Romam profectus, & filium ſuum Titum primo ſui regni anno ad obſidendam Hieroſolymam miſit: vt docet liber 5. Capta autem fuit ſecundo anno ſui principatus 8. die menſis Septembr. vt tradit idem Ioſeph. lib. 7.

Quando capta Hieroſolyma.

Idem c. 18. Quemadmodum Hebræi prædictum locũ Daniel. expediant.

Septimo loco enumerat ſententiam Hebræorum Hieronym. quæ non multum diſtat ab Apollinaris errore: qui à Dario Aſſuéri filio ad Chriſtum 62. hebdomadas aſsignant; ſeptem verò ab excidio Hieroſolymorum ſub Veſpaſiano ad aliud excidium ſub Hadriano. Hebdomadæ autem ſeptuageſimæ dimidium reſeruot ad tres annos, & ſemis, quibus Veſpaſianus pacem cum Iudæis ſeruauit, dimidium alterum ad Hadrianum; poſt quod iterum euerſa vrbs eſt. At verò de annis à Cyro ad Veſpaſianum, apertum eſſe mendacium tradit Hieronymus, quod dicunt Hebræi, vt ſæpè ſuperiùs eſt oſtenſum.

Hieron. vbi ſup.

Quid iſtis modi habeat iſta ſolutio.

De Veſpaſiano autem ad Hadrianum, non vna eſt ſententia: poſſent tamen ex multorum autorum placitis fortaſſe tot anni colligi, quot Hebræi dicunt. Sed vix illud efficitur, & vbi efficeretur, nihil ad rem dicerent, priori loco ſupputãdo ſexaginta duas hebdomadas, quàm ſeptem, cùm Daniel priori loco

tanop

ponat ſeptem, deinde ſexaginta duas, & poſtremo loco vnam.

Lyran. in c. Dan. 9.
Rabbini Salomonis hebdomadica computatio.

Addit & Lyranus ſententiam Rabbini Salomonis, qui aſſeruit 70. hebdomadarum tempus enumerandum à deſtructione templi facta per Nabuchodonoſor, vſque ad deſtructionem ſecundam templi per Titum & Veſpaſianum.
4. Reg. 25.
Ait enim: Septuaginta hebdomadę prędefinitę ſunt à Deo,
Dan. 9.
ita vt non ſint plures, nec pauciores ſupra populum Iſrael, & vrbem ſanctam Hieruſalem à prima deſtructione templi ad ſecundam, ad hoc vt perfectè puniantur de malefactis ſuis. Vnde ſubdit: *Vt conſummetur prauaricatio.* Id eſt, vt deſiſtant à præuaricationibus ſuis, & mereantur apud Deū, & eorum iniquitas deleatur. *Et adducatur iuſtitia ſempiterna:* id eſt, vt in ſempiternum iuſti fiant. *Et tandem impleatur viſio, & prophetia:* id eſt, promiſsiones factæ per Prophetas de Chriſto: *Et vngatur Sanctum Sanctorum* (quod & in maſculino, & neutro genere Hebraicè legi poteſt) id eſt, templum, quod reædificabitur per Meſsiam; & arca Teſtamenti, & alia vaſa Sanctuarij. *Scito ergo, & animaduerte de exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem:* id eſt, intellige diligenter, qua ratione egreſſus à Deo ſermo de reædificatione Hieruſalem ſit intelligendus: quia vſque ad Chriſtum ducem hebdomadæ ſeptem, id eſt, vſque ad Cyrum, qui dictus eſt Chriſtus, de quo Iſaias;
Iſa. 45.
Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro: eius enim
1. Eſd. 1. & ſeq.
præcepto reducti fuerunt de captiuitate Babylonica. Et à deſtructione templi & ciuitatis facta per Nabuchodonoſor, vſque
4. Reg. vlt.
ad primum annum Cyri, fluxerunt 52. anni qui faciunt ſeptem hebdomadas annorum, & præterea tres annos: quos Angelus non enumerauit, quia nō erat hebdomada perfecta; & numerauit illam cum hebdomadibus ſequentibus. Et ſequitur: *Et hebdomadibus ſexaginta duabus reuertetur.* Id eſt, in tempore, quo fuit licentia data per Cyrum reuertendi, vſque ad vicinam deſtructionem factam per Titum, reuertetur populus de captiuitate. *Et ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum:* quia in tempore illo reædificârunt ciuitatem, & templum, quod illis proſperum fuit: ſicut etiam aliqua aduerſa habuerūt, quia poſt ſexaginta duas hebdomadas occiſus eſt Chriſtus, id eſt, Agrippa Rex: de quo in Actis
Act. 25. & 26.
ſit mentio. Nam Reges, Chriſti dicuntur in Scripturis, iuxta illud:
2. Reg. 1.
Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres Chriſtum Domini? Hic verò Agrippa, teſte iſto Rabbino, occiſus eſt illo tempore, quo ciuitas per Titum Veſpaſianum vaſtata eſt. Et vbi nos habemus, *Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt;*
Dan. 9.
Hebræi tantùm legunt: *Et non illi,* id eſt, Non erit Agrippa ſublatus de medio per mortem; vel, nullus eius hæres erit ampliùs Rex in futurum de gente Iudæorum, quouſq; veniat Chriſtus in Prophetis promiſſus. *Et ciuitatem, & Sanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo.*
Matt. 24. Luc. 19.
Quæ de deſtructione templi, & Hieroſolymæ per Romanos, velut nos, exponit: niſi, vbi ait. *Et finis eius vaſtitas,* interpretatur, finis populi Romani: quia populus ille, & omnes aduerſarij Iudęorum tandem per Meſſiam vaſtandi ſunt. Quia ſtatuta deſolatio
Dan. 9.
à Deo ciuitatis Hieruſalem, & regni Iudæorum erit vſque ad finem belli, quod geſturus eſt Meſsias cum Gog, & Magog;
Ezech. 38.
de quibus Ezechiel: quibus deuictis reſtituetur ciuitas Hieroſolymitana, & regnum Iudæorum, vt ait ille Rabbinus. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna;* quia in vna hebdomada fuerunt inter populum Romanum, & Iudæos induciæ; quibus à Iudæis violatis, in medio hebdomadæ venit exercitus Romanus, & diſsipauit ciuitatem, & templum, & captiuum duxit populum. Et ſic in vltima medietate defecit hoſtia, & ſacrificiū. Hactenùs ille Rabbinus, qui, vt Burgenſis docet, illam computationem non ex ſuo capite excogitauit, ſed ex libro Talmudico, qui dicitur Sederholam, & ex libro dicto Abudazara, accepit.

Rabbinus Salomon vnde hanc hauſerit intelligentiā.
Burgen. Epiſ.
Xantis Pagnini de eiſdē hebdomadis 70. iudicium.

Xantes Pagninus in ſcholijs additis ſuæ interpretationi, certè non longè diſsimilia ab hac Talmudica expoſitione protulit. Ait enim: *Ab egreſſu prædicti ad me à Deo ſermonis de reſtituenda, & ædificanda Hieruſalem,*
1. Eſdr. 1. & ſeq.
vſq; ad ducem Cyrum Chriſtum Dei, qui id exequetur, hebdomades ſunt ſeptem, hebdomadibuſq; ſexaginta duabus reſtituetur, & ædificabitur platea, & foſſa in anguſtia ſcilicet temporum. Et poſt eas ſexaginta duas hebdomadas occidetur Cyrus, & erit in nihilum; diſsipabitq; ædificium, & deſolabit Cambyſes Cyro ſuccedens. Fœdus autem primum firmabit Darius; poſt quem iterum ſequetur Antiochi abominatio ſtupenda: & erit
In quo hic autor conueniat cum ſuperiore, in quo differat.
finis orbis Iudaici. Hæc ille: quæ in prioribus conueniunt cum interpretatione Talmudica adducta; in poſterioribus verò, in quibus de termino hebdomadarū eſt ſermo, longè diuerſa videtur ſentire. Falſa eſt autem, & in plurimis deficit illa interpretatio Hebræorum: tum in litera explicanda, tum in ratione temporum.
Hebræorum intellectus ille Danielis prophetię variæ falſitatis conuincitur.
1. Argum.
Primò, quia à deſtructione prima vſque ad ſecundam, multo plures, quàm 70. hebdomades tranſierunt, vt ſæpè dictum eſt. Tum ſecundò, quia intra definitas 70. hebdomadas, &

Dan. 9.

Danieli reuelatas implenda erant, quæ ibi continentur, nempè conſummatio præuaricationis, & deletio iniquitatis, & adductio iuſtitiæ ſempiternæ, & vnctio Sancti

Ibidem.

Sanctorum, & reliqua quæ ibi explicantur: at in prdicta expoſitione nihil illorum fuit impletum, ſed omnia remanent futura poſt illas hebdomadas vſque ad aduentum Meſsiæ vanè ab eis expectati, quod eſt apertè contra textum.

II. Argum.

III. Argum.

Quàm lenis illa Iudæorũ in Babylone captiuitas extiterit.

Tertiò, quia captiuitas Babylonica mitior multo, ac tolerabilior fuit Hebręis, quàm hodierna: quia illa tantùm per ſeptuaginta annos durauit; habuerunt Iudæi gratiam multorum Prophetarum, Hieremiæ, Ezechielis, Zachariæ, & Danielis: habuerunt etiam miracula multa, vbi Danielis liberationem à lacu leonum, trium puerorum à fornace ignis, & Mardochæi ſingulari Dei munere à ſuſpendio erepti, & ad dignitatem magnam euecti. Fuerunt prætereà inter illos multi Iudæi ad ſummos honores, etiam regios, euecti. Nam Ioachim Regis thronus ſublimatus eſt ab Euilmerodach, vt ait Hieremias, Daniel, & ſocij eius, magna autoritate, & poteſtate donati ſunt: Mardochæus etiam cõſtitutus eſt quaſi ſecundus à Rege Aſſuero; Zorobabel habuit dignitatem Ducis, vt tradit Aggęus.

Dan. 6. & 14.
Suprà 3.
Eſther 7.
Suprà 6.
Hiere. vlt.
Dan. 6.
Eſther 6.
Agge. 2.

Qualis ea quam modò patiuntur, ſit Hebræorum captiuitas.

Præſens verò captiuitas excedit diuturnitate temporis, quia per mille & quingentos annos durauit hactenus: deſtituti ſunt Prophetis Iudæi, & omnibus dignitatibus, vbicunque verſantur. Conſtat autem Danieli Angelum hãc præ nuntiaſſe captiuitatem; quæ cùm ſit acerbiſsima, falſum eſt quod dicunt, Angelum grata, & conſolatoria quædam denuntiaſſe: niſi per hæc intelligamus ſpiritalia, quæ Meſsias attulit; ſed quæ ille attulit, ſuo vitio, vt plurimum ad illos nõ peruenerunt.

IV. Argum.
4. Reg. 25.

Quartò non videtur rectè exponi illud, *Vſque ad Chriſtum ducem*, de Cyro: tum quia non eſt nouum, quod à deſtructione prima vſq; ad Cyrum, fluxerint ſeptem hebdomadæ tantùm; cùm etiam ab illa deſtructione vſq; ad Balthaſar excluſiuè effluxerint 49. anni, qui faciunt ſeptem integras hebdomadas. Siquidem euerſo templo, ſecundùm eos, Nabuchodonoſor regnauit 27. annis, Euilmerodach filius eius, 23. qui faciũt 50. Balthaſar verò quatuor annis: Darius verò Medus vno anno: qui faciunt ſex annos ſupra ſeptem hebdomadas. Et cùm ſit maior pars hebdomadæ, debuiſſet computari magis cum ſeptem, quam cum ſexaginta duabus ſequẽtibus. Et ſi Angelus deſcendit in hac reuelatione ad dimidiũ hebdomadæ numerandum, certè ſex anni non erant dimittendi, qui faciunt pluſquàm dimidium hebdomadæ. Et quia in illis regnârunt duo magni Monarchę; Balthaſar, & Darius Medus, de quolibet illorum potiùs, quàm de Cyro, qui longiùs diſtat, debebãt verba Prophetæ intelligi.

Chriſti, vncti, qui dicerentur olim in lege.

Deinde nuſquã in Scriptura legitur quis dictus Meſsias, ſiue Chriſtus, ſiue vnctus ſimpliciter, niſi vnctus fuerit ſacro oleo corporeo, quo ſacerdotes, & Reges vngebantur, vel ſpiritali oleo corporeo, quo ſacerdotes, & Reges vngebantur, vel ſpiritali oleo Propheticæ gratiæ: neutro autem eorũ modorum vnctus fuit Cyrus, vt Meſsias dici poſſet.

Iſai. 45.

Quid illud Iſaiæ: Hæc dicit Dominus Chriſto ſuo Cyro, ſecundum Hebræos.

Vnde quod dicit Iſaias: *Hæc dicit Dominus Chriſto ſuo Cyro*, non de Cyro, ſed de vero Meſsia intelligunt Hebræi, Rabbi, Salomon, & Auen-Eſra.

Rab. Salom.
Rab. Auen. Eſra.

Tertiò, eo dato, quòd Cyrus dici poſſet Chriſtus: quia tamen illi adiungitur dictio Hebręa Naghid, quę principem, ſeu principalem ſignificat, nemo autem dixerit, Cyrum fuiſſe principalem Meſsiam, ideo dictus Auen-Eſra prędictum verbum vult intelligi de Nehemia, alij verò de Zorobabel.

Naghid Hebraicè quid.
Idem Auen-Eſra.

Quod non poteſt magis conſiſtere, quàm priora de Agrippa, vel Cyro, vel de Alexandro, & Hyrcano, ſicut Euſebius ſuprà exponebat.

Euſeb. ſuprà productus.

Vanum eſt illud, Agrippam fuiſſe interfectum circa tempora deſtructionis, cùm Ioſephus trãdat, illũ confœderatum fuiſſe Romanis tempore eius belli, quod in Iudæos geſſerunt.

Ioſeph. lib. 3. de bel. Iud.
Dan. 9.

Falsò exponunt illud, *Confirmabit pactum multis*, de inducijs inter Romanos, & Iudæos factis: quia de illis in libris de bello Iud. aut Antiquitatum Ioſephus, ne vnum quidem verbum.

Idem.
Ibidem.

Vt interim omittam vanam intelligentiam illorum verborum: *Vt conſummetur præuaricatio*; id eſt, vt deſiſtant à præuaricationibus, & peccatis, cùm à tempore deſtructionis templi per Romanos, Iudæi, abnegato Chriſto, in tenebras dẽſiores inciderint, & in maiora peccata iniquitatis, periurij, vſurę, & diuinatiõis prolapſi ſint.

Quã inepta atq; ridicula Pagnini recenſitio.

Poſterior verò expoſitio Pagnini eiſdem rationibus falſitatis conuincitur. Et cõgruè per Chriſtum ducem intelligit Cyrum, & per confirmantem pactum, Darium, & per abominationẽ deſolationis, Antiochi abominationem: quæ omnia parum habent ſucci, & ſoliditatis. Nã abominatio illa deſolationis, prædicitur futura in perpetuũ, cùm illa Antiochi deſolatio fuerit tantùm ad tempus.

1. Mach. 1.

Recẽtiorum multiplex ratio ſupputandi.

Octauo loco exponenda eſt ſententia, quorundam recentiorum, nimirum Iſidori Clarij, Frãciſci Vatabli, Ioan. Driedonis, & aliorum.

Iſidor. Clar.

Prima hæc mendacij coarguitur.

Inter hos igitur Iſidorus Clarus in eo defeciſſe videtur, quòd à Cyro vſque ad ſecundum Darij annum numerat dece

& no-

& nouem annos in Eſdræ, & Nehemiæ reditum ſub Dario; cùm conſtet, ſub Artaxerxe fuiſſe factum, & 1. & 2. Eſdræ. Annôs præterea Græcorũ in ſcriptura poſitos, à morte Alexandri inchoat; cùm tamen ſupputãdi ſint à duodecimo anno poſt mortẽ eius: & regno Græcorum ſub Iuda Machabæo tribuit annos 165. cùm apertè liber primus Machabæorum, multo poſt mortem Iudæ, Ionatha principatum gerente, regno Græcorum aſsignet annos 153. Alia nonnulla non ſatis ſolidè meditata proponit, quę cõſultò omittimus.

Machab. 9.

Franciſci Vatabli ſupputatio.

Quã ſit vero minimè conſentanea, & à ſenſu Danielis remota.

Franciſcus præterea Vatablus in hũc locum Danielis multa ſcripſit, quę parũ veritati, & expoſitioni eius loci conueniunt: vt quòd initium hebdomadarum tradit eſſe ſumendum à quarto anno Sedeciæ, qui eſt 12. Nabuchodonoſoris: *Et finis*, inquit, *certus eſt, nempe mors Chriſti*. Quorum vtrumque falſum eſt, ſicut & illud; quod exitus ſermonis, vt iterum reædificetur Hieruſalem, fuerit verbum Hieremiæ de reditu in patriam poſt 70. anno captiuitatis. Quod minimè verum eſt, quia multo plures ſunt anni, quàm 490. à Cyro vſque ad mortem Chriſti.

Ioãnis Driedonis ratiocinatio.

Verùm inter recentiores nemo profectò Ioanne Driedone maiorem impendit operam in explicandis his hebdomadibus: vt oſtendit tertius liber de Scripturis & dogmatibus Eccleſiaſticis, qui tamẽ deceptus fuit à Beroſo, Metaſthene, & Manethone, & Philone, quos frater quidam Ioãnes Annius Viterbienſis, Dominicanæ familiæ, ætate noſtra ex ſitu & puluere in lucẽ produxit. Cùm igitur hos autores, tãquam duces ſuæ chronologiæ habeat: qui illos illegitimos, confictos, ac ſuppoſititios eſſe comprobauerit, euincet, totam eorum ſupputationem, quæ illis innititur, omninò eſſe fallacem, aut ita dubiam, vt nullam fidem promereatur: quod video à pleriſque viris doctis factitatum eſſe. Quòd ſi nos hoc breuiter oſtenderimus, cõcidet eorum librorum autoritas. Nam in primis de Beroſo Anniano, quem Raphael Volaterranus in Anthropologia, ac Ludouicus Viues lib. de tradendis diſciplinis; & in procemio libri 18. de ciuit. Dei, & Faber Stapulenſis in Ariſtotelis Politica, & Blondus Foroliuienſis, in deſcriptione Italiæ, & Melchior Canus libro de locis Theologicis, & Vergara Canonicus Toletan. in lib. 8. de quæſt. ad hiſtoriam ſpectantibus, Hiſpano idiomate conſcripto, atque alij nonnulli, tanquam partum legitimum grauiter inſectautur, & ad eius fidem eleuandam, argumenta multa conficiunt.

Philo de temporibus.
Ioan. Anni. Viterbienſ.

Hui⁹ opinionis prędictos autores nullius eſſe autoritatis oſtenditur.

De Beroſo Anniano, quàm ſit ille fictitius.
Raph. Volat. li. 14. Anthro.
Lud. Viu. de trad. diſcipli. lib. 5.
Faber Stapul. in lib. 1. Polit. Ariſtot.
Blond. Foroliuien.
Mel: h. Can. li. de loc. theol. 2
D. Vergara.

Primò apud Ioſephum Beroſus Gręcos includit, ſentientes à Semiramide Babylonem ædificatam, vel ampliatam, cùm hæc omnia Nabuchodonoſor Nabulaſſari filius perfecerit. Quod & conſentaneum eſt verbis eius apud Danielem: *Nonne hæc eſt*, inquit, *Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Et tamen nouus hic Beroſus, & Annianus, cum Græcis conſentit in Babylone, & Semiramide.

I. Argum.
Ioſeph Hebr. lib. 1. contra Apionem.
Dan. 4.

Deinde Ioſephus in libris Antiq. poſtquam dixit, Noe annos vixiſſe 950. ſubdit: *Atteſtantur autẽ mihi omnes, qui Græcas Barbaricasq; antiquitates litteris prodiderunt. Namq; & Manetho Aegyptiarum rerum ſcriptor, & Beroſus Chaldaicarum, adhæc Mochus Heſtiæus, Hieronymus Aegyptius, qui Phœnicum res proſecuti ſunt, nobiſcum conſonant.* Et cùm ibidem Ioſephus vitam, & mortem Noe ſcriberet, de eius tamen in Italiam aduentu verbum nullum: cùm tamen Beroſus Annianus affirmet, Noe mortuũ eſſe CCCL. anno vitæ ſuę, idque in Italia: & qui ante Ianus dicebatur, dictũ à Ianigenis fuiſſe Vortumnum.

II. Argum.
Idem Ioſeph. lib. 1. Antiq. cap 8.
Noe quãdiu vixerit, teſte Ioſepho.

Tertiò, Ioſephus lib. contra Apionem: *Beroſus*, inquit, *antiquiſſimas ſecutus hiſtorias de facto diluuio, & hominum in eo corruptione: ſicuti Moſes, ita conſcripſit*. Deinde ſcribens eos qui ex Noe progeniti ſunt, & tempus eorum adijciens, vſque ad Nabulaſſarum peruenit, Babyloniorum, & Chaldæorum Regem, & paulò pòſt addit ex Beroſo: *Cuius* (ſcilicet Nabonidi) *regni anno ſeptimodecimo egreſſus Cyrus ex Perſide cum magno exercitu, vniuerſa Aſia ſubacta, impetum fecit in Babyloniam vrbem*. Sic ille. Beroſus ergo peruenit in hiſtoria ad Cyrum vſque, & Annianus Beroſus in initio operis pollicetur: *Referemus*, ait, *origines, tempora & Reges eorum duntaxat regnorum, quæ magna habentur*. Et in operis epilogo: *Porrò etiam ſub Aſcatade decimooctauo Rege Babyloniorum, apud Aegyptios fuêre Reges, Cherres, & Armæus, qui cognominatus eſt Danaus, & Rameſſes cognomẽto Aegyptus. Itaque & Reges in tempora traduntur à noſtris de priſcoribus orbis regnis à Iani diluuio, vſque ad Dardania regnum conditum.* Sic ille. Si ergo Beroſus hic Annianus in ſuo opere pollicetur peruẽturum ſe ad Reges qui ſuo tempore vigebant, & mox claudens librum, vltimo epilogo tradit ſe ſatis dixiſſe de Regibus, à Iano ad Aſcatadem, indicat Aſcatadem ſui temporis fuiſſe: at ſupra ex Ioſepho probatum eſt, veniſſe vſque ad Cyrum ſaltem, qui fuit poſt Aſcatadem pluſquam 500. annis. Nam poſt Aſcatadem fuerunt plures alij Reges Aſſyriorum, qui cum XVIII. qui regnârunt ante Aſcatadem,

III. Argum.
Ioſeph. lib. 1. contra Apion. ante med.
Gen. 7. & ſe.
Idem ibid.
Idem.
Ioſeph. vbi ſupra.

Iuſti. hiſt. li. 1. Cteſias Cnid. apud Diodor. Siculum, li. 3. cap. 6. Vel. Pat. li. 1. Euſeb. in chronico, tom. 2.

conficiunt annos 1300. ſecundùm Iuſtinũ, quibus addit 60. Cteſias Cnidius apud Diodorum Siculum: at Velleius Paterculus addit 70. poſt Aſſyrios verò regnarunt Medi annis 350. ſecũdùm Euſebium 259. Ex Medis tranſtulit imperium ad Perſas Cyrus. cuius verus Beroſus meminit. Quomodo igitur potuit ſiſtere in Aſcatade, qui ſui tẽporis Reges pollicitus eſt.

IV. Argum. *Ioſeph. c. 13.*

Quartò, apud Ioſephum lib. Antiquit. producitur Beroſus libro 3. dicens à Nabuchodonoſoro miſſum eius filium eiuſdem nominis, cum quadam parte exercitus contra Satrapam quendã, qui ab eo defecerat, qui eum Aegypto, Syriæ, & Phœniciæ adminiſtratorem conſtituerat: at hic nouus Beroſus ne Nabuchodonoſor quidẽ meminit, qui vſq; ad dimidium quinti libri Noë vitam produxit, quomodo ergo potuit Nabuchodonoſoris geſta enarrare, qui plus duobus mille annis fuit poſt Noë?

V. Argum. *Idem li. 1. antiq. c. 11. aliàs cap. 7.*

Quintò, apud Ioſephum producitur Beroſus de Abraham loquens, his verbis: *Poſt diluuium autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam iuſtitiæ cultor, vir magnus, & ſideralis ſcientiæ peritus:* at Annianus Beroſus Abrahami non meminit, cùm ante, & poſt illum multa ſcribat.

VI. Argum. *Idem lib. 10. antiq. c. 2. Hieron. in 37. c. Iſai. tom. 5.*

Sextò, apud Ioſephum, ac diuum Hieronymum producitur Beroſus, narrãs reuerſum Sennacheribum à prælijs Aegyptiorum, & Inueniſſe ſuum exercitum ante dimiſſum cum Rapſace ad expugnandam Hieroſolymam, peſte à Deo immiſſa laborantem: Annianus Beroſus Sennacheribi ne meminit quidẽ. Ex quo fides huius Beroſi non parum eleuatur: & videtur in gratiam Poëtarum multas fabulas de Iano, & Saturno, Noë, & filijs eius affinxiſſe. Et hęc de Beroſo.

De Manethone fictitio. *Ioſep. li. 1. contra Apionem, ante med.* Ratio I.

Iam de Manethone Aegyptio dicendũ. Verus Manethon apud Ioſephum contra Apionem, plurium quàm viginti Regum Aegyptiorum res geſtas ante Danaum ſcribit, affirmatque regnaſſe eos pluſquam 393. annos: at Manethon Annianus orditur hiſtoriam à Danao: cæterorum Regum qui anteceſſerunt, verbum nullum.

II. Ratio. Gẽs Hebræorum, gens paſtorum olim dicta. *Ioſephus.*

Secundò, ſub Timao Aegypti rege gẽtem paſtorum, hoc eſt Hebræorum, ingreſſam fuiſſe Aegyptum, ſcribit Manethon ibidem à Ioſepho citatus, egreſſam verò duce Moſe ſub Themoſi alio Rege Aegypti: de quo nihil in Anniano Manethone.

III. Ratio. *Idem.*

Tertiò, appellat Aegyptum regem, Sethonem, & Sethoſim, Danaum verò fratrem, Hermæum, & Harmaim: & cognominat ambos, illum quidẽ Aegyptum, hunc Danaum, vt ex Danao ibidem producit Ioſephus: at nouus Manethon tantùm ponit Aegyptum, & Danaum, alijs cognomentis omiſsis.

IV. Ratio. *Idem.*

Quartò, ſcribit ibidem Ioſephus, Aegypto ſucceſſiſſe filium Rhampſem per annos 66. At nouus Manethon mẽdaciter tradit ſucceſſiſſe Pharaonẽ Menophim annis 40.

V. Ratio.

Quintò, Aegypti Regnũ annis 59. definit, quod Annianus in annos 68. prorogat. In quarto, & quinto fictus Manethon eſt ſimilis Manethoni, qui producitur ab Euſebio in chronico: ſed in vero Manethone referendo præferendus videtur Ioſephus Euſebio.

Euſeb. tom. 1.

VI. Ratio. *Ioſephus.*

Sextò, Ioſephus ibidem Manethonis librum ſecundum adducit, cùm hic Annianus integer ſit liber, ac ſolidus ſine vlla diuiſione.

Septima.

Septimò, aſſerit ſe explere velle hic Manethon nouus, & perſequi tam Aſſyriorum, quàm Aegyptiorum hiſtoriam, vbi eam reliquit Beroſus, non quidem verus, ſed iſte Annianus: qui quoniam in Aſcatadem deſijt 18. Regem, illi ſpurius Manethon 14. alios Reges Aſſyriorum adiecit.

De Metaſthene Perſa ſuppoſititio. Metaſthenes Perſa verus, quis ille. *Plin. li. 2. Arrian. lib. 8. Ioſep. li. 1. contra Apion. & lib. 10. antiq. cap. 13. Euſeb. tom. 1.* I. Obiectum.

Tertio loco dicendum de Methaſtene Perſa, quem alij Megaſthenem vocant, qui Græcus celebris eſt apud omnes autores: adhibetur enim teſtis in rebus Indicis à Plinio in hiſtoria naturali, à Strabone in diſputatione contra Eratoſthenem, ab Arriano paſsim, à Ioſepho libro contra Apionem, & in libro Antiquitat. adhæc Euſebius lib. 3. de præparat. Euangel. adducit Megaſthenem virum hiſtoriæ peritiſsimũ, ex tertio Iudaicarum rerum libro, ex quibus patet, Gręcum Megaſthenem de rebus Indicis, & Iudaicis ſcripſiſſe. Hic verò nouus ab Annio productus, nõ Megaſthenes, ſed Metaſthenes appellari vult, neq; Gręcus fuit, ſed Perſes ſacerdos: nec ab aliquo citatus, præter vnũ Petrum Comeſtorem, cuius diligẽtia in hiſtoria conſcribenda omnibus nota eſt.

Petr. Comeſt.

Sed fortaſsis talis Metaſthenes nunquã fuit in rerum natura. Nam cùm Ioſephus in duobus contra Apionem libris ad cõfirmandam de Hebręorum geſtis, quę habentur in ſcriptura, autoritatem, coaceruet omnia omnium autorum teſtimonia, quæ ad veritatem Iudaicarũ hiſtoriarum addendã valebant, vt neque Græcos, neque Chaldæos, nec Aegyptios, neque Phœnicios ſcriptores vllos prætererit, profectò prætermiſſurus non erat hunc Perſam ſacerdotem Metaſthenem, ſi vllus fuiſſet, præſertim cùm eius enarratio tam conſentanea ſit diuinis Scripturis, vt vel propter hanc cauſam maximè ab homine Chriſtiano videatur confictus.

Ioſeph. oper. prope fin.

II. Obiectum.

Deinde, hic Annianus Metaſthenes profitetur ſe Beroſum ſecuturum, & ad [illegible] turũ

ea, ad

ra, ad quæ illi non peruenit: vt hic Metaſthenes Beroſum verum nō vidit, ſed hunc Annianum ſuppoſititium, aut, vt verius dicam, neq; hunc quidem vidit. Quid oſtenditur ex duobus. Primò, quia dicit, Beroſum deſijſſe in Sardanapalo, Manethan Annianus in Aſcatade: alter igitur eorum mentitur: quia Aſcatades fuit Rex Aſſyriorum 18. Sardanapalus vltimus. At reuera vterq; mentitus videtur, quia Ioſephus ſupra teſtatus eſt, Beroſi annales perueniſſe vſq; ad Cyrum, primum Perſarum Regem. Secundò, Beroſus verus apud Ioſephum lib. 1. cōtra Apionem, apud Hieronymum in 7. caput Danielis, & apud Euſebium in libro de præpar. Euang. narrant, Nabulaſſarem patrem Nabuchodonoſor regnaſſe annis 29. eiusq; filium Nabuchodonoſorū 43. filium eius Euilmerodachum duos, maritum ſororis Nirigliſſorem 4. Laboroſardachum 9. Nabodium, qui & Balthaſar dictus eſt 18. Si Metaſthenes hic Annianus verum Beroſum legiſſet, quem ſibi ſequendum propoſuit, Nabulaſſarum vocaſſet patrem Nabuchodonoſori, neque ei 35. annos affinxiſſet, ſed 29. nec Nabuchodonoſoro 45. ſed 43. neque Euilmerodacho 30. ſed duos tātùm. Et hactenus de Metaſthene.

Ioſephus.

Idem.
Hiero. tom. 5. circa fin.
Euſeb. li. 9. de prep. Euang. c. vlt. tom. 1.

De Philone Iudæo Anniano quid ſit ſentiendū.

Agendum de Philone Iudæo, cuius lib. de tēporibus produxit Annius: qui ſi quicquam tale ſcripſiſſet, non minus teſtis produceretur à ſanctis Doctoribus, Hieronymo, Africano, Iuſtino Martyre, Clemente, Euſebio, quàm Ioſephus, cùm & iſto antiquior, eruditior, atque eloquentior extiterit: & ſi hanc temporum prouinciam Philo amplexus fuiſſet, aliquādo caſtigatius rem abſoluiſſet: at hic ſpurius & Annianus Philo de temporibus, multis ac fœdis ſcatet erratis, quæ Philoni viro ſapientiſſimo, ac diſertiſſimo nemo prudens tribuerit. Quod ex paucis, quæ Driedoni placuerunt, probandum eſt. Nam primò Darium, qui ante Cyrum regnauit, Hydaſpem fuiſſe ſcribit: quod expreſsè eſt contra Danielem, qui eum vocat Darium Medum Aſſueri filium, ſiue alio nomine Aſtyagem. Deinde fingit, huius Darij morte impeditam fuiſſe ædificationem templi, neque Cyrum adiri potuiſſe, quia bello Tamyrico diſtinebatur. Quæ ſanè abſurda ſunt, cùm Hebræi vno anno tātùm fuerint ſub poteſtate Darij Medi, nam vno duntaxat anno tenuit regnum Chaldæorum, vt habes apud Danielem: eodem igitur vno & Hebræis præfuit. Iam verò quomodo potuit impediri templum morte huius Darij, cùm nōdum eſſet cœptum? at cœpit primo anno Cyri, vt colligitur ex lib. 1. Ezræ, & regnauit poſt Darium Aſtyagē, vt ex ipſo Daniele colligitur. Sed demus, inceptū fuiſſe ſub Dario, & anno duraſſe: cur eius morte impeditum eſt? quia adiri non potuit Cyrus, occupatus bello Tamyrica. Quaſi verò Cyrus in Tamyrim pugnauerit, cùm primum Dario auunculo ſucceſsit, & non potius 30. poſt annis, in hoc enim mortuus eſt, cū 30. aut 29. annis ex omnium ſentētia regnaſſet. Tertiò, Cyro ſubijcit priſcum Aſſuerum Artaxerxem, quem Cambyſem Græci vocant, & à quo miſſus eſt Holoſernes in Iudæam tempore Iudithæ, in cuius libro Nabuchodonoſor dicitur. Quod ſi verum eſt, vel Scriptura, vel hiſtorici omnes mentiuntur: hi ſiquidem Cambyſem tradunt ſeptem, vel octo annis regnaſſe, Scriptura verò apertè affirmat miſſum Holofernem à Nabuchodonoſor decimotertio anno regni eius. Quartò, quid eſt quod Euſebius Cæſarienſis, aut D. Hieronymus, diligentiſsimi antiquitatis obſeruatores, inter alia opera Philonis hoc tam eximij, & vtilis argumenti opus, quod ſummè iuuare poſſet, & Euſebium in chronico ſcribendo, & Hieronymum in illo interpretando & locupletando, non meminerunt, cùm tantoperè ad rem faceret? Nonnullos alios autores cum iſtis producit, & Fabium Pictorem, Portium Catonem, Myrſilum de bello Pelagico, Xenophontem in æquiuocis, Sempronium de diuiſione Italiæ, & Archilochum de temporibus, qui omnes videntur ſuppoſititij, & omnes ab vno aliquo cōficti, quòd eodem charactere, ac ſtylo conſcripti ſint, quos non eſt operæpretium hoc loco confutare, quia ad rem noſtram non facit, ſiue veri ſint, ſiue falſi: ſicut alij quatuor, quos Dryedon in Hebdomadis iſtis computandis propoſuit ſibi ſequendos. Porrò omnes hos libros facilè vna ratio iugulat: quòd videlicet à priſcis ſcriptoribus agniti non fuerint, aut interdum ad aliquid firmandum, aut infirmandum producti: cùm nulla ſit certior via ad dijudicandum cuius nàm autoris exiſtat vnumquodque opus, quàm maiorum noſtrorum, aut veterum de ea re conſenſus: teſtante Auguſtino in lib. contra Fauſtum: *Hos autem, inquit, libros, quibus illi, qui de tranſuerſo proferuntur, comparati reſpuuntur, vnde conſtat eſſe Hippocratis? vnde ſi quis hoc neget, nec ſaltem refellitur, ſed ridetur, niſi quia ſic eos ab ipſo Hippocratis tempore vſque ad hoc tempus, & deinceps, ſucceſsionis ſeries commendauit, vt hinc dubitare dementis ſit? Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumq; einſmodi autorum libros, vnde nouerunt homines quod ipſorum ſint, niſi eadem temporum ſibimet ſuccedentium conteſtatione*

I. Argum.
Dan. 9.
II. Argum.
Darius Medus vno anno duntaxat Hebræis imperauit.
Ibidem.
Esd. 1.

Dan. 13.
Cyrus Rex Perſarū quot annis regnauerit.
III. Argum.
Iudith 2.
IV. Argum.
Euſeb. lib. 2. hiſt. eccleſ. c. 8. tom. 1.
Hieron. li. de ſcript. eccleſ. tom. 1.
Fabius Pictor.
Portius Cato.
Myrſilus.
Xenophon.
Sempronius.
Archilochus.
Certior via ad dignoſcendū cuius autoris ſit vnūquodq; opus quærenda ſit.
Aug. lib. 33. contra Fauſt. ca. 6. tom. 6.
Autores de tranſuerſo proferre ſecundū Aug. id eſt, illegitimos.

conti-

continua. Sic ille, egregiam prodens regulam ad dignoſcendum vera cuiusq; monumenta à falſis, & illegitimis.

Excuſsimus igitur hactenus tam veterũ, quàm recentiorum de impletis ſeptuaginta hebdomadibus opinionẽ: iam poſtremò nobis ſupereſt, quæ ex illis nobis probabilior videatur, ſententia, atque Scripturis magis conſona, proponere. Ad quod melius præſtandum, inprimis præmittimus, Chriſtum exactis 33. annis, ac tribus menſibus, in crucem actum fuiſſe: quod ex ſuperioribus prolegomenis euictũ reliquimus. Deinde has hebdomadas neceſſariò terminandas poſt triennium cũ dimidio à Chriſti nece: nam illud verba Angeli apertè docent, cùm ait de poſtrema hebdomada: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium*. Vnde quod dicitur de diſsipatione Sanctuarij, & ciuitatis, non propterea additum eſt, quòd inter hebdomadas 70. ſit implendum, cùm conſtet per alias ferè ſex hebdomadas à 70. illud accidiſſe, hoc eſt, poſt 40. annos à Chriſti morte, ſed quòd peccatum Iudæorum in interficiendo Meſsia promeruit, vt ille populus omni Sanctuarij, & ciuitatis honore ſpoliatus in vniuerſum terrarum orbem diſsiparetur. Vnde Chriſtus videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: *Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c. eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ*. Sicut igitur poſt 59. hebdomadas prædicitur cædes Chriſti, nec tamẽ immediatè poſt illas accidit, ſed poſt triennium, & aliquot menſes impenſos prædicationi, hoc eſt, in dimidia hebdomada poſtrema: ita diſsipatio Sanctuarij & ciuitatis non ſtatim poſt 69. hebdomadam accidit, ſed longè poſt, vt declarauimus. Quare falſi ſunt, qui hebdomadas in deſtructione vrbis & Sanctuarij facta per Titum impletas eſſe aſſeruerunt. Principium verò vnde illas numerandi accipiendum ſit, exprefsit Angelus, dicens: *Scito ergo, & animaduerte: Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſus ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum*. Cùm autem quater ſit laxata Hebræorum captiuitas ſub Regibus Perſarum in ſacris literis: prima miſsio fuit ſub Cyro, qui principibus Zorobabeli, & Ioſue filio Ioſedech poteſtatem dedit, de qua Eſdræ liber primus: altera ſecundo anno Darij Hyſtaſpis, quo renouata eſt facultas perficiendi ędificationem impeditam toto tempore Cyri, Cambyſis, vt habent verba primi libri Ezræ. Tertia miſsio facta eſt ſub ſeptimo anno Artaxerxis, quo miſſus eſt Eſdras Sacerdos ad docendum populum, & exornandum templum, ſumptusq; faciendos in quamcunque rem voluiſſet: de qua primus liber Eſdræ. Poſtrema fuit vigeſimo anno eiuſdem Artaxerxis, quo pincerna Regis Nehemias profectus eſt, vt muros vrbis excitaret, & Hieroſolymam ædificaret: vt habes apud Eſdram lib. 2.

Quænam ex prædictis de LXX. hebdomadibus opinio probabilior, Scripturisque magis conſona eſſe videatur.

Prolegom. 31.

Dan. 9.

Quoties laxata ſit Iudæorum captiui tas ſub regibus Perſarũ in ſacris literis.

Eſdr. 1. & 2.

Eſdr. 4. & 6.

Eſdr. 7.

Eſdr. 8.

Iam dubium exiſtit, qua de laxatione captiuitatis ex quatuor prædictis intelligenda ſint Angeli verba? nam in qualibet illarum poteſt dici diuiſos fuiſſe ad cõſtruendam Hieruſalem. Nam Cyrus & Darius dantes facultatem conſtituendi templum, ſimiliter etiam dabant ædificandæ Hieroſolymæ, cùm templum ſine Sacerdotibus, ac Leuitis, & ciuibus qui illud tuerentur, ſtare non poſſet: at illi ſine domibus ædificatis, & muris vrbis inſtauratis, tutò viuere haud poſſent. Quare Samaritæ volentes templi ædificationem impedire conceſſam per Cyrum, ſcripſerunt epiſtolam Regi Artaxerxi, in hunc modum: *Notum ſit Regi, quia Iudæi qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Hieruſalem ciuitatem rebellem, & peſſimam; quam ædificant, extruentes muros, & parietes componentes*. Vbi vides, Iudæos in accepta facultate conſtruendi templum, etiam ædificandi ciuitatem, ſibi datam intellexiſſe. Verùm etſi hæc ita ſe habeant, non videtur tamen à primo anno Cyri ſumendum initium, quia Danielis verba nihil de templo, ſed tantùm de ciuitate reſtauranda faciunt mentionem: Cyrus autem expreſsè ad excitandum templum dimiſit Hebræos. Deinde, Darius eandem facultatem renouauit anno ſecundo: vnde & anno ſexto compleuerunt ædificationem templi, vt Eſdras tradit: fuerunt tamen, vt Ioſephus teſtatur, additæ porticus, quas περιβόλους vocat, per alios tres annos. Et ita trigeſimi anni Cyri, & ſeptimi Cambyſis filij Cyri, & noni Darij Hyſtaſpis, efficiunt ſummam 46. annorum in templo conſtruendo, de qua obiecerunt Iudæi Chriſto: *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc*.

Qua de laxatione captiuitatis hic ſermo ſit. I. Solutio.

1. Eſdr. 4.

Refellitur iſta ſententia. I. Argum.

II. Argum.

1. Eſdr. 6.

Ioſe. li. 11. antiq. c. 4. ſub ſ.

Ioan. 2.

III. Argum.

Tertiò, minus videtur conuenire illa tertia miſsio Eſdræ Sacerdotis ad docendum populum, & templum exornandum, ſumptusq; faciendos in rem omnem quam voluiſſet. Quanquam autem hæc ſententia noua ſit, & à nullo veterum Patrum (quod ſciam) afferta, & probabilitate ſua non careat: mihi tamen quædam, meo iu-

dicio,

dicio, alicuius momenti in eam occurrunt. Quorum primum eſt, quòd ſi diligentiùs verba 1. Eſdr. 7. expendantur, quibus innititur, non videtur Ezræ Sacerdotis miſſio eò ſpectaſſe, vt ciuitatem reædificaret, ſed tantùm vt populum in lege Dei inſtitueret, templumq́ue exornaret, & vaſa per Nabuchodonoſor ſublata reſtitueret, ſumptusq́ue ad ſacrificia neceſſarios ſuppeditari curaret: & ita præcipuè fit mentio in eius reditu de Leuitis, Sacerdotibus, Nathinæis, & alijs miniſtris ad templum iam erectum neceſſarijs: quanquam etiam nonnulli ex alijs tribubus cum prædictis permixti aſcenderint: de erigendis autem muris, aut ciuitate inſtauranda, verbum nullum, vt verba Danielis ab Angelo dicta exigere videbantur: *Scito, inquit, & animaduerte: Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem*: de quo hic, cùm Ezras mittitur, nihil dicitur.

Dan. 9.

Deinde, ſi in illa Eſdræ miſſione quis cõtendat implicitè inuolui facultatem reædificandi Hieruſalem; quæram, vbi, vel quibus in verbis? Si reſpõdeat, in eo quòd Eſdras accepiſſe dicitur pecuniam à Rege ad ſumptus faciendos in quamcunque rem voluiſſet: ex quo elicitur poteſtatem factam muros ciuitatis excitandi. Sed hæc certè cõiectura longè petita videtur, cùm tamen Artaxerxis Regis eò tenderent, vt nihil quod ad templi ornatum, vel ſacrificiorum rationem, vel miniſtrorum ſuſtẽtationem pertineret, in domo Dei deſiderari poſſet. Vnde expreſsè conceſsit, vt ex regio fiſco acciperet argenti talenta centum, & frumenti coros centum, & vini botros centum, & olei batos centum, ſal verò abſque menſura. Quibus verbis Rex Perſarum, templo Dei de neceſſarijs ad ſacrificia, & ad cultum potiſsimum proſpexiſſe videtur: illarum enim omnium rerum vſus erat in templo ad celebranda ſacrificia: argenti verò talenta centum, ad animalia quę immolationi deſeruiebant, comparanda miſit; quæ quantitas ſi ad opus cingendi muris vrbẽ miſſa eſſet, modica fuiſſet procul dubio; & regia munificentia tanti Monarchæ indigna.

1. Eſdr. 7.

Quarum rerum vſus eſſet in ſacrificijs.

Tertiò, ſi in illis verbis implicitè continetur erigendorum murorũ facultas, multo apertiùs & fortiùs cõtineri illam aſſeremus in duabus prioribus miſsionibus factis ſub Cyro, & Dario, qui deſtinati ſunt, vt templum conderent. Nam templum conſtructum ſine ciuitate muris cincta, & domibus exædificata, tutum, ac ſecurum conſiſtere haud poterat. Et promptius eſt colligere tacitam facultatẽ factam ex templi conſtructione

1. Eſdr. 6.

di poteſtate conceſſa, quàm à ſuppeditatione fructuum ad ſacrificandum, & ornandũ templum, & tamen nullus hactenus ex illis ſumendum initium ſeptuaginta hebdomadas computandi auſus eſt aſſerere: quòd videlicet illis in miſsionibus templi tantùm erigendi, non ciuitatis inſtaurandæ à Cyro & Dario fiat poteſtas. Imò, vt Eſdras tradit. Darius non tantùm permittit templum ædificari, ſed etiam ſumptus ad ſacrificia offerenda, & frumentum, ſal, vinum, & oleum, quantum ſatis ſit, ex fiſco regio exhiberi præcepit. Ex quo loco ſi nulla ratio ſolida ad facultatem fabricandæ ciuitatis colligitur, multo minus in miſsione Ezræ ab Artaxerxe facta talis conſtruendę vrbis poteſtas elicitur.

1. Eſdr. 9. et 7

At dicet aliquis, Nehemias cùm mitteretur in Hieruſalem, vt muros vrbis circumiret, allocutus dicitur magiſtratus, ſacerdotes, optimates, & reliquos qui faciebant opus: at quod opus? non templum, quod iam ædificatum fuerat, anno ſexto Darij: non porticus templi in circuitu, nam nono anno Darij perfectæ fuerant, vt Ioſephus tradit in libris Antiquitatum. Supereſt igitur, vt operis nomine vrbis ędificatio intelligatur. Audio hæc libenter: ſed an illam facultatem inſtaurandi vrbem haberent ab Artaxerxe, quando miſit Eſdram, an implicitè datam à Cyro & Dario ſibi, ipſimet Iudæi interpretarentur, non aliunde ſibi conceſſam putarent, valde dubium eſt: ac proinde ex nullo verbo Artaxerxis mittentis Sacerdotem Eſdram in Hieruſalem, ſolidum aliquid inuenitur, ex quo colligamus facultatem illi per Principem factam excitandi muros ciuitatis.

1. Eſdr. 7.

Supra 6.

Ioſeph. lib. 11. antiq. cap. 4. prope fin.

Quartò, ſi per Artaxerxem mittentem Eſdram, vlla eſſet facta poteſtas inſtaurandæ ciuitatis, quid opꝰ erat, vt Nehemias pincerna, Artaxerxi regi gratiſsimus, ſubtriſti & mœrenti vultu illam de integro à Rege efflagitaret? aut ſaltem, ſi prudens erat, & illam poteſtatem iam factam Ezræ non ignorabat, nõ debuit denuò poſtulare, quam ſciebat ante 13. annos fuiſſe exhibitam, ſed tantùm, vt ſemel conceſſam renouaret iterum, atque confirmaret; quippe facilius eſt priuilegij ſemel conceſsi confirmationem obtinere, quã illud in principio impetrare. Nam vel Darius, auus Artaxerxis huius, fertur inueniſſe in Bibliotheca librorum, qui erant repoſiti in Babylone, volumẽ, in quo continebatur quid Cyrus primo anno regni ſui cum Iudæis egiſſet, & quomodo facultatẽ reędificandi templi confirmauit, & adiecit expenſas in tẽpli ſacrificia. Ita ſanè

I V. Argum.

1. Eſdr. 6.

Artaxerxes, memor poteſtatis Ezræ à ſe factæ ad inſtaurandam vrbem, debebat illam confirmare mittendo Nehemiam, aut ſaltem Nehemias non nouam facultatem,

1. Eſdr.

ſed iam ſemel per eum Eſdræ factæ confirmationẽ debebat poſtulare: cuius rei mentio nulla in ſecundo illo capite Nehemiæ. Artaxerxes igitur Nehemiam primùm miſit ad vrbis ędificationem, cuins explicitam poteſtatem populus Dei antea non habuerat.

Ibid. & ca. 3. & ſeq.

Atque huius rei euidens eſt argumentum, quòd poſt aduentum Nehemiæ, in erigendis muris Iudęi operam diligentem nauârunt, portiſque ciuitatis ędificandis grauiter incubuerunt, qua de re antea mentio nulla: etiamſi veriſimile videatur, Iudæos nonnihil in eam rem laboris, & operę contuliſſe abſq; expreſſa Regis facultate.

1. Eſdr. 4.

Hinc Samaritæ literas ad Cyrum ſcripſerunt, dicentes: *Notum ſit Regi, quia Iudæi, qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Hieruſalem, ciuitatem rebellem, & peſſimam; quam ædificant, extruentes moutes, & parietes componentes.* Hæc illi, ſiue fictè vt rem exaggerarẽt; ſiue verè, quòd nonnihil operæ in domibus ad habitandum neceſſarijs, aut in muris excitandis impendiſſent: vt conſtat tamen ex aduentu Nehemiæ, parum aut nihil in opere murorum progreſsi fuerant, vt textus ipſe inſinuare videtur.

V. Argum. Eccleſ. 49.

Quintum argumentum eſt: quia in Eccleſiaſtico, murorum, & vrbis erectio ſoli tribuitur Nehemiæ: *Et Nehemias*, inquit, *in memoria multi temporũ; qui erexit nobis muros euerſos, & ſtare fecit portas, & ſeras, qui erexit domos noſtras.* Non videtur autem rationi conſonum, ad idem fuiſſe prius miſſum Eſdram, & nihil egregium in ea re præſtitiſſe, ſi Deo excitante miſſus fuit: nec Scriptura ſacra eum parte tantæ gloriæ defraudaſſet, ſi quid magnificum in ædificando exhibuiſſet, & nequaquam in ſolum Nehemiam tantam conditæ vrbis laudem cõtuliſſet.

VI. ac poſtremũ argum.

Sextum ac poſtremum argumentum ſit: quia etiamſi daremus, Eſdram ab Artaxerxe miſſum eius anno ſeptimo ad reſtaurandam ciuitatẽ, haud tamen præciſus 70. hebdomadarum numerus (ita vt nec deficiat, nec abundet) eliceretur. Ponit enim hæc opinio, à primo anno Olympiad. LXXXI. ad CCII. in quarto anno cædem Chriſti patratam, quo tempore conſtat 122. Olympiadas integras interfluxiſſe; quæ ſi per quatuor multiplicentur, conficient annos 488. Ex quibus ſi detrahatur primus annus Olympiadis 81. remanent 486. quibus ſi addideris tres annos poſt Chriſti necem, efficies ſummam 490. annorum. In qua enumeratione in primis, cur annus primus 81. Olympiadis, in qua exijt ſermo de reædificanda vrbe, veniat detrahendus; cùm illa detractio, & Scripturæ, & Euſebio, & Africano repugnet? Scripturæ quidem, quia apertè habetur, Eſdram cum ſuis, anno 7.

1. Eſdr. 7.

regni Artaxerxis, & in primo die menſis primi cœpiſſe aſcendere de Babylone; & primo die menſis quinti illuc perueniſſe. Cùm ergo totus ille ſeptimus à primo die enumeretur, partim in itinere, partim in elaborandis, & extruendis ciuitatis mœnibus impenſus, qua ratione iuſtè detrahi debeat, non video.

Nec poteſt dici, quòd ante octogeſimũ annum non eſt probabile cœptam fuiſſe murorum erectionem, ſed illum poſt quinque menſes itineris in appendendo argento, ordinãdis ſacrificijs, Leuitis inſtituẽdis, fuiſſe conſumptum. Sed hoc eſt diuinare, cùm illa appenſio argenti vno, vt altero die perfici poterat; reliqua de templo, ſacrificijs ordinandis, & miniſtris inſtituẽdis breui tempore ab Eſdra confici poterant, vt tempus ſupereſſet materiæ mœnium reſtaurandorum præparandæ, atque apportandæ.

II. opinio refellitur.

Nec verum eſt, quòd illud verbum, *Ab exitu ſermonis*, in Danielis prophetia ſit intelligendum de prolatione facultatis cõceſſæ, ſed de promulgatione edicti Regij, vt illud:

Luc. 2. Eſther 1.

Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis. Et illud: *Egrediatur edictum à facie tua, et ſcribatur iuxta legem Perſarum atque Medorum.* Illa autem euulgatio non eſt facta ante octauum annũ, vel exitus ſermonis, non eſt egreſſus verborũ ab ore Artaxerxis, ſed pro euentu, ſeu executione ſermonis eſt accipiendum: nã vtrumque ſignificat exitus apud Latinos;

Latinis exitus duo ſignificat.

vel verbum more Hebræo accipitur pro facto, vel opere, quo cœpit prodire in lucem per inchoationem: ac ſi dicat, ab exitu operis, quo ædificãda erat Hieruſalem. Sed hi omnes ſenſus violenti ſunt, ac minus apti, vt poſsint illos verba Danielis ſuſtinere. Non enim exitus hic poteſt ſignare executionẽ, quia iuxta Hebræum habet Daniel: *Ab exitu ad reædificandam Hieruſalem.* Et licèt Latinis illa duo ſignificet verbum exitus, & ἔξοδος.

Ἔξοδος, Græcè quid.

apud Græcos perfectionem, & expeditionem: tamen quando apponitur Orienti, capitur pro Oriente; & quando aliquid numeratur pro vno in alium terminum, capi ſolet pro initio, & principio, vt hic accipitur.

Exitus hoc loco quid.

Etſi pro operis inchoatione caperetur; cùm Scriptura non deſignet certum tẽpus, quo ſub Eſdra cœperũt inſtaurari mœnia; incerta relinqueretur hæc Angeli enumeratio,

ratio,

ratio, & nihil ſolidi per eam poſſemus concipere.

Ibidem.

Vbi proprietas verbi ſeruari poteſt, non eſt ad idiotiſmos linguæ confugiendum bono ſcripturarum interpreti.

Euſeb. Cæſar. tom. 2.

Neque locum hic habet Hebraiſmus, verbi pro opere: quia ſi proprietas verbi ſeruari poteſt, non eſt ad idiotiſmos linguę confugiendum. Deinde repugnat Euſebio Cæſarienſi, qui in chronico ſuo miſsionem Ezræ in Hieruſalem, anno ſexto Artaxerxis collocat, atq; id non temerè. Quia cùm liber Ezræ tradat, hanc profectionem factam primo die menſis, primi anni ſeptimi Artaxerxis, nō poterat Eſdras niſi aliquot menſium ſpatio Iudæos per diuerſas Chaldææ, Perſiæ, & Mediæ ciuitates diſperſos, in vnum ità congregare, niſi eſſent per aliquot menſes ante euocati, præparatique, &. ad reditum primo die menſis primi auſpicandum accincti. Ex quo videtur, quòd anno ſexto Artaxerxis fuerit exitus illius ſermonis, quē prædixit Daniel de reditu populi Iſraël ad reædificandam vrbem; vt inde propterea ſolidè colligamus, non ſolùm ſeptimum annum, ſed etiam ſextum Artaxerxis, qui fuit vltimus Olympiadis octuageſimæ, eſſe connumerandum, etſi non integrum ſextum, maiorem ſaltem eius partem: In tanta præſertim virorū, mulierum, & infantium, & ætate prouectorum, qui erant ad illud iter longum quinq; menſium præparandi, multitudine.

Tertia opinio ſolidior, ac probabilior. Quando exierit ſermo de reædificāda Hieruſalē.

Iul. Afric. vbi ſupra. Hieron. in ca. Dan. 9. tom. 5.

Idem poſtremò repugnat Africano, qui, teſte Hieronymo, viceſimum annum Artaxerxis in quartum annum Olympiad. 83. refert incidiſſe: à quo numero ſi retrocedas, & 13. annos ſubtrahas, erit ſeptimus annus Artaxerxis, vltimus L x x x. Et ſic haberemus non tantùm CCCC. L x x x v i i. ſed CCCC. L x x x i x. vel minimum CCCC. L x x x v i i i. Et ità Chriſtus non in dimidio hebdomadę poſtremę, ſed propè finem eius extinctus eſſet: vnde nō eſſet verum verbum Danielis: *Septuaginta hebdomades deciſa ſunt*, vel definitę, id eſt nec amplius, nec minus, ſed præciſè. Quare neceſſariò cogimur intelligere, impletū eſſe vaticinium prædictū ab eo tempore, quo miſſus eſt Nehemias pincerna Regis ad reſtaurandam, & muris cingendam vrbem: quod accidit anno vigeſimo Artaxerxis. Nam in primis in eo datur autoritas ædificandæ vrbis, & dantur epiſtolæ ad duces regionū trans flumen, vt traducerent eum in Hieruſalem, & literę ad Aſſath cuſtodem ſaltus Regis, quo daret illi ligna ad tegendū portas templi, & turres domus, & muros ciuitatis: atq; ita poſt hanc miſsionem fit mentio de muris ciuitatis, & portis templi inſtauratis, apud Nehemiam. Vnde rurſus tentauit impedire Sanaballar cum Samaritis murorū opus; ita vt opus fuerit mediam partem facere opus, & mediam partem paratā eſſe ad bellum; & vna manu facere opus, altera tenere gladium. Adde quod dicitur in Prophetia Danielis, vt iterū ædificaretur Hieruſalem: quia implicitè data erat licentia per Cyrum, & Darium conſtruendæ ciuitatis: at per Artaxerxem apertè & manifeſtè ad hoc mittentem Nehemiam: propterea dicit: *Iterum ædificetur.*

Dan. 9.

Dan. 9.

1. Eſdr. 6.

1. Eſd. 1. & ſe. Infr. 6. & 7.

Præterea Græcè ita habetur: Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι; id eſt, ab exitu ſermonis quo reſpondetur, vt reædificetur Hieruſalē, & ſic legit Africanus, quo verbo indicare videtur, petēte Nehemia primùm à Deo per precationem, deinde ab Artaxerxe, vt ait Nehemias, & reſpondente Rege Artaxerxe, ſiue Deo per Artaxerxen, obtentam facultatem reædificandæ vrbis. Accedit & ſententia Chryſoſtomi in ſecunda Oratione in Iudæos, ſub finem: *Mox*, inquit, *docens nos vnde oporteat ſupputare, demonſtrat non eſſe numerandum à die reditus, ſed vnde tandem? Ab exitu ſermonum, vt reſpondeas, & ædificetur Hieruſalem At non fuit obtenta ſub Cyro, ſub Artaxerxe cognomento Longimano. Et dum hic regnum obtineret anno vigeſimo regni illius; Nehemias reuerſus ciuitatē inſtaurauit, & hæc Eſdras accuratiſsimè deſcripſit.* Hactenus Chryſoſtomus, cuius ſententiæ ſubſcribit Theodoretus, dicens: *Quidam opinantur, initium ædificationis, quod factum eſt regnante Cyro, principium eſſe numeri hebdomadum: quidam autem à ſexto anno regni Darij Hyſtaſpis numerare incipiunt, tunc enim ædificatio templi decenti fine abſoluta eſt, cui finitimi propter odium erga Iudæos tempore quod interceſſit, impedimento fuēre, & Cambyſes Cyri filius ab ipſis deceptus ædificari prohibuit: ſed nihil horum verum eſt. Primùm enim plurium annorum numerus, ſi quis hinc numerare velit, reperietur. Deinde non licet nobis inuenire ab alio peccata deleta, remiſſa ſcelera, condonatā iuſtitiam ſempiternam, impleta Prophetarum oracula, neq; vnctum fuiſſe ſanctum Sanctorum, niſi de ſolo Chriſto hæc intelligantur.*

Africa. lib. 5. de temporib. Nehem. 2.

Chryſoſtom. ſeptuaginta hebdomad. vti ſubducat. *Chryſ. tom. 3. prope fin.*

2. Eſdr. 2. & ſeq.

B. Theod. in c. Dan. 9. ſeu orat. 9. tom. 2. ſub fin.

Dan. 9.

Quòd ſi hæc ita ſe habent, & conſentiunt qui ita hebdomadas numerari iubent; ſurſum verſus quadringentos, & nonaginta numerent annos. Si enim ab eo tempore quo ad Iordanē apparuit, quādo prædicare, docere, & miracula facere Saluator, & Dominus noſter cœpit, nos numerare exorſi retro pergamus non ſolùm vſq; ad Cyrum, ſed neque vſque ad Darium quidem hunc numerum peruenire reprehendemus, verùm anno vigeſimo Artaxerxis Xerxis filij Regni expletum, quo tempore Nehemias huius pincerna æmulatione ductus, cùm Deo ſupplicaſſet, impetrata ope diuina, petit à Rege ſupplex, vt muros Hieruſalem ſibi ædificandos permittat: nactuſq; ſibi beneuolum

Matth. 3.

2. Eſdr. 2.

Infra 3.

2. Eſd. 2. et ſe. Infr. 4. & ſe.

Regem, in patriam reuerſus, omni animi alacritate, quæ ſacro Dei templo deerant, addenda curat, & vrbis mœnia inſtaurat: quæ turribus vndique communita, ei portas impoſuit: hortatuſq́; Sacerdotes, vacuam ab habitatoribus vrbem incolis complet. Hoc etiam beatus Archangelus innuens, dixit: *Et cognoſces, & intelliges, ab exitu ſermonis vt reſpondeatur, & ædificetur Hieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta dua.* Et infra in illud: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna,* ſic habet: *Igitur quænam futura ſint poſt ſexaginta duas hebdomadas, ſeptem hebdomadibus prædixi,* inquit: *decet autem percipere, quæ alia fient hebdomade. In hac enim nouum Teſtamentum dabitur credentibus, atque omni eius virtute imbuet; & in dimidio huius hebdomadis auferetur ſacrificium, & libamen; hoc eſt, ſacrificium ſecundùm legem deficiet, oblato immaculati agni, qui tollit peccata mundi, vero ſacrificio, quo quidem in reliquum oblato, illa terminabuntur. Quamobrem ſtatim peracto ſacrificio, cùm ſpiritū Saluator noſter emiſiſſet, velum templi ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum; ea, quæ pridem cerni non poterant, omnibus conſpicua faciens; & quæ contingi, aut ad quæ aditus non licebat, ad ea aditum aperiens. Cùm enim velum ſepararet à ſanctuario, ſancta Sāctorum, in quibus erat propitiatorium, & Cherubim, & arca; fractum totum velum, rebus ipſis oſtendit, quemadmodum ab interioribus partibus, quæ ibi cuſtos aſſidebat gratia receſſerit, & communia illa facta ſint, ad quæ pridem ſoli principi Sacerdotum aditus patebat. Quòd ſi quis etiam tempus percipere cupiat, ex Euangelio Ioannis cognoſcetur. Cùm enim annos circiter tres cum dimidio prædicaſſet Dominus, ſanctoſq́; ſuos diſcipulos doctrina, & miraculis confirmaſſet, tunc paſſus eſt, ac poſt crucem, & mortem, & reſurrectionem, & ad cœlos aſcenſum, & ſanctiſſimi Spiritus aduentum, reliquum hebdomadis tempus ſancti Apoſtoli Hieroſolymis prædicantes, & miracula edentes, multis hominum millibus ad Euangelicam doctrinā ductis, noui Teſtamenti munus impertiri; vt ſanctiſſimi quoque baptiſmatis gratiam cōſequerentur, autores fuêre. Deinde cùm Iudæi in S. Stephanum impia illa facinora auſi fuiſſent, per oppida Iudææ populis diſſipatis, diui Apoſtoli breue tempus Hieroſolymis cōmorati, Samariam, Lyddam, & Ioppen obeuntes, omnibus hominibus afferre ſalutaria decreta æſtimabant.* Hæc Theodor. His certis terminis concludendæ ſunt hebdomadæ ſeptuaginta.

Dan. 9.
Idem ibid.
Quid illud: In dimidio hebdomadis auferetur hoſtia, & ſacrificium, eodē autore.
Ioan. 1.
1. Petr. 1.
Matth. 27.
Ibidem.
Quid velit tēpli diſciſſio portendere.
Exod. 35.
Hebr. 9.
Exod. 35.
Leuit. 26.
Hebr. 9.
Tempus prędicationis, ac mortis Chriſti ex Theodor.
Act. 2.
Infra 5. & inde, ac ſupra etiam.
Infra 7.
Infra 8.
Ibidem.
Infra 9.
Ibidem.
Infr. 10. et ſe.

Illud tantùm in dubium venit, quiſnam fuerit ille Artaxerxes, cuius anno vigeſimo miſſus eſt Nehemias ad reædificandum ciuitatē. Nam aliqui exiſtimāt eſſe Darium; alij verò Xerxem patrem Artaxerxis: alij rurſus ipſum Artaxerxem, Xerxis filium.

Quis ille fuerit Artaxerxes, cuius anno vigeſimo miſſus eſt Nehemias ad reædificandam

Sed primum non ſatis aſſequor, quo autore illud poſſint aſſerere, cùm Scriptura nunquam Darium vocet Artaxerxem, neq; aliquis ex veteribus Patribus: imò verò Scriptura ipſa diſtinguat inter Darium, & Artaxerxem. Siquidem libr. 1. Eſdræ dicitur: *Seniores autem Iudæorum ædificabant, & proſperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt, & cōſtruxerunt, iubente Deo Iſraël, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe regibus Perſarum: & compleuerunt domum Dei iſtam, vſque ad diem tertiam menſis Adar, qui eſt annus ſextus regni Darij Regis.*

Hieruſalem, triplex opin. Darius quòd non idem ſit qui Artaxerxes, vnde cōſtet.
Eſdr 6.

At dices; Si completum eſt opus anno ſexto Darij, quomodo potuit Artaxerxes, templo iam ædificato, concedere facultatē illud conſtruendi? Dicendum eſt, anno 6. Darij nō fuiſſe templum omni ex parte abſolutum: quoniā, vt Ioſephus ait, Eſdras & Nehemias miſſi ſunt ſub Artaxerxe ad ornatum, & cultum templi explendum. Deinde cap. 7. poſt geſta Regis Darij dicitur: *Poſt hæc autem verba in regno Artaxerxis regis Perſarum, Eſdras filius Saraia,* & quæ ſequuntur, vbi de Artaxerxe rege Perſarum quaſi diſtincto à Cyro fit mētio. Quanquam autem omnes reges Perſarum Artaxerxes dicerentur; vt Romani, Cæſares; Aegyptij, Pharaones; & ita Artaxerxis nomen non minus cōueniret Cyro, & alijs regibus Perſicis, quàm Dario: hoc tamen loco de peculiari rege Perſarum, qui proprio nomine vocabatur Artaxerxes, eſt ſermo; ac proinde diſtinctus à Dario. Nihil enim certi hiſtoricus traderet, qui diceret: Tempore Cæſaris, aut tempore regis Perſarum hoc accidit, niſi deſignatum, ac certum deſcriberet regem Perſarum, vel Rom. Cæſarem.

Si anno ſexto Darij templū eſt ędificatū: quomodo eiuſdem conſtruendi data poteſtas ab Artaxerxe.
Ioſeph. lib. 11. antiq. cap. 5.
Reges Perſarum, Artaxerxes; vt Aegyptij, Pharaones; & Romanis Cæſares, olim dicebātur.
Simile.

Secundum etiā minus poteſt conſtare, vt nomine Artaxerxis intelligamus Xerxē, quanquam hanc ſententiam ſecutus ſit Lyranus, producens verba Ioſephi lib. Antiq. 11. vbi tradit Xerxem filium Darij, pietatis paternæ, perinde vt regni hæredem fuiſſe, nihilque ex patrijs inſtitutis circa diuinum cultum immutaſſe, ſed Iudæos ſumma beneuolentia proſecutum. Addit etiam, eius tempore Ezram argento, & auro, & vaſis pretioſis, quæ ex Babylonia attulerat, templū exornaſſe. Nehemiam verò eodem Rege concedente, anno xxv. ab eo deſtinatum, non modò ciuitatem, & muros vrbis inſtauraſſe, ſed etiam id ſuppleſſe, quod ad fabricam templi deerat. Sed hæc opinio falſa videtur, quia hic non vtitur nomine Artaxerxis, vt generale eſt nomen regum Perſarum, vt ſuperius oſtēdimus, ſed vt eſt peculiare & proprium cuiuſdam Perſarum

Quod nō ille ſit Xerxes, pater Artaxerxis.
Lyran. in Daniel. cap. 9.
Ioſeph. c. 5.
Idem.

Euſeb. tom. 2.

Regis. Deinde diſtinctum illum à Xerxe, qui fuit parens eius, facit Euſebius in chronico; & ſub eo, & non ſub Xerxe, miſſos fuiſſe Eſdram, & Nehemiam in Hieruſalem tradit. Quare falſus eſt Ioſephus, non ſecus atque in eius annis aſsignandis: tum quòd ſcribit anno XXV. miſiſſe Nehemiam in Hieruſalem; quod ſalſum eſt, cùm ſcriptura dicat anno vigeſimo. Tum quod illi tribuit annos XXXIII. imperij; quod cum omnium Chronographorum ratione repugnat, qui Xerxi filio Darij, nonniſi XXI. annos impartiuntur. Solus Beda tribuit illi XX. & Clemens XXVI. ac proinde in hac parte deſerendus eſt Ioſephus.

Xerxes Darij filius quâdiu imperârit.
Beda lib. 5. de ſex ætatibus mundi, num. 468. tom. 2.
Clem. lib. 1. Strom.

Tertia opinio verior, ac probabilior.
Ioſeph. lib. 11. Antiq. c. 11.
Eſther 1.
Infra 2.

Fuit igitur Artaxerxes, qui Longimanus cognominatus eſt, & regnauit quadraginta annos, teſte Euſebio: atq; hunc tradit Ioſephus fuiſſe illum, qui repudiata Vaſthi, accepit in vxoré Eſther Hebræam: quanquã Euſebius in Chronico hoc reprobet: *Nunquam enim Ezras,* inquit, *de Eſther ſiluiſſet, qui ſcribit hoc tempore Eſdram, & Nehemiam reuerſos ex Babylone.*

Quomodo à vigeſimo anno Artaxerxis vſque ad quartum annum à morte Chriſti effluxerint ſeptuaginta hebdomadæ.
Iulius Afric. Hierony. in Daniel. c. 9. tom 5.
Regnũ Perſarum atq; Græcorum quamdiu ſteterit.
Luc. 2.
Qua in hebdomada confirmatum ſit pactum à Daniele prædictum.
Iul. African. Euſeb. tom. 2.

Iam videndũ eſt, quomodo à vigeſimo anno regni eius, vſque ad quartum annum poſt morté Chriſti, effluxerint ſeptuaginta hebdomadæ. Hoc autem ita colligimus. Nam vt Africanus & Hieronymus tradũt, regnum Perſarum ſtetit CC. XXX. annis; regnum Græcorũ, ſiue Macedonum CCC. quod terminatur in morte Cleopatræ, quæ regnauit annis XII. cum Auguſto. Inde ad natiuitatem Chriſti ſunt triginta anni, ad Baptiſmũ verò triginta alij; ſeptem alij addendi ſunt, in quorum medio occiſus eſt Chriſtus. Et in hac hebdomada confirmatum eſt pactum, tum per Chriſtum viuentem, tum per Apoſtolos, qui Iudæis & Gentibus cœperunt euãgelizare. Ex hac annorum enumeratione efficies ſummã D. XCVII. annorũ. Ex his detrahendi ſunt, ſecundùm Africanũ, C. XV. anni, qui fluxerũt à Cyro vſque ad XX. Artaxerxis, & remanerent CCCC. LXXXII. Qui quoniam nó perueniunt ad 490. dicendũ eſt ſecundùm Euſebium in Chronico, non effluxiſſe à Cyro ad vigeſimum Artaxerxis, niſi V. & C. Nam Cyro tribuit triginta, Cambyſi 8. fratribus Magis menſes 7. Dario Hydaſpi 26. Xerxi 21. Artabano menſes 7. deinde Artaxerxi 19. nam 20. eius exijt ſermo de reſtaurand. vrbe; qui ſimul conficiunt annos 105. menſes 2. qui ſi ſubtrahantur à prædicta ſumma remanent 490. & ferè biennium, hoc eſt 22. menſes, qui minutijs temporum, quæ nõ poſſunt præcisè tradi, tribuendi ſunt vt ſuperflui. Et ita remanet perfectus numerus, hoc eſt, ſeptuaginta hebdomades plenæ, ab anno 20. Artaxerxis ad 21. Tiberij, ſiue ad quadriennium à morte Chriſti.

2. Eſdr. 2.

Alia ratio 70. hebdomadarum ſummã colligendi, per Olympiadas ſcilicet.
Euſeb. ibid.

Quidam quoq; ex computatione Olympiadum eandem ſummam volunt colligere. Nam Euſebius in 4. anno 83. Olympiadis conſtituit vigeſimũ Artaxerxis: à quo ſi diligenter enumeres vſq; ad 4. annum 202. Olympia. in quo cædes Chriſti patrata eſt, fluunt Olympiades 19. ſupra centum, quæ conficiunt annos 486. quibus addendi ſunt quatuor anni à morte Chriſti, & quartus annus 83. Olympiad. in qua miſit Artaxerxes Nehemiam; ac ita erunt 481. Quæ quoniam præcisè non reſpondent; propterea Euſeb. in chronico dicit impletas in regno Neronis, ſub quo obſideri Hieroſolyma cœpta eſt, & ſecundo Veſpaſiani capta.

Idem ibid.

Quando primũ obſeſſa, & capta Hieruſalem.
Qualis ſit hæc ratio cõputandi.

Sed & hic multo longior eſt terminus ſeptuaginta hebdomadum. Quare dicendum videtur, aut aliqua negligentia eorũ, qui Olympiadas cõſcripſerunt, aut non ſatis verè aſsignatũ annum regis Artaxerxis vigeſimum in quarto anno 83. Olympiad. & inde per illas nó poſſe inueniri præciſam rationem ſeptuaginta hebdomadarum, id eſt 490. annorum. Nobis ſatis fuit inuenire non longè diſsitum annum, maximè quia in annis regum Perſarum non ſatis omnes conueniunt. Nam Dario Hydaſpis Euſeb. tribuit 36. annos. Iſidorus aſsignat 34. Herodotus 36. Clemens Alexandr. 46. ob quã cauſam potuit Euſeb. tribuendo Dario 36. annos, pauciores poſuiſſe Olympiadas: nã poſitis 10. præter 36. efficietur numerus prorſus 490. annorum. Quòd ſi retrocedamus per 13. annos, dicẽdo initium hebdomadas enumerandi ſumendum eſſe à ſeptimo anno Artaxerxis, quando miſit Eſdram ſcribam, non à vigeſimo eiuſdem, quando miſit Nehemiam, eſſent præcisè ſeptuaginta hebdomades, additis annis trib9 poſt Chriſti mortem cum dimidio, in quo verè terminandæ ſunt. Quòd ſi hæc computatio minus præcisè ſuccedit, ſatis nobis eſt priorem ceſsiſſe: & non eſt recedendum à certis principijs aſsignatis de initio & fine, vt quidam feciſſe videntur.

Euſ. in Chron. eodem tom.
Iſido. Hiſpal. lib. 6. Etymo. cap. vlt.
Herodot. Halicarnaſſ. li. 7.
Clemens Alexan. lib. 1. Strom.

Septuaginta hebdomadæ definitæ ſuper populum & ſuper vrbẽ ſanctã Hieruſalem ab Angelo cur dicantur.

Iam quædam ad textus explanationem facientia addenda ſunt. Ait ergo Angelus: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, &c.* Dicuntur ergo ſeptuaginta hebdomadæ definitæ ſuper populum, & ſuper vrbem ſanctam; vt videlicet in illo Reipublicæ genere, & in lege permaneret populus, & tanto tempore liceret commorare in vrbe ſancta, ſiue ſanctuarium habente, vt conſummetur præuaricatio peccatum, & iniquitas vſque ad

tempus, in quo illa terminētur. His autem vocibus reſpondent in Hebræo Peſah, Cathah, Hauon, quæ etiam habentur Pſal. 31. vbi dicitur: *Beati quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* Quia iſta tria ablaturus erat Meſsias, per quē ſolum eſt omnis remiſsio peccati. Adde quòd in Exodo hæc tria verba inculcauit Moyſes, orans ante Deum tranſeuntem coram eo: in quo repræſentatus eſt Meſsias, qui carne indutus videndus erat, & tranſire coram nobis debebat. Ait enim: *Dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens & multa miſerationis, ac verus. Qui cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera, atque peccata.* Eſt autem Peſah, præuaricatio, ſiue tranſgreſsio primi videlicet parentis, quæ abſolutè in trangrediendo primo Dei mandato, eius, & omnium noſtrum tranſgreſsio fuit. Vnde Paulus peccatum primi parentis inobedientiam vocat. Hæc autem præuaricatio etſi aliquo modo expiaretur in lege, non tamen penitus conſummabatur, cùm adhuc ceu peccatores, iuſti in carcere inferni detinerentur, donec venit Meſsias, ab eo omninò liberans. Chatah verò, quòd, *peccatum* vertit interpres, & 70. *ἁμαρτίαν*, pronitatem ad malum, ſiue legem membrorū, iuxta Paulum, deſignat; hęc ſequitur tranſgreſsionem primi parētis, quę tempore legis, quę ex ſe vetabat malum, gratiam autem minimè conferebat, augebat potius, & vltra progrediebatur, ita vt fieret ſuprà modū peccans peccatum: ſed in nouo Teſtamento per Chriſtum damnata eſt, ſuoq́ue exemplo, atque copioſa Spiritus ſancti gratia coërcita atq; repreſſa. Cuius argumentum eſt tot Martyrum exercitus, tot virginum vtriuſq; ſexus chori, tot virorum religioſorum, mundum, & vniuerſa quæ in eo ſunt cōtemnentium cōuentus: hæc enim omnia fieri haud poſſent, niſi tyrannus ille ſomes concupiſcentiæ debilitatus eſſet atque conſcactus. Addit tertium verbum, Hauon, de quo interpres: *Vt deleatur iniquitas*: Et ſignificat perſonale peccatū propcio actu admiſſum, de quo ait Dilectus: *Omnis qui facit peccatū, & iniquitatem facit; & peccatum eſt iniquitas.* Suſtulit ergo præuaricationem Adæ Chriſtus, cum omnibus fructibus ſuis, id eſt, fomite concupiſcentię, & peccatis alijs actualibus.

Tria venit auferre Meſſias, quęnam illa.
Ioan. 1.
Exod. 34.
Quid Domini corā Moyſe tranſitus præſignauerit.
Peſah apud Hebræos, quid ſonet.
Gen. 3.
Rom. 5.
Iſai 49.
Zach 9.
Chathah quid.
Rom 7.
Ibidem.
In quib⁹ maximè eluceſcat fomitis per Chriſtū extinctio.
Hauon, Hebræis quid ſit
1. *Ioan.* 3.
Præuaricationis Adæ fructus quinā.

Subdit: *Et adducatur iuſtitia ſempiterna, vel iuſtitia ſeculorum*: vt habet vox Hebræa. Hæc eſt, aut Chriſtus ipſe, qui dicitur iuſtitia, de qua Hieremias: *Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtitia noſtra*: ita enim habet Hebræa litera, vbi nos habemus: *Dominus iuſtus noſter*, de qua etiā ait Iſaias: *Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur*, de qua Paulus: *Qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.* Hāc tradit reuelatam, cùm ait: *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem.* Ergo iuſtitia aut Chriſtus eſt, aut quæ ſtatuitur per eū fidei iuſtitia, de qua Paulus: *Vt & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu.* Hæc vocatur iuſtitia ſeculorum: non ſolùm quia ſempiternum fructum parit, iuxta illud: *Gratia Dei vita æterna*; ſed etiam quia hæc iuſtitia ad omnium ſeculorum homines ſpectat: nemo enim ſine Chriſto, aut fide eius ſaltem implicita, iuſtitiam, aut ſalutem aſſecutus eſt vnquam.

Quænā hæc ſit iuſtitia ſempiterna.
Hierem 31.
Iſai. 56.
1. *Corin.* 1.
Rom. 1.
Philip. 3.
Iuſtitia ſeculorum, ſempiternave, cur dicatur.
Rom 6.

Addit: *Et impleatur viſio, & prophetia.* Tota enim lex, & Prophetiæ in exhibitione Chriſti & myſteriorum eius, impletionem acceperunt. *Huic*, inquit Petrus, *omnes Prophetæ teſtimonium perhibent.* ¶ *Et vngatur Sanctus Sanctorum* (ſiue ſanctum Sanctorum, vt alij vertunt) eſt autem Chriſtus, Sanctus, quia mundus ſine vllo peccato, & in ſanctitate firmus: à qua nullo modo potuit excidere; & communicator gratiæ ſuæ, & ſanctitatis in omnes alios, vt mundentur à peccato, & conſtanter ſeruent ſanctitatē adeptam. Et non tantùm ſanctus, ſed etiam ſanctum ſubſtantiuè, ob diuinitatem, iuxta illud Angeli: *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Fuit autem vnctus oleo exultationis, ſiue Spiritu ſancto, vt condignè noſtram ſalutem operaretur. Vnctus eſt & in cruce ſanguine ſuo, quo promereretur effundere opes miſericordię ſuę ſuper nos, & ſuo illo ſacrificio per omnia patri gratiſſimo, effunderet ſpiritum ſuum ſuper omnem carnem, ad vitam ſpiritualem ducendam, præſtantius quàm olim inſpirauit ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animā viuētem. *Scito ergo, & animaduerte; Ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſque ad Chriſtū ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta dua erunt.* Explicat vnde ſumendum initium hebdomadarum, & ſimul diuidit in tres partes ſeptuaginta hebdomadas, & quid poſt illas euenerit: nam poſt 7. hebdomadas, hoc eſt 94. annos, refert ędificandam plateam, & muros ciuitatis in anguſtia temporum, moleſtiam inferentibus Samaritis, impedientibusq́ue ædificationem. Nam etſi poſt duodecimum annum ab aduentu Nehemiæ inſtaurati fuerint muri ciuitatis, vt tradit liber Nehemiæ, & Ioſephus: integritas tamen ciuitatis totius cum domibus, & plateis, & reliquis, per ſe-

Legis, & Prophetarum cō plementum Chriſtus.
Act. 10.
Chriſtus cur Sanctus Sanctorum.
Iſai. 53.
1. *Petr.* 2.
1. *Ioan.* 3.
Chriſtus cur ſanctum ſubſtantiuè.
Luc. 1.
Chriſtus cur vnctus.
Pſalm. 44.
Hebr. 1.
Luc. 1.
Iſai 61.
Act. 4. & 10.
Ioel. 22.
Iſai. 44.
Ezech. 36.
Act. 2.
Gen. 2.
1. *Cor.* 15.
Hieroſolymitanę reædificationis initium, & finis.
1. *Eſdr.* 4.
2. *Eſdr.* 6.
2. *Nehem.* 5.
Ioſeph. lib. 11. *antiq.* 4. 5.
Iul. Africa.

Euſ.lib.8.de-monſt Euang. demonſtr.2. tom.1.

Quid illud, vſq; ad Chriſtum ducē, vt dixit Angel9.

Matth 3.

Hieroſolymę excidium, & templi vnde.

per ſeptem annorū durauit hebdomadas. Hinc Africanus, & Euſebius ſeptem illas primas hebdomadas ędificationi vrbis impendunt: poſt ſexaginta verò duas hebdomadas, præter iam ſeptem dictas, quæ terminandæ ſunt in Chriſtum ducem, id eſt, in Chriſtum baptizatum, & datum à Patre deſuper in Doctorem, & Principem, iuxta illud: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui:* ſecuta eſt mors Chriſti, & diſſipatio ciuitatis, & ſanctuarij per Ducem Romanum: non quidem immediatè ante poſtremam hebdomadam; ſed quia mors Meſsiæ illata, cauſa extitit diſsipationis vrbis, & templi: quare id declarans, ſubdit: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomada deficiet hoſtia, & ſacrificium; & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.*

Dan.12.
Matth.24.

Pactū Chriſti quodnam illud ſit.

Hierem 31.

Terra Chanaan, quid myſticè.

In poſtrema enim hebdomada ait cōfirmandum per ſe, & per Apoſtolos pactū, ſeu Teſtamentum nouum legis Chriſti, de quo Hieremias loquitur: non quo terra legatur Chanaan, ſed terra cuius vmbram tenuit Chanaan, terra ſcilicet viuentium, regnumq́ue cœleſte, cuius primitijs per fidem charitate viuentē nunc fruimur.

Hoc pactum Chriſtus quomodo confirmauerit.

Nam & prædicatione, & ſignis admirandis, & populorum conuerſione ad fidem, & propheticorum vaticiniorum interpretatione confirmatū eſt pactum Chriſti, & ab eo perfectum eſſe, demonſtratum.

Cur pactum multis dicitur confirmandum.

Rom.15.
Matth.17.

Multis ait confirmatum, quoniam Iudæis, & nondum adhuc Gentibus, idq́; propter promiſsiones patribus factas. Nam miniſter fuit circuncisionis, & tantùm miſſus ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Idem fecerunt Apoſtoli per illud triennium. Sed in medio huius hebdomadæ poſtremæ tradit occidendum Chriſtum. Vbi Hebraicè Chriſtus ſine articulo ponitur (etiamſi ſuperiùs in illis verbis: *vſque ad Chriſtum ducem*, poſuerit) quia illa occiſione humanitatem tantùm oſtendit, ſicut & ſignis, & prædicatione plena omni ſapientia. Imò in ipſo baptiſmo oſtenſus eſt, & à Ioanne, & à columba inſidente capiti, & à magnifica voce de cœlo delapſa, filius Dei. Ideò cum articulo dictus eſt Chriſtus ſuperiùs in textu Hebræo, qui hic non ponitur. Quanquam neſcio qua ratione ducti ſeptuaginta vertunt: *Et diſtruetur chriſma*, cùm eadem ſit vox Meſsiæ, quæ ſuperiùs. Eodem tamen referri poteſt.

Ioan.5. & aliàs.
Matth.3.
2.Petr.1.
Matth.17.

Iudæi Chriſtū quando negauerint.

Ioan.19.

Subditur in noſtro textu: *Et non erit eius populus, qui eum negaturus eſt.* Et alludit ad verba Iudæorum, qui dixerunt: *Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Hebraicè tamen legitur ואין לו, id eſt, & non ipſi, vel non ei, alij verò, Et non erit, vel non habebit, vel non erit, ſcilicet, qui opem ferat ei, vel, non ei, ſcilicet Hieruſalem, verus aliquis Sacerdos continget propterea, vt quidam exponunt. Iſidorus verò Clarius legit: Et non erit populo quicquam reliquum. Si ergo legamus: Et non ei, intelligendum eſt, nō ſibi morietur, ſed aliena culpa: Καὶ οὐ κρῖμα ἐν αὐτῷ, id eſt: *Non eſt iudicium in ipſo, ſine cauſſa cōdemnationis in ipſo.* Et interpretatur Theodoretus de Herode & Sacerdotibus nō legitimè vnctis, per Herodem alienigenam, & Romanos in templum introductis. Vel, non ei nocebit mors, quia ſtatim victor à morte reſurget: imò non tantùm ei non obſuit, ſed etiam ad gloriam profuit mors: quia granum mortuum multum fructum attulit: &, *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Si legas, Non erit, intellige, non erit excitio in veritate, ſed auctio potiùs, quia non finietur in morte, ſed in vita glorioſa. Quemadmodum dixit: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam:* nam infirmitas illa non in morte, ſed in reſurrectione terminata eſt. Porrò in hac eadem hebdomada deficiet hoſtia, & ſacrificium: quia Chriſto dicente: *Conſummatum eſt*, legalia omnia ſacrificia, & ceremonię redditę ſunt mortuæ, & inanes ad iuſtificandum: quod oſtendit velum templi diſciſſum, etiamſi nondum redditæ ſint mortiferæ, ac noxiæ; quod non contigit niſi poſt prædicatū Euangelium per vniuerſum orbem.

Theod ora.9. in Daniel. part.2.
Iſidor. Clar.
Ibidem.
Theod. ibid.
Ioan.12.
Ibidem.
Supra 11.
Infra 19.

Iudæis quando defecerit hoſtia, & ſacrificium.

Matth.27.

Nec ita præciſè capiendum eſt hoc loco dimidiū, vt partes huius hebdomadæ omninò debeant æquales exiſtere: nam illud medium eſt, quod æquè diſtat ab extremis, vt Mathematici tradunt. Verùm non ita (inquam) ſcrupuloſè, & ad viuum reſecandum eſt medium hoc loco, ſed more Scripturarum, illud quod eſt inter duo extrema, mediū habetur, & vocatur, etiamſi nō æqualiter diſtet ab illis. Ita dicitur: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* & Habacuc: *Domine, opus tuum in medio annorum viuifica illud, in medio annorum notum facies.* Simile eſt illud Sapientiæ: *Cùm quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet.* Satis ergo in propoſito videtur, ſi poſt ſeptem annos, quos continet vna hebdomada, quartus accipiatur pro medio. Et ſanè Chriſtus quarto anno currente, & per tres menſes iam elapſo mortuus eſt, quibus ſi addantur 40. dies, quibus exhibuit ſeipſum viuum Apoſtolis in multis argumentis, loquens de regno Dei, & præterea adiungas decem in alios dies, poſt quos miſſus eſt Spiritus ſanctus ad eos, cuius aduentu. &

Dimidium hebdomadis hoc loco vt ſit accipiendum.

Mediū Scriptura ſumit impropriè.

Pſalm.73.
Habac.3.
Sap.18.
Act.1.
Infra 2.

prædicatione Chriſti poſt mortem confirmati ſunt perſectè de pacto Dei nouo, inuenies propemodùm quinque menſes, qui parum diſtare videntur ab anni medietate in qua prædicitur à Daniele interficiendus Meſsias.

Quæ ſit abominatio deſolationis. *Luc.* 19.

Quid autem poſt ſeptuaginta hebdomadas contingere deberet ciuitati, & Sanctuario, declarat dicendo: *Et erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.* In quo ſignificatur aduentus Romani exercitus abominabilis, vtpotè idolorum cultoris, vt Lucas expoſuit, qui ſtetit ad euertēdam ciuitatem, & deſolandam templū. Et cùm ſuperius dixiſſet duo: alterum, quòd eſſet templum & ciuitas reædificanda: alterum quòd finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio: modò explicat, quanto tempore debeant permanere templum, & ciuitas inſtauranda: deinde quando debeat adeſſe eius deſtructio, & deſolatio, dicendo, quòd in finem vſq; ſeculi perſeuerabit deſolatio.

Quantum ſecunda ædificatio Hieroſolymitaoi perdurauerit templi.

Ex quo habemus domum ſecundam templi duraſſe per 587. vel 588. annos: nam annis 490. ab vrbis reſtauratione ad finem, adiungendi ſunt 36. vel 37. anni, qui fluxerunt à quadriennio poſt Chriſtum, ad vaſtationem factam per Titum 2. anno Veſpaſiani ad annum 61. à ſexto Darij anno, in quo expletum eſt templum, ad 20. Artaxerxis, dando ſcilicet 20. Dario, & 21. Xerxi, & vnum Artabano, & 19. Artaxerxi. Fuit autem per 46. templum fabricatum, à primo Cyri, ad 6. Darij.

Ioan. 2.

Hebræi textus in hunc locum explicatio.

Hebræa veritas pro illis verbis: *Et erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio*, ſic habet: *Eritq́; vaſtator ſuper abominationum ala, & diſluet ſuper vaſtitatem, donec conſumptio, & quidem certa deſcendat ſuper attonitum, vel ſtupentem*, vel, *propter quam alam abominationum deſtruetur*, hoc eſt propter Iudæorū magnas abominationes quas admittent, crucifigendo Chriſtum, perſequendo Apoſtolos, & reſpuendo Euangelium. Alam enim videtur vocare, ſiue extenſionem abominationum, longam ſeriem peccatorum, de qua dixit illis Dominus: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ.*

Matth. 23.

Et quod hic vocat deſolationē, Chriſtus prædixerat: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Quod poſtremò ait: *Super attonitum, vel ſtupentem:* denotat admirationē non tantùm Iudæorum, ſed etiam Romanorum, & ipſius Titi Imperatoris, imò ipſorum Prophetarum de tanta clade, & exterminio populi olim dilecti, & omnibus diuinis beneficijs cumulati.

Gen. 4. 2. *Paral.* 24. *Matth.* 23.

Quod verò deſolatio, & vaſtitas eius ſit in finem mundi, non tollit quin poſsint aliqua eius, licèt pertenuia, inueniri veſtigia. Sed quia ab alienigenis, vt dominis inhabitabitur, legibus, ac ſacrificiorum ritibus, & templi gloria, & populi Iudaici frequentia eſt omninò deſtituta, rectè dicitur deſolata. Nam his ablatis, quid eſt Hieroſolyma, niſi res vana, & inanis? Vt eleganter quidam de ea cecinerit: *Extitit in toto nil tam præſtabile mundo: Nunc reſtat, nomen præter inane, nihil.* Et tantùm gloriā, & frequentiam habet ob Chriſti in ea crucifixi, & ſepulti cauſam: quod in ſummum Iudæorum cedit dedecus, & ignominiam.

Hæc habui, quæ de Danielis Prophetæ hebdomadibus dicerem, non volens vlli meliori ſententiæ præiudicare, ſed tantùm quæ de illis ſentiebam, in medium bona fide proferre, ad iuuanda aliorum ſtudia in implicitis ſcripturarum quæſtionibus euoluendis, inter quas iſta potiſsimùm locū tenet, vt omnibus qui ſcripturas attigerunt, & vel à limine ſalutarunt, compertum eſt, atq; exploratum. Quid ſit autem abominatio deſolationis ſtans in loco, quæ ſubſecuta eſt confirmationem noui pacti, quod Iudæi reſpuerunt, ſuas quoque peculiares difficultates habet: quas non loco ſuo, id eſt, Matth. 24. explicabimus, ad quem locum diligentem lectorem inuitamus, ne hic eadem tractando, quæ alio loco ſunt agenda, extra rem agere videamur. Et hoc loco finem imponemus Prolegomenis, atque adeò primo libro ad æterni, & immortalis Mediatoris noſtri Ieſu Chriſti, de quo ſunt omnia Euangelia conſcripta, laudem, honorem, & gloriam, in ſempiternis ſeculis,

Amen.

Lavs Deo.

INDEX LOCORVM NOTABILIVM SACRAE SCRIPTVRÆ, QVÆ IN PRIMO Tomo Latiùs explicantur.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam indicat.

Ex Geneſi.

Cap.1. *IN principio creauit Deus cælum & terram, pag. 2 colum.2. & pag.139.col.2. & pag.201.1*
Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. 140.2
Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.138.1. & 140.2. & ſeq.
Fiat lux.137.2. & ſeq.
Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.41.2
Factum eſt veſpere, & mane dies vnus. 225.2
Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.242.1
Vt ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos.271.1
Cap.2. *Compleuitque Deus in die ſeptimo, &c.312*
Et benedixit diei ſeptimo. 241.2.322.2
Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio.246.1
Non eſt inuentus adiutor ſimilis illi.112.1
Quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.266.2
Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrũ viſu.283.1
Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & cæt. 284.1
Et erunt duo in carne vna.289 2
Ipſe vadit contra Aſſyrios.314.1
Cap.3. *Maledictus es inter omnia animantia.233.*
Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, & cæt. 237. col.1
Ne fortè mittat manum ſuam, & comedat, & viuat in æternum.229.2
In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo. 280.2
Inimicitias ponam inter te & mulierem.322.2
Adam cognouit vxorem ſuam.298.2
Poſſedi hominem per Deum.306.1. & 308
Cap.4. *Poſuit Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, &c.269.1*
Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.290.2
Cap 5. *Ambulauit cum Deo, & non apparuit.300.1*
Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum.226.1
Cap.6. *Videntes filij Dei filias hominum.276.2*
Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.283.2
Cap.8. *Egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ.57.1. & ſeq.*
Adduxit Dominus ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.137.1
Cap.14. *Venerunt vſque ad montem Miſphat, ipſa eſt Cades.241. col.2.*
Regem Bala ipſa eſt Segor.241.2
Da mihi animas, cætera tolle tibi.273.1
Cap.15. *Scias quia peregrinum erit ſemen tuum, & nocebunt illis, &c.225.2. & 226.1*
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.293.2
Ambula coram me, & eſto perfectus.299.2 Cap.17.
Putaſne centenario naſcetur filius.206.2. & 226.1
Dabo tibi & ſemini tuo terram, in qua habitas.279.1
Ecce teſtamentum meum tecum.371.2
Num celare potero Abraham, &c.296.1 Cap.18.
Nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos.2. & 298.2 Cap.19.
Viſitauit Dominus Saram.348.1
Extendit manum, & arripuit, &c.296.1 Cap 21.
Nunc cognoui quòd timeas Deum.146.1. & 230.2 Cap.22.
Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.310.2
Dominus benedixit Domino meo valdè.295.1
Appellauit nomen vrbis Bethel.41.2
Oſculatus eſt Iacob Rachel.233.1
Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te.295.1 Cap.24. Cap.28.
Mutauit mercedem meã decem vicib.225.2. & 226.2 Cap.29.
Animaduertit faciem Laban.321.0 Cap.30.
Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia.266. col.1. Cap.31. Cap 35.
Vidi per ſomnium quaſi Solem.536.1
Quid dabis mihi, vt ingrediaris ad me. 298.2 Cap.37.
Nec quidquid aliud nouerat, niſi panem, quo veſcebatur. 280.c.2 Cap.38.
Duodecim fratres vno patre geniti ſumus.226.1 Cap 39.
Non poſſum redire ad patrem, abſente puero.296.1 C. p.42.
Adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput. 252.1 Cap.44. Cap.47.
Donec veniat qui mittendus eſt.30.1
Beniamin lupus rapax.179.2 Cap 49.
Vocauit Iacob filios ſuos, vt eis benediceat.136.1
Catulus leonis Iuda.272.2
Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. 488.1
Imple hebdomadam dierum huius copulæ.522.2

Ex Exodo.

Ego ſum qui ſum.141.1. Cap 3.
Non ſum verborum ego.259.1 Cap.4.
Dixi tibi, Dimitte filium meum.276.1
Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius.320.1
Quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone.315.1 Cap.5.
Inducam vos in terram ſuper quam leuaui manum meã. 295.2 Cap.6.
Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.143.2
Celebrabitis diem ſolennem Domino, &c.370.1 Cap.7.
In primo die erit fermentatum, &c.312.2 Cap.12.
Omne maſculinum adaperiens vuluam.297.2
Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.300.1 Cap 13.
Dominus regnabit in æternum, & vltrà.279.2 Cap.14.
Quando ſedebamus ſuper ollas carnium.315.1 Cap 15.
Non facies tibi ſculptile. 131.2 Cop 16.
Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.395.2 Cop.20.
Nullusque apud te per ſe innocens eſt.226.2 Cap.24.
Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.375.2 Cop.28.
Peccauit populus tuus.267.2
Deos conflatiles non facies.236.1 cop 32.
Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primis, &c. cop.34.

Ex Levitico.

Poſita vtraque manu ſuper caput hirci.292.2 cap.4.
Manebit in ſanguine purificationis ſuæ.274.2 cap.12.
Non reuelabis turpitudinem.298.2 cap.18.
Omnis homo ad proximũ ſanguinis ſui non accedet. 274. col.2.

Non morabitur opus mercenarij tui vſque manè.263.2
Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis, &c. 286.1
Cap.20. Si quis dederit de ſemine ſuo Moloch.235.2

EX NVMER.

Cap.14. Tentauerunt me iam per decem vices 355.1
Cap.27. Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo ſpiritus Dei, &c. 292.1
Ad verbum eius ingredietur, & egredietur, &c.198.1

EX DEVTERON.

Cap.4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.4.2
Cap.5. Non concupiſces.148.1
Cap.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. 273.1
Cap.21. Maledictus omnis qui pendet in ligno.35.2
Cap.31. Non poſſum vltrà egredi, & ingredi. 298.2
Cap.32. Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael.58.1
Conſtituit eum ſuper excelſam terram.58.2
Sanguinem vuæ biberetis meraciſſimum 197.1
Cap.vlt. Leuabo ad cælum manum meam.295.2
Ioſue filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ.192.1
Non cognouit homo ſepulchrum eius.319.1

EX IOSVE.

Cap.19. Et pertranſit in Zabulon contra Meridiem, & in Aſſer contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum Solis.490.1

EX LIBRO IVDICVM.

Cap.1. Ceperunt ciuitatem, & percuſſerunt in ore gladij.312.2
Cap.12. Poſui animam meam in manibus meis.299.2
Cap.15. Et reduxerunt eum de petra, & venit vſque ad maxillam.242.2
Cap.20. Omnes anguli populorum, &c. in Eccleſia Dei conuenerunt.150.2

EX RVTH.

Cap.2. Inueni gratiam apud oculos tuos, qui conſolatus es me. 299.1
Cap.4. Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam ſicut Rachel, & Liam 298.1

EX I. REGVM.

Cap.2. Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet.298.1
Cap.3. Donec ſterilis peperit plurimos.363.1
Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.301.1
Cap.7. Quis ego ſum Domine Deus.207.1
Requieuit omnis domus Iſrael.300.2
Cap.13. Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpiſſet. 272.2
Cap.14. Accedite omnes anguli populorum.251.1
Cap.15. Suſcipe benedictionem hanc.295.2
Cap.19. Poſuit animam ſuam in manu ſua.299.2
Cap.27. Erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.376.1
Cap.28. Cras tu, & filij tui mecum eritis.320.1
Poſui animam meam in manu mea. 194.2
Cap.30. Potes me ducere ad cuneum iſtum.196.1

EX II. REGVM.

Cap.1. Saul, & Ionathas amabiles, & decori valdè. 289.1
Cap.2. Et nunc retribuet vobis Dominus miſericordiam, & veritatem 300.2
Cap.4. Cui oportebat mercedem dare pro nuntio 380.2
Cap.7. Ego ero in patrem, & ipſe erit mihi in filium.79.1
Cap.12. Vriam inquit Hethæum percuſſiſti gladio.145.2
Lotus vnctuſque eſt, & comedit.218.1
Cap.18. Non eris bonus nuntij baiulus.380.2

EX III. REGVM.

Cap.3. Ego ſum puer paruulus & ignorans egreſſum, & introitum meum.298.2
Quia ambulant coram te in toto corde ſuo.300.1 Cap.2.
Vt ambulem coram me ſicut tu ambulaſti. ibid.
Non cecidit ne vnum quidem ſermo.301.1 Cap 11.
Vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo.278.2
Ecce ego demetam poſteriora.298.1 Cap.16.
En colligo duo ligna.225.1 Cap 17.
Et omne os quod non adorauit eum oſculans manus, &c. 225.7 Cap.19.
Non glorietur accinctus æquè vt diſcinctus.301.1 Cap.20.
Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua.298.1 Cap.21.

EX IV. REGVM.

Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum. 301.1 Cap.4.
Domine memento quæſo quomodo ambulauerim coram te.299.2 Cap.8.
Da mihi manum tuam, qui dedit ei manum ſuam. 298.1 Cap.4.
Quomodo reſtituit Damaſcum.245.1 Cap.14.

EX II. PARALIPOMEN.

Cumque ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iuda, & Hieruſalem in domo Domini ante atrium nouum.512.1 Caap.20.

EX TOBIA.

Nunquid poteris perducere filium meum.296.1 Cap 5.
Apprehendens dexteram filiæ ſuæ, dextræ Tobiæ tradidit.221.2 Cap.7.
Portæ Hieruſalem ex Saphyro, & Smaragdo ædificabuntur.287.2 Cap.13.

EX IVDITH.

Nabuchodonoſor Rex irruit per Thronum, & Regnum ſuum.291.2 Cap.2.

EX ESTHER.

Egreditur edictum à facie tua. Cap.1.
Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum.235.1
Ne tradas Domine Regnum tuum his.281.7 Cap.14.

EX IOB.

Vnde venis.208.1 Cap.1.
Erat magnus inter omnes Orientales.220.1 Cap.2.
Extende paululum manum tuam.296.1
Cùm quadam die veniſſent filij Dei.32.1
Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus.235.1
Ecce in manu tua eſt.273.1
Pellem pro pelle, &c.292.1
Benedic Deo, & morere.295.1
Quare non in vulua mortuus ſum.159.1 Cap.3.
Pereat dies in qua natus ſum. 160.1. & 199.2. & 233.1 Cap.4.
Conceptum ſermonem tenere quis poterit.296.2 Cap.3.
In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.225.2 Cap.6.
Vtinam appenderentur peccata mea, &c.160.2 Cap.7.
Sicut mercenarius præſtolatur finem operis.263. 2
Militia eſt vita hominis ſuper terram 218.2
Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri.129.1.& 2 Cap 9.
Abominabuntur me veſtimenta mea.146.1
Viro cuius abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris. 153.2
Non eſt, qui vtrumque valeat arguere, & ponere manũ ſuam in ambobus. 291.2
Et animam meam porto in manibus meis. 299.2 Cap. 13.
Halitum meum exhorruit vxor mea. 153.2 Cap.19.
Vel celte ſculpantur in ſilice.249.2
Maledicta ſit pars eius in terra, nec ambulet per viam, &c.186.2 Cap.24.
Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum.291. 2 Cap.26.

Spiritus eius ornauit cælos, & obſtetricante manu eius, &c.291.2
Cap.31. *Oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima.300.2*
Cap.33. *Tunc aperit aures virorum.297.1.*
Quia ſemel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit.2.2.& 3.1
Cap.36. *In manibus abſcondit lucem.81.*
Cap.38. *Aſtra matutina.32.1.& 134.2.& 140.1.*

EX PSALMIS.

Pſal.1. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum.164.1*
Pſal.2. *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus.81.1*
Pſal.2. *Quare fremuerunt gentes.164.1*
Poſſeſſionem tuam terminos terræ.272.2
Tunc loquetur ad eos in ira ſua.320.2
Aſtiterunt Reges terræ.266.1
Pſal.3. *Tu autem Domine ſuſceptor meus es.164.1*
Domine à paucis de terra diuide eos.270.1
Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me.328.2
Pſal.4. *Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus.164.2*
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.331.1
Pſal.5. *Quoniam irritauerunt te Domine.323.1*
Pſal.6. *Et anima mea turbata eſt valdè.25.2*
Pſal.7. *Ecce parturit iniuſtitiam, &c.138.2*
Pſal.8. *Quis eſt homo quod memor es eius.348.1*
Pſal.9. *Conuertantur peccatores in infernum.290.1*
Inimici defecerunt framea.246.1.& 272.1
Pſal.11. *Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum. 4.1. & 334.1*
Eloquia Domini, eloquia caſta, &c.4.1.& 272.2
Pſal.12. *Non eſt qui faciat bonum.354.2*
Pſal.13. *Non eſt iuſtus quiſquam, &c.120.1. & 120.1. & 120.2*
Pſal.14. *Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.39.1*
Notas mihi feciſti vias vitæ. 284.1
Pſal.15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. 300.1.*
Funes ceciderunt mihi in præclaris.
Ego clamaui, quoniam exaudiſti me.327.1
Pſal.16. *De vultu tuo iudicium meum prodeat.300.1*
Pſal.17. *Diligam te Domine fortitudo mea.144.2*
Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine. 283.1. & 278.2
Præcinxiſti me virtute ad bellum.301.1
Pſal.18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.34.1*
Et enim ſeruus tuus cuſtodit ea.248.2
Non ſunt loquelæ neque ſermones.263.2
In Sole poſuit tabernaculum ſuum.305.1.& 348.1
Si mei non fuerint dominati.244.2
Quoniam dabis eum in benedictione.290.1
Pſal.20. *Locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.299.2*
Pſal.21. *Longe à ſalute mea, &c.173.2*
Vermis ſum & non homo. ibid.
Paraſti in conſpectu meo menſam.9.2
Pſal.22. *Quoniam ipſe ſuper maria fundauit eum.315.1*
Pſal.23. *Laudamini in nomine ſancto eius.302.1*
Pſal.25. *Vt videam voluntatem Domini.249.1*
Pſal.26. *Vnam petij à Domino, &c.254.1*
Pſal.28. *Subſtantia mea apud te eſt.313.2*
Aduena ego ſum apud te. ibid.
Pſal.29. *Ad veſperum demorabitur fletus.150.2*
Pſal.30. *In manus tuas commendo ſpiritum meum.282.2*
Pſal.31. *Apud te laus mea in Eccleſia magna.313.2*
Pſal.33. *In Domino laudabitur anima mea.302.1*
Benedicam Dominum in omni tempore. ibid.
Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuã Deus.328.2
Immittet Angelus Domini in circuitu.247.1
Odio habuerunt me gratis.318.2 Pſal.33.
Euge, euge, viderunt oculi noſtri.322.1
Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum. 290.1. & in laqueum cadat in ipſum 290.2
Induantur confuſione & reuerentia.249.1
Quaſi proximum, & quaſi fratrem ſic complacebam.254.1
Iuſtitia tua ſicut montes Dei.261.2 Pſal.35.
Apud Dominum greſſus hominis dirigetur.313.2 Pſal.36.
Et inferius ſuos conſolabitur.289.2
Remitte mihi vt refrigerer, &c.282.1 Pſal.38.
Semel iuraui in ſancto meo.194.1
Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.247.2
Tunc dixi ecce venio 288.2
Expectans expectaui.152.2 Pſal.39.
In capite libri ſcriptum eſt de me.5.1
Sitiuit anima mea ad Dominum fontem viuum.249.1 Pſal.41.
Abyſſus abyſſum inuocat.350.2
Si obliti ſumus nomen Dei noſtri.225.2
In te inimicos noſtros ventilabimus.311.2 Pſal.43.
A voce exprobrantis, & obloquentis, &c.307.2
In Deo laudabimur tota die 302.1
Nonne Deus requiret iſta?206.2
Propterea vnxit te Deus, Deus tuus.15.1.& 245.2
Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent.259.2 Pſal.44.
Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem.263.1
Adducentur Regi virgines poſt eam.222.1
Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.570.2 Pſal.45.
Da nobis auxilium de tribulatione.309.1
Quique terrigenæ, & filij hominum.276.2
Quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.246.2 Pſal.46.
In ſpiritu vehementi conteret naues tharſis.137.1 Pſal.47.
Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.204.2
Magnus Dominus, & laudabilis nimis.289.1
Iniquitas calcanei mei circumdabit me.291.1
Cùm interierit non ſumet omnia.269.1 Pſal.48.
Frater non redimit, redimet homo.121.2
Quibus iuraui in ira mea, &c.325.1 Pſal.49.
Peccatum meum contra eſt.314.1.& 246.2 Pſal.50.
Exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam.288.2
Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.326.2
Cor mundum crea in me Deus.295.1
Quis dabit ex Sion ſalutare.285.1 Pſal.52.
Et fortes quæſierunt animam meam.323.2 Pſal.53.
Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet.320.2 Pſal.54.
Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.348.2
Extendit manus ſuas in retribuendo.285.2 Pſal.57.
Si verè vtique iuſtitiam loquimini.325.1 Pſal.58.
Quia ecce ceperunt animam meam.248.1 Pſal.59.
Oſtendiſti populo tuo dura.299.1
Non egredieris Deus in virtutibus noſtris.310.1
Mihi alienigenæ ſubditi ſunt.492.2
Deus Deus meus ad te de luce vigilo.143.1
Et in nomine tuo leuabo manus meas.295.2 Pſal.62.
Laudabuntur omnes qui iurant in eo. 302.1. & 310.2.
Et laudabuntur omnes recti corde.302.1 Pſal.63.
Non dedit in commotionem pedes meos.290.1 Pſal.65.
Introibo in domum tuam.311.1
Quàm terribilia ſunt opera tua Domine.328.2

Tran-

Pſal.67. *Tranſiuimus per ignem, & aquam.394.1*
Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus.9.2
Niue dealbabuntur in Selmon.272.2
Vt excludat eos, qui probati ſunt argento.ibid.
Pſal.68. *A templo tuo quod eſt in Hieruſalem, &c.207.2*
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum. 232. 2. & 290.1
Dederunt in eſcam meam fel.311.2
Pſal.69. *In Deo faciemus virtutem.299.1*
Pſal.70. *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes.ibid.*
Pſal.71. *Ante Solem permanet nomen eius.313.2*
Pſal.72. *Intelligam in nouiſſimis eorum.289.2*
Pſal.73. *Defecit cor meum, & caro mea.351.1*
Pſal.73. *Deus autem noſter ante ſecula, &c.577.2*
Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, & cæt. 240.2
Pſal.74. *Ibi confregit potentias, arcum, &c.249.1*
Pſal.75. *Deduxiſti ſicut oues populum tuum, &c.510.1*
Pſal.76. *De poſt fœtantes accepit eum.317.2*
Pſal.77. *Et ſorte diuiſit eis terram, &c.620.1*
Et ædificauit ſicut Vnicornium.31.1
Generatio quæ non direxit cor ſuum, &c.252.1
Spiritus vadens, & non rediens.120.2
Pſal.80. *In tribulatione inuocaſti me, &c.230.2*
Pſal.81. *De petra melle ſaturauit eos.152.1. & 273.2*
Vos autem ſicut homines moriemini.120.2
Pſal.82. *Hæreditabis in omnibus gentibus.289.2. & 302.1*
Pſal.83. *Sicut ſtipulam ante faciem venti.313.7*
Pſal.84. *Videbitur Deus deorum in Sion.507.2*
Veruntamè Deus confringet capita inimicorum ſuorum. 327.2
Pſal.86. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.508.2*
Ecce alienigenæ & Tyrus.492.2
Nunquid Sion dicet.249.2
Currus Dei decem millibus multiplex.262.1
Homo, & homo natus eſt in ea.262.2. & 272.1
Pſal.88. *Tunc locutus eſt in viſione.174.2*
Pſal.88. *Tu humiliaſti, ſicut vulneratum, ſuperbum.236.2*
Si Dauid mentiar.241.1
Auertiſti teſtamentum ſerui tui.249.1
Pſal.91. *Et ego primogenitum ponam illum, &c.260.1*
Pſal.93. *Semel iuraui in ſancto meo.310.1. & 325.2*
Pſal.95. *Et benè patientes erunt, vt annuntient, &c.247.2*
Quis conſurget mihi, &c.285.1
Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit, &c.33.1
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum.ibid.
Pſal.98. *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius.311.1*
Pſal.100. *Oculi mei ad fideles terræ.217.1*
Potentes virtute facitis verbum.275.2
Pſal.101. *Quia cinerem tanquàm panem manducabam. 327.2. & 290.2*
Scribantur hæc in generatione altera.68.1
Initio tu Domine terram fundaſti.138.2
Qui facis Angelos tuos ſpiritus. 367.1. 104.1. & 270.2.
Pſal.103. *Draco iſte quem formaſti.230.2*
Fecit Lunam in tempora.271.1
Et reſpicit terram, & facit tremere.290.2
Tange montes, & fumigabunt.290.2
Quàm magnificata ſunt opera tua Domine.328.2
Et crediderunt in verbo eius.305.1
Omne firmamentum panis contriuit.280.2
Dedit illis regiones gentium, &c.263.2
Dixit, & venit Cynomia.249.1
Pſal.104. *Et dedit terram eorum ranas.ibid.*
Semen Abraham ſerui eius.244.2

Et omnis iniquitas oppilabit os ſuum.263.1
Effuſa eſt contentio ſuper Principes.248.2 Pſal.106.
Quis deducet me in ciuitates munitas.507.2 Pſal.107.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi.313.2 Pſal.108.
Genua mea infirmata ſunt, 291.1
Conſtitue ſuper eum peccatorem.199.2
Tecum principium.244.1. & 252.1 Pſal.109.
In mandatis eius volet nimis.289.2 Pſal.111.
In exitu Iſrael de Aegypto.34.1 Pſal.113.
Quid retribuam Domino.300.2 Pſal.115.
Omnem eſcam abominata eſt anima eorum.270.1 Pſal.116.
Bonum eſt confidere in Domino.260.2 Pſal.117.
Caſtigans caſtigauit me.213.2
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius.11.1 Pſal.118.
Declaratio ſermonum tuorum illuminat.19.1
Lucerna pedibus meis verbum tuum.ibid.
Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas. 248.2
Bonum mihi lex oris tui.259.1
Bonum mihi, quia humiliaſti me.ibid.
Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum.260.1
Super omnes docentes me intellexi.ibid.
Tempus faciendi Domine, &c.271.1
In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas.279.2
Anima mea in manibus meis ſemper.299.2. & 323.2
Retribue ſeruo tuo, &c.300.2
A mandatis tuis intellexi.307.2
Principes perſecuti ſunt me gratis.318.2
Quomodo dilexi legem tuam Domine.328.2
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi.272.2 Pſal.119.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, &c.298.2 Pſal.120.
Illuc enim aſcenderunt tribus, &c.262.1 Pſal.121.
Opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.281.2 Pſal.122.
Forſitan aqua abſorbuiſſet nos.249.1 Pſal.123.
Montes in circuitu eius.508.1. Pſal.124.
In conuertendo captiuitatem Sion.285.2 Pſal.125.
Niſi Dominus ædificauerit domum.298.1 Pſal.126.
Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum.246.2. & 247.1
Labores manuum tuarum, quia manducabis. 236.2. & 263.2 Pſal.127.
Sæpè expugnauerunt me, &c.253.2
Quia apud te propitiatio eſt.263.2 Pſal.128.
Qui diuiſit mare rubrum.265.2 Pſal.129.
Si introiero in tabernaculum domus meæ.325.2 Pſal.130.
Qui firmauit terram ſuper aquas.315.1 Pſal.131.
Super flumina Babylonis illic ſedimus.315.1. & 245.2 Pſal.135.
Si oblitus fuero tui Hieruſalem, &.325.2 Pſal.136.
Beatus qui tenebit, &c.257.1
Non eſt occultatum os meum à te.245.2. & 251.2 Pſal.138.
Si ſumpſero pennas meas diluculo.254.1
Quia tenebræ non obſcurabuntur.302.1
Si occideris Deus peccatores.336.1
Mirabilis facta eſt ſcientia tua.260.1
Dirigatur Domine oratio mea.295.2
Non auertas faciem tuam à me.212.2 Pſal.140.
Beatum dixerunt populum, &c.261.1 Pſal.142.
Qui poſuit fines tuos pacem.507.2 Pſal.143.
Laudate Dominum de cælis.309.1 Pſal.147.

EX LIB. PROVERB. Pſal.148.

Intelligens gubernacula poſſidebit.120.1
Cum eo eram cuncta componens.134.1. & 140.1 Cap.1.
Et deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.134.1 Cap.8.
Et deprimit terrena, &c.339.1
Vbi eſt humilitas, ibi & ſapientia.7.2 Cap.9. Cap.11.
Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt.349.2
Multi cibi in noualibus patrum.133.1 Cap.13.

Vniuer.

Cap.16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. 316 2
Cap.20. Pondus & pondus abominabile eſt.262.2
Cap.22. Ecce deſcripſi eam tibi.69.1
Cap.25. Mala aurea in lectis argenteis.ibid.
Cap 28. Aqua frigida animæ ſitienti.349.1
Cap.29. Rex impius,tanquàm Leo rugiens.ibid.
Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus.273 2
Cap.30. Formica populus infirmus,&c.244.2
Omnis ſermo Dei ignitus.30.2
Cap.31. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra,& fatua.244.2

EX ECCLESIASTE.

Cap.1. Vanitas vanitatum,& omnia vanitas.105.1.& 166.1.& 167.1.& 262.1
Cap 2. Si vnus,& ſtulti,& meus occaſus erit,quid mihi prodeſt,&c.181.1
Cap.4. Vnus eſt,& ſecundum non habet.291.1
Cap.10. Si ſpiritus poteſtatem habentis,&c.274.1
Cap.11. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua,&c.180.2
Da partes 7.nec non & octo,&c.273.2

EX CANTICIS CANT.

Cap.1. Oſculetur me oſculo oris ſui.199.1
Si ignoras te,O pulcherrima inter mulieres egredere,&c.199.2
Cap.2. Sicut lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias,&c.260.1
Cap.4. Surge Aquilo,veni Auſter.348.2
Cap.8. Quis mihi det te fratrem meum.207.1.& 285.1.
Quid faciemus ſorori noſtræ.298.2
Fuge dilecte mi,& aſſimilare capreæ,hinnuloque ceruorum.181.2

EX LIB. SAPIENTIAE.

Cap.1. Spiritus enim ſanctus effugiet fictum.8.2
Quoniam Deus mortem non fecit,ſed homo eam,& cæt.114.1
Errauimus à via veritatis.349.2
Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.274.2
Cap.2. Vino pretioſo & vnguento nos impleamus.218.1
Coronemus nos roſis.220.1
Cap.4. Cani ſunt ſenſus hominis.244.0
Cap 7. Optaui & datus eſt mihi ſenſus.339.1
Cap 9. Senſum autem tuum quis ſciet.ibid.
Cap 11. Non enim impoſsibilis erat manus tua,quæ creauit orbē,&c.136.2.139.1
Et fuit illis in velamento diei.302.2
Cap.12. Cùm ergo ſis iuſtus,iuſtè omnia diſponis.15.1
Cap 17. Creauit illis ſcientiam ſpiritus,& ſenſu impleuit cor illorum,&c.339.2

EX ECCLESIASTICO.

Cap.1. Labia mea enarrabunt ſenſum illius.339.1
Qui ſine timore eſt,non poterit iuſtificari.115.1
Cap.7. Retribue parentibus,quomodo & ille tibi.300.2
Cap.13. Venatio Leonis Onager in eremo.263.1
Cap.17. Ab initio,& ante ſecula creata ſum.264.2
Cap.18. Cùm conſummauerit homo,tunc incipiet.16.1
Qui viuit in æternum,creauit omnia ſimul.113 1
Poſt concupiſcentias tuas non eas.314.1
Cap.21. Honora medicum propter neceſsitatem.319.2
Cap.24. Fili concupiſcens ſapientiam,& conſerua iuſtitiam.8.1
Quaſi libanus non inciſus vaporaui habitationem meā.497.1
Qui elucidant me,vitam æternam habebunt.7.2
Cap.29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis.210.2
Repromiſsio nequiſsima multos perdidit.249.2
Cap.31. Rectorem te poſuerunt,noli extolli.218.2.& 219.1

ſtatuit et teſtamentum æternum.372.1 Cap. 41.
Luminare quod minuitur in conſummatione.253.1 Cap.14.
In tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.263.1 Cap.44.
Qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum.253.2 Cap 47.
Libauit de ſanguine vuæ.274 2 Cap 50.

EX ISAIA.

Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen.108.2.& 321.1 Cap.1.
Viſio Iſaiæ,quam vidit ſupra Iudam.315.2
Conflabunt gladios ſuos in vomeres 317.1. Cap.2.
De Sion exibit lex,& verbum Domini,&c.422.1.& 2.
Væ animæ eorum,quoniam reddita ſunt eis mala,dicite iuſto,quoniam benè.127.1 Cap 3.
Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion.306.1 Cap.4.
In auribus meis ſunt hæc,dicit Dominus.ibid. Cap 5.
Et erit ſicut populus ſic ſacerdos.312.1
Væ qui dicitis bonum malum.245.1
Expectaui vt faceret vuas,&c.87.& 252.1.
Incraſſatum eſt enim cor populi huius.18.2 Cap.6.
Ecce ego,mitte me.288.2 Cap.7.
Butyrum,& mel comedet,&c.326 2
Requieuit Syria ſuper Ephraim.300.2
Niſi credideritis,non intelligetis.7.2
Signa legem in diſcipulis meis,&c.10.2
Pro eo quod abiecit populus iſte Siloe.31.1 Cap.8.
Voca nomen eius,accelera,ſpolia detrahe.288.2
Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.390.1 Cap.9.
Paruulus natus eſt nobis.284.1
Terra Zabulon,terra Nephtalim via maris.272.2
Multiplicabitur eius Imperium.86.1
Vocabitur nomen eius conſiliarius,&c.8.2
Cuius Imperium ſuper humerum eius.33.2
Habitabit lupus cum agno,&c 131.1
Et erit ſepulchrum eius glorioſum.ibid. Cap.11.
Exite,exite de medio eorum,&c. 211.1.& ibidem ſimiliter in. Cap 12.
Sedebo in monte teſtamenti.371.2 Cap.14.
Sicut vt putaui ita erit,&c.316.1
Conquieuit,& ſiluit omnis terra,300.1
Onus Babylonis.175 1
Emitte agnum Domine dominatorem terræ.272.2 Cap.15.
In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria,&c.278.2 Cap.16.
Væ terræ cymbalo alarum,323.1
Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.189.2 Cap. 18.
Deceperunt Aegyptum,&c.350.2 Cap.19.
Dabitur liber neſcienti,& dicet:Neſcio legere.66.2 Cap.21.
Dixit cuſtos,venit mane & nox.320.1 Cap 22.
Si dimittetur iniquitas hæc vobis,donec moriamini.305.2
Elongaſti omnes terminos terræ.305.1 Cap.26.
Væ coronæ ſuperbiæ,&c.87.2 Cap.28.
In alijs linguis,& labijs alijs loquar populo huic,&c.33.2
Ecce mittam in fundamentis Sion.351.1
Non faciet auolare à te vltra doctorem tuum,& erunt oculi tui,&c.7.1 Cap.30.
Erit opus iuſtitiæ pax.263.2 Cap.32.
Poſt te caput mouit filia Hieruſalem.299.2 Cap.37.
Diſpone domui tuæ,quia morieris.&c.110.2 Cap.38.
Quid reſpondebit mihi cùm ipſe fecerim.249.1
Non fuit verbum quòd non oſtenderim eis,&c.275.1 Cap.39.
Loquimini ad cor Hieruſalem.278.& 299.1 Cap.40.
Vocabitur tibi nomen nouum.181.2 Cap 41.
Ego Dominus creaui eum.294.2 Cap.45.
Iubilate montes laudem.232.2 Cap.49.

Dedi te in lucem gentium,110.2.
Cap 50. *Deus aperuit mihi aurem*,297.1
Cap 52. *Iugiter tota die nomen meum blaſphematur*,66.2
Quàm ſpecioſi pedes annunciantis pacem, &c. 110.2
Cæli ſicut fumus liqueſcent, &c. *ſalus autem mea in ſempiternum erit*, &c.621.2
Cap.53. *Generationem eius quis enarrabit, qui abſciſſus eſt de terra viuentium*,259.1.81.1.& *ſeq*.& 207.1
Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit,83.1
Domine, quis credidit auditui noſtro,174.2
Vidimus eum, & non erat aſpectus, &c.217.2
Cap.54. *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum*,284.1
Quia plures filij deſertæ magis quàm eius, quæ habebat virum,347.1.& 260.2
Cap 55. *Ecce tu iratus es, & peccauimus*,323.1
Lauda ſterilis, quæ non paris,284.2
Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, &c.228.2
Sic erit verbum quod egredietur de ore meo; &c.301.1
Cap 56. *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen*, &c.260.2
Cap.57. *Non eſt pax impijs*,182.2
Cap.61. *Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro*,450.2
Cap.64. *A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus*, &c.1.2. *neque oculus vidit, neq; auris audiuit*, &c.131.2
Cap.65. *Expandi manus tota die*, &c.296
Cap.66. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*,232.2

Ex Ieremia.

Cap.1. *A, a, a, Domine Deus neſcio loqui*,322.7
Cap.2. *Virgam vigilantem ego video*,252.2
Cap 7. *Ambulauerunt poſt vanitatem*,314.2
Cap 8. *Locutus ſum mane conſurgens*, &c.319.2
Quomodo dicitis, ſapientes non ſumus, vſq; ad illud mendax ſcribarum,19.2
A minimo vſq; ad maximum omnes auaritiam ſequuntur,30.1
Mittamus lignum in panem eius,34
Cap.11. *Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam*, &c. & *vos poteritis*, &c.296.2
Cap 13.
Cap 18. *Omnis qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum*,299.2
Cap.19. *Quæ non præcepi, nec loquutus ſum*, &c.146.2
Cap.20. *Maledicta dies in qua natus ſum*,159.2
Cap.22. *Sepultura aſini ſepelietur*,:25.1
Cap.23. *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis*,91
Et peruertiſtis verba Dei viuentis,38.1
Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam, &c.152.2
Quid paleis ad triticum? nunquid non verba mea, &c. 331.2
Cap 28. *Tulit Ananias Propheta catenam*,168.2
Cap.31. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum*, &c.371.1
Creauit Dominus nouum ſuper terram,294.2
Cap.38. *Si accidero te, etſi tradidero te in manus virorum iſtorum*,325 2

Ex Threnis Ierem.

Cap.1. *Plorans plorauit in nocte*,286.2
Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me,351.1
Cap.3. *Leuemus corda noſtra cum manibus* &c.296
Cap.4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*. 12.1
Miſericordia Domini quia non ſumus conſumpti,245.1
Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus. 479.1

Ex Ezechiele.

Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebant, cùm ambularent,4.1 Cap.1.
Filius hominis,244.2
Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies Leonis, &c.460.1
Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, qui erat ſcriptus intus & foris,69.1 Cap.2.
Scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. 347.2
Ingredere ad tranſmigrationem, ad filios populi tui. 267.2 Cap.3.
Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar.408.2 Cap.10.
Væ iis, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, &c.220.1 Cap.13.
Homo, homo de domo Iſrael,262.2 Cap 14.
Anima quæ peccauerit, ipſa morietur,131.2 Cap.18.
Occidam in te iuſtum, & impium,123.2 Cap 21.
Fili hominis vaticinare contra Gog & Magog,79.1 Cap.29.
Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti Draco magne,118.1

Ex Daniele.

Confundantur omnes, qui oſtendunt ſeruis tuis mala. 299.1 Cap.3.
Et ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat. 321.1 Cap.7.
Vir deſideriorum es,8.2
Cùm videritis abominationem deſolationis,10.2 Cap.8.
Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, &c.267.2. & *latè*.521.2.& *ſequentibus totum caput exponit præſertim à* 540.1
Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium. 253.2
Ego Daniel panem deſiderabilem non comedi, & *cæt*. 210.1 Cap.10.
Et vnguento non vnctus ſum,286.2
In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarū diebus,289.1
Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, et qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates,7.2 Cap.12.
Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſq; ad tẽpus, & multiplex erit ſcientia,10.2
Dic ſub qua arbore videris colloquentes ſibi,298.2 Cap.13.

Ex Osea.

Viſitabo ſanguinem Iſrael,274.2 Cap.1.
Principium loquendi Domino in Oſee,289.2
Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius, 299.1 Cap.2.
Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti, 348.2
Sacerdotes peccata populi mei comedent,173.1
Iudicium Domini cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob. 348.1 Cap.3.
Sanguis ſanguinem tetigit,274.2
Miſericordiam volo, & non ſacrificium,26.1 Cap.4.
Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius,320.1 Cap.6.

Ex Ioele.

Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum, & *cæt*. 277.1 Cap.1.
Lætamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ.7.1.& 2 Cap.2.
Sol conuertetur in tenebras; & *Luna in ſanguinem*. 274.2

EX AMOS.

Cap.2. Super tribus ſce[l]eribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eam pro eo quòd vendiderit pro argento iuſtum & pauperem pro calceamentis. 351. & 226.2 & 363.2

Cap.3. Si erit malum in ciuitate quòd Dominus nō fecerit. 199. col.1.

Non faciet Dominus Deus verbum, &c. 275.1

Viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras 348.1

Cap.4. Offerte manè victimas veſtras tribus diebus decimas veſtras. 198. col.2.

Poſtquàm autem hæc fecero tibi præparare in occurſum Dei tui Iſrael. ibid.

Cap 6. Væ vobis qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege, &c. 217.c.2

Bibentes vinum in phialis & optimo vnguento delibuti. 218.1

EX ABDIA.

Cap.1. Bibent omnes gentes iugiter, & bibent, & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint. 281.2

EX IONA.

Cap.3. Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.

Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus. 207.2

Cap.4. Et præparauit Dominus Dominus Deus hederam. 59.2

EX MICHEA.

Cap.5. Et tu Bethleem terra Iuda, &c. 108.1

EX ABACVCH.

Cap.2. Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur vſque ad illud: Iuſtus autem in fide ſua viuit. 83 2

Cap 3. Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. 405.1

Domine opus tuū in medio annorum, viuifica illud. 543.2

EX SOPHONIA.

Cap.3. Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini, & ſeruiant ei humero vno. 257.2

EX ZACHARIA.

Cap.1. Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos. 439.1

Cap.3. Super lapidem vnum ſeptem oculi. 226.2

Cap.9. Emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. 348. col.1.

Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui, &c. 378.2

Cap 11. Aperi Libane portas tuas, &c. 234.2.513.2

Cap.12. Aſpicient ad me quem confixerunt. 34.2. & 251.2

Cap 14. Hoc erit peccatum Aegypti, &c. 274.1

EX MALACHIA.

Cap.2. Si offeratis cæcum ad immolandum, &c. offer illud duci tuo, ſi placuerit ei. 325.1. & 2

Cap.3. Ecce ego mitto Angelum meum & præparabit viam ante faciem meam. 108.2

EX PRIMO MACHAB.

Cap.1. Et ſiluit terra in conſpectu eius. 300.1

EX II. MACHAB.

Cap.1. Et meminerit teſtamenti ſui quod loquutus eſt Abraham & Iſaac ſeruorum ſuorum fidelium. 13.1

Cap.4. Et optimos quoſque Epheborum in lupanaribus ponere 251.1

Cap 12. Vt à peccatis ſoluantur. 247.1

EX MATTHAEO.

Cap.1. Filij Dauid, filij Abraham 124.1

1. Genuit Phares, & Zaram de Thamar. 308.1

1. Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione, &c. 312.2

Non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum. 319.1 1.

Quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. 328.1 1.

Ex Aegypto vocaui filium 341.2. & 79.1 Cap. 2.

Videns Herodes quoniam illuſus eſſet à Magis. 327.1 2.

Vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, quoniā Nazareus vocabitur. 266.1 2.

Noluit conſolari quia non ſunt 281.2

Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 245.1 Cap 3.

Pœnitentiam agite, appropinquabit, &c. 283.1 3.

In diebus illis venit Ioannes Baptiſta, &c. 312.1 3.

Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ. 279.2 Cap 4.

Beati mundo corde, quoniam ipſi, &c. 18.1 Cap.5.

Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit, &c. 113.2 5.

Beati eſtis cùm dixerint omne malum, &c. 270.1 5.

Beati pauperes ſpiritu. 306.1 5.

Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. 304.2 5.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. 326.1

Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. 326.1 Cap.6.

Panem noſtrum quotidianum, &c. 319.2 6.

Libera nos à malo. 245.2 6.

Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, &c. 220.1 6.

Dimitte nobis debita noſtra. 120.2

Omnis qui petit accipit, &c. 294.1 Cap.7.

Tunc confitebor illis, quia nunquam noui eos. 327.1 7.

Quam anguſta porta, & arcta via eſt. 328.2 7.

Nam & ego homo ſum, &c. 213.2 7.

Confeſtim mundata eſt lepra eius. 290.1 Cap.8.

Puer meus iacet in domo, &c. 278.1 8.

Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, &c. 296.1 8.

In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. 113.2 Cap 9.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. 123.2 Cap.10.

Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. 8.1 Cap.11.

Qui recipit iuſtum tantùm in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. 123.2

Nemo nouit filium niſi Pater. 103.2 11.

Ipſe eſt Elias, qui venturus eſt. 181.2 11.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus. 215.2 11.

Pauperes euangelizantur. 302.1 11.

Cùm conſummaſſet Ieſus præcipiens, &c. 303.1 11.

Si in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt, in te fortè manſiſſent vſque in hunc diem. 320.2 11.

Confiteor tibi Pater, &c. quia abſcondiſti hæc, & cæt. 327.1 11.

Nemo nouit Patrem, niſi filius. 328.2 11.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus, &c. 373.1 11.

In illo die exiens Ieſus. 312.1 Cap. 13.

Propterea omnis Scriba doctus in regno cælorum. 322.1 13.

Colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt. 322.2 13.

Ait Herodes Rex pueris ſuis. 278.1

Reſpondens Ieſus dixit, confiteor, &c. 300 1 Cap 14.

Hypocritæ benè prophetauit de vobis Iſrael. 4.2 Cap.15.

Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam 118.1. & 481.2 Cap. 16.

Quem dicunt homines eſſe filium hominis. 722.2

Vos autem quem me eſſe dicitis. ibid. 16.

Tu es Chriſtus filius Dei. ibid. 16.

Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, &c. 345.2

Ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè. 323.2 Cap.17.

Magiſter veſter non ſoluit didrachma 283.2 17.

Et poſt dies ſex duxit illos in montem. 115.2
cap. 18. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi.* 322.1
19. *Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis, quàm ſuper nonaginta, &c.* 329.1
19. Cap. 19. *Si licet homini dimittere vxorem, &c.* 325.1.
Qui poteſt capere, capiat. 296.2. & 302.1
Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael. 211.c.2.
Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum. 258.1
In regeneratione cùm ſederit filius hominis. 191.2
Cap. 20 *Sedere autem ad dexteram meam non eſt meum dare vobis.* 213.2
Filius hominis venit dare animam ſuam in redemptionem pro multis. 215.1. *Ibidem multa alia.*
Multi vocati, pauci verò electi. 304.2
Ecce aſcendimus Hieroſolymam. 508.2.
Cap. 21. *Ite in caſtellum quod contra vos eſt.* 314.1
21. *Dicite quia Dominus his opus habet.* 327.2
21. *Væ mundo à ſcandalis* 322.1
22. *Verebuntur filium meum.* 119.1
Auferetur à vobis regnum Dei. 30.2
Cap. 22. *In Reſurrectione neque nubent, neque nubentur.* 313.2
22. *Si licet cenſum dare Cæſari?* 325.1. & 464.1
22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* 148.col.1.
Quomodo ergo Dauid in Scriptura vocat eum Dominum. 4.col.2
Cap. 23. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, & cæt.* 326. colum.2.
23. *Quicunque iurauerit in altari nihil, &c.* 310.2
23. *Excolantes culicem, camelum autem glutientes.* 313. colum.2.
23. *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & cæt.* 238. column.1.
23. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines.* 30.2
23. *Ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus Chriſtus.* 7.1
Cap. 24. *Cùm videritis abominationem deſolationis.* 79.c.1. 82.2
24. *De die autem illa, & hora nemo ſcit, niſi ſolus Pater.* 147.c.1
24. *Cœlum, & terra tranſibunt, &c.* 379.2
24. *Orate vt fuga veſtra non fiat hyeme, vel ſabbato.* 460. colum.2.
Cap. 25. *Et ibunt hi in ſupplicium æternum.* 324.1
25. *Euge ſerue bone, vſque ad illud, Intra in gaudium Domini tui.* 18.2
Cap 26. *Omnes qui acceperint gladium, gladio, &c.* 92.2
26. *Qui intingit mecum manum in paropſide, &c.* 220.2
26. *Dormite iam, & requieſcite.* 76.2
26. *Videntes autem diſcipuli indignati ſunt.* 266.1
26. *Apud te facio Paſcha.* 282.1
Cœnantibus autem eis. 283.2
Hic calix noui Teſtamenti. 371.1
Cap. 27. *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.* 241.1
Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. 274.column.2.
Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. ibid.
Cap. vlt. *Sedentes contra ſepulchrum.* 314.1
Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. 146. colum.1.
Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. 19.1

EX MARCO.

Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum. 120.1 Cap. 3.
Annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. 339.1 Cap. 5.
Niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. 292.2 Cap. 6.
Et cùm dimiſiſſet eos. 248.1
Puer meus iacet in domo paralyticus. 278.1 Cap. 8.
Quicunque me receperit, non me ſuſcipit, ſed &c. 326. colum.1. Cap. 9.
Omnis enim igne ſal, & omnis victima ſale ſalietur. 323.col.1.
Et quomodo ſcriptum eſt in filium hominis. 313.2 Cap. 10.
Quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. 2.1
Super ægros manus imponent, & benè habebunt. 292.2 Cap. 16.
Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. 294.column.1.
Poſt tres dies reſurgam. 313.2
Quis reuoluet nobis lapidem, &c. 514.2

EX LVCA.

Eſurientes impleuit bonis, &c. 8.2
Ecce concipies in vtero, &c. 127.1 Cap. 1.
Vxor tua Elizabeth pariet tibi filium. 126.2. & 286. column.2.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum. 245.1
Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. 269.c.1. & 275.1
Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. 275.1
Exultauit ſpiritus meus. 283.1
Illuminare his qui in tenebris, &c. 287.1
Et ipſe præcedet in ſpiritu, &c. 323.2
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus, &c. ibid.
Et non erat illis filius. ibid.
Memorare teſtamenti ſui ſancti. 38.2
Secundùm verbum tuum in pace. 275.1
Et poſtquàm conſummati ſunt dies octo. 324.2
Mirati ſunt, & de his quæ dicta erant. 324.2 Cap. 2.
Et incluſit Ioannem in carcerem. 325.1
Cum facta eſſet fames magna, &c. 32.3 Cap. 3.
Stans ſuper illam imperauit febri. 315.1 Cap. 4.
Non habentibus illis vnde redderent, donauit, vtriſque, &c. 120.1 Cap. 7.
Cui minus dimittitur, minus diligit. ibid.
Aquam pedibus meis non dediſti, &c. 218.1
Diligit gentem noſtram, &c. 323.2
Vt videntes videant, & non videant. 326.2 Cap. 8.
Qui enim habet dabitur illi, &c. 300.1.
Quis eſt qui me tetigit. 208.1. & ibid. ſimilia alia.
Poſt hæc verba ferè dies octo. 115.2 Cap. 9.
Nemo mittens manum, nam ad aratrum, &c. 301.1
Videbam Sathanam ſicut fulgur, &c. 200.2 Cap. 10.
Suſpiciens autem Ieſus, &c. 249.2
Neminem per viam ſalutaueritis. 301.1
Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. 120.2 Cap. 11.
Et pueri mei mecum ſunt in cubili. 278.2
Beatus venter qui te portauit, quinimò beati, &c. 261. colum.1.
Quod ſupereſt date eleemoſynam. 246.1
Cum videritis nubem orientem ab Occaſu: vſq; ad illud: quomodo non probatis. 30.1 cap. 12.
Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio. 225.2
Sint lumbi veſtri præcincti. 301.1
Ignem veni mittere in terram, &c 328.2
Domine ſi pauci ſunt qui ſaluantur. 34.1
Hodie & cras, & tertia die conſumor. 243.1 Cap. 13.

Non

Cap.14. *Nemo capit Prophetam perire extra Hieruſalem.* 302.colum.1
Cap.15. *Cùm inuitatus fueris ad nuptias,* &c. 287.1
Cap.16. *Dico vobis quod ita gaudium eſt in cælo.* 323.1
Vos eſtis qui iuſtificaſtis vos coram hominibus, & cæt. 114.2
Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem. 169.1
Facilius eſt cælum, & terram præterire, quàm de legi vnum apicem cadere. 301.1
Cap.18. *Deſcendit hic iuſtificatus ab illo.* 211.2. & *ibidem alijs huis loco ſimilia,* & 260.2. & 307.2. *quæ eſt poſt.* 308.
Cap.19. *Videns ciuitatem fleuit ſuper illam,* &c. 326.1
Ait Ieſus ad eum, quia hodie ſalus huic domui. 313.1
Cap.20. *Mittam filium meum dilectum, forſitan cùm eum viderint.* 321.1
Cap.22. *Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentes,* &c. 321.2
Cap.23. *Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum,* & cæt. 323 2
Cap.24. *Et turba expectans.* 249.2
Et prædicare in nomine eius pœnitentiam. 324.2
Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, &c. 5.1
Spiritus carnē, & oſſa non habet, & alia ſimilia. 104.1
Aperuit illis ſenſum. 339.1

EX IOANNE.

Cap.1. *Erat lux vera,* &c. 119.2
Qui poſt me venturus eſt, ante me, &c. 253.2
Deum nemo vidit vnquàm. 195.1
Verbum caro factum eſt vſque veritatis. 239.1. & 321.1
In propria venit, & ſui eum non receperunt. 267.2
Medius autem veſtrum ſtetit. 283.1
Qui non ex ſanguinibus, & cæt. 308. *quæ eſt poſt aliam.* 308.2
Hæc in Bethania facta ſunt, &c. 316.1
Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. 323.2
Lex per Moyſen data eſt. 376.2. & 377.1
Cap.2. *Et crediderunt in eum diſcipuli eius.* 293.2
Cap.3. *Vt omnis qui credit in eum non pereat* 294.1
Nemo aſcendit in cælum, &c. 86.2. 328.2
Cap.4. *Si ſcires donum Dei,* &c. *forſitan petiſſes,* &c. 320.2
Benè dixiſti quia non habeo virum. 327.2
Sedebat ſic ſupra fontem. 315.1
Videte regiones quia albæ ſunt iam, &c. 237.1
Alij laborauerunt, & vos in labores, &c. 17.2
Qui metit mercedem accipit, & congregat, &c. 313.2
Cum omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto. 458.1
Cap.5. *Si crederetis Moyſi, forſitan & mihi.* 5. & 320.2
Scrutamini ſcripturas. Ibidem, &c. 10.1
Pater meus vſque modò operatur, &c. 113.1
Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, &c. 200.2
Eſt autem Hieroſolymis ſuper probatica piſcina. 315.2
Ille erat lucerna ardens, & lucens. 382.1
Vos miſiſtis ad Ioannem, & ille teſtimonium, &c. 410 col.2.
Cap.6. *Abijt Ieſus trans mare Galilææ.* 315.2
Sicut miſit me viuens Pater, &c. 316.2
Qui manducat meam carnem. 294.1
Spiritus eſt qui viuificat. 273.2
Niſi manducaueritis carnem filij hominis 233.2
Erunt omnes docibiles Dei. 10.1
Cap.7. *Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem.* 322.1
Erat in proximo dies feſtus Iudæorū Scenopegia. 458.1
Cap.8. *Si circumciſionem accipit homo in ſabbato* ibid.
Qui me confeſſus fuerit coram hominibus. 519 2
Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis. 320.2
Principium, qui & loquor vobis. 308.1
Vos ex patre diabolo eſtis. 276.1
Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, &c. 200.2
Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. 115.1. & 2
Si vos filius liberauerit verè liberi eſtis. 115.1
Scio eum, & ſermonem eius ſeruo. 323.1
Et in lege veſtra ſcriptum eſt. 323.2
Si non credideritis quia ego ſum, moriemini, &c. 317. col.2.
Erat ſabbatum quando lutum fecit Ieſus. 382.1 Cap.9.
In iudicium ego in hunc mundum veni, &c. 326.1
Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra. 62.1
Non poteſt ſolui Scriptura. 3.1 Cap.10.
Ego & Pater vnum ſumus. 203.2
Omnes quotquot venerūt fures ſunt, &c. 214.2. & *ibid. ſimilia alia.*
Multa bona opera oſtendi vobis, &c. 299.1
Facta ſunt encænia in Hieroſolymis 381.2
Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. 380.1
Sicut nouit me Pater, & ego cognoſco Patrem. 124.1
Vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi, &c. 328.1
Expedit vobis vt vnus moriatur homo, &c. 3.1. 82.2 Cap.11.
Si dimittimus eum ſic, vſque ad illud, & gentem, &c. 30.col.1.
Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguēto. 243.1
Vtique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus, Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed, & cæt. 306.2. *quæ eſt poſt.* 308
Infirmitas hæc non eſt ad mortem, &c. 345.2
Soluite eum, & ſinite abire. 345.1
In craſtinum autem turba multa quæ venerat, & cæt. 458.1 Cap.12.
Nunc Princeps mundi huius eijcietur foras. 383.2
Propterea non poterant credere. 322.1
Si quis mihi miniſtrat me ſequatur. 300.1
Maria ergo, &c. & *vnxit pedes Ieſu,* &c. 238.2
Erant quidam gentiles ex his qui aſcenderant, &c. 519. col.2.
Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum. 458.1 Cap.13.
Surgit a cœna. 308.1. *quæ eſt poſt.* 308
Nunc clarificatus eſt filius hominis. 294.1
Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo. 267.2
Qui lotus eſt non indiget, &c. 220.2
Paracletus autem Spiritus ſanctus, &c. *ille vos docebit omnia,* &c. 7.2 Cap.14.
Qui diligit me, diligetur à Patre meo, &c. 8.1
A me ipſo non loquor. 306.2. *quæ eſt poſt.* 308
Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, &c. 236.1 Cap.15.
Iam vos mundi eſtis propter ſermonem. 9.2
Vos autem dixi amicos, quia, &c. 13.2
Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. 309. col.1. & 282.1 Cap.16.
Nunc ſcimus, quia ſcis omnia. 293.2
Vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &c. 203.1
Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te. 103.2 Cap.17.
Et nunc clarifica me tu Pater, &c. 230.2
Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt. 269.colum.1.
Non ſunt de mundo. ſicut & ego non ſum de mundo. 321. col.2.
Dixi vobis quia ego ſum. 327.1 Cap.18.
Miſit eum Annas ligatum ad Caiphham, 283.1
Beati qui non [illegible] &c. [illegible] 234.1 Cap.19.

Iudæi ergo quoniam paraſceue erant, &c. 447.1
Cap.20. Noli me tangere, nondum enim aſcendi, &c. 282.2
Aſcendo ad Patrem meum, &c. 282.1
Quia vidiſti me Thoma credidiſti, beati &c. 261.1
Et vidit duos Angelos in albis ſedentes. 114.1. & ſeq.
Dominus meus, & Deus meus. 15.2
Cap.21. Nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. 230.1
Diligis me plus his. 246.1

EX ACTIS APOST.

Cap.1. Propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldema. 126.1
Erat autem turba hominum ſimul ferè centum viginti. 226.2. & 248.1
Domine ſi in tempore hoc reſtitues, &c. 245.1
Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta. 270.2
In omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus. 298.1
Cap.2. Pœnitentiam agite, & baptizetur, &c. 285.1
Dauid enim dicit in eum. 313.1
Non derelinquet animam meam in inferno. 280.1
Factus eſt repentè de cælo ſonus, &c. 137.1
Cap.4. In eo quod manum tuas extendas ad ſanitates. 296.1
Cap.5. Vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. 274 col. 2.
Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate. 263.2
Cap.7. Mittens Ioſeph accerſiuit Iacob, &c. 311.1
Cap.8. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant, &c. 292.2
Dixit autem ſpiritus Philippo. 104.2
Quod & fecimus Hieroſolymis, & multos, &c. 323. colum. 1.
Cap.10. Nunquàm manducaui omne commune, &c. 322.2
Cap.15. Primus in fratribus. 311.1
Cap.19. Quam cùm lauiſſent poſuerunt eam in cœnaculo. 312. colum. 2.
Cap.23. Percutiet te Deus paries dealbate, &c. 323.2
Cap.26. In modico ſuades me Chriſtianum fieri. 254.1
Cap.27. Iudicatum eſt tradi Paulum cum reliquis cuſtodijs. 251. col. 1.
Cap.28. Manſit biennio toto in ſuo conducto. 254.2

EX EPIST. AD ROM.

Cap.1. Gratia vobis, & pax. 240.2. & 180.2
Omnibus qui ſunt Romæ. 281.2
Inuiſibilia enim ipſius è creatura mundi. 308.1
In quibus eſtis & vos. 311.1
Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum. 322.2
Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. 338.1
Non erubeſco Euangelium. 381.2
Cap.2. Iudæis primùm, & Græci. 235.2
Theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis. 322.2
Cap.3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. 120.2
Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces. 216.2
Propter remiſſionem præcedentium delictorum 252.1
Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſta eſt, teſtificata à lege, & Prophetis. 268.2
Cap.4. Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. 213.c.1. & ibidem ſimilia alia.
Cap.5. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, &c. 317.1
Qui cùm adhuc eſſemus peccatores, &c. 247.1
Iuſtificati ex fide, 308.2. quæ eſt poſt aliam. 308
Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. 326.2
Cap.6. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo viuemus in illo. 301.2
Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. ibid.
Qui enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt, &c. ibid.
Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris. 315.2
Cap.7. Peccatum vt appareat peccatum per bonum operatum eſt mihi mortem. 216.2
Ego carnalis ſum venundatus ſub peccato. 233.1
Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. 294.1
Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi. 301.2
Cap.8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 146.1
Quos præſciuit & prædeſtinauit. 146.2. & 147.1
Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem Deus filium ſuum mittens. 239.1
Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. 247.2
Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. 316.1
Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. 416.2
Lex enim ſpiritus Vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. 377.2
Cap.9. Non volentis, neque currentis, &c. 221. & ibid. 213.1. alia his ſimilia.
Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia. 240.2
Verbum enim conſummans & abbreuians. 247.1
Domine quis credidit auditui noſtro, &c. 284.1
Optabam ego ipſe anathema eſſe Chriſto, &c. 295.2
Secundum hoc tempus veniet. 315.2
Quorum adoptio eſt filiorum, & gloriæ, & teſtamentum. 371.2
Cap.10. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, &c. 50.2
Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. 5.1
Ad Iſrael autem dicit, &c. 313.1
Cap.11. Si gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non eſt gratia. 115.1
Non repellet Deus plebem ſuam quam præſciuit. 147.1
Concluſit Deus omnia in incredulitate. 269.1
Ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. 307.1. quæ eſt poſt. 308.2
An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura 312.1
Tunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem eorum. 316.2
Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. 326.2
Et hoc illis à me teſtamentum, &c. 71.2
Vince in bono malum. 245.2
Non vos defendentes. 254.1
Cap.13. Mors mihi eſt ô peccato. 307.1. quæ eſt poſt. 308
Cap.14. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet 339.1
Cap.15. Gentes autem ſuper miſericordia honorate Deum. 314.2
Deus ſpiritus repleat vos omni gaudio & pace in credendo. 385.2
Cap.16. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius. 101.2
Salutat vos Caius hoſpes meus, & vniuerſæ Eccleſiæ. 245.1
Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei. 276.2
Saluto vos & ego tertius qui ſcripſi epiſtolam in Domino. 393.2

EX PRIORI AD COR.

Cap.1. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, 214.1. & ſimilia alia.

Ego quidem Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ. 124.1
Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam, &c. 334.2
Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. 246. co lum. 1.
Ego quidem ſum Pauli, &c. 266.2
Vt non glorietur omnis caro. 269.1
Et contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. 282.1
Paulus vocatus Apoſtolus 304.2
Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti 381.2
Cap.2. Animalis ſermo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. 21.1
Nos ſenſum Chriſti habemus. 339.2
Quod oculus non vidit, neque auris, &c. 107.1
Animalis homo non percipit ea, &c 327.2
Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, &c. 3,0. col. 2.
Cap.3. Neque qui plantat eſt aliquid, &c 120.1
Cap.4. Si quis videtur inter vos ſapiens. 3,4.2
Hæc autem transfiguraui in me & Apollo. 215.2
Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, &c. 130.1
Cap.5. Auferte malum ex vobis ipſis. 245.1
Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus 302 1
Cap.6. Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus. 2 1.c.2. & alia huic ſimilia.
Si in vobis iudicabitur mundus. 590.1
Cap.7. Bonum eſt homini mulierē non tangere. 159.2. & 299.1
Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat 364.1
Cap.8. Nobis autem vnus Deus Pater ex quo omnia. 308.2
Scimus quia nihil eſt Idolum in mundo. 281.2
Cap.9. Sicut & cæteri Apoſtoli & fratres Domini & Cephas. 124.1. & ſeq.
Ego igitur ſic curro, &c. 213.2
Cap.10. Nunquid omnes Apoſtoli vſque ad illud, Nunquid omnes interpretantur. 12.1
Omnia in figura contingebant illis. 154.1
Omnia mihi licent ſed non omnia expediunt. 306.1.
Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. 303.1
Cap.12. Quinquies quadragenas vna minus accepi, &c. 166.1
Sicut mulier ex viro, ita vir per mulierem 306.1
Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem, &c. 323.1
cap.12. Oportet hæreſes eſſe, &c. 326.2
Scio hominem in Chriſto. 205.2
Ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. 303.2
Cap.13. Spes autem quæ videtur non eſt ſpes. 262.2
Cap.14. Maior eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis. 12,1
Si quis videtur Propheta eſſe, vſq; ad, Domini ſunt mandata. ibid.
Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia. 328.1
In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, & cæt. 225.2
Orabo ſpiritu, orabo & mente, &c. 274.1
Cap 15. Vbi eſt mors victoria tua. &c. 74.2
Quotidiè morior propter veſtram gloriam. 170.2
Non ego ſed gratia Dei mecum. 314.1
Cap.16. Si quis non amat Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, &c. 250.1. & 2
Gaudeo autem in præſentia Stephanæ. 312.1

Ex Post. ad Corint.

Cap.2. Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio. 381.2. & 404.2. & 423. col. 2.
Chriſti bonus odor ſumus. 299.1
Cap.3. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. 377.1
Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus veſtris, &c. 394.1
Cap.4. Sic etiam opertum eſt Euangelium noſtrum in his qui pereunt eſt opertum. 11.2.
Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris, &c. 136.2
Cap.5. Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. 263.1
Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. 274.1
Cap.7. Sed etiam in conſolatione, qua conſolatus eſt in vobis. 312.1
Multa mihi gloriatio pro vobis. 317.1
Quantam in vobis operatur ſolicitudinem 328.1
Litera occidit ſpiritus autem viuificat. 372.1
Cap.8. Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ, &c. in illos oſtendite. 99 1
Sed ſicut in omnibus abundatis, &c 328.1
Nunquid de bobus cura eſt Deo. 342.2
Cap 9. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 277.1
Cap.11. Exiſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis. 307. 2. quæ eſt poſt. 308
Omnis vir orans, aut prophetans deturpat caput ſuum. 387.2
Cap.12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. 236.1. & 271.2
Sufficit tibi gratia mea, nam virtus, &c. 246.1
Pro huiuſmodi gloriabor &c. 317.1

Ex Epistola ad Galat.

Cap.1. Euangelium, &c. quia non eſt ſecundùm hominem. 315.2
Cap.2. Aſcendi autem ſecundùm reuelationem. ibid.
Ego per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam. 301.2
In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. 289.1
Qui dilexit me, & tradidit, &c. 267.2
Qui videbantur columnæ eſſe dextras, &c. 240. c. 2. & 298.1
Et cùm cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, & cæt. 124.1
Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. 318.2
Scientes quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, &c. 328.2
Cap 3. Tamen hominis confirmatum teſtamentum. 328.1
Cap.4. Vos in libertatem vocati eſtis. 115.1
Eſtote ſicut ego, quia ego ſicut vos. 140.2
Modicum fermentum totam, &c. 349 1
Hoc autem dico teſtamentum confirmatum. 371.2
Sina, mons eſt in Arabia, &c. 502.1
Cap. 5. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis, &c. 152.2
Manifeſta ſunt opera carnis, &c. fructus ſpiritus, & cæt. 235.2
Cap.6. Mihi mundus crucifixus eſt, &c. 301.2
Operemur bonum ad omnes, &c. 313.2

Ex Epist. ad Ephes.

Ante mundi conſtitutionem. 247.2
Cap.1. Non ceſſo gratias agens pro vobis. 303.1
Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali. 309.2
Benedictus Deus, & pater Domini, &c. 324.1
Dilexit nos, & cùm eſſemus mortui delictis, &c. 312.2
Cap.2. Cùm eſſetis mortui delictis. 301.2
Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. 295.1
Conſuſcitauit, & conſedere nos fecit. 284.1
Cuius rei gratia ego Paulus vinctus, &c. vſq; ad illud: Nunc tum factum eſt Sacramentum. 271 2
Cap.3.

Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, &c. 302.1
Secundùm reuelationem notum mihi factum eſt, & cæt. 315.2
Si tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei. 328.1
Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus, &c. vſque ad illud in Chriſto Ieſu Domino noſtro. 16.2. & 206.2.
Cap. 4. Vnus Dominus, vna fides. 262.2
Si tamen illum audiſtis. 328.1
Cap. 5. Vnuſquiſque ſuam vxorem, ſicut ſe ipſum diligat. 321.3
Nemo carnem ſuam odio habuit. 40.2
Cap. 6. Non eſt nobis colluctatio. 213.2
State ſuccincti lumbos veſtros in veritate. 387.2

EX EPIST. AD PHILIP.

Cap. 2. Non rapinam arbitratus eſt. 201.1
Omnes quæ ſua ſunt quærunt. 269.2
Cap. 3. Secundùm iuſtitiam, quæ in lege eſt, &c. 312.1

EX EPIST. AD COLOS.

Cap. 1. Quod eſt Chriſtus ſpes gloriæ. 262.2
Non ceſſamus pro vobis orantes. 303.1
Cap. 2. Videte ne quis vos decipiat. 322.1 & 334.1
Cap. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere. 310.2
Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris. 247.2
Cap. 4. Salutate fratres, qui ſunt Laodiceæ, &c. 245.1

EX I. AD THESSAL.

Cap. 1. Spiritum nolite extinguere. 204.2
Cap. 4. Rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu. 310.2
Cap. 5. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, &c. 215.2

EX II. AD THESSAL.

Cap. 2. State, & tenete traditiones quas didiciſtis. 208.1

EX I. AD TIMOTH.

Cap. 1. Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, &c. 482.1
Neque intenderent fabulis, & Genealogijs, &c. 192.1
Volo viros orare in omni loco leuantes. &c. 295.2
Cap. 2. In hoc laboramus, & maledicimur 2,5.2
Cap. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, &c. 293.1. & 169. col. 1.
Manus citò nemini impoſueris. 293.1
Cap. 5. Qui vni præſunt duplici honore digni habeantur. 316.2
Cap. 6. Qui ſolus habet immortalitatem. 120.2

EX II. AD TIMOTH.

Cap. 1. Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, &c. 293.1
Formam habes ſanorum verborum, quæ audiſti in fide, & in dilectione. 312.1
Cap. 2. Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum. 20.1
Cap. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vſque ad illud: Ad omne opus bonum inſtructus. 9.2
Cap. 4. Coacervabunt ſibi magiſtros prurientes, &c. 239.2
Omnes me dereliquerunt. 269.2
Ego enim iam delibor. 192.1
Alexander Ærarius multa mala mihi oſtendit. 299.1
Liberatus ſum de ore leonis. 349.1

EX EPIST. AD TITVM.

Cap. 1. Quam promiſit qui non mentitur Deus, &c. 135.1
Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum 209.2
Cap. 3. Stultas quæſtiones, & Genealogias, &c. deuita. 192.1

EX EPIST. AD PHILEM.

Obſecro te pro filio meo, quem genui in vinculis, Oneſimo, 227.2

EX EPIST. AD HEBR.

Cap. 1. Et adorent eum omnes Angeli Dei. 31.2. & 32.1
Cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus, &c. 80.2
Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius nomen, &c. 146.2
Portans omnia Verbo virtutis ſuæ. 275.2
Per quem fecit & ſecula. 308.2
Olim Deus loquens patribus in Proph. 310.1
Ad Angelos quidem dicit. 313.1. Ad filium autem. ibid.
Ego ero illi in Patrem, &c. 341.
Omnia autem ſunt nuda, & aperta oculis eius. 313.1 Cap. 4.
Sed quis locutus eſt ad eum. ibid. Cap. 5.
Nō eſt iniuſtus Deus vt obliuiſcatur operis veſtri. 299.1
Didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam. 146.1
Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. 123.1. & 296.2 Cap. 6.
Qui non ſecundùm legem mandati carnalis factus eſt. 290.1 Cap. 7.
Nunc melius ſortitus eſt miniſterium quanto & melioris teſtamenti mediator eſt. 62.2 Cap. 8.
Inſpice & fac ſecundum exemplar, &c. 378.1
Quæ non poſſunt iuxta conſcientiam, &c. 315.2. & 377. col. 2. Cap. 9.
Vmbram habens lex futurorum bonorum, &c. 344.1 Cap. 10.
Voluntariè enim peccantibus nobis non relinquitur, &c. 2·6.2
Corpus autem aptaſti mihi. 50.2
Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti. 315.2 Cap. 11.
Adepti ſunt repromiſſiones. 184.1. ſecti ſunt. 266. c. 1. & 270. 1. circumierunt in Melotis. 266.1. Obturauerunt ora, &c. ibid.
Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum. 235.1
Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire. 293.2
Fide intelligimus aptata eſſe ſecula Verbo Dei, &c. 136. col. 2.
Multo magis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus. 104.1. & 323.1 Cap. 12.
Exeamus igitur ad eum extra caſtra 345.1 Cap. 13.
Ieſus Chriſtus heri, & hodie, &c. 378.2

EX EPISTOLA IACOBI.

Si quis veſtrum indiget ſapientia vſque & dabitur ei. 8. col. 2. Cap. 1.
Vnuſquiſque à concupiſcentia ſua abſtractus, &c. 238.2.
Patientia opus perfectum habet. 263.2
Hic beatus in facto ſuo erit. 310.1
Quicunque totam legem ſeruauerit offendat autem, &c. 110.1. & 114.1 Cap. 2.
Abraham Pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt. 293.2
Redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. 321.2
In multis offendimus omnes. 114.1 Cap. 3.
Occidiſtis, & cœcatis. 347.2 Cap. 4.
Linguam nullus hominum domare poteſt. 120.1 Cap. 5.

EX I. PETRI.

Qui peccata noſtra ipſe pertulit, &c. 51.1. & 274.1
Quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, &c. 299.1. & 303.2 Cap. 2. Cap. 3.
Chriſto igitur paſſo in carne, &c. 308.1 Cap. 4.
Et cùm apparuerit, &c. 323.1 Cap. 5.

EX II. PETRI.

Omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. 3.2 Cap. 1.
Non enim voluntate humana allata eſt, &c. 4.1
Et habemus firmiorem propheticum ſermonem, &c. 9.1. & 379.1
Cui benefacitis attendentes quaſi, &c. 19.1

Mim-

Miniſtrate in fide veſtra virtutem.246.1
Non enim indoctas fabulas,&c.249.

EX I. IOANNIS.

Cap.2. *Vnctio docebit vos.20.1.& 71.1*
Deus miſit filium ſuum,&c,263.2
Cap.3. *Qui dicit ſe in Chriſto manere.264.1*
Omne quod eſt in mundo,&c.282.2
Et iam Antichriſti multi facti ſunt.302.1
Qui facit peccatum,& iniquitatem facit.322.2
Cap.4. *Probate ſpiritus.104.1*
Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt.5.1
Qui credit in filium Dei habet,&c.414.4

EX APOCALYPSI.

Cap.3. *Hæc dicit,Amen teſtis fidelis & verus.78.1*
Sed habes pauca nomina in Sardis.248.1
Cap.5. *Et nemo poterat neque in cælo,neque in terra,&c.7.1*
Et vidi in dextra ſupra Thronum. 69.1
Cap 16. *Dignus eſt agnus,qui occiſus eſt,&c.230.2*
Cap.10 *Vſque quo Domine ſanctus & verus non iudicas.233.1*
Cap 12. *Leuauit Angelus manum ſuam ad cælum.266.1*
Nunc facta eſt ſalus , & virtus , & regnum Dei noſtri. 230.2
Cap.14. *Beati mortui qui in Domino,&c.321.2*
Cap.16. *Effudit phialam ſuam in Solem.249.2*
Cap.17. *Hic eſt ſenſus qui habet ſapientiam.339.1*
Cap.19. *Venerunt nuptiæ Agni,& vxor eius,&c.222.2*
Cap.21. *Vidi cælum nouum,&c.83.1*
Ecce ego creo cælos nouos.218.1

INDEX RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC PROLEGOMENORVM VOlumine continentur.

Prior numerus paginam indicat, poſterior columnam demonſtrat.

A.

ABEL,*vbi occiſus.pag.479.1.*
Abel typus Chriſti.72.2
Abdiæ Prophetæ corpus vbi iaceat.495.1
Abominatio deſolationis quid ſit.544.1
Abominatio deſolationis duplex.82.2
Abraham aſtrologus fuiſſe perhibetur.480
Abraham quid ſignificet.124.2
Abrahæ filij ex Cetura,quot.503.1
Abrahæ nomen cur fuerit variatum.126.1
Abſtractum pro concreto ponit Scriptura frequenter.137 col.2.
Abulenſis ſingulare placitum de ſenſu literali ſcripturæ. 89.c.2.
Abuſus ſacrarum rerum pernicioſus valdè.106.1
Abuſus ſcripturarum longè ſemper fuit ab Euangeliſta, & Canonicis ſcriptoribus.107.2
Abyla ſeu Lyſanium,quæ vrbs.479.2
Abyſſus in ſcriptura ſacra quid.350.1.& 2
Academia celeberrima Chriſtiani orbis quænam.244.1
Accentus Hebræorum origo.38.1
Actiones à fine laudationem vituperationemq; ſumunt. 213.2
Adagium Platonis,vide prouerbium Platonis.
Adam nomen quid ſignificet.201.2
Adam cur nomina cunctis impoſuit animantibus , non tamen piſcibus.256.1
Adã quo die creatus.440.1.Quo in loco.77.2.& 497.1
Adam quo die comedit de ligno vetito , & quo die mortuus fuit.447.2
Adami peccati fructus quinam.542.2
Adæ nomen ſignificat vniuerſum.76.1.& 252,2
Adæ formationem ſibylla deſcripſit.76.1
Adargazai in Babylonia qui.130.1
Adiectiua neutrius generis in ſubſtantiuorum naturam tranſire,probatur etiam in myſterio Trinitatis.203.2
Adonai Dei nomen quid ſignificet.142.1
Adoptio quid,& quotuplex.276.1
Adorare ad faſtigium Virgæ quid ſit.87.1
Aduentus Meſſiæ multis Scripturæ locis oſtenditur. 31.1. & 2.
Aduerbium amodò vnde deſcendat.324.2
Aduerbia vnde dicantur,& eorũ vſus in ſcriptura.ibid.
Aedificare domum in ſcripturis quid ſit.298.1
Aegypti,qualis ſitus.348.2
Aegyptij vnde oriundi.530.1
Aeliopolis quæ ciuitas.479.2
Aemulatio quid propriè.347.2
Aenigma quid ſit.237.2
Aequiuocationes multæ ex ſcriptura patefiunt.246.2
Aer,cælum in ſcriptura ſignificat.206.2
Aerij hæreſis qualis.308.2
Aeſculapius quiſnam,& cur ſic vocatus.145.1
Aeſyria vnde ſic appellata.472.1
Aetas Chriſti quanta fuerit.447.1.& 450.1
Aetas aliquorum Prophetarum in Veteri Teſtamento cur exprimatur.196.2
Aetas aliquorum in ſcriptura cur ſupprimatur.ibid.
Aetatis hominis ampla diuiſio.277.1
Aeternum,& æternitas quid ſit.279.1
Aeuiternum quid.139.1.Quid Aeuum.ibid.
Ager fullonis,cur ſit dictus.147.1
Aggæus quo tempore prophetauerit.176.1
Agrippa Tetrarchæ ſuperba geſta.469.2.eiuſque exitus qualis.470.1
Alcorani Mahometici contextus qualis.169.2
Et quid de illo ſenſerit Auerroes.414.1
Aliud,locum habet in Incarnatione,ſecùs verò in Trinitate.201.2
Alius pronomen,locum habet in Trinitate, ſecùs verò in Incarnatione.203 1
Allegare Patres & Autores in probatione alicuius rei, quando faciendum.102.1
Allegoria quæ,& quotuplex.75.1.75.2
Allegoricus ſenſus.74.1
Allegoriæ nonnullæ in ſcriptura vitandæ 118.2
Allegoria Sacramenti ſecundùm Auguſtinũ quid. 345.2
Alphabetum Hebraicum quibus Scripturæ partibus adhæreat.254.2
Alphabetum cuiuſque linguæ quot habeat elementa.257. 1.& 333.1
Alphabetum Græcũ ab Hebraico in quo differat , & vnde deſcenderit.257.1
Alphabeti Samaritani proprium quid.ibid.
Alphabetum Dei,quo nos affatur.72.2
Alphabeti Hebraici pronunciatio.101.1
Aluph quid ſignificet.504.2
Amathus fons vnde denominetur.500.1
Ambulare coram Deo, & cum Deo in ſcriptura quid ſit. 299.2.& ſeq.
Amen,quid myſticè.78.1.& Hebraice quid.317.2

Ammonius, Origenis magiſter fuit in Philoſophia. 117. col 2.
Ammonitæ vnde deſcenderint. 503.1
Amor quotuplex. 358.2
Amoris vis quanta. 114.1
Amicus quomodo in ſcriptura ſumatur. 351.1
Amorrhæi vnde venerint. 55 3
Amos Propheta quo tẽpore, & vbi prophetauerit. 176.2
Anabaptiſtæ librum Iob tragicomœdiæ comparant. 154. col. 2.
Anabaptiſtarum argumentum contra librum Iob diſſoluitur 1 7.1
Anacephalæoſis quid ſit. 241.1
Anadiploſis quid. ibid.
Anagogicus ſenſus quid. 74.1
Anapodoſis quid ſit. 239.1
Anaſtrophe quid ſit. 239 1
Anathema quid Græcè, quid Hebraicè. 237.2. & 250.1. & 295.2
Angeli per Eccleſiam edocti ſunt aliqua Chriſti myſteria 16 2. & 17 1
Angelorum numerus, eorum qui ceciderant, & eorum qui perſtiterant incertus eſt 59.1
Angeli Dei in Scripturis, quænam ſint, qui, & filij Dei. 32. col 1.
Angeli conſtituti fuerunt à Deo omnibus nationibus ad eas protegendas à dæmonum inſultibus. 59 1
Angeli quando creati 134.1 & 134 2
Angelorum creatione variæ ſententiæ. 134.2
Angeli cur aſtra matutina dicantur. ibid.
Angeli filij Dei nuncupantur. ibid.
Angelorum creationis in Geneſi cur non fiat mentio. 135. col.1.
Angelorum malorum caſum cur tacuerit Scriptura. ibid.
Angelorum gratia per Chriſtum fuit. 386.1
Angeli à Deo cur conditi. 135.2
Angeli à quibus periculis homines liberauerint. ibid.
Angelorum humanæ ſalutis cura procuratio in hiſtoria Tobiæ depingitur. ibid.
Angelorum ordines vbi præfigurati. 249.1
Angeli cœli vocantur 138.2
Angeli quando ceciderint. 137.1
Anguis quomodo in ſcriptura ſumatur. 195.2
Anima cur appellatur hominis ſpiritus. 274 1
Anima in ſcripturis quot modis ſumatur. 273.1
Anima Latinè, Hebraicè Nepheſch. pag. 273 1
Animam in manibus portare, quid? 299.2
Animalia munda, & immunda in lege Veteri, quæ & quanta. 351.1
Animalia Ezech. 1. benè Euangeliſtas adumbrant. 406. col..
Annus vnde dicatur. 72.1
Annus per ſerpentem caudam ſuam ore recipiẽtem olim ſignificabatur. ibid.
Anni Solaris à Lunari diſcrimen. 523.2
Annorum computatio in Scripturis vtilis, ſed difficilis. 115.c.2.
Anni Auguſti imperij quomodo ſupputandi. ibid.
Antichriſti nomen quodnam illud ſit. 76.2
Anticipatio quid. 241.2
Antipas quis ille, & num ſit alius ab Antipatro. 469. colum.1.
Antipater quis ille, eiuſque vita narratur. 466.2
Antiphraſis quid. 237.1
Antiochia à quo ſit dicta, eiuſque varia nomina. 476.1. & 481.2. eius ſitus qualis. 348.2
Antiochena vrbs Prouinciæ quot. 476.2
Antiptoſis quid. 243.1. & 2.
Antitheſis quid. 247.1
Antonomaſia quæ, & quotuplex. 236.2
Apamea regio qualis. 475.2
Apellis proloquium, Ne ſutor vltra crepidam. 68.2
Aperire, variè in ſcriptura capitur, & quid propriè ſit. 297.1
Aperire vuluam, & aperire os quid. 297.2
Aperire manum, eſt eleemoſynas elargiri. 297.2
Aperire ſenſum ſiue mentem, & oculos, quid. ibid.
Aperire Dominum theſaurum ſuum optimum quid. ibid.
Apes eſt Symbolum Regis. 72.1
Apices ſcripturarum debent Theologi expendere. 111.2
Apocalypſis quid. 280.2
Apocalypſis tot habet Sacramenta, quot verba. 13.c.2. & 84.2
Apocalypſin quando ſcripſerit Ioannes. 425.1
Apocalypſis librum eſſe Canonicum ſine temeritatis nota dubitari non poteſt. 91.2
Apocalypſis autor Ioannes Euangeliſta. 92.2
Apollinis oraculum. 80.1
Apologus quid ſit. 16.1
Appoſitum eſſe aliquem ad patres ſuos in Scriptura, quid ſit. 350.2
Apoſtoli ad quid miſſi. 201.2
Apoſtoli de ſe ipſis tanquam de tertia perſona loqui conſueuerunt. 205.2
Apoſtoli quando ad menſam accumbere ſolerent. 104.1
Apoſtoli ingratia confirmati venialiter peccarunt. 210.1
Apoſtoli in cœna Dominica de eadem patina dapes ſumebant. 220.2
Apoſtoli ſagittæ dicuntur. 259.2
Apoſtoli cur tantùm duodecim. 364.2
Apoſtoli dicuntur equi veloces 405.1
Apoſtoli dicuntur portæ cœli. 516.1
Apoſtoli vbi primum prædicârunt. 432.2
Apoſtolorum ad prædicandum miſſiones quales. ibid.
Apoſtoli ex libris apocryphis cur ſumpſerint teſtimonia. 402.2
Apoſtolis cur datum ſit noſſe myſteria regni Dei. 17.1
Apoſtoli cur dicantur cœli 32.2
Apoſtoli gentes attraxerunt varietate linguarum. 34.1
Apoſtoli non tantùm iuxta Hebræam, ſed etiam iuxta Septuaginta interpretum lectionem teſtimonia produxerunt. 52.2
Apoſtoli ſenſum proprium & germanum ſcripturæ à Domino acceperant pag. 107.2
Apoſtolis cur vetuerit Chriſtus (Matth 16. ne dicerent) ipſum eſſe Chriſtum. 113 2
Apoſtolorum quorundam varia nomina. 127.2
Apoſtoli quot fuerint eodem nomine nuncupati. 128.2
Apoſtoli dicuntur lux. 137.2
Apoſtoli ſcripturis abuſi ſunt nunquàm. 107.1
Apoſtrophe quid. 24 .1
Aqua diuerſarum rerum ſymbolum eſt 349.1
Aqua, quæ de latere Chriſti cum ſanguine exiuit, qualis. 321 2
Aquæ, quæ oriuntur ex latere dextro templi, quid. 349. col.1.
Aquila vocantur iuſti, & iniuſti homines. 349.1
Aquila interpres quis fuerit. 121.1
Aquilo quid myſticè 348 2
Arabes Sunitæ, quinam illi 480.1
Arabia quid, & quotuplex. 502.1. & 2
Arac, & Aracæi qui. 134.2

Arca

Arcæ teſtamenti dimenſiones quid myſticè ſignificent. 353.2
Arcades genus ſuum vnde ſe duxiſſe confinxerint. 257.2
Archelaus Herodis filius quas res geſſerit 469.1
Archimagirus, Hiſpanis Maeſtreſala.219.1
*Arcturum, quid ſignificet.*129.1
*Argumentum libri Eccleſiaſtes.*105.1
*Argumentum epiſtolæ Ioannis.*105.2
*Argumenta contra editionem Septuaginta afferuntur, & diluuntur.*55.2
*Argumentatio, quando infirma.*90.1
*Arietum mira fœcunditas.*353.2
*Ariſtobali geſta,*466.2
*Ariſteus quid de Septuaginta interpretibus, quis fuerit, & quanti apud antiquos habitus.*64.2
*Ariſtoteles quid ſenſerit de ſuis quibuſdam libris.*195.2
*Ariſtotelis autoritas quanti facienda.*330.1
*Ariſtoteles ingeniorum carnifex cur appellatus.*13.2
*Ariſtotelis ſcopus in libris de animalibus.*4.2
*Arius quid de myſterio Triadis ſenſerit.*203.1
*Ariani qui.*186.1
*Armeni, & Aramæi vnde ſunt dicti.*472.1
*Artes liberales vtiles ſunt ad cognitionem Scripturarum.*97.2
*Artibus hiſce quatenus vtendum.*333.1
*Artabia apud Danielem quid.*251.2
*Artaxerxes quis.*151.1
*Articulus in ſcripturis appoſitus emphaſim dicit.*122.2
*Articuli Hic & Hæc & Hoc, Hebræus, & Græcus quid habeant peculiare.*268.1
Aſcenſio Chriſti. Vide Chriſti Aſcenſio.
*Aſina Balaam, qua ratione locuta.*187.1
*Aſſur quis.*472.2
*Aſteriſci, & ſtellulæ in editione Septuaginta quid ſignificent.*55.1
*Aſtyſmus quid.*237.2
*Athanaſij verba quædam in ſymbolo expenduntur.*190. col.1.
*Atheiſtæ Hæretici quinam.*186.1
Attributa Dei cur ſcriptura in plurali accommodet Deo. 229.2
*Atrium tabernaculi quid.*78.1
*Atrium interius, & exterius, quæ in templo erant qualia.*512.1.& 2
*Auditus eſt diſciplinæ ſenſus.*1.1
Auguſtini libri de doctrina Chriſtiana quàm ſint vtiles. 90.c.2
Auguſtus Cæſar quando natus, & quandiù vixerit. 441.1
*Auguſtus qua ætate conſulatum inierit.*442.1
Auguſtus quando Triumuir factus.ibid.
*Auguſtus quando Imperator electus, & quot annis imperauerit.*442.1.& 462.1
*Auguſti in templum Hieroſolymitanum pietas.*519.1
*Aulon quid ſit.*489.2
*Aurifodinæ, ſcripturæ comparantur.*112.1
*Auſter quid myſticè.*348.1.& 2
*Auſtri interiora apud Iob.*129.1
*Autores prophani modicè ſunt adhibendi.*102.1
*Autores ſacri quanti faciendi.*132.2
*Autorum delectus, qualis.*132.1
*Autoritas Patrum in ſcripturis explicandis.*102.1
*Axiba autor quis.*209.1

B.

*Balaam aſina quomodo locuta.*183.1
*Balſamus qualis arbor, & in qua terra ſit.*493.2
*Baptiſmus Ioannes quo loco contigerit.*242.2
*Barba Genuenſis philoſophus quis.*78.2
Baruch liber ex Septuaginta verſione Latinè redditus. 26 c.2.
*Beatitudo, & vita æterna quibus nominibus dicatur in ſacra ſcriptura.*231.1
Beatitudinem in quibus Mahometani ponerent. 414. col.1.
Beatitudines octo cur Chriſtus prædicauerit. 193.1. & *quo tempore.*420.1
*Beati homines (ſecundùm aliquos) tantùm Hebraicè loquuntur in patria.*257.2
*Beatos in cælo omnibus linguis vſuros, probabiliter aſſeritur.*258.2
*Bella Pompeij quæ.*466.2
*Bellorum domini liber non extat.*93.1
*Benedictio diei ſeptimæ quid ſignificet.*140.2
*Benedicere multipliciter ſumitur.*292.1.& 2
Beneficia quæ & quanta Deus contulerit Iudæis. 22.columna.2.
*Beneficia Dei, quæ Iudæi amiſerunt, acceperunt Chriſtiani, & quomodo illa acceperint, oſtenditur.*67.columna.2
*Benignus autor, quàm malè ſcripturas interpretatur.*79. col.1.
*Berith Hebræis quid propriè.*372.1
*Beroſus Anianus quis.*533.1
*Beſoruh apud Hebræos quid.*380.2
*Bethſaida deſcriptio.*498.1
*Bethſamos ciuitas Solis vbi ſita.*487.2
*Bethſura quid.*517.2
*Biblia eſt nomen Græcum.*250.2
*Biblia Iudæi, vt Deum colebant.*40.1
*Biblia pro quibus ſcripta.*396.1
*Binarius numerus quid myſticè.*360.1
Binarius numerus cur immundus dicatur in ſcriptura. ibid.
*Biſſextum quid.*440.& 441.1
*Biſſextus annus qualis, & quis primus tradiderit modum inueniendi.*441.1
*Byblus quid ſit.*417.2
*Bonitas quid, & Bonitatis diuinæ quid ſit proprium.*133. col.2.
*Bonum naturaliter quid ſit.*211.2
Bonum non coinquinat malum, malum autem coinqainat bonum. 211.1
*Bonum in eſſentia, ſæpè ſignificat malum, & malum bonum.*346.2
Bonum quid.ibid.
*Braniuns quid.*247.2
*Breuitas in ſcribendo quàm vtilis ſit.*193.1
*Bruuſelphius Otho quis ille fuerit, & quid de ſenſibus ſacræ ſcripturæ ſenſerit.*70.1
*Buxus quale lignum.*511.1

C.

*Cadere in faciem & retrorſum, quid in ſacra ſcriptura denotet.*350.1
*Cæſares cur ſic appellati.*128.1
*Cæſarea Philippi à quo denominata.*498.1
Caietanus reprehenditur, eo quod ſacras literas ſine fundamento emendare voluerit. 116.colum.1. *ſine cauſa etiam negationes Petri multiplicauit.* 117. columna.1.
*Caligula Imperator quandiù imperarit.*462.2
*Caligulæ mores perditiſſimi.*463.1

Calletroe ſunt admiratione dignus, qualis. 494.2
Canetha ciuitas qualis. 479.2
Candaces vocantur Reginæ Aethiopum. 127.2
Canonicorum librorum catalogus. 91.2
Canonici libri an ſint apocryphi, ad Eccleſiam ſolam pertinet iudicium. ibid.
Canones 130. ad plenam Scripturæ cognitionem. 91.1
Canonicus liber quid ſit. 93.2
Canonici libri tot numerantur quot alphabeti literæ nempè. 94.1
Canonicus & authenticus ſacræ Scripturæ textus, quiſnam habendus ſit. 94.1
Canones ad allegoricos ſenſus eruendos traduntur. 343. col. 2.
Canticorum librum ante trigeſimum ætatis annum nullus Iudæorum legebat. pag. 95.2. & 167.1
Canticorum libri autor Salomon fuit. 92.1
Canticum ſiue Ode quid ſit, & quis eius primus author. 161. c. 2.
Cantica in Nouo Teſtamento qualia. 163.2
Canticorum librum Salomon ſcripſit. 165.1. & eius perſonarum mutatio quam. 181.2
Canticorum verus ſenſus ſine errore quomodo eruendus. 167.1. & 231.1
Canticorum obſcœna interpretatio reijcitur. 167.1
Canticorum liber quo tempore à Salomone fuerit conſcriptus. 167.2
Canticorum interpretatio ex Origene quantum valeat. 168.1
In canticis canticorum quot inducantur perſonæ loquentes 181.2
Cappadocia vnde ſit dicta, & eius deſcriptio. 75.1
Cappadoces qui ſint 504.2
Capharnaum ciuitas. 498.1
Capitis ſiue crines nuptæ nunc, in primo cum viro congreſſu radebantur pag. 122.2
Caput crurum diu ſto quam vtile iucundaque ſit. 105. columna. 2.
Carbones ignis ſuper caput inimici congeſti Rom. 12. quid ſint 228.1
Caput mouere multifariè in ſcriptura ſumitur. 299.2
Columbarum duo pulli. Lucæ 2. quid myſticè. 360.2
Cariathsarbe quæ ciuitas 492.2
Carmen dramaticum quid ſit. 181.2
Carmen quot modis nominatur. 347.2
Carnifex vnde dicitur. 637.2
Caraneſtra quis teſte Augu. 213.2
Catena Hieremiæ Prophetæ. quæ. 123 2 & 179.1
Creandi ordo in hoc vniuerſo qualis. 134.1
Caſius mons quam ingens. 476 2
Caſus ſingularis aut pluralis in ſcriptura expendendi 122.2
Caſuum pluralis in ſingularem & è contra frequens mutatio in ſcripturis paſſim inuenitur. 186.1
Catachreſis quid. 236.2
Cedron torrens vnde ſit dictus. 509 1
Ceſardeah ranam ſignificat, Exodo 8. 130.2
Cellas 72. habuiſſe 72. interpretes in elaboranda ſua editione multorum Patrum teſtimonijs comprobatur. 46. & 47. & 62.2
Celſus philoſophus quis ille 435.2
Centenarius numerus quàm multa in ſcripturis myſticè ſignificet. 368.1
Cephas num ſit diuerſus à Petro Apoſtolo. 324.1
Ceres cur ſic dicta. 145.1
Chileus quæ ciuitas. 479.2
Cham quibus appelletur nominibus. 141.2
Chanaam terra vnde ſit dicta. 480.1
Chananæorum genus vnde propagatum 484.2
Chanaam, quot habuit filios, eorumq; vrbes quales. ibid.
Charitas illuminat. 3.1
Charitas Dei, & proximi plurimum ad ſcripturas intelligendas conducit teſte Auguſtino. 119.2
Charitas quomodo ſit finis præcepti ex eodem Auguſtino. ibid.
Charientiſmus quid. 237.2
Charra vrbs qualis. 478.1
Cherinthus Hæreticus quis ille. 424.2
Cherſonneſus quæ ciuitas. 476.2
Cherubim qui erant ſupra arcam Maſculinam & fœmininam effigiem perperam Iudæi tribuebant 273. columna. 2.
Chimereth lacus qualis. 498 1
Chriſtiani quibus nominibus à Romanis notabantur. 390.2
Chriſtianorum innocentia in primitiua Eccleſia quanta. ibid.
Chriſtianorum per tabulas Mathematicorum quæ fallax. 453
Chriſtus quomodo inueniatur. 5.1
Chriſtus eſt finis legis. 5.1. & caput ſcripturarum. 66. col. 2.
Chriſtus ſcripturarum argumentum. 5 1
In Chriſto eluceant vniuerſæ virtutes. ibid.
Chriſtus quomodo ſit via & terminus. 5.2
Chriſtus poas. ibid.
Chriſtus ſcripturas adimplet. ibid.
Chriſtus doctor, & magiſter ſcripturæ. 2.1
Chriſtus figuratus eſt in Ioſue ibid.
Chriſtus eſt fons & aquis Siloe comparatur. 31.1
Chriſtus in agonia exiſtens quomodo indiguerit Angeli confortatione. 32.1
Chriſtus ſalutare Dei nuncupatur 34.1
Chriſti venditio quàm vili precio fuerit. 35.2
Chriſtus maledictus à Deo quo ſenſu dicatur. 46. & 47. 47. & 61.1
Chriſtus quomodo in lege & in Prophetis contineatur. 61. col. 2.
Chriſti aſcenſio in curru igneo Eliæ figuratur. 73.1
Chriſti exicapoccam paſſio quid ſignificet teſte Apoſtolo. ibid.
Chriſti æterna & temporalis generatio in illo Pſalm. 2. ego hodie genui te, exprimitur. 80.2
Chriſti ſacerdotium probatur, 80.2. & 81.1
Chriſti paſſionem & mortem quomodo prædixerint Plato, & Cicero. 86.2
Chriſtus qua occaſione Prophetas allegabat. 106.2
Chriſtus quare filius Dei viui dicatur. 122.2. & filius hominis quare. 245.2
Chriſtus Emmanuel appellatur. 126.1
Chriſtus cur appelletur ab Iſaia, velociter ſpolia detrahe, cita prædare. ibid.
Chriſtus cur non dicatur abſolutè filius Ioſeph. 130. columna. 1.
Chriſtus quomodo nos alloquatur. 151.2
Chriſtus quomodo pro nobis peccatū fuerit 2. Cor. 5. 152.2
Chriſtus qua ratione calicem paſſionis à ſe deprecaretur. 106.2
Chriſtus vultus Dei patris cur dicatur. 164.2
Chriſti Encomium. 166.1
Chriſto Domino quomodo conueniant ea quæ abſurda in ſcriptura de ipſo videntur dici. 193.2

Chriſti humilitas in nocte cœnæ quanta fuerit. 201.1
Chriſti incarnatio in electro quàm pulchrè delineata. 178. col. 2.
Chriſtus quàm variè inducatur loquens in ſcripturis. 180. col. 2.
Chriſti charitas, & beneficentia qualis. 186.1
Chriſti aduentus qualis. 188.1
Chriſti epitheta periluſtria. 188.2
Chriſtus non eſt nomen Meſſiæ, ſed cognomen. 188.2. & 202.2
Chriſtus quomodo verè de cœlo deſcenderit. 189.1
Chriſti incarnatio quid, & quibus nominibus in ſcriptura dicatur. ibid.
Chriſti humanitatis epitheta pulcherrima. 191.1
Chriſti compoſitio qualis. 190.1. & 202.2
Chriſti genealogia, vide verb. genealogia Chriſti.
Chriſtus de progenitoribus flagitioſis, & obſcuris cur naſci voluerit, & quàm conueniens fuerit hæc Chriſti naſcendi ratio, fusè probatur. 192.1. & 2
Chriſtus cur ſe maiorem alijs ſanctis viris oſtenderit. 194.2. & 195.1
Chriſti & Moyſi differentia. 195.1
Chriſtus quomodo Dauide maior ſit. ibid.
Chriſtus ſanctus ſanctorum cur dictus. 542.2
Chriſti miracula qualia. 196.2
Chriſti ſermones & colloquia cum hominibus qualia. 200.1
Chriſtus eſt regnum Dei. 200.2
Chriſtus ad myſtica aliqua edocenda qualem occaſionem acceperit. ibid.
Chriſtus de ſe ipſo, quaſi de alio in tertia perſona loqui conſueuit. 205.2
Chriſtus quomodo accubuerit in cœna agni. 220. col. 1.
Chriſtus quare non reſponderit aliquibus interrogationibus. 207.2
Chriſtus cùm omnia nouerit, quare ſæpè quaſi neſcius percontetur. ibid.
Chriſtus quomodo venerit, vt faceret voluntatem Patris, teſte Nazian. 212.2
Chriſtus quo ſenſu neſcinerit diem iudicij. 214.1
Chriſtus peccatoris perſonam induit, vt eius fieret aduocatus. 215.1. & 2
Chriſtum Meſſiam cur non cognouerint Iudæi. 215. columna 2.
Chriſti & Satanæ pugna qualis. 211.1
Chriſti ſepultura, & ſepulchrum. 224. col. 1. & ſeqq.
Chriſti benignitas, & humanitas inſignis. 248. column. 1.
Chriſtus quibus nominibus in abſtracto nuncupetur. 263. col. 1.
Chriſtus quare iuſtitia noſtra dicatur. 263.2
Chriſtus quomodo dicatur illuminare omnem hominem, &c. 294.1
Chriſtus vnde Nazaræus appellatus. 499.1
Chriſtus quomodo fuerit creatus. 294.2
Chriſtus templum Dei verum. 517.1
Chriſtus qua ratione dicatur de Spiritu ſancto conceptus. 308.2
Chriſti diuinitatis teſtimonium. 315.2
Chriſtum non habere corpus phantaſticum, contra Apollinarem oſtenditur. 321.2
Chriſtus in lege quomodo adumbratus. 342.1
Chriſti corpus typus eſt Eccleſia. 346.1
Chriſti virtutum flagitia fuêre ſymbola. 347.2
Chriſtus cur ſerpens à Deo appelletur. 348.2
Chriſti vita ab incarnatione vſque ad reſurrectionem quibuſdam fauis ſecundum aliquos fuit adumbrata. 351.2
Chriſtus cur dicatur agnus occiſus ab origine mundi. 378. col. 2.
Chriſtus Ieſus heri & hodie, & in ſecula quid ſignificet. ibid.
Chriſtus cur dici voluerit Ieſus. 328.2
Chriſti tum Dei, tum hominis proprietates monſtrantur. 384.1
Chriſti vita qualis. ibid.
Chriſtus quare nihil ſua manu ſcriptum nobis reliquerit. 392.2
Chriſtus quare teſtimonium, & quale perhibuerit de ſe ipſo. 394.2
Chriſtum veniſſe, verumque eſſe Meſſiam, multis teſtimonijs contra Iudæos oſtenditur 399.1
Chriſti mediatoris pulchra, elegantia deſcriptio. 406.1. & 2
Chriſti quatuor facies quænam illæ. 407.2
Chriſtus cur infirmos ac dæmoniacos curaret. 437.2
Chriſti incarnatio quo die facta. 448.1
Chriſti natiuitas fuit 25. Decemb. die dominica. 440.2.
Chriſti præſentatio, & circũciſio, quo tẽpore facta. 440. & 471.1
Chriſti baptiſmus quo tempore factus. 443.2
Chriſtus trigeſimo ætatis anno iam completo baptizatus fuit. ibid.
Chriſti baptiſmus fuit anno mundi ætatis 5509. olympiados vero 444.1. & 445.2
Chriſtus quo anno, & ſub quibus conſulibus mortuus fuerit. 446.1. & 2. & 463.1
Chriſtus die Veneris obijt. 447.1. & cur eo die teſte Irenæo. ibid.
Chriſtum annos natum 33. & tres menſes crucis patibulum aſcendiſſe multis rationibus probatur. 447.2
Chriſti aſcenſio quando contigerit. ibid.
Chriſti reſurrectio quo die facta. ibid.
Chriſtus prædicauit per tres annos, & tres menſes. 453. col. 2.
Chriſti prædicationis tempus quàm variè ab autoribus aſsignetur. 453.1 & 2
Chriſtus quid fecerit ante multiplicationem duorum panum, & piſcium in deſerto. 460.1.
Chriſtus cur priuatim doceret, Ioanne publicè docente. 460.2
Chronologia ad intelligendas ſcripturas vtiliſſima. 97.2
Chronologiæ & Coſmographiæ ſtudium quàm vtile. 471.1
Chryſoſtomus vbi exularit. 475.2
Cicero Chriſti paſſionem ſub nomine iuſti forè prophetauit teſte Lactantio. 86.2
Cinerem tanquàm panem manducare, Pſalmo 101. quid ſit. 290.2
Cineris capiti aſperſio apud Iudæos, quid ſibi vellet. 292. 1. & 2
Circiter aduerbium quid in ſcriptura ſignificet. 115.2
Circunciſio ſecunda Iſraelitici populi, quæ & quomodo accipienda, teſte Hieronymo. 342.2
Circunciſio Chriſti quando fuerit facta. 441. & 463.1
Circunſtantia antecedentes, & conſequentes ſcripturam, eam illuminant. 123.1
Ciſonis curſus qualis. 489.2
Cithara in quo à pſalterio diſtinguatur. 161.2
Claudius Cæſar quo tempore Imperium obtinuerit. 462. column. 2.
Claudius Fœlix Cumani ſucceſſor, quas res geſſerit. 466.1

Cleo-

Cleopatræ a ſicut uſi erant Aegypti Reginæ. 125.1
Climax quid. 237.2
Coclæus 1400. errores adinuenit in vna ſcripturarum Lutherana lingua Germanam verſione 96.2
Cœli dicun tur Apoſtoli in ſcriptura ſacra. 32.2
Cœli generabiles, corruptibileſque ſunt renuente Ariſtotele. 83.1
Cœli quomodo audiant vocem & enarrent aliqua. 232.2
Cœli cur appellentur aquæ ſuperiores. 138.1
Cœlum cur cryſtallinum dicatur. 138.2
Cœlum æreum in ſcriptura ſignificat. 206.2
Cœlorum contactus qualis. 134.2
Cœli quomodo moueantur. ibid.
Cœli ſinguli ſingulos Angelos motores habent. ibid.
Cœli quinam dicantur perituri in ſcriptura. 139.1
Cœli creatio vide V. mundus & mobile.
Cœnacula vnde dicta. 218.1
Cœnacula templi vbi erant, & ad quid deſeruiebant. 497.1
Cœna Domini qualis, & quomodo Apoſtoli accumbebant. 220. & 221.1
Cœnæ huius dominicæ menſa quadrata fuit. ibid.
Cœleſyria quæ regio 475.2
Cognitio naturalis de Deo hominũ & Angelorum, qualis ſit. 3.2
Cognoſcere Dei in ſcripturis eſt diligere. 146.2
Cognitio peccati quomodo per legem inducta dicatur in ſcriptura. 216.1
Cognoſcere fœminam in ſcriptura quid 298.1
Col Hebræis quid ſignificet. 269.1. & 2
Collectio quid ſit. 104.1
Comagena regio quæ. 475.2
Commentatiorum leges & proprietates quales debent eſſe. 10.2
Commutationes ſcripturæ in peccatu quomodo accipiendæ 151.1
Communicatio idiomatum in diuina & humana natura qualis 188 & 189.1
Comparationes quatenus adhibendæ. 196.1
Comparationes valde variæ in ſacra ſcriptura vſitatæ. 260.1. & 261. & ſeqq.
Concilium Tridentinum quos ſcripturæ locos fuerit interpretatum. 13.2
Concionator quare ſit appellatus liber Eccleſiaſtes. 165. col. 2.
Concionatoris proprium quid ſit teſte Gregorio. 165.2
Concionator qua ratione poetarum fabulis & figmentis vti debeat in concione. 351.2
Concionatores quomodo in Prophetis deſignentur. 175.1
Concordia locorum ſacræ ſcripturæ inter ſe diſſidentium. 11.2
Concordias locorum ſacræ ſcripturæ, qui autores condiderint. 117.1
Coniunctiones vnde dictæ, & quotuplæ illæ ſint. 321.2
Conſenſus omnium patrum in aliquo dogmate quanti ſit ponderis. 112.1
Conſuetudo Eccleſiæ in ſcripturis interpretandis maximi momenti eſt 133.1
Contradictio quid ſit. 112. & 116.1
Contrarietas inter locos ſacræ ſcripturæ. V. loci contrarij.
Conuiuium cur fiat quando quis in aliqua eſt dignitate conſtitutus. 211.1
Conuiuium multiplex ponitur. 217.1
Conuiuia Veneris ſunt præludia 218.1
Conuiuij præfectum, Rectorem appellabant, Regem, Magiſtrum, Moderatorem, & Sympoſiarcham. 229.1
Conuiuij diſpenſator qualis eſſe debeat, teſte Plutarcho. 219.1
In conuiuijs locorum delectus qualis. 219.2
In conuiuijs quis primus & honorabilior locus habetur. ibid.
Conuiuium Naſidieni apud Horatium quale. ibid.
Conuiuijs olim adhibebantur cantilenæ, cantus, & ſoni. ibid.
Conuiuia nuptiarum quanto tempore durarent. 223.1
Conuiuabantur viri à mulieribus ſeparatim, eſque vnde conſtet. 217.2
Conuiuales ritus plurimi apud diuerſas nationes quales. 217.1. & ſeq.
Conuiuæ loti & vncti olim accedebant. 218.1. & 220.1
Conuiuæ detractis calceis cur accumberent. 218.1
Conuiuæ omnes de vna patina ſumebant dapes. 219.2
Conuiuæ cur capita ſua coronis florens cingerent. 219.2. & 220.1
Conuiuæ quem modum diſcumbendi ſeruabant. 218.2
Coponius quis, eiuſque geſta. 463. & 464.1
Cor & in bono, & in malo accipitur in ſcriptura. 347. col. 1.
Corona ſpinea ſignificatur per labruſcam teſte Tertulliano. 87.2
Corporis humani deſcriptio. 229.1
Corruptio ſcripturarum apud Hebræos 112.1
Coruus exiens ex arca Noe, an conuerſus fuerit. 57.2. & 57. col. 1.
Coſmographorum partiendi methodus dualis. 471.2
Cras, & craſtinus dies in ſacra ſcriptura quid ſignificet. 31.2
Creare vſu ſcripturæ multa ſignificat. 204.2
Creationem qua ratione Philoſophi negarint. 83.1
Credere in Deum, vel in Deo phraſis ex Hebræis ſolum vſitata. 189.2
Crurifragium non Iudæorum, ſed Romanorum fuit proprium ſupplicium. 224.1
Crucis ſupplicio ſontes afficere Romanorum fuit, non Iudæorum. 223.2
Crucem à damnato baiulari, Romanorum mos fuit. ibid.
Cruci affigendos Romani prius verberare conſueuêre. 224.1
Cruci nunquam reos affigebant Iudæi clauis perfoſſis manibus ac pedibus transfixis. 213.2
Crucis titulus Hebraicis, Græcis, & Latinis ſcriptus quid præſignauerit. 427.1
Crux Chriſti ſceptro Regum comparatur ex Tertulliano. 33. col. 1.
Crux Chriſti ſerpente æneo adumbrata 72.2
Cumanus Iudææ gubernator & eius acta. 465. & 466. colum. 1.
Cuſpidius Fadus Iudææ qualis præfectus fuerit. 463.1
Cynoſura Vrſa minor eſt. 125.1
Cyprianum quanti fecerit Auguſtinus. 133.1
Cyrus Rex Perſarum quot annis regnauerit. 539.2

D.

Damaſcus vrbs in Syria olim quàm illuſtris.* 477.2. & 478.1
Daniel quanto pretio habitus à Iudæis atque Chaldæis. 521.2
Daniel quo tempore prophetauerit. 177.1
Danieli cur Angelus apparuerit, tempore ſacrificij veſpertini. 521.2

Daniel vir deſideriorum cur dictus.522.1
Danielis hebdomadarum ampla interpretatio. 520.2. vſque ad 544
Daphne quid.476.2
Dauid Pſalmorum autor.92.1
Dauidis cum Bethſabe commixtio quid myſticè. 346.2. & 348.1
Deambulatio Dei in Paradiſo quid myſticè.179.1
Decapolis cur ſic appellata, & vbinam ſita ſit.478.2
Decapoleos vrbium ſingularium deſcriptio. ibid.
Decimas qui offerant.305.1
Dæmonia cur Christus de corporibus pelleret humanis. 383.2
Defenſio pro vindicta in ſcriptura nonnunquàm accipitur.291.2
Defunctos inter pueros conuiuio, & riſu proſequebantur Thraces.229.2
Diem verò natiuitatis eorum luctu & mœrore.233.1
Defunctus, vide ſepelire.
Demetere poſteriora alicuius in ſcriptura quid.298.1
Denarius numerus qualis. 364.2. & 523.2. & myſticè quid.364.2
Depoſitum Deo reddendum quidnam illud ſit.67.2
Detrahens apud Babylonios conſiliarij ſunt.130.1
Deus miris modis dedit ſe populo Iſraelitico.59.2
Dei Hieroglyphicum eſt baculus & oculus ſimul. 72. columna.1.
Deus qua ratione velit omnes homines ſaluos fieri. 120. column.1.
Deus cur tantùm nos in ſcripturis alloquatur teſte Gregorio.119.2
Dei nomen tetragrammaton quale.124.2
Dei bonitas quanta.133.2
Dei nomina quæ.141.2
Dei vox quibus etiam applicatur. ibid.
Deus cur ita dictus.143.2
Deus cur dicatur ignis conſumens. ibid.
Dei vera nota ac proprietates quænam illæ. ibid.
Deum eſſe vnum tantùm probatur.143.& 203.1
Deus pater gloriæ cur dictus ab Apoſtolo.144.2
Deus cur ſæpè dicatur Dominus exercituum.145.1
Deus non eſt cauſa peccati, omnium autem bonorum cauſa eſt.147.2
Deus cur nobis præcipiat. ibid.
Deus omnibus modis nos ad ſeruandam eius legem adigit.150.1
Dei nominis duplicatio, verbigratia, Domine, Domine aperi nobis quid ſignificet.152.2
Deus incorporeus & ſimpliciſſimus eſt.229.2
Deus quot modis hominibus loquatur, teſte Gregorio. 180.c.2.
Deus cur accommodet ſcriptura corpus humanum, & affectiones humanas, vt loqui, ſedere, &c.229.2
Deo quo ſenſu metaphoræ attribuantur. ibid.
Dei attributa ab eius eſſentia non diſtinguuntur. ibid.
Deus cùm dicitur de perſona articulum habet, cùm verò de natura, articulo caret.260.1
Deus malorum cauſa non eſt, teſte Damaſceno. 326. columna.2.
Dei erga nos charitas vnde comprobetur.327.1
Deus per ſeipſum ſine ſcripto quoſnam ſit alloquutus. 391.c.1.
Dei erga homines prouidentia quanta.486.1
Deum requieuiſſe ab opere quod patrarat, quomodo dixerit Plato ſecundùm Auguſtinum. 134.col.1.& 2. & 241.2
Diabolus quid ſignificet.115.2
Dialecticorum proprium quid, teſte Hieronymo.129.column.1.
Dialecticæ vtilitas quanta.332.1
Dioſpolis quid, teſte Hieronymo.242.2
Diaplaſmos quid ſit.165.1
Dies feſtus inſtitutus fuit à Ptolemæo quotannis celebrandus in honorem editionis 72. Interpretum. 48. column.1.
Dierum computatio in ſacra ſcriptura qualis. 115.2.& 116.c.1
Dies Luſtrici apud Romanos qui. 130.1
Diei & noctis diſtinctio vnde fuerit.138.1
Dies ſex quibus mundus creatus eſt, veros & naturales non verò Allegoricos fuiſſe, abundè comprobatur. 139.col.2.
Diei ſeptimæ Deum benedixiſſe quid.140.2
Diei ſeptimæ religionem Ethnici cognouerunt, coluerúntque. ibid.
Diem natalem primũ Epicurus in teſtamento iuſſit conuiuio & gaudio celebrari.160.1
Dies mercenarij, & anni qui.278.2
Diem natalem lætitia celebrabant Pharao, Antiochus, & Herodes.160.1. è cõtrario faciunt viri ſancti.233. col.1.
Diem iudicij cur Chriſtus dicatur neſcire.214.1
Diei iudicij memoria quam vtilis Chriſtiano.216.1
Diem iudicij curioſè inquirere vanum temerariúmque eſt. ibid.
Diem iudicij cur nos ignoremus.220.col.1.& 216.1
Dies cum noctibus & abſque illis qua ratione in ſcriptura numerentur.235.1
Diei ſeptimæ ſanctificatio vnde Patriarchis innotuerit. 242.2
Dies menſurabiles. Pſal.38. Qui.247.2
Dierum pleni quinam illi dicantur.350.2
Dierum vacui qui appellentur. ibid.
Dies dominica vnde ſit dicta.440.2
Dies Azymorum quot ſint.47.1.& quid ſignificet.460. column.1.
Diſcipulorum dilectio in Apoſtolos quo tempore à Chriſto facta. ibid.
Diligentibus legem quomodo nõ ſit ſcandalum. Pſal.94. teſte Auguſtino.96.2
Dilectio Dei ſuper omnia quæ.148.1
Diligere proximum ſicut nos quomodo debeamus. 321. column.1
Diſcipulus præceptorem vt parentem diligit, & præceptor diſcipulum vt filium.2.1
Diſcipuli ſeptuaginta, quando fuerint cum Apoſtolis congregati ab initio.411.1
Diſpenſatio quid ſit.388.2
Diſpenſare ad quem pertineat ibid.
Diſpenſatio nequit fieri in lege Euangelica niſi quo ad aliquas cæremonias. ibid.
Diſpenſandi poteſtas circa legem naturalem, neq; à Deo neque in Deo eſt.389.1
Diſpenſandi poteſtas Eccleſiæ tradita ad quæ ſe extẽdat. 389.1
Diſtinctio temporum cõcordiam ſcripturarum parit. 113. col.1.
Diſtinctio vocum veritatis viam munit.140.2
Diuites ita obcæcantur diuitijs, vt virtutes intueri non valeant.8.1
Diuinandi curioſitas quàm pernicioſa.352.2
Diuinitatis Chriſti teſtimonium.319.2

Diuinitas Chriſti probatur teſtimonijs ſcripturæ. 60. columna. 2.
Diuiſio terræ Iudæis à Deo facta qualis. 273. 1
Diuiſio gentium quomodo ſuerit à Deo facta. 58. 2
Diuiſio ſacræ ſcripturæ in capita, & partes quo tempore inceperit. 203. 1
Diuiſio cuiuſlibet libri, ſiue ſacri, ſiue prophani perdifficilis, vtiliſſima tamen. 104. 2
Diuiſio præceptorum qualis. 148. 2
Doctores Orthodoxi quanti ſint ponderis in intelligendis ſcripturis. 132. 1
Doctor Euangelij Chriſtus. 7. 1
Doctores Eccleſiæ à Deo dati, Vice Chriſti. 7. 2
Doctorum encomium. ibid.
Doctores ſacri, Eccleſiæ oculi, & lumina ſunt. 98. columna. 2.
Doctus à Deo quis verè dicatur. 71. 2
Drachma quid ſit. 181. 2
Duodenarius numerus quid habeat proprium. 365. col. 1. & 2.

E.

Eccleſiæ Catholicæ credere, omniū articulorum principaliſſimum eſt. 413 2
Eccleſia Chriſti vera Hieruſalem eſt. 519. 1
Eccleſiæ iudicium de libris canonicis in quo conſiſtat. 415. 1
Eccleſiæ autoritas, & poteſtas quanta. 395. 1
Eccleſia ſola poteſt libros aliquos canonicos declarare. 7. col. 1.
Eccleſia abrogare ſcripturam non poteſt. ibid.
Eccleſiæ antiquitas quanta. 391. 2
Eccleſiaſtes liber qua ratione concionator dicitur. 165. c. 1. & 2.
Eccleſiaſtis libri autor Salomon fuit. 165. 2
Eccleſiaſtis Salomonis argumentum quod, & huius libri apta diuiſio. 105. 1
Eccleſiaſtici libri autor fuit Ieſus filius Sirach. 92. 2
Eclipſis figura quid. 240. 2. Qualis. 431. 1
Edeſſa ciuitas qualis. 474. 1
Editio ſacræ ſcripturæ quænam ſit amplectenda. 21. col. 1. 329. 2
Editio ſeptuaginta interpretum ſummum autoritatis pondus apud omnes ſemper habuit. 42 2. & ſignis mirabilibus in lucem edita. 45. 2. & in eam contumelioſi grauis mulctabantur pœna. 41. 2
Editionis 70. honoris cauſa dies feſti, & ludi publici quotannis celebrabantur. 42. 2
Editiones variæ noſtro ſeculo in lucem editæ oſtenduntur. 23. 1. & 22. 1. & 2
Editionis D. Hieronymi multa commoda monſtrantur. 23. col. 1.
De editione D. Hieronymi honorificè locuti ſunt Iudæi. ibid.
Editionem hanc authenticam eſſe multis probatur rationibus. 24. 1
Editio Hieronymi ita probata fuit à Cōcilio Tridentino, vt non ſint propterea aliæ editiones Græcæ ſcilicet, & Hebraica reiectæ. 24. 1
Editio vetus Hebraica, & Græca, qua ratione cauenda. 25. col. 1.
Editionis vulgatæ autor peculiariter in ea perficienda fuit ab Spiritu ſancto directus. 26. 1
Editio 70. Interpretum quomodo corrigenda. 250. columna. 1.
Editio Hieronymi cur in Eccleſia præualuerit magis quam editio 72. interpretum. 53. 1
Editio 72. interpretum ſublatis alijs omnibus editionibus apud Græcos ſola remanſit. ibid.
Editionis 70. autoritas quanta. 94. 1
Editionem Latinam diuerſam à tranſlatione 70. cur fecerit Hieronymus. 54. 2
Editio 70. cur vetus olim, & vulgata ſit dicta. 54. columna. 2.
Editionem ſcripturarum duplicem perfecit Hieronymus. 85. 1
Editio 70. quantò poſterior Eſdra fuerit. 61. 2
Editionis 70. errores vitio librariorum eſſe imputandos. 62. 1
Editio 70. quæ nunc extat, eadem quæ olim eſt. 65. 1. & quæ prouidentia Dei factum ſit, vt cùm cæteræ verſiones conciderint, hæc ſola permanſerit in Eccleſia. 65. 1
Ex vtraque editione Hieronymi, & 70. ſacroſanctos ſcripturæ ſenſus erui poſſe, docet Auguſtinus. ibid.
Editio 70. quanti æſtimanda ſit. 94. 1
Editiones nouæ quatenus cauendæ fugiendæque ſint. 94. colum. 2.
Edom Idumea Græci cur proferant teſte Ioſepho. 100. colum. 2.
Electio diuina quid præſtet in nobis. 310. 1
Electrum quid myſticè. 178. 2
Eleemoſyna cur benedictio appelletur. 2. Cor. 295. 2
Elementaris interpretatio reijcitur. 77. 1
Elementa quatuor quo die, & quo ordine ſint producta. 138. 2
Eli eli Lammah ſabbathani, Matth. 27. quomodo pronunciandum. 428 2
Elohim nomen Dei, quibus rebus ſacræ literæ etiam accommodent. 141. 2
Elohim vnde dicatur 143. 1
Emanuel Chriſtus appellatur quidquid reclament Iudæi. 126. col. 1
Emanuel quibus dictionibus in Hebræo conſtet. 428. columna. 1.
Emath, quid. 478. 1
En & ecce quàm variè in ſcriptura ſumantur. 288. 2
Enalage quid. 243. 1
Energia quid. 239. 2
Endyadys quænam ſit figura. 259. 2
Enos & Enoch vnum hominem confecit Hieronymus, cùm ſint diſtincti. 128 2
Epicurus diem natiuitatis ſuæ gaudio celebrare iuſſit. 160. 1
Epidaphnes Antiochia quæ. 473. 2
Epiſcopus tricenarius debet eſſe ad hanc dignitatem capeſſendam. 445.
Epiſtola Pauli ad Hebræos non Hebraicè, ſed Syriacè ab Apoſtolo conſcripta. 428. 2
Epiſtolæ Pauli (ad Hebræos dempta) idiomate Græco ſcriptæ. 432. 1
Epiſtolam ad Romanos Latinè ſcriptā eſſe à Paulo, probabile eſſe. 433. 1
Epiſtola ad Hebræos Hebraicè à Paulo conſcripta, teſte Hieronymo, & à Luca Græcè fuit verſa. 426. 2
Epiſtolam Pauli ad Hebræos Græcè conſcriptam Eccleſia cur retinuerit. 52. 2
Epiſtola ad Hebræos canonica eſt, & ſine temeritate non poterit quis hoc in dubium reuocare. 91. 2. eiuſq; autor Paulus fuit. 92. 2
Epiſtolæ Pauli ad Laodicenſes, & ad Senecam miſſæ, apocrypha ſunt. 94. 2
Epiſtolæ canonicæ Ioannis argumētum, & diuiſio. 105. 2

Epiſto-

Epiſtola canonica Beati Iacobi cur antecedat omnibus alijs.224.2
Epiſtola Pauli ad Hebræos, cur infimum locum inter reliquas eius epiſtolas teneat.ibid.
Epiſtolæ Pauli 14. tantùm ſunt.353.1
Epiſtolæ Pauli eo ordine quo ſcriptæ fuerunt, non ſunt digeſtæ.354.1
Epiſtola canonica aliter dicuntur Euangelium, quàm Euangeliſtarum hiſtoria.381.2
Epiſtola ad Hebræos cur cæteris Pauli Epiſtolis eloquentior 427.1
Epiſtola B.Petri Græco idiomate conſcripta.ibid.
Epitheton quid.237.1
Eraſmus de Doctoribus Eccleſiaſticis quid ſentiat. 69. colum.2.
Errores iam correctos in vulgata editione ſcitu dignos, eſſe ad ſcripturarum cognitionem, ſuadet Hieronym. 99.1
Eſau à fratre ſuo Iacob quænam fuerint cauſa diuortij. 504.1
Eſau cur dictus Edom.504.1
Eſdras ſacerdos nouis characteribus amiſſa olim Biblia reſtituit.37.2
Eſdræ libri quotnam Apocryphi ſint.92.1
Eſdras omnes libros ſacros, qui interierant, reſtaurauit. 93.2
Eſther libri incertus eſt autor.92.2
Etymologiæ nominum à proprijs eorum linguis, & Germanis ſunt accipiendæ.124.2
Etymologia quorundam nominum Hebræorum. 252.columm.2.
Euangeliſtæ in producendis teſtimonijs ex veteri Teſtamento 70. ſequuntur.49.2.& 53.1
Euangeliſtâ plures ſenſus in vna eademque litera intendit.90.1
Euangeliſtarum vnum commemorare, quod alter tacet, nihil obeſſe Euangelicæ veritati.117.1
Euangeliſtæ varijs de cauſis antiquæ legis teſtimonijs vſi ſunt.106.1
Et quomodo Prophetas intelligant.107.108.& ſeq.
Euangeliſtarum omnium ſcopus qualis.187.1
Euangeliſtæ quatenus Chriſti diuinitati fuerunt atteſtati.394.2
Euangeliſtæ quòd plura de Chriſto prætermiſerint, minimè tamen vituperandi.398.2
Euangeliſtæ ex libris Apocryphis cur aliqua ſumpſerint teſtimonia.402.2
Euangeliſtæ dicuntur quadrigæ.405.1
Euangeliſtæ optimè quatuor animalibus Ezechiel. comparantur.409.1
Euangeliſtæ non conſcripſerunt Euangelium, vt notarij 409. Neque vt teſtes de omnibus oculati.397.1
Euangeliſtæ vt Hiſtoriographi ſcripſerunt.411.2
Euangeliſtarum ſi qua eſt diſſonantia, quomodo accipienda.418.1
Euangeliſtæ in quibus conueniant, & in quibus varient. 418.2
Euangeliſtæ qua lingua conſcripſerint Euangelia. 426. colum.1.
Euangeliſtarum inter ſe ordo qua ratione conſtituatur. 433.1.& 434.1
Euangeliſtarum ordo temporis, & non dignitatis cur ab Eccleſia obſeruetur.434.1
Euangeliorum acerrimi propugnatores, & pertinaciſſimi impugnatores quinam fuerunt.435.2
Euangeliorum editio quæ nunc extet.420.2
Euangeliorum codices tot poſt ſæcula integri incorrupti, quæ ad nos peruenisse, multis demonſtratur. à 416. vſque ad 421.
Euangeliorum ordo ſeruandus qualis.409.1
Euangelia quatuor fluuio è paradiſo exeunti, alijſque comparantur.405.1
Euangelium quare non ſcripſerit vnus ſolus.399.2
Euangelium cur non ſunt à profanis autoribus conſcriptũ, ſed à Chriſti diſcipulis.369.1
Euangelio cur Iudæi, & Pagani diſcredant, cùm tamen autoribus profanis fidem adhibeant perquàm facilè. 396.2
Euangelij ſcriptores quot, & quales.397.2
Euangelica hiſtoria quàm veridica. 398.1. & quatenus à nobis percipienda.ibid.
Euangelium propriè quid.380.1.382
Euangelij fructus quinam.381.& 345.1
Euangelium cur dicatur vita Chriſti.381.1
Euangelij acceptiones quot, qualeſque.381.2
Euangelij conditiones, & proprietates quæ. 381.colum. 1.& 2.
Euangelij origo atque principium.386.2
Euangelium vbi fuerit ſcriptum.ibid.
Euangelij dignitas quanta.39.2
Euangelium cur altiori voce & loco proponitur, & cur luminaribus item accenſis. 387.1. & cur ſtantes & nudo capite Euangelium audiamus.387.1
Euangelij honorifica nomina, & eorum ſignificationes. 389.1
Euangelium cur Dominus ſcripto tradi voluit. 390.col. 1.& 2.
Euangelium cur nõ ſcripſerit propria manu Chriſtus Dominus.393.1
Euangeliorum dilucida in partes diſtributio ex patrib. 204.1
Euangeliorum capita quot, & varia eorum diuiſio. ibid.
Euangeliorum loca contraria conciliantur. 119. columm.2.
Euangeliorum alia concordia exemplis declaratur. 117. colum.1.
Euangelium cur vnum dicatur cùm ſit à quatuor conſcriptum.187.2
Euangelia quatuor cur in canonem ſint recepta.6.2
Eucharistia cur non detur Laicis ſub vtraque ſpecie.323. colum.1.
Euchariſtia quomodo mortem Chriſti, & vnitatem Eccleſiæ repræſentet.345.2
Euchariſtia ſacramentum ſacramentorum dicitur, teſte Areopagita.262.1
Euchariſtia cur panis dicatur, cùm non ſit ibi panis.206. col.1.
Euchariſtia ſignificatur illis verbis Pſalmi 2. apprehendite diſciplinam Hebraicè oſculamini triticum. 81. col.2.
Euentus rerum loco nominum in ſcriptura ſæpè ponuntur.126.1
Euphratis fluuij natura.500.2
Eutychetis error circa myſterium Incarnationis qualis. 203.1
Ex præpoſitio cauſam materialem, non idealem ſignificat.136.2
Excæcare homines peccatores quomodo Deo competat. 230.1
Exedra quid ſit.512.2
Exempla Sanctorum ſunt ſpirituales animi cibi. 133.columm.1.

Exitus quid ſignificet in ſcriptura.524.1.
Expoſitio Prophetica quæ.79.1
Extaſis Prophetica quid ſit.163.2
Ezechiel quo tempore prophetauerit.176.2
Ezechielis viſio quatuor animalium fusè interpretatur 406.vſque ad 410
Ezechielis Prophetiam nemo legebat ante tricesimum ætatis annum.10.2.& 95.2

F.

FAber præceps fuit in interpretandis ſcripturis.116. colum.1.
Fabulas poetarum non licet allegorizare, teſte Auguſtino.79.1
Fabula Platonis de Mare & fœmina ſimul iunctis progenitis.118.2
Fabuloſa nomina, vide nomina fabuloſa.
Fabulis Poetarum quomodo in concionibus vtendum.351.2
Fabulæ Poetarum diuinis myſterijs nō ſunt applicandæ.351.1
Fabulæ quæ vitam Chriſti adumbrarunt ſecundùm aliquos, quænam.351.2
Fabula Naſonis.ibid.
Fabula Promethei.ibid.
Fabula Danaes.ibid.
Fabula Orphei.ibid.
Fabula Lycophronis Tragici.ibid.
Fabulæ Aeſopi, & aliorum magnorum virorum quanti æſtimandæ.ibid.
Faces nuptiales cur tantùm quinque, teſte Plutarcho.222.1
Faces iſtæ vnde nam fierent.ibid.
Facies myſticis animalis Ezech.1.Chriſto aptantur.408.colum.2.
Facierum 4. Leonis, Bouis, & Leonis, explicatio quæ.ibid.
Ferè aduerbium, quam vim habeat in ſcriptura. 119. colum.2.
Fermentum in ſcriptura quid.349.1
Fides, ſpes, & charitas illuminant, teſte Auguſt.3.1.fidei proprium quid.7.2
Fide ea tenenda ſunt quæ ex rebus de fide neceſſaria, & euidenti conſequentia deducuntur, teſte Nazian. 95.colum.1.
Fides ad ſcripturas intelligendas neceſſaria eſt. 96.colum.2.
Fides externis diſciplinis fulcitur, teſte Baſilio. 98.colum.2.
Fides nominum, vide nominum fides.
Fidem efficit communis patrum omnium in aliquo dogmate conſenſio.132.1
Fides quot capiatur modis.262.2
Fides veteris Teſtamenti ſanctorum virorum qualis.375.1
Fides lumen per ſe ipſum innoteſcit tantummodò. 414.colum.2.
Fidei noſtræ acerrimi propugnatores, quinam illi. 45.colum.1.
Fidei Chriſtianæ oppugnatores, qui.435.2
Fides noſtra teſtimonia infidelium cur non indigeat confirmatione.64
Figuræ Rhetoricæ ſexcentæ & plures ſunt.241.1
Figura Prolepſis, & Anacephalæoſis, quid ſit.122.2
Figuræ, & tropi quibus ſcriptura vtitur.227.1
Filij Dei in ſcriptura ijdem ſunt, qui & Angeli Dei. 32.colum.1.
Filij Zebedæi, vide Zebedæi filij.
Filij in lucem editi ſunt in gloriam, commodum, & conſolationem progenitoris.130.1
Filij Abrahæ ſunt Chriſtiani.150.2
Filij excuſſorum Pſal.126.qui dicantur.259.2
Filius quot modis dicatur.275.2
Filij Dei, & filij hominum Geneſ.56.qui dicantur. 276.colum.2.
Filij dicuntur villæ ciuitati annexæ.276.2
Filij dicuntur ædificium, & quamobrem.298.1
Filij quinam lege priuentur hæreditate.373.1
Finis operationum noſtrarum qualis.310.1.& 312.1
Flagellorum varia genera apud Romanos, & Iudæos.224.1
Flagellis cædi quàm fuſtibus, cur grauiùs, & atrociùs.ibid.
Fluminis vox multa ſignificat.350.2
Fluuij quamplures, qui terram Palæſtinæ cingunt numerantur.499.1
Fluuius Euphrates quis.500.2
Fodere manus, & pedes Chriſti quid ſignificet.32.1
Fœtere in ſcriptura quid.283.2
Fœtum ſex menſium ſpatio perfici dixerunt aliqui. 362.colum.1.
Fomes concupiſcentiæ quomodo per Chriſtum extinctus.542.1
Fons eſt Chriſtus 31.1
Fontis Callıroæ deſcriptio.494.2
Fons Iordanis qualis.497.1
Fontes Daphnes qui.457.2
Fons Siloæ vnde natatoria dicta.515.2
Fontes alij mirabiles numerantur.499.1
Fons Amathus vnde dictus.500.1
Franxius de ſenſu literali quid ſenſerit.69.2
Fratres Domini in ſcriptura quomodo intelligendi.256.colum 1.
Furca Iudæi vtebantur.223.1
Fures & latrones ante Chriſtum Ioannis 10. quinam illi.214.2
Futura pro præteritis, & è contra accipit ſæpè ſcriptura.176.1.& 282.1
Futuris contingentibus cur nihil ſit incertius.184.1
Futurum apud Hebræos omne tempus ſignificat. 142.colum.2.

G.

GAbaa ciuitas duplex.488.2.
Gadara ciuitas quæ.479.2
Galgala quid ſignificet.494.0
Galilææ regio deſcribitur.496.1
Galilæa gentium cur dicta.ibid.
Gamala vrbs qualis.479.2
Garazim mons qualis.491.2
Gaza quid ſignificet.492.2
Gaza ciuitas quænam illa.ibid.
Gazophylacium quid, & cuius vſus in templo Salomonis.496.2
Gedrobæi quare quæſtores, ſiue theſaurarij erant apud Babylonicos.130.1
Gehenna Saturni quædam illa.5.6.2
Genealogia Chriſti.191.1
Genealogiarum cura ante Chriſtum Iudæis vtilis, poſt Chriſti tamen aduentum inutilis viſa eſt.141.c.2.& 192.1
Genealogiarum libros cur Herodes combuſſerit.192.1
Genealogia Chriſti cur ex illaudatis, & flagitioſis hominibus conſtet.103.1

Geneui

Gemini Conſules tempore Chriſti, quales fuerint. 155 columna 2.
Geneſeos librum Iudæi non poterant legere ante 30. annum. 10.2. & 95.2
Geneſis loca, quæ videbantur contraria conciliantur. 113. col. 1.
Generatio Chriſti ſecundùm carnem, quo potiſſimùm ſpectauerit. 130.1
Generatio Chriſti quadruplex ab Euangeliſtis deſcripta. 191.1
Generationis huius quadrifaria neceſsitas ſcribēda quarta. 101.1
Generationum ab Adam ad Chriſtum Catalogus. 226. col. 2.
Genezareth quid ſit 498.1
Gentium diuiſio à Deo facta in primordio mundi. 38. columna 1.
Genuflexio exhibita illis verbis, & verbum caro factum eſt, & homo factus eſt, quid ſignificet 387.2
Genuflexionem hanc Monachus quidam negligens malè à Dæmone vexatur. 388.1
Geographia ad ſcripturas intelligendas maximam lucem affert. 98.1
Geraſeni quinam ſint. 499.2
Gigantes quæ loca olim habitauerint. 504.1
Gion mons qualis. 517.1
Gloriari de virtutibus licet ſanctis viris. 161
Goliath Gigantis occiſio in quadruplici ſenſu exponitur. 74 2
Græca olim lingua quàm latè pateret. 52.2. *à Deo facta in primordio mundi.* 59.1
Græcæ voces in latinam linguam deriuatæ in ſcripturis vſurpatæ quæ & quot. 250.2
Græcum Euangelium multas voces Romanas habet, & quot ſint illæ. 251.1
Græcæ linguæ idiotiſmi qui. 301.2
Græcà lingua dandi caſu pro auferendi ſæpè vtitur. ibid.
Græcà lingua aliquando vnum caſum pro alio ponit. 302. column. 1
Græca lingua quomodo comparatiuis ſuperlatiuiſque vtatur. 301. & 2
Græcorum participiorum vſus qualis. 303.1
Græcorum regnum quamdiu ſteterit. 541.1
Gratiam indignis cur Deus impertiatur aliquando. 45. col. 2.
Gratia vocationis & iuſtificationis quænam. 114.2
Gratia ab operibus quid differat. 115.1
Gratia diſcernendorum ſpirituum quæ. ibid.
Gratia Dei in nos quàm perennis fluxit. 261.2
Gratia, & remiſſio peccatorum in veteri lege vnde pro manabat. 376.2
Gratia noui Teſtamenti quàm efficax 377.2
Gratia Angelorum per Chriſtum ſint 386.1
Gratia Chriſti ad quas ſe extenderit perſonas. 385.2

H.

H *Litera cur quibuſdam nominibus Hebraicis addatur, eiſdem verò Latinis detrahatur.* 101.1
Hebdomada quid Hebraicè, & quotuplex 522 0
Hebdomadarum Danielis interpretatio vera. 536. columna 1.
Hebdomadarum Danielis quàm varias prolixaſque Hieronymus ſententias attulerit. 525 1
Hebdomadarum computatio vtilis ad intelligendā ſcripturam. 115. & 116
Hebræa lingua amphibologiis, æquiuocis nominibus & verbis abundat. 81.2
Hebraici characteres ſola punctorum variatione ſenſum mutant. 28 1
Hebraici Alphabeti cognitio quàm vtilis. 254.2
Hebræa lingua diuinitùs fuit infuſa, & eius excellentia. 156.1
Hebræa lingua, vide lingua Hebræa.
Hebrææ voces quæ in editione Latina ſeruatæ ſunt. 250. col. 1.
Hebræi neutro genere carent, & loco illius fœmininum ponunt. 158.2
Hebræo primùm idiomate myſteria fidei nobis ſunt tradita: 257.2
Hebræo ſermone loquentur in Patria Beati. ibid.
Hebræorum punctorum, & accentuum origo. 38.1. col. 96.39.1
Hebræorum notæ quæ, & quales. 37.38. & 39
Hebræa lectio corrupta fuit. 40.1
Hebræa lectio quatenus conſulenda. 41.1. & 94.1
Hebræorum libri quibus vocibus ſignentur. 105.1
Hæreditas æternæ regni à Deo promiſſa abſque bonorum operum meritis cur non poſſit haberi. 373.1
Hebron olim Cariatharbe dicta qualis. 492.2
Helue quid. 471.2
Heliſæus Propheta quo loco natus. 489.1
Heliſæi Prophetæ oſſa vbi iaceant. 495.1
Hemath quid, vnde nominatur, & quomodo nunc dicatur. 478.1
Henoch in Paradiſo degit. 121.1
Heracliti libri difficultas quanta. 13.2
Herculis impia ſententia contra virtutem. 159 1
Hercules cur ſic appellatus. 145.1
Heri & nudiuſtertius quid. 310 1
Hermon mons quis. 499.1. & 2
Herodes non fuit vnus, ſed multiplex. 129.2
Herodes Rex omnes genealogiarum libros incendit, nè obſcuritas ſanguinis ſui detegeretur 191.1
Herodis puella quomodo caput Ioannis petierit. 217. col. 2.
Herodes duo fuerunt, & quiſnam ille, qui Domino illuſit 450.2
Herodes Infanticida quomodo ad Iudææ Regnum erectus. 407.2
Herodes quanto tempore regnauerit in Iudæa. 526. columna 2.
Herodis huius in Infantes, & Chriſtū crudelitas. 469. col. 2.
Herodis patria 492.2
Herodis parentes & filij qui, & eius improba geſta à 466. *vſque ad* 469
Herodes Tetrarcha qui Ioannem Baptiſtam interfecit quis ille. 470.1
Herodes Tetrarcha & vxor Herodias cōſpirauit in Herodem Agrippam inferiorem. 469.2
Herodes quænam oppida in Iudæa condiderit. 493. columna 2.
Heſperus quid. 119 2
Heuæi, & Hetræorum habitatores quales. 424.2
Hieremiæ Prophetæ epiſtola ex Græca 70. verſione in Latinum eſt tranſlata. 72.1
Hieremias quando, & ſub quibus Regibus prophetauerit. 196 2
Hieremiæ Prophetæ Patria. 488.1
Hiericho quæ ciuitas, & cur dicta ciuitas Palmarum. 465.2

Hierico pimus qualis.493.2
Hieroglyphica Aegyptiorum quid myſterij cõtinerent. 72.1
Hierocles quis.435.2
Hieronymus qua ductus ratione propriam ex Hebræo editionem protulerit.22.2
Hieronymi autoritas commendatur.24.1.& 2
Hieronymus in latinum tranſtulit ex Græca 70. translatione, nõ ex Hebraica lingua libros Pſalmorum ſapientiæ, Eccleſiaſtic, Baruch, & Epiſtolam Hieremiæ Prophetæ.26.2
Hieronymus duplicem ſcripturarum editionem perfecit. 55.1
Hieronymi ſententia de cellulis 72. Interpretum refutatur.631.2
Hieronymus hæreticorum malleus nuncupatur. 103. colum.2.
Hieronymus in quo eminuerit quàm maximè.122.2
Hieronymus propter quid magni habitus eſt in Eccleſia. 244.1
Hieroſolyma non tantùm Reges, ſed & Præſides Romanorum habuit.464.1
Hieroſolyma ex quo tempore cœpit, non ampliùs per Reges, ſed per Præſides gubernari.466.2
Hieroſolymitani excidij cauſa ponuntur. ibid.
Hieroſolymæ ampla deſcriptio.505.1
Hieroſolymitani templi deſcriptio.518.1
Hieroſolymitanum templum cur vnum tantùm in tam inſigni ciuitate.510.2
Hieruſalem turris qualis.515.1
Hieruſalem quot hominum millia aleret.515.1
Hieruſalem ſub Adriano ſale conſperſa.516.2
Hieruſalem à Deo cur funditus excindi permiſſa. 517. col.1.
Hieruſalem euerſio atque captiuitas vbi eſt prædicta à vatibus.517.1.& 343.1
Hieruſalem quot fuerunt captiuitates.518.2
Hieruſalem quando primum, & per quos Chriſtianos recuperata.ibid.
Hieruſalem quando fuerit à Romanis obſeſſa, & capta. 541.2
Hieroſolymæ ſitus qualis.348.2
Hieruſalem olim caput, & fundamẽtum Eccleſiæ. 422. colum.2.
Hieroſolymitanæ vrbis encomium.505.1
Hieruſalem quot olim nominibus ſacris appellata. 505. col.1.
Hieruſalem primus conditor fuit Melchiſedech. 506. col.1.
Hieruſalem qua Dei voluntate in barbaros venerit. 483.1
Hieruſalem non fuit Salem.505.2
Hieruſalem etymologia triplex.507.1
Hieruſalem ſitus qualis.507.1.& 507.2
Hieruſalem in ſenſu literali allegorico, & anagogico explicatur.74.1
Hieruſalem quibus nominibus in ſcriptura illuſtretur. 507.2
Hieruſalem editiſſimi montes qui.508.2
Hieruſalem ædificia inſigniora quæ olim extiterint.508 2.& 514.2
Hieruſalem circuitus.509.2
Hieruſalem triplici muro conſtabat, teſte Ioſepho. 509. colum.1.
Hieruſalem quid ſonet. 125.1. & quando cœperit appellari ciuitas iuſtitiæ.126.1
Hierico qualis ciuitas, & cur dicta ciuitas palmarum. 485.2
Hippus vrbs qualis.479.1
Hirci duo legales, alter offerendus, alter dimittendus, quid ſignificent.347.2
Hircorum mira fœcunditas.353.2
Hyſtoriographi lex in ſcribendo hiſtoriam. 63.1
Hiſtoria ſeptuaginta Interpretum ſcribitur.41.2
Hiſtoria animalium plantarum aromatum & lapidorum pretioſorum vtilis eſt ad ſcripturarum perceptionem, teſte Orig.98.1
Hiſtoria gentilium mendacijs ſcatet.116.2
Hodie, & cras in ſcriptura quid.351.1
Hæmorrhoiſſa quænam.208. & cuius rei typus. 38.colum.2.
Hæretici argumenta ad probandum perſpicuas eſſe ſcripturas diluuntur.18.2
Hæreticus reijciendus eſt à lectione ſacræ ſcripturæ. 7. colum.2.
Hæreticorum libris maximè abſtinendum.103.2
Hæretici punctorum & accentuum mutatione ſcripturas corrumpunt.122.2
Homœoſis quid ſit.237.2
Homeri errores qui.307.1
Hominis creatio de limo terræ, quã fabula ſecundùm aliquos fuerit adumbrata.351.2
Homines carnales & ſpirituales qui.343.1
Homines flagitioſi & mali, num Chriſtum præfigurauerint.347.1
Hominis ætatis diuiſio quæ.277.1
Homo quomodo anima caro, & ſpiritus dicatur. 235.colum.2.
Homo ſi non peccaſſet quomodo immortalis pertranſiſſet. 216.1
Homo per peccatum quomodo ſpoliatus & vulneratus ſit.ibid.
Homini poſt peccatum quænam plagæ fuerint impoſitæ. ibid.
Hominis nomen quale, & quid in ſcriptura ſignificet. 209.2
Homo cur conditus, 134.1. qualiter conditus. 216.1.& quo die creatus, 439.2
Homo iocus eſt ludusq; deorum teſte Platone.134.1
Homo cur ſexta die conditus ſit.141.1
Hor mons qualis.481.1.2
Horatius ſatyra 8. quid intelligat per vmbras Mecœnatis.295.2
Horus autor quis ille.72.1
Humanitatis Chriſti pulchra epitheta.189.2.
Humanæ literæ quantum diuinis cedant. 379.1
Humanarum literarum ſcriptores in quibus deficiant teſte Sulpitio.306.2
Humaniorum literarum per illuſtres autores mendacij leuitatis atque temeritatis notantur.397.2
Humanarum diſciplinarum cognitio ad ſcripturarum intelligentiam quàm vtilis.329.1
Humaniores literæ ſcripturis ſacris adiunctæ quid teſte Baſilio.331.1
Humanarum ſcientiarum profeſſores in veteri lege quinam illi.332.1
Humanioribus diſciplinis quomodo vtendum. 334.colum.2.
Humiles peculiari quodam modo à Deo illuminantur ac doceantur in ſcriptura ſacra.18.2
Humilitas ad ſcripturarum intelligentiam multum conducit.96.2

Hus patria fuit Iob.156.1.2
Hyades; vnde nomen accipiant, & quænam illæ ſint. 129.2
Hymenæi & Alexandri hæreſis vnde teſte Cyrillo. 180. col.1.
Hymnus quid ſit & quo differat à Cantico & Pſalmo. 161. 2
Hypallage quid.243.2
Hyperbole quid, eiusq; vſus quales.259.1
Hypotypoſis quid.239.2
Hypozeuxis quid.240.1
Hyrcanus quis fuerit, eiusque mors qualis. 467. vſque ad 469.

I.

IAcobus Apoſtolus eodem die quo Dominus mortuus eſt teſte Calixto Papa.452.2
Iacobus qualis vir, & eius peregrinatio.158.2
Iacob non eſt à mendacijs excuſandus.210.1
Idiotiſmi linguarum Hebraicæ & Græcæ quales. 55.& 258.2.& 301.2
Idioma quid ſecundùm Damaſcenum.189.1
Idolum cur nihil ſit.281.2
Idola prorſus inutilia, & pernicioſiſſima.207.1
Idumæa quænam illa.492.1
Idumeæ terræ deſcriptio.442.2.& 156.2
Idumæa appellatur Edom.100.2
Iebus & Iebuſæi qui.484.2
Icon quid ſit.238.1
Ieiunij tempore quibus abſtinerent Iudæi.220.1
Iehouah Dei nomen quale.142.2
Iehouah & Schobe in quo differant. 142.2
Ieſus ſignificat medicum, & curatorem ſecundùm Baſiliũ & Cyrillum.125.1
Ieſu nomina, vide nomina Chriſti.
Iezabel quid ſignificet.125.2
Imago rerum ſecundùm Paulum quid ſit.344.1
Imagines depingere licitum eſt, neque aduerſatur illud Exod.20. non facies tibi ſculptile, & cæt. 131. colum.2.
Immolare apud Paulum quid ſit.292.1
Impoſſibile in ſcripturis pro difficili capitur. 123. colum.1.
Impoſitio nominum ſignum eſt dominij teſte Damaſceno. 125.2
Imperatiuo modo, & eius futuro quomodo ſcriptura vtatur,198 & 196
Incarnationis Chriſti quantum fuerit beneficium. 384. colum.1.
Incarnatio Chriſti, quonam die & anno contigerit.440, colum.1.
Incarnatio quid ſit & quibus nominibus in ſcripturis dicatur.184.2
Incarnatio Chriſti quo die facta.440.1
Incarnationis myſterium cur nouum dicatur Hierem 31. 185.1
Incarnatio Chriſti in electro (Ezechiel.1.) eſt delineata. ibid.
Incarnatio quid ſit, & vnde dicatur.280.1
Inferni tormenta quibus nominibus appellentur in ſcriptura.231.2
Indurare peccatores quomodo Deo competat.287.2
Iniquitatem diligens animam ſuam odio habet. 120.colum.2.
Ingeniorum excellentium proprium quid.18.1
Ingredi & egredi quid ſit ſecundum Hebræos. 292. colum.2.
Inſignia Regum terrenorum in manu, & capite: inſignia verò Regis Chriſti in humero geſtantur. 32. colum.2.
Interrogationis vſus in ſcripturis frequens eſt. 206.colum.1.& 2.
Interrogationum varietas in ira.207.1
Interrogationes à Deo factæ quid ſignificent. 208. colum.1.
Interpretari linguam alienam difficile eſt.19.2
Interpretis boni cõditio.26.1.525.1.& eius munus quid. 28.1.& 55.2.& 50.1
Interpretatio elementalis quænam. 76.1.& eius inuentorei.77.1
Interpretatio Phyſica qualis.78.1
Interpretes ſacræ ſcripturæ quas debeãt proprietates, legesque ſeruare. 101. 2
Interpretatio optima ſacræ ſcripturæ, quænam ſit. 117.2. & 118.1
Ioachim Abbas quis ille. 79.1. & in quo errauerit teſte diuo Thoma.79.2.& 352.2
Ioachim iſte malè de noſtro Euangelio dogmatizauit. 436.2
Ioachim Virginis parens vnde oriundus.499.2
Ioannes Baptiſta ſanctificatus fuit in vtero matris. 105. colum.2.
Ioannis Euangeliſtæ ætas annumeratur.78.1
Ioannis Epiſtolæ canonicæ argumentum, intentum, & qualitates.103.2
Ioannes quando defunctus.424.2
Ioannes Euangeliſta Propheta fuit in Apocalypſi. 169. colum.1.
Ioannes Euangeliſta quo loco, & tempore Euangelium ſcripſerit.424.1
Ioannes Euangeliſta quomodo potuerit in pectore Chriſti recumbere.217.1.& 220.1.& locus ille ius erat deputatus.121.1
Ioannes Baptiſta quamdiu in baptizato Chriſto vixerit. 457.1
Ioannis Baptiſtæ oſſa & reliquiæ quo iaceant loco. 495. colum.2.
Ioannis Euangeliſtæ encomium ex Dionyſio Areopagita. 424.2
Ioannes Euangeliſta Matthæo in duobus excellit. 433. colum.2.
Ioannes Euangeliſta præſtantior licèt poſterior alijs. 434.1
Ioannes Euangeliſta de ſe dixit, Hic eſt diſcipulus Ioan. 21.205.2
Iob liber cur tam difficilis, & quodnam eius argumentum.153.1
Iob libri diuiſio quæ.154.1
Iob libri quis fuerit autor.157.1
Iob typus Chriſti fuit. 153.2
Iob patientia in perſecutionibus deſcribitur.ibid.
Iob quo tempore legatur in Eccleſia.154.1
Iob quare legatur in officio ſepulturæ Chriſtianorum. ibid.
Iob qualis vir fuerit.155.1
Iobi patria qualis fuerit.479.1.& 56,1.& 2
Io quo tempore vixerit.156.2
Iob & Moſes eiſdem ferè temporibus floruerunt.156.2
Iob ſententiæ difficiles explicantur.157.2
Iob non peccauit maledicendo diei ſuæ.158.2.& 159
Iob originale peccatũ cognouit Dei reuelatione, ſcilicet, & reſurrectionem carnis. 159.2
Iob maledictiones duæ quid adumbrent.160.1

Iob liber qua metrica ratione conſcriptus fuerit. 165.colum 1.
Iod Hebræis quid ſignificet, 507.1
Ioel quo tempore, & vbi prophetauerit. 176.2
Ioſeph cur pater Chriſti dicatur. 123.2
Ioſephus autor quis ille. 100.1
Ioſephus narrans hiſtoriam Septuaginta Interpretum cur nihil de cellulis dixerit. 163.2
Ioſephus res ſacras quæ reuera contigerunt multas conticuit. ibid.
Iordanis fluminis origo. 495.1
Iordanis fontes duo, Ior, & dan, à quibus appellatur Iordan. 497.1
Iordanis curſus qualis. 497.1
Ioſue Chriſti typus eſt. 7.1
Iracundi proprium quid. 273.1
Iſaiæ prophetiæ partitio breuis. 176.1
Iſaiam ſerra diſſectum libri teſtantur apocryphi ſecundùm Origenem. 36.2
Iſraelitici populi liberatio quotuplex, & myſticè quid. 352.2
Iſraelitici populi, cum Chriſtiano comparatio, & diſcrimen 376.2
Iſraeliticus populus quomodo ſit pars Domini. 59.1
Iſrael peccatum primum, ſecundum, tertium, & quartũ explanatur. 35.1
Iſrael nomen quid ſonet. 108.2
Iudas quando laqueo ſe ſuſpenderit, & an præceps fuerit. 242.2
Iudæ proditoris peccatum venditionis Chriſti cur Iudæis imputetur. 35.2
Iudas iſte vnde oriundus. 87.2. & quomodo perſonam geſſerit Iudæorum. 149.2
Iuda quid ſignificet. 492.1
Iudæ religio quanta. 491.2
Iudæi vnum tantùm Deum agnoſcunt, & colunt. 510.colum. 1.
Iudæorum in Babylone captiuitas qualis. 532.1. & 586.colum. 1.
Iudæi Chriſtum quando negauerint. 543.1
Iudæis quando defecerit hoſtia, & ſacrificium. 543.2
Iudæa Præſidem, Syriæ Præſidi vnde conſtet fuiſſe ſubiectum. 464.1
Iudææ Præſides omnes numerantur. ibid.
Iudæa quando primùm in prouinciam fuerit redacta. 463.2
Iudææ Reges numerantur. 466.2
Iudææ ciuitates. 492.2
Iudææ fœcunditas quanta. 484.1
Iudæa ſolùm Balſami præſtantiſſimi ferax. ibid.
Iudæa vnde maximè nobilitata. ibid.
Iudæorum vernacula lingua olim fuit Syriaca, ſiue Chaldæa. 21.2
Iudæi honorificum teſtimonium de D. Hieronymi editione protulerunt. 23.1
Iudæos poſt aſcenſionem Chriſti in cœlum editionem Septuaginta, & totam ſcripturam etiam Hebræam maligné deprauaſſe. 29.2
Iudæos quid ad credendum Euangelio retardaret. 396.colum. 2.
Iudæi comparantur miluo, Ciconiæ & Hirundini. 29.2. & 30.1
Iudæi promptiſſimi erant ad ſcripturam deprauandam. 31.3 & 37.1
Iudæi quomodo terram Promiſſionis obtinuerint. 92.1
Iudæi ſacros libros, vt Deum colebant. 40.1
Iudæorum mores deprauati, & vitia deſcribuntur. 67.colum. 1.
Iudæi quomodo claudant regnum cœlorum. 67.1
Iudæi in ſcripturis interpretandis non attendunt antecedentia, & conſequentia textus. 169.2
Iudæorum gloſſæ atque interpretationes in ſcripturam fugiendæ. 98.2
Iudæi Pſalmos & Propheticos libros quonam tantùm referant. 177.1
Iudæorum diuerſa ſupplicia, & an cruce vterentur. 123.2. & 124.1
Iudæorum ſepeliendi ritus, qui. 224.1
Iudæis quando primùm fuerit conceſſa iudiciaria poteſtas. 223.2
Iudicis proprium quid. 143.1
Iudicij dies, vide nouiſſimum iudicium.
Iudicare in ſcripturis ſæpè idem quod condemnare eſt. 211.2
Iudicare duodecim tribus penes quem ſit. 232.1
Iudicij dies memoria Chriſtiano cuilibet vtilis. 216.1
Iudicari ab humano die, ſecundùm Paul. 1. ad Cor. 5. quid ſit. 130.1
Iuliani de Apoſtolis impia ſententia. 107.1
Iuliani apoſtatæ error. 107.1
Iuramentum an ſit licitum. 194.1
Iuramentum Pythagoræ quale. 388.1
Iuramentum quatenus à Chriſto prohibitum. 194.2
Iuramẽtum quomodo fuerit licitum in Veteri lege. 194.1. & 311.1
Iurandi duæ particulæ Græcis familiares. 316.2
Iurandi modus qualis in veteri, & qualis ſit in noua lege. 194.1
Iurandi mos per quatuor Euangelia: an vetus in Eccleſia fuerit. 388.1
Iurare certè in veritate & ſimilia num ſit peccatum. 194.1
Iurandi formula Chriſtianis à Paulo tradita qualis. 194.2
Iurandi cæremonia apud Iudæos olim ſeruata qualis. 295.2
Iuramenti Clinij mira religio. 194.1
Iuret cur Dominus. 194.2
Iuſtinianus Imperator quando regnauerit. 94.1
Iuſtificationis voces ambiguæ diſtinguẽdæ quarum contra Hæreticos. 114.2
Iuſtificatio in veteri lege per Chriſtum facta ſuit 377.2

K.

KEden quid Chaldæis. 160.2
Kalendarij Iuliani inſtitutio quæ & qualis. 132.2

L.

LAban cuius rei typus. 365.1
Phiala qualis. 497.1. & 2
Lacus Semechonitis, quid. 497.2
Lacus Alphaltidis multa admiratione digna habet. 501.colum. 1.
Lamech peccatum quale fuerit. 368.1
Vide verbum editio Hieronymi.
Legere ſcripturas quomodo debeamus, teſte Damaſceno. 96.1
Lector ſcripturarum, & earum auditor qualis. 203.1
Lectio ſcripturarum cœlorum eſt reſeratio, teſte Chryſoſtomo 317.2
Lecti diſcubitorij quales. 217.1
Leonis vox quibus accommodetur. 348.2. & 349.colum. 1.
Leonis proprium quid. 349.1

Locus cur nulla terra portio ſit attributa. 475.1
Lex Dei theſaurus eſt abſconditus in agro ſecundum Ireneum 67.1
Legis Veteris & Nouæ diſcrimen. 114.2
Legis Moyſis, vide dicta. 62.2
Legis antiquæ ab Euangelica diſcrimen quod. 175.2
Lex Euangelica in quo conſiſtat. 115.2
Lex Vetus, cur indigna nomine Euangelij. 389.2
Lex vnde dicitur potiſsimùm. 391.2
Lex digito Dei quo pacto fuerit conſcripta. 395.2
Lex qua ratione Iudæis à Deo data. ibid.
Legem Veterem totam Moyſes conſcripſit. 396
Lex Euangelij quando cœperit obligare. 421.2
Libani montes quales, & cur ſic dicti. 997.1
Libanus mons myſticè ſuperbum denotat. ibid.
Libri Canonici quot. 21.c. & 353.1
Libri Hebraici qui ſcripti erant cum punctis & accentibus, tanquàm prophani in Synagoga olim habebantur. 38.2
Liber obſignatus, quem neſciebant legere Iudæi Iſai. 29. *quid ſignificet.* 66.2
Libri Iudæorum, aut Rabbini quatenus conſulendi. 66. colum.1.
Libri de Doctrina Chriſtiana D. Auguſtini, quàm vtiles. 90.2
Librorum Canonicorum autores quinam illi fuerint. 92. colum.1.
Libros eſſe Canonicos, vel ſecus penes quem ſit iudicare. 91.2
Liber Apocalypſis Canonicus eſt. ibid.
Libri ſacri quinam incertos habeant autores. 91. colum.2.
Libri in Scripturis memorati qui modò non extent, & quid de illis ſentiendum eſt. 93.1
Libri iſti, nunquàm Canonici habiti fuerunt in Eccleſia. ibid.
Liber Canonicus quid ſit. 93.2
Libri Canonici, vide Canonici libri.
Liber Talmud qualis. 209.1
Libri prophani & Ethnicorum qua moderatione legendi in ſacra ſcriptura. 98.2
Libri Gentilium quatenus conſulendi, teſte Damaſceno. 335.1
Liber Iob, vide Iob.
Libri Hebræorum quibus vocibus finiantur teſte Hieronymo. 165.1
Libri Prouerbiorum, vide Prouerbiorum libri.
Liber geſta Romanorum dictus quid habeat incommodorum. 352.1
Liber qui inſcribitur acta Pilati contra Chriſtum, autore Maximino Imperatore fictus eſt. 436.1
Libertas triplex, naturalis Politica & Chriſtiana. 115. colum.1.
Libertati Chriſtianæ ſeu Euangelicæ nil eſt contrarium præter peccatum. ibid.
Lignum ſcientiæ boni & mali cur ſic appellatum. 126. colum.1.
Limbo detentis quantum Chriſtus profuerit. 385. colum.2.
Linguarum varietas oſtenditur quibus ſcriptura conſcripta fuit. 14.2. & 212.1
Lingua Hebræa fons eſt & origo cæterarum. 23.2
Linguæ originales quid peculiare habeant præ cæteris. 25.1
Linguam alienam interpretandi munus quàm difficile, & arduum ſit. 28.2. & 56.1
Linguarũ dona quomodo acceperint Apoſtoli in die Pentecoſtes. 24.1
Lingua Græca olim quàm latè pateret. 52.2
Linguarum confuſio in turri Babel quomodo intelligatur. 51.2
Linguæ quot fuerint. 96.1
Linguarum vtilitas. 46.2
Linguarum Græcæ, Hebraicæ, & Latinæ vtilitas quanta. 243.2. & 241.1
Linguæ quatenus addiſcendæ. 254.2
Linguarum donum quàm excellens. ibid.
Linguæ Hebrææ ſuper alias excellentia quanta. 256.1. & 285.1
Lingua Hebræa diuinitùs fuit infuſa. 256.1
Linguæ Hebrææ antiquitas quanta ibid.
Lingua Hebræa, Orientales omnes peperit linguas. 257. colum.2.
Lingua Latina mater eſt Occidentalium linguarum. 257. colum.1.
Lingua Hiſpanica, Italica, & Gallica, quàm parùm à Latina diſcrepent. ibid.
Lingua Phrygia fabuloſè fingitur omnium prima. 257. colum.2.
Lingua Hebræa omnes breuitate vincit. 258.1
Linguæ ſanctæ caſuum diſtinctio qualis. 258.2.2
Eius proprietates quæ. 295.1. & 2
Caret comparatiuis. 260.1
Quomodo ſuppleat ſuperlatiua, quibus caret. 261.2
Lingua Hebræa collocans nomen ſubſtantiuum in plurali cum alio ſubſtantiuo, v.g. Deus Deorum, Canticum Canticorum, & cæt. principatum denotat. 268. colum.1.
In lingua ſancta geminatio eiuſdem nominis diſtributionem ſignificat. 262.1
Lingua Hebræa relatiuis gaudet ſuperfluis. 263.2
In ea quid ſonent pronomina, ego, tu, is, meus, &c. 267. colum.1.
Linguæ Hebrææ diuiſio in alias linguas qualis. 272. colum.1.
Eius varij ſignificatus vnde. 272.2
Lingua Hebræa tranſitiuis verbis frequenter vtitur. 285.2
Lingua Græca, vide Græca lingua.
Literæ Hebrææ quàm inter ſe ſimiles ſint. 37.2
Earum diuerſi ſignificatus & acceptiones. 38. & 39
Literarum combinationes iucundæ. 67.2
Literæ tam Græcæ quam Latinæ abbreuiatæ. ibid.
Literarum Hebraicarum pronunciatio qualis. 101. colum.1.
Literas ſyllabas & apices ſcripturæ debent Theologi expendere teſte Baſilio. 111.2
Litera quomodo occidat, Spiritus verò viuificet. 150.2. & 377.1
Litera & Spiritus in ſcripturis quid ſint. 173.2. & 174. colum.1.
Literarum detractio aut additio in quibus ſcripturæ locis contingat. 248.2
Loci ſacræ ſcripturæ qui videntur contrarij. 108.1
Loci ſcripturarum quot modis in Euangelio citantur. 111. colum.1.
Loci ſacræ ſcripturæ difficiles explicantur. 120.1
Loth Chriſti typus eſt. 210.1
Loth vbi ad orandum confugiebat. 500.2
Loth filiæ quid ſignificent myſticè. 210.1
Lotio pedum diſcipulorum Chriſti quid denotet. 220. colum.2.

*Lucæ Euangeliſtæ narratio quæ eſt ante primum caput hiſtoriæ quomodo ſit intelligenda.*187.1
*Lucas Euangeliſta inter alios Euangeliſtas Græci ſermonis eruditiſſimus fuit.*318.1
Cur bouis ſpecie effingatur. 191.2. 408.1
Num inter Septuaginta Domini diſcipulos computetur. 412.2
A quo ſuum didicerit Euangelium. 404. colum. 2. & 413.1
Quæ fuerit eius patria. 476.1
Num viderit Chriſtum. 410.2
*Vt pote Medicus Medicum introducit in Euangelio Chriſtum Dominum.*407.1
Quando & quo loco ſuum condiderit Euangelium. 422. 2. & 423.2
Lucerna in Hebræo idem, quod filius Heres. 221. col. 1. & 178.2
*Lucia penultima correpta proferenda eſt.*101.1
Ludus Dei in orbe terrarum, Prouerb.8. quid ſignificet. 134.1
Lumbos præcingere quid 301.1
*Lumen vultus Dei ſignare Pſal.4 quid ſit.*165.2
*Lutherus multa Scripturæ loca corrumpit, & quos libros ſacros apocryphos eſſe dixit.*30.2
Lutheri impium de Dionyſio Areopagita iudicium. 69. col.2.
Lutheri ſecta quadruplex 414.2
*Lutheri errores in æditione Scripturarum in Germanicam linguam quot fuerunt.*96.1
*Lutherus quàm malè aberrauerit explicans illud Matt. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.*118.2. & 149.1
Lutheri in S. Thomam Aquinatem blaſphemia quænam. 336.2
*Lunæ accretio & decretio qualis.*253.1
Luna decimaquinta tempore mortis Chriſti quo die inciderit. 453
Lucem in manibus abſcondere quid ſit apud ſanctum Iob. 8.col.1.
*Lux prima die condita quid ſit.*157.2
Lithoſtrotos Ioan.19. quomodo pronunciandum. 249.2. & 250.2
Lyſanias Lucæ 3. quis ille 496.1
Ly, as quis ille. 469.2

M.

Machabæorum patria, atque ſepultura. 488.2
*Magdalenæ dæmonia ſeptem quid ſignificent ad literam.*118.2
Magdalena qua ratione caput Chriſti vnxerit. 220. colum.2.
*Magdalenæ patria quæ.*498.2
*Magdalena quomodo lachrymis pedes Saluatoris rigauerit.*217.1
*Mahometani illuſtres autores Aueroes, & Auicena quid de ſuo Alcorano ſentiunt.*414.1
Mahometani dixerunt ſuum Mahometum fuiſſe in noſtro Euangelio ſcriptum & poſteà expunctum. 436. colum 1.
*Mahometana ſecta à quibus ortum habuerit.*414.1
*Mahometi Euangelium quale.*436.1
*Mahometani Alcorani contextus qualis.*169.2
Mala aurea in lectis argenteis quid ſignificent. 69. colum.1.
*Magiſtratuum genera Babyloniorum quæ.*130.1
*Maledicere quomodo permiſſum Prophetis.*232.2
*Maledicere aliquando num liceat.*158.2
*Macor Hebræis quid.*285.2
*Manna Euchariſtiam repræſentauit.*72.2
Manichæorum errores aliquot oſtenduntur. 417.1
*Manifeſtare aliquid idem eſt quod facere aliquid in ſcriptura.*146.1
Marcion quis ille? 341.1
Manus imponere in ſcriptura multa ſignificat. 292. colum.1.
Manus leuare, & extendere in ſcriptura quid. 295. colum.2.
Marcus Euangeliſta poſt decimum annum ab aſſumpto Chriſto ſcripſit ſuum Euangelium teſte Chryſoſtomo. 423.1
*Marcus cur Matthæi breuiator ab Auguſtino Chryſoſtomoque dicatur.*429.2
Marcus num Græcè an Latinè ſcripſerit ſuam hiſtoriam. 431.1. & 432.1
Marci duo in Euangelica memorantur hiſtoria. 128. colum.2.
*Marcus Euangeliſta num inter Septuaginta Domini diſcipulos computetur.*404.1. & 410.2
Marcus Euangeliſta vnde ſuum hauſerit Euangelium. 404.1
*Marcus Hebraicè quid ſonet.*407.1
*Marcus Euangeliſta num aliqua de Chriſti myſterijs viderit.*410.2
*Marcus Euangeliſta qualem Chriſti generationem enarrandam ſuſceperit, & quare leonis effigies ei tribuatur.*193.2
*Mare Hebræis quid.*279.2
*Mare in ſcriptura quid.*319.2
*Mariæ Deiparæ conceptio abſque originali peccato probatur.*121.1. & 160.2. & 233.2
Mariæ nomen quomodo apud Iudæos proferatur, ibi. colum 1.
Maria Virgo ab omni actuali peccato immunis extitit. 121.1
*Mariam Virginem poſt partum manſiſſe omnium ſignorum Dei maximum eſt.*185.1.
*Maria cur mulier dicta.*255.2
A Maria dignitas Virginum cœpit. ibid.
*Maria Virgo cur vera ſit mater Chriſti.*309.1
*Maria Virgo cur maiori gratia præ omnibus ſanctis fuerit à Deo præuenta.*348.2
*Mariæ Virginis monumentum, vbinam ſit.*516.2
*Maria Virgo collum Eccleſiæ dicitur.*348.2
*Materia prima menſuratur quo.*159.1
*Materia prima ſine omni forma poteſt exiſtere Dei virtute.*136.1
*Materia prima habet exiſtentiam propriam, ſtetitque in principio mundi ante omnem formam.*136.1
*Materia prima non fuit ab æterno, vt Plato putauit.*134. colum.1.
Materia prima quibus nuncupetur nominibus. 135.1. & 137.1
*Maſſoreth liber qualis.*38.1
Matrimonium, vide nuptiæ.
*Matthæus Euangeliſta qualem Chriſti generationem enarrauerit.*191.1
*Matthæus cur Chriſti genealogiam initio Euangelij deſcripſerit.*191.1
*Matthæus Euangeliſta prius appellatus eſt Leui, & qua ratione à genealogia Chriſti ſuum inceperit Euangelium.*406.2
*Matthæus de ſeipſo dixit cap. 9. inuenit hominem ſedentem in Telonio.*225.1

Matthæus

Matthæus octauo anno poſt Chriſti Aſcenſionem ſuum Euangelium conſcripſit ſecundùm Chryſoſtomum. 423. col. 1.
Matthæi Euangel. num Græcè fuerit conuerſum, & à quo. 427. 2
Matthæus qua lingua, quoue idiomate Euangel. ſcripſerit. 426. 1. & 2
Matthæus Syriaca lingua ſuum Euangelium conſcripſit. 431. 1
Medan Sarracenis quid. 497. 1
Mediatoris Chriſti deſcriptio. 406 1
Mediatoris proprium quid. ibid. 1. & 2
Medicus quàm propriè Chriſtus dicatur. 380. 1
Medium in omnibus tenendum. 105. 1
Melanchthon quid ſenſerit de Suenckfeldio. 70. 1. & 71. colum. 1.
Melchiſedech eſt nomen cuiuſlibet Regis Salem, & Abimelech Philiſtinorum. 127. 2. & 128. 1
Melchiſedech patria qualis. 179. & 500. 1
Melle de petra ſaturare Pſal. 80. vnde ſumptum eſſe videatur. 152. 2
Meliton autor quis ille. 71. 2
Mendacium in quo à falſitate differat. 119. 2
Mendacium quoquomodo leue in ſacris ſcripturis admittere quid eueniret. 107. 2
Menſis, vnde ſic appellatus. 253. 1. & 271. 1
Mens iri quæ neſciat. 207. & 208. 1
Mercenarij & anni quid. 279. 1
Meretrices duæ coram Salomone de filio ſecum altercantes, quid myſticè. 348. 1
Meriti omnis humani ratio ac fundamentum Chriſtus. 150. 1
Meſopotamia in qua parte ſita eſt, & eius deſcriptio qualis. 473. 2
Metalepſis quid. 236. 2
Metaphora quænam. 75. 1
Metaphora quatenus vtendum ſit. 296. 1
Metaphora quibus de cauſis fuerit excogitata. 234. 1
Metaphora quid ſit. 227. 2. & 234. 1
Metaphoræ ſpecies quæ & quot. 234. 1
Metaphoræ vſus qualis eſſe debeat. 234. 2
Metaphora quæ vitanda. 234. 2
Metaphraſis, vide paraphraſis.
Metaſthenes Perſa verus, quis ille. 534. 2
Methodius martyr quis fuerit. 79. 1
Metonimia quid. 234. 2
Metretæ duæ quas capiebant hydriæ nuptiales quid myſticè. 360. 1
Millenarius numerus qualis. 368. 2
Militia quid. 278. 2
Mineruam armis inſtructam cur Poetæ finxerunt. 338. 2
Mingentem ad parietẽ deſtruere, in ſcriptura quid. 301. colum. 1.
Miracula cur fecerit Chriſtus Dominus. 197. 1
Miraculum mutationis aquæ in vinum in Cana Galileæ quo tempore factum. 454. 2
Miracula cur fieri non ſoleant hoc tempore, vt olim fiebant. 197. 1
Miracula ita faciebat Chriſtus, vt nullus de eis dubitaret. ibid.
Miſſam vernacula lingua conſcriptam prohibuit Gregorius VII. 96. 1
Miſericordia eſt propria Regis. 72. 1
Moabitæ viri fortes & belicoſi, vnde dicta. 503. 2
Modiperator quiſnam. 219. 1
Momentum propriè quid. 270. 2
Montanus Hereticus, quis ille. 169. 2
Moneta adulterata comparatur ſententia recentiorum autorum contra Patrum dicta, teſte Clemen. Alexand. 132. 1
Montis Caſij altitudo qualis. 476. 2
Mons altiſſimus in ſcriptura Numerorum 34. quid dicatur. 481. 1. & 2
Montes terræ Palæſtinæ quàm feraces. 483. 2
Mons Tabor cur ita dictus. 484. 2
Mons Garizim qualis. 491. 2
Montes Thrachones, qui. 496. 2
Montes Libani & eius fines quales. 497. 1
Montes Palæſtinæ quales. 502. 1
Montes myſticè ſanctos ſignificant. 508. 1
Montes Hieruſalem circumſtantes quinam. 508. 1. & 2
Montis Sion deſcriptio. 509. 1
Mons Moriath quiſnam. 509. 1. & qualis. 541. 1
Mortificati dicuntur ab Iſaia ablactati à lacte. 8. 1
Motus quid ſit. 334. 1
Motus quando cœperit. 138. 1
Mobile primum cum orbibus planetarum ſimul Deus condidit. 138. 1
Motus contrarij nequeunt eidem corpori ſimplici conuenire. ibid.
Moyſes autor fuit pentateuchi. 92. 1
Moyſis leges vnde dictæ teſte Diodoro. 142. 2
Moyſes cur conſtitutus dicatur Deus Pharaonis, Exod. 7. 143. 2
Moyſes & Iob iiſdem ferè floruêre temporibus. 156. columna 2.
Moyſes quid ſonet, & an Pſalmum aliquem condiderit. 162. 2
Moyſes Prophetarum omnium maximus in ſcripturis declaratur. 168. 2
Moyſes pædagogus cur appellatus. 375. 2
Mulier quot modis dicatur. 276. 2
Multos pro omnibus plerumque ponit ſcriptura. 215. columna 1.
Malorum generis primus autor, & inuentor quis. 504. colum. 1.
Mundi ſtatus atque ante legem ſcriptam vſq; ad Euangelicam deſcribitur. 2. 1. & 2
Mundum cur Deus condiderit. 133. 2. & quãdo conditus ſit. 138. 2. & 139. 1
Mundi finis atque omnium partium eius quis. 134. 1
Mundum à Deo conditum ſcriptura diuina cur tradat. 133. 2
Mundus quo ſenſu habeat animam viuam teſte Platone. 274. 1
Mundi ſtatus & miſeria ante Euãgelium & Chriſti aduentum qualis fuerit. 382. 1
Munſterus autor quid de terra ſancta terminis ſentiat. 481. 1
Munſteri editio fugienda eſt. 94. 2

N.

NAbuchodonoſor nõ fuit vnus duntaxat homo. 128. 1
Nabuchodonoſor vaſis ſacris abuſus fuit. 106. 1
Nathan duo fuerunt. 128. 2
Natatoria Siloe quid. 516. 2
Natura accidentis quid. 86. 1
Natiuitas ex parentibus infima nota, virtutibus nobilitatur teſte Chryſoſtomo. 192. 2
Natalis dies, vide dies natalis.
Natiuitas Chriſti quo anno & die contigerit. 440. 2. & 462. 2

Natiuitas Chriſti exprimitur Iſa.53. generationem eius, &c.81.1
Neemiæ libri, vide Eſdræ libri.
Negationem pro affirmatione ponere Rabbinis vſitatiſſimum eſt.39.1.& negationis vſus qualis in Scriptura. 269.c.2.
Negatio, non, in Scriptura quam vim habeat.211.
Negationis vſus in ſcriptura multiplex.212.2
Negationis repetitio in ſcripturis frequens.ibid.
Nero quanto tempore fuerit Imperator.462.2.& 463. colum.2.
Neronis in Chriſtianos ſæuitia quanta. 463.1
Neſcire Dei, reprobare eſt in ſacris literis.146.col.2.& 207.2
Nili fœcunditas mira.501.1
Nympha Græcis quid.245.1
Niniue ſubuerſio quo tempore acciderit.59.2
Niſi in ſcriptura quid.328.2
Nobilitas ſanguinis quanti æſtimanda.192.1
Noe fuit primus inuentor inſtrumenti colendæ terræ, & vnde id conſtet.252.2
Noe quandiu vixerit.233.2
Nomē Emmanuel Hebræis quid habeat peculiare.428.1
Nomine Ieſu facere aliqua quid ſit.310.2.& 311.& 311. colum.1.
In nomine Ieſu loqui quid.310.2
Nominibus Cardinalibus pro ordinalibus vtuntur Hebræi.225.1
Nomina comparatiua quibus vtitur ſcriptura quænam. 160.1
Nomina abſtracta pro concretis ſæpè ponuntur in ſcriptura.263.1
Nomina Dei quæ enumerat Iſai. 9. quare ſuppreſſerint Septuaginta interpretes.60.1
Nomina ad quid inſtituta.229.1
Nomina 72. Interpretum.42.1
Nomen Ieſu 78.1
Nomina Prophetarum, & virorum Veteris Teſtamenti quo pacto proferenda ſunt.99.2.vſque 102
Nominum fides, ſalus eſt proprietatum ait Tertull.119.1
Nominis Dei etymologia.108.
Nomen Ieſu quale eiusq. etymologia.125.1
Nominum impoſitio penes quem ſit.31.1
Nomina propria quare plura vni homini in ſcriptura imponantur.127.2
Nomina ſunt in ſcriptura quæ plures homines ſignificāt. ibid.
Nomina fabuloſa ſcriptura cur ſoleat interdum vſurpare.129.1
Nomina Dei enumerantur, & extenduntur.141.2
Nomina Deo accommodent ſancti viri pro ratione beneficiorum.144.2
Nomen Dei repetitum quid efficiat.152.1
Nomen Chriſtiani quo tempore cœperit Antiochiæ. 181.2
Nomen nouum Iſai. 42 quale illud.ibid.
Nomina Chriſti quæ & quot.. 88.1
Nomen proprium Meſſiæ eſt Ieſus, cognomen verò Chriſtus.ibid.
Nomen Ieſu diuinitùs tantùm impoſitum, & quamobrem.128.2
Nomen Dei quale.101.1
Nomen hominis quid in ſcriptura ſonet.109.2
Non, & non ſolùm in ſcriptura quid.318.2
Notæ Hebræorum, vide litteræ Hebræorum.
Nouenarius numerus in proprio, & myſtica ſenſu, quid ſignificet.364.1
Nubendi verbum vnde dictum.221.2
Nubere multipliciter capitur in Scriptura.303.& 304 colum.1.
Numerandi ratio in ſcriptura ſeruanda quæ, & qualis. 225.c.1.
Numeralia nomina quomodo in ſcriptura accipiantur. 225.2.
Numerantur in ſcriptura ſoli viri non fœminæ, non pueri, neque ſerui, quamobrem hoc fiat.354.2
Numerorum detractio vel additio, quomodo in ſcriptura intelligenda.226.1
Numerus definitus ſepties, v.g. ponitur quandoque pro indefinito.226.2
Numerorum ſacræ ſcripturæ myſticus ſenſus multiplex. 353.1
Numerus electorum certus quo ſenſu ſit.354.2
Numeri paris, & imparis proprietates ex Plutarcho. 222.1
Nuptiarum conuiuia quo tempore perdurabant.223.colum.1.
Nuptiarum miraculum in Cana Galilææ, quo tempore poſt Chriſti baptiſmum factum ſit.454.& 455.1
Nuptiarum peramœque ratio.221.& 2
Nuptiæ cur noctu celebrari ſolitæ.221.2
Nuptiarum ordo, quem nunc Hiſpani ſeruant, quàm ſit antiquus.ibid.
Nuptæ fœminæ faces accenſas olim geſtabant.223.1
Nuptiales faces cur tantùm quinque ibid.
Nuptiarum mos erat, amicos quinque, & totidem amicas ex vtraque parte conuocare.ibid.
Nupta recens candida induebatur veſte.
Nuptæ ſponſæ cum ſponſo quàm honeſti, ac verecundi congreſſus apud Lacedæmonios.ibid.

O.

O Superpoſitum dictioni Hebrææ quid operetur. 85. colum.2.
Obedientia clauis eſt cæli.5.2
Oblatio ſumitur aliquando in ſcriptura pro re oblata. 262.2
Oblationes antiquæ legis tam variæ ac multiplices quid ſignificauerint.349.1
Oblationum vna pars Deo ſeruanda, altera ſacerdotibus quid ſecundùm Origenem 17.1
Obliuio rerum fuit peccati Adami pœna.2.1
Obſcuritas in ſcriptura laudabilis.131.1
Obſcuris manifeſta ſubuectere ſolent ſcriptura ibid.
Obſcuritas diuinarum ſcripturarum oſtenditur. 116.colum.1.
Octauius Imperator quot annis imperauerit.152
Octonarius numerus quid proprium habeat & eius myſtica ſignificatio 363.2
Oculi quatenus cognitioni deſeruiunt. 1.1
Oculus & virga ſimul Dei hieroglyphicum.72.1
Oculi Eccleſiæ ſunt ſacri Doctores.91.2
Oculus ſcandalizans quo ſenſu eruendus Lucæ. 227.colum.2.
Oculus cuſtodiam denotat.227.2
Oculi Dei reſpicientes aliqua, ea inflāmant, & quo ſenſu. 290.2
Ode ſine canticum quid ſit.161.2
Odium parentum ac noſtri ipſorum quale Dominus requirat.226
Olla iuxta ignem ebullienti diuinam bonitatem comparat Damaſcenus. 133.2
Olympiades quot annos contineant.447

Olympiadum tempus noſſe quàm vtile ſecùdùm Patres 461.2
Onomatopœia quid.236.2
Onus quibus capiatur modis.351.2
Operum fidei & legis diſtinctio.115.1.439.1
Opera iuſtitiæ ſine gratia Dei nulla poſſe fieri. 213. columm.1.
Opera à gratia quid differant.135.1
Opera ſex dierum quæ & qualia.136.colum.177.138.& 139.
Opera bona quæ facimus, Deo in Scripturis tribui conſueuerunt.145.1
Opinio quid diſtet à ſcientia.1.2
Oracula Apollinis qualia eſſent.88.1
Oraculorum Dei & Apollinis diſcrimen.90.1
Oratio ad Scripturarum intelligentiam multum valet. 8 col.2.
Oratio ad literarum ſtudium quàm vtilis ſit teſte Auguſtino.97.1
Orandi ars à mendicis pro templo ſtantibus deſumitur. 211.col.1.
Orationis ſignum eſt manuum eleuatio.295.2
Oratio Chriſti ad quos ſe extenderit.385.2
Orare velato capite ſecundũ Apoſtolum quomodo deturpet caput quod eſt Chriſtus. 2. Corinth. 11.387. colum.2.
Orationis locus quantum iuuet.510.1
Orantes vno loco quare Deus magis exaudiat quàm in alio.510.1
Orbis terrarum quo die conditus fuerit.139.1
Ordo doctrinæ qualis.97.2
Ordo quem ſcriptura frequenter ſeruat qualis. 125. columm.2.
Ordo creandi vniuerſum qualis.134.1
Ordo quotuplex ille ſit.433.1
Origenis error circa paradiſum.118.1
Origenes in libro Canticorum interpretando ſeipſum ſuperauit teſte Hieronymo.167.1
Origenes Allegoriarum amantiſſimus fuit. 344. columm.1.
Originale peccatum vnde cognouerit Iob.159.2
Ortoua quid.119.1
Oſculari manum in ſcriptura quid.300.2
Oſonis fluuius vbi naſcatur.426.1
Oſeas quando prophetauit.176.2
Oſea cum fornicaria copulatio myſticè quid.347.1
Oſiander duos centuriones duaſque Chananæas perperàm multiplicans apud Matthæum & Marcum. 177. columm.1.
Otho Brunſelphius quis ille.436.1
Ouis amiſſa Lucæ 15. myſticè quid.564.2

P.

Patientia Iob deſcribitur eleganter.154.1
Pactum teſtamentum & fœdus in ſacra ſcriptura quo differant.371.1.& 2
Pallas Dea quænam.338.2
Palæſtinæ deſcriptio. 471.1.& 480. eius proprietates. 483.2
Palæſtinæ montes.502.1
Palæſtinæ ſoli fœcunditas cœlique temperies. 483. columm.2.
Palæſtinæ montes quid habeant admiratione dignum. ibid.
Palæſtinæ diuiſio quadruplex.484.1
Panis deſiderabilis Daniel.10. quis ille, & ex quo fiat. 210.1
Panis in ſacra ſcriptura quid ſignificet.279.2
Parabolis tam obſcuris cur Chriſtus vti voluerit. 195. colum 2.
Parabolas Chriſtus cur ſeorſum Apoſtolis explicarit. 195.c.1.
Parabolarum ſenſus literalis vnde ſumendus. 196.1. & 231.
Parabolarum intelligentia vnde venanda.196.1
Parabolarum aliquarum interpretationem cur Chriſtus tradiderit, & non omnium.353.1
Parabolæ intellectu difficiles & obſcuræ ſunt. 165. columm.2.
Parabolæ quomodo allegoriam non admittant. 196. col. 1.& 2.
Paradigma quid.238.1
Paralipomenon quid propriè ſignificet.35.3
Paronomaſia quid.240.1
Paraphraſis quid ſit, & quando ea nos vti debeamus.
Paraphraſis proprietates ex Themiſtio, & Ariſtotele. ibid.
Paraphraſis perantiquus vſus apud autores.ibid.
Participiorum Hebræorum vſus in ſacra ſcriptura qualis.280.2
Partitio ſcripturæ in capita & partes quàm vetus ſit. 203.1
Partitio librorum quorumlibet quàm difficilis ſit. 104. col.2.
Paſcha quotuplex celebrauerint Iudæi.454.1
Paſcha prædicationis Chriſti quidnam. ibid.
Paſchatis diei myſterium quidnam.459.2
Paſſer in ſcriptura quid.350.1
Paſſeres quinque(Lucæ 14.quid ſint.361.2
Paſſio Chriſti, vide Chriſti paſſio.
Paſſuk Hebræis quid.203.2
Patrum antiquorum traditionem quanti fecerint Baſilius, Nazianzenus, & Magnus Athanaſius.132.2
Patres in orthodoxi Doctores in aliquo loco ſcripturæ intelligendo quanti ſint ponderis.ibid.
Pater quot modis capiatur.175.2
Patibulum, vide furcam & crucem.
Paulus Apoſtol.cum Hebræis diſputans iuxta Septuaginta, non iuxta Hebræum locutus eſt.52.1
Paulus Apoſt cur frequentem de Chriſti gratia ſermonẽ inſtituat.384.1
Pauli epiſtola, vide epiſtola Pauli.
Paulus cui ſoboli procreandæ operam daret (1.Cor.4.& Galat.4.228.1
Paulus nomine Beniamin intellectus.179.2
Paulus de ſe ipſo locutus eſt. 1.Cor.12. ſcio hominem raptum,&c.205.2
Paulus ex apocryphis libris cur aliqua ſumpſerit teſtimonia.402.2
Paulus Apoſt.Domini dicta quænam ab Euangeliſtis non ſcripta commemorat.400.2
Paulus in quibus prædicauerit prouincijs.422.2
Paulus quando Romam venerit.462.2
Pauli patria quæ.490.2.& 499.2
Pauperes quem locum in regno Dei obtineant. 248.columm.1.
Pauperes, claudi, ægroti, aut cæci, in templorum veſtibulis commorantes quid ſignificent, & huius rei conſuetudo.210.2
Pauperes quibus modis eleemoſynam ſictè extorſerint. 210.2
Pax à peccatoribus remota.261.2
Pax quanta ſub Auguſto Cæſare.462.2

Peccatorū perſonā induiſunt ſancti vt eius fierent ad uocati. 215.1
Peccatores per ligna ſiluæ myſticè deſignantur. 33. columm.1.
Peccata Iſrael. vide Iſrael peccatum.
Peccatum in Spiritum ſanctum cur nullam habeat remiſſionem. 120.1
Peccati Deus cauſa non eſt. 147.2
Peccatum eſt cauſa mortis. 208.1
Peccatum quotuplex ſit. 274.1
Peccatum morbus eſt, & eius curatio penes quem ſit. 382.1
Peccatum quomodo in ſeruitutem homines redigat. 333. colum.1.
Peccatorum incommoda quot. ibid.
Pelagianorum aliquot errores. 437.1
Pellem pro pelle dare quid ſit Iob. 2. 292.1
Pœnæ inflictæ à Deo illis qui in obſcænos vſus ſcripturæ verbis abutuntur. 106.1
Pentateuchi exemplar à Moyſe abſque punctis & accentibus ſcriptum fuit. 465
Pentateuchi liber antea amiſſus, reſtauratus fuit. 93. columm.2.
Pentateuchi ſenſus myſticus vtilior literali. 368. columm.2.
Pētapolitanæ regionis amœnitas qualis fuerit olim. 501. colum.1.
Pentapoleos qualis reddita vltione diuina. 501.2
Peregrinatio ad ſanctam Hieruſalem quantas ſecum afferat commoditates. 519.1. & 2
Peregrinationum abuſus, vnde proueniat. 520.2
Perfectio Chriſtianæ vitæ qualis. 375.2
Periphraſis quid ſit, & quibus modis fiat. 238.1
Perſica vocabula quibus ſcriptura ſacra vtitur, quæ & quot. 251.1
Perſarum Reges Artaxerxes appellabantur. 688.1
Perſarum Regnum quamdiu ſteterit. 689.1
Perſonæ in Prophetis vel in Pſalmis quæ loquātur. 180. colum.1.
Perſonas in Scriptura loquentes aſſignare perdifficile. 181. & 182.1
Perſonarum diuinarum diſtinctio. 202.2
Petra quid in ſcripturis ſonet. 349.2
Petrus an fuerit idem quod Zephas 124.1
Petrus Apoſtolus cur primus viderit Dominum reſurgentem. 124.1
Petri Apoſtoli ſimulatio, vide ſimulatio Petri.
Pharao non eſt nomen proprium perſonæ, ſed Regis dun taxat. 128.1
Phæretrem quid ſonet 485.2
Pharecei à quibus deſcenderint. 497.1
Phiala lacus vnde ſic dictus. 497.1. & 2
Philadelphia quæ. 479.1
Philiſtæi ijdem qui & Palæſtini teſte Hieronymo. 54. colum.2.
Philo Iudæus ab Auguſtino commendatur. 70.c.1. & in quo errauerit. 118.2
Philoſophi, à Theologia quo differat 333.1
Philoſophia gentibus à Deo cur tradita. 335.1
Philoſophiæ vtilitas quanta. 332.2
Philoſophi ſapientiam ſuam vnde hauſerint. 332.2
Philoſophos eſſe Patriarchas hæreticorum, cur dixerit Tertullianus. 334.2
Philoſophorum proprium quid teſte Hieronymo. 129.1
Philoſophi quinam eloquentiæ ſtudia ſunt aſpernati. 337. colum.1.
Phœnicia à quo ſic dicta, eiuſque vrbes quot. 477.1. & 484.2
Phraſes Hebraicæ linguæ, vide verbo Idiotiſmi, & verbo lingua Hebræa.
Phryges quid de antiquitate ſuæ linguæ fabuloſè finxerint. 257.2
Phyſica interpretatio qualis ſit. 78.1
Picus Mirādulanus quomodo ſcripturam interpretatur. 78.2
Pontius Pilatus Iudæam quamdiu adminiſtrauit. 465. colum.1.
Pilati ſeditiones & diſſenſiones quot. ibid.
Pilati infeliciſſima mors. 465.2
Piſcina probatica myſticè quid. 459.1
Piſcibus cur nomina non impoſuerit Adam. 256.2
Plantare & rigare 1. Corin. 3. quomodo ad Euangelij miniſtros ſpectet. 213.1
Planetarum cognitio ad ſcripturarum intelligētiam vtilis. 97.2
Plantæ vbinam collocati, cur, & quot ſint. 138. colum.1. & 2.
Platonis de Chriſti morte in cruce pendentes ſub nomine iuſti penè prophetica vox. 86.1
Platonis magiſter quis fuerit. 393.2
Plato tres Deos in Trinitate fatetur. 202.1
Pleonaſmos quid ſit 235.2
Pleiados denominatio, quæ. 129.2
Pædagogus cur Moyſes dicatur. 375.2
Pædagogo comparatur Moyſes, & lex Vetus. 77.1
Poetarum fabulæ quo ratione ad diuina myſteria vtendum. 78.2. & 351.1
Poetæ cur præterita per futurum ſoleant enuntiare. 176. colum.1.
Poetæ profani & Ethnici qua moderatione, & quo fine legendi ſunt, teſte Damaſceno. 98.2. & quomodo adhibendi. 102.1
Poetarum fabulæ & figmenta diuinis myſterijs nullatenus applicanda. 351.1
Poetarum rectè dicta quomodo noſtris rebus applicanda. 351.2
Poma aurea in lectis argenteis quid ſignificent. 69. colum.1.
Ponderare ſcripturas quomodo faciendum ſit. 122
Pompeius quando Hieroſolymitanam ipſe primus ceperit vrbem, & eius bella cum Mitridate, & Ariſtobulo. 486.2
Portæ 12. quas habebat cœleſtis Hieruſalē myſticè quid. 365.2. & 515.1
Portæ appellantur tam iuſti, quàm improbati viri. 351. & 515.2
Præcepta Dei grauia & impoſſibilia appellari non poſſe. 147.2
Præceptum quotuplex ſit. 148.1
Præceptis diuinis quæ annexa. 148.2
Præceptum negatiuum quo differat ab affirmatiuo. ibid.
Præceptorum circumſtantia in ſcripturis attendenda. ibid.
Præcepta data ad tempus in lege noua, quænam illa. 149. & 150.1
Præceptum Eccleſiaſticum quale. 209.2
Præceptum maius ſeruandum eſt concurrente ſimul minore. ibid.
Præcepta Dei poſitiua Imperatiuo, negatiua Futuro quare tradantur. 284.2
Præcepta Dei quomodò ſint ſuauia. 372.2
Præcingere lumbos in ſcriptura quid. 301.1

Præda-

Prædeſtinatorum incertus eſt numerus.191.
Prædeſtinationis cauſa quæ ſit propria.147.1
Prædicatio Chriſti quo tempore perdurauerit.451
Præpoſitiones ex quo, à, ab, in, ex, per, cum, ad omnes Triadis perſonas referuntur.305.2
Præpoſitionum, ante, poſt, & ſuper, qualis in ſcriptura vſus.313.& 314.1
Præpoſitiones quid proprium ſibi vendicent more ſcriptorum.304.2
Præputiati apud Hebræos quoles.268.1
Præſcire, & præſcientia in ſacris literis quid ſignificent. 146.2
Præſcientia ſuturorum non adimit libertatem. 207.columm.2.
Præteritum pro futuro, & pro præſenti & contrario ſæpè accipit ſcriptura. 282.2. & cur hoc fiat. 269.columm.2.
Præteritum imperfectum quomodo ſuppleatur ab Hebræis.283.2
Principium quid ſonet in ſcriptura.244.2
Quot modis accipiatur Geneſ.1.146.2
Proclus habuit orationes propheticas admirabiles. 79. colum.1.
Prophetica expoſitio ſacræ ſcripturæ, quæ.ibid.
Prophetia vna & eadem ſæpiùs poteſt impleri.ibid.
Prophetica vox.86.2
Prophetarum teſtimonia quomodo ab Apoſtolis & Euangeliſtis in Euangelio adducantur.108.1
Prophetæ earum gentium ad quas ſcribunt multa vocabula & phraſes illis conſuetas frequenter adhibent ad maiorem dictorum intelligentiam. 85.1
Prophetæ nomen vnde, & eius etymologia. 168. columm.1.
Prophetarum nomen bonis maliſq; commune eſt.82
Prophetarum deſtinctio qualis.88
Prophetia gratia Timotheo data quæ.89.1
Prophetia duplex.177.2
Prophetarum librorum obſcuritas quanta.13.2
Prophetæ pars grati cur ſolerent eſſe principibus.170.columm.2.
Prophetæ veri, & falſi diſcrimen.170.2
Prophetæ quomodo fidem ſibi vaticinando conciliarent 171.1
Prophetarum qualis myſticus, qualis ſit literalis ſenſus. 174.1
Prophetæ perſæpè ſermonem inceptum cur ſoleant intercidere.174.2
Prophetarum intelligentia quibus vijs facilè aſſequetur. 175.2
Prophetia varijs nominibus appellatur. 174.2.& vnde dicatur.175.2
Prophetia cur viſio, auditus, & onus dicatur.175.1
Prophetia quæ grauis eſt maſſa dicitur, teſte Hieronym. ibid.
Prophetiæ omnes cur tam obſcuræ.175.2
Prophetia quomodo ſine vitio interpretanda. 177.columm.1.
Prophetandi diuerſi modi, & rationes.177.2
Prophetæ quo tantùm ſpectaſſe videantur in omni vita, atque ſermone.176.1
Prophetæ cur ſoleant futura per præteritum annunciare. ibid.
Prophetarum perſonæ cur exprimantur in earum titulis ibid.
Prophetæ quinam vaticinia ſua literis non conſignarint. 176.2
Prophetæ quomodo Deum alloquantur.170.1
Prophetæ hoc proprium eſt, vt multa frequenter de alijs dicantur, & in alijs compleantur.179.2
Prophetæ omnes cur tam difficiles intellectu. 180.1.& 521.1
Prophetæ de ſe ipſis quaſi de alijs in tertia perſona loqui conſueuerunt.205.2
Prophetiam cur Deus temporum variatione temperauerit.184.1
Prolepſis quid ſit.112.2
Promiſſiones Dei hominibus factæ permultæ. 150. columm.1.
Promiſſio Meſſiæ cur facta fuerit poſt Adæ peccatum. ibid.
Promiſſio Meſſiæ olim facta patribus, cur iureiurãdo fuerit confirmata.ibid.
Promiſſiones veteris & noui Teſtamenti quomodo differant.ibid.
Pronominum Hebræorum natura quæ.281.1
Pronuntiatio orationis qualis.122.1
Pronuntiatio ſeruanda in ſcripturis quæ illa.100.1
Proſopopæia quid ſit, & quanam Poetis familiaris. 182.2.& 241.1
Proſopopæia quomodo vtatur ſcriptura ſacra.183.1
Prouerbium Hebræorum ſuis cornum Noe emiſſum ad ſignificandam ſerui tarditatem. 57.2.
Prouerbium Platonis, ne moueris quæ mouenda non ſunt quid ſignificet.99.2
Prouerbium ſatis commoda B. Hieronymi intelligendi regula.165.2
Pſalmorum ordo, & numerorum additio quomodo facta. 354.1
Pſalmi à quibus editi fuerunt.162.1
Pſalmorum tituli, & inſcriptiones quid ſignificent. 162. colum.2.
Pſalmos ſine titulo, & nomine, vnde conſtet Dauidi eſſe tribuendos.163.1
Pſalmorum collectio non fuit temporis ordine facta. ibid.
Pſalmi penè omnes Chriſti perſonam ſuſtinent, teſte Tertulliano.163.2
Pſalmi quatuor priores, quæ myſteria Chriſti contineant, fuſe exponitur.164.1.& 2
Pſalmi qua metrica ratione compoſiti fuerint. 164. columm.2.
Pſalmos quamplurimi de ſolo Meſſia, & non de alio intelligi debent.171.& 172
Pſalmi quinam ad alphabetum compoſiti.165.1
Pſalmorum liber ex ſeptuaginta interpretum verſione Latinè redditus. 27.1.& eius diuiſio quotuplex.162.columm.1.
Pſalmorum librum ab Hieronymo conuerſum, quare Eccleſia non receperit.eodem teſte.27.2
Pſalterium quid ſit.161.1
Pſalterium à cithara in quo diſtinguatur.ibid.2.
Pſalterij inſcriptio qualis.161.2
Pſalterij diuiſio quatuor.161.1
Pſalmorum liber vnus duntaxat eſt.ibid.
Pſeudoprophetæ qui fuerint.168.2
Ptolomæi Phila. delphi munificentia quanta. 41.2. eiuſque hiſtoria narratur.ibid.& 42.1
Ptolomæus Rex quanti fecerit Propheticos libros. 45. colum.2.
Ptolomeitæ qui 209 1
Puer multifariè ſumitur.277.2
Puer propriè quis.ibid.

Puer in ſcriptura quid ſignificet.278.1

Pueris iam olim circumciſis, & nunc baptizatis, cur nomina imponantur.130.1

Pueri Athenis poſt decimum diem nomina ſortiebantur. 130.1

Pueri cur dicantur Propheta, & alij viri ſancti. 278. colum.1.

Pueros die nona, fœminas octauo Romanos appellare conſueuerant.130.1

Inpuluerem reuerti in ſcriptura quid ſit.882.

Puncta, & accentus quibus nunc vtuntur Hebræi quando ſint adinuecta. 33.1

Puncta Hebræis ſunt loco vocalium.77.2.& 250.1

Punctis variatis, variari ſignificata exemplis demõſtratur.87.2

Punitionis Dei reſpectu peccatorum quis ſit finis.151.colum 1.

Puteus quo ſenſu in ſcriptura accipiatur.348.1

Pythagoras, quis ille, & eius ſymbola quæ.72.1

Q.

QVadrageſimus, & quinquageſimus numerus ſpiritualiter, quid ſignificeat.367.1.& 2

Quadraginta dies in quibus ieiunârunt, Moyſes & Helias, & Chriſtus myſticè quid ſignificauerint. 367. colum.1.

Quæſtiones ſacra ſcriptura, & interrogationes quomodo intelligenda, & explicanda.122.1

Quàm aduerbium multifariam in ſcriptura accipitur. 328.2

Quantitatis proprium quid.136.2

Quaſi aduerbium, quid operetur in ſacra ſcriptura. 115.2. & 321.& 443

Quaternarij qualitates, & myſtici ſenſus.361.1

Quatuordecim in ſcriptura quid denotent.365.2

Quinarius numerus quid myſticè.361.2

In ſcriptura quid quindecim denotent 366.1

Quindecim dies commorationis Pauli cum Petro, Gal.1. quid ſignificent.366.1

Quinque virgines ſapientes, & quinque fatuæ allegoricè quid.361.2

Quinque verba, quæ Paulus vult loqui in Eccleſia 1.Corinth.14.quid ſignificent.366.2

Quintum eſſentiam qui ſomniauerint.137.1

Quirinus quiſnam ille fuerit. 464.1

Quis, id eſt, quis putas, in ſcriptura quid ſignificet.1.

R.

R Litera apud Græcos centenarium numerum eſt.114. colum.2.

Rabbinorum gloſſæ in ſcriptura cauendæ ſunt. 86.2. & 176.1

Raphna vrbs qualis.479.2

Recentiores autores nouas doctrinas introducentes reijciendi ſunt.131

Recumbere, & diſcumbere, vide, Verb.conuiuium.

Redemptio noſtra quàm ingens Dei donum.389.1

Regia transiet dans quæuam illa.492.1

Regnauit à ligno quid ſignificet.16.1

Regnum quod Iudæis auferendum dixit Chriſtus, quale illud ſit.294

Regnum Dei quomodo Iudæi clauderent, & quomodo ſit illis ablatum.67.2

Regnum Dei Chriſtus eſt.200.2

Regnum de quo Chriſtus poſt Reſurrectionem Apoſtolis eſt loquutus quale illud.438.1

Regnum cælorum nobis promiſſum qui tantùm arripiant. 480.2

Regnorum tranſlationes vnde. 486.1

Regula Hyconij ab Auguſtino approbata.90.1

Regula ad annorum, dierum, & hebdomadarum computationem in ſacra ſcriptura intelligendam quæ. 115. & 116

Regula Eccleſiaſtica quid ſit, teſte Clemente Alexandrino.117.2

Regulæ ad intelligendas ſcripturas perutiles.122.& 123

Regula ad eruendum ſenſum literalem.131.3

Regulæ aliquæ traduntur ad veteris Teſtamenti intelligentiam.171.2

Regula ad dignoſcendum cuius autoris ſit vnumquodque opus.335.2

Regulæ numerandi in ſacra ſcriptura traduntur. 215. colum.1.

Regulæ ad eruendum ſenſum literalem in oratione Tropica.227.1

Regula ad cognoſcendam verborum ſignificationem apud Hebræos.288

Relatiuum poſitum inter duo ſubſtantiua in ſcriptura cui applicandum.264.1.& 2

Regis partes duæ iuſtitia & miſericordia.72.1

Regum nomina propria erant olim in vnoquoque regno. 128.1

Regiam Chriſti dignitatem quomodo fideles participent. 188.2

Reges Iudæorum quot fuerint.466.2

Reges Perſarum, Artaxerxes, vt Aegyptij Pharaones, et Romani Cæſares olim dicebantur.688.1

Repetitiones frequenter in ſcriptura iuſtis de cauſis fieri multis probatur.151.2

Repetitiones eiuſdẽ nominis vel verbi in ſcriptura quid ſignificet.152.2

Repetitio eiuſdem verbi in eodem loco quid efficiat aliquando.ibid.

Reſpicere Deum aliqua, eſt ea inflammare.290.2

Reſpicere & non reſpicere poſt tergum quid. 301.1

Reſpondere quid in Euangelio.300.1

Reipublicæ moderator & rector qualis.219.1

Reſurrectio carnis reuelata fuit ſancto Iob.159.2

Reſurrectio corporum inſinuata eſt Geneſ.4.193.2

Retribuere quibus modis in ſcriptura dicatur. 300.colum.2.

Reus comparatur apibus.72.1

Rhetorij turpe placitum.71.2

Ricinus quænam arbor ſit,59.2

Rhythmus quid ſint.165.1

Rohob quæ terra.475.2

Roma Deorum omnium olim cultu vaniſſima. 514.2

Ruminatio & ruminare myſticè quid.351

Rupertus Abbas quàm malè expoſuerit Apocalypſim. 177.1

S.

SAbbatum 2.1.apud Lucam quodnam.459.2

Sabbatum quid Hebræis ſignificet.460.2

Sabæi quales extiterint.285.1

Sacerdotalem & regiam Chriſti dignitatem quomodo fidelis quiſque participet.188.2

Sacerdos & Leuitæ vbinam in templo feſta denunciabant populo.514.2

Sacerdotij Iudæorum primus tranſlator fuit Quirinus. 464.1

Sacrificia antiquæ legis quid ſignificauerint. 349.colum.1.

Sacrificiorum vſus in templo ex quibus rebus fiebat.537. colum.1.

Sacramentorum nomina ex Græcis hauſit Eccleſia. 381. colum.1.
Sagerus ſcriptor quis ille.386.1
Sagittæ ſitæ, ſunt pharetra, & arcus.259.2
Sagitta acuta Apoſtoli dicuntur. ibid.
Sal quid in ſacra ſcriptura.323.1
Salal Hebræis quid.165.1
Salem quæ ciuitas.484.2.499.1.& 506.2
Salomonis vocabula.127.2
Salomonis templi deſcriptio.513.2
Salomonis domus deſcriptio.ibid.
Salomon vnde dictus. 165.1. & quos condiderit libros. 165.2.& 92.2
Salomonis quotidianus cibus quantus.166.1
Salomonis diuitiæ quantæ.ibid.
Samaria à quo nomen acceperit.425.1
Samariæ deſcriptio, & vnde dicta.494.2
Samaria cur Sebaſte vocata.495.1
Samaria ad tribum Ephraim pertinuit.ibid.
Samaritæ cur templum in monte Garizim condiderint. 491.2.& 495.2
Samaritæ qualem Dei cultum profiterentur. 495. colum.2.
Samaritanorum mores, & ſtudia.ibid.
Samſon maxilla quos proſtrauerit.242.2
Samſon typus Chriſti.281.1.& 347.1
Sanguis quot modis in ſcriptura capiatur. 107. colum.2.
Sapientia Dea quænam.338.2
Satan quid ſignificet.125.1
Satisfactio cur imponatur in Sacramento pœnitentiæ. 216.2
Satrapæ qui dicantur.130.1
Saturnus Planeta in quo cælo ſedem habeat.138.2
Saul nomen familiare erat in tribu Beniamin.101.2
Saulus olim dicebatur Saul, & quomodo. ibid.
Scientia humana, vide humanas ſcientias.
Serra Iſaiæ, vide Iſaiæ ſerra.
Sauonarola autor quis ille, & in quo errauerit. 352. colum.2.
Sacerdotium Chriſti optimè probatur.81.1
Schiloah quid ſignificat apud Hebræos. 31.1
Scriptura ſacra quid ſit.106.1
Scriptura qualis ſit, teſte Hieronymo.113.1
Sacræ ſcripturæ obſcuritas & difficultas fusè oſtenditur.10.2.& 85.1
Scriptura cur Teſtamentum appelletur.370.1.& 2
Scripturarum ſacrarum verus interpres quis. 11.& 12. colum.1.
Sacræ ſcripturæ intelligentia à quibus petenda. 12. colum.2.
Sacræ ſcripturæ difficultatis cauſæ aſſignantur plures. 14.1
Scripturæ inter ſe diſſidentia loca, quorum tantum munus ſit ea conciliare.14.2
Scriptura lapidi Lydio comparatur.3.1
Scripturæ authoritas, dignitas & maieſtas vnde colligatur.ibid.
Scripturæ honorifica elogia, epitheta & encomia. ibid.
Scriptura cur ſancta ſacra prophetica, & canonica appellentur.3.2
Scripturam diuinam autoritate ſua Spiritus ſanctus, canonicam verò Eccleſia efficit.4.1
Scriptura cur Teſtamentum vocetur.ibid.
Scripturæ autores quales.ibid.
Scripturæ argumentum quod ſit principale.4.2
Scriptura primario de Deo & de rebus increatis ſecundario tamen de rebus creatis tractant. ibid.
Scriptura nihil de Chriſto continens cui rei ſimilis. 5.colum.2.
Scriptura ſacra cur rationibus vtatur paucioribus in ijs, quæ docet confirmandis.6.1
Scripturæ quali artificio conditæ ſint.6.2
Scriptura & doctis & indoctis prodita, vtiliſque. ibid.
Scripturæ auditor & lector qualis.7.2.& 8.1
Scriptura ſacra plures vtilitates affertur. 9.2
Scriptura canonica quæ.10.2
Scriptura ſacra ante aduentum Chriſti integræ permanſerunt, neque fuerunt à Iudæis vitiatæ.29.1
Scripturæ loci corrupti à Iudæis aſſignantur. 31.col.1.& ſeq.
Scripturæ olim ſcriptæ erant perinde ac vnus verſus, ac vna clauſula, vel vna dictio.38.2
Scriptura eſt liber ſcriptus intus & foris.69.1
Scripturam reuelationibus præfert beatus Petrus. 70. colum.2.
Scripturam ſubſtantiam ſacerdotij Dionyſius appellat. 91.1
Ad ſcripturæ ſenſum vnctio Spiritus ſancti neceſſaria eſt. ibid.
Scripturæ ſyllabæ, apices, & puncta ſcatent ſenſibus.84. col.2.
Scripturas ſacras an liceat in vernaculam linguam conuertere.95.1
Qua varietate linguarum ſcripta ſit ſcriptura. 14. colum.2.
Scriptura vetus cur tam fœcunda.15.1
Scripturarum profunditas quanta.16.1.& 380.1.
Scriptura cur tantam obſcuritatem indiderit Deus. 16. col.2.
Scripturæ profunditatis cauſæ & rationes ponuntur. 17. col.2.
Scripturæ autor quis, eiuſq; finis.1.1
Scripturam nobis à Deo reuelari cur neceſſe fuerit.1.colum.1.
Scripturæ ſacra conducant ad rerum naturalem cognitionem.1.2
Scripturam literis conſignari non fuit ſimpliciter neceſſarium ab initio.2.1
Scripturam ſcriptis commendari à tempore Moſis cur Deus voluerit, multis rationibus oſtenditur.ibid.
Scripturæ non eſſe aliquid addendum (Deuteronomij 4.) quo pacto intelligendum.95.2
Scripturæ definitio ex B. Maximo traditur.2.1
Scripturas ſcriptis mandari conuenientiſſimum fuit. 3. colum.1.
Scriptura quo tempore cœperint diſtingui in ſententias verſuſq; apud Rabbinos.203.2
Scripturas diuinas ad obſcœnos vſus conuertere quantum Deo diſpliceat, miraculis comprobatur. 106. colum.1.
Scripturarum ſyllabas, & apices debent Theologi expendere.111.2
Scriptura catenulæ comparatur, teſte Chryſoſtomo. 117. col.2.
Scripturæ interpretatio optima quænam illa ſit. ibid.
Scripturarum ſolertiſſimus indagator, quis. 118.1.& 122. col.2.
Scriptura per ſcripturam optimè explicatur. 117.2.& 118.1

Scriptura læſa ſubiungere ſolent aduerſis.130.2
Scriptura manifeſta obſcuris ſubnectere ſolent. 131. columm.1.
Scriptura veteris Teſtamenti quoties loquuntur de perſona, quàm verba excedunt, & dignitatem eius ſuperant, ad Meßiam eſt referendum, multis ſcriptura locis hoc oſtenditur.171.2
Scripturam mutata re priſtinum nomen aliquando retinere, exemplis declaratur.205.2
Scriptura cur de Deo, de Trinitateq; propriè non loquatur, ſed metaphoricè.229.1
Scriptura noua cur nouum Teſtamentum, antiqua verò vetus Teſtamentum dicatur.375.1
Scriptura ſacra quo differat ab humana.379
Scriptura ſacra intellectū & voluntatem quomodo perficiant.380.1
Scripturarum ſacrarum intelligentia ex quo fonte haurienda.438.2
Scriptura ad quid vtiles, teſte Apoſt.380.2
Scriptura plerumq; non tam ſpectat ad id quod actu eſt, quàm ad id quod ex rei natura eſſe debet, exemplis demonſtratur.119.2
Secula ſeculorum quid ſignificet, teſte Hieron. 262.1
Sed, ſi, tamen, particulæ in ſcriptura quid ſonent. 251.columm.2.
Seleucia vrbs vbi ſita.476.2
Semen ſpirituale Dauidis quale.172.2
Semen in homine quid ſit.108.2
Semen apud Iſai, quid ſignificet.ibid.
Senarij numeri in ſcriptura ſignificationes, & allegoriæ.361.2
Senſus in vniuerſum quid.339.1
Senſus, & ſententiæ diſcrimen quid.ibid.
Senſus literalis, & ſpiritualis diſcrimen multiplex.140 1.& 343. Ad ſenſus myſticos eruendos canones acceptione digniſſimi.243.1
Senſus ſpiritualis anima literæ appellatur, teſte Philone.343.2
Senſus allegoricus, tropologicus, & anagogicus in nouo Teſtamento deliteſcunt.346.1
Senſus allegoricus quærendus eſt benè, percepto iam literali, teſte Aug.119.1
Senſum proprium ſcripturæ à Domino acceperunt Apoſtoli, & Euang.107.2
Senſus literalis præſtantior eſt myſtico.72.1
Senſus literalis, & myſtici definitio. 68.& 69.& 339.colum.2.
In ſenſibus ſacræ ſcripturæ eruendis errores quidam. 71.col.2.
Senſus ſpirituales vnde deducantur.73.1
Senſus myſticus quotuplex.74.1.& 341.& 942
Senſum duplicem literalem & ſpiritualem tātùm agnouerunt patres.23 2
Senſus literalis proprietates quæ.89.1
Senſus anagogicus qualis.74.1
Senſus tropologicus qui.ibid.
Senſus allegoricus qui.ibid.
Senſum literalem eiuſdem literæ multiplicem poſſe eſſe multis oſtenditur argumentis. 79.2.& 1.& 97.columm.1.
Senſus literalis quintuplex inest illis verbis: Ego hodie genui te, Pſal.2.80.2
Senſum ſcripturæ quomodo facilè eruemus, teſte Cyrillo.180.1
Sententiarum diſcrepantia in exponendis ſcripturis, vnde proueniat, teſte Gregorio, & Hieron.10.2.85.1
Sententiam proferre non perſpecta tota lege ſtultum eſt.113.1
Sententiæ meliores etiam ſi paucorum autorum ſint præponendæ.132.1
Separatio hominum in ſcriptura quomodo fiat.211.1
Sepeliendi corpora apud Iudæos quam varia cæremonia.224.1
Sepelienda corpora vngebantur.224.2
Sepeliendi Iudaicus mos cum linteis & aromatib. quid ſignificaret.ibid.
Sepelire extra caſtra cur apud Iudæos in vſu erat.ibid.
Septenarius numerus in ſcriptura quàm celebris. 523.columm.1.
Septenarium numerum ſoli Chriſto conuenire, vnde conſtat.ibid.
Septenarius numerus myſticè quid.362.2
Septenarius numerus vniuerſitatem ſignificat. 363.columm.1.
Septies quot modis capiatur in ſcriptura.362.2
Septimi diei obſeruatio qualis ſecundùm Galenum, & Hippocratem.363.2
Septuagies ſepties in ſcriptura myſticè quid. 362. columm.2.
Septuaginta, & ſeptuaginta duo numeri ſignificatiui quales.368.1
Septuaginta duorum interpretum hiſtoria ſcitu digniſſima deſcribitur.41.2
Septuaginta duorum editionem maximæ fuiſſe autoritatis ex Patribus, & multis rationibus probatur.41.2. eorumq; autoritas commendatur.43.1
Septuaginta interpretum cur magis ſenſum, quàm verbu interpretando reddiderint.44.2
Septuaginta interpretes habuerunt, 72. cellas ad editionem elaborandam ex Patribus, & rationibus comprobatur.45 & 46
Septuaginta interpretes 72. diebus opus ſuum confecerunt ſinguli ſeparatim in prædictis cellulis. 47. columm.1.
Septuaginta viris cuſtodes per Ptolomæum appoſiti fuerunt, ne inter ſe ſcripta conferrent, teſte Epiphanio.71.2
Septuaginta eodem quo Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſpiritu futura Meßiæ myſteria præcinuerunt, teſte Irenæo.53.1.& 99.1
Septuaginta viri teſte Chryſoſtomo quot annis ante Chriſtum fuerint.54.1
Septuaginta non tantùm legem, ſed & Propheticos verterunt libros, quod multis ſanctorum teſtimonijs, & rationibus oſtenditur.61.1
Septuaginta viri ex vno ſcripturæ loco alterius paraphraſim facere ſolent.86.1
Sepulchri Chriſti forma qualis.522.2
Sepulchrum Chriſti cur Pilati ſigillo fuerit munitum, & in ſepulchro Chriſti cur fuerint cuſtodes adhibiti, & ingenti ſaxo copertum.225.1
Sermo Dei ignitus quid.62
Serpens plura in ſcriptura ſignificat.348.2
Serpens anni Hieroglyphicum.7.& 73
Seruitus quid ſit.115.1
Serui quomodo ſeruire debeant dominis.300.1
Si, in ſcriptura quomodo capiatur.325.1
Sichem vrbs qua loco ſita.493.1
Sicut, in ſcriptura quomodo ſumatur.371.1
Signare ſuper nos vultus Dei, Pſal.4.quid ſit. 164.columm.1.
Signet quid.130.1

Significatio verborum ſcripturæ ſacræ diligenter obſeruanda.118.1.& 2
Significatio vocum quæ, & qualis.72.2
Significatio rerum, vocum, & conceptuum ſcripturæ.72. & 73.
Signum inſolubile ex Quintiliano quod ſit.62.1
Silere quid in ſcriptura ſignificet apud Hebræos.300.colum.1.
Siloe fons vnde Natatoriæ nomen habeat.516.2
Siloe ſignificatio vera.31.1
Simulatio Petri Galat.2. nō pugnat cum Pauli facto circumcidendo Timotheum.113.2
Sina mons quæ in parte Palæſtinæ ſit.502.1
Sinchyſis quid ſit.239.1
Sion montis deſcriptio.509.1
Sodomorum punitio & eius cauſa.151.2
Sodoma & Gomorra, & aliæ infames ciuitates quot habuerunt populos.499.2
Sol cum orbe ſimul conditus fuit.137.2
Sol quarto die factus per recapitulationem dicitur, cùm iam primo die factus fuerit.139
Sol in ſcriptura multa ſignificat.349.2
Solonis legiſlatoris dolus patefit.41.1
Sophonias Propheta quo tempore floruerit. 160. colum.2.
Sophoniæ nomen, & eius progenies qualis.ibid.
Sortes tribus filiorum Iſrael in terra promiſsionis quænam.487.1
Spes illuminat ex Aug.3.1
Spes denotat tria.262.2
Spes in nouo Teſtamento quo tendat.352
Spinæ Chriſti per labruſcas vineæ. Iſai. 5. ſignificantur. 87.2
Spiritus ſanctus qualis Eccleſiæ doctor. 7.1
Spiritus ſanctus ſcripturarum autor.92.2
Spiritus ſanctus cuſtos eſt Eccleſiæ.93.2
Spiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas, quis ille, & cur ferri dicatur.137.1.& 2
Spiritus ſanctus ab alijs ſpiritibus quo differat. 174.colum.1.
Spiritus nomen quàm variè accipitur.ibid.
Spiritus cum articulo hic, Spiritum ſanctum denotat, teſte Athanaſio.104.2.& 268.2.& 273.1
Spiritus cum additamento Dei ventum ſignificat. 204. colum.2.
Spiritus ſanctus cur non dicatur minor Patre ſicut Filius. 205.1
Spiritus ſanctus non dicitur filius Patris teſte Athanaſio. ibid.
Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes nō fuit alicui rei ſubſtantialiter, & hypoſtaticè vnitus.ibid.
Spiritus hominis cur anima, & animus appelletur. 274. colum.1.
Spiritus quomodo repleuerit omnia, & habeat ſciētiam vocis.272.1.& 2
Spiramen multifariàm accipitur.273.1
Spiritus ſanctus nexus eſt Patris & Filij.306.2
Sponſus cum ſponſa, & ſponſa cum ſponſo, quot modis in Canticis Canticorum loquantur. 181.2
Sponſa cur olim noctu ſponſis ſuis traderentur. 221. colum.2.
Sponſi cum noua ſponſa primus nuptialis congreſſus deſcribitur à Plutarcho.222.2
Stare multipliciter in ſcriptura.350.1
Stimulus carnis Apoſtolo datus 2.Cor.12. quid ſignificet. 237.1
Studium Theologiæ, vide Theologiæ ſtudium.
Stylus humilis ſcripturæ ſacræ quid operatur.96.1
Subſtantiæ proprium quid ſit. 201.2
Subſtantiuum verbum eſt vel fuit multifariè capitur in ſcripturis.281.1.& 2
Sudor ſanguinis Chriſti emiſſus in horto qualis. 321. colum,2.
Sucneſelius quid ſenſerit de ſenſibus ſacræ ſcripturæ. 70. colum.1.
Suſannæ hiſtoria apud Hebræos lib.os Danielis non circumfertur.36.2
Sutor vltra crepidam quid ſignificet.148.2
Sibyllæ teſtimonium de Adæ formatione.76.1
Sylleptis quid.240.1
Symmachus autor quis fuerit.22.1
Qua intentione ex Hebræo excuderit ſcripturæ interpretationem.26.1
Symbola Pythagoræ explicantur.72.1
Sympoſiarcha quis.219.1
Synagogas Iudæorum olim vnuſquiſque liberè ingrediebatur.68.1
Synecdoche quid eiuſq; acceptiones. 235.1
Syriaca lingua erat vernacula Iudæorum.21.2
Syriaca lingua quos ſacri codices fuerint conſcripti. 431. colum.1.
Syriaca lingua vnde dicta.281.1
Syriaca lingua Perſi & Aegyptij vtebantur.430
Syriæ deſcriptio.471. 472. & 473
Syria in ſcriptura multiplex eſt. 471.2
Syrophœnices cur ita dicantur.477.1

T.

Tabernaculum olim ex quibus rebus conſtruebatur. 510.2
Thabor cur ita dictus.484.2
Dictus eſt etiam Tythaberim.431.2
Talmud liber quis ille.209.1
Talmudici libri 72. Interpr. hiſtoria triplex addidêre mendacium, & ab eorum calumnia defenditur. 62. colum.2.
Talmudici libri quid ſentiant de libro Iob. 154. colum.2.
Talmudiſtarum opinio de ſenſu literali & myſtico. 69. colum.1.
Talmudicæ gloſſæ in ſcripturis cauendæ ſunt. 98. colum.2.
Templum Pantheon ad quid Romanis deſeruiebat. 510. col.2.
Templi Hieroſolymitani ampla deſcriptio. 510.colum.1. & 2.
Templi Hieroſolymitani numerus artificum quis fuerit. 511.1
Templum Domini quibus alijs nominibus diceretur. 513. colum.2.
Templi figura qualis.512.1
In templo ſedere ſoli regio Pontifici licebat. 512. colum.2.
Templum Salomonis quàm diuerſum à templo Zorobabel.513.2
Templum Salomonis quamdiù ſteterit, & quo inſtauratum tempore, quo dirutum.515.1
Templi portæ quot.ibid.
Templi excidium.691.1
Templum ſpiritale Deo ædificandum per Chriſtū quodnam.172.2

Temporum computatio, & ſupputatio in ſcriptura facienda quomodo. 115. & 116
Tempus quid ſit 135.6
Temporum mutatione perſæpè vitiatur ſcriptura. 183.2
Tertulliani autoritas apud Cyprianum, quanta. 14.2
Ternarij proprietas qualis. 36.2
Ternarius Deo dedicatur. ibid.
Terra ante alia elementa creata fuit. 138,2
Terræ colendæ inſtrumenta primus adinuenit Noe. 252. *col.* 2.
Terræ promiſſionis diuiſio filijs Iſrael facta qualis. 273. *col.* 1.
Terram cur vocet Iob Aquilonem. 368.1
Terra Chanaam quid myſticè. 691.2
Terra Chanaam cur terra promiſſionis dicta. 480. *colum.* 2.
Terram promiſſionis duplici nomine obtinuerunt Iudæi. ibid.
Terræ promiſſæ qui fuerint termini. 481.1
Terræ dandæ promiſſiones quando adimpletæ. 482.1
Terram promiſſam quare Iudæi initio non occupauerint. ibid.
Terræ Paleſtinæ deſcriptio à Brocardo tradita. 482.2
Terræ eiuſdem magnitudo ſecundùm Ptolomæum. ibid.
Terram repromiſſam cur non acceperint Iudæi teſte Hieronym. 483.1
Terræ Paleſtinæ fœcunditas quanta. 483.2
Terra promiſſionis quatenus ſorte dicatur eſſe diuiſa. 486.2
Terræ huius ſpiritualis intelligentia, qualis ſecundùm Origenem. 491.1
Terra Ebabul, ſeu Ebabalon, Syria, & quid ſit. 496. *colum.* 1.
Teſtamentum vetus ceſſauit iam quantum ad ceremonialia, non verò quantum ad legalia. 3.2. & 692. *colum.* 1.
Teſtamentum duo dicit. 262.1
Teſtamentum cur vocetur ſcriptura ſacra. 4.1. & 370. *colum.* 1.
Teſtamentum vetus Hebraica lingua eſt cõſcriptum, & qua fidelitate in Græcam linguam tranſlatum ſit, oſtenditur. 21.2
Teſtamentum vetus Hieronymus ex Hebræo fonte tranſtulit, præter librum Baruch, & Ieremiæ epiſtolam. 26.2
Teſtamentum quid ſit. 371.1
Teſtamentum à pacto, quo differat. 371.1. & 2
Teſtamenti conditiones quales. 373.2
Teſtamentum vetus, & nouum cur ſic appelletur. 374. *colum.* 1.
Eorum diſcrimen quale. 375.1. & 2
Quod præſtantius alio. 378.1
Nouum antiquius eſt veteri, & quomodo. 378.2
Teſtamentum vtrumque quibus de cauſis fuerit, literis exarandum. 391.2
Teſtamentum nouum incorruptum, & integrum, vſque ad noſtra permanet tempora. 416.2
Teſtamentum vetus noui Teſtamenti vmbra fuit. 97.2
Teſtimonia veteris Teſtamenti qua de cauſa Apoſtoli & Euangeliſtæ attulerint. 106.2
Teſtimonia Prophetarum quomodo intelligantur quando in Euangelia inſerta ſunt, notatu digniſſimum. 108. 109. & 110
Teſtimonia ab Apoſtolis ex veteri Teſtamento allata, interdum in ſenſu myſtico, frequenter ad literam accipienda ſunt. 110. *col.* 2. *In teſtimonijs iſtis allatis ab Euangeliſtis quomodo intelligatur illud, ſicut ſcriptum eſt.* 111.1
Teſtimonium quare Chriſtus, & quale perhibuerit de ſe ipſo. 394.2. & 412.1
Teſtes criminis quid olim faciebant. 293.2
Tetractijs iuramentum Pythagoræ, quale illud. 388.1. & 465.1
Tetrapoleos ciuitates enumerantur. 476.1
Tetrapolis quæ prouincia in Syria. 475.2
Tetrarchia à quibus inſtitutæ fuerint. 469.1
Theodectes quis ille, & quas pœnas luerit ſcripturæ verbis abutens. 106.1
Theodotion, quis ille. 22.1
Theologia ſcholaſtica cur poſtrema omnium ſcientiarum ſit addiſcenda. 15.1
Theologia valdè neceſſaria eſt ad ſcripturas ſacras. 97. 2. & 329.1
Theologia ſcholaſtica ab hæreticorum calumnijs vindicatur. 329.1
Theologiæ ſcholaſticæ ſtudijs quatenus vacandum. 91.1. & 334.2
Theologia quotuplex ſit. 144.1. & 340.2
Theologia negans & affirmans quæ, & quo differant. ibid.
Theologia, alia coniuncta, alia diſcreta, & quænam illa. 201.1
Theologiæ ſtudium ad interpretandam ſcripturam vtiliſſimum eſſe monſtratur multis. 335 & 336
Theologiæ antiquitas quanta. 259.1
Theologia hæreticis inuiſa, & permoleſta eſt. 336.2
Theologia ſcholaſtica ad poſitiuam quid conferat. ibid.
Theologia ſcholaſtica partim humana, partim diuina eſt 338.2
Theologia à Philoſophia quo differat. 338.1
Theologiæ genus duplex, quodnam illud. 338.2
Theologia ſymbolica quænam. 340.2
Theopompus quis ille. 106.1
Theoproſopon quid. 497.1
Thomas Aquinas quàm impiè ab impio Luthero contemnatur. 336.2
Toparchia quid ſit. 591.2
Threnorum liber à Rege Ioachim combuſtus, poſteà à Hieremia Propheta conſcriptus fuit. 93.2
Thus odoriferum ex qua naſcatur arbore. 497.1
Tiberius Cæſar quot annis imperarit. 462.1
Tiberius quàm benè affectus in Chriſtũ, & Chriſtianos. 463.1
Tiberij Alexandri geſta. 463.2
Tiberius Cæſar quàm ſanctè templum Domini coluerit. 519.1
Tikun ſopherim quid ſit apud Hebræos. 38.1
Timor ſeruilis & filialis quis ſit. 115.1
Tiphtaſi, cuſtodes erant carceris apud Babylonios. 130. *colum.* 1.
Tituli capitulorum ſacræ ſcripturæ nullius autoritatis ſunt, & prohibiti fuerunt aliquando. 96.2
Tobiæ libri incertus eſt autor. 92.2
Tormentorum genera in inferno infligenda quibus nominibus in ſcriptura nuncupentur. 131
Torrens quid, & quot modis ſumatur. 348.1
Torrens Cedron vnde ſit dictus. 509.1. & 516.1
Trachones montes quales. 496.2
Trachonitis quæ ciuitas ibid.
Traditionis vocabulum in ſcriptura quàm latè pateat. 50.
Traditiones humanæ quæ. 49. & 209.2

Traditiones Eccleſiaſtica quæ dicantur.208.2
Traditiones Seniorum & Phariſæorum quales. 209. colum.2.
Triadis myſterium ſolo fidei lumine cognoſci poteſt.130. colum.1.
Tranſlatio ex alia in aliam linguam expreſſa ad verbũ, quid incommodi habeat.367
Tragœdia quid.154.2
Tribus filiorum Iſrael, quas ſortes in terra promiſſionis habuerint. 487.2
Tribus Iuda Sors.487.1
Tribus Simeon, & Leui nullam hæreditatem nullamque acceperunt ſortem. 488.1
Tribus filiorum Beniamin ſors qualis.488.1
Tribus Dan ſors qualis.488.2
Tribus Ephraim ſors.489.1
Tribus Iſachar ſors.489.2
Tribus Zabulon ſors.490 1
Tribus Nephtalim ſors.ibid.
Tribus Nephtalim ciuitates quot, quamq; munitiſſimæ ibid.
Tribus quonam ordine ſub Ioſue portionem ſuam ſortitæ fuerint.491.1
Tribus Leui cur nulla terræ portio ſit attributa.ibid.
Tribus duodecim vnde proſeminatæ.266.2
Tribulationes iuſtis à Deo inflictæ, quæ ſit ſunt. 151.colum.1.
Tribulationis, & ſupplicij cauſas, cur Deus aliquando exponat.ibid.
Trilinguis ſcientiæ vtilitates quæ.264.& 268
Trinitas perſonarum cum vno Deo quomodo in ſcriptura exprimatur.203 2
Trinitati adiectiua quomodo in ſubſtantiuorum naturam tranſeant.203.2
Trinitatis perſonarum diſtinctio.201.2
Trinitatis myſterium ratione naturali cognoſci nequit. 83.
Tripolis vnde nomen habeat.477.2
Triſtitiæ lætitia ſubiungitur in ſcripturis.130.2
Tropologia ſcripturæ quænam.74.2
Tropus quid ſit teſte Quintil.127.1.& 234.2
Tropis & metaphoris cur ſcriptura vtatur. 227. colum.1.
Tropicæ locutiones ſcripturarum quomodo intelligendæ. 228.1
Tropus quàm vtilis in ſcriptura, & quomodo eo vtatur. 232.1
Tropos quamplures vna, & eadem litera admittere poteſt.134.1
Turris Babel, & diuiſio linguarum, vide linguarum confuſio.513.2
Turris Dauid vbi ſita.ibid.
Turres Hieroſolymitanæ vrbis quales.515.1
Tyana quæ ciuitas.477.1
Typus quid ſit propriè.344.1
Tyrus vrbs quibus olim rebus illuſtris.477.2

V.

VAE in Scriptura quot modis ſumatur. 322.colum 1.
Valerius Gracchus quis ille.464.2
Valla autor præceps fuit in interpretandis ſcripturis. 116.1
Vanitas quæ.166.1
Vaſis ſacris non eſſe abutendum.106.1
Vatabi editio quatenus conſulenda 68
Vatabli biblia quanti facienda 94.2
Vaticinia Prophetarum de Meſſia quanta.68.1
Vau Hebræis quid ſingulare habeat. 284.1
Velum templi cur ſciſſum.374.1
Veniens participium, non expreſſo eo qui venit, intelligitur Chriſtus veniens, vel qui venit.187.2
Venator quid ſignificet in ſcriptura.350.1
Verax qui dicatur.208.1
Verbi ſubſtantiui in ſcriptura vſus quotuplex. 281.colum.1.
Verbum Dei lucerna appellatur.19.1.& 278.2
Verbum Dei margaritum eſt ſecundùm Hieronymum. 12.2
Verbi Dei vtilitas in auditoribus 9.1.& 2
Verbum in ſcriptura mult.fariè ſumitur.535.1
Verbum Dei ignis & malleus nuncupatur. 91. & 331. colum.2.
Verbo diuino ineſt efficacitas fugandi dæmones, & Angelos alliciendi.9.2
Verbi Dei efficacitas quanta 301.1.& 331.2
Verbum Dei panis eſt ſolidus 96.1
Verbi Dei firmitas quanta.112.1
Verba ſacræ ſcripturæ vt ſonant accipienda ſunt. 119. colum.1.
Verba delictorum Pſal.21.quæ ſint.173.2
Verbum ſum, vel fui idem ſonat in ſcripturæ quod ſignificare.281.1.& idem quod habitare.ibid.
Verbi eiuſdem geminatio in ſcriptura ſententiam auget & confirmat.186.2
Verbum abbreuians ad Rom.9.quid ſit.247.1
Verſio 72. Interpretum qualis, & eius origo. 21.colum.2.
Verſiones ex Hebræo fonte qua ratione ſint emendæ. 65.2
Verſus qui ſcripſerint, & quomodo Iudæi verſus ſuos diſtinguerent.98.1
Veſpaſianus vbi, & à quibus Imperator creatus ſit.463. colum.2.
Veſperum quid.129.1
Veſtis ſectio apud Iudæos quid ſit.292.2
Veſtes ſenatoriæ vnde dictæ.221.1
Veſtes nigræ olim in funere induceban tur.221.2
Veſtis nuptialis quænam illa.ibid.
Viceſimus quid in ſcriptura denotet.366.2
Via multifariam in ſcriptura ſumitur.2[illegible]
Vinculum Verbi cum humanitate ſtrictiùs quàm viri cum vxore teſte Origene.189.1
Vineam facere labruſcas (Iſai.5.)quid ſignificet. 87.colum.1.
Virga & oculus ſuper illam Deum ſignificant apud Aegyptios.72.1
Virga decorticata Iacob (Geneſ 30.)quid myſticè.370. colum.1.
Virgines quinque ſapientes (Matth.25.) ſecundùm allegoriam quæ.361.1
Virgo quot modis dicatur.177.1
Vigiliæ cur ſic appellatæ, quotnam ſint.129.2
Virtus quomodo perficiatur in infirmitate(2.Corint.12.) 246.1
Virtutem ſæpè vitium ſignificare & è contrario exemplis ſacra ſcripturæ comprobatur. 346. colum 2.
Viſio Prophetarum & Apoſtolorum num ſemper corporea fuerit.179.1
Viſitatio in ſcriptura quid.347.& 348.1

Vita Sanctorum interpretatio eſt Scripturarum, teſte Hieronymo.133.1
Vmbras Mecœnatis quas vocat Horatius ſatyra 7. 218. colum.2.
Vmbra legis quid ſit ſecundùm Paulum.344.1
Vndenarius numerus quid.365.1
Vnctio Spiritus ſancti quomodo nos doceat. 20.1.& 71. colum 1.
Vnctio ſacra quibus hominibus olim conferebatur. 532. colum 2.
Vnctio adhibebatur corporibus humanis 214.1
Vnguentis pro balneis Perſæ & Indi vtebantur. 220. colum.2.
Vngula ſiſſa quid myſticè.35·.1
Vnio hypoſtatica cum animæ & corporis vnione in quibus conueniat, & in quibus differat.1,0.1
Vniuerſales propoſitiones in Scriptura quomodo accipienda.2.4.1
Vniuerſales pro indefinitis & è contrario in ſcriptura ſæpè ponuntur 214 1.& 288.1
Vniuerſum, vide verbo mundus.
Vnus in Scriptura quid ſignificet 358.2
Vnus monasiter quid dicatur 359.1
Vnitas quid teſte Macrobio, & Origene.359.1.& 2
Vocabula & phraſes earum rerum, ad quas ſcribunt, frequenter adhibent Prophetæ, & Apoſtoli ad maiorem dictionum intelligentiam 129.2
Vocalibus in medio literis raro vtuntur Hebræi teſte Hieronymo.58.1
Volucres cœli in ſcriptura quid.350 1
Voluntarium malum auget peccatum minus verò minuit 216.2
Voces æquinocæ & ambiguæ in Geneſ.1. diſtinguuntur. 140.2
Vt particula, in quibus corrigenda, atque emendanda ſit. 94.2
Vultus Dei Patris quare Chriſtus appelletur.164.2
Vxorem parere filios viro in ſcriptura quid ſignificet. 130.
Vxor, vide verbo nupta, & nuptiæ.

X.

X*antis Pagnini editione qua moderatione vtendum ſit. 682.& 94.2*
Xenophontis errores qui.397.1
Xerxes, & Artoxerxes, vnde oriundi 128.1
Xerxes Darij filius quamdiu imperauerit.688.2
Xiphilinus quis ille.221.1

Z.

Z*abulon tribus quare ſic appellatur.125.2*
Zabulon quid ſignificet ibid.
Zacharias Barachiæ filius vnde oriundus.487.2
Zacharias Propheta, quo tempore, & vbi prophetauerit. 172.2
Zebedæi filij cur filij tonitrui appellati.126.1
Zelus quid ſonet in ſcriptura.347.2
Zerchinta Hæreticus quiſnam 164.1
Zeugma quid, & eius vſus in ſcriptura. 247. colum.2.
Zeugma oppidum vbinam ſit.479.2
Zonaras autor quid ſenſerit de cellulis Septuaginta interpretum.64.2.

F I N I S.